Ent 67
Nº 95

R 16
2|11

SIGISMVNDI
SCACCIAE,
IVRISCONS. ROMANI,

Tractatus

DE IVDICIIS CAVSARVM
CIVILIVM, CRIMINALIVM,
ET HAERETICALIVM.

LIBER SECVNDVS.

AD FRANCISCVM
EX COMITIBVS S. GEORGII
CARDINALEM SANCTI CLEMENTIS.



CVM PRIVILEGIO.

ROMAE, Ex Typographia Aloysij Zannetti. MDCIIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, si placet Reuerendiss. P. Magistro Sacri Palatij.

B. Gypsius Vicesgerens.

Videat, si placet, D. Petrus Albertinus, & referat in scriptis. Ex Sancta Sabina. Die 2. Maij 1603.

Fr. Io. Maria Braschellensis Sac. Palatij Apostolici Magister.

Opus hoc Sigismundi Scacciæ Iureconsulti Romani celeberrimi de Iudicijs causarum diligenter vidi, nihilque in eo Christianæ fidei vel contrarium, vel aliqua ex parte aduersum contineri cognoui; quin immo cum solidam, & accuratam, ac vsui maximè accommodatam doctrinam complectatur dignum existimo, vt in communem vtilitatem eorum præsertim, qui ius vel in scholis, vel in foro pertractant, typis euulgetur.

Ego Petrus Albertinus I. Pontificij in Almæ Vrbis Gymnasio ordinarius Professor confirmo vt supra manu propria.

Imprimatur. *Fr. Paulus de Francis de Neap. Lector, & Socius Reuerendissimi Patris Magistri Sacri Palatij Apostolici.*

FRANCISCO
EX COMITIBVS
S. GEORGII
CARDINALI S. CLEMENTIS
ROMANDIOLAE, AC FERRARIAE
LEGATO.

SIGISMVNDVS SCACCIA
Fœlicitatem.

OMNES ij, qui lucubrationes ſuas in lucem edunt, eas principibus viris cur inſcribant, varias habent cauſas; ego vnam multarum inſtar, cur has meas, Cardinalis Illuſtriſsime, tuo ſub nomine apparere velim, quòd ſcilicet iuriſperitiſsimus es, atque in negotijs tractandis nulli ſecundus: Teſtes omnes Pontificiæ ditionis Regiones, atque Vrbs omnium domina, quas ſingulari cum iudi-

cio, integritate, iuſtitia non ſemel obtinuiſti, vt deinceps ituris eò magiſtratibus probitatis, ac prudentiæ norma proponi ſoleas, & iure optimo dicere poſsim, te vnum eſſe, quem præſens ſeculum ſuſpicit, quemque futura perpetuò mirabitur ætas. Quæ cum ita ſint, muneris huius mei tenuitas pœnè me à propoſito deterruit, quòd nulla ex parte amplitudini tuæ reſponderet. At ſi quæ donantur, ex eorum pondere æſtimarentur, quid eſſet, quod D.O.M. nos homuncij offerremus? ſed is mentem dantis pro dato accipit; quem vt imiteris, Ampliſſime Cardinalis, non eſt cur te rogem. Illum ego enixè precabor, vt te ad Chriſtianæ Reipublicæ ornamentum, atque vtilitatem quàm diutiſsimè ſeruet incolumen. Vale.

IO. BAPTISTAE STELLAE VTRIVSQVE SIGNATVRAE XII. REFERENDAR.

AC IVLIO CAESARI CLEMENTIS VIII.

Ab Intimo Cubiculo Fratribus.

SIGISMVNDVS SCACCIA S. D.

ERRARE mihi viderer per hoc iuris ciuilis varijs authorum opinionibus quasi ventis concussum mare, in quo nunc nauigo, nisi oculos ad vos, lucidissimæ Stellæ, conuerterem, ac pro fraterno Castoris, & Pollucis sydere mihi præsentes, ac propitias exoptarem, quorum lux longe, lateque effudit se, in dies futura clarior, si à CLEM. VIII. Pontifice Maximo, ac seculi nostri Sole, qui vos probè nouit, atque ideo fouet, maius acceperit lumen: Ego quidem suspexi vos semper, qui ab ipsis incunabilis per arctum virtutis iter ad gloriam grassaremini. Vobis nunc gratulor esse iam vos in omnium oculis, ac constare vobis laborum fructum, si non ad dignitates, atque emolumenta, saltem ad gloriam vestri nominis sempiternam. Hoc igitur in causa fuit, vt tibi, Io. Baptista: meum, hunc Secundum de Iudicijs Causarum librum, quem FRANCISCO S. CLEMENTIS CARD. AMPLISS. dedicaui, legendum mitterem, vt si eum tuo approbari quandoque audierim testimonio, ad tertium audentior properem: tuum enim iudicium maximè facio, & iure quidem, cum tu in Vtraque Signatura, vbi latæ à causarum omnium Iudicibus sententiæ non vulgari trutina, sed aurificis statera examinantur, earumque cognitio delegatur, incredibili ingenio, iudicioque esse te Stellam verè clarissimam per viginti quatuor annos in volubili hoc Romanæ Aulæ cælo, non errantem tamen, ostenderis: Adde quo eloquentiæ candore in supplicibus libellis referendis, quo in dicendo sententiam, cum ab alijs referuntur? vsitato à priscis illis nostris Antesignanis VVLPIANO, SCEVOLA, PAPINIANO. cæterisque eius ordinis, atque ætatis viris, apud aliquos nostri seculi renouato, vt de Italis tantum loquar, ALCIATVM, & ALDOBRANDINVM. Quam ob causam inter alias præcipuam audit te libenter CLEM. VIII. qui eloquentiam, quam in paterna domo cum lacte nutricis hauserat, longo labore excoluit, ac perduxit ad frugem: nec vltimum hoc in re fuit, vt te Mutinam ad illius Vrbis Ducem de rebus grauibus legauerit. Illud te, Ioannes Baptista, rogo, vt, cum in aliqua interlegendum librum incideris, quæ ab hoc de iudicijs titulo discrepare prima facie videntur, vt quæ de vsuris, de legitima, trebellianica, fæudis, alijsque diuersis materijs commiscentur; non me ideo à proposito aberrasse censeas: nam præterquam quòd ab illarum cognitione propositarum à me quæstionum decisio pendere aliqua ex parte videbatur, nolui, quæ mihi offerebatur graues, ac vtiles pertractandi materias, occasionem omittere, vel illas delibare tantum; sed operæ pretium me facturum existimaui, si earum quoque vtili varietate librum contexerem. Tibi verò, IVLI CAESAR, quanquam ab his iuris ciuilis studijs, quibus adolescens tamen operam nauasti, ad amæniora humanitatis totum te conuerteris; volui tamen, vt extaret hoc amoris in te mei qualecunque monumentum: Admirari mecum interdum ipse soleo, dotes ingenij à parentibus per longa ætatum spatia sæpè in posteros transmitti, quod in te clarissimè apparet: nam, vt Bencij viri eruditissimi in eadem re vtar verbis, à L. Aruntio Stella, gentili vestro, quem Papinius Statius in his studijs eminentissimum vocat, poesim in te, ac materiem carminis, cognominem suæ, transfusam quis verisimiliter non credat? cum pro Columba, quam is celebrauit, Columbum tu in Indias per insolitum iter mortalibus, quasi velorum alis euolantem, tibi desumpseris gloriosissimi poematis argumentum: quapropter conueniens fuit, vt tantum opus Principi omnium maximo Hispaniarum REGI dedicares, qui si in armis, vt speramus, Alexandrum se, & ipse Philippi filius aduersus Asiæ Regem præsti-

 terit,

terit, cur Achilli Homerum inuideat non habebit, sed integri poematis expectatione diutius eruditos torques. Hæc cum ita sint, cuinam mirum videri poterit, quòd tanta te beneuolentia amplexus sit ASCANIVS COLVMNA, quem in triumphatrice domo educatum non tàm potentissimi Regis fauor, aut summa, & inuiolata nobilitas, quàm virtus, nihil externorum indiga, tulit suis ipsa manibus ad Cardinalatum, qui domesticam, ac quasi per manus sibi à maioribus traditam eloquentiam, nudam tamen, mirum in modum induit varijs doctrinarum omnium ornamentis, amore omnium dignissimus: Mirandum quoque non erit, quòd amicitiam tuam inter carissima ponat IO. VELASCVS lumen illud ingens nostræ ætatis, ac magnus Comestabilis Hispaniæ, pacis, belliquè artibus excellentissimus, literis non imbutus, vt plerique, ad sonoram, profluentemque loquacitatem, sed madefactus ad veram, solidamque doctrinam; cuius in te amori quamquam magno non concedit ALOYSIVS CARAFA, Sablonetæ Dux, & ipse apprimè eloquens, ac Poeta egregius, nec non inusitata animi, ac morum probitate verè Princeps, quam non à præceptorum institutionibus, sed è Philosophorum fontibus suxit, quorum aquis salutaribus abluit in dies singulos animum, principalis fortunæ capacissimus, nisi contemneret vt minorem: Quis hinc nouum putet quòd CLEM. VIII. qui instar omnium est, cum in eo, tamquam in serenissimo ob vitæ candorem cælo, virtutes omnes luceant, prudentissimus, ac doctissimus Princeps te ab intimo sibi cubiculo esse voluerit? Sed hæc, quæ Stellarum originem, Brixiæ nunc florentem, vestrasque animi dotes contingunt, omitto, ne quis vnus aliquis ob affinitatis vinculum, quo vobis coniungor, à me vestris auribus datum putet; quorum ego in laudibus parcior pro re fui. Valete Stellæ, quas mihi per immensum hunc Iurisciuilis Oceanum nauigaturo duces precor.

CLEMENS PP. VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum, sicut accepimus, dilectus Filius Aloysius Zannettus in Vrbe Bibliopola librum Secundum de Iudicijs causarum tractatus Sigismundi Scacciæ multis impensis typis cudi fecerit, vereaturque, ne postquam in lucem prodierit, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, librum prædictum typis cudi facere curent in ipsius Aloysij præiudicium. Nos dicti Aloysij indemnitati, ne ex impressione huiusmodi nimium dispendium patiatur, prouidere, ipsumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Aloysio, vt Decennio proximo à primæua dicti libri, dummodo antea à Magistro Sacri Palatij approbatus sit, impressione computando durante, nemo tam in Vrbe, quàm in vniuerso statu nostro Ecclesiastico immediate, vel mediate nobis subiecto librum prædictum sine speciali dicti Aloysij, aut eius hæredum, & successorum, vel ab eo, & eis causam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs sine huiusmodi licentia impressum vendere, aut venalem habere, seu proponere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis vtriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, ac pro alia eidem Aloysio, seu illius hæredibus, & successoribus, aut ab eo, vel eis causam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus Accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applicandis, & eoipso absque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto durante decennio librum prædictum, aut quamlibet illius partem, tam in magno, quàm in paruo folio, etiam prætextu declarationum, siue additionum, tam in Vrbe, quàm in reliquo statu Ecclesiastico prædictis sine huiusmodi licentia imprimere, aut ab alijs impressum vendere, aut venalem habere, seu proponere quoquemodo audeant, seu præsumant. Mandantes dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iustitiæ Ministris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & Locorum status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus eidem Aloysio, eiusque hæredibus, & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes quandocunque ab eodem Aloysio, seu alijs prædictis fuerint requisiti pœnas prædictas contra quoscunque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusuis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam in ipso libro impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris. Die xxxj. Martij M. D C. I I I I. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

M. Vestrius Barbianus.

INDEX
CAPITVM, QVAESTIONVM,
Quæsitorum, Difficultatum, Controuersiarum, Articulorum, & Dubiorum, quę in hoc libro continentur.

OMISSO INDICE MVLTORVM CASVVM QVI in eisdem ordinatè, & distinctè resoluuntur.

CAPVT I.

De Iuramento calumniæ.

QVAESTIONES.

1 QVOD sit initium secundæ partis iudicij. fol. 5
2 Iuramentum calumniæ an sæpius exigatur. fol. 7
3 An sit de substantia iudicij. fol. 8
4 An sit de veritate vel credulitate. 9
5 An differat à iuramento malitiæ. 9
6 Quare vocetur iuramentum calumniæ. 9
7 Quæ sit eius forma. 9
8 An sit de forma substantiali, quando est petitum. 10
9 An ob eius defectum sententia sit ipso iure nulla. 12
10 Quæ pœna imponatur nolenti iurare. 12
11 An morosus in iurando possit purgare moram. 12
12 Lapsa instantia, an possit declarari contra eum, qui noluit iurare. 13
13 An detur appellatio à declaratoria, lata contra nolentem iurare. 13
14 Procurator an possit iurare de calumnia pro principali absente. 13
15 An hoc iuramentum sit de iure diuino. 14
16 An possit tolli per statutum. 15
17 Consuetudo differens hoc iuramentum an valeat. 16
18 In qualibet causa est iurandum de calumnia &c. 16
19 Quilibet litigator iurat de calumnia. 19
20 In quibus causis non iuretur de calumnia. 22
21 Quæ personæ non iurent de calumnia. 22
22 Quis iuret prius actor, vel reus. 26
23 An Tutor præiudicet pupillo, Curator adulto, Syndicus Vniuersitati, & Rector Ecclesiæ, si noluerint iurare de calumnia. 26

CAPVT II.

De Compromissis.

QVAESTIONES PRINCIPALES.

1 AN inuitus cogatur compromittere. 40
2 An, & quæ statuta cogant ad compromittendum. 41
3 In qua parte iudicij peti possit compromissum. 42
✠ 4 Quæ causæ non compræhendantur in statuto, quod mandat, causas compromitti. 44

QVAESTIO EMERGENS.

Exceptio periurij an obstet. 45
✠ 5 Qui consanguinei non compræhendantur in præfato statuto, quod mandat compromitti causas consanguineorum. 54

QVAESTIONES INCIDENTES.

1 An naturalis compræhendatur in præfato statuto. 56
2 An compræhendantur legitimati. 56
3 An compræhendatur minor. 58. & 78

DIFFICVLTAS OCCVRRENS.

An minor possit voluntarie compromittere. 58

DIFFICVLTAS INCIDENS.

An compromissum factum à pupillo cum auctoritate tutoris teneat. 64

DIFFICVLTATES EMERGENTES.

1 An, & quando ex laudo oriatur actio. 68
2 An oriatur actio ex laudo, cui altera pars contradixit infra x. dies. 70
3 An post lapsos decem dies possit peti reductio à laudo arbitri. 71
4 Et quid in arbitramento arbitratoris. 71
5 An reductio ad arbitrium boni viri concedatur indistinctè, si sit petita infra legitima tempora. 71
6 Quanta debeat esse læsio, vt concedatur præfata reductio. 72
7 Statuta Vrbis circa tempus petendi reductionem an habeant locum si petatur extra Curiam Capitolinam. 72
8 An reductio ad arbitrium concedatur antequàm sit doctum de læsione. 73
9 An læsio aduersus arbitramentum debeat probari ex veteribus. 76
10 An compromissum voluntarium factum à curatore cum decreto iudicis, sed sine consensu consanguineorum in terminis statutorum Vrbis sit validum. 76
11 Mulier contrahens nomine tutorio an debeat seruare solemnitatem requisitam in contractu mulieris. 77
12 An compromissum voluntarium factum à minore cum consensu consanguineorum, sed sine curatore sit validum. 77
✠ 6 Qui eligi non possint in arbitros. 82
7 Arbitri vsque ad quem numerum possint eligi. 83

QVAE-

QVAESITA.

1 Qui dicantur consanguinei. 84
2 Spurij an dicantur consanguinei. 84
3 Gradus quomodo computetur in statuto mandante compromitti causas inter consanguineos vsque ad tertium gradum. 84
4 Quid sit affinitas. 87
5 Quomodo computetur gradus affinitatis. 87
6 Quotuplex sit genus affinitatis. 87
7 Statutum vt causæ affinium compromittantur an habeat locum in affinibus in 2. genere affinitatis. 87
8 Arbitri, electi a partibus, an cogantur acceptare compromissum. 88
9 Quando arbiter dicatur acceptasse compromissum. 89
10 Litigatores à quo & quomodo cogantur compromittere quando statutum mandat fieri compromissum. 89

DVBIA.

1 An, expirato compromisso, cogatur pars denuo compromittere. 89
2 An, laudo lato ab arbitris, causa sit amplius compromittenda. 92
3 An compromisso expirato, & non lato laudo, debeat renouari compromissum in eisdem arbitris. 92
4 Quantum duret instantia coram arbitris. 95
5 Qualis instantia attendi debeat coram abitris necessarijs, præsupposita duplici instantia statutaria &c. 95
6 Quos effectus producat peremptio instantiæ coram arbitris. 96
7 Instantia quando incipiat currere coram arbitris. 97
8 A quo iudice sit interponendum decretum super compromisso minoris. 97
9 Pœna, apposita contra contrauenientes compromisso, an sit soluenda, si vtraque pars contrauenerit. 97

CAVTELAE.

Cautelæ ad obtinendum compromissum. 98

CAPVT III.

De Dilationibus.

QVAESITA.

1 AN dilatio probatoria sit peremptoria. 104
2 Quanta debeat esse dilatio probatoria. 106. & 108
3 An secunda dilatio, assignata sine causa, teneat. 106
4 An probationes receptæ sine præfixione dilationis sint validæ. 107

QVAESTIONES.

1 Dilatio ad probandum an sit concedenda sine aliqua causæ cognitione. 111
2 An dilatio probatoria possit assignari sine citatione partis. 111
3 Quot dilationes possint assignari ad probandum, quando dilatio non est peremptoria. 112
4 Quæ remedia sint inuenta contra petentes dilationem ad protelandam litem. 113
5 Quanta debeat esse dilatio prima, quanta secunda, & alia vlterior. 114
6 An tempus dilationis sit continuum, vel vtile. 115
7 An in dilatione, quæ datur à iure, requiratur ministerium iudicis. 116
8 An, dilatione pendente, possit aliquid fieri. 116
9 Quot modis possit assignari dilatio ad probandum. 117
10 An dilatio sit assignanda prius vni, aut communiter. 119
11 Quæ sint differentiæ inter dilationes, & terminos substantiales Rotæ. 120
12 Qualis sit praxis Curiarum in assignandis dilationibus. fol. 121
13 Qui sint termini substãtiales, qui seruantur in Rota. 121
14 An sententia, lata die feriato, seu non seruatis terminis, possit defendi à nullitate. 124
15 Quot modis sumatur dies. 125
16 Quomodo sumatur dies in dispositione legis, vel hominis. 126
17 Quot dies habeat mensis emergens. 129
18 Quando incipiat annus. 129
19 An vltima die termini, dati ad probandum, possit recipi probatio sine citatione partis. 130

CAPVT IV.

De dilationibus ad probandum in causis criminalibus, &c.

DIFFICVLTATES.

1 QVi sit prius assignanda dilatio actori, an reo. 131
2 Quot dilationes sint assignandæ accusatori, & quot reo. 131
3 An dilationes assignentur sine causæ cognitione. 132
4 An accusatori, probanti impedimentum in secunda dilatione, detur tertia & reo probanti impedimentum in tertia, concedatur quarta. 132
5 Vtrum in crimine adulterij sint assignandæ dilationes sicut in cæteris alijs delictis. 132
6 An accusato detur dilatio deliberatoria. 132
7 An inquisito de hæresi concedantur tres dilationes, sicut conceduntur alijs reis. 133

CAPVT V.

De Ferijs.

CONCLVSIONES.

1 IN diebus festiuis ad honorem Dei abstinendum est non solum ab exercitio iudicij, sed etiam ab opere seruili. 137
2 In ferijs repentinis abstinendum est ab exercitio iudicij. fol. 145.
3 In ferijs indictis ad vtilitatem hominum abstinendum est ab exercitio iurisdictionis contentiosæ. 145

CAPVT VI.

De ferijs in causis criminalibus. fol. 149.

CAPVT VII.

De positionibus.

DIFFICVLTATES

1 POsitiones in qua parte iudicij fiant. 157
2 Positionibus num responderi oporteat post lapsam dilationem. 158
3 Num sit respondendum positionibus post conclusum in causa. 158
4 An positiones, articuli, seu capitula sint de substantia iudicij. 158

QVAESTIONES.

1 Quis debeat facere positiones. 159
2 Quomodo formari debeant positiones. 159
3 Quæ sit rubrica, & forma generica positionum. 160
4 An in productione positionum & articulorum requiratur citatio. 161
5 Quæ sit praxis procedendi post datas, admissasquè positiones. 162
6 An debeat admitti quælibet positio. 163

DIFFICVLTATES.

1 An positio negatiua sit admittenda. 179
2 Articuli & positiones obiectiui an sint admittendi. 181

Arti-

3 Articuli, seu positiones, in quibus datur de iure tertij, an sint admittendi. 183
✱ 7 In quo loco fieri debeant positiones. 189
8 An is, qui dat positiones, debeat esse præsens quando aduersarius respondet. 190
9 An positio debeat fieri per verba assertiua, vel etiam per verba credulitatis. 190
10 Quæ sit differentia inter positiones & articulos. 190
11 Contumax in non respondẽdo positionibus an possit declarari pro confesso. 192

DIFFICVLTAS.

Quæ debeant præcedere ad hoc, vt contumax possit declarari pro confesso. 194
12 An contumax indistinctè possit declarari pro confesso, vel debeat declarari quandoquè pro negante. 196
13 In quibus casibus contumax non possit declarari pro confesso. 197
14 An contumax habeatur pro confesso ipso iure, vel requiratur declaratoria iudicis. 197
15 An æquè possit declarari pro confesso respondens obscure, sicut nullatenus respondens. 198
16 Quod remedium supersit ei, qui vti contumax est declaratus pro confesso. 199
17 An tàm actor, quàm reus possit facere positiones, & quis eorum prius. 199
18 An respõsio procuratoris ad positiones sufficiat ita, quòd principalis vlterius non cogatur respondere. 199
19 Cuius expensis mittatur notarius ad recipiendam responsionem principalis absentis. 201
20 An possit declarari pro confesso is, qui citatur cum inserto tenore positionum, & non respondet. 202
21 Confessio, quam facit litigator, faciendo positiones, an & quando possit reuocari. 203
22 Positio partim vera & partim falsa an possit integra negari. 209
23 An sufficiat responderè positionibus per verbum credo, vel non credo, vel. &c. 211
24 An minor cogatur respondere positionibus. 211
25 An Vniuersitas, item Ecclesia cogantur respondere positionibus, & quomodò. 213
26 Confessio facta, parte absente, an præiudicet 213
27 Negans positiones veras ad quid teneatur. 214
28 Negans positiones veras, & postea acceptans antequam probentur, an euitet pænam contra negantem positiones. 215
29 Qui iurauit de calumnia an teneatur iurare in positionibus. 215
30 An in causis mixtis, in causa spolij, & damni dati possint fieri positiones. 215
31 An detur copia positionum. 215
32 Citatus ad videndum admitti positiones quas det exceptiones. 215
33 Quomodo excipere debeat is, contra quem inducuntur testes. 215
34 Copia articulorum an detur. 216
35 An possint dari articuli, qui sint de directo contrarij articulis datis à parte. 216

CAPVT VIII.

De testium productione, de literis remissorialibus, & de interrogatorijs.

QVAESTIO.

Praxis producendi testes præsertim in foro Capitolino quæ sit. 227

DVBIA.

1 In qua parte iudicij sint examinandi testes 229
✱ 2 An citatio ad videndum iuramenta testium sit necessaria 229

QVAESTIO INCIDENS.

An testes possint examinari super negotio principali ad perpetuam memoriam ante contestationem litis. 236

DISCVSSIONES.

1 Quis sit iudex competens examinis testium ad perpetuam memoriam. 240
2 Citatio Rei ad videndum admitti articulos, & iurare testes examinandos ad perpetuam memoriam an debeat fieri personaliter. 241
3 An ante examen testium ad perpetuam memoriam requiratur interlocutoria iudicis. 242

DIFFICVLTATES.

1 An, parte instante, debeat fieri contestatio litis super petito examine testium ad perpetuam memoriam. 242
2 Possessor, qui nullatenus molestatur, an possit examinare testes ad perpetuam memoriam. 242
3 An vnicus testis possit recipi ad perpetuam memoriam. 242
4 An testes possint examinari ad perpetuam memoriam super fama. 243
5 Qua via possit impediri, ne testes examinentur ad perpetuam memoriam. 243
6 Publicatis testibus, examinatis ad perpetuam memoriã ad instantiam futuri rei, an possint alij examinari. 243
7 An examen testium vti senium, & valetudinariorum sit validum, si testes illi non sint tales. 244
8 Qui dicantur senes ad effectum vt possint examinari ad perpetuam memoriam. 244
9 Qui dicantur valetudinarij. 246
10 Qui dicantur infirmi. 247
11 Iuuenes, & sani quando possint examinari ad perpetuam memoriam. 248
12 Qui vti absuturi possint examinari ad perpetuam memoriam. 248
13 An liceat appellare ab interloqutoria iudicis de examinandis testibus ad perpetuam memoriam. 249
14 An testes, examinati ad perpetuam memoriam, sint repetendi post litis contestationem. 249
✱ 3 An testes debeant iurare priusquam examinentur. 256

ARTICVLI.

1 An iuramentum deferendum testibus sit de iure diuino. 258
2 An iuramentum deferendũ testibus sit de forma, seu substantia testimonij, vel potius sit solemnitas. 258
3 An iuramentum possit testibus deferri omni tempore. 259
4 An testis falsus non iuratus puniatur poena falsi. 259
5 Falsitas quando sit punibilis, & quando non. 260

DIFFICVLTATES CONTINGENTES.

1 An statutum, seu consuetudo possit introducere, vt testes non iurati probent. 266
2 An Papa possit dispensare, vt credatur testi non iurato. 267
3 An testes non iurati probent, parte non opponente. 267
4 Testes an præsumantur iurati. 267
5 An testis dicatur ritè examinatus, si notarius scripserit N. testis iuratus deposuit &c. 269
6 Quare testis in casu præcedentis articuli non dicatur ritè receptus. 269
✱ 4 Quæ sit foma iuramenti testium. 269
5 An, dum defertur iuramentum testibus, requiratur necessario præsentia vnius partis. 271
6 An testis depositio sit valida si fuerit examinatus non citatus. 271
7 An depositio testis non producti sit valida. 271
8 Iuramentum, & citatio an præsumantur in teste. 272
9 Iuramentum quare sit deferendum testibus &c. 272
10 Citari an debeat principalis, vel procurator. 272

DIFFICVLTAS EMERGENS.

Quando principalis dicatur non inuentus ad effectum, vt potue-

potuerit citari procurator. 273
11 Constitutis duobus procuratoribus insolidum, cum clausula, quòd conditio occupantis non sit melior, an examen testium productorum à procuratore, qui non est litem contestatus, altero procuratore non impedito, sit validum. 275
12 In examine testium an requiratur peremptorium, vel sufficiat citatio simplex. 275
13 Notarius, cui est commissum examen testium, an possit eorum ruramenta recipere. 276
14 Delegatus ad examinandos testes potest examinare etiã testes non nominatos. 276
15 An sit specificandus numerus testium examinandorum 276
16 Testes vsque ad quem numerum possint examinari. 276
17 Testes priuilegiati quomodo recipiantur. 277

QVAESTIONES.

1 Qui iudices posſint dare literas remissorias. 284
2 Qui sint eligendi iudices literarum remissorialium. 284
3 An procuratori non habenti mandatum concedatur remissoria 285
4 Vt in petitione remissoriæ cesset suspitio calumniæ quid agendum sit. 285
5 Remisſoriæ petitio an debeat dari in scriptis. 285
6 Expensæ portitoris literarum remissorialium & processus à quo sint soluendæ. 285
7 An pars sit citanda ad videndum decerni literas remissoriales. 286
8 Quomodo procedatur coram iudice literarum remissorialium. 286
9 An literæ remissoriales retardent processum. 286

DIFFICVLTATES.

1 Interrogatoria quæ sint, & circa quæ fiant. 286
2 Interrogatoria ad quem effectum fiant. 287
3 Interrogatoriorum copia an sit danda. 287
4 An iudex posſit ex officio supplere & resecare interrogatoria. 287
5 Quæ interrogatoria dicantur superflua, seu impertinentia. 288
6 Quæ interrogatoria debeant resecari. 288. & 289
7 An testis interrogatus, & fassus se esse criminosum destruat depositionem. 289
8 Variatio testis an, & quando destruat suam depositionem. 289
9 Testes de quibus posſint interrogari. 289
10 Testes si non sint interrogati super interrogatorijs, an examen remaneat validum &c. 290
11 Si pars fuerit negligens in dandis interrogatorijs, an eius examen sumptibus posſint denuo repeti. 290
12 Testes an sint prius examinandi super interrogatorijs, vel è conuerso. 290
13 An dans interrogatoria posſit illa emendare. 290
De suspitione notarij & de Interprete. 290 & 291

CAPVT IX.

De testium productione, de literis compulsorialibus, & de articulis, & interrogatorijs in causis criminalibus: deque multis in communi, pertinentibus ad notorietatem, ad vsurarios manifestos, ad singularitatem testiũ, ad citationem eorum, qui impediti sunt comparere, ad confiscationem, ad legitimam, ad trebellianicam, ad substitutiones, & ad foeuda.

DIFFICVLTATES.

1 AN in probando notorio requiratur citatio. 311
2 Qualis, quantaque requiratur probatio in notorio facti transeuntis. 314
✱ 3 Qualis, quantaque requiratur probatio in notorio facti interpolati. 318

DVBITATIONES.

1 Notorium facti interpolati in quibus casibus verificetur 218
2 Vsurarius notorius seu manifestus qui dicatur. 318

DVBIA.

1 An poenæ contra vsurarios manifestos habeant locum contra vsurarios manifestos notorietate iuris. 324
2 An poena nullitatis testamenti contra vsurarios habeat locum cõtra eos, qui manifeste vendunt carius propter dilatam solutionem. 325
3 An requiratur sententia contra vsurarium manifestum priusquàm contra eum possit deueniri ad executionem pænarum, de quibus in cap. quia in omnibus. 325
4 An declaratoria super notorietate sit necessaria &c. 329
5 An vsurarius, contra quem extant fama & inditia, dicatur manifestus notorietate iuris, vel potius euidentia facti. 329
6 Testamentum vsurarij an sit nullum, si sit factum non seruata forma, de qua in cap. quanquam. decesseritque priusquam inquireretur de crimine vsurarum. 330
7 Quid operetur: pæna esse imposita ipso iure. 331
8 Probatio semiplena quomodo, & quare sufficiat in notorio facti interpolati, sicut est vsurarius manifestus. 331
9 Testes singulares an probent vsuram. 336
10 Testes concordantes in eadem specie facti reiterabilis, sed non in tempore, & loco an dicantur singulares. 339
11 Testes singulares quando probent plenè, quando semiplenè, & quando nullatenus. 350
12 Quotuplex sit singularitas testium. 351
✱ 4 Qualiter debeant deponere testes ad probandum notorium facti interpolati ad effectum vt possit deueniri ad sententiam. 352
5 An sententia lata sine probationibus super delicto verè notorio sit valida. 353

QVAESTIONES.

1 An in causis criminalibus possint examinari testes ad perpetuam rei memoriam. 355
2 An in causis criminalibus possit delegari examen testium & concedi remissoria. 356
3 Quomodo scribi debeat ei, cui committitur examen testium. 367
4 An iudex literarum remissorialium possit mulctare testes contumaces. 369
5 Quam iurisdictionem habeat examinator testium. 372
6 An iudex delegatus, qualis est literarum remissorialium, possit punire testem falsum. 372
7 An iudex literarũ remissorialium possit torquere testes; & an testes possint torqueri in causis pecuniarijs, & qui testes possint torqueri, & in quibus casibus. 374. & seqq.
8 An is, cui delegatur examen super articulis transmissis possit recipere testes etiam super reprobatione. 377
9 An iudex, delegãdo examen, debeat transmittere articulos & interrogatoria. 378
10 Circa quæ versetur officium iudicis literarum remissorialium. 378
11 An in causis criminalibus dentur articuli. 378
12 An reus possit dare interrogatoria testibus fisci, seu accusatoris. 381
13 An fiscus, seu accusator possit dare interrogatoria testibus Rei. 382
14 An in causis criminalibus edantur nomina testium vnacum copia capitulorum. 382
15 Si carceratus est citatus ad videndum iuramenta testium, an debeant testes iurare in eius præsentia &c. 382
16 Reus impeditus cõparere an, & quando possit validè citari. 382. & 461

QVAESTIO INCIDENS.

Quæ bona, quæuè iura non possint confiscari, & apud quẽ remaneant. 394

DVBITATIO INCIDENS.

An in fideicommisso relicto cippo, seu in substitutione cippi censeatur prohibita trebellianica. 399

ARTICVLI.

1 An fructus percepti per filios primi gradus extenuent legitimam, & trebellianicam. 402
2 An fiscus possit eligere legitimam in rebus hæreditarijs. fol. 404.
✠ 3 Instituto filio, eique substituto cippo, si decesserit sine legitima, & naturali hærede, eoque decedente sine filijs, & condemnato cum confiscatione bonorum, quis succedat. 405

CONTROVERSIA PRIVATA.

Proposito casu, dubitatur, an substitutus possit capere propria auctoritate possessionem vacantem rei, in qua est substitutus. 407
✠ 4 An fiscus possit detrahere legitimam, & trebellianicam, si filio, cuius bona sunt confiscata, succedat substitutus in vim eiusmodi substitutionis, si decesserit sine legitima, & nataturali hærede succedat cippus. 413

QVAESTIO PRIVATA.

Substitutio compendiosa, facta à pagano verbis communibus, est directa intra pupillarem ætatem, etiam existente matre in medio. 415

CONTROVERSIAE FOEVDALES.

1 Orta controuersia de qualitate bonorum, an sint fœudalia, inspici debet tenor inuestituræ. 417
2 Proposito tenore concessionis castri; dubitatur an sit concessum in fœudum, vel alio nomine contractus. 417
✠ 3 Orta controuersia, an fœudum sit transitorium ad hæredes extraneos, cui incumbat onus probandi. 319

PRAEMITTENDA.

1 Qualis sit varietas Doctorum circa species fœudorum. fol. 419.
2 Fœudalis materia quare sit difficilis. 420
3 Fœudum hæreditarium sumitur multipliciter. 420
4 Fœudum propriè hæreditarium quod dicatur. 420
✠ 4 An foeudatarius possit disponere de foeudo in præiudicium domini directi. 423
✠ 5 An bona foeudalia possint confiscari. 433
6 An bona foeudalia, quæ non confiscantur, redeant ad dominum directum, vel transeant ad successores foeudatarij, cuius bona sunt confiscata. 438
7 q. 1. Quomodo filij, & agnari admittantur ad successionem foeudi, quando foeudum non reuertitur ad dominum, neque succedit fiscus. 440
7 q. 2 An masculus ex foemina, compræhensus in inuestitura foeudi, dicatur æque compræhensus cum masculo ex masculo. 442
8 An legitimatus succedat ad foeuda. 449

QVAESTIO EMERGENS.

An banniti habeant testamenti factionem. 456

CAPVT X.

De testibus cogendis, vel non.

ARTICVLI.

1 Testes quibus modis cogantur. 472
2 Quomodo iudex debeat vti modis cogendi testes. fol. 473.
3 Qui iudices possint cogere testes. 474
4 Quid agendum sit quando testes non possunt præcise cogi ad testificandum. 474

CAPVT XI.

De productione iurium, & scripturarum: de earum fide: de confessione: de modo transumptandi scripturas: de literis compulsorialibus: de recognitione, & validitate scripturarum.

PARTIS I. CONCLVSIONES.

1 Instrumenta, & scripturæ sunt producenda intra dilationem ad probandum. 486
2 In productione scripturarum, seu instrumentorum requiritur citatio partis. 486
✠ 3 Productio instrumenti quotupliciter possit fieri. 488

DIFFICVLTATES.

1 Nunquid producens instrumentum possit illud recuperare. 488
2 Qualis citatio sit necessaria, quando producens vult recuperare instrumentum, quod producit. 489
3 Citato ad dicendum contra scripturam productam an debeat dari copia illius scripturæ. 489
4 Productio generalis multarum scripturarum, an sit valida. fol. 490. Et multa de protestatione in productione iurium. num. 67. fol. 493. & de confesione partis. sub num. 88. fol. 495. & de libris argentarij, gabellarij, officialis, mercatorum, &c. num. 104. 111. 123. 129. & seqq. 495. & seqq.

ARTICVLI.

1 An relinquatur arbitrio iudicis, si liber probat, vel non. fol. 515.
2 An is, contra quem producitur liber, possit acceptare vnam partitam, & aliam non acceptare. 516
3 An reperto vitio in vna partita libri, cæteræ vitientur. fol. 518.
4 An protestatio iuuet producentem protestantem se producere in parte, & partibus. 519
✠ 4 Productio instrumenti producti efficitur de actis. 524
5 Producens scripturam censetur confiteri omnia contenta in scriptura. 526
6 Producens scripturam potest nihilominus reuocare confesionem, & infringere scripturam, quā produxit, dummodo doceat de errore. 529
7 Confesio tacita, resultans ex productione scripturæ, nocet, sicut confesio expressa. 531
8 Reus non potest cogi ad producendum instrumentum, ad fundandam intentionem actoris. 533
9 Mos producendi scripturas per compulsum seruatur in Curia Romana. 533
10 Producens tardè instrumentum solutionis ad defatigandum aduersarium tenetur ad expensas. 534
11 Producens scripturam quam protestationem debeat præmittere, ne posit teneri de falsitate scripturæ. 534

PARS II.

De transumptatione scripturarum. 538.

PARS III.

De literis compulsorialibus.

QVAESTIONES.

1 Quæ dicantur literæ compulsoriales, & vnde dicantur. fol. 563.
2 An literæ compulsoriales habeant alium finem, quàm compellendi ad exhibendum iura, & scripturas. 563
3 An citatio sit necessaria in literis compulsorialibus. fol. 565.
4 Compulsoria quando dicatur petita calumniose, & quando non. 566

Qui

5 Qui iudices possint concedere literas compulsoriales. fol. 567.
6 An sæcularis, seu clericus non constitutus in dignitate ecclesiastica possit esse compulsor. 567
7 Post conclusum in causa an possit obtineri compulsoria. fol 569.
8 Quæ sit forma literarum compulsorialium. 569
9 Compulsor an possit delegare examen testium. 570
10 Compulsor an possit allegari suspectus. 570
11 Iura, compulsata per canonicum regularem, an dicantur legitime extracta. 571
12 Compulsor an possit recipere testes. 571
13 Remissoria an possit concedi tàm pro testibus, quàm pro scripturis &c. 571

PARS IIII.

De recognitione iurium, & scripturarum.

DIFFICVLTATES.

1 Recognitio scripturarum, quæ producuntur, an sit præcise necessaria. 571
2 Quot modis fiat recognitio scripturæ. 574
3 Quomodo fiat comparatio literarum &c. 584
4 Apocha, sufficienter recognita, an & quando probet &c. fol. 585.

PARS V.

De scripturis validis. 595.

CAPVT XII.

De iuramento necessario, & de conclusione in causa.

QVAESTIONES.

1 AN conclusio sit de substantia iudicij. 603
2 Quid sit conclusio in causa. 604
3 An iudex possit rescindere conclusionem causæ. 604

FINIS.

SIGIS-

SIGISMVNDI SCACCIAE, IVRISCONS. ROMANI,

Tractatus

DE IVDICIIS CAVSARVM CIVILIVM, CRIMINALIVM, ET HAERETICALIVM.

LIBER SECVNDVS.

De Iuramento Calumniæ.

SVMMARIVM.

Continuatio libri num.1.

Iuramentum calumniæ sequitur immediatè post litiscontestationem num.2. Ratio redditur num. 4. 5. 6. & 7. Ampliatur vt procedat in locis status Ecclesiastici num.9. Ampliatur in Regno Neap. num.10. Ampliatur de consuetudine num. 11. Declaratur num. 12. & seqq.

Contestatio litis dicitur secundus ramus iudicij, & iuramentum calumniæ dicitur tertius ramus num.3.

Iuramentum calumniæ pertinet ad totam causam num. 4. &, vt genus, habet vim inessendi cuilibet articulo. num. 37.

Causa, propriè loquendo, dicitur deducta in iudicium post litis contestationem num.5.

Veritas facilius habetur, si iuramentum præcedat, quàm si subsequatur num.7.

Iurare de calumnia quis non cogitur ante contestationē litis, potest tamen si vult num.12. Contrarium sentientes adducuntur num. 13. Firmatur primum dictum. num.14. & 15.

Iurare de calumnia super emergentibus cogitur litigator ante contestationem litis num.16.

Iurare de calumnia super tota causa ante litis contestationem in processu contra contumacem cogitur litigator secundum consuetudinem Bononiæ num.17.

Iuramentum calumniæ potest peti quandocumque ante conclusionem in causa. num.18. 19. & 20.

Terminus ad iurandum de calumnia in causis beneficialibus seruatur vltimo loco num.20.

Iuramentum calumniæ potest peti etiam post conclusum in causa. num.21. Contraria opinio. num. 22. 23. & seqq. Adducitur tertia opinio, quæ conciliat num. 28. Adducitur quarta num.29. Firmatur prima num.30. Tolluntur adducta pro alijs opinionibus nu.31. & seqq.

Iuramentum calumniæ non requiritur vbi non est necessaria probatio num.24. & 214. vers. primus. sed declara vt in num.31.

Iuramentum calumniæ non requiritur in notorijs. nu.24. Declara vt in num.31. & 32.

Notorium dicitur quicquid iudici constat ex actis nu.25.

Confessio partis admittitur etiam post conclusum in causa num.26.

Positiones non admittuntur post conclusum in causa nu. 26. Ratio redditur num.33.

Probatio, nec ea, per quæ deuenitur ad probationem, admittuntur post conclusum in causa, etiam si quandoque admitteretur probatio num.27.

Iuramentum calumniæ potest exigi etiam post latam sententiam num. 34. ideoque etiam in causa appellationis num.165.

Iuramentum calumniæ quòd præstetur, seu exigatur immediatè post contestationem litis non est de ordine substantiali iudicij num.35.

Iuramentum calumniæ, præstitum semel post litem contestatam, denuo non exigitur sub num.36. 37. Ampliatur num.38. Limitatur primo num. 42. Limitatur secundo num.45.

Iurare non tenetur principalis per verbum credit vel nō credit quando examinatur super positionibus, si iurauit de calumnia post litem contestatam num.38.

Iuramentum calumniæ non habet naturam diuersam à iuramento, quod præstatur in responsione ad positiones num. 39.

Iuramentum, quod iudex exigit quando timet tergiuersationem dicitur iuramentum malitiæ num.40.

Iuramentum, quod iudex exigit abeo, qui petit literas remissoriales dicitur iuramentum malitiæ nu.41.

Hæres tenetur iurare de calumnia, quamuis is, cuius est hæres, iurasset post contestationem litis num. 42.

Iuramentum est personale, & non transit ad hæredes quoad reatum periurij nu.43.

Iuramentum calumniæ potest exigi quoties in iudicio mutatur persona num.44.

Iuramentum calumniæ potest exigi quando veniret incidenter agendum de re graui, quamuis iuratum esset generaliter de calumnia super tota causa num. 45.

Iuramentum calumniæ, si sit præstitũ ante contestationẽ litis, potest iterum peti post litis contestationem nu. 46. Contraria opinio, si fuerit iuratum super tota causa, secus si fuerit iuratum super aliqua exceptione, seu emergente num. 47.

Iuramentum calumniæ præstitum ante contestationem litis non est selemnizatiuum iudicij nu.46.vers. prima.

Iuramentũ calumniæ non est de ordine substantiali simpliciter, sed solum si petatur nu.49.52.53.54.& 213. Limitatur in foro Capitolino, in quo est necessarium etiam si non petatur num.55. Limitatur in Abbatia Sublacensi num.57. Allegatur contra vtramquè limitationem, & relinquuntur indecisa num.59.

Iudicium, Processus, & Sententia valent sine iuramento calumniæ, si non fuerit petitum nu.49.vers.resp.& nu.50.

Substantiale dicitur illud, quod non potest adesse, & abesse sine subiecti corruptione num.51.

Terminus ad iurandum de calumnia non est de substantia, sed contingens num.53.

Forma, tradita à lege, seu statuto, semper censetur substãtialis ita, vt, ea omissa, actus sit nullus num.56 & 58.

Executio facta contra ordinem l. à diuo pio. non est nulla, & ideo debet appellari num.59.

Actus, facti nõ seruata dispositione statuti eò, quia à parte petitum non est seruari, sæpè sunt validi nu.59.

Iuramentum calumniæ est de credulitate, & non de veritate num.60.

Periurus non est qui credens iurare verum iurat falsum in iuramento calumniæ, secus in iuramento veritatis, quod defertur testi num.61.

Iuramentum calumniæ, & Iuramentum malitiæ differunt in quatuor, quæ enumerantur num.62.

Iuramentum malitiæ est inuentum à iure canonico sub num.62.

Iurare nolens de malitia an puniatur, sicut nolens iurare de calumnia. remissiuè. num.63.

Iuramentum calumniæ cur sic vocetur num. 64.

Vxorem esse ducendam propter euitandam fornicationem. num.65.

Iuramentum calumniæ quot, & quæ capitula contineat num.66. Etquæ in foro Capitolino num. 67.

Forma iuramenti calumniæ quæ sit. remissiuè num 67. in fine.

Iuramentum calumniæ si sit petitum, & non sit præstitũ, processus redditur nullus num. 68. Declaratur multipliciter num.69.& seqq. Ampliatur num.75. Limitatur quando esset petitum in casu, quo quis non teneretur iurare num. 78. & 99. Exemplificatur limitatio num.79.& 80. Limitatur secundo in procuratore non effecto domino litis num.81. Limitatur tertio quando sententia est lata in fauorem petentis iuramentum & contra non iurantem num.82. Contra istam limitationem num.83. Retinetur limitatio & declaratur num. 84.& seqq.

Iuramentum calumniæ non dicitur petitum de iure regio, nisi sit bis petitum num.69.

Iuramentum calumniæ petitum esse non sufficit, sed requiritur etiam decretum iudicis, mandantis iurari num. 70.& 72. Contraria opinio num. 73. Firmatur prima num. 74. Subdeclaratur vt non procedat in emergentibus ante litem contestatam num.89.

Processus & Sententia redduntur nulli ob non præstitum iuramentum calumniæ, si sint fauorabiles ei, qui noluit iurare de calumnia, secus si sint in fauorem eius, qui petijt iurari num. 75. vers. amplia. Extenditur etiam si iudex non pronuntiasset debere iurari nu. 76. Reprehenduntur qui tenuerunt, iudicem posse ferre senteutiam pro actore, qui recusauit iurare de calumnia num.77.

Iurare de calumnia quando quis non teneatur num.79. & 80.

Absolui potest reus ab obseruatione iudicij, & actor condemnari in expẽsis, si actor noluerit iurare de calumnia num.84.vers.declara.

Absolui potest reus etiam diffinitiuè, si actor noluerit iurare de calumnia, & iudex declarauerit ipsum cecidisse ab actione num.85. Contraria nonnulla num.86. remissiuè.

Iurare nolens de calumnia non cadit ipso iure ab actione, sed requiritur declaratoria num.85.

Pœna contra nolentem iurare de calumnia, & decedentem priusquam sit contra eum declaratum an transeat ad hæredem. remissiuè num.87.

Iurare nolens de calumnia cadit ab actione si est actor, & si est reus habetur pro confesso num. 93. Ampliatur num. 94. Declaratur esse verum, quando non vult iurare post contestatam litem, sed si nolit iurare ante contestatam litem poena restringitur ad illum articulum, in quo non vult iurare num.88.& 96. Declaratur etiam nu. 85. & quid seruetur in foro Capitolinò quando non iurat reus, seu eius procurator nu. 99. vers.declara vlt.

Iurare nolens de calumnia super emergente ante contestatam litem succumbit in illo emergente, etiam declaratoria non præmissa num.89.

Sententia nulla ob non præstitum iuramentum calumniæ potest confirmari à iudice appellationis, si ei constiterit de bono iure in negotio principali num. 90. Extenditur & restringitur multipliciter nu.91.

Sententia, & Processus qui sunt nulli ob non præstitum iuramentum calũniæ, sunt ipso iure nulli nu. 92.

Iuramentum calumniæ si sit petitum inter aliquas exceptiones, seu replicationes, quasi clam, & non sit præstitum, non propterea annullatur processus n.97. Ostenditur futilis ista declaratio num.98.

Iurare nolens de calumnia in casu, in quo non tenetur iurare, non incurrit aliquam poenam. nu.99.

Iurare de calumnia desinens infra terminũ sibi præfixũ potest purgare moram antequam declaretur contra ipsum num.101. Secunda opinio distinguit, vt, si intersit aduersarij non iurari, non possit purgare moram num.102.

Moram quis purgare potest, donec res est integra, & ius aduersarij deterius effectum non est num.102.& potest eam purgare etiam re non integra, & iure aduersarij deteriore etiam effecto dummodo morosus emendet deteriorationem num.103.

Instantia perẽpta, non potest declarari poena contra eũ, qui noluit iurare de calumnia, & iudex qui desiit instantiam perimi, et requisitus non declarauit, tenetur ad interesse num.104.

Declaratio iuris, quod superuenit pẽdente lite. spectat ad officium illius iudicis coram quo lis pendebat, et non ad alium sub num. 104.

Appellatio datur à declaratoria, qua quis declaratur cecidisse ab actione, seu haberi pro confesso nu. 105. Adducitur alia opinio num.106.

Procurator, habens mandatum specialissimum ad iurandum de calumnia, potest iurare in animam sui principalis num. 108. vers. prima. Ampliatur primo etiam si allegaretur, quòd procurator esset discolus, & rixosus, & ideo peteretur iuramentum principalis, vti legalioris num.110. Extenditur ista ampliatio etiamsi principalis non esset absens num.111. Restringitur hæc extensio vt non procedat, si procurator haberet solum mandatum speciale num.112. Ampliatur secundo etiam si mandatum iurandi non sit speciale ad illam causam, sed sit generale ad lites cũ clausula iurandi de calumnia in animam principalis nu.113. Restringitur hæc 2. ampliatio, vt non procedat, si allegaretur principalem esse iustiorem num.114.& 182. Limitatur ista restrictio quando principalis esset in partibus remotis num.115.

Procurator, habens mandatum speciale ad iurandum, potest facere incidere principalem in periurium num. 109.

Procurator habens mandatum ſimplex ad lites ſine clauſula ad iurandam de calumnia, & principali commorante in loco non multum diſtãti non admittitur ad iurandum de calũnia in anima principalis ſed datur triplex remedium num. 116.

Procurator non habens mandatum ad iurandum de calumnia non poteſt iurare in animam ſui principalis etiam ſi ipſe ſit litem conteſtatus num. 117.

Procurator admittitur ad iurãdum de calumnia in animam principalis etiam ſine mandato ſpeciali quando principalis eſt in partibus remotis num. 118. Contrarium, quòd ſit dandus curator liti, qui iuret de calumnia num. 119. Declaratur prima opinio vt ſufficiat iuramentum procuratoris in animam propriam nu. 120. Declaratur ſecundo, vt procedat in procuratore conſtituto generaliter, ignorata lite mouenda ſecus in conſtituto lite non ignorata num. 121.

Iuramentum calumniæ eſt de iure poſitiuo num. 122. Contrarium, quòd ſit de iure diuino num. 123. & 147.

Conſuetudo aliqua rationabili cauſa introducta poteſt tollere iuramentum calumniæ num. 124. Contrarium nu. 128. Conciliatio num. 131.

Statutum non poteſt tollere iuramentum calumniæ num. 128.

Mulieres non debent iurare de non reiterandis nuptijs, quia inciderent in periurium ſub. num. 124.

Clericus non cogitur abiurare concubinam, quam dimittit, ne incidat in periurium ſub num. 124.

Iuramentum calumniæ hodie non æſtimatur vno obolo num. 125.

Argumentum à reſcripto principis ad ſtatutum valet num. 126.

Princeps poteſt per reſcriptum tollere iuramentum calumniæ num. 127.

Iuramentum calumniæ eſt introductum fauore publico num. 129.

Conſuetudo, nec
Princeps, nec
Epiſcopi conſtitutio, nec
Papa } *poſſunt tollere inducta à iure diuino, ſeu naturali nu. 130. Declara nu. 131. & ſeqq.*

Conſuetudo non irrationabilis poteſt derogare fauori publico num. 132.

Conſuetudo non poteſt derogare iuri diuino, cuius transgreſſio inducit peccatum, ſecus ſi non inducit peccatum num. 133.

Conſuetudo generalis contra ius diuinum non valet num. 134. ſecus ſi non ſit generalis num. 135.

Conſuetudo inducta ſine cauſa contra ius diuinum non valet num. 136.

Conſuetudo mandans iuramentum calumniæ non exigi niſi in calculo ferendæ ſententiæ non valet num. 137. Contrarium num. 138.

Iuramentum calumniæ poteſt exigi in qualibet cauſa num. 139. Procedit ſine dubio in cauſis ciuilibus ordinarijs num. 140. Ampliatur primo etiam ſi cauſa ſit ſummaria num. 141. Extenditur iſta ampliatio etiam in cauſa beneficiali num. 142. Extenditur ſecundo etiam ſi procederetur velo leuato, & manu regia num. 143. Extenditur 3. etiam ſi procederetur ſola facti veritate inſpecta num. 144. Extenditur 4. etiam ſi poſſet procedi nullis terminis ſeruatis, ſeu nulla ſeruata ſolemnitate quia cauſa ſit modica nu. 146. Extenditur 5. etiam in cauſis ſpiritualibus nu. 148. Extenditur 6. in cauſa, in qua iudex habet liberum arbitrium num. 153. Extenditur 7. in cauſa, quæ ventilatur coram arbitro num. 154. Extenditur etiam in cauſa, quæ ventilatur coram arbitratore num. 155. Contra iſtam extentionem num. 156. Ampliatur 2. num. 157. 165. 168. 170. & ſeqq. Limitatur num. 213. & ſeqq.

Iuratur de calumnia etiam in Regno neap. num. 145.

Iuramentum calumniæ in cauſis ſpiritualibus olim non præſtabatur num. 149.

Iuramentum calumniæ debet præſtari etiam in cauſis criminalibus num. 157.

Iuramentum calumniæ quod præſtatur in cauſis criminalibus, differt formaliter de conſuetudine ab eo, quod præſtatur in cauſis ciuilibus, & quæ ſint differentiæ num. 158.

Iurare nolens de calumnia in cauſis criminalibus non habetur pro confeſſo num. 159.

Contumax in reſpondendo poſitionibus in cauſa criminali non habetur pro confeſſo num. 160.

Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſa hæreſis, ſicut in cæteris cauſis criminalibus num. 161.

Denuntians ex neceſſitate officij non cogitur iurare de calumnia num. 162. & 222.

Denuntiare quis cogitur in cauſa hæreſis ſub pœna excommunicationis num. 163.

Iurari de calumnia debet in iudicio damni infecti num. 164.

Iurari de calumnia debet in cauſa appellationis num. 165. Extenditur etiam ſi eſſet iuratum in prima inſtantia num. 166. Subextenditur in foro Capitolino num. 167. vbi declaratur ſtatutum Vrbis.

Iurari debet de calũnia in inſtãtia, quæ de nouo inchoaretur propter peremptionem primæ quamuis eſſet iuratum in prima num. 168. ſecus ſi non mutatur inſtantia ſed ſolum mutaretur iudex num. 169.

Duellum eſt probibitum ideoque fruſtra quidam aiunt in eo iurari de calumnia num. 170.

Litigator quilibet tenetur iurare de calumnia num. 171. Ampliatur 1. vt teneantur iurare principales num. 172. Ampliatur 2. in procuratore num. 173. Extenditur. reſtringitur. & declaratur multipliciter num. 175. & ſeqq. Ampliatur 3 in aduocatis num. 190. Ampliatur 4. in legitimis adminiſtratoribus num. 194. Exemplificatur iſta ampliatio num. 195. vſque ad nu. 204. Ampliatur 5. num. 211. Ampliatur 6. num. 212.

Procurator tenetur iurare de calumnia in animam propriam num. 173. etiam ſi habeat mandatum ſpeciale ad iurandum in animam principalis num. 174.

Procurator ſubſtitutus tenetur iurare de calũnia, quamuis iuraſſet procurator principalis num. 175.

Procurator datus ex officio à iudice tenetur iurare de calumnia quoad ordinatoria proceſſus num. 176. ſecus quoad merita, & iuſtitiam num. 177.

Procurator habens mandatum ſimplex ad lites & non ad iurandum de calumnia in animam principalis poteſt iurare de calumnia ſolum in animam ſuam num. 178. verſ. primus. Fallit in procuratore clericorum, quia iurat in animam clerici conſtituentis, quamuis non habeat ſpeciale mandatum num. 179. Contrarium num. 180.

Procurator habens mandatum ad iurandum de calumnia poteſt iurare in animam principalis num. 181. Reſtringitur vt ſi iudex arbitretur principalẽ eſſe iuſtiorẽ teneatur ad huc principalis iurare num. 182. Declaratur num. 183. remiſſiue Reſtringitur 2. in foro capitolino, vbi niſi principalis abſit ab Vrbe per 20. milliaria poteſt adhuc exigi iuramentum ipſius principalis num. 184.

Mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia in animam principalis non ſufficit ad exonerandum principalem, quin poſſit cogi ad iurandum, ſed requiritur ſpecialiſſimum ad iurandum ſuper tali cauſa num. 185. Contrarium num 186. Declaratur vt prima opinio ſit vera de iure ſed de conſuetudine ſeruetur contraria num. 187. Declaratur remiſſiue num. 188.

Principalis debet iurare de calumnia prius quam procurator & aduocatus num 189.

Aduocati vtriuſque partis tenentur iurare de calumnia nu. 190. Non ſeruatur de conſuetudine nu. 191. & 193.

Conſuetudo, quòd aduocati non iurent de calumnia, non valet num. 192.

Adminiſtratores legitimi tenentur iurare de calumnia num. 194. & iurant ſine alio mandato num. 205. & iurant in animam propriam, & non in animam principalium num. 206. & 207. ideoque debent cõcipere verba iuramenti in propriã perſonam & iurant de credulitate nu. 208. & ſufficit eorum iuramentum, quia iuramentum principalium non requiritur num. 256. & quare non requiratur num. 257.

Adminiſtratores legitimi qui ſint declaratur num. 195. 196. & ſeqq. vſque ad num. 202. & 204.

Tutores &
Curatores } *tenentur iurare de calumnia nu. 195.*

Actor ad lites tenetur iurare de calumnia num. 196.

Syndicus eccleſiæ tenetur iurare de calumnia num. 197.

Abbas, ſeu Rector iurat de calumnia pro eccleſia nu.252.

Syndicus vniuerſitatis tenetur iurare de calumnia num. 198. & num.251. verſ. primus. Et an iuret in animam regentium, vel in animam propriam num.253. & 254. Et quod ſufficiat iuramentum in animã propriam & iuramentum in animam vniuerſitatis, ſeu Regentium non ſit neceſſarium. num.255.

Syndicus vniuerſitatis reſpondet poſitionibus ſub iuramento calumniæ num. 198.

Conſeruatores, Priores, Antiani, Maſſarij & ſimiles iurant de calumnia pro vniuerſitate num.252.

Capitulum & Prælatus iurant pro eccleſia num.252.

Vniuerſitas tam ſæcularis, quam eccleſiaſtica cogitur conſtituere Syndicum num 198.

Syndicus generalis collegij iurat de calumnia in animam propriam num 199.

Hoſpitalarij ſeu Rectores iurant de calumnia vti legitimi adminiſtratores num. 200.

Pater, vti legitimus adminiſtratur iurat de calumnia num.201.

Oeconomus Eccleſiæ vti legitimus adminiſtrator iurat de calumnia num. 202. & iurat ſolum in animam propriam num.207. & 208 ſecus ſi ſit oeconomus, ſeu Syndicus in cauſa propria clerici, quia tunc iurabit clericus ficte per procuratorem in animã propriam nu.209.

Prælatus eccleſiæ non iurat de calumnia num.202.

Procurator in cauſa eccleſiaſtica iurat ſine ſpeciali mandato num.202.

Clericis prohibitum eſt iurare de calumnia ſine licentia proprij Diœceſani, ſi tamen iurauerint non irritatur iudicium num 203.

Geſtor alienorum negotiorum ex decreto iudicis, vel auctoritate legis iurat de calumnia num.204.

Adminiſtratores legitimi iurantes contra conſcientiam efficiuntur periuri, & non ij, quorũ bona adminiſtrant num.208. in fine.

Litigator tenetur iurare de calumnia etiam ſi vouiſſet nunquam iurare num.211.

Iurare de calumnia tenetur etiam is, cui ab aduerſario fuiſſet expreſſe remiſſum iſtud iuramentum num. 212.

Iuramentum calumniæ non poteſt remitti expreſsè num. 212. ſed tacite poteſt num.54. in fine & 213. in fine.

Iuramentum calumniæ non eſt præſtandum in qualibet cauſa, & multi ſunt caſus, in quibus præſtari non debet num.214. Et qui ſint iſti caſus num. 215. vſque ad num.222.

Iuramentum calumniæ non requiritur in notorijs, alijſque, quæ certa ſunt num.215.

Actor non tenetur iurare de calumnia, ſi probauit ſuam intentionem num.217.

Iurare de calumnia non tenetur petens actum iuriſdictionis voluntariæ num.218.

Iudex procedens ex officio non tenetur iurare de calumnia num.219.

Fiſcus de conſuetudine non iurat de calumnia, ſed de iure deberet iurare num. 221.

Iurare de calumnia non tenetur qui non habet legitimã perſonam ſtandi in iudicio num. 223. Exemplificatur in multis num.227. & ſeqq.

Minores adulti non iurant de calumnia num. 227. Reſtringitur vt non procedat in caſibus, in quibus haberent legitimam perſonam num.228. Extenditur reſtrictio vt procedat etiam ſi haberent curatorem num. 229. Obijcitur ſine ſolutione num.230.

Pupillus non iurat de calumnia nu.231. Reſtringitur vt non procedat in caſibus in quibus haberet legitimã perſonam ſtandi in iudicio nu. 235. Declaratur reſtrictio vt procedat in pupillo doli capace num. 235.

Pupillus non poteſt agere ſeu ſe defendere ſine auctoritate tutoris, vel procuratoris in caſibus, in quibus adultus haberet legitimam perſonam ſtandi in iudicio num. 237. & 246.

Infans, Furioſus, Demens non iurant de calumnia num. 238.

Filiusfam. non iurat de calumnia ſuper aduentitijs etiã ſi eſſet quinquagenarius num. 230. & 240. in fine Declaratur eſſe verum quando iudicium eſt fundatum cum patre num. 241. Reſtringitur non eſſe verum in filio fam. legitimæ ætatis, cum quo fundatum eſſet iudicium de voluntate patris num. 242. Reſtringitur 2. quando ageretur de re peculij caſtrenſis, ſeu quaſi caſtrenſis num. 243. Reſtringitur 3. in caſibus, in quibus filiusfam. haberet legitimam perſonam ſtandi in iudicio num.244. & 246.

Vniuerſitas non iurat de calumnia num.248. Extenditur tam in vniuerſitate ſæculari, quam in eccleſiaſtica nu. 249. Extenditur rurſus etiam in collegio num.250. & quis iuret pro ea num.251. & 252.

Syndicus debet habere mandatũ ſpeciale ad iurandum in animam Conſeruatorum, Priorum, aliorumque Regentium vniuerſitatis num. 253. Adducitur 2. opinio, quòd poſſit iurare in animam præfatorum ſine mandato num.254. Adducitur & tenetur 3. opinio, quod non ſit neceſſarium vt iuret in animam iſtorum num. 255. Tollutur contraria num. 257.

Principales in cauſa Vniuerſitatis pro vniuerſitate dicuntur ſinguli de vniuerſitate, ſicque etiam minores, alijque inhabiles num.257.

Syndicus particularis æquiparatur procuratori, ideoque iurat in animam principalis cum mandato ſpeciali num.258.

Procurator ad negocia iurat de calumnia ſuper negocio, de quo ipſe eſt informatus, & non dominus, qui propterea non iurat de calumnia num.259.

Coniuncta perſona, pro qua agit perſona coniuncta, non tenetur iurare de calumnia num. 260. Contrarium eſt verum num.261.

Coniuncta perſona non dicitur legitimus adminiſtrator num.261.

Tutor, Curator, Adminiſtratorque legitimus poſſunt conſtituere procuratorem poſt litem conteſtatam: ſed ante litem conteſtatam poſſunt conſtituere actorẽ ad lites, procuratorem ad negotia extraiudicialiter, auctorizare minori conſtituenti procuratorem ad lites ſub num.261.

Syndicus vniuerſitatis poſt conteſtatam litem poteſt conſtituere procuratorem ſub num.261.

Coniuncta perſona non admittitur quando coniunctus, pro quo comparet, dimiſit procuratorem ſub num.261.

Coniuncta perſona habens mandatum à lege dicitur habere infirmius mandatum quàm procurator ſub num.261.

Coniucta perſona non bene æquiparatur tutori, curratori & legitimo ad miniſtratori ſub num.261.

Coniuncta perſona æquiparatur procuratori habenti ſimplex mandatum num.262.

Patronus non iurat de calumnia num. 263. Contrarium num.265. Tenetur primum num. 266.

Parentes non iurant de calumnia num.264. Contrarium num.265. Tenetur primum num. 266.

Libertus. Filius non iurant de calumnia num. 267.

Actor debet iurare de calumnia priuſquam reus, ſi de hoc oriretur controuerſia num.268. ordine tamen conuerſo non vitiatur iudicium num.269.

Actor originarius [in cognoſcendo quis ſit actor] dicitur actor num.268. in fine.

Iuramentum calumniæ eſt actus legitimus introductus ad ſolemnizandum iudicium num.224.

Actus legitimi iudiciarij non cadunt in eos, qui non habent letimam perſonam ſtandi in iudicio num.225.

Pupillus, Minor poſſunt conteſtari litem cum auctoritate tutoris, ſeu curatoris num.226.

Confeſſio minoris in his, quæ tendunt ad ordinandum iudicium ſeu ad ſolemnitatem iudicij, facta ſine auctoritate curatoris non valet num. 230.

Iuramentum calumniæ reſpicit ius, & iuſtitiam cauſæ num.232.

Pupilli quod vident ignorant num.232. in fine.

Pupilli non iurant de dicenda veritate num. 233.

Impubes non poteſt iurare num.234.

Bal. nimis generaliter loquutus num.242.

Ordo

Ordo vt actor iuret de calumnia prinſquam reus non eſt de ſubſtantia iudicij num. 269.

Contumacia ſeu Dolus } *tutoris vel curatoris non praiudicat pupillo & adulto, niſi &c. num. 270.*

Contumacia tutoris ſeu curatoris non iurantis de calumnia praiudicat minori num. 271. & ſeq. Contrarium num. 273. & ſeqq. Retinetur primum num. 277. in fine & 278. vbi ſoluuntur contraria.

Contumacia tutoris non praiudicat pupillo quo ad miſſionem in poſſeſſionem ex 2. decreto num. 275.

Contumacia procuratoris nocet domino in his qua pertinent ad iudicij proceſſum num. 272. ſed non in his qua ſunt magni praiudicij num. 274.

Contumacia procuratoris non praiudicat domino quoad 2. decretum num. 274. Contrarium num. 279. & 281. vbi declaratur hoc contrarium eſſe verum quando ex ficta contumacia domini poteſt procedi ad 2. decretum.

Pupillus ſeu Adultus } *non poſſunt mulctari ex contumacia tutoris, ſeu curatoris num. 276.*

Contumacia procuratoris non iurantis de calumnia quomodo praiudicet domino num. 271. verſ. ſed contumacia & num. 277.

Contumacia tutoris vel curatoris praiudicat pupillo, ſicut contumacia procuratoris praiudicat domino num. 270. Contrarium num. 278.

Contumacia procuratoris magis praiudicat circa poſitiones & iuramentum calumnia, quàm circa 2. decretum num. 280.

Veritatis cognitio ſoluit obiectiones num. 282.

Contumacia pralati & capituli in non iurãdo de calumnia praiudicat eccleſia num. 283. Declaratur non eſſe verum in contumacia ſolius pralati, vel capituli num. 284. Declaratur 2. non eſſe verum ſi pralatus & capitulum conſtituiſſent Syndicum num. 286.

Contumacia ſolius pralati, vel capituli non iurantis de calumnia ſi cauerint de rato, vel de iudicatum ſoluendo praiudicat ſibi ipſis num 286.

Pralatus ſine conſenſu capituli non poteſt agere vel conueniri ſub num. 284. niſi cauerit &c. nu. 286. & 287. Idem dicitur in eiſdem num. de capitulo ſine conſenſu pralati.

Contumacia Syndici non iurantis de calumnia praiudicat eccleſia num. 288. Contrarium num. 289. Retinetur primum num. 290.

Syndicus legaliter conſtituitur à maiori parte nu. 291.

Confeſſio tutoris, ſeu curatoris praiudicat minori nu. 292. Declaratur vt ſit verum in confeſſione iuriſdictionis contentioſa, ſecus in confeſſione iuriſdictionis voluntaria num. 293.

Confeſſio iudiciaria ſolius pralati non praiudicat eccleſia num. 294. fallit quando pralatus haberet legitimum mandatum à capitulo num. 295.

Minor, Eccleſia & Vniuerſitas } *habent reſtitutionem in integrum aduerſus confeſſionem tutoris & Syndici num. 296. & 297.*

Eccleſia collegiata & Vniuerſitas } *vt legitime citentur debet citari maior pars, & qua ſit praxis num. 298. Declaratur id eſſe neceſſarium quando citatur extra negotium vniuerſitatis num. 299. Declaratur 2. non eſſe neceſſarium quando citatur pro negotio vniuerſitatis &c. num. 300. Reſtringitur hac declaratio vt non procedat quando citatur vniuerſitas eccleſiaſtica pro re Eccleſia num. 302.*

Capitulum ſine conſenſu pralati &c. vide ſupra in verbo pralatus.

Vniuerſitas poteſt cogi ad conſtituendũ Syndicum n. 301.

Contumacia rectoris ſeu officialium vniuerſitatis non iurantium de calumnia, ſeu non reſpondentium poſitionibus praiudicat vniuerſitat. nu. 303.

CAPVT I.

1 SVPERIORI libro [DEO ingreſſum inſtruente] tractauimus de prima parte iudicij, agendo vſque ad litis conteſtationem incluſiuè, reliquum modo eſt vt [DEO progreſſum dirigente] expediamus ſecundam.

QVAESTIO I.

QVæro igitur quod ſit initiũ ſecundę partis iudicij
2 Reſp. iuramentum calumniæ eſſe initium, quia
lite legitime cõteſtata, immediatè ſequitur iu-
ramentũ calumniæ l. 2. & ibi gloſ. in verbo. narrationẽ.
Cyn. nu. 3. 6. 7. & ſeqq. Bar. nu. 3. & 17. verſ. modo habe-
mus. Bal. not. 2. num. 2. & Paul. de Caſtr. nu. 1. 2. & 3. C.
de iureiur. prop. calum. cap. 1. & ibi Io. Andr. in verbo.
exordio. nu. 4. Ant. de Butr. nu. 19 ibi. quæro quando. &
Abb. not. 3. nu. 4. de iuram. calum. cap. cum cauſam. in
fine, & ibi Ant. de Butr. verſ. nota tempus. nu. 6. eod. tit.
& cap. 1. eod. in 6. Gloſ. in l. 2. quam nos citabimus ſub
nomine auth. principales. §. ſed quia veremur. in verbo.
ſancimus. in fine C. de iureiur, prop. calum. Tancr. trac.
de ord. iudic. lib. 3. cap. de iuramẽto calumniæ. fol. 59.
Io. de Graſſ. tract. de ſubſtant, procur. in verbo. iurandũ
de calumnia. nu. 1. fol. 370. Spec. tit. de iuram. calumn.
in principio. Abb. in rub. nu. 1. de iuram. calum. & in
practica c. 67. Paul. de Caſtr. in l. 1. n. 1. & ſub nu. 9. verſ.
in gloſ. magna. & in auth. in iſto §. ſin autem. num. 2. C.
de iureiur. prop. calum. Curt. Sen. in ead. l. 1. ſub nu. 2.
inter tract. diuerſ. de iureiur. propt. calum fol. 130. Affl.
in conſtitut. lite legitimè cõteſtata. nu. 4. lib. 2. Maran.
in ſuo ſpec. par. 6. actu 1. nu. 1. Alex. Stiat. in pract. iu-
dic. cap. 20. ſub nu. 94. Maſcar. tract. de probat. q. 17. nu.
31. lib. 1. & And Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 85.
3 nu. 1. ✝ Et ex his benè Io. à Graſſ. in arbor. iudic. in quar
to principali. nu 5. & 6. fol. 24. ponit conteſtationem
litis pro ſecundo ramo, & iuramentum calumniæ pro
tertio ramo, & Iacob. Gentil. tract. de ord. iudic. nu. 15.
fol 41. ſequendo eundem ordinem, poſt litis conteſta-
tionem, annectit iuramentum calumniæ: & ex his fir-
ma eſt concluſio; quòd iuramentum calumniæ præſta-
tur immediatè poſt conteſtationem litis.
4 Ratio huius concluſionis eſt ſecundum Gail. vbi
ſupra: quia hoc iuramentum calumniæ pertinet ad to-
5 tam cauſam, ✝ & cauſa; propriè loquendo; cenſetur
ſecundum eundem deducta in iudicium poſt litis con
teſtationem, quod nos quoque notauimus lib. præced.
cap. 2. num. 19. & 22. & cap. 8. num. 15.
6 Tu verò dicas; & forſan melius meo iudicio, ra-
tionem eſſe, quia ſi exigeretur ante litis conteſtationẽ,
non cogeretur iurare, teſtibus Ant. de Butr. & Abb.
quos retuli, & ſequutus ſum infra num. 12. & ſi exige-
retur longè poſt conteſtationem litis, & eueniret, vt
is, à quo exigitur, nollet iurare videretur is, qui petit,
totum illud tempus conteruiſſe: quia ſi petiiſſet ſta-
tim, lite conteſtata, & noluiſſet iurare, ſtatim obti-
7 nuiſſet, ✝ vel dicas vna cum Abb. in cap. cæterum. nu.
5. de iuram. calum. quia facilius habebitur veritas, prę-
cedente iuramento, quàm eo ſubſequente, vnde vide-
mus, quòd teſtes debent iurare ante examen, & non
poſtea iuxta ea, quæ ſcripſi infra cap. 8. num. 533. &
ſeqq. ad eum.
8 AMPLIA I. iſtam concluſionem, vt habeat
locum etiam in foro capitolino tàm ex ſtatutis anti-
quis citatis per Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 3. cap. 3.
nu. 1. quàm ex nouis reformationibus lib. 1. cap. 59.
quo cauetur, vt; reo citato ad conteſtandam litẽ alias
videndum pronuntiari litem haberi pro conteſtata,
& ad præſtandum, præſtariq; videndum iuramentum
calumniæ; eo non comparente; lis habeatur pro con-
teſtata, & actor iuramentum calumniæ præſtet.
9 AMPLIA II. vt procedat etiam in illis locis
ſtatus Eccleſiaſtici, in quibus ſeruantur ordinatoriæ
Conſtitutiones Marchiæ lib. 5. cap. 16. de terminis ſer-
uandis in cauſis ciuilibus: quia licet in ordine proce-
dendi, quem tradunt, nullum verbum faciant de præ-
ſtando iuramento calumniæ, ſed ſolum de aſſignando
termino ad probandum poſt conteſtationem litis; ta-
men cenſeo, adhuc iuramentum calumniæ eſſe neceſ-
ſarium, ſi fuerit petitum, & ad ita cenſendum moueor
duplici fundamento, & primo: quia illa conſtitutio;
diſponendo de productione poſitionum, & de reſpon-
ſionibus faciendis ſuper illis; minus facit verbum de
iuramento eius, qui producit, & eius, qui debet reſpon
dere, & tamen non eſt dubium, quòd requiritur, ma-
ximè ſi petatur: Secundo moueor, quia cum iuramen-

tum calumniæ ſit de iure diuino vt dixi infra nu. 123, & 147. vel non potuit tolli, vel saltẽ erat exprimendũ.

10 AMPLIA III. vt habeat locum etiam in Regno Neapolitano ex conſtitut.lite legitimè conteſtata. lib. 2.& ex pragmat.ſi reus exceptiones. fol. mihi 414.

11 AMPLIA IIII. vt procedat etiam de conſuetudine generali; quia ita vidi, & audiui indiſtinctè ſeruari, & ſeruatur hic in tribunali Rotæ in cauſis ordinariis, in quibus poſt terminum ad conteſtandam litem immediatè ſeruatur terminus ad iurandum de calumnia, ſicut patet ex ordine dictorum terminorum, quos retuli, & ſequutus ſum infra cap.3. nu. 303.

AMPLIA V. vt requiſitus à parte poſt litis conteſtationem ad iurandum de calumnia adeo immediate teneatur iurare, vt ſi petat dilationem ad deliberandum vtrum expediat ſibi iurare, non eſt audiendus ſecundũ Petr.de Bellaper.quem refert & ſequitur Cyn. in auth.principales.§. quòd ſi actor.verſ.quinto quæritur.nu.5, C.de iureiur. prop. calum. & ibidem Saly.nu. 33. teſtans de com. *

Et procedit iſta ampliatio etiam ſi reus petat hanc dilationem, quia iam ante litis conteſtationem habuit dilationem deliberatoriã Cyn.in l.2.verſ. quinto quæritur.num. 8. C. de iureiur. prop calum. dicens, quòd Modernorum ſententia in contrarium non eſt vera.

12 DECLARA modo iſtam concluſionem, & ampliationes ad eam dum diximus, iurandum eſſe poſt conteſtationem litis, & non antea, vt ſint veræ quantũ ad coactionem: quia litigator ante conteſtationem litis non cogitor iurare de calumnia; ſed non quantum ad voluntatem; quia poterit iurare etiam ante litem conteſtatam, ſi velit iurare, ſicut declarant Ant.de But. in cap.1.num:19.verſ.quæro quando.& Abb. not.3. nu. 4.de iuram.calumn. rurſus idem Abb. in cap. vlt. ſub, num.14.ibi; ego concluderem.eod.tit.& in hanc declarationem iuit apertè Cyn. in l. 2. verſ. ſexto quæritur. num.9 C.de iureiur.prop.calum. dum, ſequendo Petr. de Bellapert. ſcribit, quòd ſi ſemel eſt iuratum de calumnia ſuper tota cauſa ante litis conteſtationem, non eſt iteratò iurandum, quia eſſet ſuperfluum, ſubdens verum eſſe quod hoc iuramentum non exigitur ante litis conteſtationem à parte inuita.

13 Contra iſtam declarationem ſentiunt communiter * Legiſtæ Moderni, & præſertim Paul.de Caſtr.in auth.in iſto.§.ſin autem. ſub num. 2. & Curt. Sen. qui eum refert, & ſequitur num. 1. & ſeqq. C. de iureiur. prop. calum. dum aiunt, mirabilem eſſe practicam illius textus, vt dominus poſſit propter abſentiam iurare de calumnia ſuper futura lite ante conteſtationem litis, quando conſtituit procuratorem.

14 Sed ego non recedo à præfata declaratione: quia non video quid poſſit obſtare, quin poſſit iurari de calumnia ſuper tota cauſa ante litis conteſtationẽ: 15 † ſed quòd non cogatur eſt rationabile; quia ante litis conteſtationem non certò conſtat de mutua voluntate actoris, & rei, an velint litigare, vel alter eorum cedere, ſicut benè declarauit etiam Abb. dicto cap. vlt. ſub num.14.de iuram.calum.

16 SVBDECLARA iſtam declarationem dum diximus litigatorem non cogi ad iurandum de calumnia ante conteſtationem litis, vt ſit vera quoad iuramentum calumniæ ſuper tota cauſa, ſecus ſuper emergentibus, quia ſuper iſtis cogi poteſt ad iurandum de calumnia etiam ante conteſtationem litis, ſicut declarant Spec.tit.de iuram.calum.§. 1. ſub num. 4. ibi item in exceptionibus. Et num.6.verſ.ſecundum. Bar. in l.2. num.17.verſ.modo habemus. Paul.de Caſtr. verſ. nota in iſta.num. 2.& Curt. Sen. nu. 1. C. de iureiur. prop. calum.rurſus Bar.in l.vbicunque.ſub num.18.verſ.dein de quæro quo tẽpore.ff.de interrog.act. Paul.de Caſtr. in l.1.ſub num.1. ſecundum vnum intellectum illius legis C.de iureiur.prop.calum. Curt.Sen.in auth.hoc ſacramentum.ſub num 1.C.eod.& Abb.in cap. 1. not. 3. ſub num.4.de iuram. calum, & Gail. in pract. obſeru. lib.1.obſeru.85.ſub num.1.Et quòd ſuper his, quæ fiunt ante litis conteſtationem, & quotieſcunque poteſt cõmitti calumnia ante litem conteſtatam, iuretur de calumnia tenet iterato Cyn.in dicta auth.hoc ſacramentum.ſeu hoc iuſiurandum.

17 LIMITA quoque hanc primam declarationem poſitam ſupra num.12.vt non procedat de conſuetudine Bononiæ, quando reus eſt cõtumax, & propter eius contumaciam fieret miſsio in bonis ipſius cauſa rei ſeruandæ, quia tunc actor priuſquam mitteretur, deberet iurare de calumnia, & tamen lis non eſt conteſtata & ſic cogeretur iſto caſu ante litem conteſtatam; prout de iſta conſuetudine teſtatur Tancr. tract. de iud. lib.3.cap.de iuram. calumniæ. ibi quandoque tamen.fol.60. ſed de iure habes in iſto caſu pro & contra lib.præced.cap.96.ſub.num.3.

18 DECLARA II. vt licet iuramentum calumniæ non fuerit petitum immediate poſt litis conteſtationem iuxta prædicta, tamen poterit peti poſtea quandocunque tam ante concluſionem in cauſa, quàm poſtea etiam poſt latam ſententiam.

19 Nam quòd poſſit peti poſt coteſtationem litis vſque ad concluſionem in cauſa probatur euidenter ex textu in cap. 1. de iuram. calum. in 6. & ſcribunt Paul. de Caſtr. in l. 2. num. 3. C. de iureiuran. propt. calum. & ibi. Additionator ad eum. Iaſ.in l.admonendi, in ſecunda lettura.num.81.ibi primum eſt. ff. de iureiur. Affl.in conſtitut.lite legitime conteſtata. ſub nu. 4. lib.2. Maran. in ſuo ſpec.par.6.actu 1.num.3. Carauit.ritu 288. num.36. in fine.Grauat.in annot.ad pract. Veſtr. lib. 5, cap. 2. num. 14. & Maſuer.in addition.ad pract.Papien.in forma libelli action.real.in glo. per ſacramentum calumniæ. in prima additione. fol. mihi. 142. qui omnes fræti auctoritate dicti capitoli 1. concludunt, iuramentum calumniæ poſſe exigi in quacunque parte iudicij & hæc couclusio tenetur communiter *, ab omnibus & eam tenebant quaſi omnes Moderni tempore Cyni vt ipſe teſtatur in l. 2. verſ. ſeptimo quæritur.ſub num.10.C. de iureiur.prop.calum.licet ipſe ibidem ſequutus Pet. de Pellaper.diſtinguat vt à parte non poſsit peti, ſed iudex ex officio poſſit facere præſtari. tu tamen non recedas à communi quæ etiam practicatur.

20 Et ideo forſan in Rota inoleuit alia praxis in cauſis beneficiarijs, vt terminus ad iurandũ de calumnia ſeruetur vltimo loco poſt reliquos ſeptem iuxta, ea quæ ex practicis retuli & ſequutus ſum infra cap.3.nu.264.

21 Quòd verò poſſit peti etiam poſt concluſum in cauſa non eſt ſine multa controuerſia. Prima enim opinio erit affirmatiua quod etiam poſt concluſum poſſit peti, prout ſenſierunt Arch.in cap.1.in principio.in verbo iurari. de iuram. calum. in 6. dicens quod ſi fuerit omiſſum poteſt exigi quandocunque ante ſententiam, & Aſin. in prax. §. 23.c.10.in fin.vbi eum refert, & ſequitur; & quòd hodie ſit determinatum per Canoniſtas, quòd iuramentum calumniæ poſſit exigi in quacunque parte litis ante ſententiam ſcribit Papien. in pract. in forma libelli action. real. in gl.per ſacramentum. ſub num.4.fol. mihi 141. & quòd poſt concluſum in cauſa poſſit exigi iuramentum calumniæ ſcribunt Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 1. ſub num. 3. & Hier. de Mont, tract. de finib. regun. cap. 45. num. 11. fol. 343, & hanc opinionem videtur tenuiſſe Rot. deciſ. 2. alias 660.de iuram.calum. in antiq. dum dicit, poſſe exigi vſque ad finem litis, ſed nos ſcimus, quod concluſio non eſt finis litis, ergo poteſt exigi etiam poſt concluſum: & horum opinio eſt fundata in dicto cap. 1. de iuram. calum. in 6. vbi dicitur, quòd in qualibet parte litis poterit iurari de calumnia.

22 Secunda opinio eſt contraria videlicet quod poſt concluſum in cauſa non poſsit exigi iuramentum calumniæ & hanc tenuerunt Gl. vltim. 2. in fine in cap. ex literis. de iureiur. Fely. in cap. cum dilectus. num. 5. in fine. ibi: & poſt concluſionem in cauſa non iuratur de calumnia. de fid. inſtr. Curt. Sen. in l. 2. num. 4. C. de iureiur.prop.calum. & hanc eſſe communem * opinionem teſtatur idem Curt. in l. admonendi num. 75, ff. de iureiur. quem referunt, & ſequuntur Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in d. gl. per ſacramentum. in 1.additione.fol.142.& Grauat.in annot. ad prac. Veſtr. dicto lib. 5. cap.2. ſub num. 14.

23 Confirmatur iſtorum opinio duplici argumento: primo, quia poſt concluſum in cauſa non eſt neceſſaria vlterior probatio, cum per concluſionem præcluſa ſit

ſa ſit

24 ſa ſit via probationibus, vt dixi infra c.vlt.nu.16.† Sed vbi non eſt neceſſaria probatio, nõ requiritur iuramentum calumniæ, teſtibus Bal. in l. 1. ſub num. 1. verſ. à contrario verò & Curt.Sen.num.3.C.de iureiur.prop. calum. hancque doctrinam deducunt Bal. & poſt eum Curt.ex Spec.tit.de iuram.calum.§.vlt.verſ.quid ſi em ptor. num. 7. dum ſentit. in notorijs non requiri iura-
25 mentum calumniæ, ſequutus Vber. Alb. Pap. † ſed inquit Curt.in d.l. 1.num. 4. quicquid. conſtat iudici ex proceſſu, & probationibus factis dicitur notorium iudici.

26 Secundo, quia licet probatio, quæ oritur ex confeſſione partis, admittatur etiam poſt concluſionem in cauſa ſicut ſcribunt Bal.in rub.ſub num.5. verſ.ego aliter. & Paul. de Caſtr.verſus finem ſub.num. 10.C.de probat. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu. 15. num. 5. & Maſcar.tract.de probat.lib. 1 q.17.num. 45. & ſequen. tamen non admittuntur poſitiones Spec. tit. de poſit.§. quarto quæritur.verſ.ſed & ſi ante concluſionem.num.
27 4. & ſeqq. & clare Paul. de Caſtr. vbi ſupra. † vnde infero, quod ea, per quæ deuenitur ad probationem, nullo modo admittuntur poſt concluſionem in cauſa, etiam ſi probatio ipſa poſſet quandoque admitti poſt concluſum in cauſa; & ex iſta illatione infero ad caſum noſtrum, quod iuramentum calumniæ non debet poſſe exigi poſt concluſum in cauſa, quia ſi litigator nolit iurare habetur pro confeſſo.

28 Tertia opinio, quæ videtur conciliare præcedentes duas contrarias, eſt Ioannis And.in cap.1.ſub num. 2. in verbo qualibet parte de iuram. calum. in 6. qui diſtinguendo tenet quod ad inſtantiam partis quis nõ cogatur iurare de calumnia poſt concluſum in cauſa, ſecus per officium iudicis, & hanc opinionem in effectu tenuerunt Ant. de Butr. in cap. vlt. verſ. quæro ſi omiſſum. ſub num. 22. de iura.calum. Bal. in l.1.verſ. quæro hic num. 8. in fine. ibi. ſed nunquid. C. de iureiur. prop. calum. & Curt. Sen. in l. 2.nu. 4. C. eod.& apertius Capel. Tholoſ. deciſ. 108. ſi fuit petitum. & Gail. in pract.obſeru. lib.1.obſeru. 84.ſub num. 6.dum ſcribunt, quod iudex poteſt ex officio exigere iuramentum calumniæ etiam poſt concluſum in cauſa, ſed non ad inſtantiam partis: & ratio eſt ſecundum eundem Curt. ne ſententia ipſius in futurum reddatur nulla; ſed hæc ratio non eſt bona.

29 Quarta opinio, quæ declarat iſtam opinionem Ioannis And. fuit Dominici à S. Gemin. in d.cap.1.quam retulit etiam Anſin. in prax. §. 23. cap. 10. ſub num. 1. dum tenuit, opinionem Io.And. procedere in iudicijs plenarijs, ſecus in ſummariis in quibus tenet etiam ad inſtãtiam partis poſſe exigi: & hanc amplexi ſunt. Aufr.in addit.ad Capel. Tholoſ.d. deciſ. 108. & Rol. à Vall. conſ. 71.viſo proceſſu num. 34. lib. 1.

30 Sed recedendum non eſt à prima opinione, vt poſſit indiſtinctè exigi etiam ad inſtantiam partis, ſicq; remanet firma iſta ſecunda declaratio.

31 Non abſtant adducta pro ſecunda contraria opinione: † nam ad primum argumentum reſpondeo, tunc iuramentum calumniæ non requiri vbi non eſt neceſſaria probatio, quando ſumus in notitijs, quæ nulla
32 tergiuerſatione cælari poſſunt: † & ratio eſt: quia in eiuſmodi notorijs ceſſat omnis ſuſpitio calumniæ, & conſequenter debet ceſſare iuramentum calumniæ, quod eſt inductum ad tollendam præfatam ſuſpitionem, ſed concluſio in cauſa non inducit eiuſmodi notorietatem. Ergo.

33 Ad ſecundum reſp.quòd poſitiones ideo non admittuntur poſt concluſionem in cauſa; quia principalis, ſeu propria natura poſitionum tendit ad probandum: qui enim ponit intẽdit probare: ſed qui exigit iuramentum calumniæ non tendit principaliter ad probandum ius ſuum deductum: merito concluſio in cauſa, quæ præcludit viam probationibus vt dixi infra cap.vlt. q. 2. num. 16.impedit poſitiones, ſed non iuramentum calumniæ.

34 Quòd iſtud iuramentum calumniæ poſſit exigi etiã poſt latam ſententiam ſcribit A. M.Papaz.in addit.ad Rot. deci. 2. alias 33. ſub num.41. de reſcript. in nou. & licet deciſio 4. alias 664. de iuram.calum. in antiq. quam ipſe citat, hoc non dicat; tamen ſatis probatur ex eo quod poteſt exigi etiam in cauſa appellationis, vt ſcripſi infra ampl.4.num.165.

35 Ex his declarationibus poſitis ſupra num. 12.& 18. infero non eſſe de ordine ſubſtantiali iudicij, quod iuramentum calumniæ præſtetur, ſiue exigatur immediatè poſt conteſtationem litis cap.1.& ibi.Gl.1.de iuram. calum.in 6. Vidimus quando poſſit exigi iuramentum calumniæ.

QVAESTIO II.
Caſus I.

36 QVAERO nunc, an iuramentum calumniæ ſemel præſtitum poſſit iterum exigi in vna eademque inſtantia antequam feratur ſententia.

Reſp. diſtinguendo duos caſus principales. Primus caſus eſt, quando iuramentum calumniæ eſt præſtitum poſt cõteſtationem litis. Et in iſto primo concludo indiſtinctè, ſemel præſtitum non poſſe iterum exigi quia ſufficit quod ſemel ſit iuratum in principio poſt litis conteſtationem, vt ſcribunt Cyn. in auth. hoc ſacramentum. & ibidem Paul. de Caſtr.num. 1. & Curt. Sen. num.1.& 3.C.de iureiur.prop.colum. & ibi com-
✠ muniter * Doctores: rurſus idem.Paul.de Caſtr. in l.1. num 1. in fine. C. eod.& ſic intelligo Gl.in l.cum de in debito.§. in omnibus.in verbo ſeruando. ff. de probat. & in cap. 2. in fine. in verbo malitiæ.quæ eſt vltima gl. de iuram.calum.in 6.Cyn.in l.2.num.14.verſ.vndecimo quæritur.in fine. C. de iureiur. prop. calum. Bar. in l.qui bona fide §. ſi quis ſtipulaturus. num. 2.in fine ibi.ſed ſi eadẽ ff.de damn.infect.& in d.l.2.nu.9.in fine. ibi. hodie vero. Affl. in conſtitut. cauſas alias.not. 6. ſub num. 8. lib.2.Carauit.ritu.288.ſub num.36.Aſin.in prax.§. 3. cap.30.num.5.& §. 21. cap. 3. num. 3. Seuerol.tract.de remiſs.cap. 5. num.4. & communiter omnes in diuerſis locis, dum ſcribunt, iuramentum ca-
✠ lumniæ ſemel præſtitum non poſſe iterum exigi & hæc
37 eſt communis, * & non habet contradictores †; & ratio huius concluſionis eſt: quia iuramentum calumniæ poſt conteſtationẽ litis eſt generale, & reſpicit totã cauſam, & conſequenter habet vim ineſſendi cuilibet articulo, ſicut genus ineſt cuilibet ſpeciei, vt notant Bar.& apertius Bal. in d.auth.hoc ſacramentum.in principio.

38 AMPLIA notabiliter iſtam concluſionem, vt ſit vera intantũ, quod is, qui poſt cõteſtatam litem iurauit de calumnia, non teneatur poſtea iurare per verbum credit, vel non credit, quando examinatur ſuper poſitionibus Bal.in d.auth. hoc ſacramentum.num. 2. verſ.per iſtam, quem ibidẽ referunt, & ſequuntur Paul. de Caſtr.& Curt.ſen.vterque nu.3. dicens hoc eſſe notandum in practica; Et conſequenter ſi nolit iurare non poteſt haberi pro confeſſo, teſtibus iiſdem Bal.& Curt. Sen. vbi ſupra & Paul.de Caſtr. num. 4. & vide quæ di-
39 xi infra cap. 7. q. 29. num. 765. † & ratio huius ampliationis ſecumdum eoſdem eſt quia hoc iuramentum non habet in effectu diuerſam naturam à iuramento calumniæ, nam ſicut iuramentum calumniæ eſt de credulitate, vt dixi infra num.60. q. 4. ita etiam is, qui reſpondet poſitionibus, iurat dicere verum per verbũ credit vel non credit, vt dixi infra cap.7.q. 23.nu.711.

40 Infero iuxta præcedentem comm.concluſionem quòd iuramentum, quod iudex, timens tergiuerſationem, poteſt exigere, non eſt iuramentum calumniæ, ſed eſt iuramentum malitiæ, vt ſcribit Curt.Sen. in d.auth.
41 hoc ſacramentum.ſub num. 3.† & ſimiliter iuramentum, quod exigit à litigatore, petente literas remiſſoriales; dum timet eas calumniòſe peti quia illud iuramentum non dicitur de calumnia, ſed dicitur iuramentum malitiæ, vt admonet Seuerol.d.cap. 5. num.4. de quo iuramento ſcripſi infra cap.3.num. 136. verſ. primum.

42 LIMITA nunc præcedentem communem concluſionem primo, vt non procedat quando principalis, qui iuraſſet de calumnia, eſſet mortuus; quia nihilominus hæres ipſius poſſet cogi ad iurandum de calumnia, vt oſtendunt Spec.tit. de iuram.calum.§.ſequitur verſ.ſed nunquid. num.7.& §. ſeq.num.16. Aret. inſtit.de pen.tem.litig.in principio.verſ. quæro an ſufficiat.ſub num.9.& Curt.Sen.in auth.principales. nu.1. & 2.

& 2.C.de iureiur.prop.calum.fol.mihi 133.inter tract.
diuerſ.de iureiur.& ratio eſt quia conſciẽtia,ſeu ſcien
tia hæredis poteſt eſſe diuerſa,nam conſciẽtiæ & ſciẽ-
tiæ hominum ſunt diuerſæ ſeu, vt in alio propoſitio di
cit Bal.in l.generaliter.verſ.ſecũdo not.nu.2.C.de reb.
cred.quia ſæpè legali ſuccedit illegalis & bono malus.
43 † & ideo ratiocinantur ijdem Bal.Aret.& Curt.vbi ſu
pra, quòd iuramentum eſt perſonale, & non tranſit ad
hæredem quoad reatum periurij iuxta doctrinam In-
nocentij & ſequacium in cap. veritatis. de iureiur.
Contra iſtam limitationem eiuſque rationem vide
quæ ſcripſi cap.ſeq.nu.106.verſ.quia & num.107.
Sed pro limitatione vide quod ſcripſi ibidem num.
107. verſ. ſecundo.
44 Infero ex hac limitatione, iuramentũ calũniæ poſſe
exigi quoties ĩ iudicio mutatur perſona,quę iurauerat.
45 LIMITA II. vt non procedat, quando inciden
ter veniret agendum de re graui & irreparabili, quia
tunc ſuper illa re graui, & irreparabili poſſet exigi;
quamuis eſſet iuratum generaliter ſuper tota cauſa, ſi-
cut ex Ri.Malum.refert Cyn.in auth.hoc iuſiurandum.
alibi hoc ſacramentum.ibi. plus dicunt. C. de iureiur.
prop. calum. & ex Cyn. referunt & ſequuntur ibidem
Paul.de Caſtr.verſus finem.ſub nu.4.& Curt.Sen.nu.2.

Caſus II.

46 Secundus caſus eſt,quando iuramentum calumniæ
eſt præſtitum anta conteſtationem litis, & quia in iſto
caſu latet controuerſia inter ſcripta Doctorum, vt pa-
tebit ex infra dicẽdis, poſſunt coſtitui duæ opiniones.
Prima opinio erit,quòd poſſit iterum exigi poſt con
teſtationem litis: quia illud iuramentum calumniæ
præſtitum antea nõ eſt ſolemnizatiuũ iudicij, teſtibus
Paul.de Caſtr. in l.2.ſub num.2.& Curt.Sen.num. 1. C.
de iureiur.prop.calumn.imò ſecundum Goffr.& alios,
quos citaui infra q.5. iuramentũ calumniæ differt à iu
ramento malitiæ in hoc quòd iuramentũ calũniæ præ-
ſtatur ſolum poſt conteſtationem litis & Spec.tit. de
iuram.calum.§.1.ſub num 2.ibi. ego dico, tenet quòd
iuramentum calumniæ non debeat præſtari ante con-
teſtationem litis, ſed ſolum poſtea, quod idem aper-
tius ſentit Paul. de Caſtr. in auth. in iſto. §. ſin autem.
ſub num.2. quem refert, & ſequitur ibidem Curt. Sen.
num.1.& ſeqq.C.de iureiur.prop. calum.dum ſcribit,
eſſe mirabile, quòd in illo caſu poſſit iurari de calum-
nia, lite non conteſtata.
47 Secunda opinio erit, quòd non poſſit exigi, ſi fuerit
iuratum ſuper tota cauſa Abb. in cap.1. not.3. ſub. nu.
4.ibi.idem ſi præſtatur.de iuram.calum. & ſentit ibidẽ
Ant.de Butr.num.19.& in cap.vlt.verſ quæro iuramẽ-
tum.nu.21.eod.tit.licet non loquatur ita diſtinctè; ſe-
cus ſi fuerit iuratum ſuper aliquo particulari, vt puta
ſuper aliqua exceptione,ſeu alio emergenti,quia eiuſ-
modi iuramentum non ſufficeret, cum poſſit aliud ge-
nerale exigi ſuper tota cauſa,Ant.de Butr.& Abb. vbi
ſupra,qui ita in effectu ſentiũt.& ab iſta ſecũda opinio
ne nõ eſt recedendũ,quia diſtinguit,& eſt rationabilis.
48 Et hæc procedunt quando ſumus in eadem inſtan-
tia,ſed in alia inſtantia, hoc eſt in cauſa appellationis
quòd poſſit exigi, quamuis fuerit præſtitum generali-
ter in cauſa principali dixi infra num.165. & 166.

QVAESTIO III.

49 QVAERO an iuramentum calumniæ ſit de ſub-
ſtantia,ſeu de ordine ſubſtantiali iudicii itaut,
eo omiſſo, proceſſus ſit nullus.
Reſp. non eſſe de ordine ſubſtantiali ſimpliciter &
de per ſe, ſed ſolum ſi petatur. Quòd de per ſe non ſit
de ordine ſubſtantiali probatur ex eo,quòd iudicium,
ſeu proceſſus valet ſine iuramento calumniæ ſi non
fuit petitum, vt ſcribunt Odofr. tract. de ordin. iudic.
num.26.fol.33.Specul.tit.de iuram.calum.§.1. verſ.ſed
quid ſi ante.num.3. in fine. & §.ſequitur. num. 4. verſ.
quid ſi non exacto. Rot. deciſ. 4. alias 664. de iur. ca-
lum. in antiq. A. M. Papaz. in addit. ad Rot. deciſ. 2.
alias 33. ſub num. 12. de reſcript. in nou. Bar. in auth.
principales.§.ſed quia veremur.ſub num.1. & ſeqq.C.
de iureiur. prop. calum. & ibidem Paul. de Caſtr. ſub
num.2.ibi.ſi non petat non vitiatur, & Curt. Sen. ſub
nu.2.Fely.in cap.tuis quæſtionibus.ſub num.4. verſ. in
in ea glo.ibi.ſcilicet tacitè.de teſtib.Caſſad.deciſ.8.nu.
7.de reſcript.Vant.tract. null. rub. de nullit. ex defec.
proceſſ.nu.29.fol 414.And de Iſern.in conſtitut. lite
legitimè conteſtata.& ibidem Affl. not. 4. ſub num. 6.
lib.2.Maran.in ſuo ſpec.par. 6.actu. 1.ſub nu.2.Marſ.in
pract.crim.§.videndum.nu.5. Veſtr.in prax. lib.5. cap.
2.num.2.in fine,& ibi Grauat.in annotat.nu. 11.Hiero.
de Mon.tract.de finibus regun.cap.45.num.10.fol.343.
Aſin.in prax.§.3.cap.30.num.3.Greg.Magal.tract.de
ſecur.par.1.in fine.fol. 235. Gail. in pract. obſeru. lib.
1. obſeru. 84. nu.1. & 2. & omnes communiter * in di-
uerſis locis,de qua cõmuni teſtatur Salyc.in auth.prin-
cipales.§.ſed quia.nu.29.C. de iureiur. prop. calum.&
hodie non eſt dubitandum; quia habemus tex. apertũ
in cap.1.§.1,de iuram.calum.in 6.Quicquid olim diſpu
tãdo ſenſerint in contrarium Mar.Azo.& Hoſt.quos ci
tat Glo.in d.cap.1.in verb.annullandus.& in d.cap.tuis
quæſtionibus.in verbo. remittatur. in fine. de teſtib.&
tenuerit aperte in pũcto iuris Cyn.in d.§.ſed quia.nu.2.
quorum opinioni aſtipularetur Alex.Stiat. in prax.cap.
20.nu. 95. & ſeqq. & nu. 102. niſi haberemus hodie di-
ctum cap. primum in §. 1.
50 Cum igitur proceſſus, & ſententia poſſint ſtare ſine
iuramento calumniæ, ſequitur quòd non ſit de ſubſtan
tia,teſte Bar.qui ſic argumẽtatur in auth. in iſto §.quod
obſeruari.nu 5. in finalibus verbis. C. de iureiur.prop.
51 calum.† & ratio eſt, quia illud dicitur de ſubſtantia,
quod non poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corru
ptionem; prout ad aliud propoſitum notat Vant.tract.
52 nul.rub.de nullit.ex defect.proceſ.num.9.& ſeqq.† &
quòd iuramentum calumniæ non ſit de ſubſtantia iu-
dicij,niſi petatur,ſcribũt apertè Paul.de Caſtr. & Cur.
53 Sen. vbi ſupra, † & quòd terminus ad iurandum
de calumnia non ſit de ſubſtantia,ſed contingens,ſcri-
54 bit Veſtr. vbi ſupra, † & iuxta hanc communem con-
cluſionem ſeruat Rota in cauſis beneficiariis, & ſum-
mariis, vt hi quatuor termini tantum ſint ſubſtantiales
videlicet:ad articulandum:ad dicendum contra articu
los:ad producendum omnia:ad dicendum contra pro-
cta;ſine quibus proceſſus, & ſententia eſſent nulli, vt
ex Rot.Papaz.Caſſad.Caputaq.Vant.Formular.termin.
Rotæ, & Staph. retuli & ſecutus ſum infra cap. 3. ſub
num.239.vbi videas; & hinc eſt, quòd ſecundum om-
nes * hoc iuramentum poteſt omitti, teſte Bal. in l. 2.
verſ.tertio quæritur.nu.6.C.de iureiur.prop. calum.
55 LIMITA præfatam communem concluſionem,
vt non habeat locum in foro Capitolino, quia Statuta
Vrbis lib.1.cap.59. mandant, quòd actor citet ad præ-
ſtandum, præſtariquè videndum iuramentum calum-
niæ; & quòd actor iuret de calumnia: ſicque tenetur
in primis iurare actor, & tenetur iurare etiam reus,
quia ex citatione oritur exactio iuramenti; verum li-
cet de iure communi iuramentum petitum efficiatur
de ſubſtatia iudicii adeo; quòd eius omiſſio vitiaret
proceſſum,vt retuli & ſequutus ſum infra num.68. ta-
men in caſu prædicti ſtatuti ſi iuramentum non præ-
ſtetur à reo, & actor procedat, & reus non audiatur
iuxta diſpoſitionem dicti ſtatuti proceſſus eſſet vali-
dus,ſed ſi audiretur reus & in eius fauorem fieret pro-
ceſſus,ſeu proferretur ſententia, proceſſus & ſenten-
tia eſſent nulli.
56 Cõfirmatur iſta limitatio,quia quælibet forma tradi
ta à lege ſiue à ſtatuto cenſetur ſubſtãtialis,& de eſſen
tia actus adeo,quod aliter factus eſſet nullus argumen
to textus in l.præter.& in l.cum hi. ff.de tranſact.l.hac
conſultiſsima. circa principium C. de teſtam.& cap.
cum dilecta. de reſcript. & ſcribunt Paul. de Caſtr.
in l.4. §. condemnatum. ſub num.2. ff. de re iud. Alex.
conſ.50.in cauſa & lite. nu.5. ibi. nam quęlibet forma.
lib.5.Vant.tract.null.rub.quot & quibus mod.num.48.
& ſeqq.fol.380.Plot.de in lit.iuran.§.2. num.3.fol. 11.
Mohed. deciſ.17. alias 300. num. 1. de cauſ. poſſeſ. &
propr.Rot.diuerſ.deciſ. 226.num.1.par. 1. & deciſ. 72.
num.10. par. 2. & videas quæ declaratiuè ſcribit Ber-
tach.tract.de gabell.3. memb. part.8.num. 35. & ſeqq.
fol.70.& 71.
57 LIMITA II. tu,qui forſan vidiſti ſtatuta Abba-
tiæ

tiæ Sublacenſis in lib. 2. cap. 4. de ordine iudiciorum in cauſis libellarijs: quia iuramentum calumniæ erit neceſſarium ſimpliciter: ex quo à ſtatuto traditur ſub rubrica. de ordine: † nam actus factus, nõ ſeruato ordine
58 tradito à lege ſeu ſtatuto, eſt nullus ad relata per Aſin. in prax. §. 31. cap. 6. fol. 185. & faciunt quæ ſcripſi libro præcedenti cap. 97. num. 32.

59 Contra iſtas limitationes poſſunt adduci ea, quę ſcribunt idem Aſin. d. cap. 6. verſ. contrariã. fol. 186. vbi, loquendo in caſu l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. firmat, executionem factam contra ordinem d. §. non eſſe nullam, ſed poſſe appellari. Marſ. in pract. crim. §. videndum. num. 4. & 5. qui cumulat multa, in quibus ſtatutum diſponit, & concludit diſpoſitionem ſtatuti non eſſe neceſſariam, niſi pars petierit fieri id, quod ſtatutum diſponit, & Luc. Pęt. in pract. capit. lib. 2. cap. 10. num. 7. qui; loquendo de dilationibus præfigendis ex forma ſtatuti, habentis claſulam irritantem, concludit, proceſſum, & ſententiam valere etiam non præfixis dilationibus, ſi à parte non fuerint petitæ, quæ omnia poteris videre, & cogitare. quia hic nihil firmo. De iuraméto calumnię, qñ eſt petitum vide infra q. 8.

QVAESTIO IIII.

60 QVAERO an hoc iuramentum calumniæ ſit de veritate, vel de credulitate.

Reſp. quòd eſt de credulitate, & nõ de veritate, Bar. in auth. in iſto iuraméto. §. quod obſeruari. nu. 3. C. de iureiur. prop. calum. Curt. Sen. in l. 1. n. 2. & in d. §. quod obſeruari. ſub num. 2. C. eod. Papien. in pract. in form. libell. action. real. in glo. per ſacramentum num. 9. fol. 142. & probatur ex tex. in l. 2. C. de iureiur. prop. calum. in illis verbis. *ſed exiſtimando bonam cauſam habere*, & confirmatur ex his, quæ dixi infra q. 7. & ita concludunt communiter * omnes.

61 Infero ex hac communi concluſione, quòd is, qui in veritate iurat falſum, ſed in credulitate iurat verũ, non efficitur periurus in iſto iuramento calumniæ, quia non iurat de veritate, ſed iurat de credulitate, ſecus dicimus in iuramento veritatis, quod præſtat teſtis, quia licet is crederet dicere verum, tamen ſi in veritate diceret falſum, eſſet periurus, quia ipſe iurat dicere veritatem, non credulitatem; & ita intelligo ea, quæ ſcribit Curt. Sen. in d. §. quod obſeruari. num. 3.

QVAESTIO V.

62 QVAERO in quo differat iuramentum calumniæ à iuramento malitiæ.

Reſp. quòd differt in quatuor ſecundũ Goffr. in ſumm. tit. de iuram. calum. col. 1. quẽ referunt, & ſequuntur Spec. tit. eod. §. 1. num. 9. verſ. differunt. Hoſt. in ſumm. eod. tit. §. & in quibus caſibus. verſus finem. verſ. poteſt & id. Arch. in cap. 2. ſub. num. 2. de iuram. calum. in 6. & Io. Andr. in addit. ad Spec. vbi ſupra, qui citat etiam Mar. de Fan. in q. an hodie ſæpius de calumnia iuretur. & iſta quatuor ſunt hæc: primum; quia iuramentum calumniæ præſtatur ſolum poſt conteſtationem litis, ſed iuramentum malitiæ præſtatur antea & poſt: ſecundum; quia iuramentum calumniæ præſtatur ſemel in tota cauſa, iuramentum verò malitiæ quoties præſumitur aliquid dici vel fieri malitioſè: tertium; quia iuramẽtum calumniæ habet locum ſolum in prophanis, ſeu temporalibus, ſed iuramentum malitiæ habet locum tam in prophanis, quàm in ſpiritualibus: quartum; quia per iuramentum calumniæ prouidetur generaliter toti cauſæ, ne quid in ea calumnioſè, ſeu malitioſè agatur, & per iuramentum malitiæ prouidetur ſolum articulo, ſuper quo iuratur: Ego addo quintam differentiam: videlicet, quia hoc iuramentum malitiæ eſt inuentum à iure canonico, cum de eo nihil habeamus in iure ciuili ſecundum Bapt. de S. Blaſ. in contradict. iur. canon. contradict. 197. fol. 189. & loquitur ius canonicum de iſto iuramento in cap. 2. in fin. de iuram. calum. in 6.

Verũ primæ differentiæ obſtant ea, quæ ſcripſimus ſupra num. 12. verſ. declara modo. dum diximus, quòd licet quis non cogatur iurare de calumnia ante conteſtationem litis, poteſt tamen ſi vult; & iurando non cogitur denuo iurare, ſi iurauerit ſuper tota cauſa ſecundũ ea, quæ dixi ſupra nu. 47. verſ. ſecunda opinio. tertiæ verò differẽtiæ obſtãt ea, quæ dixi infra nu. 142. & 148.

63 Sed, an differant etiam quoad pęnam contra nolentem iurare, vide Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 87. per totam. vbi tractat, an pæna impoſita contra nolentem iurare de calumnia, habeat locum contra nolentem iurare de malitia.

QVAESTIO VI.

64 QVAERO quare vocetur iuramentũ calumniæ. Reſp. quia iuratur de non committẽda ſed euitãda calumnia Gl. in c. 1. in verbo. calumnia. de iur. calum. in 6. Spec. tit. de iuram. calum §. 1. verſ. tertium verò. nu. 8. Io. à Graſſ. in arbor. iudic. in 4. principali. num. 6. fol. 24. & faciunt quæ ſcribunt Tancr. tract. de ordin. iudc. lib. 3. cap. de iuramento calumniæ. in principio. fol. 59. & Curt. Sen. in auth. in iſto. num. 1. C. de iureiur. prop. calum. & alij communiter
65 * dum ſcribunt quid ſit iuramentũ calumniæ, † ſicut dicimus, ducendam eſſe vxorem propter fornicationem ſcilicet euitandam cap. nerui. diſt. 13. & notant Gloſ. Spec. & Io. à Graſ. vbi ſupra.

QVAESTIO VII.

66 QVAERO quæ ſit forma iuramẽti de calumnia. Reſp. Glo. magna in auth. principales. §. quod obſeruari. in verbo. exiſtimat. C. de iureiur. prop. calum. ſcribit, quòd iſtud iuramentum continet tria capitula, & quòd iudices quidã addũt quartum, & ex Gloſ. refert & ſequitur ibidem Paul. de Caſtr. ſub num. 13. verſ. in gloſ. ibi. ſed videtur. ſed Gloſ. in cap. 1. in verbo. calumniæ iuramentum. de iuram. calum. ſcribit, in iuramento calumniæ contineri iſta quinque capitula. primum, quòd credat, ſe bonam cauſam habere: ſecundum, quòd interogatus non negabit, quod verum eſſe credit: tertium, quòd non vtetur ſcienter falſa probatione: quartũ, quòd dilationẽ non petet in fraudẽ: quintũ, quòd non dedit, nec dabit nec promiſit, nec promittet aliquid pro hac cauſa, niſi illis perſonis, quibus leges dari permittunt: & non diſſimilia capitula ſunt ea, quæ ponunt Gloſ. Inſtit. de pœn. tem. litig. §. ecce enim. in verbo. ad contradicendum. Spec. tit. de iuram. calum. §. nunc dicamus. & Tancr. tract. de ordine iudic. lib. 3. cap. de iuramento calumniæ fol. 60. dicens, formam huius iuramenti eſſe iſtam: Iurabit actor, quòd non calumniandi animo mouet cauſam, & quòd credit, ſe bonam cauſam habere: reus iurabit, quòd credit ſe bona inſtãtia vti, & quòd nõ calumnian di cauſa ad inficiationẽ venerit: item iurabit vterque, quòd interrogatus nõ negabit, quod credit eſſe verum, nec vtetur ſcienter falſa probatione, nec petet dilationẽ pro fuga, vt lis protrahatur, nec dedit, nec promiſit, nec dabit, nec promittet aliquid pro hac cauſa, vt pro eo feratur ſententia, niſi ijs quibus dare permiſſum eſt à iure & ſicut dare concedunt iura: videto etiam Paul. de Caſtr. in auth. in iſto §. quod obſeruari. num. 13. & Salyc. num. 10. verſ. reuertor ad ſacramentum. C. de iureiur. prop. calum. Curt. Sen. in auth. principales. num. 3. C. eod. Papien. in pract. in form. libel. action. real. in gloſ. per ſacramentum. num. 9. fol. 142. Affl. in conſtitutione. lite legitimè conteſtata. num. 5. lib. 2. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 1. nu. 10. & Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 20. ſub num. 93. & omnia relata quinque capitula ſeu tota forma huius iuramenti deſignantur ſequentibus quatuor verſibus, quos ponunt, ſed cum aliqua varietate Glo. in d. §. quod obſeruari: & Gloſ. in Inſtit. Tancr. Papien. & Affl. in locis ſupra proximè citatis.

Iſtud iuretur, quòd lis ſibi iuſta videtur.
Et ſi quæretur, verum non inficietur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.
Nil promittetur, vt falſa ſententia detur.

67 Et hæc reſpiciunt formam intrinſecam. † & tu, qui iuras in foro capitulino quæ capitula debeas iurare habes in ſtatut. lib. 1. cap. 66. ſed formam extrinſecam vide

de apud Spec.vbi ſupra, & Abb.in cap.vlt.nu.3.& ſeq. de iuram.calum.& circa eam aduertas,quòd licet quis iuret,ſe non mouiſſe litem animo calumniandi;ſecundum formam, quam ponit Spec. tamen hoc iuramentum, quod generaliter debet præſtari, refertur ſolum ad præſens & ad futurum, & non ad præteritum teſte Cyn.in l.2.num.11.verſ.octauo quæritur.C.de iureiur. prop.calum.qui ait, verbum mouiſſe exponi mouere: prout exponit et Glo.in d.l.2.in verbo.mouiſſe.ſed ego non video quomodo iſta expoſitio poſſit adaptari iuramento,quod præſtatur longè poſt motam litẽ, quod poſſe præſtari vſque ad concluſionem in cauſa & poſtea diximus ſupra nu.18.19.& ſeqq.ad eum.

QVAESTIO VIII.

68 QVAERO ſupra q.3. num. 40.dixi iuramentum calumniæ non eſſe de ſubſtantia iudicii, niſi ſit petitum,& ideo valere ſententiam, eo omiſſo:nunc formaliter quæro an ſit de ſubſtantia, quando eſt petitum ita,vt,eo omiſſo, proceſſus, & ſententia reddantur nulli.

Reſp. quòd ſic,quia, eo omiſſo,proceſſus & ſententia eſſent nulli Spec.in tit.de iuram.calum. §. ſequitur. nu.4.Bar.Paul.de Caſtr.Curt.Sen. Vant. Maran. Marſ. Gail.& alii, quos retuli & ſequutus ſum ſupra d. q. 3. ſed iſti hic relati apertius; & hæc eſt concluſio communis,* de qua teſtantur etiam Rol.à Vall.conſ.71.viſo proceſſu.nu.6.in fine.& num.7.& 12. in fine lib.1.& Gail.in pract obſeru.lib.1.obſeru. 90. nu. 1.& non habet contradictorem, & eſt nota, & ſeruatur paſſim in practica, & in caſu huius communis opinionis intelligo Put. deciſ. 398. in vna paduana. lib. 2. dum refert, fuiſſe reſolutum quòd ſententia lata eſſet nulla,ſi iuramentum calumniæ fuiſſet expreſſe omiſſum.

69 DECLARA iſtam communem concluſionẽ, vt de iure regio non dicatur petitum,niſi ſit bis petitum; & ideo proceſſus & ſententia valerent, tanquam ſi nõ fuiſſet petitum, vt refert Io.Gutt.tract.de contract. iurat.cap.16.nu.65.fol. 63.

70 DECLARA II. vt non ſatis ſit eſſe petitũ,quia requiritur etiam iuſſus iudicis in faciẽ ad hoc, vt proceſſus, & ſententia reddantur nulli, ſi fuerit omiſſum ſecundum Curt.Sen. in auth. principales. §. quod ſi actor.ſub nu.3.C.de iureiur.prop. calumn. pro qua declaratione faciunt quæ dixi infra cap. 7. nu. 486. de monitione facienda per iudicem in faciem ad hoc, vt is,qui nõ reſpõdet poſitionibus, habeatur pro cõfeſſo.

71 Sed iſtæ duæ declarationes parum faciunt, nam de prima nihil ad nos, & ſecunda de conſuetudine non ſeruatur,quicquid ſit in puncto iuris,ſatis enim eſt, quòd iudex mandet iurari de calumnia, vt dico infra nu.ſeq.

72 DECLARA III. vt nõ ſatis ſit,eſſe petitũ;quia requiritur decretum iudicis, mandantis iurari Bal. in repetitione l. iuſiurandum.2.q. principali. ibi. & ideo dicebam.fol.mihi 30.col.2.in principio. ff.de iureiur. dicens, ſe alias in facti contingentia obtinuiſſe, dum reus inſtetiſſet iurari ab actore de calumnia, & actor recuſaſſet, potuiſſe meritò recuſare: quia non fuerat delatum à iudice: hanc eandem opinionem ſequuti ſunt Paul.de Caſtr.in auth.principales.§.quod ſi actor. num.1.C.de iureiur.prop.calum.& Bapt. de S. Blaſ. in l.admonendi.ff. de iureiur.& ratio huius declarationis eſt, quia ſunt multi caſus, in quibus iuramentum calumniæ non præſtatur, quamuis ſit petitum, quos caſus notauimus infra nu.214.& ſeqq.ad eum:meritò requiritur decretum,& iuſſus iudicis,& ideo tex.in cap. vlt. in fine,de iuram. calum. non ſine miſterio imponit pęnam contra recuſantem iuramentum calumnię cum præſtandum fuerit, & ſimiliter textus in auth. principales.§.quod ſi actor.C.de iureiur.prop.calum. non ſine quare mãdat iudici,vt liceat ei proferre ſententiã, prout rei qualitas ſuggeſſerit contra nolentem iurare de calumnia: ex his enim verbis apparet, quòd requiritur cognitio cauſæ ſuper petito iuramento calumniæ, & vbi requitur cognitio cauſæ requiritur etiam decretum.

73 Contra iſtam declarationem ſentit extra dentes Curt. Sen.in l.2.ſub nu.7. C.de iureiur.prop. calum.& faciũt quæ dixi ſupra q.3.& q.8.dum firmaui,iuramentum calumniæ eſſe de ſubſtantia iudicij, ſi petatur, nam Doctores in dictis locis à nobis citati nullum verbum faciunt de decreto ſeu iuſſu iudicis.

74 His non obſtantibus, retineo primam opinionem, ſicque declarationem, quòd decretum iudicis ſit neceſſarium;& ad Curt.Sen.reſpondeo, quòd ipſe eſt ſibimet contrarius, quia in auth. principales. §. quod ſi actor.ſub num 3.C. de iureiur. prop. calum. tenet hoc amplius, quòd requiratur iuſſus faciendus per iudicem in faciẽ, vt retuli ſupra declaratione præced.

75 RETENTA communi concluſione cum ſua declaratione, quòd proceſſus & ſententia ſint nulli, quando iuramentum calumniæ petitum, & decretum fuit omiſſum; vt dixi ſupra ſub num. 68.

AMPLIA eam generaliter, vt procedat quoad proceſſum & ſententias fauorabiles ei, qui non vult iurare de calumnia:quia eiuſmodi proceſſus,& ſententia eſſent nulli propter defectum iuramenti de calumnia.& ita procedit communis concluſio,quam firmaui ſupra num.68.verſ. reſp.

76 EXTENDE iſtam ampliationem, vt procedat etiam ſi iudex non aliter præmiſerit declaratoriã contra nolentem iurare de calumnia; quia adhuc ſententia, quæ ferretur in eius fauorem, eſſet nulla; & moueor, quia declaratoria iudicis contra nolentem iurare de calumnia eſt inducta ad effectum vt eo ipſo quòd renuit iurare poſsit condemnari difinitiuè cum alias ſine iſta declaratoria nõ poſſet forſan condemnari in negotio principali iuxta ea, quæ dixi infra num. 85.verſ.declara ſecundo.

77 INFERO ex hac extentione,Baldum in auth. principales.§. quod ſi actor.ſub.num.1.ibi.ex hoc ſequitur. & Curt.Sen.qui eum ibidem refert, & ſequitur num.9. C.de iureiur.prop. calum. & in l.2. num.9. C. eod.vbi teſtatur quòd ita tenent communiter.* omnes in d. §.quod ſi actor. non benè opinatos eſſe dum ſcripſerunt,quòd valeret ſententia, quam iudex ferret pro actore, qui noluerit iurare de calumnia, moti ex eo, quia ſecundum ipſos requiratur etiam declaratoria iudicis contra nolentem iurare de calumnia.

78 LIMITA nunc firmatam concluſionem ſuper num.68. vt non habeat locum in caſibus, in quibus quis non teneretur iurare de calumnia, quia ſi in eis exigatur ab eo iuramentum calumniæ, iſque noluerit iurare; nihilominus proceſſus, & ſententia erunt validi.Vnde videmus in ſimili, quòd ſi quis nolit reſpondere poſitionibus in caſu, quo non poteſt cogi ad reſpondendum,non habetur pro confeſſo iuxta ea, quæ ſcripſi infra cap.7.num.493.& ratio eſt:quia de eo, quod quis iure facit, non debet reportare pęnam; ſed is,qui non poteſt cogi ad iurandum,iure facit, ſi nolit iurare. ergo proceſſus & ſententia ex hoc non poſſunt annullari, quia nullitas eſt pæna actus.

79 EXEMPLIFICA iſtam limitationem primo qñ iuramentum exigeretur ante conteſtationem litis ſuper tota cauſa; quia tunc licet non fuerit iuratum; nihilominus proceſſus & ſententia ſuper negotio principali poſſent eſſe validi etiam ad fauorem eius, qui noluit iurare: & ratio eſt,quia quis non cogitur iurare de calumnia ſuper tota cauſa ante conteſtationem litis,teſtibus Ant.de But. & Abb.quos retuli & ſequutus ſum ſupra num.12. verſ. declara modo. & faciunt pro iſta declaratione quæ ſcripſi infra cap.7.num 521.verſ. ſextus.vbi firmaui,quòd nolens reſpondere ante litem conteſtatã ſuper poſitionibus datis in negotio principali non poteſt reputari pro confeſſo, & in ſpecie quòd pęna contra nolentem iurare de calumnia non committatur, niſi cum recuſatur iuramentum poſt litem conteſtatã aduertit idem Abb. in cap.vlt.num.14.verſ. ſed contra prædicta,de iuram.calum.

80 EXEMPLIFICA II. quando ſola confeſſio ficta non ſufficeret ad cõdemnandum; quia tunc reus eſſet abſoluendus quamuis noluerit iurare, vt ſentit Abb. in d. cap.vlt.ſub.num.14.verſ.ſed circa hoc quæro,de iuram.calum.dicens,quod ſi ex tenore libelli euidenter appareret,quod reus eſt abſoluendus,vel quòd actor prius confeſſus eſſet cõtractum,de quo agit, fuiſſe geſtum per metum, qui caderet in conſtantẽ virum,

reus

reus vtroq. caſu eſſet abſoluendus,quamuis noluerit iurare de calũnia: & ratio ſecundum ipſum eſt, quia plus debet operari confeſſio vera actoris, quã confeſſio ficta rei: eãdem exemplificationem ponit declarando Salyc. in auth. principales. §. quod ſi actor. verſ. quæro text. & verſ.no.ex.nu.34.& 35.C.de iureiur.prop.calum.

81 LIMITA II. vt non habeat locum in iuramento procuratoris,qui non ſit effectus dominus litis: quia licet is recuſaret iurare de calumnia, tamen proceſſus non vitiaretur, nam, cũ non ſit effectus dominus litis,iuramentum ipſius non poſſet eſſe ſolemnizatiuum iudicij, & proceſſus; & ideo ſatis eſſet, quòd iuraſſet principalis iuxta ea,quę ſentit Paul.de Caſtr.in auth.in iſto.§.ſin autem.verſ.in gl.ibi.nu.3.C.de iureiur.prop.calum.

82 LIMITA III. illam communẽ concluſionem,vt non procedat quoad proceſſum & ſententiam,latam contra nolentẽ iurare de calumnia, & ad fauorem eius, qui petit iuramentum,& iurauit,quia proceſſus nõ vitiaretur, & ſententia eſſet valida,licet aduerſarius nõ præſtiterit petitum iuramẽtum calumniæ:& ratio huius limitationis eſt triplex:prima,quia alias contumax in non iurando reportaret cõmodũ ex ſua contumacia & calumnia: ſecunda,quia vnus grauaretur pro alio:tertia,quia nullitas proceſſus & ſententię eſt inducta in odium nolẽtis iurare, & in fauorẽ petentis iuramentum:ergo illa nullitas nõ debet poſſe ab alio allegari,quã ab eo, in cuius fauorem fuit inducta iuxta ea, quæ,loquendo de ſententia lata ſine curatore in fauorẽ minoris, retuli,& ſequutus ſum ex Bar.Bal.Paul.de Caſtr.& Maran.cap.ſeq.nu. 383. & 384. & iſta limitatio benè probatur ex tex. in auth.principales.§.quod ſi actor.C.de iureiur.prop.calum.& ex cap.vlt.in fine.de iuram.calum. in quibus iuribus habetur,& notãt Doctores, quòd pęna recuſantis hoc iuramentũ,cum præſtandũ fuerit, eſt, vt,ſi eſt actor, cadat ab inſtituta actione,& ſi eſt reus,habeatur pro cõfeſſo: nã,ſi ita eſt, ſequitur, quòd contra actorem poſſit ferri ſententia,tanquam ſi nihil probaſſet, vt ſcribit Gl. ſin.in d.c.vlt.de iuram.calum. &,ſi eſt reus, poteſt condemnari tanquàm confeſſus: qui enim vult antecedens ordinatum,vult etiam conſequens ad illud,vulg.iur.

83 Contraria opinio; quòd adhuc proceſſus & ſententia ſint nulli; ſuadetur ex eo, quòd iuramentum calumniæ poſtquam eſt petitum & decretum efficitur de ſubſtantia iudicij,vt dixi ſupra q.8.n.68.72.& 74. ergo iudiciũ non poteſt conſiſtere ſine iuramento calumniæ, & faciunt quæ dixi ſupra q.3. nu.56.verſ.confirmatur.

Cõprobatur iſta opinio;quia in ſimili videmus, quòd ſi deficiat conteſtatio litis,ſententia redditur nulla,quãuis ſit lata contra eum,qui noluit litem conteſtari.

Tenendo iſtam contrariam opinionem.

Reſp. ad rationes contrariæ opinionis,& formaliter ad tertiã rationem,quòd iuramentum calumniæ non eſt inductum fauore eius, qui petit iurari, ſed fauore publico, vt dixi infra q. 16. num.129. & ideo vna pars non poteſt illud expreſsè alteri parti remittere, teſtibus Bar.Bal.& alijs,quos retuli,& ſequutus ſum infra num. 212.& in ſimili videmus, quòd ſentẽtia lata in fauorem abſentis non citati eſt nulla, vt ex Bar.Iaſ.Ant. Nicel. M.Ant.Blãc.Vant.& Gabr.retuli,& ſequutus ſum cap. ſeq.num.398. ibi. dicimus enim.

84 RETENTA limitatione,quæ eſt vera,& ad contraria poteris facile reſpondere.

DECLARA eam, vt ſit vera præcipuè, quando eſt ſententia ab obſeruatione iudicij: nã ſi actor noluerit iurare de calumnia,reus poteſt abſolui ab obſeruatione iudicij,& actor condẽnari in expenſis;dummodo ſimus in caſu,quo actor teneretur iurare:& ratio huius declarationis eſt,quia quãdo proceſſus eſt nullus, reus debet abſolui ab obſeruatione iudicij, quæ abſolutoria dicitur interloquutoria,quia non definit negotiũ principale iuxta ea,quæ ſcribit Maran. in ſuo ſpec.par.5. nu.50. verſ. ſecundo modo. fol. 246. dicens, quòd ſi libellus eſt ineptus ex carentia actionis,vel ex defectu alterius ſolemnitatis ſubſtantialis, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij.

85 DECLARA II. vt ſit vera in ſententia diffinitiua, & quando eſt præmiſſa declaratoria, ſecus ſi non eſt præmiſſa declaratoria, quia contumacia in non iurando nõ operaretur effectum,vt actor caderet ab inſtituta actione,& reus haberetur pro cõfeſſo,niſi prius declararetur contra contumaciã; & conſequẽter non poſſent ex hoc ſolo,quòd non iurarunt condemnari: nam, quòd actor non cadat ab actione ipſo iure, ſed requiratur declaratoria,tenuerunt Gl.in auth.principales.§.quod ſi actor. in verbo. cadat.& ibidem Cyn.Bar.& Bal. omnes nu.1. & Paul.de Caſtr.nu.2.C.de iureiur. prop. calum.Gl.in c.vlt.de iuram.calum.& ibidem Ant.de But.verſ.quærit gl.nu.13.Cur.Sen.in l.2.ſub n.8.C.de iureiur. prop.calum.Papien.in pract.in form.libell.action.real.in gl.per ſacramentũ.nu.2.& 3.fol.mihi 141.& Gail.in pract.obſer.lib.1. obſer.86. ſub nu.1. & de communi * teſtantur Abb.in d.c.vlt.ſub nu.11.de iuram.calum.licet ipſe ibidem verſ.ſed ego dubito.non videatur eam ſequi.Curt. & Gail.in locis citatis;& pro iſta ſecunda declaratione faciunt quæ ſcripſi infra c.7.q.14.nu.522.& lib.præced. c.97.nu. 112.& ſeqq.de declaratoria contra contumacẽ nolentem reſpondere poſitionibus,& contra contumacẽ,nolentem comparere ad reſpondẽdum inquiſitioni.

86 Contra iſtam ſecundam declarationẽ,dum dicimus, quòd requiratur declaratoria,poſſent adduci nonnulla, quæ omitto, quia ſunt relata ab Abb.in loco ſupra citato,& partim à nobis, loquendo de declaratoria contra delinquentem contumacem,d.lib.præced. c.97.nu. 112.

87 An pęna, hoc eſt,confeſſio, reſultans ex contumacia tranſeat in hæredem, ſi contumax deceſſerit ante iſtam declaratoriam,vide Bar. in d. §. quod ſi actor. in fine. & omnino Bal.in tit.ſi de fœud.fuer. controuer. inter domin.& agn.vaſal.cap.feu.§.vaſallus.ſub nu.3. & Abb.d. cap.vlt.ſub nu.11.de iuram.calum.& Gail. in pract.obſeru.lib.1. obſeru. 86.num.6.& 7.

88 SVBDECLARA I. hanc ſecundam declarationẽ in eo,quod diximus,actorem,nolentem iurare de calũnia, cadere ab inſtituta actione, & reum haberi pro cõfeſſo, quia hoc procedit de plano quando iuramntum eſt petitum poſt litis conteſtationem ſuper tota cauſa, prout etiam colligi poteſt ex his,quæ ſcripſi ſupra nu.79.verſ. exemplifica. vel ſuper aliquo articulo, continente merita cauſæ, vt dixi infra nu.96. ſed quando iuramentum calumniæ eſt petitum ſuper aliqua exceptione, vel alio incidente ante conteſtationẽ litis, tũc ſi eſt actor is, qui non vult iurare de calumnia,debet ſuccũbere in illa exceptione,ſeu articulo,& ſimiliter ſi eſt reus,quia habetur pro cõfeſſo quoad illũ articulũ, ſicut declarat Abb. in d.c.vlt.ſub nu.14. ibi. aut quis recuſat. de iuram. calum. & quòd reus habeatur pro confeſſo ſolũ ſuper illo articulo,ſuper quo nõ vult iurare,ſcribit Bal.in auth. principales.§.quod ſi actor.in principio.ibi.2. no. C.de iureiur.prop. calum. & ratio eſt euidens,quia quis non cogitur iurare de calumnia ſuper tota cauſa ante litis conteſtationẽ,teſtibus Ant.de Butr. & Abb. quos retuli & ſequutus ſum ſupra nu.12.ſed ſolũ cogitur iurare ſuper illo articulo incidente,de quo venit agendum ante conteſtationem litis: ergo præiudicium nolẽtis iurare debet reſtringi ad illum articulum: item quia ante litis conteſtationem, & multò magis ante datum libellum non poteſt ferri ſentẽtia diffinitiua ſuper negotio principali;ſed ſi actor caderet ab inſtituta actione, vel reus poſſet haberi pro confeſſo ſuper tota cauſa, ſententia ferretur ſuper toto negotio principali.

Nec obſtat,ſi diceres,quòd iura, quæ loquuntur contra nolentes iurare de calumnia,quę ſunt citata à nobis infra q. 10. non diſtinguunt,an iuramentum ſit petitum poſt,vel ante litẽ conteſtatam. Minus etiam obſtat,ſi diceres,quòd Doctores communiter dicunt,quòd nolens iurare de calumnia cadit à cauſa, & tamẽ cauſa dicitur tàm poſt litem conteſtatam,quàm antea,vt ex Bar.Rom. Curt. Sen. Lanſ.Maran. & Aſin. retuli,& ſequutus ſum cap.ſeq.num.46.verſ.ſi loquitur de cauſa.

Nam reſpon. quòd iura, quæ generaliter loquuntur, reſtringuntur à ratione ad terminos habiles.

89 SVBDECLARA II. in eo, quod dixi requiri declaratoriã,quia hoc ſecundum eũdem Abb,d.c.vlt. ſub nu. 13.verſ.dices tu.de iuram.calum.non eſt verum,quãdo actor, vel reus non vult iurare de calumnia in aliquo emergentę ante cõteſtationem litis, quia tunc ſine alia declaratoria reus habetur pro confeſſo: & actor ſuccumbit in illo emergente, quod etiam videtur ſenſiſſe Ant,de Butr.ibidem.verſ.quærit glo.nu.13. in fine. dum ait, requiri ſententiam, quando ficta confeſſio ſurgit poſt litem conteſtatam.Cogitabis tamen ſuper iſta ſubdecla-

declaratione, quia nihil firmo.

90 LIMITA IIII. eandem conclusionem, quam firmaui supra in princ. q. n. 68. vt in effectu nõ habeat locũ corã iudice appellationis, quia, si ei constabit de bono iure in negotio principali; poterit, non aliter attenta nullitate, quæ emanasset ob non præstitum iuramentũ calũniæ, petitũ coram primo iudice in prima instantia; confirmare in toto, vel in parte sententiã nullam ex defectu iuramenti non præstiti, vt ex Bar. in l. si expressim, sub nu. 14. versus finem, ibi. & dico quod iudex. ff. de appell. & relat. & ex alijs refert & sequitur Vant. tract. null. rubr. qualiter sententiæ & processus qui dicuntur nulli &c. nu. 129. fol. 427. & ex Vantio Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 84. sub num. 3. & 4. vbi testatur, sic seruari in Camera Imperiali propter ordinationes, quę mãdant, non attendi nullitates processus, si alias ex actis plenè iudici constet de meritis causæ.

91 EXTENDE I. istam limitationem vt sit vera in quauis nullitate sententiæ, sicut generaliter sentit Rota, de qua Cæs. de Graf. decis. 9. alias 37. opponebatur. nu. 10. in fine. & nu. 11. de caus. poss. & prop. fol. 52.

EXTENDE II. vt procedat etiam si sententia sit nulla ex defectu iurisdictionis, quia adhuc sententia iudicis appellationis, qui dictã sententiam nullam confirmaret, erit valida, transibitq. in rẽ iudicatã Rotã coram Achil. de Graf. decis. 4. alias 216. sententia confirmans. de sent. & re iud. fol. 99.

EXTENDE III. vt in Curia Ro. procedat etiam ex dispositione constitutionum Pontificum, quas citaui infra cap. 3. q. 14. num. 288.

RESTRINGE eandem limitationem, vt non procedat quando pars instat pronũtiari omnino super nullitate, quia tunc si iudex appellationis confirmet sententiam nullã, faciet iniustitiã, Cæs. de Graf. d. decis. 9. alias 37. nu. 8. & 12. & decis. 11. alias 104. nullitas. nu. 2. & 3. de sent. & re iud. fol. 149. Et quòd sententia nulla ob nõ præstitum iuramentum calumniæ non possit cõfirmari, parte opponente, tenuit Rota coram R. P. D. Litta die Lunæ 17. Martij 1600. in vna Aesina restitutionis dotis. quæ allegat consimiles.

EXTENDE hanc restrictionẽ, vt etiã sententia iudicis appellationis sit nulla, quia habet iniustitiã notoriã ex actis Cæs. de Graf. d. decis. 11. n. 1. in fine. & n. 3. & 4.

SVBRESTRINGE hanc restrictionem hic in Curia, & in toto Statu Ecclesiastico vt sit vera solũ in sententia, quæ subiacet nullitati ex tribus, seu nullitati ob non seruatos terminos substantiales; sed si subiaceat alteri nullitati & non istis, debet confirmari, si sit iusta, non attenta nullitate opposita, alias constitutiones, quas citaui d. cap. 3. nu. 88. seruirent de vento.

QVAESTIO IX.

92 QVAERO an processus & sententia sint ipso iure nulli in casu, quo Doctores aiunt esse nullos ob non præstitum iuramentum calumniæ, an verò veniant annullandi.

Resp. quòd sunt nulli ipso iure, quia iuramentum calumniæ, quando nõ potest omitti, est de substantia iudicij, seu de forma substantiali, vt dixi supra q. præced. nu. 68. sed actus, in quo deficit forma substantialis, dicitur ipso iure nullus, vt firmat Vant. tract. null. rub. quot & quibus modis nu. 52. fol. 380. & dixi supra nu. 56.

QVAESTIO X.

93 QVAERO quod præiudicium, seu quæ pœna possit imponi contra nolentem iurare de calumnia in casu, quo de iure tenetur iurare.

Resp. si est actor, cadit ab actione, si est reus habetur pro confesso auth. principales. §. quòd si actor. & ibi Gl. Bar. Bal. Paul. de Castr. Curt. Sen. & alij C. de iureiur. prop. calum. cap. imperatorum. & ibi Gl. in verbo. decidant. & c. vlt. in fine. & ibi similiter Doctores de iuram. calum. Spec. tit. de iuram. calum. §. superest. in principio. Papien. in pract. in form. libell. action. real. in glos. per sacramentum. num. 1. fol. 141. dicens hanc esse pœnam magnam, Maran. in suo spec. par. 6. actu. 1. nu. 6. Mars. sing. 252. iuramentũ calumniæ. Rol. à Vall. cons. 71. viso processu, nu. 11. lib. 1. & hæc est omnium communis * sententia sine contradictione.

94 AMPLIA vt ista pœna habeat locum etiam si nolit iurare procurator, & quamuis iurasset principalis: quia adhuc si procurator recusaret iurare in animã propriã incurreret pœnam dicti c. vlt. sicut declarat Rot. decis. 1. alias 37. de iuram. calum. in nou. & firmius in decis. 1. alias 492. eod. tit. in antiq. sed circa istam ampliationem vide omnino Gail. in pract. obser. lib. 1. obser. 89. & quæ nos scripsimus infra nu. 271. vers. sed contumacia. & nu. 277. In foro tamen Capitolino si procurator rei non iuraret de calumnia non pateretur aliã pœnam, nisi quòd non admitteretur ad excipiendum, principalemque defendendum, & actor posset ad vlteriora procedere ex dispositione statutorum Vrbis lib. 1. cap. 66.

95 DECLARA istam pœnam, seu communem sententiam, prout declaraui supra num. 85. vers. declara 2. & num. 88. vers. subdeclara.

96 DECLARA II. vt habeat locum quando iuramẽtum petitur simpliciter, vel expressè super tota causa, secus si peteretur super aliquo certo articulo; quia tunc reus haberetur pro confesso solum respectu illius articuli. & ita intelligo Bal. in d. §. quod si actor. in principio. in 2. not. dũ scribit quòd reus habetur pro confesso super illo articulo, super quo non vult iurare, & ideo si ille articulus non contineret merita causæ, reus nõ posset condẽnari in negotio principali, secus si contineret merita, & decisionẽ causæ, quia posset condemnari. quod idẽ per diuersa verba, suppresso Baldi auctoris nomine, scribit ibidem Salyc. nu. 34. vers. quæro text. dixi, suppresso Baldi nomine, quia mihi constat; Baldum scripsisse ante Salyc. & tamen Saly. dum scribit eandem sententiam, quam tenuit Bal. raro eum citat.

97 DECLARA III. vt non habeat locũ quando iuramentũ esset petitũ simpliciter in aliqua parte exceptionis, vel replicationis ita, vt facile non aduerteretur, vt puta quia sit petitũ inter aliquas clausulas ordinarias exceptionis, inter quas iuramentũ calũniæ peti non solet: qa isto casu quãuis non iuraretur, tamen iudiciũ & processus nõ annullarentur, teste Soc. in c. fi. n. 53. de iuram. calum. quẽ refert & sequitur Gail. in pract. obser. lib. 1. obser. 84. n. 7. reprobata in hoc cautela Mathesil. sing. 64. nota cautelã: qui ꝑ cautela dedit vt iuramentũ calũniæ petatur in aliquo loco, qui nõ soleat multũ põderari, quia inaduertẽter omittetur, & sic iudiciũ reddetur nullum.

98 Sed ego nõ video quomodo possit iste casus euenire: nã si Mathe. supponit sufficere iuramentũ esse petitum, ipse decipitur: quia requiritur etiam decretum iudicis mandantis iurari, vt dixi supra nu. 70. & 72. quòd si supponat etiam decretum, non video quomodo Gail. velit, eum, qui non iurauit, posse excusari sub prætextu ignoratæ petitionis, cum decreta non nisi dormientibus sint incognita; ideo cogita super ista declaratione.

99 IIII. DECLARA vt habeat locum solũ in casibus, in quibus renuẽs iurare, tenetur de iure iurare; secus si nõ teneretur iurare, qa tũc cessaret ista pœna, vt dixi supra q. 8. n. 78. & qui sint casus, in quibus quis nõ tenetur iurare, collige ex his, quę scripsi infra n. 214. & seqq. ad eũ.

DECLARA vlt. in foro Capitolino, quia ibi reus, seu eius procurator non habetur pro cõfesso, sed solum denegatur eis defensio, & ideo non admittuntur ad excipiendum, seque defendendũ, nisi prius iurauerint de calumnia, & actor nihilominus potest contra ipsos procedere ex dispositione stat. Vrbis lib. 1. cap. 66.

100 LIMITA demum, vt ista pœna non habeat locum in causis spiritualibus, neque in criminalibus, prout declaraui infra q. 18. num. 156. & 168.

QVAESTIO XI.

101 Sententia, quæ fertur ob non præstitum iuramentum calumniæ contra nolentem iurare, est valida, si fuerit præmissa declaratoria, vt dixi supra num. 85.

QVAERO nunc, an is, qui noluit iurare intra tempus sibi assignatum ad iurandum, possit postea purgare moram, & iurare antequàm declaretur cecidisse ab instituta actione, si est actor; & haberi pro confesso, si est reus.

Resp. quòd circumferuntur duæ opiniones.

Prima opinio est, quòd possit morã purgare & iurare antequàm declaretur, & hanc opinionem tenuerunt

Socc.

Socc.in cap.fin.nu.38.de iur.cal.& Gail.in prac.obser. lib.1. obseru. 88. num.2.& 3. & Papien. in pract. in form.libell.action. real. in glos. per sacramentum. sub num.4.fol.141.adducit Canonistas, dicens quòd hodie est determinatum per Canonistas, quòd in quacunque parte litis ante sententiam potest iurari de calumnia.

102 Secunda opinio distinguit, vt si interest aduersarij non iurari, vt puta quia lapsa sint tempora probandi, & instat finis instantiæ, isto casu non admittatur purgatio moræ: etenim actor videns, quòd reus non vult iurare de calumnia, & quòd ex hoc ipso victoriam con sequuturus est, potuit non curare, quòd examinarentur testes, aut aliter probationes fierent, quas facere non posset imminente lapsu instantiæ, quæ nec de con sensu rei posset prorogari: & dato quòd nõ immineret lapsus instãtiæ; forsan testes sunt mortui, vel abierunt in loca remota; & ideo non debet isto casu admitti purgatio moræ; quia contumacia vnius partis non debet alteri nocere, cum iura vigilantibus & non dormientibus subuenire soleant: Si verò non interest aduersarij; tunc debet admitti purgatio moræ; quia purgatio moræ admittitur, re integra, & donec ius partis non sit effectum deterius; & hanc opin. seu distrinctionem tenuerunt Iacob.de Aren. in d. §.quòd si actor. Cyn. vers. septimo quæro. num.7. Paul. de Castr.num.2. versus finem, dicens, quòd Doctores dicunt, quòd admittitur ad purgandam moram, si res est integra.& ius rei non est effectum deterius, & ibidem Curt.Sen. sub num.5. vbi specialiter refert & sequitur

✻ Paul.de Castr.& quia ista meo iudicio est cõis *opinio & habet magnam æquitatem, idcirco in iudicando & consulendo ab ea non est recedendum, quamuis dispu tandi possent hinc inde adduci illa eadem, quæ scripsi lib.præced.cap.97.nu.75.disputando, an bannitus possit comparere & purgare contumaciam antequàm declaretur pro confesso.

Nec obstat, quòd Canonistæ dicant, quòd potest iurari in qualibet parte litis ante sententiam, vt refert Papien.citatus pro prima opinione.

Quia resp.quòd istud dictum respicit petitionem iuramenti, quod potest exigi quandocunque ante sententiam, vt firmaui supra num. 18. sed isti sunt termini diuersi, quia aliud est, posse peti in quacunque parte litis, & aliud quòd postquàm fuit quis contumax in iurando possit purgare contumaciam seu moram, & iurare.

103 RETENTA hac secunda opinione.

DECLARAREM eam, vt purgatio moræ esset indistinctè admittenda etiam si ius partis esset effectum deterius, & res non esset integra; dummodo tamen contumax, seu morosus emẽdet deteriorationem, reficiendo parti aduersæ omnia damna, & expensas, præterita, & futura occasione dictæ more; sed cogita: quia contra istam declarationem adhuc possent nonnulla opponi.

QVAESTIO XII.

104 QVAERO reus; contestata lite; petit ab actore iuramentum calumniæ: iudex mandat iurari: actor non iurat: reus instat apud iudicem, vt declaret, actorem cecidisse ab instituta actione; iudex non declarat, & labitur tempus instantiæ; vel finge è conuerso [& sit secũdus casus] quòd actor exegerit iuramentum calumniæ à reo; estque vtroque casu expirata instantia: quæro in primo casu, an actor postea agendo possit repelli à reo, dicendo, quòd debet cadere à lite, & non audiri, ex quo non iurauit: item in secundo casu an actor possit contra reum replicare quòd ipse habetur pro confesso, ex quo noluit iurare.

Resp.Innoc.in c.vlt.in verbo.actione.vers.sed numquid si iudex.de iuram.calum.ponit breuius hanc diffi cultatem, & obscurè resoluit, & obscurè illum explicarunt; imò potius nullo modo explicarunt ibidem Ant. de Butr.vers.sed est dubium.nu.15.& Abb.vers. circa hoc.num.23.vbi in fine concludit, quòd Innoc.videtur velle, quòd siue sit terminatum negocium secundum iustitiam, vel periit instantia, non possit amplius agi ad istam pœnã, & Papien.in pract.in form.libell.act. real. in gl. per sacramentum.nu.3. fol.141.

Concludas ergo negatiuè ex mente Innocentii, & prædictorum, quòd; perempta instantia; nec reus contra actorem, nec actor contra reũ põt agere ad pœnam non præstiti iuramenti de calumnia; & ratio secundũ eosdem est, quia ista pœna est ius quodã priuationis, quod superuenit, pendente lite: sed ea, quæ emergunt, seu superueniũt, pendẽte lite corã primo iudice, ad officium eiusdem primi iudicis pertinet pronunciare super illis: Igitur; expirato ipsius iudicis officio; finitur consequenter etiam dictum ius priuationis: Verum tñ est secundum eosdem, iudicem ex hoc teneri.

QVAESTIO XIII.

105 QVAERO an detur appellatio à declaratoria, qua iudex pronuntiat, actorem cecidisse ab actione, vel reum haberi pro confesso eo, quòd noluerunt iurare de calumnia.

Resp. quòd sic secundũ Io. quem refert, & sequitur Glo.in auth.principales.§. quòd si actor. in verbo. pro confesso.Spec.tit.de iuram. calum.§. vlt. in principio. nu.1.& ibi Addition.Ant.de Butr.in c.vlt. vers. quæro an hic.n.24.de iuram.calum.& alij, quos citat ibidem. sed non sequitur, nisi cum distinctione, Abb.num.17.& 18.& quòd ita teneat Cyn.nu.3. inter dentes, & labia,

✻ & teneãt cõiter.*Doct.in d.§.quod si actor.scribit ibidem Curt.Sen.sub nu.12.& pro ista comm.opinione faciunt ea, quæ nos scripsimus lib.præced.cap. 97. nu. 42.44.& seq.vbi disputauimus, an bannitus possit appellare à sententia, qua iudex declarat eum pro confesso, & ratio secundum Glo.Ant.de Butr. & Curt. vbi supra est, quia licet iste sit cõtumax in nõ parendo; tamen non est contumax in non veniendo, qui non appellaret, testibus iisdem Gl.& Ant.de Butr.

106 Contra istam cõem opinionem tenuit Petr. & propterea Cyn. studet reducere eos ad concordiam, quæ placuit Io.And.prout hæc omnia referunt Ant. de But. & Abb.vbi supra, quos poteris videre, & præsertim Abb.qui format rationabilem distinctionem: ego enim pro nunc pluribus non insistam.

107 Diximus de pęna principalium nolentium iurare de calumnia, si vis videre de pęna procuratorum nolentium iurare de calumnia vide Gail.in pract. obser.lib. 1.obseru.89.nu.2.& seqq.& quæ nos scripsimus infra nu.271.vers.sed contumacia.& nu.277.

QVAESTIO XIIII.

108 QVAERO vtrum procurator possit iurare de calumnia nomini domini, qñ dominus est absens.

Resp.ex variis Doctorũ opinionibus, quas recẽset Spec.tit.de iura.calum.§.restat.vers. quid ergo fiet. nu.10.in fine.& 11.& post eum Ant.de Butr.in c.cæterũ.vers.quæro aliquis litigat.nu.10.& Abb.vers.quæro quid si dominus.sub n.7.de iuram.calum.colligi pro vera opinione & resolutione tres sequẽtes conclusiones.

I. CONCLVSIO est, quòd procurator habẽs mandatum specialissimum ad iurandũ de calumnia in animam domini admittitur ad iurandum per tex. apertũ in cap.vlt.de iuram.calum.in 6. & hanc conclusionem firmant Bar.in l.2.seu auth.in isto.§.fin autẽ.vers.quæro pro declaratione.nu.1.C.de iureiur.prop.calum.Spec. d.§.restat.vers.vinc.tamen.n.13.in fine.& vers. quid ergo si in procuratorio.num.14.& 15.& hæc est omnium

✻ communis* conclusio in d.§.fin autem. & quòd hodie res exdedita sit propter dictum c.vlt. de iur. calum. in 6.licet olim de hoc essent opiniones testãtur Gl. fin. in d.c.vlt.Bar.vbi supra.& Gail.in pract.obseru.lib.1. obseru.83.nu.1.& adde quæ scripsi infra nu. 181.

Et ratio huius communis opinionis est: quia isto casu procurator posset facere incidere principalem in periurium, ex quo habet mandatum speciale, vt sentit Bar.in d.§.fin autem.sub nu. 2.& 3. & exprimit apertè Bal.sub num.1.vers.opponitur. in fine.

Confirmatur ista communis opinio ex alia communi opinione; quòd procurator habens speciale mandatum possit iurare in animam domini, vt firmaui infra num.181.vers.secundus.

Contra istam communem conclusionem canonistarum, & omnium insurgit Cyn. in auth. principales. §.hoc etiam huic.sub num.2.C.de iureiur.prop.calum. dicens,huc iuramentum non posse præstari per procuratorem,subdensque,quòd Canonistæ volunt quòd eorum opiniones præualeant,quæ,inquit,vt plurimum oriuntur ex falso,& erroneo intellectu.

Tu non recedas à communi opinione, canonizata à iure canonico;& à Cyn. discedas, dum ita licentiosè loquitur contra Canonistas, prout loquutus etiam est in l.in contractibus.§.illo.num.2. in fine. C. de non num. pecun. & in alijs locis: eum enim sæpè locutum esse contra scriptores iuris canonici referunt Fich. de uit.recent.iurisc.in verbo,Cynus.fol.157.& Mant.de iur.illustr.in verbo Cynus.fol.162. col.4. imò quandoquandoque vlterius progressus est.

110 AMPLIA hanc communem conclusionem,vt sit vera etiam si peteretur iuramentum principalis eò quòd esset iustior, & procurator esset discolus & rissosus, quia adhuc admitteretur procurator ad iurandum vicce principalis,vt sentit Io. Andr.in d.cap.vlt.nu. 2.de iuram.calum.in 6.quem referunt, & sequuntur Ant.de Butr.in cap.in pertractandis.sub.num.2. eod.tit. extra. & Abb.ibidem versus finē sub nu.5.ibi.& eo casu quo.

111 EXTENDE istam ampliationem, vt procedat etiam si principalis non esset absens:quia adhuc deberet admitti procurator.

112 DECLARA restringendo istam extentionem, vt sit vera in terminis, in quibus loquimur,videlicet in procuratore habente mandatum specialissimum ad iurandum de calumnia in tali causa,seu lite, vt declarat Io. And.in d.cap.vlt. nu.2. secus si haberet modum speciale,vt dixi infra in seq.restrictione.

113 AMPLIA II. seu potius declara, vt procedat etiā si non sit specificata causa, sed sit constitutus procurator ad lites præsentes, & futuras cum clausula iurandi de calumnia in animam principalis;quia diceretur habere mandatum speciale, quod sufficeret vt ex Bar. Apostil. Mathesil. Gail. & Luc. Pæt. retuli & sequutus sum infra num.186.& 187. in fine.

114 RESTRINGE istam secundam ampliationem, vt non procedat quādo allegaretur, quòd dominus est iustior,& magis instructus,& ideo ab eo peteretur iuramentum;quia isto casu procurator non admitteretur cum mandato simplici ad iurandū de calumnia secundum Io.And. vbi supra.& facit restrictio, quam posui infra nu.182. vers. restringe.

115 LIMITA istam restrictionem, vt non procedat quando principalis esset in remotissimis partibus, seu ignoraretur vbi sit,quia tunc esset admittendus procurator per ea,quæ dixi infra num.118.

116 II. CONLVSIO est.quòd procurator habens mandatum generale,idest simplex ad lites;sine clausula ad iurandū de calūnia,& domino existente in aliquoloco nō multū distanti, non admittitur ad iurandū de calūnia in animam sui principalis, sed datur triplex remediū;primū remediū est,vt detur ei dilatio ad denūtiandū principali,quòd veniat ad iurandū: secundū remedium est,quòd ei mittatur iuramentum:tertium remedium est,quòd mandetur iudici, vt det illi iuramentū, prout hæc omnia scribit Spec.tit.de iuram.calum. §.restat.vers.quid ergo fiet.num.11.citans Vin.& ex Spec. referunt Ant.de Butr.in cap.cæternm. vers. quæro aliquis litigat.sub num.10.& Abb.vers. quæro quid si dominus.sub nu.7.& Curt.Sen.in auth. in isto.§. fin autē. sub.num.2.C.de iureiur.prop.calum.& in terminis huius conclusionis possumus intelligere d.§. fin autem.

117 AMPLIA istam conclusionem,vt procedat etiam si lis esset contestata cum ipso procuratore,quia licet sit effectus dominus litis per contestationem, tamen non admittitur ad iurandū de calumnia, nisi habeat mandatum speciale, & sic videtur sentire Gloss.fin. in fine in cap.vlt. de iuram. calum. in 6.

Confirmatur ista ampliatio ex conclusione generali, quòd procurator non potest iurare de calumnia in animam sui principalis sine speciali mandato ad iurandum de calumnia iuxta ea,quæ ex Bar. Paul. de Castr. Ant.de Butr.& alijs retuli & sequutus sum infra num. 178. vers. primus.

118 III. CONCLVSIO est, quòd procurator etiam sine mandato ad iurandum de calumnia admittitur ad iurandum in animam principalis, quando principalis est in longissimis partibus, vtputa vltra mare, vel aliā longam peregrinationem, sicut loquuntur Gloss. in cap.cæterum. in verbo. ab vtraque parte. & ibidem Ant.de Butr.vers. quæro aliquis litigat.num. 10. de iuram. calum. & hanc conclusionem tenet Bar. in sæpe citato. §. fin autem. sub num. 5. vers. quid si procurator. & Abb. in cap.in pertractandis. sub num.5. ibi.nisi dominus.de iuram. calum.& in d. cap.cæterum.sub num. 7. ibi. sequor ergo, vbi eam defendit, & Fossanen. decis. 17. positionibus. sub num. 4. vers. verum. dicens istam opin. probari per rationem satis concludentem adductam à Bar. & in eadem opinione videtur stetisse Spec. tit. de iuram. calum. §. restat. vers. vinc. nu. 12. & 13. sicut aduertit etiam Ant. de Butr.in d.cap.cæterum.sub nu.10.ibi.Spec.recitat,.quæ opinio placet etiam ipsi Ant. de Butr. ibidem, & non videtur displicuisse Paul.de Castr.in d.§. fin autem.sub num.2. ibi. Bar. hoc impugnat.

119 Contrariam opinionem; & quòd sit dandus curator liti,qui iuret de calumnia, quia reputabitur vti legitimus administrator; tenuit Cyn.in auth.principales. §. hoc etiam huic.versus finem. C. de iureiur. prop. calum. & tenuerunt Vltramontani, vt refert Bar. vbi supra, & sequitur Bal.eod. §.fin autem. sub num.1.vers. sed pone. dicens, quòd opinio Bartoli in contrarium est truffa, quia cum procurator non possit facere incidere principalem in periurium, non potest in animam illius iurare; & hanc opinionem approbauit Gloss. in d.cap. cæterum. in verbo. ab vtraque parte, & tenet Salyc.in auth. principales. §. fin autem, num. 27. vers. sed iuxta. C.de iureiur. prop.calum.& hanc esse communem * opinionem refert & sequitur Curt.Sen. in sæpè citato.§. fin autem. sub num. 4. & de communi * testatur etiam contra Bart. & Abb. vbi supra Neuiz. cons.70.pro illustrissimo.sub num.30. & quòd ista practica possit seruari scribit etiam Ant.de But.vbi supra; & quòd seruetur communiter * scribit Fossanen.d. decis. 17. sub num. 4.

120 RETENTA hac 3.conclusione Bartoli,& sequaciū. DECLARA eam, vt isto casu admittatur iuramentum procuratoris,idest quòd sufficiat iuramentum ipsius procuratoris, iurantis in animam suam absque quòd iuret in animam principalis: est enim cerimonia, quòd iuret curator, qui minus quàm procurator erit informatus de meritis & iuribus causæ,& de conscientia principalis, vel quòd iuret procurator in animam principalis, si illud iuramentum nec in foro fori,nec in foro poli obligat ipsum principalem: quare propter nimiam distantiam, & absentiam videtur tolerandum, quòd iuramentum principalis non sit necessarium:benè verum est, quòd quandocunque reuerteretur ipse principalis etiam post factam executionem admitterem, quòd posset cogi ad iurandum de calumnia.

121 DECLARA II. restringendo, vt procedat in procuratore generaliter constituto ante motam litem seu ignorata lite, in qua iurandum venit de calumnia, quia tunc nihil potest imputari domino,quòd non dederit ei speciale mandatum ad iurandum de calumnia,secus in procuratore constituto super lite,iam mota,seu non ignorata; quia si tunc dominus se absentet non excusatur,cum debuisset ei dare mandatum ad iurandum de calumnia, & si erat absens ab initio debebat si mittere mandatum cum facultate iurandi, vt declarat Abb.in d.cap.cæterum.sub nu.7. versus finem.

QVAESTIO XV.

122 QVAERO an iuramentum calumniæ sit de iure positiuo, vel de iure diuino.

Resp.de hoc extare duas opiniones.

Prima est,quòd sit de iure positiuo,introductū scilicet à iure ciuili; & hanc opinionem tenent Papien. in pract. in form. libel. action. real.in gloss. summarie. num. 7. fol. mihi 118.Abb.in cap. cæterum.versus finem. sub num. 10. de iuramen. calumn. Guid. Pap. tract.

tract. de reſcript. ſub.num. 11.fol. 29. & Gail. in pract. obſeru.lib. 1. obſeru. 85. num.8. & in hanc opinionem videtur inclinaſſe aperte Cyn.in l. 2. verſ.quæro primo num. 4.C.de iureiur.prop.calum. dum,nulla facta mentione iuris diuini,quærit ſolum an ſit de iure C. vel de iure ff.& dum in auth. principales.§.ſed quia veremur. num. 3.C.eod. nullo facto verbo de iure diuino,quærit an hoc iuramentum poſſit tolli per conſuetudinem localem. videtur etiam in eandem inclinaſſe Bar. in d. l.2.num. 9.ibi.& primo quæro C. de iureiur. prop. calum. Aret. Inſtit. de pœn. tem. litig.in principio. verſ. quæro quo iure. num. 7. & Affl. in conſtit. lite legitimè conteſtata. num. 6. lib.2.

123 Contrariam opinionem;quòd ſit de iure diuino, tenuerunt Put.deciſ. 398. in vna paduana . num. 3.lib.2. Carauit.ſuper ritu.288.num.35.Aſin. in prax. §. 3. cap. 30.num.2.& 3.Menoch.tract.de arbitr.iud.q.20.num.2. Grauat. in annot. ad. pract. Veſtr. lib. 5. cap. 2. num. 12.& Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in form. libell. action. real. in gloſ. per ſacramentum in 1. additione in fine. fol. mihi 142. & quòd ſit de iure naturali ſcribit etiam Io.Bapt.tract. de arbitr.lib.10.cap. 10.num.10.fol.179 & quòd ſit de iure diuino probatur exod.22.& cap. & ſi Chriſtus.de iureiur.

QVAESTIO XVI.

124 QVAERO, an iuramentum calumniæ poſſit tolli per ſtatutum, ſeu conſuetudinem.

Reſp. Prima facie videtur dicendum,quòd ſic quando conſuetudo eſt introducta ex aliqua rationabili cauſa, vt puta quia experientia compertum eſſet, quòd litigatores non timent Deum in iuramento, & vt plurimum facillimè iurant falſum, quia tunc conſuetudo eſſe valida, & poſſet tollere iuramentum ſecundum Abb. in cap. cæterum. ſub num.9. ibi. nam ſi conſuetudo.& ibi.& putarem. de iuram. calum. & ibidem Socc. nu.8. quem refert,& ſequitur Gail.in pract. obſeru.lib.1.obſeru.85.ſub.nu.4.imò lex de iuramento præſtãdo;præſuppoſita iſta mala cõſcientia, & facilitate peierandi, non eſſet ſeruanda, quia lex non debet eſſe nutritiua peccati, nec præbere occaſionem periurij argumento textus in l.2.C.de indic.viduit.toll.vbi tollitur iuramentũ mulierũ de non reiterandis nuptijs, quia illud plerumque violare conſueuerunt & in cap. clericos.de cohabit. cleric. & mul. vbi Papa mandat, clericos in ſacris conſtitutos, qui publicè tenent concubinas, non compelli ad eas ab iurandas, ne in eandem fornicationem redeuntes,periurij reatum incurrant.

125 Sed ſic eſt,quòd hodie iuramentum calumniæ non appretiatur vno obolo, quia facti ſumus contemptores Dei, & religionis, vt ſcribit Bal. in l. ſi poſt. ſub num.1. C. de euict. quem referunt, & ſequuntur Maran. in ſuo ſpec. par.6. actu 1. ſub num. 11. & Gail. vbi ſupra, addentes, quòd litigatores hodie iurant potius de committenda calumnia, quàm de euitanda.

Ergo iſta conſuetudo non ſolum debet poſſe tollere legem, mandantem iurari de calumnia, ſed lex ipſa, etiam conſuetudine circumducta, non eſſet ſeruanda.

126 Secundo quia valet argumentum de reſcripto Principis ad ſtatutum ad not. per Innoc. & alios Canoniſtas in cap. quæ in eccleſiarum.de conſtit.& Curt. Sen. in hac facti ſpecie in l. 2. num.12. C. de iureiur. prop.calum.

127 Sed Princeps poteſt per reſcriptum tollere iuramentum calumniæ Gloſ. in auth.principales, §.ſed quia veremur. in verbo. remitti. verſus finem. C. de iureiur. prop.calum.Abb,in cap.cæterum. verſ. vltimo extra. num. 10. de iuram. calum. dicens, de hoc non eſſe
✲ dubitandum, & de communi. * opinione teſtantur Curt. Sen. in l. 2. ſub num. 11.& Gail. d. obſeru. 85. in fine: qui ex his duobus argumentis firmat hanc primam opinionem, quòd iſtud iuramentum calumniæ poſſit tolli per conſuetudinem: & hoc ſecundum argumentum arbritratus eſt Curt. Sen. d. num. 12.non poſſe diſſolui, dicens; ſoluat Apollo.

128 Contrariam ſententiam, quòd tolli non poſſit per conſuetudinem, nec per ſtatutum, probatur ex tex. in d.cap.cæterum. in fine. de iuram. calum. & tenent ibi Gloſ. fin. Ant. de Butr. num. 4. & Abb.num. 3. & ex cap. conſtitutus. de fideiuſſ. Gloſ. in cap. 1. in verbo. tacitè. de iuram. calum. in 6. Hoſtien. in ſumm. tit. de conſuetud. §. & de virtute ipſius.ſub num.11. Papien. in pract. in form.libell.act.real. in gloſ. per ſacramentum.nu. 8.fol.142.Rom. ſing. 423. tu habes. Matheſil. ſing. 65. nota quòd ſtatutum vel conſuetudo. Curt. Sen. in l. 2. num. 9. & 10. C. de iureiur. prop. calum. & ibidem Additionatór ad Bar. in §. fin. autem. in fine. Rolan. a Val.conſ.71. viſo proceſſu. num. 10. lib. 1. Aſin. in prax. §. 3. cap. 30. num. 4. Gail. d. obſeru. 85. num.3. & M. Ant. Cuch. inſtit. maior. lib. 1. tit. 9.
✲ num.100.& ita tenent communiter * omnes.

129 Ratio huius communis opinionis poteſt eſſe duplex. Prima quia iuramentum calumniæ eſt inductum fauore publico, ne ſcilicet fraudes committantur, veritas non occultetur, & lites non prolatentur auth. principales. §. ſed quia veremur. &. §. quòd ſi actor. C. de iureiur.prop. calum.notantque Curt.Sen.in l. 1. num. 7.& in d.§. ſed quia veremur.num.1. C.eod.Lanfr.de Orian. tract.de teſtib. num. 5. fol. 179. Maran. in ſuo ſpec. par.6. actu. 1. ſub num. 11.Gail.d. obſeru 85. num. 4. & Alex.Stiat. in pract. iudic.cap.20. num. 97. Secunda ratio, & hæc meo iudicio eſt fortior, quia iuramentum calumniæ eſt inductum de iure diuino ſecundum vnam opinionem, quam retuli, ſupra num.
130 123. † ſed ea, quæ ſunt inducta à iure diuino, ſeu nanaturali non poſſunt tolli per conſuetudinem cap. fin. de conſuet. & notant ibidem Ant. de Butr. Abb. & Roch. Curt. & ſcribunt Rot.& Put, quos omnes citaui infra cap. 9. num. 424. verſ. ex iſta. imò nec poſſunt tolli per principem ſecundum ea, quæ adducit Lancell. tract. de attent. in præfatione. num.44.49. & 66. fol. 288. diſputando,an attentata ſint de iure poſitiuo, vel de iure diuino,& naturali: Minus tolli poſſunt per conſtitutionem Epiſcopi ſecundum ea, quæ adduximus infra d. cap. 9. num. 377. firmando, quòd conſtitutio epiſcopi, diſponens vt teſtes ſingulares probent aliquem eſſe vſurarium, non valet,quia eſt contraria iuri diuino, imo, vt finem imponam, tolli nequeunt etiam per Papam optimum maximum ſecundum Ro. Fely. Abb.& alios quos citauimus infra d.cap.9. num. 385.verſ. tertium.

131 Quid tenendum? Reſp.conciliando cum diſtrinctione: Aut conſuetudo eſt inducta ex cauſa, puta ad euitanda periuria, quæ in dies committuntur: & iſto caſu procedit prima opinio, quòd iuramentum poſſit tolli per ſtatutum, ſeu conſutudinem: Neque obſtant adducta pro contraria communi opinione:nam ad tex. in cap.cæterum.& in cap. conſtitutus. reſpondeo,quòd illi tex.intelligi debent in ſequenti membro diſtinctionis, quando ſcilicet non exiſteret præcedens cauſa:nã, non exiſtente cauſa, conſuetudo ipſa diceretur irrationabilis tùm eo ipſo, quòd eſſet contra legem diuinam, tùm ex eo, quòd in caſu, de quo agimus,iuramentum eſt inductum ad eliciendam veritatem, & ob alias vtilitates, de quibus dixi ſupra num. 129 & prout conſiderat Abb. in d.cap.cæterum.verſ.nota quòd conſuetudo.num. 3. & conſequenter conſuetudo in contrarium non teneret ad tex. & ibi not. in cap. fin. de conſuet. & diximus nos infra cap. 9. num. 434. verſ. ſecunda ratio: & quòd textus in d. cap. cæterum. non probet, aduertit etiam Abb. in eo. ſub num. 9. Ad primam rationem adductam pro eadem communi opinione,reſpondeo,retorquendo: quia; præſuppoſita iſta cauſa, ideſt facilitate peierandi, patefacta iam ab experientia; lex de præſtando iuramento calumniæ eſt contra publicatam vtilitatem, nimirum contra ſalutem animarum; & ipſa conſuetudo continebit fauo-
132 rem publicum: † vel formaliter reſpondendo, dico, quòd conſuetudo,quæ non ſit irrationabilis,poteſt derogare fauori fublico, vt dixi infra d. cap. 9. ſub
133 num. 415. ibi. imò videtur. † Ad ſecundam rationem reſpondeo tripliciter: & primo, per conſuetudinem non poſſe derogari illi iuri diuino, cuius tranſgreſsio inducit peccatum, ſecus

si non inducat peccatũ ad notata per Rocch. Curt. quę
nos retulimus, & sequuti sumus infra d. cap. 9. num.
424.vers.ex ista. Vnde cum in casu nostro transgressio
huius iuris non inducat peccatum, & consuetudo tol-
lat occasionem peccati, nimirum periurij,quod hodie
propter auaritiam, & malam conscientiam litigato-
rum facilè committeretur; sequitur, quòd consuetudo
134 teneat:† Secundo resp. distinguendo:nam vel ista con-
suetudo est generalis, & indistincta, quæ in totum tol-
leret hoc ius diuinum; & isto casu non valeret, quia
nec Papa potest in totum tollere ius diuinum iuxta ea,
quæ; loquendo de iure diuino disponente vt in ore
duorum vel trium stet omne verbum; retuli & sequu-
tus sum ex Rom.& Petr.infra d.cap.9. num. 385. vers.
135 tertium.& num. 395.vers. ad tertium. † vel non est ge
neralis, sed restringitur in quodam loco, vel in qui-
busdam casibus; & tunc tenet, vt;loquendo de consue
tudine,vt credatur vni testi contra eandem dispositio-
nem iuris diuini; retuli, & sequutus sum ex Mathes.
Curt. Rocch.& alijs infra eod.cap.9.num.410.limit.3.
Tertio resp. quòd illa ratio nõ potest adduci,si tenere-
mus opinionem, quòd iuramentum calumniæ sit indu-
ctum à iure positiuo, prout tenent Papien. Abb. Guid.
Pap.& Gail.quos citaui supra num.122.

136 Aut consuetudo est inducta sine causa: & isto casu di
co,quòd nõ valet quia esset irrationabilis, & sic proce
dat secunda & communis opinio, cui non obstant ad-
ducta pro prima:quia procedunt in terminis diuersis,
vt declaraui supra.

QVAESTIO XVII.

137 QVANDO consuetudo non tollit in totum iura-
mentum calumniæ sed postergat, & mandat
illud differri,& non posse exigi,nisi in calcu
lo ferendæ sententiæ,nunquid consuetudo ista valebit?

Resp. Prima facie videtur dicendum; quòd non va-
leat:quia veritas facilius habetur quando iuramentum
præcedit, quàm quando subsequitur; vnde testes de-
bent iurare ante examen & non postea, testibus Cyn.
Salyc. Arch. Ant.de Butr. Abb. Fely.Mars. & alijs. quos
retuli & sequutus sum infra cap.8.nu.533.& 534.item
is,qui calumniosas petijt dilationes,vel corrupit iudi-
cem,seu notarium;ne in istis deprehendatur crimino-
sus;facilè peierabit; & ex his apparet, quòd eiusmodi
consuetudo vti obstatiua veritati; & nutritiua periu-
rij est irrationabilis,sicut firmando istam opinionem;
quòd consuetudo prædicta non valeat, considerauit
Abb.in cap.cæterum. vers.sed iuxta hoc quæro.num.4.
de iuram.calum.quem refert & sequitur Curt.Sen.in
l. 2. num. 10. in fine, & num. 11. C. de iureiur. prop.
calum.

138 Contrariam sententiam,quod consuetudo sit valida
tenuerunt Io.And. in addit. ad Spec. tit. de iuram. ca-
lum. §. sequitur. in verbo.sed quia veremur. sub num.
3. Ant. de Butr. d. cap. cæterum.vers. quæro an valeat
consuetudo.num.9.& Addition. ad Bar.in auth.in isto.
§.sin autem. in fine C.de iureiur.prop.calum.qui rese-
runt,quòd ita seruabatur Mediolani. & ab ista opinio-
ne non recedo:quia satis est,quòd litigatores sciant ab
eis posse exigi iuramentum.

Confirmatur ista sententia; quia iudex potest differ
re iuramentum calumniæ, dicendo; nolo quòd modo
iuretur Spec.tit.de iuram. calum. §. est autem. num. 1.
vers. sed quid si iudex. si potest iudex; ergo à fortiori
consuetudo.

Imponendo finem huic q. aduerte, quòd & si prin-
ceps possit per priuilegium;seu rescriptum concedere
alicui,ne iuret de calumnia iuxta ea, quæ retuli supra
num.117.tamen aduerte & nota tria:Primum, quòd in
rescripto debet princeps dicere,non obstante l.1.C.de
iureiur. prop. calum. & alijs similibus. testibus Gl. in
auth.principales.§.sed quia veremur.in verbo. remitti.
in fine & Cyn.nu.6.C.de iureiur.prop.calum.Secundũ,
quòd,aduersario replicante rescriptũ esse falsum seu es
se impetratũ per mendaciũ,tũc is,qui impetrauit debet
super hoc iurare de calumnia Glos.in d. verbo,remitti.
in fine.& Cyn.in eod.§.sed quia veremur.in fine & ibi-
dem Saly.vers.quæro an princeps.num. 30.in fine Ter-
tium quòd hoc priuilegium seruit ēt aduersario, vt nõ
teneatur iurare Cyn.d.num.6.& Salyc. d.num.30. ver-
sus finem;sed ego dubito de hoc vltimo.

QVAESTIO XVIII.

In qualibet causa est iurandum de calumnia.

VIDIMVS huc vsque multas difficultates circa na
turam istius iuramenti; nunc pro complemen-
to quæro,an sit iurandum in qualibet causa.

139 CONSTITVO regulam,quòd iuramentũ calumniæ
possit exigi,& exactum debeat præstari generaliter in
qualibet causa tàm ciuili, quàm criminali, & in omni-
bus l. 1. C. de iureiur. prop. calum. & in cap. 1.de iu-
ram. calum. & notant Spec.tit.de iuram. calum.§. se-
quitur videre. in principio,& Curt.Sen.in d. l.1. num.
140 1.† & ista regula non habet dubium in causis ciuili-
bus ordinarijs Bar. in l. 2.vers. tertio principaliter. nu.
13. C. de iureiur. prop. calum.

141 AMPLIA I. istam regulam, vt habeat locum etiam
in causis summarijs Bar.in extrauag.ad reprimendum.
in verbo.& figura iudicij.num.11.Ant. de Butr. in cap.
literas.vers.nota quod. num. 5. de iuram. calum. Pa-
pien. in pract.in form.libel.actio. real.in glos. summa-
riè. num. 7. fol. mihi 118. Guid. Pap.tract. de rescript.
num.11.fol.29,Mathesil. sing. 65. nota quòd statutum.
in fine.Curt.Sen.in l.2.num.24.C.de iureiur. prop. ca-
lum.Natt. in clem. sæpe. §. citationem.de verb. signif.
Vant. tract.nullit.rubr.de nullit.ex defec.process.num.
29.fol.414.Carauit.super ritu.288.nu.34.& seqq.Asin.in
prax.§.3.cap.30.num.1,& seq.Menoch.tract.de arbitr.
✣ iud.q.20. num. 2. & sequen.& hanc esse communem *
opinionem scribunt Masuer.in addit.ad pract. Papien.
in form. libell. action. real. in glos. per sacramentum.
in 1.additione. versus finem.fol. 142.& Grauat in an-
not ad pract. Vestr. lib.5.cap.2.num.16. & quia proba-
tur ad literam in d.clem. sæpè. §. citationem.ideo non
est opus disputare.

142 EXTENDE istam ampliationem primo, vt ha-
beat locum etiam in causis beneficialibus Fastol. caus.
26. dub. 50. Vant. & Menoch. in locis supra proximè
citatis.

143 EXTENDE II. etiam si procederetur velo le-
uato, vel manu regia, Put.decis. 398. in vna paduana
lib.2.

144 EXTENDE III. vt habeat locum etiam si causa esset
cognoscẽda sola facti veritate inspecta Carauit.d.ritu
288.num.34.& seq.& magis apertè Asin.d.§.3. cap. 30.
iunctis his,quæ scribit cap.29,vtrobique in principio,
& Put.d.decis.398.lib.2.

145 Iuxta hanc tertiam extentionem Carauit. vbi supra
firmat in Regno esse iurandum de calumnia, non ob-
stantibus ritibus,& pragmatica per ipsum allegatis.

146 EXTENDE IIII. etiam si posset procedi,nullis ter-
minis seruatis,Put.vbi supra.Imò procedit hæc exten-
sio etiam si causa esset modica, in qua omnis solemni-
tas propter exiguitatem omitteretur,& teneret senten
tia sine scriptis lata:ad huc inquam requiretur iuramen
tum calumniæ vt,reprobata quorumdam sententia scri
bit Spec. tit.de iuram. calum. §. sequitur. vers. quid si
causa.num.10. & quòd in causa quamtumuis leuis mo-
menti requiratur iuramẽtum calumnię,refert,& sequi-
tur Tiraq. de iudic.in reb.exig.ver.quinquagesimo sex-
to fol.mihi 101. tom. 5.

147 Ratio istarum ampliationis, & extentionũ est, quia
iuramentum calumniæ est de iure diuino secundum
eosdem Put. Carauit.Asin.Menoch.Grauat.& Masuer.
quos citaui supra q.15.num.123.vers. contrariam.

148 EXTENDE V. vt hodie habeat locum etiam
in spiritualibus, sicut scribunt Bar. in l. 2. vers. tertio
principaliter. in fine. ibi. quædam est causa spiritua-
lis. sub num. 13. & Curt. Sen. num. 22. in fine. C.
de iureiur. prop. calum. & rursus idem Curt. Sen. in
auth. principales. §. sed quia ueremur. num. 8. &
Salyc. ver. quæro quid in clericis. num. 29. in fine.C.
eod.

eod. Ioan. à Graſſ. in arbor. iudic. in quarto princip. ſub num.6.fol.24.Ant.de Butr.in cap. literas.verſ.oppo no quod in cauſis: ibi. de hoc dic.ſub num.13. & Abb. num.1. de iuram. calum. Aret. Inſtit. de pæn. tem. litig.in principio. num. 6. & eſt deciſum per textum in
149 cap.1. §. vlt. de iuram. calumn. in 6. † Olim tamen in cauſis ſpiritualibus non iurabatur de calumnia, teſtib. Gloſ.in d.§.ſed quia veremur. in verbo. remitti.& ibidem Salyc.num.29. C. de iureiur. prop. calum.Tancr. tract.de ordin.iudic. cap.de iuramento calumniæ. ibi. in omnibus autem.fol.60.Bapt.à S. Blaſ. tract. de contradict. iur. canon.contradict.156. fol. 188. & probatur ad literam ex textu in d. cap. literas. & ibi notant Canoniſtæ. de iuram. calum. ſed Bar. vbi ſupra dicit, quòd olim de hoc erant opiniones.

150 DECLARA notabiliter reſtringendo, vt licet iuramentum calumniæ habeat locum in cauſis ſpiritualibus; tamen non habet locum pæna illius: quia reus nolens iurare de calumnia non habetur pro confeſſo, teſtibus Bal.in l.2.verſ.quarto quæritur. ſub num. 7. C. de iureiur. prop. calum. Paul. de Caſtr. in auth. principales.§. quod ſi actor. ſub. num.5. ibi. prædicta procedunt in cauſis prophanis. C. eod. Aret.Inſtit. de pęn.tem. litig. in principio.verſ. nunquid autem nu.8.

151 Confirmatur iſta declaratio. † quia nolens reſpondere poſitionibus in cauſa ſpirituali non habetur pro confeſſo, & ratio eſt, ne hac via detur ingreſſus vitioſus ad beneficia, vt ſcribunt Spec. Arch. Bal. Paul. de Caſtr. Curt. Aret. & Maſcar. quos retuli & ſequutus ſum infra cap.7. q.13.num.510.

152 SVBDECLARA, ſeu reſtringe iſtam declarationem, vt ſit vera quoad intereſſe, & vtilitatem partis aduerſæ, quia iſto reſpectu non habetur pro confeſſo, ſecus quoad præiudicium ipſius nolentis iurare; quia habetur pro cofeſſo, vt latius ex eiſdem Arch. Bal. & Aret. declaraui d. cap.7. num. 512.

153 EXTENDE VI. vt habeat locum etiam in cauſa, in qua iudex habet liberum arbritrium per ea quæ ſcribit Menoch. tract. de arb. iud. q. 20. concludens, quòd in arbitrarijs, ſeu coram iudice, qui habet arbitrium, debet iurari de calumnia, & Curt. Sen. in auth.principales. §. ſed quia. ſub num. 6. qui loquitur in fortioribus terminis, videlicet vt ſit præſtandum etiam coram arbitratore: ſed hoc dictum de arbitratore an verum ſit dicemus infra num.155.& 156.

154 EXTENDE VII. vt habeat locum etiam in cauſa, quæ ventilatur coram arbitro, quia etiam coram eo eſſet iurandum de calumnia, vt ſcribunt Spec. tit. de arbitr. & arbitrat. §. differt. verſ. porrò quædam. ſub num. 12. ibi. item coram eo iuratur de calumnia. Bal. in auth. principales. §. ſed quia veremur. num. 1. & Curt. Sen. ſub num. 3. & 6. C. de iureiur. prop. calum. idem Curt. Sen. in l. 2. num. 5. C. eod. Bapt. à S. Blaſ. tract. de arb. & arbitr. q. 30. & 31. num. 65. & 66. fol. 302. & eſt opinio com-
munis,* vt teſtatur M. Ant.Blanc.tract.de compromiſ. q. 8. princip. in verbo. iuramentum. num. 12. fol. 187.& ſatis probatur ex textu in auth. principales. §. ſed quia veremur. C. de iureiur. prop.calum.

156 EXTENDE vlterius, vt habeat locum etiam coram arbitratore ſecundum Curt. Sen. in d. §. ſed quia veremur.ſub num.6.

156 Contrariam ſententiam tenuit Spec. vbi ſupra & apertè ex Nello refert,& ſequitur Bapt. à S. Blaſ. d. q. 31.num.66.fol.302.

EXPEDITIS extenſionibus primæ ampliationis,proſequor alias ampliationes.

157 AMPLIA II. regulam vt habeat locum etiam in cauſis criminalibus.l.1. C. de iureiur. prop. calum. & text.ad literam in cap.1. de iuram.calum.Glo.in d.l. 1. in verbo.quicquam.& ibidem Cyn. nu.3.verſ.ſecundo quæritur.& Bar.verſ.item quæro.num. 5. Salyc.num.4. verſ. quæro an in actione criminali.Spec.tit. de iuram. calum. §.ſequitur. num.1.verſ.quid de cauſa criminali. Tancr. tract. de iudic. cap. de iuram. calum. ibi. ſed vtrum in cauſis criminalibus. fol. 60. & latè Abb. in d. cap. 1. verſ. quæro nunquid in cauſa criminali. num. 12. omnino videndus. quia opiniones,eorumque fundaméta recolligit;obijcit,ſoluit & firmat, & ex antiquis hanc opinionem tenuerunt Azo. & Pil. prout de Azone faciunt mentionem Glo.in d.l.1.& in d.cap. 1.in verbo. criminali.& Abb. vbi ſupra, & de vtroque Tancr.loco citato.& quod iſta ſit veritas,reprobata Mart.opinione, ſcribit Cyn. vbi ſupra.

158 DECLARA iſtam ampliationem,vt iſtud iuramentum calumniæ,quod præſtatur in cauſis criminalibus, differat formaliter de conſuetudine ab eo, quod præſtatur in cauſis ciuilibus: Differt formaliter, quia de conſuetudine accuſator in ipſius quærelæ, ſeu accuſationis porrectione iurat, accuſationem eſſe veram, & ſic virtualiter iurat, ſe illam non producere animo calumniandi: & reus cum interrogatur iurat ſi-
militer de veritate dicenda ſecundum communem * vſum Italiæ, de quo teſtatur Bar. in d. l. 1. ſub num. 6. & ex Bar.referunt,& ſequuntur Addittion. ad Spec. Auguſt. ad Ang.Mant. Xuarez; & alij, quos reluli & ſequutus ſum lib. pręced. cap.51.num. 26. vnde in iſto iuramento non expectatur litis conteſtatio, neque formaliter iuratur de credulitate, & de non comittenda calumnia,ſed iuratur de veritate, & conſequenter intelligitur iuratum de calumnia, prout iſtas differentias circa formalitatem notarunt in ſubſtantia Paul.de Caſtr.in l.1.num.9.verſ. in glo. C. de iureiur. prop. calum. dicens, de conſuetudine ſic ſeruari, quòd accuſator tempore, quo porrigit accuſationem, iurat vera eſſe contenta in ea, nec aliud,inquit, iuramentum poſtea exigitur. vnde inquit cauſa criminalis differt à cauſa ciuili in duobus: quoniam in cauſa ciuili iuratur poſt litem conteſtatam, in criminali verò tempore porrectæ accuſationis: item, inquit, in ciuili iuratur de credulitate, ſed in criminali iuratur de veritate: & ſimiliter reus reſpondet per verba negatiua, vel affirmatiua, & non per verba credulitatis; & Curt. Sen. ibidem num. 2. colligens iſta eadem ex Bar. & ſubdens; quòd nemo pungit; &, quòd in cauſa criminali iuretur potius de veritate, quàm de calumnia, ſentit apertè Bal. in d. l. 1. verſ. quæro hic. num. 8. C. de iureiur. propt. calum. dicens, quòd
ſic ſeruat conſuetudo, * & tenet etiam Aret.Inſtit.de pęn. tem. litig. in principio. num. 5. Differt de iure & de conſuetudine effectualiter, quia licet in ciuilibus nolens iurare de calumnia cadat ab actione, ſi eſt actor, & habeatur pro confeſſo, ſi eſt reus, vt dixi-
159 mus ſupra q. 10. num. 93. † tamen nolens iurare de calumnia in cauſis criminalibus non habetur pro confeſſo, teſtibus Spec. tit. de iuram. calum. §. ſupereſt. verſ. item cum in criminali. num. 8. & Paul. de Caſtr. in auth. principales. §. quòd ſi actor. ſub num.5. propè finē, ibi. ratione prædicta non etiā habent locū. C.de iureiur.prop.calum.& in hanc ſententiam intelligo Bar. in d.l.1.num 6.ibi. in cauſis criminalibus. C.de iureiur. prop. calum.& Abb.qui eū refert, in c.1.ſub nu.12. ibi. item licitum eſt.de iuram.calum. dum,ſoluendo argumentum,ait, quòd iſtud,quod dicitur, licere redimere ſanguinem ſuum quocunque modo, dicitur, quia pro confeſſo non habetur:non quòd lex permittat calūniari,quaſi dicat Bar.quòd lex non permittit calūniari,ſed tamen eum,qui non iurat de calumnia,non reputat pro confeſſo, ſed reuera intellectus eſt,quòd tranſigens nō habetur pro confeſſo, neque inditiatur propter tranſactionem,quia eſt permiſſa, vt dixi infra cap.9.q.11.nu. 906.& 908.

160 Cōfirmatur iſta vlt.differētia:†quia in criminalibus is,qui non vult reſpondere poſitionibus, non habetur pro confeſſo,ex quo in criminalibus requiruntur probationes veræ, & non fictæ, & ſunt extorquēdæ etiam quæſtionibus,& tormentis, & ideo contumax non reputatur pro confeſſo;teſtibus eod.Paul.de Caſtr.vbi ſupra,& apertius Bal.in l.1.nu. 13.verſ.oppono nam contumax. C. quom. & quan. iud. quos refert & ſequitur Curt.tract.de poſit.ſub nu. 14.ibi. ſecundo fallit.fol.10. & ſic in effectu eſt concludendum, quòd iuramentum calumniæ propriè ſumptum non requiritur in cauſis criminalibus.

161 EXTENDE iſtā ampliationē,& oīa dicta circa eā,vt habeant locū etiā in cauſa hæreſis: nam licet Eymer.in direct. inquis.p.3.q.54.dicat in cauſis hæreſis procedi ſummariè,& q.55.ad declarandum quæ requirantur in

proceſſu ſummario adducat clem. ſæpè. de verb. ſign. ſecundum quam requiritur etiam iuramentum calumniæ: tamen quomodo ſit declaranda iſta clementina in cauſis criminalibus, in quibus procederetur ſummariè habes ex his, quæ dixi ſupra num. 158. verſ. declara. quia etiam in alijs cauſis criminalibus requiritur iuramentum calumniæ, ſed tamen quomodo hodie requiratur, & cuius naturæ ſit declaraui ſupra d. num. 158. & iuxta eandem declarationem intelligas Pegn. in comm. ad Eymer. d. q. 55. comm. 104. in fine. §. voco autem. dum; enumerando ſubſtantialia iudicij; omittit iuramentum calumniæ, quia benè omittit iuramentum calumniæ propriè ſumptum; ſed non iuramentũ calumniæ eo modo, quo à nobis eſt declaratũ ſupra d. n. 158.

162 SVBEXTENDE iſtam extenſionem quoad denuntiantem; quia is, circumducta etiam conſuetudine non iurandi de calumnia in cauſis criminalibus; adhuc non tenetur iurare de calumnia in cauſis hæreſis; & ratio eſt, quia qui denuntiat coactè, & neceſſitate officij non iurat de calumnia iuxta id, quod ſcripſi infra num. 130. verſ. ſextus: item nec is, qui procurat ex iuſſu magiſtratus ſecundum ea, quæ retuli & ſequutus ſum infra num. 177.

163 At is, qui denuntiat in cauſa hęreſis, cogitur denuntiare ſub pęna excommunicationis, vt dixi lib. præceden. cap. 70. ſub num. 2.

164 AMPLIA III. vt habeat locum etiam in iudicio damni infecti, vt ſcribit Ferret. tract. de re naual. lib. 1. num. 11. & 12. fol. 346.

165 AMPLIA IIII. vt habeat locum in cauſa appellationis, quia etiam in ea poteſt exigi iuramentum calumniæ, textus eſt clarius in cap. 2. de iuram. calum. in 6. & notant Bar. in l. 2. verſ. circa hoc quæritur. num. 14. & Salyc. num. 3. verſ. quæro ſi fuit iuratum C. de iureiur. prop. calum. & idem Bar. in l. qui bona fide. §. ſi quis ſtipulaturus. ſub num. 2. & 3. verſ. per hoc. & ibidem Paul. de Caſtr. num. 1. ff. de damn. infect. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de iuram. calum. §. ſequitur. num. 3. in verbo. cauſa appellationis. Bal. in auth. hoc ſacramentum. verſ. quæro hic. num. 3. C. de iureiur. prop. calum. Papien. in pract. in form. libell. action. real. in glo. per ſacramentum. num. 5. fol. 141. Affl. in conſtitutione lite legitime conteſtata. nu. 6. lib. 2. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 1. num. 9 Carauit. ſuper ritu. 288. num. 36. in fine. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 85. nu. 1. in fine. & quòd hoc ſeruetur,* teſtatur Spec. d. §. ſequitur. num. 3. verſ. quid de cauſa appellationis.

166 EXTENDE iſtam ampliationem, vt ſit vera etiã ſi fuiſſet iuratum in prima inſtantia, id eſt in cauſa principali; quia ad huc eſſet iurandum in cauſa appellationis d. cap. 2. de iuram. calum. in 6. qui decidit clarè, & hanc extentionem, id eſt ſententiam propter dictum cap. 2. ſequuntur hodie ſine controuerſia Bar. Bal. Salyc. Paul. de Caſtr. Maran. & Gail. quos retuli, & ſequutus ſum num. præced. eandemque extenſionem ſequitur Cyn. in l. 2. verſ. duodecimo num. 15. C. de iureiur. prop. calum. nulla facta mentione præfatæ diſpoſitionis iuris canonici. & ratio huius ſententiæ eſt, quia vt aiũt Bal. & Salyc. ſupra citati, licet ſint eadẽ res, perſona & cauſa, tñ opinio ipſius perſonę litigãtis vti melius inſtructæ de veritate ex proceſſu, actis, & ſententiã poſſet mutari; & ante deciſionem dicti cap. 2. hãc eandem ſententiam tenuerat Io. vt referunt nobis Glo. in l. 2. in verbo. mouiſſe. & ex Glo. Paul. de Caſtr. ſub num. 9. verſ. contrarium. C. de iureiur. prop. calum. & quòd hodie teneantur denuo omnes iurare ſcribit Aret. Inſtit. de pęn. tem. litig. in princ. verſ. quid in cauſa appellationis. num. 11.

Verum ante deciſionem dicti cap. 2. contrarium tenuerunt Pla. & Azo. vt referũt Gl. vbi ſupra & Arch. in d. c. 2. in principio. imò Azo. & Pet. ſecundũ allegationem, quã facit Salyc. & de his intelligit Bal. vbi ſupra dum ait, quòd quidam tenent, quòd qui iurat in cauſa principali nõ cogatur iurare iterum in cauſa appellationis, & ratio huius opinionis potuit eſſe quia iuramẽtum calumniæ ſolemniter ſemel præſtitum non poteſt iterum exigi iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra q. 2. num. 36. maximè ſi non mutetur res, nec perſona, nec iudicium.

167 SVBEXTENDE iſtam extenſionẽ, vt habeat locum etiam in foro capitolino; quamuis ſtatuta Vrbis lib. 1. cap. 182. de proſecutione cauſæ appellationis. diſponant, quòd non ſit opus in cauſa appellationis præſtare iuramentum calumniæ.

Nam pro intelligentia dicti ſtatuti eſt aduertendũ, quòd eadem ſtat. lib. 1. cap. 59. mandant pro forma, vt in cauſa principali præſtetur iuramẽtum calumniæ, & ſic quòd non poſſit omitti iuxta ea, quæ firmaui ſupra q. 3. in limit. num. 55. vnde dum in iſto alio cap. diſponunt, quòd non ſit opus iurare in cauſa appellationis, ſunt intelligenda, quòd non requirant iuramentum pro forma ita, vt non poſſit omitti, ſed quòd ſit præſtandum, ſi fuerit petitum, prout eſt de iure communi; & moueor pro iſta intelligentia duplici ratione: prima; quia ſtatutum, quod poteſt recipere interpretationẽ à ſe ipſo, & à iure communi, debet recipere illam potius à ſe ipſo; vt ex Anch. Dec. & alijs retuli. & ſequutus ſum cap. ſeq. num. 701. & num. 699. ſed ſtatutum in dicto cap. 59. quando requirit iuramentum calumniæ intelligit de iuramento, quod nec expreſsè, nec tacitè poſſit omitti: ergo dum in iſto alio cap. 182. non requirit iuramentum, intelligit ſimiliter de iuramento, quod nec expreſſe nec tacite poteſt omitti; quaſi dicat ſtatutum, quòd in cauſa appellationis non eſt ita neceſſariò præſtandum iuramentum calumniæ, vt non poſſit omitti, ſed quòd requiratur ſolum, ſi fuerit petitum: & ſi tu dicis, quòd debet recipere interpretationem potius à iure communi, incidimus apertius in eandem intelligentiam: ſecunda ratio eſt; quia ſi intelligeremus, quòd nec petitum eſſet præſtandum, ſequeretur hoc vnum inconueniens, videlicet, quòd nimis lacerarent ius commune: nam tàm in illo c. 59. quàm in iſto. 182. corrigerent ius commune, & ſic corrigerent idem ius commune in duobus, & tamen ſtatutum, quod poteſt intelligi, vt corrigat in vno & corrigat in duobus, eſt intelligendum vt corrigat in vno, ſicut ex Ro. & Roc. diuerſ. retuli & ſequutus ſum infra cap. 8. num. 411. Nec dicamus, quòd iſta ſunt duo ſtatuta & ideo poſſunt corrigere in duobus: quia reſpondeo; quòd hoc eſſet verum; quando etiã ius commune eſſet in duplici diſpoſitione, ſed in caſu, de quo agimus, ius commune eſt in vnica & eadem diſpoſitione: quia tàm in principali cauſa, quàm in cauſa appellationis diſponit, vt iuramentum ſit præſtandum, ſi fuerit petitum, & ſtatuta corrigerent hãc diſpoſitionem dupliciter primo, quia in cauſa principali mandant, vt etiam non petitum ſit neceſſariò præſtandum; quod eſt contra ius commune ſecundum ea, quæ firmari ſupra q. 3. num. 49. ſecundo, quia in cauſa appellationis mandarent, vt etiam petitum non eſſet præſtandum; quod ſimiliter repugnat diſpoſitioni iuris communis: Minus dicamus, quòd ſtatutum in d. cap. 182. ſecundum iſtam intelligentiam redderetur ſuperfluum; quia reſp. ſatis operari, dum in cauſa appellationis reducit iuramentum calumniæ ad diſpoſitionem iuris communis.

Cæterum in praxi non vidi ſeruari iſtam ſubextentionem: quia etiã ſi peteretur nõ cogeretur iurare & ratio poteſt eſſe; quia reliqua duo; videlicet libellus & cõteſtatio litis, de quibus in eod. ſtat. cap. 182. omittuntur in cauſa appellationis etiam parte petente libelli oblationem, & litis conteſtationẽ: ergo idem dicemus de iuramento calumniæ propter regulã, quòd vna determinatio reſpiciẽs plura determinabilia pariformiter determinat: item poteſt eſſe ratio, quia poſt ſententiam videmur eſſe in notorijs, in quibus nõ iuratur de calumnia iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 24. in fine num. 32. & infra num. 215. & denique quicquid ſit in puncto iuris, in praxi, vt dixi, non iuraretur, etiam ſi peteretur.

168 AMPLIA V. vt habeat locum etiam in inſtantia, quæ denuo inchoaretur propter peremptionem primæ inſtantiæ: quia tunc licet fuerit iuratum in prima inſtantia, quæ fuit perẽpta per lapſum temporis, tamẽ eſt denuo iurandum in ea, quæ de nouo inchoatur; quia virtus inſtantiæ peremptę non eſt transfuſa in renouatam, ſed perijt omnino vna cum omnibus concernentibus ordinem iudicij, vt ſunt litis cõteſtatio, & iuramentum calumniæ; ſicut deducunt Paul. de Caſtr. in l. 2. ſub n. 9. verſ. contrarium. & Salyc. ſub n. 3. verſ. quæro quid ſi inſtantia. C. de iureiur. prop. calum. Aret. Inſtit. de

pœn.teme.litig.verſ.ex quo inſertur.n.10.& latius Aſi. in prax.§.2.cap.15. num.1. & 2. & quòd denuo iuretur ſcribunt Spec.tit.de iur.calum.§.ſequitur. verſ. quid ſi inſtantia.n.13.& Cyn.in d.l.2.verſ.tertiodecimo. n.16.

Quòd ſi non mutatur inſtantia, ſed mutatur iudex, & fuit ſemel iuratum de calumnia, non eſt denuo iurandum, teſtibus iiſdem Paul.de Caſtr.in d.l.2.num.10. Salyc.nu.4.& Aret.vbi ſupra.Inſtitut.de pœn.tem.litig. ſub nu.9. verſus finem. ibi, ſecus tamen.& Bart.in l.2. verſ.item quærit.num.16. C.de iureiur.prop.calum. & ita teneas, quicquid in contrariũ referat.Spec. d. tit.de iuram.calum.§.ſequitur. verſ.quid ſi iudex nu. 8. & 15.

170 AMPLIANT demũ nonnulli iſtã regulã de præſtando iuramento calumniæ, vt habeat locum etiã in duello, quia tàm principales, quàm campiones ſecundum eos tenerentur iurare de aſtu, ſed diuerſimodè, prout ſcribunt Io.de Lign.Iacob.de Caſtil.in eorum tract.de duell.& Alc.de ſing.certam.& in Regno Neap. eſt diſpoſitum per conſtitut. præſenti lege. & ibi notat Affl. lib.2.Verum quia tota monomachia eſt expreſsè, ſanctèque prohibita per ſacrum Concilium Tridentinum; ideo fruſtra ponitur, niſi ponatur vt nos ponimus tanquam ſcopulum euitandum.

QVAESTIO XIX.

Quilibet litigator iurat de calumnia.

DIXIMVS in præcedenti q. in qualibet cauſſa eſſe iurandum: nunc quæro an quælibet perſona debeat iurare.

171 CONSTITVO ſecundã regulam, quòd generaliter quælibet perſona litigans tenetur iurare de calumnia Auth. de his qui ingrediuntur ad appellan. §. quia igitur nos.coll.5.

172 AMPLIA declarando iſtam regulam, vt in primis teneãtur iurare principales: actor ſcilicet & reus auth. principales.C.de iureiur.prop.calum.& c.1. de iuram. calum.& vtrobique Doctores.& Inſtit.de pœn.tem.litig.§.ex quo enim.& §.item actoris.Innoc. in cap.cum cauſam.verſ.iuramentum calumniæ nu.1.de iuram.calum.Bal.in l.2.verſ.ſecundo quæro.nu.5. C. de iureiur. prop. calum. & iſta ampliatio nullam habet contradictionem, & in foro capitolino ſeruatur etiam ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis lib.1.cap.66.

EXTENDE iſtã ampliationẽ, vt adeo ſit vera, quòd ab iſto onere iurandi de calumnia releuari non poſſunt à procuratore Cyn.in auth.principales.§. fin autẽ. nu.1.C.de iureiur. prop.calum.& hoc eſt clarum, quia tenentur iurare procurator, vt dixi infra num. 173. & principalis.

RESTRINGE iſtã extenſionẽ vt nõ procedat quando cauſa ageretur à procuratore in rem ſuam, quia tunc is in effectu ſumeretur pro principali, cum ad eũ ſpectet commodum & incommodum rei, de qua agitur Gloſ.in auth.principales.§.fin aũt.in verbo. ſubeat, ibi.item not.C. de iureiur. prop. calum. & ibidem Salyc.ſub.num.27.verſ. quæro quid in procuratore.& clarius Cyn.num.2.& idem Cyn.in l.vlt.nu.2. verſ. pone. C. de procur.

DECLARA iſtã reſtrictionẽ, vt vno caſu nõ procedat, & alio ſit vana: non procedit, quando principalis poſſet remanere obligatus procuratori in caſu ſuccumbẽtiæ, quia tunc iuraret etiam principalis ſecundum ea, quæ ſcribit Cyn. in d. l. vlt. in fine. Redditur vana qñ procurator conſtitueretur à reo, quia non põt cõſtitui actore inuito ſecundum ea, quæ adducit Gl. vbi ſupra.

Sed iſta extenſio & declaratio indigent multo ſale, quod; quia liber eſt ſub prælo; addere non poſſum; & tu; recurrendo ad Gloſ. Cyn. & Salyc. citatos, poteris tibi ſatisfacere.

173 AMPLIA II. eãdem regulam vt habeat locum etiam in procuratore; quia etiam ipſe tenetur iurare de calumnia in animam propriam, tex. eſt ad literam in cap. penult. in fine.de procur.& clarior in cap. 2. §. procuratores, de iuram.colum.in 6.& ibi notant Gl.& Doctores.Cyn.in d.§.fin autem ſub num.1.ibi. quidam moderni.& in auth. principales. num.2.C. eod.Bar.in dicto §. fin autem. in principio. ibi. dicunt noſtri. & latè Salyc. in §. quod obſeruari. num. 25. verſ. reuoco in dubium. C. de iureiur. prop. calum. Papien. in pract.in form.libel.act. real. in glo. per ſacramentum. num.6.in principio, & in fine.fol.142.& ibi.Maſuer, in addit.Paul.de Caſtr.in auth.§. quod obſeruari. ſub nu. 3.& §.fin autẽ.nu.3.C.de iureiur.prop. calum. Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſerua.83.nu.1.& obſeru.89. nu.1. Grauat.in annot.ad pract. Veſtr.lib.5.cap.2. nu. 15. &, quòd in Romana curia procurator debeat iurare de calumnia, ſcribit Rot.deciſ. 1. alias 492. de iuram. calum. in antiq.& deciſ.1.alia 37.& deciſ.2.alias 40.eod. tit. in nou. & ibi Addittion. & denique licet de hoc olim eſſet controuerſia inter Hoſt. & alios, vt refert Gloſſ.1. in d. cap. 2. §. procuratores: tamen hodie eſt

174 ſublata per d. cap. * Et tenetur iurare in animam propriam, etiam ſi habeat ſpeciale mandatum ad iurandũ in animam principalis, vt ſcribit Bal.in l 2.verſ.ſecundo quæro, ſub n.5. C.de iureiur.prop.calum. & in foro capitolino eſt expreſſum per ſtatuta Vrbis lib.1. c. 66.

175 EXTENDE iſtam ampliationem, vt habeat locũ etiam in procuratore ſubſtituto; quia licet procurator principalis iuret de calumnia, tenetur adhuc iurare ſubſtitutus, vt ſentit Iacob. Gentil. tract. de ordin. iudic.rub. ſequiritur ordo.nu.31.fol.43.& apertius Spec. in tit.de iuram.calum.§.ſequitur.in fine; & Aret.Inſtit. de pœn.temer. litig. in principio. verſ. quæro an ſufficiat vnum iuramentum. num.9. & rationem habes ex his, quæ ſcripſi ſupra q.2. limit.prima. nu. 42.

176 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in procuratore dato à iudice ex officio, quia etiam iſte procurator tenetur iurare de calumnia quoad ea, quæ cõcernunt ordinem iudicij, & proceſſus, quales ſunt dilationes, ſicut declarat Gail.in pract.obſeru. lib.1. obſeru.88.ſub nu.8. ibi: ſed vt.& num. 9.

177 RESTRINGE ergo iſtam extenſionem, vt habeat locum ſolum in terminus, in quibus loquitur; videlicet quoad ea, quæ ſpectant ad iudicii ordinem, ſecus quantum ad iuſtitiam; & iniuſtitiam ſuper negotio principali, ſeu, vt loquuntur, quantum ad merita cauſæ, quia in hoc non cogitur iurare de calumnia in animam propriam: quia cum coactè procuret, nihil eius conſcientiæ in meritis poteſt attribui, teſte eod. Gail. dicta obſeru.88.ſub num. 3. & ſeqq. & ad cautelam, quando petitum iuramentum calumniæ nollet præſtare, poſſet à iudice petere remiſſionem iuramenti propter prædictam cauſam, qui remiſſionem concedet, vt admonet idem Gail. vbi ſupra. num. 11.

Procurator an poſſit iurare de calumnia in animam principalis.

CASVS I.

178 Dubium oritur circa iſtam ſecundam ampliationẽ; nunquid procurator poſſit iurare non ſolum in animã propriam, vt loquuti ſumus in præcedenti ampliatione, ſed etiam in animam principalis.

Reſp. diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt: quando habet ſolum mandatum generale, ſeu inquam ſimplex ad lites & non habet mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia in animã principalis. In iſto caſu concludo, quòd poteſt iurare ſolum in animam propriam, & non in animam principalis; quia ad iurandum in animam principalis debet habere mãdatum ſpeciale, teſtibus Bar. in auth.in iſto. §.fin autem.num.2.verſ.ex hoc ſequitur. C. de iureiur. prop.calum.Paul.de Caſtr.in l.qui bona. §.ſi alieno nomine nu.2.ff.de damn.infec.Ant.de Butr. in c. vlt. verſ. ad primum dic.nu.9. de iuram.calum. Mar. Soc tract. de citat.art.20.num.23.verſ.& ratio.Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.83.nu. 1.in fine. & nu.2. & hanc eſſe communem * opinionem ſcribit Maſuer. in addit. ad pract.Papien.in form.libell action.real. in glo. per ſacramentum.in prima additione. fol. mihi 142. & ratio eſt: quia ad ligandam animam principalis debet habere mandatum ſpeciale ad iurandum in animam ipſius principalis, vt ſcribit Bar.vbi ſupra.

179 FALLIT iſta concluſio in cauſis clericorũ; quia procurator clerici poteſt iurare de calumnia in animam clerici

clerici constituentis, licet non habeat mandatum speciale ad iurandum de calumnia; & hoc est specialiter constitutum in clericis secundum Innoc. & Ant. de Butr. quos refert Abb. in cap. 1. vers. sed contra hoc. nu. 15. de iuram. calum.

180 Contra istam fallentiam sentit Abb. vbi supra, concludens, quòd hodie ita laicus, sicut clericus potest iurare de calumnia per procuratorem cum speciali mandato, licet olim ante cap. vlt. de iuram. calum. in 6. esset specialiter constitutum in clericis, vt possent iurare de calumnia per procuratorem: quia quando non visuntur ipsi tangere Sacrosanta euangelia, & corporaliter iurare plebs desinit mirari contra clericos, vt considerat Abb. vbi supra.

CASVS II.

181 Secundus casus est: quando habet mandatum speciale ad iurandum de calumnia in animam ipsius principalis: Isto casu concludo, quòd potest iurare etiam in animam sui principalis cap. fin. de iuram. calum. in 6. & ibi Glos. 1. & Doct. Bar. Paul. de Castr. Ant. de But. & alii citati supra num. 178. & idem Paul. de Castr. in ead. auth. in isto. §. quod obseruari. sub nu. 3. & Saly. in auth. principales. §. fin. autem num. 26. vers. item etiam est prouisum C. de iureiur. prop. calum. & idem Gail. eod. lib. 1 obseru. 89. nu. 1. & hæc est communis * conclusio, quæ in foro capitolino habet claram dispositionem statutorum lib. 1. cap. 66 quæ disponunt vt retuli infra nu. 184.

182 RESTRINGE istam communem conclusionē, vt quamuis procurator habeat speciale mandatum, nihilominus, si iudex arbitretur, principalem esse iustiorem, & legaliorem, posset cogere ipsum principalem ad iurandum de calumnia secundum Socc. dicto tract. de citat. art 20. num. 32. vers. quod tamen. & facit restrictio quam posui supra nu. 114. vers. restringe.

183 DECLARA istam restrictionem, prout declaraui supra q. 14. nu. 108. vers. prima, & num. 110.

184 RESTRINGE II. in foro capitolino, vbi ex dispositione statutorum Vrbis lib. 1. cap. 66. procurator quamuis haberet speciale mandatum, tamen non admitteretur ad iurandum de calumnia, nisi probata absentia principalis ab Vrbe ad minus per viginti miliaria, quæ tamen absentia probaretur per iuramentum ipsius procuratoris.

Procurator vt possit iurare in animam principalis, an Requiratur mandatum specialissimum.

185 Suboritur aliud dubium: an requiratur mandatum specialissimum ad iurandum de calumnia in tali lite seu causa; vel sufficiat mandatum speciale.

Resp. quod extant duæ opiniones contrariæ.

I. OPINIO est; quòd mandatum speciale non sufficiat; & hanc opinionem tenuerunt Bar. in auth. in isto. §. fin autem. sub nu. 3. vers. & ideo puto. & num. 4. & Paul. de Castr. sub nu. 2. ibid. datur tertius modus. C. de iureiur. prop. calum. Ant. de Butr. in cap. in pertractandis. vers. sed est dubium. sub nu. 11. & ibidem Abb. sub num. 5. ibi. aut habet speciale. de iuram. calum. & Mar. Socc. tract. de citat. art. 20. sub num. 32. vers. & ratio. versus finem, & Neuiz. cons. 7. sub nu. 12. & 13. & ratio huius opinionis secundum Bar. & Paul. de Castr. qui eum refert, & sequitur vbi supra est; quia mandatū speciale idest simpliciter ad iurandum de calumnia intelligitur in causis iustis, prout explicat etiam Abb. loco citato.

186 II. OPINIO contraria præcedenti est, quòd mandatum speciale sufficiat; tenuerunt idem Bar. in l. qui bona fide. §. si alieno. nu. 7. ff. de damn. infect. Apostil. ad glos. fin. in cap. vlt de iuram. calum. in 6. & Mathesil. sing. 150. nota quòd si dominus. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 83. sub nu. 3. qui testatur de obseruantia in camera imperiali. & Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 2. cap. 3. num. 7 qui omnes testantur communem * obseruantiam & stylum esse, quòd eiusmodi mādatum sufficiat; & de hac obseruantia testatus est etiam Ioan. Andr. d. cap. vlt. sub num. 1. scribens se vidisse sæpius seruari, quòd procurator datus ad causas cum mandato iurandi, admittatur ad iurandum.

187 Quid dicendum? Resp. de iure credo primā opinionem esse veram per ea, quæ scribunt Bar. in d. §. fin autem, & in d. §. si alieno, nu. 5. & ibi Alex. in additione in verbo. communis tamen. & Io. Andr. d. cap. vlt. de iuram. calum. in 6. de consuetudine tamen, & obseruantia est vera opinio secunda, prout sic distinguendo concludit Mathesil. vbi supra & sentit Gail. vbi supra: sed in foro capitolino videtur cessare ista difficultas ex quo statuta Vrbis lib. 1. cap. 66. exigunt mandatum speciale, sicque concludant cum secunda opinione.

188 DECLARA istam secundam opinionem, prout declaraui supra nu. 114. & 182. vers. restringe.

Qui iuret prius principalis an procurator.

189 Vltimo dubitari posset quis teneatur prius iurare principalis an procurator.

Resp. principalis: quia sicut aduocati iurāt post principales l. 2. versus finem. & notat ibi Bar. not. 4. num. 4. Paul. de Castr. sub nu. 3. & Salyc. sub nu. 1. C. de iureiur. prop. calum. sic quoque conuenit, vt iurent prius principales, quàm procuratores.

Resumuntur ampliationes.

Redeo ad ampliationes intermissas supra sub. n. 173.

190 AMPLIA III. vt habeat locum etiam in aduocatis vtriusque partis; quia tenentur etiam ipsi iurare de calumnia d. l. 2. versus finem. & notant ibi Cyn. num. 2. not. 2. Bar. Paul. de Castr. & Salyc. supra citati, & ibidem Bal. vers. secundo quæro num. 5. Spec. tit de posit. §. tertio. vers. sed patronus. sub. num. 5. & Papien. in pract. in form. libelli act. real. in Glos. per sacramentum. num. 6. fol. 141. & probatur etiam ex text. Instit. de pęn. tem. litigan §. vtriusque.

EXTENDE istam ampliationē vt habeat locum etiā quando aduocati producunt allegationes, quia etiam in legibus inducendis potest committi calumnia Cyn. in l. 1. in fine. C. de iureiur. prop. calum.

191 RESTRINGE istum tertiam ampliationem, vt de consuetudine * non seruetur, testibus Spec. vbi supra Bal. in l. 2. vers. secundo quæro. num. 5. C. de iureiur. prop. & quòd aduocati in Subalpina non iurent de calumnia testatur Masuer. in addit. ap pract. Papien. in form. libell. act. real. in glos. per sacramentum in vlt. additione fol. mihi 144. & quòd hic in Vrbe aduocati non iurent de calumnia est expeditum; quia nunquam vidi, vel audiui ab eis exigi iuramentum calumniæ, vnde Glos. in l. rem non nouam in §. patroni. sub auth. hodie iurant. in verbo. tactis. C. de iudic. quam referunt Ant. de Butr. in cap. cæterum. vers. quid de iuramento. num. 8. & Abb. sub num. 3. de iuram. calum. & Curt. Sen. in l. 2. num. 9. in fine C. de iureiur. prop. calum. loquendo de iuramento præstando ab aduocatis ex dispositione dictæ l. rem non nouam. ait, quòd sic iuretur lege cauetur, sed consuetudine non habetur: & quòd aduocati sibi inuicem deferentes hoc seruēt pro euangelio, scribit idem Ant. de Butr. vbi supra.

192 Contra istam restrictionem; & quòd talis consuetudo non valeat, scribunt iidem Ant. de Butr. & Abb. vbi supra, & idem Abb. latius in cap. 1. vers. item si est aduocatus. num. 5. de iuram. calum. dicens sub verbo forte, quòd ista consuetudo non valet tanquàm nutritiua peccati: quia ipse audiuit à valentissimis aduocatis, quòd sæpe per importunas amicorum preces assumūt causas scienter iniustas.

193 Verum de facto seruatur præcedens restrictio; & ideo in multis locis orta est alia consuetudo, vt copia positionum non detur, nisi prius principalis responderit iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 100. num. 13. & tamen si, aduocati iurarent de calumnia, copia vtique daretur secundum ea, quæ videtur sentire Paul. de Castr. in d. l. 2. num. 4. C. de iureiur. prop. calum.

194 AMPLIA IIII. vt habeat locum etiam in legitimis administratoribus; quia tenentur iurare de calumnia, vt probatur in auth. principales. §. quod obseruari. & scribunt ibi Cyn. in principio Bar. Bald. & Curt. Sen. num. 1. & Salyc. num. 3. C. de iureiur. prop. calum. Papien. in pract. in form libell. action. real. in Glos. per sacramentum. num. 6. fol. 141. & hæc est conclusio communis, * & nonullas spinas pungentes istam ampliationem euellunt Bal. d. §. quòd obseruari.

num.

num.3.verſ.modo veniamus.& Paul.de Caſtr.verſ.oppono pro declaratione. ſub num. 4.

195 EXEMPLIFICA iſtam ampliationẽ in tutoribus,& curatoribus,in quibus loquitur textus in d.§.quod obſeruari.Pap.& Curt.Sen.in locis.ſup.cit.Bal. in d.§. quod obſeruari.nu.3. & Ant.Piag. tract. de tut. & cur. q. 15. num.22. & 23.fol. 331. & quæ contra iſtam exemplificationem poſſunt adduci.tolluntur à Cyn.in d. §.quod obſeruari.ſub num. 1.

196 EXEMPLIFICA II. in actore ad lites; quia is iurabit de calumnia,Saly.in auth.principales.§.quod obſeruari.ſub nu.5.verſ.venio ad q.C. de iureiur.prop.calum.& hanc pro opin.cõmuni * refert & ſequitur Luc. Pæt.in pract.capit.lib.2.cap.3.nu. 8.&, quòd actor tutoris, vel curatoris dicatur legitimus adminiſtrator eò, quòd conſtituitur per decretum iudicis, ſcribunt Bal.in d.§.quod obſeruari.verſ. nunc veniamus. ibi itẽ actor.ſub num.7. & Saly. loco citato. & ſentit Abb. in c.in pertractandis.nu.4.verſus finem,de iuram. calum.

197 EXEMPLIFICA III. in ſyndicis eccleſiarum cap.vlt.de iuram.calum.& ibi Abb. num.10.

198 EXEMPLIFICA IIII. in ſyndico vniuerſitatis:nam & is dicitur legitimus adminiſtrator, ex quo in eius deputatione interuenit decretum magiſtratus l.nulli.& ibi not.ff.quodcuiuſq; vniuerſ.nom. &c.& notant Bal.in eod.§.quod obſeruari.ſub nu.7.& Abb. in cap.in pertractandis.verſ.opp. & videtur.nu. 4. de iur. calum.&,quòd ſyndicus vniuerſitatis reſpondeat poſitionibus cum iuramento calumniæ,&, quòd vniuerſitas tàm ſæcularis, quàm eccleſiaſtica iuret per ſyndicos,& poſſit compelli ad conſtituendum ſyndicum, vt facilius cauſæ tractentur, refert, & ſequitur Curt. Sen. in auth.principales.§.hoc etiam. num.7. C. de iureiur. prop.calum. & quòd ſyndicis vniuerſitatis iuret de calumnia ſcribunt Glo.in auth.principales.§. hoc etiam. in verbo.vel plurima.& ibi Apoſtil. & Cyn. num. 1. & Salyc.num.32.C.de iureiur.prop. calum.& Luc.Pæt. in pract.capitol.lib.2.cap.3. nu. 9.vbi alios citat.

199 EXTENDE iſtam 4. exemplificationem, vt habeat locum etiam in ſyndico generali collegij ſæcularis,vel eccleſiaſtici:quia ipſe iurat de calumnia in animam ſuam ſine alio mandato; dummodo habeat notitiam cauſæ,vt ſcribit Abb. in cap.imperatorum.verſ.& ideo conclude.nu.5.de iuram.calum.

200 EXEMPLIFICA V. in hoſpitalarijs,ſeu rectoribus hoſpitalium: nam & hi per ſuperiorem ordinantur; & propterea dicuntur legitimi adminiſtratores, vt ſcribunt Bal.in d.§.quod obſeruari.ſub nu. 7. & Abb. in d. cap. in pertractandis. ſub num.4.

EXTENDE iſtã.5.exemplificationem vt procedat in parocho,presbytero,ſeu alio rectore eccleſiæ, quia ſicut iſti concipiunt libellum ſuo vel nomine eccleſiæ iuxta ea,quæ dico in 2.æditione lib.1.cap.50. num.22. ita etiam ipſi, vel procurator eorum iurabit, ſeruata doctrina,de qua infra nu 202. 203. & 209.

201 EXEMPLIFICA VI. in patre, quia auctoritate iuris eſt legitimus adminiſtrator filii in aduentitiis; & ideo iurat de calumnia,vt infert Bal d.§.quod obſeruari.ſub.nu.7.& quòd pater,qui agit, vel conuenit, iuret de calumnia in his,in quibus eſt legitimus adminiſtrator,ſcribunt Gloſſ.in d.§.quod obſeruari.in verbo.perſonæ.& Luc.Pæt.d.lib.2.cap.3.num. 10.& fuſius ſcripſi infra nu. 239.

202 EXEMPLIFICA VII. in œconomo,quia is vti legitimus admniſtrator iurabit de calumnia,& non prælatus eccleſiæ cap.1. 3. & 4. de iuram. calum. & ſcribunt Innoc.in cap.cum cauſam.num.1.eod.tit. dicens, quòd procuratores in cauſis eccleſiaſticis iurant ſine ſpeciali mandato.& Abb.in cap.imperatorum. ſub nu. 2.eod.tit. & ita teneo, quicquid in contrarium ſentiat Spec.tit.de iuram.calum.§.nũc dicamus.verſ. item no. & verſ.ego ſto.num.5.dicenſque quòd Epiſcopus iurat indiſtincte, etiam ſi ſit cauſa eccleſiæ.

203 Adeo eſt vera iſta exemplificatio; videlicet quòd œconomus,ſyndicus, & procurator iurant de calumnia in cauſis eccleſiaſticis, vt clerici ipſi prohibeantur ſubire iuramentum calumniæ ſine licẽtia proprii Diœcæſani cap.1.de iuram.calum.verùm tamen eſt, quòd ſi iurauerint, non propterea vitiaretur iudicium, teſte Gloſſ.vlt.in d.cap.1. quæ teſtatur ibidem, quòd ſæpe contingit,quòd iurent ſine iſta licentia:& quòd clerici ſecundum canones iurent ſolum de veritate,& non de calumnia ſcribit Spec.tit.de iuram.calum.§.reſtat.verſ. ſed nunquid clericus.num. 7.

204 EXEMPLIFICA demum, ſeu declara præfatam ampliationem,vt habeat locum in quolibet,qui auctoritate legitima iuris, vel iudicis gerit aliena negocia, quia is dicitur legitimus adminiſtrator ad tradita per Bal.in d.§.quod obſeruari. verſ. nunc veniamus. nu. 7. dicens, quòd duo faciunt adminiſtratorem legitimum, ſcilicet decretum legis, & decretum iudicis.

205 DECLARA ampliando iſtam quartam ampliationem,& eius exemplificationes, vt iſti iurent de calumnia eò ipſo,quòd ſunt tutores,ſyndici,œconomi,& ſimiles legitimi adminiſtratores etiam quòd non habeant aliter mandatum ad iurandum de calumnia; & ita intelliguntur omnes Doctores citati:nam mandatũ ad iurandum requireretur ſolum ad iurandum in animam principalium, ſed in animam principalium non eſt neceſſarium iuxta ea, quæ diſputando de ſyndicis vniuerſitatis firmaui infra num. 255. & 256. Ergo &c.

206 Circa iſtam quartam ampliationem occurrunt duę difficultates.

I. DIFFICVLTAS eſt: an iſti legitimi adminiſtratores iurent in animam propriam, vel in animam eorum, quorum bona adminiſtrant, vel potius iurent & in animam eorum & in animam propriam.

Nam prima facie videretur dicendum, quòd deberent iurare hoc vltimo modo; in animam eorum & in animam propriam,& maximè quando ij, quorum bona adminiſtrant, ſunt corpus animatum,habens diſcretionem, & ætatem perfectam; prout eſt filiusfamilias maior 25. annis, Epiſcopus, & ſimiles: etenim ſicut procurator,habens mandatum ſpeciale iurat de calumnia in animam ſui principalis,vt ex Bar.Paul de Caſtr. Ant.de Butr.& aliis retuli,& ſequutus ſum ſupra num. 181.verſ.ſecundus. ita etiam videtur dicendum de legitimo adminiſtratore,cum habeat mandatum à lege.

207 Contraria concluſio eſt vera: iurant enim ſolum in animam ſuam propriam, vt, loquendo de œconomo, præcipit textus in cap.in pertractandis. de iuram. calum.& notat ibi Ant.de Butr.verſ.opp.quod non iurat. ſub nu.7.& Abb.in cap.imperatorum.nu. 1.eod. tit. &, loquendo de ſyndico,& adminiſtratore vniuerſali, notat Ant.de Butr.d.cap.in pertractandis. nu.3. verſ. not. quod iurat.&, quòd ſyndicus, & œconomus iurent in animam propriam,ſcribit ibidem Abb.verſ.opp.& videtur. nu. 4. de tutore & curatore, quòd iurent in animam propriam,notant Ant.de Butr.in citato cap.in pertractandis.verſ.opp.quod non iurat. ſub num. 7. & Abb.verſ.opp.& videtur.ſub num. 4. de iuram. calum. de ſyndicis, œconomis, orphanotrophis, & ſimilibus actoribus Ant.de Butr.vbi ſupra; & quòd legitimi adminiſtratores iurent in animam propriam,& non in animam eorum, quorum bona adminiſtrant, ſcribunt Bar.in auth.in iſto.§.quod obſeruari.num.2. & ibidem Bal.& Curt.Sen.vterque nu.1.& Salyc. nu.3. & in hoc concordant Doctores communiter * ſine cõtradictione: quia ſatis probatur ex textu in d. §. quod obſeruari: † & propterea debent iſti concipere verba iuramenti in propriam perſonam, & iurare ex eorum credulitate,& non in perſonam eorum, pro quibus agũt, ſeu conueniuntur,teſte Luc.Pæt. in pract. capitol. lib. 2.cap.3.nu.11.& conſequenter ſi ſcienter iurarent falſum,ipſi, & non ii, quorum bona adminiſtrant, eſſent periuri.teſte Paul.de Caſtr.d.§.quod obſeruari. num.2. ibi.nota textum.

208

209 DECLARA reſtringendo hanc contrariam concluſionem,vt in œconomo, & ſyndico ſit vera, ſi cauſa ſit eccleſiæ:quia tũc œconomus,ſeu ſyndicus,vel procurator iurabit in animam propriam ſecundum opinionem Innocentii,quam refert Ant.de Butr.in cap.in pertractandis ſub num.4.ibi.hoc verum in cauſa. de iuram.calum.ſecus ſi cauſa erit propria ipſius clerici, ſeu presbyteri, vel prælati, quia is iuraret fictè per procuratorem in animam ipſius clerici,presbyteri,vel prælati,vt declarat Ant.de Butr.d.num.4.nam quòd clerici iurent de calumnia in cauſis propriis indicat nobis

bis textus in cap. cæterum. & ibi notat Abb. num. 1. de iuramen. calumn. & in cap. 1. num. 4. in fine eod.

210 II. DIFFICVLTAS est, an eorum iuramentum sufficiat, vel requiratur adhuc iuramentum eorum, quorum bona administrantur.

Solutionem ad hanc difficultatem habes infra num. 223. vers. limita. & in 2. difficult. num. 255. & 256.

Redeũdo ad ordinem ampliandi intermissum supra sub num. 194.

211 AMPLIA V. præfatam secũdam regulam, eiusque ampliationes, vt in tantum prædictæ personæ teneantur præstare iuramentum calumniæ petitum, vt cogantur iurare, etiam si alias iurassent, seu vouissent non iurare Bul. quem refert Spec. tit. de iuram. calum. §. superest. vers. quid si reus. num. 3. & ibi ex Cy. refert, & sequitur Io. Andr. in addit. ad ipsum Spec. & M. A. Bauer. tract. de virt. & virib. iur. num. 48. fol. 367. aduerte tamẽ, quòd Cyn. in auth. principales. §. quod si actor. vers. sexto quæritur. nu. 6. C. de iureiur. prop. calum. citatus à Io. And. declarat, quòd pro hoc iuramento, vti temerario, est iniungenda pœnitentia, & remittendũ, & in hoc dicto videtur residere Spec. vbi supra, sed ego stò in ampliatione quòd cogatur iurare sine alia absolutione per ea, quæ scripsi cap. seq. num. 133. & seqq. ad eum.

212 AMPLIA VI. vt teneantur præstare iuramentũ calumniæ petitum etiam si à parte, quæ nunc illud petit, prius esset expressè remissum: quia nihilominus tenerentur iurare; quia iuramentum calumniæ non põt remitti expressè auth. principales. §. sed quia veremur. C. de iureiur. prop. calum. & notant ibi Glo. in verb. remitti. Bar. Bal. & Curt. Sen. omnes in summario. Glo. in l. 1. in verbo. sententia. & ibi Apostil. ff. de fer. Odofred. tract. de iudic. num. 26. fol. 33. Guid. de Suz. tract. eod. num. 91. fol. 37. Fely. in cap. tuis quæstionibus. vers. in ea glo. ibi. scilicet tacitè. sub nu. 4. de testib. Affl. in constitutione. lite legitimè contestata. num. 6. lib. 2. Maran. in suo spec. par. 6. actu 1. num. 2. Hier. de Mont. tract. de finib. regun. cap. 45. num. 9. Stiat. in pract. iudic. cap. 20. sub nu. 96. Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 2. nu. 11. Addition. ad pract. Papien. in form. libel. action. real. in glo. per sacramentum. in prima addit. fol. 142. & Bagarot. tract. de reprobat. test. num. 28. fol. 299. & ratio rationis est; quia hoc iuramentum concernit fauorem publicum, vt dixi supra nu. 129. vers. ratio huius. & fauori publico quis non potest renuntiare.

QVAESTIO XX.

In quibus causis non iuretur de calumnia.

DIXIMVS supra num. 139. per modum regulæ in qualibet causa esse iurandum de calumnia; quæro nunc an sint aliquæ causæ seu casus, in quibus non iuretur.

Resp. quòd illa regula recipit multas limitationes.

213 LIMITA seu declara regulam firmatam supra num. 139. vers. constituo. vt procedat solum in terminis, in quibus loquitur, videlicet quando iuramentum petitur; secus ergo si non fuerit petitum: quia tunc nunquam est necessarium, seu de substantia iudicii iuxta conclusionem, quam ex Odof. Spec. Rot. Pau. de Castr. Curt. Sen. & alijs retuli, & sequutus sum supra q. 3. nu. 49. & consequenter potest secundum eosdem Doctores ibi citatos tacitè omitti, prout de ista consequentia testatur Bal. quem citauimus ibidem nu. 54. in fine.

214 LIMITA II. vt non habeat locum in sequentibus casibus, in quibus iuramentum calumniæ etiam petitum potest recusari: quia iuramentum calumniæ non est præstandum in qualibet causa Afin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 14. num. 4. fol. 71. & multi sunt casus, in quibus hoc iuramẽtum petitum potest recusari vt aduertit Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 84. nu. 5.

I. CASVS est, quando probatio non est necessaria, quia consequenter minus est necessarium iuramentum calumniæ, testibus Bal. & Curt. Sen. quos retuli & sequutus sum supra nu. 24. & nu. 31. vbi declaraui, Infero ex isto primo casu tres conclusiones.

215 Prima conclusio est; quòd iuramentum calumniæ nõ est necessarium in notoriis, & vbi ius est certum, testibus Ant. de Butr. tract. de notor. art. 4. sub nu. 25. fol. 55. & Curt. Sen. in l. 1. sub nu. 3. C. de iureiur. prop. calum & hoc videntur sensisse Petr. & Cyn. qui eum refert & sequitur in l. 2. vers. nono iuxta. num. 12. C. de iureiur. prop. calum. dum scribunt, quòd si ego emi rem tuam à Titio, & scio esse tuam, & est notum, tunc debeo bonam fidem agnoscere, & non iurare.

216 Secunda conclusio est; quòd non est necessarium, qñ reus conuentus fatetur petita, testibus Curt. Sen. in d. l. 1. nu. 3. & Paul. de Castr. in l. 2. nu. 7. C. eod. qui declarat, hoc esse verum, quando reus fatetur simpliciter; hoc est, petita esse vera prout petũtur; secus si adiiciat, se non teneri ad petita, quamuis vera sint; quia tunc iuramentum calumniæ esset necessarium si peteretur, quam declarationem habes etiam apud Spec. & Bal. qui eum refert, & sequitur in d. l. 1. sub nu. 1. C. eod. & idem supponunt Glo. in l 2. in verbo. & actor. circa finem. & Bar. sub num. 19. vers. quæro vlterius. C. de iureiur. prop. calum.

217 Tertia conclusio est, quòd non est necessarium, qñ actor iam probasset intentionum suam, quia si postea reus peteret iuramentum calumniæ, posset actor illud licitè recusare, & recusando non haberetur pro confesso secundum Bal. in cap. 2. de probat quem refert & sequitur Ias. in 2. repetitione l. admonendi. sub nu. 81. ibi. hoc limitatur singulariter. ff. de iureiur. Neuiz. cõs. 7. nu. 5. in fine. & num. 6.

218 II. CASVS est, quando sumus in iurisdictione voluntaria, testibus Bal. in l. 1. nu. 1. in fine. C. de iureiur. prop. calum. dicens propterea, quòd si quis petit dispẽsationem, vel declarari priuilegium, vel aliquid simile, quod non expeditur in forma iudicij contentiosi, non habet locum iuramentum calumniæ, & ibidem Paul. de Castr. sub num 4. in fine. vers in textu. & Curt. Sen. sub nu. 7. qui omnes colligunt istum casum ex illa met. l. 1.

219 III. CASVS est; quando iudex procedit ex officio, quia ipse non iurat de calumnia Bal. in ead. l. 1. not. 2. n. 2. & Curt. Sen. n. 7. quem casum similiter colligunt ex d. l. 1. in illis verbis *litigantium instantia*. & iste casus seruatur quotidie, quia iudex nunquam iurat de calumnia, teste etiam Bar. in l. 2. vers. secundo quæro. num. 10. C. de iureiur. prop. calum. de iure tamen, inquit, deberet iurare etiam iudex, sed non in qualibet causa, sed in principio sui officii. Et quòd iudex, qui cognoscit ex officio suo non iuret de calumnia, scribit obiter Spec. tit. de iuram. calum. §. sequitur. vers. quid si causa modica sub num. 10.

220 IIII. CASVS est in fœudalibus, in quibus nec dominus, nec vasallus tenentur iurare de calumnia cap. 1. §. in quibus. & ibi Glo. & Bal. de consuet. rect. fœud. Caccialup. tract. de fœud. art. 6. nu. 36. fol. 14. & Thom. de Marin. eod. tract. tit. 18. num. 19. fol. 157.

221 V. CASVS est de consuetudine in fisco, qui non iurat de calumnia, licet de iure deberet iurare secundũ communem * opinionem, vt vtrumque caput & consuetudinis, & iuris prosequitur Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 90. sub num. 2. & seqq.

222 VI. est in denunciatione syndicorum, aliorumque denuntiatorum ex necessitate officii, quia isti non tenentur iurare de calumnia secundum ea, quæ dixi lib. præcedenti cap. 71. num. 5. & supra num. 162. & facit quod in procuratore dato ex officio scripsi supra nu. 177. tenentur tamen iurare de veritate.

QVAESTIO XXI.

Quæ personæ non teneantur iurare de calumnia.

DIXIMVS supra num. 171. per modum regulæ quòd quilibet litigator iurat de calumnia: nunc quæro an etiam ista regula limitetur.

Resp. quòd etiam ista recipit multas limitationes.

223 LIMITA secundam regulam firmatã supra nu. 171. primo

primo vt non procedat in litigatoribus, ideſt principalibus, qui non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, quia iſti non iurant de calumnia, teſtibus Glo. in auth. principales. §. quòd obſeruari. in verbo ſcire poſſunt. Bar. num. 8. & ſeqq. Bal. verſ. vltimo no. num. 2. Paul. de Caſtr. num. 6. verſ. in gloſ. ibi verum. C. de iureiur. prop. calum. Tancr. tract. de ord. iudic. cap. de iuramento calumniæ. ibi. ſed nunquid minor. fol. 60. col. 1. & ſatis probatur ex d. §. quòd obſeruari.

224 Ratio huius limitationis eſt: quia iuramentũ calumniæ eſt actus legitimus iudiciarius, introductus ad ſolemnizandum iudicium, ſicut ſcribunt Paul. de Caſtr. ſub d. num. 6. & latius Curt. Sen. in l. 2. num. 1. & ſentit ibidem Paul. de Caſtr. ſub num. 2. & confirmatur ex eo, quòd iuramentum calumniæ eſt de ſubſtantia iudicij, ſi fuerit petitum, vt firmaui ſupra q. 3. & 8. num.
225 49. & 68. † ſed actus legitimi iudiciarij, qui ſolemnizant, & ſubſtantiant iudicium, non cadunt in eos, qui non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, teſte Paul. de Caſtr. in d. §. quod obſeruari. ſub num. 6. & ſentit; ſi inſpiciamus contrarium ſenſum, Bar. num. 16. verſ. quæro quid in cauſis. & quòd hoc iuramentum calumniæ cadat ſolum in legitimam perſonam ſcribit Gloſ. ibidem ſupra citata.

226 Contra iſtam rationem opponit Bar. in d. §. quòd obſeruari. num 8. in fine. & num. 9. dicens, quòd pupillus poteſt conteſtari litem. l. 1. §. ſufficit. ff. de adminiſtr. & peric. tut. & tamen conteſtatio litis eſt de ſubſtantia iudicij, & eſt actus legitimus iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced. cap. vlt. num. 13.

Huic oppoſitioni reſp. quòd pupillus, & minor poſſũt ſuſcipere iudicium, ideſt conteſtari litem cum auctoritate tutoris, ſeu curatoris; & ita loquitur textus allegatus in d. §. ſufficit. & ſic eneruatur oppoſitio: quia paria ſunt, quòd tutor, ſeu curator faciat actum legitimum, vel quòd præſtet auctoritatem pupillo, ſeu adulto facienti, auctorizando, vt dixi infra cap. 2. ſub num. 541. fateor tamen, quòd in furioſis, pupillis, & infantibus poteſt adduci fortior ratio, quam nos adduximus infra num. 232. verſus finem. & num. 233.

227 EXEMPLIFICA iſtã limitationẽ primo in adultis minoribus: quia non iurant de calumnia Gloſ. in d. auth. principales. §. quod obſeruari in verbo ſcire poſſunt. ibi. ſed tu dic. C. de iureiur. prop. calum. & ex Azon. refert, & ſequitur Spec. tit. de iuram. calum. §. reſtat. verſ. ſed nunquid minor. num. 8. Bar. in d. §. quòd obſeruari. verſ. quæro ergo. ſub num. 8. & ſeqq. & Bal. ibidem num. 2. verſ. vltimo no. Abb. in cap. cum cauſam. ſub num. 10. verſ. primo caſu. de iuram. calum. & in cap. fin. verſ. ſi vero habet curatorem. num. 9. de confeſſ. & ita ſentiunt communiter * omnes.

Procedit iſta exemplificatio etiam ſi minor melius ſciret cauſam, quàm curator Gloſ. in d. §. quòd obſeruari. in verbo. ſcire poſſunt. Cyn. verſ. quarto quæritur. num. 6. & de communi * opinione teſtatur ibi Salyc. num. 6. verſ. ſed ratio quare. qui tamen reſtringit vt ſit verum quantum ad primũ capitulum huius iuramenti, ſecus quoad alia capitula: ſed hæc ſua reſtrinctio non practicatur.

228 RESTRINGE eandem exemplificationem, vt non habeat locum in caſibus, in quibus adultus haberet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine curatore, quia tunc iuraret de calumnia, teſtibus Cyn. in d. §. quòd obſeruari. verſ. quinto quæritur num. 7. Bal. verſ. tertio quæritur. num. 9. Paul. de Caſtr. ſub num. 6. verſ. in fin. ibi. & idem. Salyc. ſub num. 5. verſ. quærit gloſ. in caſibus. & Abb. in cap. cum cauſam. num. 9. & 10. in fine. de iuramen. calum. & qui ſint iſti caſus collige ex eiſdem. & poſſet agere & ſe defendere cap. ſi annum. de iudic. in 6.

229 EXTENDE iſtam reſtrinctionem, vt ſit vera etiam ſi adultus haberet curatorem, quia nihilominus poſſet ſtare in iudicio & iurare de calumnia, præſertim in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus ad textũ, & ibi not. in d. cap. ſi annum. de iudic. in 6. & moueor, primo, quia ille textus nullã facit diſtinctionẽ: ſecũdo, quia dicit tex. quòd habeatur pro maiori quoad illas cauſas.

230 Contra iſtam extentionem videtur ſentire Abb. in cap. fin. ſub num 9. de confeſ. dum ſine aliqua diſtinctione firmat, quòd confeſſio adulti habentis curatorem, facta ſine auctoritate curatoris, non valet in his quæ tendunt ad ordinandum iudiciũ, ſeu ſolemnitatem iudicij; & pro iſta opinione contra extenſionem faciunt quæ ſcripſi infra cap. ſeq. nu. 263. verſ. proſequor. dum ſcripſi, quòd adultus poteſt compromittere de rebus mobilibus, ſi careat curatore, ſecus ſi habeat curatorem, quia tunc videtur ei interdicta adminiſtratio: ideo cogita, & vide quæ, ſcripſi infra cap. 7. num. 738. verſ. ſecundum genus.

231 EXEMPLIFICA II. in pupillo, teſtibus Glo. Spec. Bal. & Abb. in locis ſupra proximè citatis: loquuntur enim iſti ſimpliciter in minore, ſub quo per excellentiam continetur pupillus; & quòd pupilli non iurent de calumnia, ſcribunt aperte Spec. d. §. reſtat. verſ. ſed nunquid minor. num. 8. & etiam Damhoud. tract. de pupill. patrocin. cap. 10. num. 56. & 57. fol. 370. & ratio huius exemplificationis eſt duplex: prima; quia pupilli non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, & conſequenter non poſſunt iurare de calumnia iuxta ea, quæ firmaui ſupra num. 224. & 225.
232 † ſecunda, quia hoc iuramentum calumniæ reſpicit ius, & iuſtitiam cauſæ, vt in iſto propoſito ſentiunt Bar. in d. §. quòd obſeruari. ſub num. 9. dicens, quòd ideo adminiſtratores iurant de calumnia, quia poſſunt melius ſcire iuſtitiam cauſæ, quàm pupilli, vel adulti, & ſatis probatur ex his, quæ ſcripſi ſupra q. 4. & 7. & ex tex. in l. 2. C. de iureiur. prop. calum. in illis verbis. *exiſtimando bonam cauſam habere.* & Damhoud. loco ſupra proximè citato, ſed pupilli non poſſunt ſcire iuſtitiam cauſæ ſecundum Bar. & Damhoud. vbi ſupra & communiter omnes; * quia hanc ſcientiã habent ſolum ij, qui habent perfectam diſcretionem, & aliquam experientiam; & quòd pupilli ignorent cauſæ iuſtitiam, imò quòd ignorent quod vident, ſcribit Damhoud. vbi ſupra.

Confirmatur iſta exemplificatio dupliciter.

Primo, quia ſi vera eſt opinio; quòd adultus non iuret de calumnia, ſicut pro vera firmauimus ſupra num. 227. Ergo in pupillo eſt indubitabilis.

233 Secundo quia pupilli adeo habent imbecillem intellectum, vt Iac. Butr. Azo. & Spec. quos citaui infra cap. 7. num 728. 713. 714. & alij quidam, vt dicit Bar. infra citatus, tenuerint, pupillum minus iurare debere de veritate, quam opin. ſi pupillus non eſt doli capax; ſequuntur etiam Bar. in auth. in iſto. §. quòd obſeruari. ſub num. 11. & 12. C. de iureiur. prop. calum. & alij, quos citaui, & ſequutus ſum. d. cap. 7. num. 713.

234 Imò impubes ſecundum canones non poteſt iurare cap. paruuli. 22. q. 5. & retuli d. cap. 7. num. 713. in fine.

235 RESTRINGE etiã iſtam exemplificationẽ, vt non habeat locum in cauſis, in quibus pupillus haberet legitimam perſonam, vt ſcribunt Bar. in d. §. quòd obſeruari num. 16 verſ. quæro quid in cauſis. Io. Andr. in cap. cum cauſam. in verbo. non poteſt. num. 10. & Abb. num 9. in fine & num. 10. de iuram. calum. & Spec. tit. de iuram. calum. §. reſtat. verſ. ſed cum pupillus. nu. 4. vbi exemplificat in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, dicens, quòd pupillus ſicut eſt legitimus ad agendum in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, ita etiam iurabit de calumnia.

236 DECLARA iſtam reſtrictionem 1. vt habeat locum in pupillo, qui ſit doli capax, ſecus ſi non ſit doli capax Abb. ſub d. num. 10.

237 DECLARA II. vt licet forſan admitteretur ad iurandum de calumnia, tamen in quibuſdam cauſis nõ admitteretur ad agendum, ſeu defendendum: vtputa in cauſis matrimonialibus, item beneficiarijs, & earum annexis, in quibus adulti habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, pupillus tamen per ſe non poteſt agere, aut defendere, ſed eſt neceſſarius curator vel procurator, deputatus auctoritate iudicis cap. ſi annum. de iudic. in 6.

238 EXEMPLIFICA III. in infante, demente, & furioſo, prout exemplificant ſeu loquuntur Bar. in d. §. quòd obſeruari. num. 10. in fine. verſ. & in hoc. & nu. 11. & Bal. verſ. quarto quæro. ſub nu. 9. nam iſti quod vident ignorant, vt loquendo de impuberibus, ait tex. in l.

in l.1.versus finem C. de fals. mon.

239 EXEMPLIFICA IIII. in filiofam. quia quamuis is esset quinquagenarius; tamen si iudicium super aduentitijs fundaretur cũ patre, pater iuraret de calumnia, vt sentiunt Glos. in auth. principales. §. quòd obseruari. in verbo. scire possunt. ibi. idem dico in filio. sed apertius ibidem supra in verbo. personæ C. de iureiur. prop. calum. & ibidem Bar. num. 10. ibi. in patre. Bal. vers. nunc veniamus. num. 7. & 8. & ita videntur in effectu sentire ibidem Paul. de Castr. sub num. 6. vers. in glos. ibi verum in filio & Curt. Sen. sub num. 16. & 17. quamuis isti duo postremi inuoluant illam Glos. quæ per se clarissima est, & propterea ipsi, ni fallor, videntur non benè intellexisse eam, & pro hac exemplificatione intelligo etiam Spec. tit. de iuram. calum. §. restat. num. 5. vers. sed an pater. dum simpliciter asserit, quòd pater iurat de calumnia in bonis aduentitijs.

240 DECLARA extendendo istam exemplificationem, vt habeat locum non solum in filiofam. impubere, seu adulto; quo casu non est dubium tùm quia est impubes, seu adultus, & sic non iurat de calumnia per ea, quæ dixi supra in 1. & 2. exempl. tum quia est sub patria potestate, & non habet liberam facultatem disponendi de aduentitijs; sed etiam in filio maiori, seu antiquo, vt loquitur Bar. seu quinquagenario, vt loquitur Bal. vbi supra citati.

241 DECLARA II. vt habeat locum quando iudicium est fundatum in patre: quia tunc pater debet iurare de calumnia, vt distinguendo sentiunt Glos. in d. §. quòd obseruari. in verbo. personæ. & Bal. ibidem num. 7. & 8. & Salyc. sub num. 5. ibi. sed dubitatur quis iurabit in causa peculij aduentitij. & Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 3. num. 10.

242 RESTRINGE modo præfatam conclusionem dupliciter. Primo, vt non habeat locum in filiofam. maiori, idest legitimæ ætatis, cum quo iudicium esset fundatum de voluntate patris; quia ipse iuraret de calumnia, vt sentiunt Glos. Bal. Saly. & Luc. Pæt. vbi supra citati: & Glos. esse communiter approbatam * testatur Saly. quem refert & sequitur Luc. Pæt.

Contra istam restrictionem, repræhendendo Glos. tenent Pet. de Bellapert. & Cyn. qui eum refert, & sequitur in d. §. quòd obseruari. num. 3. vers. primo enim.

Non recedas à restrictione, quia est communis vt aduersus Pet. & Cyn. tenet Saly. vbi supra.

243 RESTRINGE II. vt non habeat locum in filiofam. maiori agẽte, seu conuento in re castrensi, seu quasi castrensi, quia iuraret de calumnia ex quo habetur vt paterfamilias Bar. in d. §. quòd obseruari. num. 17. vers. quæro quid quando. & Paul. de Castr. sub nu. 6. vers. in glos. ibi. in castrensi. & sentit Glos. in d. verbo. personæ. licet malè requirat consensum patris, sicut in hoc repræhenditur à Paul. de Castr. vbi supra.

244 RESTRINGE III. vt non habeat locum in casibus, in quibus filiusfam. haberet legitimam personam, vt sentit Glos. in d. verbo. personæ. in fine. & faciunt restrictiones, quas posuiin adulto & in pupillo supra num. 228. & 235.

245 EXTENDE istam restrictionem, vt habeat locum etiam si filiusfam. esset minor & non legitimæ etatis per ea, quæ dixi in dictis duabus restrictionibus supra num. 228. & 235.

246 DECLARA istam extensionem, vt licet filiusfam. possit stare in iudicio & iurare de calumnia, nulla habita consideratione patris, præsertim in causis beneficialibus, & spiritualibus, & annexis; quia in istis causis nón requiritur assensus patris etiam si eius filius esset impubes; tamen si dictus filiusfam. sit minor 14. annis [si sit masculus] vel 12. [si sit fęmina] non potest eiusmodi causas de per se agere, vel defendere quia minor 14. seu 12. vt dixi, debet agere seu defendere cum curatore, seu procuratore, deputandis auctoritate iudicis; quòd si filiusfam. sit pubes, idest masculus peregerit annum 14. & foemina 12. poterit libere de per se agere, & defendere eiusmodi causas beneficiarias & spirituales cap. si annum. de iudic. lib. 6. & similiter filia foemina habet plenum exercitium actionis pro sua dote, quamuis sit sub patria potestate vt firmat Nouel. tract. de dot. par. 9. special. 8. num. 1. fol. 242. sed hoc de filiafoem. est verum si sit maior annis 25. vel agatur de dote in consequentiam ad matrimonium, alias extra hos duos casus; videlicet si non esset maior, nec ageretur consecutiue ad matrimonium, non posset stare in iudicio secundum sententiam, quam probat idem Nouel. ead. par. 9. priuil. 17. fol. 244.

247 Ex hac declaratione & 1. restrictione posita supra num. 242. infero, nimis generaliter loquutum esse Bal. in d. §. quòd obseruari. sub num. 8. vers. conclude ergo. dum; loquendo de patre vti legitimo administratore filij; scribit, quòd legitimi administratores minorum iurant de calumnia, non distincto an ipsi causam agant, vel assistant principalibus agentibus.

248 EXEMPLIFICA V. in vniuersitate, quę non cogitur iurare de calnmnia ad notata per Ant. de Butr. in cap. imperatorum. not. 1. num. 2. in fine. & per Abb. num. 1. 2. & 6. de iuram. calum. & ista est sententia communis, * & non habet difficultatem; sumendo vniuersitatem pro singulis de vniuersitate, & ratio est triplex: prima, quia videretur quid impossibile, quòd omnes iurarent, vt aduertunt Abb. d. cap. imperatorum. vers. & ideo conclude. num. 5. ibi. si agit alius. & ante eum Glos. in auth. principales. §. hoc etiam. in verbo. vel plurima. C. de iureiur. prop. calum. dicens quòd esset ridiculum maiorem partem alicuius magnę ciuitatis debere iurare de calumnia: secunda quia non omnes de vniuersitate sunt benè imformati de iuribus & iustitia causæ; meritò non omnes sunt cogendi ad iurandum de calumnia, teste eod. Abb. d. num. 5. in fine: tertia, quia in vniuersitate sunt multi infantes, pupilli, filijfam. & minores, seu aliter inhabiles.

249 EXTENDE se declara istam exemplificationem, vt habeat locum tàm in vniuersitate sæculari, quàm in vniuersitate ecclesiastica, sicut innuit Cur. Sen. quem retuli & sequutus sum supra sub num. 198. exempl. 4.

250 EXTENDE rursus, vt habeat locum etiam in collegio, vt innuunt Glos. in cap. in pertractandis. in verbo. iurantis. & Glos. in d. cap. imperatorum. in verbo. œconomum. Ant. de Butr. & Abb. vterque num. 1. de iuram. calum. & intelligo tàm de collegio ecclesiastico, quàm de collegio sæculari, quia tàm syndicus collegii ecclesiastici, quàm secularis iurat de calumnia in animam suam propriam sine alio mandato; dũmodo habeat notitiam causæ, vt ex Abb. retuli & sequutus sum supra num. 199. vers. extende istam.

251 Difficultates, quæ occurrunt circa istam exemplificationem, sunt duæ.

I. DIFFICVLTAS est, quis debeat iurare de calumnia pro vniuersitate.

Huic difficultati respódeo distinguendo duos casus.

Primus casus est, quando vniuersitas habet, seu constituit œconomum, syndicum, seu procuratorem generalem: Et in isto primo casu concludo, quòd iste syndicus iurabit de calumnia, sicut declarant Ant. de Butr. & Abb. citati supra in ista. 5. exempl. num. 248. & ante eos Glos. in eod. cap. imperatorum, in verbo. œconomum. de iuram. calum. & ratio est, quia ille Syndicus, seu œconomus habet legitimam administrationem; & ideo iurat in animam propriam, vt ex Bal. & Abb. retuli, & sequutus sum supra exem. 4. num. 198.

252 Secundus casus est, quando vniuersitas, seu collegium non constituit Syndicum, seu procuratorem generalem: Et isto secundo casu distinguo. Aút est vniuersitas secularis: & concludo quòd iurabunt principales, seu maior saltem pars principaliorum, per quos vniuersitas gubernatur, vt puta hic in Vrbe iurarent Conseruatores Vrbis, in alijs ciuitatibus iurabant Priores, Antiani, Masarii, & similes, diuersis nominibus nuncupati. Glos. in auth. principales. §. hoc etiam in verbo. vel plurima. & ibidem Cyn. nu. 1. Salyc. num. 32. & Curt. Sen. num. 7. C. de iureiuran. prop. calumn. Abb. in d. cap. imperatorum. vers. aut nón constituit. sub num. 5. quod tu declara esse verum; si agatur de negotio vniuersitatis, secus si agatur extra negotium vniuersitatis, quia requireretur iuramentũ maioris partis

tis per ea, quæ dixi de citatione contra vniuersitatem infra nu.298. & seqq. ad eum, ideoque tunc cogi debet ad constituendum syndicum per ea, quæ scripsi infra nu.301. Aut est vniuersitas ecclesiastica: & concludo, quòd debet iurare maior pars capituli & prælatus per ea, quæ dixi infra nu.283.294.298. & 302.& sic concludo; quicquid sentiant Glo. Abb.& Curt. supra proximè citati, arbitrantes sufficere iuramentum Abbatis.

253 II. DIFFICVLTAS est: an syndicus, seu procurator debeat habere mandatum ad iurandum de calumnia in animam vniuersitatis, idest Regentium, qui eam repræsentãt, vel satis sit quòd iuret in animam suam propriam.

Resp. quòd in hac difficultate põt multum dubitari.

Prima ergo opinio erit, quòd syndicus debeat habere mandatum speciale ad iurandum in animam constituentium & in hac opinione residet in effectu, Salyc. in auth. principales. §. hoc etiam. vers. quæro quia. sub num.32. C. de iureiur.prop.calum.& ratio huius opinionis est, quia syndicus non admittitur vti legitimus administrator, cum debeat habere mandatum ab homine, & regula est, quòd principales debent iurare de calumnia, vel debent constituere procuratorẽ cum speciali mandato ad iurandum, vt dixi supra num. 171. ex qua regula eximuntur solum ij principales, qui non habent discretionem, quales sunt pupilli, infantes, & similes; item ij, qui nõ habent legitimam personam standi in iudicio, quales sunt filijfam. vt dixi supra nu. 231. & 238. in 2.& 3. exemplificatione: sed Conseruatores, Abbas, Rector, & similes, qui possent constituere syndicum, habent discretionem, & legitimam personã standi in iudicio, & possunt esse benè informati de iustitia causæ: Ergo debent iurare de calumnia, aut constituere syndicum cum speciali mandato ad iurandum in animam ipsorum constituentium.

254 Secunda opinio contraria præcedenti est, quòd possit iurare in animam ipsorum constituentium etiam sine speciali mandato: sic videntur sentire Innoc. in c. cũ causam. nu. 1. de iuram.calum. dicens, quòd procuratores in causis ecclesiasticis iurant sine speciali mandato, Abb. in c. 1. vers. sed contra. sub nu. 15. in duobus locis, & præsertim ibi. concludendo ergo. & in cap. imperatorum. vers. & ideo conclude. num. 5. eod. tit. dicens, quòd syndicus generalis iurat de calumnia in animã propriã sine alio mãdato: nam, si intelligeremus Innoc. & Abb. vt loquerẽtur de mãdato ad iurandũ de calũnia in animã propriã ipsorũ syndicorũ, seu procuratorũ; esset intelligentia superflua: quia tutum, & nunquàm dubitatum est, quòd quilibet procurator & defensor alienæ causæ potest iurare de calumnia in animã propriã sine alio mãdato: Igitur debemus intelligere, vt loquãtur de iuramento in animam ipsorum constituentium.

255 Tertia opinio erit, quòd satis sit quòd iuret in animã propriam, vt scribit Apostil. ad glo. in auth. principales. §. hoc etiã. in verbo. vel plurima. C. de iureiur. prop. calum. quia iuramentum in animam Vniuersitatis, seu Regentium non est necessarium: & ista opinio communiter* tenetur, & probatur ex eo, quòd syndicus, œconomus, vel procurator generalis dicitur legitimus administrator, vt ex Bal.& Abb. retuli, & sequutus sum supra exempl. 4. nu. 198. & legitimus administrator in hoc differt à procuratore, quòd legitimus admĩstrator iurat, & non dominus, teste Paul. de Castr. in auth. in isto. §. sin autem. nu. 1. C. de iureiur. prop. calum. & ratio rationis, quare iurent legitimi administratores, & non sit necessarium iuramentum eorum, quorum bona administrantur, est; quia ij, quorum bona administrantur, reputantur semper inhabiles ad iurandum de calũnia, vt patet ex his, quæ dixi infra nu.257. & pro hac tertia opinione possunt adduci Innoc.& Abb. citati supra pro secunda opinione, sed retento intellectu, de quo infra nu.257. vers. ad adducta.

256 Infero ex his conclusionem generalem; quòd iuramentum legitimi administratoris in animam propriã sufficit, & non requiritur iuramentum eorum, qui habent suos administratores.

257 Non obstant contrariæ opiniones: nam ad adducta pro prima opinione resp. quòd verè principales in causa vniuersitatis pro vniuersitate dicũtur singuli de vniuersitate, inter quos adsunt infantes, pupilli, filijfam. & alii inhabiles; & propterea videretur quid impossibile, quòd singuli iurarent etiam si omnes essent habiles, vt dixi supra sub nu.248. Nec obstat, quòd Conseruatores, Antiani, Priores, Supraconsiliarius, & similes Regentes, repræsentãtes vniuersitatem sint habiles ad iurandum de calumnia, & quòd ideo isti debeant iurare de calumnia, quando non constituerent syndicum generalem iuxta ea, quæ dixi supra nu.252. vers. secundus casus. Quia resp quòd isti iurarent vti legitimi administratores; sed quando tàm constituens, quàm constitutus est legitimus administrator, tunc sunt in effectu vnum & idem, seu sunt idem per diuersa: ergo debet sufficere iuramentum illius administratoris, qui agit, seu defendit causam: & ideo videmus, quòd sufficit iuramentum actoris ad lites absque quòd iuret tutor, seu curator, qui non faciunt litem.

Et si tu insistendo diceres, quòd procurator substitutus iurat, quamuis iurasset procurator substituens, vt ex Iacob. Gentil. Spec. & Aret. retuli & sequutus sum supra nu. 175. vers. extende istam.

Egó resp. quòd etiam syndicus generalis iurat, quãuis iurassent Cõseruatores, Antiani, & Massarij: sed dico, quòd sicut non iuraret procurator substituens, si is non interueniret in causa, sed solum iuraret substitutus, qui interueniret, sic quoque non iurant Conseruatores, & Massarii, si non interueniunt; sed iurat syndicus, qui interuenit.

Ad adducta pro secũda opinione resp: quòd Innoc. & Abb. adducti pro ea; cũ loquantur obscurè; sunt intelligendi, vt loquantur de mandato ad iurandũ in animã vniuersitatis, seu constituentiũ, quasi dicãt, quòd sindicus iurat in animã propriã sine speciali mãdato ad iurandum in animã vniuersitatis, seu constituentium eò, quòd iuramentum in aĩam vniuersitatis, seu constituentium non est necessarium, & consequenter neque mandatum ad iurandum in eorum animam.

258 RESTRINGE istam tertiam opinionem, vt non habeat locum in syndico particulari; quia iste non est legitimus administrator, sed æquiparatur procuratori, vt scribunt Ant. de Butr. in c. in pertractandis. vers. sed est dubium. num. 11. in fine. & Abb. sub nu. 4. versus finem de iuram. calum. idem Abb. in cap. 1. num. 15. in fine eod. tit. & sentit Spec. tit. de iuram. calum. §. restat. vers. sed quid dices. nu. 15. &, cum æquiparetur procuratori, dico, quòd debet iurare in animam suam tanquàm procurator, & debet etiam habere speciale mandatum ad iurandum in animam constituentium, si etiam ab eis iuramentum exigeretur; & hoc est quod sensisse arbitror Ant. de Butr. Abb. & Spec. in locis supra proximè citatis, dum aiunt, quòd syndicus ad vnam causam non de iurat de calumnia sine speciali mandato; quãuis obscurè loquantur, & malè se explicent. & casui huius restrictionis potest seruire formula iurandi in animam conuentus, idest singulorum de conuentu, qui constituerunt syndicum, quam formulam ponit Spec. tit. de iuram. calum. §. nunc dicamus. vers. si verò iuramentum. num. 7.

Redeo ad limitationes intermissas supra sub n. 223.

259 LIMITA II. eandem secundam regulam, positam supra num. 171. vt non habeat locum in principali, qui constituit procuratorem ad negotia, & postea orta est lis super aliquo negotio, quod gessit ipse procurator: quia tunc quoad illud negotium, quod ipse gessit, & propterea est melius informatus, quàm dominus, admittetur ipse ad iurandum sine alio mandato Abb. in d. cap. in pertractandis. in fine de iuram. calum. & sic intelligo Abb. quòd sentiat, non cogi dominum ad iurandum; quia non est informatus: poteris tamen cogitare super ista secunda limitatione.

260 LIMITA III. vt non habeat locum in eo, pro quo ageret coniuncta persona; quia ille principalis, pro quo agitur, non tenetur iurare de calumnia secundum Bar. in l. 2. vers. item quæro quid si coniuncta. num. 12. dum scribit, quòd coniuncta persona iurabit tanquàm legitimus administrator, & Paul. de Cast. ibidem. in fine. C. de iureiur. prop. calum. dum scribit, quòd coniuncta persona habet mandatũ à lege, vt possit agere sine mandato, & habendo mandatũ à lege hẽt

inquit legitimam perſonam, ſicut tutor, & curator; & ideo concludit, quòd iurabit, ſicut iurant tutor, & curator: ex quorum dictis infertur, quòd non requiritur iuramentum principalis; quia nec requiritur iuramentum pupilli, ſeu adulti.

261 Contra iſtam limitationem faciunt duo.

Primo; quia nulla lege probatur, & ratio, qna mouentur Bar. & Paul. de Caſtr. eſt infirma: nam licet coniuncta perſona habeat mandatum à lege, ſicut latius declarauimus lib. præced. cap. 101. num. 48. tamen eſt aduertendum, quòd iſtud mandatum non facit, vt coniuncta perſona ſit adminiſtrator legitimus, & quòd ita ſit probatur: quia adminiſtrator legitimus non cogitur cauere de rato; & tamen coniuncta perſona cogitur, vt dixi d. cap. 101. num. 48. item adminiſtrator legitimus poteſt regulariter cōparere etiã in cauſis requirentibus mandatum ſpeciale; & tamen coniũcta perſona regulariter non poteſt iuxta ea, quæ ſcripſi eod. cap. 101. ſub num. 49. item legitimus adminiſtrator, qualis eſt tutor, ſeu curator poteſt conſtituere procuratorem poſtquàm conteſtatus eſt litem Tancr. tract. de ord. iudic. fol. 48. col. 2. circa principium. Nep. à Mon. Alban. tract. de except. art. 11. num. 15. fol. 113. & Ant. Piag. tract. de tut. & curat. q. 15. num. 44. fol. 131. & ante conteſtationem litis poteſt conſtituere actorem ad lites, ſed non procuratorem Innoc. in cap. cum cauſam in princ. de iuram. calum. Papien. in pract. in form. libell. ad redden. ration. tut. in gloſſ. & curatores. num. 12. fol. mihi 614. Affl. deciſ. 262. nu. 6. ſed ſi conſtituat ad negotia, & ſic extraiudicialiter poteſt conſtituere etiam procuratorem, vt per Papien. vbi ſupra. & ſimiliter ſi minor conſtituat procuratorem ad lites; & tutor ſeu curator auctorizet; valet conſtitutio procuratoris etiam ante conteſtatam litem, vt ex Io. Andr. in cap. ſi annum. ſub num. 4. verſ. in gloſſ. epiſcopi. de iudic. in 6. retuli infra cap. ſeq. nu. 542. ibi. imò iſte. & ſimiliter ſyndicus vniuerſitatis, qui dicitur legitimus adminiſtrator, vt dixi ſupra num. 198. exempl. 4. poteſt poſt conteſtatam litẽ conſtituere procuratorem Nep. à Mon. Alb. d. tract. de except. art. 9. num. 4. fol. 112. & tamen non reperio, quòd coniuncta perſona poſſit facere iſta omnia; vnde ſequitur, quòd Bar & Paul. de Caſtr. non benè æquiparent coniunctam perſonam tutori, & curatori, & legitimo adminiſtratori; item reperio, quòd coniuncta perſona non admitteretur, quando coniũctus, pro quo comparet, dimiſiſſet procuratorem Iaſ. in l. exigendi. ſub nu. 9. fall. 3. C. de procur. & Rot. diuerſ. deciſ. 22. in cauſa hiſpalen. num. 1. & 2. par. 3. lib. 2. fol. 49. licet aliter fuerit ibi deciſum, ex quo agebatur de diſſolutione matrimonii. Sed procurator ipſe dimiſſus non poſſet iurare de calumnia ſine ſpeciali mandato, & ideo cogeretur ipſe principalis iurare: ergo à fortiori hoc dicendum eſt in coniuncta perſona, cuius mandatum eſt infirmius, ſicut apertè ſcribit Spec. tit. de coniunct. perſona. verſ. quid ergo. n. 4. alias diſſimilitudines, quas poſſem adducere, omitto: nam tutor, ſeu curator contrahit, emit, vendit, & alienat nomine pupilli, & adulti, ſeruatis ſolemninatibus requiſitis: ſed iſta non poteſt facere perſona coniuncta.

Secundo facit contra eandem limitationem, quia quando lex eſt contenta ſolo iuramento adminiſtratoris legitimi, vel procuratoris, eſt: quia principalis vel non habet legitimam perſonam iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 223. in prima limitatione & num. 255. vel nó eſt æquè informatus, ſicut eſt informatus procurator iuxta ſecundam limitationem, quam poſui ſupra num. 259. At nos ſupponimus coniunctum principalẽ habere legitimam perſonam, & eſſe ſufficienter informatum: etenim, ceſſantibus iſtis duabus cauſis, iniquũ videretur, quòd principalis non teneretur iurare de calumnia: quòd ſi eſſet forſan demens, ſeu furioſus, tunc eius iuramentum non poſſet exigi, & conſequenter ſufficeret, quòd iuraret perſona coniuncta in animam propriam.

262 Concludo ex iſtis, quòd coniuncta perſona poteſt ſumi in iſto propoſito tanquàm procurator ſimplex ad litem; & ideo quæ dixi ſupra nu. 116. verſ. ſecunda concluſio. & ſupra nu. 178. verſ. primus eſt. de iuramento calumniæ in procuratore ſimplici, dico & concludo in perſona coniuncta, quæ comparet pro intereſſe perſonæ coniunctæ.

263 LIMITA IIII. vt non habeat locũ in patrono, quia ei eſt remiſſum iuramẽtum calumniæ à lege l. ſi patronus. in fine. & l. iuſiurandum ad pecunias. §. qui iuſiurãdum. ff. de iureiur. Glo. in c. 1. §. in quibus. in verbo. à domino. de conſuet. rect. fœud. Cyn. in l. 2. in fine, nu. 19. Bar. nu. 11. Bal. verſ. tertio quæritur. nu. 6. Salyc. n. 2. in fine. C. de iureiur. prop. calum. Ant. de Butr. in c. vlt. ſub nu. 7. ver. oppono quòd iuramentum. & Abb. ſub nu. 5. ibi. item ſecũdum. de iuram. cal. qui teſtatur ſit cõiter* teneri; & ratio ſecundũ eoſdẽ Ant. de Butr. & Abb. eſt; quia non eſt veriſimile, patronum calumniari aduerſus libertum.

264 LIMITA V. in parentibus, quibus ſimiliter eſt remiſſum hoc iuramentum d. l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum. ff. de iureiur. & ſcribunt Cyn. Bar. Bal. Ant. de Butr. & Abb. in locis ſupra proximè citatis, & reddunt Ant. de Butr. & Abb. eandem rationem.

265 Contra iſtas duas limitationes tenet Curt. Sen. in d. l. 2. nũ. 17. & 19. motus ex textu in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellationem. &c. §. quia igitur. in fine. in illis verbis. *& hanc communem poſuimus legem contra omnem perſonã modis omnibus hac nulli cõcedentes.*

266 Sed quicquid teneat Curt. Sen. & quicquid ante eũ tenuerint forſan aliqui alii; tu non recedas à limitationibus, quæ cõiter* tenentur. Nec obſtat auth. in d. §. quia igitur. Quoniam reſpondeo dupliciter. & primo, quòd prohibet generaliter, fieri remiſſionẽ iuramenti ab homine, ſed non tollit remiſſionem, quæ fit à lege, teſtibus Cyn. & Salyc. vbi ſupra: Secũdo reſp. quòd lex noua, quæ generaliter corrigit antiquas, non intelligitur vt corrigat eam, quæ erat ſpecialis, niſi exprimat, quòd eam quoque corrigit iuxta ea, quæ; loquendo de excluſione naturaliũ à ſucceſſione fœudi; retuli & ſequutus ſum ex Bar. Rom. Dec. & ipſo met Curt. infra c. 9. nu. 1734. & 1736. & per iſtã ſolutionẽ Gl. in d. § quia igitur. in verbo. concedentes. videtur reſidere in præfatis limitationibus.

267 Sed nunquid è conuerſo: nec libertus, nec filius teneantur iurare de calumnia? Et videtur ſimiliter dicendum, quòd non d. l. ſi patronus. ff. de iureiur. quia quodquiſque iuris in aliũ ſtatuerit eodẽ iure ipſe vti debet, vt, loquendo de domino, & de vaſallo ait tex. in c. 1. §. in quibus. de conſuet. rect. fœud. vide tamen Alex. in d. l. ſi patronus: hæc enim ſufficiant.

QVAESTIO XXII.

268 VIDIMVS in quibus cauſis ſit iurãdum, & in quibus non, & quæ perſonæ teneantur iurare, & quę non teneantur iurare: quæro nunc quis teneatur prius iurare de calumnia actor, vel reus; quando reus fatetur debitum, ſed cum exceptione pacti.

Reſp. quòd; orta diſcordia; quis debeat prius iurare; debet prius iurare actor, ſicut colligitur ex textu in l. 2. C. de iureiur. prop. calum. & notant ibi Gl. in verb. & actor. circa finem. Cyn. nu. 14. verſ. vndecimo quæritur. Bar. ſub n. 18. verſ. item pōt intelligi. & ſub nu. 19. verſ. quæro vlterius. Bal. num. 4. verſ. quæro dicitur. Paul. de Caſtr. nu. 8. ibi. ſed quis noſtrum. & communiter* omnes; & licet reus videatur effici actor in probanda exceptione: quia actor iam habet fundatam intẽtionem; nihilominus attenditur quis ſit actor originarius, vt dicit Glo. quam ſequuntur Doctores citati.

269 Verũ tñ eſt, quòd iſte ordo, vt prius iuret actor, quã reus, non eſt de ſubſtãtia iudicij, ſeu iuramenti; & propterea iudiciũ non vitiaretur ex præpoſteratione. teſtibus Bal. in ead. l. 2. not. 2. n. 2. Saly. n. 1. in fine & nu. 2. & Paul. de Caſtr. vbi ſup. dicẽs, quòd in practica ſtaret dicto Baldi, & Curt. Sen. n. 15. in fine & nu. 16. ſi tñ adhuc vis ſcire in ſimplici quæſtione quis iuret prius actor, vel reus vide diſtinctionem, quam facit Cyn. in d. l. 2. verſ. decimo. nu. 13. C. de iureiur. prop. calum.

QVAESTIO XXIII. & vlt.

270 QVAERO an tutor, ſeu curator minori, ſyndicus vniuerſitati, rector eccleſiæ, & ſimiles

les administratores præiudicent præfatis, quorum bona administrant; si requisiti noluerint iurare de calumnia, & quid si, respondendo positionibus, fuerint confessi.

Resp. distinguendo, & firmando plures conclusiones pro resolutione tàm quæsiti, quàm aliorum occurrentium.

I. CONCLVSIO est, quòd contumacia seu dolus tutoris vel curatoris non præiudicat pupillo seu adulto l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemp. idque pluribus rationibus ostendit Spec. tit. de contumac. §. nunc dicamus. num. 17. & 18. quod Bar. in d. §. si procurator. in princ. not. 2. & num. 6. ibi. vidimus de procuratore. restringit, vt non præiudicet aliter, & nisi prout contumacia procuratoris præiudicat, & nocet domino; sed an, & quando contumacia procuratoris noceat domino, scribunt Bart. Ias. & alij in d. §. si procurator. & an præiudicet in non respondendo positionibus diximus nos infra cap. 7. num. 487. & aliqua dicemus infra num. seqq. & quando factum procuratoris noceat domino vide similiter Bar. & alios in d. §. si procurator.

271 II. CONCLVSIO [& attingo quæsitum,] est quòd contumacia tutoris, seu curatoris in non iurando de calumnia præiudicat pupillo, & adulto.

Primo, quia tutor, & curator tenentur ipsi iurare de calumnia, vt dixi supra num. 194. & 195. & pupillus, & adultus non iurant de calumnia per ea, quæ dixi supra num. 223. 227. & 231. Ergo poena contra non iurantes de calumnia intelligitur quando non iurant tutor, seu curator, quia alias ista poena non haberet locum in iudicio moto contra minores, seu pro minoribus, quod in iure non reperitur expressum; aut saltem daretur claudicatio, quod est absurdum.

Secundo, quia contumacia tutoris, seu curatoris præiudicat pupillo, & adulto, sicut contumacia procuratoris præiudicat domino vt ex Bar. retuli & sequutus sum in præced. concl.

Sed contumacia procuratoris non iurantis de calumnia præiudicat domino vt ex Rot. retuli & sequutus sum supra num. 94. ergo.

272 Tertio, quia contumacia procuratoris nocet domino in his, quæ pertinent ad iudicij processum Bar. in l. 1. §. si procurator. num. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ibidem Ias. sub num. 11. vers. quarta conclusio. referens ex Salyc. rationem esse, quia procurator per litis contestationem est effectus dominus litis. Sed iuramentum calumniæ est de pertinentibus ad iudicii processum. Ergo.

273 Contra istam secundam conclusionem tenet Spec. tit. de iuram. calum. §. superest. num. 3. in fine. vers. quid si tutor. & num. 4. dicens quòd tutor nolens iurare de calumnia non nocet pupillo: & pro ista opin. adducuntur alia fundamenta cum retorquutione quorundam ex adductis pro conclusione.

Primum fundamentum; quia contumacia tutoris præiudicat pupillo, sicut cõtumacia procuratoris præiudicat domino, vt ex Bar. dixi supra sub num. 270. & 271. vers. secundo.

274 Sed [& sic retorqueo secundum argumentum] contumacia procuratoris in his, quæ sunt magni præiudicii non præiudicat domino, & ideo ex contumacia procuratoris non potest deueniri ad secundum decretum contra dominum Bart. in sæpè citato §. si prucurator. sub num. 1. ibi. circa ea quæ sunt magni præiudicii. & num. 2. Paul. de Castr. num. 3. Ias. num. 10. vers. tertia conclusio. ibi. breuiter tene. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Alex. in l. eum qui res. sub num. 9. vers. an autem. Fely. in cap. 1. num. 3. vers. nihilominus. vt lit. non contest. & quòd non præiudicet in his, quæ sunt magni præiudicii refert Gail. in pract. obseru. lib.

275 1. obseru. 89. sub num. 5. † & in specie, quòd contumacia tutoris non præiudicet pupillo quoad missionem in possessionem ex secundo decreto, scribit Sebast. Med. tract. de fortuit. casib. par. 1. q. 17. & vlt. num. 26. fol. 211.

Sed non iurare de calumnia parit magnum præiudicium, vt aduertit etiam Gail. d. obseru. 89. vers. finem. quia parit iacturam causæ iuxta ea quæ scripsi supra num. 93. Igitur contumacia tutoris non iurantis de calumnia non præiudicat.

Secundum, quia amissio, seu iactura totius causæ est maior poena, quàm mulcta, quæ posset imponi contra contumacem in causa per ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 99. num. 3. vers. de consuetudine.

276 Sed pupillus, seu adultus non potest mulctari propter contumaciam tutoris, seu curatoris l. 1. §. si procurator. & ibi communiter * omnes scribentes. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Innocen. in cap. 1. sub num. 6. vers. item no. quod licet. vt lit. non contest. Ergo multo minus potest amittere totam causam.

Tertium fundamentum potest sumi ex his, quæ scribit Spec. tit. de contumac. §. nunc dicamus. num. 18. quę poteris tu videre.

277 Quartum, quia contumacia procuratoris non iurantis de calumnia non præiudicat domino quoad amissionem causæ; sed solum denegatur audientia ipsi procuratori non iuranti secundum Salyc. in l. eum qui. num. 6. C. de procur. cuius opinio benignior visa est Gailio in pract. obseru. lib. 1. obseru. 89. versus finem. & videtur approbata in foro capitolino per nouas reformat. Stat. Vrbis lib. 1. cap. 66. prout aduerti etiam supra num. 94. & in Camera imperiali recenset Gail. d. obseru. 89. num. 3. in fine. & num. 4. procuratorem nolentem iurare de calumnia in animam propriam fuisse punitum poena pecuniaria.

Sed contumacia procuratoris æquiparatur contumaciæ tutoris, seu curatoris, vt dictum est supra sub nu. 270. & 273. ergo.

RETENTA conclusione, quæ mihi videtur vera per ea, quæ adduxi in primo argumento.

278 Ad adducta contra eam, & ad primum fundamentum respondeo quadrupliciter, & primo, negando assumptum, quia contumacia tutoris debet magis præiudicare eo quòd sicut requiritur solum iuramentum tutoris & non pupilli, ita etiam sola contumacia tutoris debet præiudicare, secus potest esse in procuratore, cum requiratur tàm iuramentum procuratoris, quàm principalis: item quia in tutoribus, qui satisdant minus est timenda fraus & negligentia quàm in procuratoribus secundum Ioan. Andr. quem retuli &

279 sequutus sum infra num. 292. † Secundo resp. controuersum esse illum articulum: an contumacia procuratoris præiudicet quoad secundum decretum: nam Bal. in l. 1. §. si procurator. num. 6. vers. quarto quæro. Ang. & Ias. num. 10. vers. tertia conclusio. ibi. contrarium. ff. si quis ius dicen. non obtemp. tenent opinionem quòd ex contumacia procuratoris possit deueniri ad secundum decretum, pro qua opinione allegatur etiam

280 communiter Innoc. in cap. 1. vt lit. non contest. † Tertio resp. quòd sicut contumacia procuratoris non respondentis positionibus præiudicat domino, vt habeatur pro confesso quamuis contumacia procuratoris non præiudicet quoad secundum decretum, secundum ea, quæ scribunt Ias. in d. §. si procurator. vers. quarta conclusio. num. 11. & Fely. in cap. 1. sub num. 3. vt lit. non contest. & sic non tenet argumentum ab vna ad alteram contumaciam; sic etiam contumacia procuratoris non iurantis de calumnia præiudicat, quamuis non præiudicet quoad secundum decretum.

281 † Quarto & vltimo resp. quòd contumacia procuratoris præiudicat domino etiam quoad secundum decretum quibusdam casibus, quos enumerat Felyn. in d. cap. 1. sub num. 3. vers. quatuor. & num. 4. vers. quartus. ex quibus refero tertium; quando scilicet posset procedi contra dominum ficte contumacem ad secundum decretum, quia tunc contumacia procuratoris præiudicaret sub d. n. 3. vers. tertius. exemplificans in causa damni infecti. & Ias. in dicto §. si procurator. sub num. 10. ibi. Fulg. hic habuit. exemplificans in omnibus actionibus realibus, in quibus inquit sufficit contumacia ficta.

282 Ad reliqua non aliter respondeo; quia veritatis cognitio per se ipsam soluit obiecta secundum Philosoph. quem in hoc citant & sequuntur Lancell. Polit. tract. de offic. aduoc. rub. de prudentia fol. mihi. 363. & Silu. nupt. in verbo. monitoriæ. num. 64. fol. 287.

283 III. CONCLVSIO est; quòd prælatus & capitulum contumaces in nō iurando de calumnia præiudicant ecclesiæ, cuius nomine instituta est lis cap. imperatorum. & ibi Ant. de Butr. not. 5. nu. 7. & Abb. not. 1. num. 3. de iuram. calum.

284 DECLARA restringendo istam conclusionem primo vt non procedat, quando ageret, seu conueniretur solus prælatus, vel solum capitulum nomine ecclesiæ; quia tunc contumacia prælati, seu capituli in non iurando de calumnia non præiudicaret ecclesiæ: & ratio est, quia nec prælatus sine consensu capituli, aut saltem maioris partis capituli, nec capitulum sine consensu prælati potest agere, vel conueniri cap. 1. & ibi Gloss. in verbo. legaliter. de procur. & Host. in summ. tit. de procur. §. quis sit effectus. num. 14. Ergo nec iurare de calumnia. Ergo; si non iurent, non præiudicant; faciunt etiam quæ, loquendo de confessione prælati, scripsimus infra num. 294.

285 DECLARA II. vt procedat, quando ipsi prælatus & capitulum non constituissent legaliter syndicum, quia tunc eorum contumacia præiudicaret, & ita procedat tertia conclusio; secus quando constituissent legaliter syndicum, quia tunc ipsi releuarentur ab onere iurandi de calumnia iuxta ea, quæ scripsi supra num. 248. & 251.

286 SVBDECLARA primam declarationem, positam supra num. 284. vt si prælatus solus, vel capitulum solum agens pro ecclesia caueat de rato, eius sola contumacia noceat, sed non ecclesiæ, quæ potest non ratificare, sed sibi: & similiter si solum capitulum vel solus prælatus conueniatur nomine ecclesiæ, isque caueat de soluendo iudicatum, quia tūc eiusdem contumacia sibimet præiudicaret; † & moueor

287 pro ista subdeclaratione ex his, quæ scribit Gloss. in cap. 1. in verbo. legaliter. de procur. dicens, quòd prælatus solus sine capitulo siue agat siue conueniatur debet audiri cum præfatis cautionibus.

288 IIII. CONCLVSIO est, quòd contumacia syndici non iurantis de calumnia præiudicat ecclesiæ; & ratio huius conclusionis est, quia aut syndicus æquiparatur administratori legitimo, seu tutori, cui videtur æquiparari; quia sicut tutor & non pupillus curat de calumnia, iuxta ea quæ scripsi supra num. 195. & 231. ita etiam syndicus tenetur curare, & prælatus & clerici non coguntur iuxta ea, quæ dixi supra num. 202. & 203. & si æquiparatur tutori sequitor quòd eius contumacia præiudicet quia contumacia tutius præiudicat, vt firmaui supra num. 271. & 277. in fine a vers. retenta aut æquiparatur procuratori, & similiter eius contumacia præiudicabit, quia præiudicat contumacia procuratoris, vt dixi supra num. 272. 279. 280. & 281.

289 Contra istam conclusionem videtur sentire Io. And. in addit. ad Spec. tit. de iuram. calum. §. superest. num. 4. in fine, in verbo. si episcopum. dum refert quòd si prælatus, vel syndicus recusat iurare de calumnia non nocet ecclesiæ: facit ad idem, quod scribit Sebast. Med. tract. de fortuit. casib. par. 1. quæst. 17. & vlt. num. 24. dicens, quòd contumacia syndici non nocet vniuersitati.

290 Non recedo à conclusione.

291 Aduerte obiter circa eam, quòd syndicus vt dicatur legaliter constitutus debet esse constitutus à maiori parte capituli, seu vniuersitatis Spec. tit. de synd. num. 1. vers. item quòd non, alias non iurando non præiudicaret, quia nulliter ageret; posset tamen constitui etiam à minori parte quando constitueretur pro den fensione ecclesiæ Spec. vbi supra.

292 V. CONCLVSIO est, quòd confessio tutoris, seu curatoris præiudicat minori, vt scribunt Spec. tit. de confess. §. sequitur. vers. xiiij. num. 9. & Io. And. in addit. ad eum. §. postremo. num. 2. vers. si verò fit. in verbo. præiudicat. versus finem. Abb. in cap. fin. vers. quid autem dicendum. num. 10. versus finem. de confess. Cyn. post Petr. de Bellaper. quem citat. in auth. principales. §. quod obseruari. sub num. 1. C. de iureiur. prop. calum. Rom. cons. 389. paucis agam. vers. nec refragatur. num. 3. Franc. Marc. decis. 56. num. 1. & seqq. & Odd. tract. de restitution. in integr. quæstio. 65. art. 6. sub num. 13. ibi aut est minor septennio.

293 DECLARA restringendo istam conclusionem, vt procedat in confessione, emanata super actu iurisdictionis contentiosæ, secus in confessione emanata voluntariè; quia ista non præiudicat Cyn. Ioan. Andr. Franc. Marc. & Odd. vbi supra. & alij communiter.*

DECLARA II. vt procedat quando curator, tutor, seu administrator suscepit litem; quia tunc eius confessio in iudicio contentioso præiudicat, secus est quando minor suscepit litem cum auctoritatem administratoris, seu curatoris, quia tunc confessio administratoris non nocet; cum tunc minor & non administrator debeat interrogari Salyc. in auth. principales. §. quod obseruari. sub num. 4. C. de iureiuran. prop. calum.

294 VI. CONCLVSIO est, quòd confessio iudiciaria solius prælati non præiudicat ecclesiæ Gloss. in cap. 2. in verbo. conuentuum. de testib. in 6. Rom. cons. 389. paucis agam. num. 1. & Addition. ad Spec. tit. de iuram. calum. §. restat. in verbo. si episcopum. in fine. ibi. adde. & faciunt quæ scripsimus nos infra cap. seq. sub num. 291. vers. quarto quia. dum diximus quòd prælatus cum consensu capituli sine consensu Episcopi potest repudiare, secus alter eorum solus: pro modificatione huius conclusionis poteris considerare ea, quæ scribit Paul. de Castr. cons. 34. ego paulus lib. 1.

295 Fallit ista conclusio quando prælatus haberet mandatum legitimum à capitulo, quia tunc eius confessio præiudicaret ecclesiæ, vt retuli & sequutus sum infra cap. 7. num. 751. vers. declara.

296 VII. CONCLVSIO est, quòd minor aduersus confessionem tutoris potest petere restitutionem in integrum vt scribunt Cyn. in auth. principales. §. quod obseruari. sub num. 1. ibi: quod verum est ipso iure. C. de iureiur. propter calum. Franc. Marc. d. decis. 56. & Odd. d. art. 6 sub num. 13.

297 EXTENDEREM istam conclusionem vt procedat etiam in ecclesia, & vniuersitate aduersus confessionem syndici, præsupponendo tamen semper læsionem, vt loquitur Franc. Marc. supra in conclusione.

298 VIII. CONCLVSIO est, quòd ecclesia collegiata, seu vniuersitas tàm ecclesiastica, quàm sæcularis vt validè citetur debet citari maior pars collegii, capituli, seu vniuersitatis, vt scribit Hier. de Mon. tract. de finib. regum cap. 72. num. 23. & sentiunt Bar. & Affl. infra citati.

Modus & praxis huius conclusionis est, quòd requirantur ij, ad quos spectat coadunare vniuersitatem, capitulum, seu arengam, vt eam coadunent; vel poterit citari per sonum campanæ secundum solitum, & stylum loci; qua requisitione seu citatione per campanam præmissa, si populus, seu vniuersitas se congregauerit, citabitur; si verò non congregabitur, satis erit citare conseruatores, priores, seu officiales, aut alio nomine nuncupatos, qui regunt vniuersitatem, & erit ac si tota vniuersitas esset citata Bar. in l. non potest. ff. de reg. iur. Affl. in constitut. dubitationem. sub num. 4. lib. 1. vel isto casu affligetur citatio in loco, vbi vniuersitas congregari solet, vt scribunt Maran. in suo spec. par. 6 memb. 1. num. 94. vers. duodecimus. fol. 306. & Io. Franc. Scagl. super ritu 38. num. 5. fol. 221. vel pro abundāti cautela poterit vtroque modo citari, hæcque praxis fuit seruata in casu, quem recenset Luc. Pæt. in pract. cap. lib. 1. cap. vlt. quod est 8. vers. euenit etiam. num. 17. dicens, quòd, cum esset citanda quædam vniuersitas de districtu pro causa ciuili, fuerunt moniti iudicis mandato per nuntium in scriptis decuriones illius loci, quos massarios appellant, vt deberēt certa die, hora, & loco vniuersitatē illā cōgregasse ad effectū vt citari posset ad ea, quæ in citatione faciēda cōtinebātur qua die inquit, & hora adueniente, nuntius se ad locum designatum contulit, & cū neminem congregatum reperisset, alta, & intelligibili voce promulgauit ea omnia, quæ cōtinebantur in citatione, & copiam affixam in eo loco reliquit, dicēs quòd in reliquis actibus secundarijs fuit citata per affixionē cedulæ ad valuas Curiæ, prout in prima citatione fuerat comminatum, præterquam in prolatione sententiæ ad

ad quam fuit citata vt in prima citatione.

299 DECLARA iſtam concluſionẽ & praxim eſſe veram quando vniuerſitas citaretur extra negotium vniuerſitatis ſecundum ea, quæ ſcribit Mil. in prax.crim.cum fol.mihi 73.num.65.

300 DECLARA II. limitando, vt non ſit vera quando vniuerſitas citaretur pro negotio vniuerſitatis, & vniuerſitas eſſet ordinata, quæ haberet ſuos rectores, quia tunc non eſſet neceſſariũ coadunatã vniuerſitatem citare ſeu citare eam per affixionem in loco vbi ſolet congregari, neque eſſet neceſſarium requirere, vt coadunaretur, aut citare per ſonum campanæ, ſed ſatis eſſet citare ipſos rectores, ſeu ſyndicum, vt declarat Mill. in prax.crim.fol. mihi 72. num. 42. & comprobatur ex textu in l.municipibus.ff.de condit.& demonſtr.& praxis iſta citandi rectores, ſeu ſyndicum vbique, & paſſim ſeruatur tam hic in Vrbe, quam extra; quæ praxis benè comprobatur ex theorica, quam tradunt Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo. citata. & ex Bar. Socc. in tract.de citat.art.20.q.20.nu.52. verſ. ſed Bar. dicens, quòd ſicut quis poteſt citare vnum hominem ſingularem, licet reſpiciat ſolum caput illius apparẽs ex feneſtra, & reliquam partem corporis non videat, ſic inquit, videndo ſolùm caput vniuerſitatis; hoc eſt regẽtes, eoſque qui præſunt vniuerſitati ſufficit eos citare, & dicetur citata tota vniuerſitas; hicq. modus citandi tunc præcipue ſufficeret, quando commiſſio iudicis eſſet de citando vniuerſitatem, & rectores ſecundum Socc.vbi ſupra.& praxis prima & declaratio præcedẽs rarò ſeruabitur, quia difficile eſt inuenire caſum, qui ſit extra negotia vniuerſitatis.

301 Verum quia citatio maioris partis vniuerſitatis videtur ſecurior, & quandoque poſſet euenire caſus, qui videretur extra negotia vniuerſitatis, qualis eſt ſecundum Mil.d.num.65.in deiictis, ideo tunc cautela erit, vt vniuerſitas adſtringatur conſtituere ſyndicum, quia poteſt cogi, vt ſcribunt Curt.Sen.in auth. principales. §.hoc etiam.verſus finem, ſub num.7. fol. 134. & Mill. vbi ſupra, fol.mihi 73.num.70.& ſub num.69. vbi ait ſe delegatum principis ita vſum eſſe cõtra quædam capitula, & collegia. & colligitur ex textu in cap.imperatorum. in fine de iuram.calum.licet loquatur de vniuerſitate eccleſiaſtica.

302 RESTRINGE præcedẽtem ſecundam declarationẽ, vt non procedat in vniuerſitate eccleſiaſtica quando agitur de re eccleſiæ; quia tunc eſſet ſeruanda prima praxis citandi totum capitulum, ſeu maiorem partem iuxtà ea, quæ ſcripſi ſupra num. 298. vel citandi ſyndicum, vt dixi num.præced.& ratio eſt, quia ſicut prælatus non poteſt agere, vel conueniri ſine conſenſu capituli iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 284. ita etiam non poterit validè citari. ratio rationis huius differẽtiæ eſt, quia prælatus, ſeu rector eccleſiæ non eſt præpoſitus, vt regat, gubernet, & repræſentet totum capitulum, ſed rectores vniuerſitatis ſæcularis præponuntur, vt repræſentent, & regant: quia difficile eſſet in leuibus ſemper coadunare vniuerſitatem ſæcularem.

303 INFERO ex hac reſtrictione, quòd licet prælatus cõtumax in non iurando de calumnia non præiudicet eccleſiæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.284.tamen rectores vniuerſitatis præiudicarent vniuerſitati in non iurando de calumnia, in non reſpondendo poſitionibus, & in confitendo, dummodo ſimus in negotio vniuerſitatis iuxta ſecundam declarationem poſitam ſupra num.300.

De Compromiſſis.

SVMMARIVM.

Compromiſsi ethymologia num.1. & 2.

Compromiſſum, quid ſit, num.3.& 9.

Cum] dictio denotat aliam perſonam, num. 2.

Iudici tribuitur iuriſdictio, num.4.

Sententia fertur à iudice, ſub nu.4.

Laudum fertur ab arbitro num.4. Contrarium quòd feratur ſententia num.5. Diſtinguitur inter arbitrum voluntarium, à quo fertur laudum, & arbitrum electum ex neceſſitate legis, vel ſtatuti, à quo fertur ſententia, nu. 6. & 9.

Arbitris tribuitur ſimplex notio, & non iuriſdictio, nu. 4. Contrarium num.5. Diſtinguitur inter arbitrum voluntarium, qui habet notionem, & arbitrum electum ex neceſſitate ſtatuti, vel legis, qui habet iuriſdictionẽ num. 6. & confutatur ſententia Veſtrij, num.11.

Arbitri iuris dicuntur qui ſunt electi ex neceſſitate legis, ſeu ſtatuti, num.6.in fine.

Arbitri electi ex neceſſitate legis, ſeu ſtatuti habent iuriſdictionem ſtrictè ſumptam, num.7.

Arbitri non habent aliquod imperium, num.7.

Arbitri non cognoſcunt de cauſis mixti imperij, nu.8.

Arbitri compromiſſarij dicuntur ij, qui ſunt electi ex ſola voluntate partium nulla ſtatuti aut legis neceſſitate cogente, num. 19. in fine.

Arbitri compromiſſarij non cognoſcunt cauſam reconuentionis, ſecus eſt ſi ſint arbitri iuris, num.10.

Litigatores non poſſunt ſe inuicem cogere ad compromittendum, nu.12. Ampliatur num.13. Limitatur, num.14 & ſeqq.

Compromiſſum factum, iudice cogente, eſt ipſo iure nullum num.13.

Papa / Imperator } poſſunt cogere ad compromittendum nu. 14. Reſtringitur in his, in quibus Papa habet liberam adminiſtrationem num.16. Declaratur reſtrictio quoad tranſactionem, & concordiam, nu.17.

Iudex ſi videt, ſe non poſſe expedire cauſam per ſententiã, poteſt cogere ad compromittendum nu.18. Idem, ſi diu durauit lis, & quæſtio eſſet multum dubia, nu. 20. Idẽ ſi lis eſſet adeo dubia, quòd non reperiretur deciſio. nu. 21. Et poteſt cogere ad compromittendum de iure, & de facto dictis num.18 20.& 21. Idem ſi ex lite inquietaretur Reſp. nu.22. Idem ſi imminet ſuſpitio rixæ, num. 23. Declaratur nu.24. Poteſt etiam cogere in ſingulis caſibus, in quibus ius commune mandat eligi peritos nu. 26. vbi remiſsiuè qui ſint iſti caſus.

Iudex cogit conſanguineos litigantium ad acceptandum compromiſſum, ſi videat ex lite ſcandalum imminere, num.19.

Arbiter quis inuitus eſſe non cogitur, nu.19. in fine.

Iudex, imminente rixa ſeu ſcandalo, poteſt ex officio cogere partes ad compromittendum, nu.25.

Statuta multorum locorum mãdant compromitti cauſas vertentes inter conſanguineos, nu.27. Et quomodo cogãtur ad compromittendum num,636.

Statuta de compromittendis cauſis conſanguineorum fouent publicam vtilitatem, ideoq. ſunt valida nu. 28. Sunt etiam fauorabilia, quia &c. nu.29.623. & 661.

Statutum de compromittenda cauſa intelligitur parte inſtante nu,30.

Statutum de compromittendis cauſis conſanguineorum in quibus cauſis non habeat locum. vide infra in verbo cauſæ quæ non compræhenduntur. *& in quibus conſanguineis non habeat locum. vide infra verbo.* perſonę ſeu conſanguinei.

Compromiſſum voluntarium poteſt fieri in quacunque parte iudicij nu.31.

Compromiſſum fit occurrente articulo, in quo arbitri ſunt eligendi num.32.

Papa poteſt in qualibet parte iudicij cogere ad compromittendum num.33.

Iudex non cogit ad compromittendam litem, niſi in ſtatu, & caſibus quibuſdam nu.33.

Compromiſſum in quibus cauſis, & à quibus perſonis peti non poſſit vide infra in verbo. cauſa quæ non compræhenduntur, & in verbo. perſona ſeu conſanguinei.

Compromissum ex dispositione statuti, mandãtis compromitti causas consanguineorum, potest peti solum ante litis contestationem num. 34. Ampliationes huius opinionis num. 38. 39. & 40. Contraria opinio, quòd possit peti post litis contestationem ante publicatas attestationes num. 37. Declaratur hæc opinio iuxta verba statutorum nu. 43. & seqq. Saluatur prima opinio num. 57.
Exceptio litis pendẽtiæ impedit compromissum sub nu. 34.
Litispendentia inducitur per litis contestationem. sub num. 34.
Declinatoria fori potest opponi solum ante litis contestationem num. 35.
Compromissum petere est exceptio declinatoria fori num. 35. Est declinatoria iurisdictionis num. 36. Debetque præcedere omnes alias exceptiones num. 39.
Compromissum potest peti solum post cõtestatã litem, si statutum loquatur de lite compromittenda. sub nu. 43. & 44. Idem si loquatur de quæstione num. 45 secus si loquatur de causa num. 46. aut de controuersia num. 50. aut de differentia num. 52. aut de discordia num. 53. aut de singulis prædictis simul nu. 54. quia potest peti ante & post litis contestationem.
Statuta de cõpromittenda lite & causa, seu lite et controuersia videntur aut otiose, aut pugnanter loqui nu. 55.
Superfluitas verborum in statutis & legibus quandoque tolerabilis num. 56.
Verba statuti sunt consideranda num. 43. vers. declara.
Lis non dicitur nisi post contestationem num. 44. vers. moueor.
Quæstio potest esse sine lite & sine causa num. 45. in fine.
Causa dicitur tàm ante quàm post litis contestationem num. 46.
Aduocatus causæ non dicitur, nisi post litem contestatam sub num. 46.
Causa non dicitur, nisi sit præstita satisdatio num. 47.
Compromissum in regno Neap. potest peti tàm ante quàm post litem contestatam num. 48. idem in Abb. Subiacensi num. 51 sed potest peti solum vsque ad dationem termini ad probandum num. 61.
Compromissum in foro Capitolino post peti solum ante contestatam litem seu habitam pro contestata num. 49.
Controuersia dicitur tàm ante quàm post contestatam litem num. 50. vers. moueor.
Statutum Sublaci videtur pugnanter loqui, sed declaratur, vt ex eo possit peti compromissum tàm ante, quàm post litem contestatam num. 51.
Discordia dicitur tàm ante quàm post litis contestationem num. 53.
Compromissum potest peti solum vsque ad publicationem processus num. 58. vers. restringe. | Et non post conclusum in causa num. 59. & 665. Multoquè minus post latam sententiam num. 60. & 662.
Liquida res dicitur post publicatas attestationes num. 58. vers. restringe.
Causæ, quæ non comprehenduntur in statuto de compromittendis causis vertentibus inter consanguineos, sunt infrascriptæ vsque ad signum alterius manus.
Quæstio seu Articulis iuris } num 62. vers. limita | Restringitur, vt non procedat in articulo, seu quæstione iuris probabiliter dubia num. 63. Et quando dicatur probabiliter dubia num. 64. & seqq.
Causa criminalis num. 66. Ratio redditur num. 67. 69. 70. & 71. Extenditur etiam si ageretur de delicto priuato num. 72. Extenditur in causis mixtis. num. 73. Ratio redditur num. 74. Declaratur extensio vt sit vera quando lex imponit pænam coniunctim num. 75. Contra declarationem num. 76. Restringitur eadẽ extensio, vt non procedat in regno neap. num. 76. vers. restringe | Extenditur etiam si agatur de pæna pecuniaria num. 68. Extenditur etiã in spolio incalescente criminalitati num. 77. 78. & 79. vbi redditur ratio Declaratur hæc limitatio, de qua supra num. 66. vt non sit vera quando ageretur ciuiliter quia compromitteretur num. 80.
Spolium incalescens criminalitati num. 77. 78. & 79.
Causa mixti imperij. num. 81. Exemplificatur num. 82. & 83.
Educationis pupilli causa, idest vbi pupillus educari debeat num. 82.
Tutelæ quæstio num. 83. & sub num. 519.
Causa qualibet, quam compromitti calumniose peteretur num. 84.
Causa / Obligatio / Instrumentum } quæ habent executionem paratam nu. 86. Extenditur in foro capitolino num. 87. Extenditur in regno neap. num. 88. Declaratur num. 89 Exemplificatur num. 90. 91. 92. & 93. Restringitur num. 96. Exemplificatur restrictio num. 97. Restringitur etiam num. 99.
Legatorum causa quando petitur executio num. 93.
Liquida per sententiam, quia compromissum non valet. num. 94. & 663. Declaratur esse verum, quando sententia habet rem iudicatam, quia tunc non valet compromissum nisi &c. num. 95. Subdeclaratur non esse veram declarationem quando sententia est lata per collusionem procuratoris. ibidem. vers. subdeclara.
Promissio iurata num. 100. Non procedit in hærede num. 101. Minus procedit in reo necessario num. 113.
Causa fœudalis in regno neap. num. 191.
Causa, cui obstat exceptio, quæ impedit litis contestationem perimendo num. 192. Declaratur esse verum, quando exceptio potest probari incontinenti num. 193.
Causa appellationis num. 195. 661. vers. contraria | & 662. & 663. & seqq. & aperte n. 667. 668. vbi respondetur contrarijs.
Causa liberalis sub num. 519.
Causa matrimonialis sub num. 519.
Attentatorum causa an sit compromissibilis remissiue num. 197.
Territorij causa imter duas ciuitates an sit compromittibilis num. 197.
Causæ aliæ, quæ non comprehenduntur in statuto de causis compromittendis. remissiue num. 198.
Compromitti debet articulus, an causa debeat compromitti num. 199. & 732.
Certa & Clara } sunt omnia in iure num. 62. vers. limita. & num. 664. in fine.
Ius dicitur notorium num. 62. vers. limita.
Quæstio iuris probabiliter dubia æquiparatur quæstioni de facto num. 63.
Quæstio iuris probabiliter dubia dicitur, quando lex habet varias interpretationes num. 64. vel ipsa quæstio habet varias opiniones Doctorum num. 65.
Veritas eius, quod multipliciter exponitur, ignoratur nu. 64. versus finem.
Causæ mixtæ dicuntur quando pæna applicatur partim fisco & partim parti num. 76. vers. causæ.
Exceptio spolij impedi litis ingressum num. 78.
Comprmissum potest peti si instrumentum sit dubium & offuscatum num. 96.
Iuramentum impedit compromissum. sub num. 100. Restringitur non esse verum in reo necessario num. 113.
Hæres non potest petere compromissum contra iuratam promissionem defuncti nu. 101. Contrarium est verum ibidem vers. contrarium.
Hæres non potest venire contra iuramentum defuncti num. 101.
Iuramentum licet sit personale, tamen sequitur actum iuratum num. 101.
Iuramentum est transitorium ad hæredes, si actus iuratus sit transitorius ad hæredes num. 101. & 107. secus si actus non sit transitorius num. 109. vers. nam huic. & num. 110.
Iuramentum transit ad hæredes quoad omnes effectus tẽporales num. 102. secus quoad effectum spiritualem num. 106. & etiam quoad temporalem, quando actus iuratus est nullus num. 112.
Iuramentum est personale ex partes iurantis, & reale ex parte eius, cui iuratur num. 103.
Iurans ita tenetur seruare iuramentum ei, cui iurat, sicut illius successoribus num. 103. vers. quia.
Hæres adeundo hæreditatem suscipit in se omnes obligationes defuncti num. 105.
Hæres seu Successor } non seruando iuramentum defuncti incurrit periurium num 104. Contrarium num. 106. & 109.
Hæres obligati in forma cameræ potest excommunicari. num. 105. vers. comprobatur.
Iuramentum calumniæ præstitum à defuncto non ligat hæ-

hæredem nu. 106. verſ. minus. | & quare non liget nu. 7. verſ. ſecundo. | Contrarium ibidem verſ. quia & num. 107.
Conditio iurandi non tranſit ad hæredem. num. 107.
Iuramentum promittentis ſoluere vſuras non tranſit ad hæredes num. 110. Neque iuramentum promittentis ab ſenti, nemine recipiente pro abſente num. 111. Neque iuramentum, quod non confirmat actum, quia neque tranſit quoad effectus temporales. num. 112.
Exceptio impediens litis ingreſſum & } impediunt cō
Exceptio impediens litis conteſtationē } promiſſum nu. 79. & num. 192. Declaratur eſſe verum quando exceptio poteſt probari incontineri, num. 193.
Exceptio periurij non impedit compromiſſum petitum à reo neceſſario num. 113.
Exceptio periurij dicitur litis finitæ nu. 114. verſ. capio. | & impedit litis ingreſſum. ibidem.
Exceptio periurij obſtat actori num. 114. verſ. capio. | Ampliatur etiam in ſpoliato agente interdicto vnde ui, ſeu poſſeſſorio num. 115. Ampliatur etiam ſi iuramentum eſſet metu extortum num. 116. Ampliatur etiam ſi ſtatutum annullaret iuramentum, ſeu præſumeret fraude extortum num. 117. Ampliatur etiamſi ſtatutum ſeu conſtitutio papalis diſponeret, quòd contractus cenſeretur doloſus &c. nu. 118. Ampliatur in obligatione formæ Cameræ num. 119. Contra iſtam ampliationem num. 120. Limitatur concluſio num. 139. & ſeqq.
Periurus repellitur à limine iudicij, ſeu ab agendo num. 114. verſ. capio.
Spoliato agenti obſtat exceptio periurij num. 115.
Iuramentum tàm iudiciale, quàm extraiudiciale impedit litis ingreſſum. num. 114. in fine.
Iuramentum metu extortum debet ſeruari quouſque ſequatur abſolutio num. 116.
Abſolutio à iuramento metu extorto debet concedi. num 116.
Abſolutio à iuramento etiam ſi ſit appoſitum in contractu ſimulato eſt neceſſaria num. 116.
Metus non vitiat iuramentum num. 116.
Iuramentum habet duas obligationes num. 116. in fine.
Exceptio periurij obſtat agenti contra obligationem formæ cameræ iuratam num. 119.
Abſolutio non conceditur à iuramento poſito in obligatione camerali num. 119. Contrarium quia conceditur ad effectum agendi, ſed non ad effectum excipiendi num. 120. & 135. Contra vtrumque dictum num. 121. Concordantur num. 125. Explicatur per tres concluſiones num. 126. verſ. prima. & ſeqq. & num. 135.
Abſolutio à iuramento poſito ſuper obligatione camerali non retardat executionem num. 130. verſ. ſecundus. & verſ. extede hoc. | Temperatur vt procedat in tribunali A. C. ſecus in alijs ſub eod. num. 130. verſ. tempera.
Exceptio conceditur facilius, quam actio. ſub num. 121.
Retinere poſſumus quandoq. id, quod conſequi non liceret ſub num. 121.
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis num. 121.
Iuramentum ſequitur naturam primordialem actus, & non accidentalem num. 123. & ideo ſequitur naturam contractus, & non obligationis cameralis in eo appoſitæ num. 124.
Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur num. 141. & 423. & ideo ſi certo modo eſt limitatus actus, eodem modo intelligitur limitatum iuramentum, ſuper actu appoſitum num. 424.
Abſolutio à iuramento contractus quando non ſit concedenda num. 125. & 130. Et quando ſit concedenda nu. 126. & 127.
Abſolutio à iuramento quando non ſit neceſſaria num. 128. 129. 131. 132. & 136.
Abſolutio à iuramento eſt neceſſaria quando non conſtat notoriè, quòd ſimus in caſu, in quo non eſſet neceſſaria, ſi notoriè conſtaret; & ideo agenti ad reuocationem donationis propter ſuperuenientiam filiorum obſtaret exceptio periurij, cum notoriè non conſtaret de omnibus, num. 158. verſ. reſtringe. Et ideo eſt etiam neceſſaria ei, qui vult venire contra laudum, ſtante compromiſſo iurato, &c. num. 368. verſ. aduerte.
Iuramentum, appoſitum ſuper contractu omnino reprobato, non tenet num. 133.
Commiſſio ſuper contractu omnino reprobato datur ſine clauſula [non obſtante iuramento] num. 134.
Iuramentum appoſitum ſuper tranſactione ſimoniaca non tenet, & ideo tranſigens poteſt contrauenire num. 134.
Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria reo opponenti exceptiones permiſſas. num. 136.
Abſolutio à iuramento non conceditur reo ad opponendū exceptiones non releuantes num. 136.
Abſolutio à iuramento non conceditur poſt incurſum periurium num. 137. Reſtringitur in tribus caſibus remiſſiuè num. 138.
Abſolutio à iuramento non poteſt peti poſt motam litem, num. 137.
Iuramentum non obligat, ſi iurantis conſenſus deficiat, num. 139.
Iuramentum non ſe extendit niſi vſquequo eſt conſenſum num. 139. & 424. Quare non ſe extendit ad incogitata d. num. 139. Exemplificatur num. 140.
Donatio omnium bonorum, ſeu maioris partis reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, quamuis ſit iurata num. 140. in fine. & quare reuocetur num. 149. & 151. Extenditur etiam ſi ſit donatio infra dimidiam bonorum donatoris nu. 142. Extenditur ad quamlibet donationem, quam donatur veriſimiliter non feciſſet, ſi cogitaſſet de liberis nu. 144. Subextenditur num. 145. Reſtringitur num. 156. & ſeqq.
Valor notabilis qui dicatur relinquitur arbitrio iudicis, num. 143.
Renuntiatio iuris futuri nondum quæſiti reuocatur per ſuperuenientiā filiorum, ſicut reuocaretur donatio, maximè ſi ius futurum ſit radicatum de præſenti ſpe certa, & probabili num. 145. & 153. Contraria opinio num. 146. Soluitur num. 147. & ſeqq. num. 154. & 155.
Renuntiatio hæreditatis paternæ, facta à filia in manibus patris cum iuramento ſine inſinuatione valet num. 146. 390. verſ. primo quia | & quare valeat, num. 154.
Renuntiatio hæreditatis facta vxori à marito valet num. 146.
Inſinuatio requiritur in donatione propter plures cauſas. num. 147.
Donatio inter virum & vxorem eſt prohibita ne mutuo amore ſe ſpolient, num. 148.
Donatio rei ineſtimabilis pretio, ſed æſtimabilis affectione reuocari poteſt per ſuperuenientiam filiorum. num. 150.
Iuramentum firmat donationem inter virum & vxorem, ſed non firmat donationem eius, qui donauit non cogitans de liberis, & quare, num. 151.
Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, num. 151.
Reuocatio donationis procedens ex l. ſi vnquam. non fundatur principaliter in damno donatoris, ſed fundatur principaliter in defectu conſenſus num. 152.
Ius quæſitum & } æquè conſiderantur in donatione,
Ius quærendū } de qua in l. ſi vnquam num. 153.
Donatio ob cauſam non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum num. 154.
Donatio non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum quando apparet donatorem cogitaſſe de liberis num. 156.
Reuocatio donationis per ſuperuenientiam liberorum dicitur inducta principaliter in fauorem patris & non filiorum num. 156. in fine.
Cogitatum non eſſe de liberis in donatione præſumitur in dubio num. 157.
Cogitatum eſſe de liberis quando dicatur, & ex quibus coniecturis colligatur: remiſſiuè num. 158.
Spoliatus renuntians cum iuramento poſt ſpolium poteſt ſine reatu periurij petere reſtitutionem poſſeſſionis, nu. 159.
Renuntiatio non ſe extendit ad poſſeſſionem, quam renuntians non habet tempore renuntiationis, num. 160.
Abſolutio à iuramento debet eſſe ſpecialiter à ſingulis iuramētis, ſi plura iuramenta ſint appoſita in contractu, alias non valet. num. 162.
Exceptio periurij non obſtat reo ſe defendenti. num. 163. Declaratur eſſe verū in reo neceſſario, & non in reo voluntа-

luntario num. 177.
Exceptio periurij est inferior exceptione excommunicationis num. 164.
Periurius auditur se defendendo, & ideo est citandus num. 163.
Excommunicatus dicitur membrum Diaboli num. 165.
Exceptio excommunicationis non obstat reo se defendenti num. 166. & 167.
Excommunicatus potest licite exercere omnes actus iudiciales defensiuos sub num. 166.
Excommunicatus potest cōparere vti reus in iudicio possessorio. sub num. 167.
Diabolus se defendendo esset audiendus num. 168.
Reus dicitur is, qui petit manuteneri, seu intentat remedium vti possidetis, & ideo ei non obstat exceptio periurij num. 169. Extenditur etiam si retineret solam possessionem ciuilem num. 171. Et dicitur reus necessarius num. 180. & seqq. & num. 186. Contrarium quòd obstet exceptio periurij quia dicitur reus voluntarius num. 173. 175. 176. & 177. vbi respondetur obstantibus & firmatur num. 189.
Reus voluntarius si sit excommunicatus, vel periurus non auditur num. 174.
Reo voluntario possunt obijci omnes exceptiones quæ possent obiici actori. num. 174. & 177.
Excommunicatus non potest petere actorem cogi ad persistendum in actione intentata num. 174.
Actor dicitur qui intentat remedium l. diffamari. num. 174. Contrarium quia dicitur reus voluntarius num. 187.
Periurus non amittit possessionem, quia possessio est facti num. 175.
Possessio periurij caret effectu & adminiculis iuris num. 175. Obijcitur num. 187. vers. ad secundum. & vers. secundo.
Possessio subrogati in possessione beneficij litigiosi caret iuris adminiculis num. 175.
Spoliatus naturali possessione, agensque pro recuperatione quando dicatur reus necessarius vel voluntarius vide in verbo. manuteneri.
Spoliatus, cuius possessio carebat iuris adminiculis, non restituitur num. 175. Declaratur quando procedat. sub num. 187. vers. secundo.
Periurus spoliatus non restituitur num. 175.
Libellus in actione interdicti quid debeat continere num. 170.
Principale debet attendi, & non quod venit in consequentiam num. 173.
Manuteneri petens in possessione ciuili dicitur agere in consequentiam ad recuperandam naturalem nu. 172. Et dicitur reus necessarius num. 180. & seqq. maxime si sit spoliatus à iudice num. 190. vers. amplia. | Contrarium quòd sit voluntarius num. 174. vers. sedis.
Agere in consequentiam non facit quem esse actorem nu. 172. & 173.
Reus necessarius dicitur is, qui est citatus ab actore num. 178.
Reus necessarius debet audiri quamuis sit excommunicatus seu periurus num. 177. & 163. Ratio redditur num. 178.
Defensio est duplex num. 179.
Defensio naturalis cuilibet conceditur nu. 185.
Bannito & Excomunicato } quæ defensio concedatur & quæ negetur num. 179. & 185.
Defensio cum violentia & armis non conceditur, nisi in casu necessitatis num. 180.
Defensio debet esse moderata inchoando à leuioribus num. 180.
Defensio cum armis conceditur pro manutentione possessionis num. 183. Etiam possessionis ciuilis num. 181. Et adeo conceditur, vt liceat hominem impunè occidere num. 182.
Arma cui conceduntur bellica, conceduntur à fortiori ciuilia, cū bellica cōcedantur in defectum ciuiliū n. 182.
Vim vi repellere licet num. 183.
Possidens ciuiliter potest per vim auctoritate propria occupare naturalem, & frangere portas sub num. 183.
Spoliatus naturali possessione potest eam recuperare, & vim vi repellere sub num. 183.
Iudex debet obuiare scandalis quando duo contendunt de possessione num. 184.
Excommunicati retinent bona, & ideo eis spoliari non possunt num. 185. vers. quia.
Excommunicati possunt facere testamentum num. 185. vers. quia.
Actor sequitur forum rei etiam voluntarij. sub num. 187.
Distinguens opinio præualet opinioni non distinguenti num. 188.
Exceptio pacti de non agendo, de non petendo, de non adeundo iudicem, de non mouendo litem, de non contestando, de ingrediendo possessionem auctoritate propria. item exceptio solutionis, venis contra factum proprium; forma non seruatæ, & aliæ similes an impediant compromissum remissiue sub num. 192.
Præscriptionis exceptio impedit compromissum. si sit statim liquidabilis num. 193. in fine.
Exceptiones peremptoriæ, seu anomalæ quomodo sint opponendæ remissiuè num. 194.
Personæ, seu Consanguinei } qui non comprehenduntur in statuto de compromittendis causis vertentibus inter cōsanguineos sunt infrascripti usq; ad alterā manū
Hæretici & Infideles Apostatæ } non comprehenduntur num. 200. vers. limita.
Scismatici Saraceni } num. 201. Restringitur vt nō procedat in iudæis, quia comprehenduntur num. 202.
Clerici nu. 203. Contraria opinio est vera num. 204. Extenditur ista contraria opin. quando clericus instat pro compromisso num. 205. Extenditur quando statutum est confirmatum à Papa num. 206.
Affines post dissolutam affinitatem num. 208. In foro capitolino procedit ex aperta dispositione statutorum num. 209. Procedit etiā si seruaretur viduitas nu. 210. Procedit etiā si ex coniuge præmortua supersint filij n. 211.
Priuignus & Nouerca } post mortem patris num. 212.
Nurus & Socer } post mortem mariti nurus num. 213.
Spurius num. 214. 217. 218. & 224. Restringitur vt non procedat respectu consanguinei ex parte matris num. 227. nisi spurietas proueniat ex coitu damnabili num. 231.
Consanguinei contra spurium num. 221. Contrarium quòd possint petere compromissum num. 222. Primum magis placet in consanguineis ex parte patris n. 223. sed non in consanguineis ex parte matris num. 227.
Affinis per fornicationem num. 562.
Spurius contra spurium num. 224. Contrarium num. 225. Primū est verum num. 226. & 230. Sed non in spurijs ex latere matrum seu matris num. 229. nisi sit spurietas ex coitu damnabili num. 231.
Naturalis num. 234. Contrarium est verum num. 233. & 236.
Legitimati an comprehendantur in statuto de compromittendis causis consanguineorum num. 237. vsque ad num. 262.
Minor & Pupillus } an comprehendantur in præfato statuto n. 517 vsque ad num. 530. vbi retinetur opinio quòd comprehendantur | Limitatur quando iura pupilli essent clara num. 530. vers. limita.
Filiusfam. an comprehendatur. remissiuè num. 559.
Auctor laudatus, Vxor, Sponsa, Vir, Emancipatus, Amicus & similes } an comprehendantur in præfato statuto remissiuè num. 566.
Statuta laicorū an ligent clericos. remissiue sub nu. 204.
Statuta confirmata à papa dicuntur papalia num. 206.
Statuta Vrbis & Statuta Abbatiæ Sublac. } de compromissis ligant clericos num. 207.
Affinitas est impedimentum perpetuum matrimonijs etiā post mortem & c. nu. 208. vers. nec obstat.
Priuignus & Nouerca } non possunt contrahere matrimonium, etiam mortuo marito nouercæ num. 212.
Spurius non venit appellatione agnati num. 215. & 216.
Agnatio trahit originem à patre num. 215.
Spurius non potest probare aliquē esse sibi agnatū n. 216.

Tur-

Turpitudinem propriam allegans non auditur nu. 217. quia ſi non erubeſcit allegans, erubeſcit audiens num. 218. in fine.

Nati ex coitu damnato non poſſunt vocari coniuncti num. 219.

Filius natus ex coitu damnato non dicitur coniunctus ſuæ matris nu. 219. & 220.

Spurij veniunt appellatione filiorum in his, quæ ſpurijs præiudicant num. 222. in fine.

Nil iudæus iudæo, nil Catilina Cethego ſub num. 225. & 226. in fine.

Replicatio quandoque non admittitur, licet admittatur exceptio num. 226.

Spurij habent conſanguinitatem ex parte matris n. 228.

Spurius qui dicatur num. 232. & 235. in fine.

Spurius aſſumit potius naturam arrogati, quàm adoptiui num. 250.

Naturalis proprie qui dicatur, & qui largo ſumpto vocabulo num. 235.

Concubina quæ dicatur num. 235.

Statutorum verba interpretantur ſtrictius quàm verba iuris communis. ſub num. 237.

Legitimati per ſubſequens matrimonium non comprahenduntur in ſtatuto, loquente de legitimis. ſub num. 237. Contrarium num. 238. verſ. capio. & num. 240. vbi quòd comprahenduntur etiam in ſtatuto, loquente de conſanguineis legitimis; & num. 253. vbi quòd comprahenduntur in ſtatuto loquente de naturalibus, & legitimis.

Legitimati ſunt in triplici ſpecie num. 238.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium habet locum ſolum in naturalibus num. 239. & 256. & non in ſpurijs natis ex coitu damnato num. 259. etiam ſi matrimonium ſequatur cum diſpenſatione num. 260.

Legitimati per oblationem Curiæ agnaſcuntur ſolum patri, & non alijs agnatis num. 241. verſ. prima. | Declaratur eſſe verum quoad ſucceſſiones num. 244.

Legitimatio per oblationem curiæ habet locum ſolum in naturalibus num. 243. & non in ſpurijs num. 256. & 261.

Legitimatus per reſcriptum principis agnaſcitur agnatis ſui patris legitimantis num. 252. & agnaſcitur, ijs etiam non conſentientibus num. 247. in fine.

Legitimatus per reſcriptũ principis agnaſcitur patri legitimanti ſaltem ſicut agnaſcitur filius adoptiuus, ſeu arrogatus. ſub num. 249.

Adoptiuus non tranſit in poteſtatem adoptantis num. 250. ſed remanet in poteſtate patris naturalis, & reſpectu patris adoptiui acquirit ius ſuccedendi ab inteſtato num. 249. in fine.

Arrogatus qui dicatur num. 250.

Arrogatus comprahenditur in ſtatuto de faciendo compromiſſo inter conſanguineos num. 251.

Legitimatus per reſcriptum Principius efficitur naturalis & legitimus & comprahenditur in ſtatuto, loquente de naturalibus & legitimus num. 253.

Spurij poſſunt legitimari ſolum per reſcriptum principis num. 256. & 262. vbi de ſpurijs ex coitu damnato.

Naturales poſſunt legitimari per ſubſequens matrimonium, & per oblationem Curiæ, ſed non ſpurij nu. 256.

Legitimari per ſubſequens matrimonium non poteſt is, cuius pater non eſt certus num. 257. nec is, cuius mater non poterat tunc eſſe vxor ſui patris num. 258.

Minor pubes, carens curatore poteſt ſine alia ſolemnitate facere compromiſſum volũtarium ſuper rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruarri non poſſunt num. 264. verſ. proſequor. | Extenditur etiã ſi iura minoris eſſent clara, & compromitteret tam de iure, quàm de facto num. 268. Reſtringitur vt non procedat in re mobili, quæ ſeruando ſeruari poteſt num. 269. Reſtringitur etiam ſed ſine reſolutione vt non procedat in compromiſſo neceſſario num. 274.

Minor pubes carens curatore non poteſt facere compromiſſum voluntarium ſine decreto iudicis & auctoritate curatoris ſuper re immobili num. 275. Extenditur 1. ſiue res exiſtat apud minorem, ſiue non num. 277. Extenditur 2. etiam ſi res eſſet dubia num. 278. Sub extenditur etiam ſi compromitteret cum auctoritate curatoris ſine decreto iudicis num. 283. Ampliantur iſta omnia vt ſint vera in re mobili quæ poteſt ſeruando ſeruari num. 288. Extenditur 3. etiam ſi poſſeſſio rei controuerſæ exiſteret apud aduerſarium, & iura minoris eſſent dubia num. 289. vbi adducuntur contraria. | Reſtringitur extenſio vt ſit vera in iure quæſito, ſecus in iure quærendo num. 290. Limitantur hæc omnia quando faceret compromiſſum ſine appoſitione pœnæ vel prout de iure tantum num. 302. Limitantur etiam quando compromiſſum eſſet ad ſui vtilitatem num. 303.

Minor pubes carens curatore poteſt ſine ſolemnitate facere compromiſſum voluntarium ſuper iuribus, & actionibus ad rem mobilem, quæ ſeruando ſeruari non poteſt num. 304. ſecus ſi iura, & actiones ſunt ad rem immobilem num. 306. ſeu ad mobilem, quæ ſeruando ſeruari poteſt num. 307, Limitatur remiſſiue num. 309.

Minor pubes habens curatorem non poteſt compromitere ſine auctoritate curatoris ſiue compromittat ſuper re mobili, ſiue ſuper re immobili, ſiue ſuper iuribus & actionibus num. 310. Imò ſi compromiſſum fieret ſuper re immobili requireretur decretum iudicis vltra auctoritatem curatoris num. 312. Extenditur etiam ſi eſſet res mobilis, quæ ſeruando ſeruari poſſet num. 313. Limitantur quando fieret compromiſſum ſine appoſitione pœnæ, vel prout de iure num. 314. ſed ſi eſſet res mobilis quæ ſeruando ſeruari non poſſet valeret compromiſſum factum auctoritate curatoris ſine decreto iudicis n. 315.

Minor impubes ideſt Pupillus } non poteſt facere compromiſſum voluntarium num. 317. & ſeqq. Ampliatur vt ipſe ſolus non poſsit compromittere ſiue habeat tutorẽ, ſiue nõ, ſiue agatur de re mobili, ſiue de re immobili, ſiue de iuribus & actionibus num. 333. Ampliatur etiam inſpecto iure canonico num. 335. Contra iſtam ampliationem num. 336. Firmatur ampliatio nu. 340. Ampliatur 3. etiamſi compromiſſum ſit factum in arbritatorem num. 341. Ampliatur 4. etiam ſi compromiſſum eſſet factum à pupillo in aliquo ex caſibus, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio num. 343. Limitatur quoad obligationem naturalem num. 344. Limitatur etiam quando compromiſſum eſſet vtile pupillo nu. 320. & d. num. 344. verſ. limita 2.

Minor impubes ideſt Pupillus } non poteſt facere compromiſſum de re immobili ſine decreto iudicis; quamuis compromitteret cum auctoritate tutoris num. 345. & ſeqq. Extenditur remiſsiuè num. 350. Ampliantur omnia remiſsiuè num. 351. Ampliatur etiam ſi agatur de actionibus & iuribus ad rem immobilem num. 352. Extenduntur omnia etiam ſi compromiſſum fieret in arbitratorem num. 353. Limitantur omnia num. 354. Item non poteſt compromittere ſine decreto iudicis etiam ſi ad ſit iuſta cauſa compromittendi num. 286. verſ. ergo.

Minor impubes ideſt Pupillus } poteſt cum auctoritate tutoris, ſeu tutor ipſe facere compromiſſum de re mobili num. 355. Extenditur ad actiones ſuper re mobili num. 356. Reſtringitur vt non procedat in re mobili, quæ poteſt ſeruando ſeruari num. 357. Reſtringitur etiam quando iura pupilli ſunt clara &c. num. 358. Declaratur vt licet compromiſſum ſit validum, tamen pupillus poteſt petere reſtitutionem in integrum num. 360. Limitantur reſtrictiones & iſta declaratio vt non procedãt quando compromiſſum eſt factum ſine pœna, vel prout de iure num. 361. & 379.

Minor non dicitur læſus ex compromiſſo non pœnato num. 379. Idem ſi in eo reſtricta ſit facultas arbritri ad pronuntiandum de iure tantum num. 362. verſ. limita | hocquè extenditur etiam ſi eſſet pœnatum num. 364.

Laudo iniquo ſtandum non eſt, ſi arbitro data ſit facultas pronunciandi prout de iure. ſub num. 362. verſ. limita | Extenditur etiam ſi compromiſſum eſſet pœnatum num. 364. & 365. & etiam ſi eſſet iuratum num. 368. Requiritur tamen abſolutio vt ibidem verſ. aduerte.

Laudo arbitri ſtandum eſt ſiue iuſtum, ſiue iniquum ſit num. 342. Declaratur id eſſe verum in compromiſſo ſimplici num. 363. & non eſſe verum in laudo arbitratoris d. num. 342.

Verba ſunt reſtringenda ad rẽ, ſuper qua proferuntur nu. 366. & ſunt intelligenda eo reſpectu, quo proferuntur num. 367.

Nullum quod est non potest pœna vinculo alligari n. 369.

Laudum latum contra ius ab arbitrio habente facultatem pronuntiandi prout de iure est nullum num. 370. hacque nullitas potest allegari etiam si in compromisso adesset pactum non dicendi de nullitate num. 371.

Arbitri compromissarij tantam habent facultatem, quanta eis data est à partibus in compromisso sub num. 370.

Arbiter simpliciter electus tenetur pronuntiare de iure, alias laudum est nullum num. 372. & quare addatur in compromisso illa verba, quòd debeat pronuntiare de iure num. 373.

Pœnam non incurrit qui non vult stare laudo iniusto, secus si laudum sit iustum, dataque sit facultas arbitro pronuntiandi prout de iure num. 374. vbi declaratur statutum Vrbis lib. 1. cap. 163. | Extenditur etiam si pœna sit imposita à statuto num. 375.

Pœna conuentionalis secundum quasdam leges municipales potest exigi num. 376. cum de iure communi non possit exigi, nisi habita ratione interesse num. 377. Et an possit exigi de iure communi, si sit apposita in compromisso, remissiuè num. 378.

Læsio non habet locum in compromisso facto sine pœna num. 379.

Laudum seu Sententia arbitri non parit actionem aut exceptionem. sub num. 327 Contrarium quòd producat actionem & exceptionem, sequuta homologatione num. 380. & 431. Declaratur quando sit verum, & quando non num. 407. vers. primus & num. 409. & seqq.

Appellatio non datur à contractu num. 327.

Appellari non potest à sententia arbitri. sub num. 326. 520. in fine. 529. & quare num. 327. Contrarium num. 380. & 337. vbi quòd potest appellari de iure canonico. | Contrarium etiam in sententia arbitri electi ex necessitate statuti num. 528. in fine. & 529.

Reductio ad arbitrium boni viri non potest peti à sententia arbitri sub num. 326. Contrarium de iure canonico num. 328. & 337.

Reductio ad arbitrium boni viri non datur sine læsione magna num. 330. & 331. & quanta debeat esse læsio num. 332.

Compromissum factum à minore sine auctoritate curatoris remanet firmum, si minori vtile sit num. 381.

Compromissum, Alienatio, Contractusue alius factum à minore sine solemnitatibus potest annullari minore volente, secus eo nolente num. 382. seu si ei vtile sit num. 320. Contrarium, loquendo in sententia & compromisso nu. 323. Firmatur primum nu. 324.

Claudicatio permittitur contrahendo, vel litigando cum minore num. 321. 322. & 395. in fine.

Minor & Pupillus possunt facere suam conditionem meliorem sine auctoritate curatoris, & tutoris, quia tunc dicuntur habere idoneam personam num. 382. vers. confirmatur | quod procedit etiam in iudicijs nu. 395. Fallit vt in num. 405. & 406.

Nullitas actus potest allegari solum ab eo, ad cuius fauorem est inducta nu. 383. Et ideo nullitas alienationis rei Ecclesiæ potest alegari solum ab Ecclesia num. 382. vers. confirmatur 2.

Pactum resolutiuum l. commissoria, intelligitur appositum fauore venditoris num. 384.

Pactum rescissionis & nullitatis contractus intelligitur appositum fauore adimplentis contractum & contra non adimplentem nu. 385. Extenditur etiã si adesset pœna contra non adimplentẽ cum clausula [rato manente pacto] num. 386. Restringitur dubitatiuè hæc extensio, vt adimplens non possit recedere à contractu, si ab aduersario soluta sit pœna num. 388. Extenditur 2. etiam si non adimplens soluerit pœnam, quia adhuc adimplens posset instare pro obseruantia contractus num. 387.

Actio denegatur ei, qui rumpit contractum num. 386.

Pœnæ solutio æquiparatur obseruantiæ contractus. sub num. 387.

Caducitas ab emphyteosi propter non solutum canonem intelligitur, volente domino directo, secus eo nolente num. 389.

Contractus dolo & circumuentione initus rescinditur, volente circumuento, secus eo nolente num. 390.

Rescissio contractus non datur ex non adimplemento, nisi adsit etiam pactum rescissionis, aut prouisum sit à lege nu. 391. & 392.

Pœnitentia non habet locum in contractibus perfecti, seu nominatis num. 392. & 393. secus in imperfectis, & qui dicatur imperfectus num. 394.

Iudicium seu Processus agitatum cum minore sine auctoritate tutoris, seu curatoris non tenet in damnum minoris, sed tenet in eius vtilitatem n. 395. & 401. Fallit si minor sit omnino incapax quia nec ad eius vtilitatẽ tenet n. 405. Fallit etiam quãdo aduersarius protestatus est non audiri, nisi legitime comparuerit num. 406.

Nullitas actus põt allegari ab vtraq; parte quãdo vtriusque partis fauorẽ cõcernit n. 396. Exẽplificatur n. 397.

Sententia nulla ex defectu citationis est nulla etiam si sit lata in fauorem non citati num. 398. Non procedit in summarijs num. 402. Non procedit quando arbiter habuisset facultatem procedendi sola facti veritate inspecta nu. 403. dummodo sit arbiter electus ex necessitate statuti num. 404.

Citatio ad sententiam respicit fauorem vtriusque partis concernendo ordinem iudicij num. 399.

Nullitas dicitur inducta fauore minoris, si ad eam inducendam fuit consideratus defectus ætatis num. 401.

Res mobilis, quæ seruando seruari potest, quæ dicatur, & quæ res, quæ seruando seruari non potest num. 270.

Minor non põt stare in iudicio sine curatore n. 271. est verum parte opponente, secus non opponente num. 272.

Minor licet valide cõpromitteret, donaret, aut venderet; tamen posset petere restitutionem in integrum num. 273. & 316.

Minor carens curatore potest alienare sine decreto iudicis, & sine curatore res mobiles, quæ seruando seruari non possunt; Similiter molendina, quæ stant super flumine instar nauium; & potest facere contractus num. 266. & potest dictas res mobiles donare num. 267.

Minor non potest alienare rem immobilem sine decreto iudicis, & auctoritate curatoris num. 276. Et alienando sine iusta causa non tenet alienatio, etiã iudicis decreto & auctoritate curatoris facta num. 280. Similiter non tenet alienatio sine decreto iudicis, quamuis fieret cum auctoritate curatoris & iusta causa; si tamen iudex requisitus noluerit decretum interponere poterit tunc alienare num. 286.

Tutor alienando rem immobilem sine decreto iudicis, alienatio est ipso iure nulla num. 346.

Compromissum factum à minore super re immobili sine iusta causa non tenet, quamuis sit factum cum decreto iudicis & auctoritate curatoris num. 279.

Minor non potest donare etiam si donaret cum decreto iudicis sub num. 280. & etiam si seruaret solemnitates statuti num. 281.

Contractus minoris, si certò est damnosus minori non valet, quamuis in eo seruentur solemnitates, secus si non sit certò damnosus num. 282.

Alienatione prohibita, censetur prohibitũ compromissum num. 284. & ideo valet argumentum ab vno ad alterum num. 643. quia compromissum est species alienationes sub num. 519.

Compromittens facit actum, per quem sequi potest alienatio num. 285. Non videtur verum si compromittat ex necessitate statuti num. 527. vers. aliter.

Melius est seruare iura intacta quàm remedium quærere post vulneratam causam num. 285. in fine.

Compromissum est contractus læsiuus num. 285. in fine. nu. 326. 330. & 482.

Decretũ iudicis super alienatione rei immobilis minoris non debet interponi, nisi subsit æs alienum, aut necessitas famis, aut causa defensionis pupilli num. 286.

Bar. nimis generaliter et obscure loquutus in articulo compromisi faciendi à minore, & variè relatus num. 286. vers. ex hac.

Curator solus non potest alienare rem immobilem minoris num. 287.

Transactio rei minoris seu Ecclesiæ dicitur alienatio & ideo non tenet quamuis res ab alio possideretur. sub nu. 289. Contrarium ibidem vers. contra. | Retinetur primum num. 290.

Re-

Repudiatio iuris quærendi non eſt alienatio, & ideo repudiare hæreditatē non eſt alienare n.290.verſ. ratio.

Renuntiatio hæreditatis valet ſine inſinuatione nu.290. verſ.primo quia.

Repudiare hæreditatem, ſeu legatum in fraudē creditorū non eſt prohibitum.num.290.verſ.tertio quia| cum alienatio, per quam non diminuitur patrimonium debitoris, non ſit prohibita. ſub num.293.

Alienatio rei acquiſitæ ab eccleſia eſt prohibita, niſi fiat cum cauſa & ſeruatis requiſitis ſolēnitatibus nu. 291.

Prælatus ſeu / Rector } poteſt repudiare hæreditatem ſeu legatum factum eccleſiæ antequam ſit eccleſiæ acquiſitum num. 291. verſ. quarto quia | & poteſt etiam ſine conſenſu epiſcopi; dummodo interueniat conſenſus capituli, ſi eccleſia ſit collegiata, & perquiſito prius quòd hæreditas eſt ſubiecta vexationibus. ibidem.

Prælatus poteſt præiudicare eccleſiæ in quærendis, licet non poſſit in quæſitis. num. 291. verſ.quarto quia.

Epiſcopus poteſt tranſigere de rebus non dum incorporatis eccleſiæ nu. 291. verſ. quarto quia.

Ius acquiſitum, & ius acquirendum, ſeu futurum quando dicantur num.292.& ſeqq.vſque ad num.296.

Donatio eſt iuris quæſiti nu.292.in fine.

Abdicatio eſt iuris quærendi num.292.in fine.

Maritus poteſt renuntiare vxori lucrum dotis, quod ſibi à ſtatuto defertur num.293.

Ius quæſitum intelligitur de quæſito pure & ſimpliciter, & non de conditionali num.293.verſ.confirmatur | & ideo regula de non tollendo iurequæſito non habet locum in iurequæſito ſub conditione. ibidem verſ. ſecundo quia | Intelligitur de conditionali quando tractatur de præiudicio tertij num. 299. verſ. tertius. & num.300.

Dominium rei legatæ tranſit recta via in legatariū etiam ignorantem à die mortis teſtatoris num.295.

Legatario competit rei vendicatio. ſub num. 295.

Donatio, quæ fit in contractu venditionis eius, quod valet vltra prætium conuentum, nō requirit ſolemnitates donationis num.296.verſus finem.

Donans ius non dum acceptatum dicitur repudiare, ideoque talis donatio non requirit ſolemnitates donationis num. 296. Contrarium num. 297. Tenetur primum num.298.

Acquiſitio momentanea non habetur in conſideratione acquiſitionis num. 296.& 298.

Ius quæſitum & / Ius quærendum } æque conſiderantur in quibuſdam caſibus num. 299.

Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non valet num.299. verſ ſecundus.

Regula de non tollendo iure quæſito habet locum in fæudo antiquo ex pacto & prouidentia &c.nu.300.

Princeps poteſt tollere fæudum nondum quæſitum &c. num.301.

Actiones & / Iura } an reputentur inter bona ſtabilia, ſeu mobilia, vel conſtituant tertiam ſpeciem. remiſſiue num.304.

Minor poteſt diſtrahere, et cedere iura, & actiones ad rem mobilem num. 305. ſecus ſi ſint ad rem immobilem num.307.

Cenſus reputatur inter res immobiles num.308.

Minor habens curatorem non poteſt alienare ſine decreto iudicis etiamſi vellet alienare mobilia. nu. 311.

Adminiſtratio rerum ſuarum cenſetur interdicta ei, cui datus eſt curator num. 311.

Pupillus ſine auctoritate tutoris nihil facere poteſt; ideoque nec explicare ea, quæ animo conſiſtunt nu.319.

Pupillus contrahendo ſine auctoritate tutoris non obligatur num. 321. & 334. ſed contrahens cum eo obligatur d.num.321.

Sententia, lata pro pupillo ſuper compromiſſo facto à pupillo, eſt nulla num.323.Contrarium num. 324. maximè in ſententia ſuper compromiſſo facto ab adulto num.325.

Compromiſſum ſemper reputatur damnoſum pupillo, & quare num.326. & 330. & etiam minori, compromittenti de iure & de facto, ſeu cum pœna, aut eum renuntiatione appellationis num.482.

Ius canonicum conſiderat ſolum æquitatem num 338.

Iuri canonico ſtari debet, quando agitur de materia peccati num. 339.

Laudum dicitur continere peccatum, ſi contineat læſionem partis.num.339.

Adultus compromittendo dicitur habere minorem defectum quàm pupillus num. 340.

Iudex contemnitur quando fit compromiſſum in arbitrum ſub num.432.

Pupillus obligatur naturaliter num.344.

Fideiuſſor pupilli obligatur, licet obligatio pupilli non teneat num.344.

Tutor non poteſt donare rem pupilli etiam ſi ſit mobilis num.359.

Alienatio rei eccleſiaſticæ ſine ſolemnitatibus eſt ipſo iure nulla num 347.

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis num.408. & ſub num.409.

Laudum ſeu / Sententia } arbitri non producit actionem, neque exceptionem quando compromiſſum eſt pœnatum num.407.& 409. etiamſi ſint lapſi 10. dies nu. 411. Contrarium num. 412. Tenemus primum num. 413.etiam ſi pœna ſit promiſſa pacto nudo num. 415. ſed hoc nō eſt verum quando adeſſet clauſula [rato manente pacto] num.416.ſeu eſſet appoſitum iuramentum num.420.Hoc de iuramento procedit de iure canonico num.421.Contrarium num.422. & ſeqq. Item non producit actionem, neque exceptionem quando eſt ſtipulatione vallatum num. 426. Contrarium num. 427. 428.& 429.Hoc eſt verum de iure canonico num.430.

Laudum quando producat actionem & exceptionem nu. 431.& ſeqq.& num. 435. in quibus concluditur quòd producit ſemper, ſequuta homologatione, præterquā quādo eſt pœnatū ſine clauſula [rato manente pacto.] & n. 436. vbi quòd ante homologationem nunquam parit actionem, ſeu exceptionem.

Pœna appoſita in compromiſſo poteſt exigi etiam ante lapſum 10.dierum nu.410. Declaratur verum eſſe quando pœna eſt promiſſa per ſtipulationem num. 414. ſecus ſi ſit promiſſa pacto nudo num.415.& 418. Sed de iure canonico poteſt adhuc exigi, &, exacta, cogi poteſt nihilominus contraueniens ad obſeruantiam compromiſſi num. 419.

Homologatio non habet locum in compromiſſo pœnato nu. 411. & quando habeat locum num. 427. & 430. & quomodo inducatur homologatio num.436.

Laudum non producit actionem ſeu exceptionem, niſi poſt lapſos 10.dies. num. 411. ſed, parte contradicente infra 10.dies, nec producit poſt lapſos 10. dies nu. 436.

Pactum nudum non producit actionem ad pœnam compromiſſi num.415.& 418.ſecus de iure canonico, ſecundum quod producit eundem effectum, quem producit ſtipulatio num.419.& 428.

Clauſula .rato manente pacto. poſita in contractu quando non operetur num.386. & 727.& quid operetur num. 387.& 388.& quid operetur in compromiſſo num.416. 417.& 418.

Clauſula [rato manente pacto] cenſetur appoſita in fauorē adimplentis, & in odium non ſeruantis contractum num.728.

Clauſula : rato manente compromiſſo. quid operetur. ſub num.417.

Iuramentum habet vim clauſulæ [rato manente pacto.] num.420.ſed hoc eſt verum de iure canonico num.421. Contrarium quòd non habet vim d.clauſulæ num.422. 423.& 424.

Iuramentum de iure ciuili prohibetur apponi in compromiſſo num.421.

Intereſſe ſoluere cogitur qui non vult ſtare laudo, ſi compromiſſum ſit ſtipulatione vallatum num.426.Contrarium num.427.

Laudum latum ſuper compromiſſo ſtipulatione vallato homologatur num.427.& ſeqq eſt verum de iure canonico, ſed non de iure ciuili num. 430.

Laudum latum ſuper compromiſſo valato pacto nudo parit actionem, & exceptionem num.433.

Homologatio laudi ſeu ſententiæ inducitur vel per expreſſam acceptationem, vel per tacitam, non contradicendo infra 10.dies.ſub num.436.

Laudum arbitri an tranſeat in rem iudicatam ſi appellatio efficiatur deſerta, non reſoluitur num. 437.

Re-

Reductio ad arbitrium boni viri potest peti etiam post tacitam homologationem laudi, si laudum contineat manifestam iniquitatem num.438. idque est verum etiam attento stat. Vrbis num.440. secus si non continet manifestam iniquitatem num. 439. sed à laudo arbitratoris potest peti indistinctè quandocunque ante lapsos 30. annos num. 441. & 443. vbi de ampliationibus remissiuè | sed secundũ Statuta Vrbis debet peti etiam infra 10. dies num.444. Declaratur num.445. & 446.

Reductio ad arbitrium boni viri ex stat. Vrbis debet peti infra 10. dies, num. 439. in fine. & 453. sed si laudum contineat manifestam iniquitatem potest peti etiam postea nu.440. Similiter infra 10. dies debet peti à laudo arbitratoris nu.444. Procedit hoc solum in foro capitolino num. 445. & ideo non procedit coram A. C. nu.453. Nec in foro capitolino procederet si laudum arbitratoris contineret manifestam iniquitatem, vel nimis enormem læsionem num.446.

Reductio à laudo arbitratoris ad arbitrium boni viri petitur offitio iudicis num. 442.

Officium iudicis accedit ad naturam actionis personalis num.442.

Actio personalis durat ann.30. num.442.

Reductio laudi dolosi, seu continentis nimis enormem læsionem non intelligitur sublata à statuto, tollente reductionem num.446.

Reductio laudi ad arbitrium boni viri, petita infra 10. dies & arbitramenti infra 30. annos, indistinctè est concedenda nu.447. 452. & 468. & seqq.

Laudum seu Arbitramentũ } non rescinditur nisi cõstet de læsione n. 448 & quãta debeat esse læsio nu. 449.

Læsio, propterquam rescinditur laudum arbitratoris, non debet esse minor sexta parte nu.449. vers. prima | Altera opinio est, quòd relinquatur arbitrio iudicis quanta debeat esse nu. 450. Sed quomodo sit restringendum arbitrium iudicis num. 451.

Læsio magna dicitur quando excedit sextam partem si læsio causata sit ab alio, quàm ab ipso læso. sub num. 449. vers. prima.

Reductionis petendæ praxis nu.477. vers. tertio.

Statuta Vrbis non ligant in ordinatorijs, nisi litigantes in in foro capitolino num.454. 651. & 692.

Statuta ordinatoria sunt infrascripta. vsq; ad alt. manũ

Statutum Vrbis circa tempus petendæ reductionis ad arbitrium boni uiri num.455.

Statutum præfigens tempus ad appellandum num. 456. 460. & 461. vers. igitur.

Statutum præfigens terminum ad prosequendam appellationem num.457.

Statutum minuens appellationes num. 461.

Statutum loquens de dilationibus num.458.

Statutum de instantia nu.692.

Statutum de compromittendis causis num.526. & 561.

Clericus litigans coram iudice sæculari non potest appellare ante latam sententiam nisi &c. num.456.

Instantia causæ laici litigantis coram iudice ecclesiastico non perit num.457.

Stylus, Vsus, seu Consuetudo } dicitur optimus legis interpres, & maximè stylus Vrbis num.459.

Statutum Vrbis præfigens octo dies ad appellandum seruatur solum in foro capitolino, & non in alijs tribunalibus num.460. in fine.

Statutum loquens in casu mixto cessat in casu simplici num.462.

Reductio arbitramenti ad arbitrium boni iuri ad effectũ probandi læsionem non conceditur, nisi prius doctum sit de iniquitate arbitramenti num.463. & seqq. Contrarium est verum num.468. & seqq.

Laudũ & Sententia } præsumuntur iusta etiam pendente appellatione num. 464. Contrarium qui teneant num.483.

Cardinalis præsumitur facere iustitiam, ideoque fieret ei iniuria, si in rescripto commissionis causæ poneretur clausula iustitiam faciat num.465.

Læsio enormissima est fundamentum petendæ reductionis & fundamentum iurisdictionis. sub num. 466. Contrarium quòd non sit fundamentum iurisdictionis, sed sit fundamentum vt rescindatur laudum num. 484. & quomodo intelligantur aliqui Doctores num.486.

Restitutio in integrum ex capite læsionis non conceditur, nisi prius doceatur de læsione num. 467.

Reductio ad arbitrium boni viri est similis appellationi num.469. & 471. Est tamen dissimilis in quibusdam num.470.

Executio laudi petitur pendente tempore ad petendam reductionem num.470.

Iniustitiæ & grauaminis probatio per viam appellationis debet recipi non aliter prius docto de iniustitia sententiæ nu.472.

Arbitramentum & Transactio } æquiparantur nu. 473.

Læsionis probatio ad rescindendam transactionem, seu venditionem debet recipi antequàm aliter constet de læsione num.473. vers. sed quando.

Trãsactio an possit rescindi ex rem. l. 2. C. de resc. vend. & quòd sic num.474.

Laudum rescinditur propter enormissimam læsionem num.475.

Læsio non consideratur in contractu, qui habet dubium euentum, ideoque remissio fideicommissi, aliquo modico accepto, non rescinditur num. 476. sed quando hoc sit verum & quando non declaratur eod. num. vers. secundo. & vers. tertio.

Læsio non consideratur in venditione spei num. 476. vers. minus | sed quando hoc sit verum declaratur eod. num. vers. secundo. | & contrarium ponitur vers. quartus.

Læsio potest considerari in emptione fructuum ad vitam: item in sponsionibus: in iactu rhetis: in venditione spei. sub num.476. vers. primus. & seqq. vsque ad vers. quartus. inclusiue.

Spes substitutionis est æstimabilis mortuo testatore sub nu. 476. vers. & quod.

Vitæ hominis longitudo, & breuitas quomodo præsumantur in cõtractibus, qui habent correspectiuitatem ad vitam, seu mortem hominis num. 477.

Reductio ad arbitriũ boni uiri et Restitutio in integrum } vt concedãtur sufficit quòd probetur læsio aliqualiter. num.478.

Læsio laudi seu arbitramenti dicitur probata, si per acta appareat de debito, & nihilominus arbitrator absoluit num.479.

Arbitrator non debet facere aliquid contra ius, & naturalem rationem num.480.

Arbitrator debet considerare exceptionem præscriptionis, quia non potest decidere contra casum legis etiam rigorosa num. 481.

Iniustitia, Iniquitas, seu Grauamen } sententiæ seu arbitramẽti debet probari ab eo, qui appellat, vel petit reductionẽ ad arbitrium boni uiri. sub num.483. & an iniustitia arbitramẽti debeat probari ex veteribus, vel possit probari etiam ex nouis num.491.

Causa proxima, & non remota est attendenda num. 484. in fine. & 485.

Appellatio conceditur propter oppressionem: sed tamen oppressio est causa remota, & appellatio ipsa est causa proxima, vt appellatio concedatur nu.485.

Restitutio in integrum est remedium extraordinarium num 487.

Reductio ad arbitrium beni uiri est remedium ordinarium num.488.

Appellatio est remedium ordinarium num.489.

Restitutio in integrum & Reductio ad arbitrium boni iuri } habent naturam diuersam num. 487. & seqq. ideoque ab vna ad alteram non valet argumentum num 490.

Arbitramentum debet impugnari ex veteribus, si allegetur dolus num.491.

Pœna compromissi an sit soluenda si is, qui reclamauit à laudo, succumbat, remissiuè num.492.

Statutum Vrbis licet loquatur in quatuor speciebus contractus, tamen extenditur ad alias species num. 493.

Compromissum, factum à minore cum auctoritate tutoris seu curatoris, vel ab ipso tutore, seu curatore cum decreto iudicis sine cõsensu duorum consanguineorũ, an valeat, statuto Vrbis disponente minorẽ non posse cõtrahere sine consensu duorum cõsanguineorum n.493. vers. oritur.

tur. | *quòd valeat num.494. Contrarium quæ non valeat num.496. Limitatur num.503.*

Statutum loquens de solemnitatibus adhibendis in contractu minoris non habet locum, si contrahat tutor, seu curator, vel minor ipse cum eorum auctoritate num. 494. Contrarium num.496.& 497. Item non habet locum, si minor contrahat alieno nomine num.500. Item non habet locum, si contrahat de re mobili, quæ potest seruando seruari num.503.

Minor dicitur fictè contrahere, quando contrahit tutor, seu curator num. 495.

Statutũ loquẽs in casu vero nõ extenditur ad casum fictũ, apparente inter vnũ & alterũ diuersa ratione nu.495.

Statutum loquens de solemnitatibus adhibendis in contractu minoris, dat formam contractui celebrando super re minoris, quam principaliter considerat num. 497.& 498.

Statutum prohibens ne filiusfam. possit contrahere sine &c. non habet locum in filiofam. cotrahente alieno nomine num.498.

Filiusfamilias licet proprio nomine non possit stare in iudicio sine consensu patris; tamen potest stare nomine procuratoɪio num.499.

Procurator minoris seu mulieris tenetur contrahendo seruare easdem solemnitates, quæ seruare deberent minor & mulier; quamuis procurator sit cum illis solemnitatibus constitutus num.501. Procedit hoc in procuratore generaliter constituto, secus in constitutio specialiter ad certum actum ibidem vers. declara.

Mulier contrahens tutorio nomine non cogitur seruare solemnitates, requisitas in contractu mulieris num. 502.& 504.& ideo, si mulier contrahat tutorio nomine, cogitur adhibere solum duos consanguineos pupilli, & non alios duos consanguineos ipsius mulieris, qui requirerẽtur in contractu mulieris d.n.504. nisi in eodem cõtractu verteretur præiudiciũ mulieris n. 505.

Compromissum seu Contractus alius factus à minore cum consensu consanguineorum, sed sine tutore, seu curatore non valet n. 506. Declaratur n.508.& seqq.

Statutum de adhibendis solemnitatibus in contractu minoris stat cumulatiuè & non derogatiuè iuri communi, ideoque vltra solemnitates statutarias requiruntur in eo auctoritas curatoris nu 506. vers. resp. | *& decretum iudicis nu.516. quæ sunt solemnitates iuris communis.* | *Declaratur esse verum in contractu rei stabilis. nu.508. Declaratur etiã esse verum in contractu rei mobilis, quæ nõ põt seruãdo seruari, si minor curatorẽ habeat nu.509. Declaratur esse verũ indistinctè in cõtractu impuberis nu. 510. secus si fieret contractus rei mobilis, quæ seruando seruari non posset à pubere carente curatore, quia isto casu auctoritas curatoris non esset necessaria nu.511. verum isto casu minor læsus posset petere restitutionem in integrum nu.512. etiam si contraxisset cum consensu consanguineorum nu. 513. Et licet contractus, factus à minore non seruata solemnitate sit nullus, tamen intelligitur nullus, minore volente nu. 514. dummodo minor non sit infans, cuius contractus etiam eo volente non valeret num. 515.*

Statutum de compromittendis causis non ligat minores num.518. Contrarium n.521.& 524. soluuntur obstantia nu.526. in fine.& 527. vsque ad num.529. Procedit hoc statutum quando causa est compromittibilis n.528. in fine | *Non procedit qñ iura pupilli sunt clara n.530.*

Statutum generale debet referri ad habiles in materia, non obstante generalitate nu.519.

Statutum recipit interpretationem à iure cõi. sub n.519.

Argumentum à re ad personas valent nu. 520.

Statutum dicitur ius communi loci, in quo extat n. 523.

Statutum ordinatorium & respiciens forum includit quamlibet personam nu.525.

Minori compromittenti in casu statuti non datur restitutio in integrum nu. 521.

Ius cõmune ligat etiam pupillos, minores, & alios n. 522.

Minores sunt habiles ad compromittendum si adhibeantur solemnitates requisita num. 527.

Solemnitates iuris communis, requisita in compromisso voluntario minoris, sunt auctoritas tutoris, seu curatoris, & decretum iudicis; hæque requiruntur etiam in compromisso faciendo ex necessitate statuti nu. 531.& 532. Tolluntur omnia contraria nu.533.535.537. præter contrarium adductum num.536. quod relinquitur sub cogitatione nu. 540. Declarationes colliguntur ex responsionibus datis nu.534.& 538.

Solemnitates statutariæ, requisita in actu voluntario, non requiruntur in actu, qui fit ex necessitate num. 533. 534.& 538.

Pupillus obligatur tutori sine alia solemnitate, si quid tutor ad commodum pupilli de suo soluerit n.535. talisq; obligatio non dicitur fieri ex necessitate legis, sed inducitur à lege tanquã cõsequentia sine facto hõis n.537.

Minoris bona, recipiendo dotem suæ vxoris, obligantur sine alia solemnitate. sub nu. 535.& quomodo dicatur fieri, seu induci ista obligatio nu.537.

Mundualdus non requiritur si mulier coniuncta compromittat. sub nu.535. Contrarium 539.

Statutum, corrigens ius commune in principali, corrigit etiam in eius accessorio, sicut corrigeret ius commune correctum num.536.& 540.

Procurator admittitur in causa criminali, in qua à statuto est imposita pœna pecuniaria, licet à iure communi sit imposita corpoialis sub nu.536.

Transactio non potest fieri super homicidio, si à statuto sit imposita pœna pecuniaria nu.536. versus finem.

Minoris seu Pupilli præsentia & consensus non est necessarius in iudicio seu contractu, quem facit tutor, seu curator; si tamen interueniat ita vt ipse minor litiget, seu contrahat cum auctoritate tutoris, seu curatoris iuridicè agitur num. 541.& 542. dummodo minor non sit infans, seu minor septennio, quia tunc debet tutor solus agere & contrahere nu.544.

Minor seu Pupillus cum auctoritate curatoris, seu tutoris possunt constituere procuratorem ante litem contestatam nu.542.

Tutor & Curator litigando debent concipere acta tutorio, & curatorio nomine nu.543.& 544.

Maior de iure cõi dicitur is, qui expleuit annũ 25. sub nu. 545. Secundum statuta Vrbis in negotijs, in contractibus, & actis extraiudicialibus, & iudicialibus maior 20. ann. habetur pro maiori n.546. Secundũ cõstitutiones regni Neap. maior ann.18. habetur pro maiori nu. 547. Idem secundum statuta Florentiæ n.548. In causis criminalibus secundum statuta Vrbis maior ann. 17. habet legitimam personam standi in iudicio num.549. Secundum statuta Mediolani is, qui expleuit ann. 14. habetur pro maiori quoad validitatem processus, idq; seruatur etiam in terris & locis status ecclesiastici nu. 500. secus est in causis fidei, quia attenditur ius cõe n. 551. | *Quando agitur de infligenda pœna maior dicitur is, qui expleuit annum 25. siue iudicemus in Vrbe nu.552. siue in regno Neap. nu.553. siue in ducatu Mediolani nu. 554. secus secundum aliquos motus proprios, secundum quos homicida dicitur maior, modo si attigerit annũ 20.& modo si excesserit ann.14. n.555.*

Statuta Vrbis habent locum in locis districtus, non habentibus statuta particularia nu.556.

Ius disponens idem, quod disponebat consuetudo, dicitur consuetudo redacta in scriptis nu.558.

Statutũ disponens idẽ, quod ius cõe, dicitur ius cõe n.557. Adducuntur tenẽtes contrarium nu.558. vers. nec obstat | *Datur solutio remissiuè ibidem. vers. quia potest.*

Statutũ districtuale, disponens, quòd casus in eo nõ decisi remaneant sub dispositione iuris cõis, non est statutum nu.557.& ideo correcto in aliquo iure cõi intelligitur correctum etiam hoc statutum num. 558. vers. at statuta | *Contra istam illationem eod. nu.558. in fine.*

Forensis ligatur statuto de compromittendis causis consanguineorum n.561.& sub. n.651. sed statuto decisorio non ligatur nu.653. etiam si ibi haberet bona nu.656.

Statutum loci, vbi agitur controuersia, attenditur circa ordinatoria litis nu. 561.& 652. vbi præsupponuntur tria diuersa statuta | *Sed in decisorijs attenditur statutum domicilij litigantium vel statutum loci contractus nu. 653.*

Statutum Vrbis de compromissis non ligat districtuales, quamuis careant particulari statuto nu.657. neque litigantes extra forum capitolinum nu. 653. sed hoc de consuetudine non seruatur nu. 658.

Affinitas contrahitur etiam per coitum illicitum ad im-

pediendum matrimonium num.563.& contrahitur in omni genere num.620.
Affinitas contracta ex fornicatione à iure ciuili non conſideratur num 563.
Affinitas contracta ex fornicationa quando dirimat matrimonium & quando non num.564.
Affinis in ſecundo genere affinitatis qui dicatur nu. 619.
Arbiter quilibet eſſe poteſt ex regula, niſi repertatur prohibitus à iure num.567.
Arbitri eſſe non poſſunt ſeruus, qui nec poteſt eſſe arbitrator quando &c.nu.568.excommunicatus num.569.filiusfam.clericus, presbyter, religioſi, & alij multi, qui an poſſit eſſe arbitri, ſeu arbitratores remiſſiuè nu. 570. iudex ordinarius an poſſit eſſe arbiter, ſeu arbitrator remiſſiuè num.571.
Arbitri vſque ad quem numerum poſsint eligi non eſt definitum in iure, regulariter tamen non eliguntur plures, quàm tres num.572.
Arbitri ſunt eligendi potiùs in numero diſpari num.573. quia ſtandum eſt maiori parti. num.576.
Homines ſunt faciles ad diſſentiendum nu.574.
Tertius eligendus, diſcordantibus arbitris, & quando & quomodo eligendus præſertim attentis ſtatutis Vrbis n. 575. iſque eligi debet tàm in compromiſſo voluntario quàm in compromiſſo neceſſario nu. 576.
Tertius quomodo eligatur coram conſulibus agriculturæ Vrbis, quando agitur de æſtimandis damnis datis nu. 575.in fine.verſ. coram conſulibus.
Arbitri conuenientes in condemnando, ſed diſcordantes in quantitate quomodo dicantur concordes. ſub num. 576.verſ.tertia.
Sententiæ quarum una condemnat in maiori ſumma quã altera dicuntur conformes in minori ſumma ſub num. 576.verſ.confirmatur.
Conſanguinitas vnde dicatur nu. 577.
Conſanguinei dicuntur etiam coniuncti ex latere materno nu.578.propriè tamen loquendo conſanguinei dicũtur ij qui ſunt agnati num.580.
Mater & quia dicuntur conſanguineæ nu. 579. Contrarium eſt verum, loquendo ſtrictè & propriè nu. 581.
Gradus quomodo computetur, & primo gradus aſcendentium & deſcendentium nu.583.& 585. & deinde gradus tranſuerſalium nu. 587.
Gradus eſt in triplici, ſeu duplici differentia nu. 584.
Gradus aſcendentium & deſcendentium ita computatur à iure ciuili, ſicut à iure canonico nu.586.
Gradus tranſuerſalium in linea æquali quomodo computetur de iure ciuili nu. 587. verſ. in linea | & dantur exempla num.588.& 589.& redditur ratio computationis iuris ciuilis nu.593.& quomodo computetur in linea inæquali nu.590.& dantur exempla nu.591.& 592.& quomodo computetur de iure canonico in linea æquali nu.594.& quomodo in linea inæquali nu. 595. & redditur ratio computationis iuris canonici n. 596.
Fratres nati ex eodem patre de iure ciuili ſunt in ſecundo gradu nu.588.
Patrueles de iure ciuili ſunt in quarto gradu nu. 589.
Conſobrini de iure ciuili ſunt in quarto gradu nu. 589.
Nepos ideſt filius ex fratre & Patruus ſunt in 3. gradu de iure ciuili nu.591.
Nepos ideſt filius ex fratre paruele & Patruus patruelis ſunt in quinto gradu de iure ciuili num.592.
Gradus tranſuerſalis numeratus ſecundum ius canonicũ duplicatur ſecundum ius ciuile nu. 597.
Gradus remotior attenditur in contrahendo matrimonio num.598.
Graduum cognitio eſt vtilis nu.598.verſ.nota.
Gradus in ſtatuto an ſit ſumendus prout ſumitur in iure ciuili, an verò prout ſumitur in iure canonico n.599.et 600.vbi recenſetur opinio, quæ diſtinguit.& n.601.vbi recẽſetur altera opinio diſtinguens, vt in matrimonijs attẽdatur ius canonicũ & in alijs ius ciuile.& n.603. vbi quòd attenditur ius ciuile etiã ſi ſecundũ vſum loquendi ſumeretur ſecundum ius canonicum | Sed in hoc adducitur contrarium num.607.& ſeqq.Relinquitur cogitandum num.610.
Gradus propriè numeratur à iure ciuili nu. 602.
Statutorum verba ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda n. 603.& ſeqq.& maximè in ſtatutis conditis à iureconſultis n.606.Contrarium nu.609.& præcipue in ſtatutis conditis ab idiotis n.610. & in materia fauorabili num.611.
Statutum excludens matrem à ſucceſsione filij inteſtati non habet locum ſi filius decedat inteſtabilis nu. 604. Contrarium nu.608.
Inteſtabilis qui dicatur nu. 604.
Inteſtatus proprie loquendo qui dicatur nu.605.
Vſus communis loquendi non attenditur in ſtatutis conditis à iureconſultis nu. 606. & 607. Contrarium nu. 609.& maximè in materia fauorabili nu. 611.
Gradus quomodo ſit ſumendus quando agitur de compromiſſo faciẽdo in foro capitolino exprimitur à ſtat.vrbis & in regno Neap.exprimitur à pragmat. num.612.
Gradus in inueſtituris & cõceſsionibus ſumitur ſecundũ ius ciuile etiam ſi inueſtitura ſiat ab eccleſia nu. 613. & etiam in promiſsionibus de non offendendo nu. 614.
Conſanguinitatem probare non ſatis eſt, niſi probetur etiã gradus.ſub num.614.verſ.nota.
Affinitas quid ſit ſecundum canones num. 615. & qnid ſecundum ius ciuile nnm. 616.
Gradus affinitatis quomodo computetur nu. 617.
Conſanguinei vnius coniugis non ſunt affines conſanguineis alterius coniugis num. 618.
Pater & Filius poſſunt ducere in vxores matrem & filiam num. 618.
Affinitatis genus eſt triplex, et poteſt addi vlterius genus & omnia explicantur nu 619. & qui dicantur affines in 2.genere affinitatis ſub nu.623.verſ. primus.
Attinentiæ mulieris ducendæ in vxorem ſingulæ ſunt exprimendæ nu. 621. & quomodo plures attinentiæ poſſint ſtare in vna perſona num.622.
Affines in 2. genere aſſinitatis an comprahendantur in ſtatuto de compromittendis cauſis conſanguineorum: referuntur tres opiniones, et ſequimur vltimam n.623.
Agnationis ius tollitur per emancipationem, ſed non tollitur effectus agnationis n.623.verſ.1.& verſ.ſecunda.
Affinitas ex duplici copula, & affinitas ex vna copula quæ ſint ſub nu.623.verſ. primus caſus. & verſ. ſecundus caſus.
Arbitri electi à partibus ex neceſsitate ſtatuti ſeu legis coguntur acceptare compromiſſum nu.624.Limitatur in Vrbe nu.628.contrarium nu. 631. retinetur limitatio ibidem. verſ. non recedo.Limitatur etiam quando ex acceptatione compromiſsi poſſent pati aliquod damnũ nu.627.| Secus ſi ſunt electi ex mera voluntate partiũ, quia non coguntur n.633.niſi ſint conſanguinei litigatorum & timeatur aliquod ſcandalũ ex lite nu. 634.
Iudicandi munus eſt neceſsitas, ideoque iudex quis eſſe cogitur nu. 625.
Arbitri electi ad cognoſcendum articulum ſuſpitionis coguntur eſſe arbitri nu.626.
Argumentum à contrario ſenſu poteſt ſumi in ſtatutis etiam ſi ſequatur correctio iuris, quando ſtatutũ alias non operaretur in ſenſu directo nu.629.
Superfluitas potius quàm Correctio eſt euitanda nu.629.
Arbitri etiam voluntarij poſtquàm acceptarunt compromiſſum coguntur nu. 630.
Statutum ſeu Verba alia in eo, quod ſupponunt, non diſponunt num. 632.
Procuratori non cẽſetur data facultas ſubſtituendi ex eo, quod tàm ipſe, quàm eius ſubſtitutus vel ſubſtituendus ſit releuatus ab onere ſatisdandi nu.632.
Acceptatio compromiſsi fit expreſsè & tacitè nu. 635.
Coactio ad compromittendum quomodo fiat nu. 636.
Compromiſſo voluntario expirato, pars inuita non cogitur recompromittere n.637.Contrarium n. 642.Tenetur primum num.645.
Fideiuſſor qui promiſit repræſentare reum, & ſemel repræſentauit amplius non tenetur nu.638 [illegible] ſi promiſerit repræſentare toties quoties fuerit requiſitus tenetur ſolum ad duplicem repræſentationem num. 639.Contrarium ſine reſolutione nu. 640.
Sermo ſimpliciter prolatus verificatur ſolum in prima vice num.641.
Alienata res vbi ſemel fuerit perpetuo remanet alienabilis num.644.

Com

Cõpromiſſo neceſſario expirato, pars cogitur denuo recompromittere nu.646. & 647. & non ſolum denuo, ſed toties donec cauſa ſit ſententiata n.648. Reſtringitur vt ſecũdũ ſtatuta Vrbis poſsit cogi ſolũ per tres vices.n.649 Declaratur vt procedat ſolum in his, qui ſubijciuntur foro capitolino n.650. Reſtringitur etiã in regno Neap. vbi cogi non poteſt vltra duas vices num.659. Reprobatur iſta reſtrictio num. 660.

Lex &
Statutum } ſemper loquuntur ſub nu.647.

Contractus debet celebrari cum qualitatibus, quæ tequiruntur in loco contractus, quia in decidendis cõtrouerſiis contractus & qualitatum contractus attenditur locus, vbi eſt celebratus contractus nu.653. & 654. Fallit hoc quando contrahens eſſet inhabilitatus à ſtatuto, cui eſt ſuppoſitus, quia attenditur illud ſtatutum, maximè ſi ſit fauorabile.nu. 654.

Statutum circa habilitationem & inhabitationem contrahentis extendit vires ſuas extra territorium n.654.

Forenſis qui dicatur quando diſputatur an forenſis ligetur ſtatuto loci vbi litigatur num.656.

Clara ſen... } res dicitur poſt latam ſententiam num.
Certa } 664.

Probationes poſt concluſum in cauſa faciunt notorium iuris num 666.

Compromiſsũ expiratũ an debeat renouari in perſona eorundem, vel aliorum arbitrorum nu. 669. vbi concluditur eſſe renouandum in perſonam aliorum ſi illi ſint effecti inhabiles & nu.670. vbi concluditur ſimiliter eſſe eligendos alios ſi eorum culpa, & negligentia nõ fuit prolata ſententia & n.671. vbi concludetur contrariũ ſi non fuit terminata propter negligentiam partium.

Compromiſſum annullatur ſi arbiter efficiatur inhabilis, & pars opponat num. 669.

Compromiſſum ſeu } durat quamuis ſit expirata inſtan-
Arbitrorum } tia compromiſſi & durat per xxx.
Iuriſdictio } annos nu.672. 715. & 716.

Res facile reuertitur ad primam naturam nu.672.

Inſtantia coram arbitris de iure ciuili durat perpetuo, vel ſecundum aliam opinionẽ durat triennio, inchoando à conteſtatione litis nu.673. verſ. prima. & verſ. ſecunda. & nu.678. Contrarium quòd ſit inchoandum à die cauſæ nu.676. Quòd duret quinquennio n.677. Retenta ſecunda opin. ſoluuntur contraria nu.678. & declaratur vt poſt lapſos annos 27. duret ſolũ per ſpatiũ quod ſupereſt uſque ad annos 30.n.684. De iure canonico inſtantia durat perpetuo n.687. hocque ius attenditur in Curia & vbique in foro eccleſiaſtico nu. 691. & 693. Secundum ſtatuta Vbis durat per menſem nu. 688 In regno Neap. per tres menſes nu.689. Partes poſſunt conuenire vt duret vſque ad triennium nu. 690.

Inſtantia coram arbitratore quanta ſit remiſſiue n. 694.

Arbitria ſuns redacta ad inſtar iudiciorum nu. 674.

Inſtantia iudicii ciuilis durat triennio à die litis conteſtatæ num.675.

Verba generalia reſtringuntur ad licitum nu. 678.

Fatalia non currunt quandiu lis pendet coram arbitro num.679. & quare. remiſſiuè nu. 682.

Fatalia poſſunt prorogari num.690.

Inſtantia currit etiã eo tempore, quo lis pendet coram arbitris nu.680. & quare. remiſsiuè nu. 682. & ſimiliter computaretur coram arbitris totum illud tempus, quo litigatum eſſet coram iudice nu.685.

Inſtantia nec per compromiſſum, nec aliter poteſt à partibus prorogari nu.680. & 681.

Inſtantia coram arbitris incipit à die litis conteſtatæ nu. 683. & licet duret per triennium, tamen ſi à die acceptati compromiſſi vſque ad annũ 30. ſupereſſet breuius tempus triennio, illud ſolum tempus quantũuis breuius triennio ſit remaneret pro inſtantia nu.684.

Compromiſſum durat vſque ad 30.ann. quando à ſtatuto vel à partibus non eſt breuius tempus præfixum, n.717

Inſtantia de iure canonico eſt perpetua nu. 687.

Ius canonicũ ſeruatur in curia Romana n.691. et in quolibet foro eccleſiaſtico & terra ſubiecta eccleſiæ n 693.

Ius ciuile ſeruatur in foro capitolino num. 692. verſ. nec obſtant.

Confirmatio non alterat naturam rei confirmatæ ſub nu. 692. verſ. minus obſtat.

Inſtantia coram arbitris voluntarijs, ſi à partibus non ſit præfixa, & ſtatutum & ius commune prouideant ſolum in alijs inſtantijs diuerſimodè, eſt illa, quam ius commune præfigit iudicibus nu.695. & 696 imò videtur illa, quam ſtatutum præfigit arbitris neceſſarijs nu. 697. Contrarium quòd ſit illa, quam ſtatutum præfigit iudicibus ordinarijs nu.998. & ſeqq.

Inſtantia coram arbitris voluntarijs quare differat magis ab inſtantia coram arbitris neceſſarijs, quàm ab inſtantia coram iudicibus ordinarijs nu. 702.

Caſus omiſſus in ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis num.696.

Simile facilè tranſit in ſuum ſimile nu. 697.

Statutum recipit potius interpretationem à ſe ipſo, quàm à iure communi nu.699. & 701.

Teſtatoris voluntas præſumitur confirmis potius diſpoſitioni ſtatutorum, quàm iuris cõis nu. 699. verſus finem.

Diſpoſitio cuiuslibet ciuis recipit interpretationem potius à ſtatuto & conſuetudine, quàm à iure cõmuni. n.700.

Inſtantiæ perẽptio producit tres effectus n.703. quorũ primus ponitur n.704. ſecundus n.705. & tertius num. 714.

Acta omnia pereunt, perempta inſtantia nu.704. & 706.

Sententia lata poſt peremptam inſtantiam eſt ipſo iure nulla n.705. & 706. Limitatur eſſe verum quando eſt perempta inſtantia iuriscommunis, ſecus ſi ſit perempta inſtantia ſtatuti num.707 Contra limitationem num. 708. Diſtinguitur vt limitatio ſit vera, ſi inſtantia ſtatuti ſit præfixa iudici num. 709. ſecus ſi ſit præfixa cauſæ ſeu iuriſdictioni &c.nu.712. & 713.

Inſtantia præfigitur iudici, vel cauſæ &c. nu. 709.

Inſtantia ſyndicatus perempta, poteſt nihilominus cauſa expediri per ſententiam n.709. in fine. Similiter perempta inſtantia ſtatutaria Vrbis nu. 710. Item perempta inſtantia ſtatutaria Abbatiæ Sublacen. nu.711. ſecus perempta inſtantia conſtitutionis Marchiæ nu.713.

Inſtantia perempta, reus poteſt abſolui ab obſeruatione iudicij, & actor condemnari in expenſis num.714. Ampliatur etiam in cauſa compromiſſa nu. 715. Reſtringitur ampliatio vt non procedat quando compromiſſo eſt aſſignatum tempus nu.717. Reſtringitur etiã quando compromiſſo eſt præfixum tempus à ſtatuto, quod & compromiſſum annullaret lapſo tempore nu. 718.

Terminus præfixus arbitris in compromiſſo non incipit currere niſi à die acceptati compromiſſi nu. 721.

Decretum ſuper alienatione, ſeu compromiſſo faciendo à minore à quo iudice debeat interponi. remiſsiuè num. 722. & 723.

Pœna compromiſsi ſimultanea & mutua contrauentione compenſatur num.724. ſecus ſi vnus contrauenit prius quàm alter, quia ſolus primus contraueniens tenetur ad pœnam nu. 725. quod procedit etiam ſi in compromiſſo eſſet appoſita clauſula [rato manente cõpromiſſo] nu.727. procedit etiam quoad partem pœnæ ſtipulatã pro fiſco nu.729. Sed non procedit quando primus contraueniens ſolniſſet pœnam, quia etiam alter, qui poſtea contraueniret, teneretur ad pœnam nu.730.

Pacem rumpentes pacis ruptæ pœna non tenentur, ſi non conſtet, quis eorum prius ruperit ſub num. 724. verſ. confirmatur.

Pacem rumpens poſtquàm eſt rupta ab aduerſario non tenetur ad pœnam nu. 726. Non procedit quoad partẽ pœnæ ſtipulatam pro fiſco, & ſtante clauſula. rato manente pacto nu.729.

Pœnam ſoluens propter contrauentionem & ſtante clauſula. rato manente pacto habetur ac ſi adimpleuiſſet et ſeruaſſet contractum nu. 388. & 731.

Procurator in rem propriam, ſi ſit conſanguineus aduerſarij, poteſt eum cogere ad compromiſſum, ſtante ſtatuto quòd cauſæ vertentes inter conſanguineos compromittantur num.733.

Procurator in rem propriam poteſt compenſare ſuum debitum cum creditore ſui principalis, ſecus ſi non ſit procurator in rem propriam num.736.

Procurator in rem propriam qui dicatur. remiſsiuè n.737

Venditor conſanguineus eius, qui agit contra emptorem, poteſt venire ad cauſam, & cogere actorem ad compromittendum ex forma ſtatuti mandantis cauſas vertentes inter conſanguineos compromitti num. 734.

Venditor dicitur procurator in rem ſuam nu.734

Clericus auctor laudatus tenetur defendere emptorem coram iudice saculari, coram quo vexatur nu. 735.

Cessionarius non potest cogere consanguineum cedentis ad compromittendum ex forma statuti, mandantis cõpromitti causas vertentes inter consanguineos nu. 738. secus est si consanguineus cedẽtis petat compromissum, quia potest cogere cessionarium non consanguineum num. 739. quòd est verum si statutum loquatur in rem, secus si loquatur in personam num. 740. Nos indistinctè, quòd non possit peti compromissum num. 741.

CAPVT II.

1 COMPROMISSVM, inspecta significatione nominis, dicitur à *cum*, & *promissum*, mutato *u*, in *o*, ratione compositionis, vt ex Prisciano refert Io. Bapt. tract. de arbitr. cap. 1. nu. 1. fol. 225.
2 † Et quoniam dictio cum connotat aliam personam, sequitur, vt compromissum sit simultanea promissio, seu simul promissum, sicut sentit etiã Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. in principio. num. 24. fol. 207. dicens etiam, quòd ista simultanea promissio denotat pluralitatẽ eò, quòd oportet, quòd sin duæ partes, quæ simul promittant de stando arbitrio illius, in quem cõpromittunt; & faciant quæ in simili dixi lib. præced. cap. vlt. num. 1. in contestatione litis: & hæc circa ethymologiam.

3 Sed compromissum in iure secundum Io. Bap. d. c. 1. & latius in cap. 8. fol. 227. definitur quòd est promissio à pluribus facta, qua vni, seu pluribus tribuitur notio cum potestate terminandi controuersiam argumento l. 1. & seq. ff. & C. de recept. arbitr.

4 NOTA obiter ex hac definitione, quòd arbitris tribuitur simplex notio, & non iurisdictio ad differentiã iudicis, cui tribuitur iurisdictio, vt scribunt Paul. de Castr. in d. l. 1. sub num. 1. versus finem. C. de recept. arbitr. Abb. in cap. cum dilectus. num. 3. de arbitr. & Bapt. de S. Blas. tract. de arbitr. & arbitrat. sub nu. 3. fol. 296. & ideo iudex dicitur ferre sententiam, quia habet iurisdictionem, & arbiter dicitur ferre laudum, quia habet solam notionem, vt scribunt ijdem Abb. vbi supra, & Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 1. cap. 7. nu. 1. in fine. fol. 226.

5 Contra prædictam definitionem, & adductas differentias faciunt quæ scribunt M. A. Blanc. tract. de compromiss. q. 9. de sent. & earum effectu. nu. 90. vers. dicas. fol. 202. scribens, quòd sententia arbitrorum electorũ secundum formam statuti est propriè sententia: quia tales arbitri habent iurisdictionem, & sunt iudices ordinarii, idem Blanc. eod. tract. in principio num. 31. & 4. q. princip. in verbo. causa clara. sub num. 3. vers. facit insuper. fol. 165. & Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 56. num. 34. Et quòd nullus dubitet, hos arbitros statutarios esse iudices & habere iurisdictionẽ, & propterea posse mulctare partem, & ob contumaciam denegare audientiam in casu, de quo per Bar. & alios in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. testantur idem Blanc. eod. tract. de compromis. q. 6. in primo quæsito. num. 1. & 2. fol. 178. & Hier. Muscor. tract. de iurisd. & imper. num. 123. vers. postremo excipitur. fol. 24. scribens hos arbitros posse mulctare vti iudices ordinarios datos à lege: & quòd eiusmodi arbitri dicantur iudices scribit etiam Paul. de Castr. in l. 1. num. 1. in fine. C. de recept. arbitr. & ex his videntur infringi definitio & differentiæ allatæ.

Quid dicendum?

6 Distinguo inter arbitrum ex necessitate legis, seu statuti, & arbitrum electum de voluntate partium; sicut distinguunt etiam Paul. de Castr. in d. l. 1. num. 1. versus finem. C. de recept. arbitr. Blanc. d. q. 6. num. 2. & Hier. Muscor. sub d. num. 123.

Si loquimur de arbitris ex necessitate legis, seu statuti; censeo allatam definitionem esse falsam in eo, quod dicitur notio: quia debet dici iurisdictio, & de istis arbitris loquuntur Blanc. d. q. 9. num. 90. vers. dicas. & num. 91. Surd. Hier. Muscor. & Paul. de Castr. in contrarium citati: & isti arbitri, propriè loquendo, possunt vocari arbitri iuris.

7 Et aduerte, quòd tales arbitri dicuntur habere iurisdictionem strictè sumptam; quare non habẽt vllum imperium ad tradita per Blanc. d. tract. de compromis. q. 4. princip. sub. num. 14. & dixi infra num. 70.

8 Et hinc est quòd non cognoscunt de causis mixti imperii iuxta ea, quæ dixi infra num.

9 Si loquimur de arbitris electis de voluntate partiũ; censeo, allatam definitionem esse veram, eorumque sententiam vocari laudum; & in istis arbitris sunt intelligendi Doctores citati in allata definitione, eiusque notando: nam quòd isti arbitri non habeant iurisdictionem, sed habeant simplicem cognitionem de causa, seu differentia scribit etiam Ias. in l. ait prætor. vers. secundus intellectus. sub num. 8. ff. de re iud. & ratio meo iudicio est clara: quia nemo dat, quod non habet; sed partes non habent iurisdictionem: ergo non possunt dare eam, teste Ias. vbi supra; & hi arbitri, propriè loquendo, possunt vocari arbitri compromissarij ad differentiam eorum; qui eliguntur ex necessitate legis, seu statuti, qui, vt dixi, vocantur arbitri iuris.

10 Et, quòd hæ duæ species arbitrorum differant inter se, comprobatur etiam ex eo, quòd causa reconuentionis non potest cognosci ab arbitris compromissariis, idest electis de voluntate partium secundum Spec. tit. de arb. & arbitr. §. differt. in princ. vers. item coram eo. Ant. de Butr. in cap. cum dilectus. vers. oppono quòd. num. 4. & ibidem Abb. sub num. 1. & 2. de arbitr. & Lanfr. tract. de arbitr. in 5. memb. vers. & in hac. num. 33. fol. 213. & hanc esse communem ✻ conclusionem testatur Blanc. d. q. 4. princip. num. 23. vers. causa reconuentionis. & num. 24. vers. causa compensationis: secus est in arbitris iuris, idest electis ex necessitate statuti, teste eodem Blanc. in locis supra proximè citatis.

11 NOTA obiter ex allata distinctione Vestrium lib. 3. cap. 3. sub num. 2. non videri rectè loquutum, dum sentit, hos arbitros de communi partium consensu electos habere iurisdictionem conuentionalem: nam habent, vt dixi, notionem, & non iurisdictionem: nec possumus intelligere eum, vt loquatur de arbitris ex necessitate statuti: quia si loqueretur de istis, errasset postea, dicendo, quòd ab istorum sententia non appellatur.

QVAESTIO I.

12 HIS pro generali instructione præmissis; quæro de pluribus: & primo an litigantes possint se inuicem cogere ad compromittendum.

Resp. quòd de iure communi non possunt l. 3. §. tametsi. l. diem proferre. §. stari. ff. de recept. arbitr. Glo. & & Bar in l. furti. §. quòd iussu. ff. de his qui not. infam. Glos. in cap. suspitionis. in verbo. ad quos omnia. de offic. & potest iud. deleg. Bal. in l. ex stipulatione. C. de sent. & interl. omn. iud. Ant. de Butr. in cap. cum tempore. vers. nota statuta. num. 9. de arbitr. Abb. in cap. 1. num. 1. eod. Paul. de Castr. cons. 13. visis & consideratis. sub num. 2. ibi. & multo minus potest se fundare & cons. 80. super primo. sub num. 2. ibi. nam de iure communi. lib. 2. Corn cons. 65. quoniam præsens. num. 4. lib. 4. Socc. cons. 4. visis actis. num. 2. vers. verum prædictis lib. 1. Alex. cons. 60. visa legitimatione. sub n. 9. lib. 2. cons. vlt. num. 8. lib. 6. & cons. 62. & 144. vtrobique nu. 1. lib. 7. Felyn. in rub. de treg. & pac. sub num. 1. & in cap. pastoralis. sub num. 1. de rescript. & ibi Addition. Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. in præfatione. fol. 247. Lanfr. de Orian. eod. tract. diuis. 7. q. 45. n. 492. M. A. Blanc. tract. de compromis. q. 1. nnm. 3. Affl. qui plures cumulat. decis. 149. num. 5. & hæc est conclusio cõ✻munis, *à qua nemo discedit: nam, vt ait Socc. vbi supra compromissa sunt voluntatis, & non necessitatis.

13 AMPLIA istam communem conclusionem, vt adeo sit vera, quòd si iudex quempiam indebite ad compromittendum compulerit, compromissum sit ipso iure nullum, vt scribunt Caccialup. tract. de transact. q. 20. sub nu. 1. fol. 37. & Fely. d. rub. de treug. & pac. num. 1. & fa-

& facit quod ſcripſi infra n.94.verſ.extende eandem v.

14 LIMITA eandem cõem concluſionẽ primo in Papa,& in Imperatore:quia ipſi poſſunt cogere ad cõpromittendum argumento textus in c. cum inter R. & ibi notant Innoc.& Abb.de elect.& ſcribunt Ant. de But.in c.1.nu.24.in fine.de mut.petit.Paul. de Caſtr. in l.quidam æſtimauerunt.n.6.ff.ſi cert.pet. Alex.conſ. 62. ſub nu.1.lib.7.& in l.æquiſſimum.ff.de vſuſr.Fely in d. rub.de treg.& pac.fallen.2.nu.3.in fine. Caccialup. d. q.20.nu.5.Affl.d.deciſ.149 ſub nu.6.& ibi Vrſil. in annotat.nu.9.& quòd Papa poſſit cogere ad compromittendum,tenuit Rota,vt refert Caputaqu.deciſ.166.nu. 2.& 3.par. 1.

15 EXTENDE iſtam limitationem ſecundum Affl. vbi ſupra vt habeat locum etiã in ſacro conſilio Neap. ex quo repræſentat perſonam Regis.

16 RESTRINGE iſtam limitationem vt procedat in his,in quibus Papa habet liberam adminiſtrationẽ, ſed non in priuatis iuribus aliorum; ita referunt, & ſequuntur Fely.d.rub.de treug.& pac.verſ.tempera vt.n. 4.& Caccialup. vbi ſupra. & ſentit Affl. d. deciſ. 149. ſub num. 6.

17 DECLARA iſtam reſtrictionẽ, vt ſit vera reſpectu tranſactionis & concordiæ,ad quam Princeps non põt cogere ſine iuſta cauſa,vel niſi habeat liberam adminiſtrationẽ rei,de quã eſt controuerſia;ſed reſpectu cõpromiſſi faciendi,vt cauſa determinetur ſecundum diſpoſitionem iuris poteſt indiſtinctè cogere : quia omnis iuriſdictio ſpectat ad Principem:& Fely.& Caccialup in limitatione,& reſtrictione loquuntur de tranſactione & concordia:ergo aliter debent ſentire in compromiſſo prout de iure.

18 LIMITA II. qñ iudex videt ſe non poſſe expedire cauſam per ſententiam: quia tunc põt interponere ſuũ officiũ,& cogere partes ad compromittẽdum Paul. de Caſtr.in l.quidam æſtimauerunt.nu.6.ff.ſi cert.pet.quẽ refert, & ſequitur cum declaratione Caccial. d.q.20. ſub nu.2.idem ſcribit M.A.Blac.tract.de comprom. in princ.ſub nu.1.& Caputaq. deciſ.166.nu.1.par.1.& licet Paul de Caſtr. loquatur reſtrictiuè, qñ ſcilicet iudex præuideret futurum ſcandalum;tamen dico, quòd procedit ſine iſta reſtrictione, quia ſatis eſt quòd moueatur ex aliqua iuſta cauſa: fateor quòd iſtam limitationem non dum vidi vſu receptam; vbi tamen in praxi daretur caſus huius limitationis, dico quòd partes poſſent cogi ad compromittendum etiam de facto, vt in ſimili dixi infra limitatione.ſeq. in fine.

19 EXTENDE iſtam limitationem vt in caſu imminentis ſcandali poſſit iudex cogere non ſolum litigantes ad compromittendum vt dixi,ſed etiam eorum cõſanguineos ad acceptandum compromiſſum, Caccialup.tract.de tranſact.q.20.ſub n.3. & fuit dictum Baldi in l.1.§.quamuis.ff.vbi pupil.educ.deb.quod dictum pro valdè notabili ſequitur etiam Crem.not.58.nemo cogitur.& ex eis Rot.à Vall.conſ.45.n.56.lib.1.quamuis nemo regulariter cogatur inuitus eſſe arbiter. l.3. §.tametſi.ff.de recep.arbitr.

20 LIMITA III. qñ partes diu litigaſſent, & quæſtio eſſet multum dubia : quia tunc iudex diceretur habere iuſtam cauſam cogendi partes ad compromittendum argumento textus in cap.placuit.diſt.90. Ant. de Butr. in c.1.nu.25.de mut.petit.Abb in c. cum inter R. n. . . de elect.Rom.conſ.126.Alex.conſ.62.ſub nu.1.lib.2.& in l.æquiſſimum.ff.de vſufr.Fely.in rub. de treg. & pac. nu.5.Caccialup.tract.de tranſact.q.20.n.2.in fine. Affl. deciſ.149.ſub n.6.Caputaq.deciſ.166.n.1.par.1.Lanfr. de Orian.tract.de arb.diuiſ.7.q.45.nu.92.verſ. ſecundo fallit. fol. 222. quo caſu declarat partes poſſe cogi ad compromittendum de iure, & de facto, ex quo ſi facerent compromiſſum ſolum de iure, nõ obuiaretur liti.

21 LIMITA IIII. quando lis eſt dubia,& non reperitur deciſio in terminis, & rationes militant hinc inde Anch.conſ.210.inter contraria.quẽ referunt & ſequũtur Fely.d.rub.de treg.& pac.ſub n.5.verſ. pro iſta ſallentia.& Affl.d.deciſ.149.in fine:& iſto caſu,vt in præcedenti debent poſſe cogi ad compromittendum de facto:quia ſuppoſito,quod non reperiatur deciſio in terminis, fruſtra compromitteretur de iure.

22 LIMITA V. qñ tales eſſent lis,ſeu lites,vt ex eis inquietaretur Reſp.quia tunc iudex poteſt ſimiliter cogere partes ad compromittẽdum Auth.de mand. prin. §.eos aũt. Ang.in l.furti.§.iuſſu.ff.de his qui not.infam. Lanfr de Orian.tract.de arb.diuiſ.7.q.45.fallent.1.n.92 fol.222.& Fely.rub.de treug.& pac.n.6.declarãs iſtam limitationẽ eſſe veram qñ lis eſt inter magnates, & potẽtes;quo caſu Mart.Lauden.tract.de official q.29.ſcribit poſſe cogi per Magiſtratũ etiã ad pacem ad euitandum tumultum,& benè conſuluit Pariſ.conſ.10.nu.62. & 63.lib. 1.dicens, quòd iſto caſu faciens pacem coactus,tenetur illã obſeruare:ſed aduerte : quia is loquitur inter Barones,& Comites paratos ex diuturna lite ad arma,& bella,& coactos à Locumtenente Imperatoris:& ſic non loquitur in quolibet Magiſtratu.

23 LIMITA VI. qñ imminet ſuſpitio rixæ,& armorũ: vide Fel.qui alios allegat d.rub.de tre.& pac.fall.4.n.5

24 DECLARA iſtas 5.& 6.limitationes nõ eſſe vſu receptas,niſi in Baronũ,& potentũ cauſis,in quibus ſuppremi Principes apponũt manus, qñ ex illorũ litibus, & diſcordiis poſſet oriri rixa,vel quid ſimile:quia iſtorũ damna,ſeu rixæ non tranſeunt ſine multorũ ruina,& iactura;imò eorum delirationum quandoq; pœnam luunt ſoli inculpabiles ſubditi iuxta illud Horatii ad Loilium lib.1.epiſt.

Quicquid delirant Reges. plectuntur Achiui.

ſecus in cauſis inferiorũ,& plebeiorũ:quia iſtorũ ceruices facilè deprimuntur,& niſi abſtineãt à rixa,hoc eſt, quod mali quidã iudices & latrunculatores expetunt, vt poſſint latrunculari,& harpagare.O Principes, & Iudices,quot,quantaque odia,paupertates, & mala proueniunt ex negligentia, ignorantia, & iniuſtitia in dirimendis litibus.

25 DECLARA II. quòd eo ipſo,quòd partes pergunt litigare,& inſiſtunt diſcordiæ,poſſint ex officio,neutra etiam earum inſtante, ſed vtraque inuita cogi ad compromittendum : quia rixæ & ſcandalis debet iudex ex officio obuiare.

26 LIMITA VII. in ſingulis cæteris caſibus,in quibus ius cõe mandat debere eligi peritos,quia tunc coguntur partes eligere arbitros,qui dicũtur arbitri iuris, vt ſcribit Io.Bapt.trac.de arb.lib.5.c.9.fol.249.& qui ſint iſti caſus,in quibus ius cõe mandat eligi arbitros, enumerat Io.Bapt.eod.tract. lib.3.cap. penult.num.2. fol. 241.Et hæc de iure communi.

QVAESTIO II.

De ſtatutis mandantibus cauſas compromitti.

27 IN præcedenti q.egimus de diſpoſitione iuris communis:quæro nunc an ſtatuta mandent fieri compromiſſum & ſint valida?

Reſp. quòd ſecundum ſtatuta & leges municipales plurium locorum iudex poteſt cogere ad compromittendum cauſas & lites,vertentes inter quaſdam perſonas,prout eiuſmodi leges ſeu ſtatuta vigent hic Romæ de quibus in lib. 1. cap. 100. ſtatut. Vrbis. Neapoli in pragm.odia quæ inter coiuuctos.Patauij,de cuius ſtatuto multa ſcripſit M. A.Blanc.tract de compromiſ. Florentiæ,ſub rub.66.lib. 2.de quo Aſin. in prax.§.23.cap. 8.Bononiæ,vt teſtatur Tiraq.tract.ceſſante cauſa. par 1.num.31.verſ.ſed & hinc fol.3. & in Abbatia Sublacẽſi lib. 2. cap. 20. & ne diutius in eiuſmodi ſtatutorum dinumeratione immorer,dico quòd talia ſtatuta extant per diuerſas ciuitates Italiæ,ſicut teſtantur etiã Blanc. tract.de compromiſ.in princip.& Caputaq. deciſ. 166. num.1.verſus finem.par.1.& in multis locis vt teſtatur Tiraq vbi ſupra.

28 Hæc ſtatuta;quia fouent publicam vtilitatẽ,ſunt valida,vt dicunt Paul.de Caſtr. in l.quidam aſtimauerunt. ſub num.6.ff.ſi cert.pet. Abb.in cap. 1.ſub num. 1. ibi.ex quibus infertur.de arbit.& Matth in d.pragm odia quę.
* col.1.lin.20.&,quòd hæc opinio ſit vera,& nullus * ab ea diſcrepet,late teſtatur M.A.Blanc d.tract.de compromiſ in principio.& late etiã diſputando Io.Bapt. tract.
49 de arbitr. lib. 5.cap. 10. verſ. quid igitur.fol. 249. † & quia ſunt facta in odium litium,ſunt fauorabilia,vt refert,& ſequitur Socc.conſ.4. verſus finem.num.7.lib.1.

& scribit Paul. de Castr. à nobis citatus infra sub num. 623. & ex pluribus refert & sequitur Tiraq. tract. cessante causa. par. 1. nu. 35. & 36. vers. tamen. & vers. sed & tale fol. mihi 3. & pulchram huius statuti rationem sume ex textu in l. congruentius. C. de patr. potest. quem allegat Matt. in d. prag. odia quæ. col. 1. in princ. fol. 421.

30 INTELLIGE ista statuta habere locum & procedere, quando altera pars instat pro compromisso, alias sine instantia partis non debet procedere ad compromissum non petitum Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diuis. 7. q. 45. num. 92. fol. 222. M. A. Blanc. tract. de compromis. q. 5. in verbo. si petatur. num. 1. fol. 176. Maran. in suo spec. par. 6. actu 2. sub num. 13. dicentes debere etiam citati partem; & ita scribunt communiter * omnes, quicquid laciniosa distinctione scripserit Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. cap. 11. hæcquè intelligentia seruiet tibi; Sublacensis, qui habes statutum lib. 2. cap. 20. disponens simpliciter, iudicem debere cogere partes ad compromittendum, nulla in eo facta mentione de instantia partis: debes enim intelligere illud statutum, quando altera pars petit compromissum; Sed tu, qui versaris in foro capitolino nõ eges ista declaratione; quia statuta Vrbis lib. 1. cap. 100. expresse indicant requiri instantiam partis in illis verbis *ad instantiam patris*: minus eget Neapolitanus propter illa verba *ad petitionem* apposita in d. pragm. odia quæ. sicut aduertit etiam Maran. vbi supra.

QVAESTIO III.

Compromissum vsque ad quam partem iudicij possit peti.

31 QVAERO in qua parte iudicij, seu vsque ad quam partem iudicij possit peti compromissum.

Resp. distinguendo triplicem speciem compromissi.

PRIMA species est compromissi voluntarij, faciendi de mera partium voluntate.

In ista specie concludo, compromissum posse fieri in qualibet parte iudicij, in qua partes conueniunt facere compromissum, sicut aduertit Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diuis. 7. q. 52. num. 105. fol. 223. immò partes possent cõpromittere etiam post sententiam, & post rẽ iudicatã: quia quilibet est rei suæ moderator & arbiter.

32 SECVNDA species est compromissi faciendi ex dispositione seu necessitate iuris communis.

In ista secunda specie distinguo duos casus.

Primus casus est quando arbitri sunt eligendi circa vnum articulum causæ, vt puta circa supitionem iudicis: Et concludo esse eligendos in occurentia ipsius articuli antequàm procedatur ad alios articulos: quare si pars alleget iudicem suspectum, arbitri debent cognoscere suspitionem priusquam procedatur ad litis contestationem, seu alium actum; nam suspitio debet allegari in principio per ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 101. num. 7. & seq. & arbitri debent eligi infra tres dies à die, quo iudex recusatur, vt suspectus, vt dixi eod. cap. 101. sub num. 24.

33 Secundus casus est; quando sunt eligendi circa totã causam; Et in isto; si loquimur de compromisso ex mandato Papæ iuxta primam limitationem, quam posui supra num. 14. dico, posse fieri quandocunque placuerit Papæ indistinctè, & sic in qualibet parte iudicij: nam si Papa potest restituere in integrum aduersus rem iudicatam; à fortiori debet posset cogere ad cõpromissum præsertim ante sententiam: si verò loquimur de compromisso ex mandato iudicis: dico, regulariter ad illud non deueniri, nisi lis prius deuenerit ad aliquem statum seu casum ex his, quos posui supra num. 18. vsquè ad num. 23. inquibus diximus, quòd ius commune concedit partes posse cogi ad compromissum, quando iudex videt, se non posse expedire causam per sententiam, vel quãdo partes diu litigassent; vel quando lis esset dubia aut quando ex lite immineret timor rixæ seu tumultus; qui casus non possunt applicari nisi litibus senescentibus, aut saltem iam adolescentibus.

Neque huic compromisso obstare poterit publicatio attestationum, & processus, quasi tunc res sit clara & liquida, & ideo non sit locus compromisso iuxta ea, quæ scripsi infra num.

Quia resp. quòd dum nos supponimus casum, qui non possit definiri à iudice per sententiam, necessariò supponere debemus etiam illum casum non esse clarum, quamuis attestationes essent publicatæ.

34 TERTIA species est compromissi faciendi ex necessitate statutorum, de quibus loquuti sumus supra num. 27. vers. secundum.

In ista tertia specie dico posse dubitari. Prima enim opin. est quòd possit peti solum ante contestationem litis: & hanc tenent Paul. de Castr. cons. 320. quòd in causa appellationis: sub num. 2. ibi: non n. est eadem ratio. & apertius sub num. 4. ibi. constat autem quòd ista petitio lib. 1. Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diuis. 7. q. 52. num. 104. & sub num. 106. & 107. vers. præterea fol. 223. vbi ad hoc transcripsit consilium Marci de Perusio. Affl. decis. 185. num. 2. & in pragm. odia quæ. lin. 71. idem sentiunt M. Ant. Blanc. tract. de comprom. q. 4. num. 123. in verbo. exceptio litis pendentiæ. fol. 176. & Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 4. de attent lite pendente. limit. 2. num. 63. fol. 326. & limit. 14. num. 3. & 4. fol. 330. dum scribunt, quòd exceptio litis pendentiæ impedit compromissum & eius petitionem: Sed litis pendentia inducitur per contestationem litis iuxta ea, quæ scribit M. A. Blanc. supra citatus: sicque videtur communis * opinio, quòd possit peti solum vsque ad contestationem litis.

35 Ratio huius opinionis est, quia declinatoria fori potest opponi solum vsquè ad contestationem litis, & non postea Bal. in auth. habita. §. verum. vers. quarto quæritur. num. 36. C. ne fil. pro patr. quem referunt & sequuntur Lanf. & Affl. vbi supra: & esse communem * opin. retuli & sequutus sum lib. præced. cap. 101. sub num. 7. At petitio compromissi est exceptio declinatoria fori iuxta ea, quæ scribunt Paul. de Castr. & M. A. Blanc. in locis supra proxime citatis, & apertius idem Blanc. eod. tract. de compromis. q. 5. sub num. 3. fol. 176. Ergo.

36 Confirmatur ista ratio: quia petitio compromissi est exceptio dilatoria, respiciẽs personam iudicis. seu declinatoria iurisdictionis, & fori, vt dixi: sed eiusmodi exceptio est opponenda non solum ante contestationem litis, sed etiã ante alias exceptiones dilatorias: nam opponens aliam ante istam videtur consentire in iurisdictionẽ iudicis, coram quo opposuit, & consequenter eiusdem iurisdictionem postea declinare non posset iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 101. num. 7. & sub num. 8. vers. contrariam.

37 Secundam opin. contrariam præcedenti; quòd possit peti post contestatam litem, sed ante publicatas attestationes; tenet idem Paul. de Castr. in principio C. post rub. num. 5. quem refert & sequitur Capic. decis. 48. in fine num. 5. qui loquuntur. in compromisso faciendo ex necessitate statuti.

38 RETENTA prima opinione, quæ est communis, & vera propter auctoritates, & rationes in ea adductas.

AMPLIA eam, vt procedat etiam si statutum loqueretur de compromittenda lite; quia adhuc compromissum deberet peti ante contestationem litis: & moueor, quia licet lis propriè sumpta dicatur post contestationem, vt ex communi opinione retuli infra num. 44. & impropriè dicatur ante contestationem, & consequenter statutum, attenta proprietate verborum, mandet fieri compromissum post contestationem litis, tamen dico, tolerabilius esse, quòd in statuto improprientur verba, quàm natura rei; sed si lis sumeretur propriè, impropriaretur natura exceptionis declinatoriæ, quæ est vt possit opponi solum ante contestationem litis: item est magis fauorabile impropriare verbum litis: quia quantò citius deuenitur ad compromissum, tantò citius occuritur odio, quod lis producere solet inter coniunctos.

39 AMPLIA II. vt compromissum debeat peti non solum ante contestationem litis, sed etiam ante alias exceptiones, vt dixi supra num. 36. vers. confirmatur.

40 AMPLIA III. vt procedat etiam ſi ſtatutum loqueretur de compromittenda lite, quæſtione, & controuerſia, vel vteretur alio ſimili verbo, quod ſignificaret ſtatum litis cõteſtatæ, & ſtatum litis non cõteſtatæ; quia adhuc cõpromiſsũ poſſet peti ſolũ ante cõteſtatione n litis propter eaſdem rationes, quas adduxi ſupra.

41 Contra iſtas ampliationes ſentit M.Ant.Blanc.tract. de compromiſ.q.5.nu.3.& 4.vtrobique in fine.fol.176.& 177 vbi aperte tenet contra iſtam vltimam ampliationem, inferens, quòd Lanfr.& Marc.de Peruſ.male ſentiunt quoad ſtatutum, de quo in præcedenti tertia ampliatione, dum tenent, vt ante litem conteſtatam, & infra triduum debeat peti compromiſſum eò, quòd ſit exceptio dilatoria.

42 Quid dicendum?

Reſp. in puncto iuris non eſſe recedendum ab iſtis ampliationibus: quia alias non poſſet reperiri caſus, in quo verificaretur cõmunis opinio, firmata ſupra n.34. verſ. in iſta tertia. cum in omnibus ſtatutis neceſſariò apponantur aut verba, quæ denotant ſtatum litis conteſtatæ; aut verba quæ denotãt vtrumque ſtatum, videlicet litis conteſtatæ, & litis non conteſtatæ; vt patet diſcurrendo ſingula verba, de quibus egimus infra nu. 44.& ſeqq. ſicquè compromiſſum peti poſſet ſemper poſt litẽ cõteſtatã, quod eſt contra illã cõem opinionẽ.

43 RETENTA tamen opinione cõtra præcedentes ampliationes, videlicet, quòd in terminis ſtatuti poſſit peti etiam poſt conteſtatam litem, ex quo iſta opinio eſt fauorabilior.

DECLARA eam, vt ſint inſpicienda verba ſtatuti: etenim vel ſtatutum loquitur de lite; vel de quæſtione vel de cauſa, vel de cõtrouerſia; vel de differentia, aut de diſcordia, & de ſimilibus, aut de his omnibus ſimul, vt diſtinguendo conſiderauit Lanfr.de Orian.tract. de arbitr.diuiſ.7.num.28.fol.218.dicens hęc eſſe vtilia pro ſtatutis diſponentibus, quòd, ſi fuerit lis, cauſa, quæſtio, controuerſia inter affines, fiat compromiſſum &c. nam inquit ſi diceretur in ſtatuto: ſi fuerit lis, & non adijceretur cauſa, cõtrouerſia, quæſtio &c. non poſſet peti compromiſſum, niſi poſt litis conteſtationem: eandem doctrinam conſiderauit M.Ant. Blanc.tract. de compromiſſ.q.5.princip.nu.3.fol. 176.dicens propterea in terminis ſtati Patauini poſſe peti compromiſſum in quacunque parte iudicij uſq; ad publicationem proceſſus.

44 SI ſtatutum ergo loquitur de lite: concludo vna cum M.A. Blanc. tract.de compromiſ. in principio. in verbo. quæſtio.num.7.fol.139. compromiſſum eſſe petendũ poſt litis conteſtationẽ pro: Moueor pro iſta concluſione, quia lis non dicitur, niſi poſt conteſtationem ipſius cap. ex parte veſtra.il 2.de verb.ſign. Petr. & Cyn. in l.cauſas.n.1.C.de tranſact.& ibidem Bar. n. 2. Paul. de Caſtr. ſub num.3. & Iaſ.in fine. num.12.Lanfr. de Orian. tract.de arbitr.diuiſ. 7.q.12.ſub num.27. ibi. ſed bar. fol.217.& ſub num.28.fol. 218. Mar. Socc. in cap. venerabilis.num.24.de iudic. inter tract. diuerſ. de iudic. fol.98.& non diſſentit Aſin.in prax.cap.1.num. 12, in fine.fol.2. concludens litem minus propriè appellari ante conteſtationem, & eſt magis communis * opinio, de qua teſtatur Blanc.d.tract. de compromiſ. in princ.num.6.fol.139. & , quòd ſit magis communis, * & vera, taſtatur etiam Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in fine.num.64.à qua communi non recedas, quicquid in contrarium tenuerint Gloſ.1. in dicta l. cauſas. & ibidem Bal.in principio.& Iac. Butr. qui arbitrati ſunt litem incipere ante conteſtationem, & durare etiam poſtea; & quicquid declarando ſenſerit Alc.in l. litiſ. nu. 1. ff.de verb.ſignif.dicens, litem propriè ſumptam dici etiam ante litis conteſtationem, ſeu acceptum iudicium; ſumi tamen etiam pro inſtantia cauſæ iuxta ſubiectam materiam.

45 SI de quæſtione: concludo idẽ, videlicet; quòd compromiſſum peti non poteſt niſi poſt conteſtationem litis: Cuman.conſ.17.hieronymus.quem referunt, & ſequuntur M.Ant.Blanc.tract.de compromiſ.in principio in verbo.quæſtio,num.7.fol.139.& Aſin.in prax.iudic. cap.1.nu. 24.& 25.fol.3.& ſententia iudicis, quæ aliter decideret pro executione dicti ſtatuti non valeret, teſtibus ijſdem Cum.& M. Ant.Blanc.vbi ſupra: & iſtã concluſionem teneas, quicquid in contrariũ videatur ſentire Bald.in l.cauſas.ſub num.1. C. de tranſact; dicens, quòd quæſtio poteſt eſſe ſine lite, & cauſa: quia poteſt moueri etiam extra iudicium, ſumenſque quæſtionem pro controuerſia.

46 SI loquitur de cauſa: concludo poſſe peti tam ante quàm poſt litis conteſtationem: Moueor pro iſta concluſione, quia cauſa vti terminus generalior dicitur tam ante, quàm poſt conteſtationem litis; ſicut firmãt Cy.& Bar.in dicta l.cauſas. in vtraq; lectura. & ibi Addition. C.de tranſact. Rom.conſ.412. primo habenda. num. 8. Lanfr.de Orian.tract.de arbitr.diuiſ.7.nu.27.fol.217.& Maran.in ſuo ſpec.par.5. in fine.ſub num.66. & hæc eſt magis communis * & frequentior ſententia ſecundum Aſin.in prax.iudic.cap.1,n.16.& 18.à qua non recedas; quicqud in contrarium ſenſerint Gloſ.1.in. d. l. cauſas. ibi.tu potes dicere. ſentiens cauſam dici poſt litis conteſtationem ad differentiam litis, quæ dicitur ante & poſtea.& ibidem Bal.vbi ex Iac.Butr.refert, & ſequitur quòd ſtante ſtatuto, quòd, abſente aduocato cauſæ propter ambaſſiatam communis; ſint feriæ cauſæ, ſtatutum non habet locum in aduocato, qui ſe abſentauit ante litem conteſtatam, quia non dicetur aduocatus cauſæ; ex quo cauſa propriè dicitur poſt litem conteſtatam.& quicquid ſentiat forſan Mar. Socc. in cap. venerabilis. nu.24.de iudic.inter tract diuerſ.ſcribens, cauſam dici ante conteſtationem litis: quia, vt dixi, dicitur ante & poſtea, & ſic intelligo ipſum eò, quòd allegat Bar.in d. l.cauſas.

47 DECLARA iſtam communẽ ſententia ſecundũ ea, quæ ſcribit Curt.Sen.tract.de iureiu.§.quòd ſi actor.n. 8.fol.134.inter tract. diuerſ. vt cuſa non dicatur, niſi ſit præſtita ſatiſdatio, ſcribens cauſam dici inchoatã ante litem conteſtatam, ſed poſt præſtitam ſatiſdationem.

Verũ hęc declaratio hodie eſt ſuperflua, ex quo iſtæ ſatiſdationes receſſerũt ab vſu iudicij, vt ex plurĩũ teſtimonio retuli lib.præced, cap.101.q.8.ſub nu.55.& 56.

SI de ſignificatione huius nominis cauſæ plura videre deſideras legito Aſin.d.cap.1.

48 Infero ex hac concluſione, quòd, cũ pragmat. Regni Neap.odia quæ, diſponat, cauſas ciuiles eſſe cõpromittendas inter conſanguineos; cõpromiſſum peti poteſt tã ante litis conteſtationẽ, quàm poſt: vide infra nu.61.

49 RESTRINGE eandem concluſionem, vt non habeat locum in foro Capitolino, vbi ſtatuta lib.1.cap.100 licet loquãtur aperte de cauſis, & propterea potuiſſet de iure communi peti tam ante, quàm poſt litis conteſtationem, tamen aperte diſponere uidentur, quòd peti poſſit ſolum ante & non poſtea.

50 SI loquitur de controuerſia; concludo ſimiliter, quòd poteſt peti tam ante, quàm poſt litis conteſtationem. Moueor eodem fundamento; videlicet, quia controuerſia dicitur tam ante litem cõteſtatam, quàm poſtea; imò dicitur tam ſi ſit mota iudicialiter, quàm ſi ſit mota extraiudicialiter Bal.in l.cauſas.ſub nu.1.C.de tranſact.& in l. diuus.not.1.ff.de petit.hæred.Lanfr.de Oriã. tract.de arb.diuiſ.7.n.27.fol.227.Mara.in ſuo ſpec.p.5. in fine nu.68.& late M.Ant.Blanc.tract.de compromiſ. in principio.in verbo.controuerſia n.8.fol.139.& Aſin. in prax.iudic.c. 1. n.14.fol.2.dum ſcribit controuerſiã dici etiam ante litem conſtatam; dicendo enim, etiam ante litem conſtatam, ſentit quòd dicatur poſt litem cõteſtatam: & hæc eſt communis * & vera opinio, aqua non recedas, quicquid obiter & inaduertẽter videatur in contrarium dixiſſe Rot. deciſ. 3. alias 306. ſi actor. ſub nu.2. de renunt.in nou.dicens controuerſiam non dici ante litis conteſtationem.

51 Infero ex hac concluſione ad ſtatutum Sublaci lib. 2.cap.20. non ſapienter in eo videri addita illa vltima verba. *& hoc habeat locum ſi lis vel controuerſia eſſet:* quia lis, & quæſtio, quas illud ſtatutũ in primis verbis mandat compromitti, denotant litem conteſtatã, vt firmaui ſupra n.44.& 45.verſ.ſi ſtatutum.& verſ.ſi de quæſtione.ſed cõtrouerſia, de qua loquitur in fine relatiuè ad præcedẽtia, denotat tam litẽ conteſtatã, quàm nõ cõteſtatã, vt dixi ſupra n.præced.verſ. ſi loquitur de controu.& ſic illud ſtatutũ, vtendo poſtea verbo cõtrouerſia; videtur recedere à prima diſpoſitione circa tp̃s petẽdi cõpromiſsũ, & cõſequẽter poſſet in eo oriri difficultas, an cõpromiſsũ poſſit peti ẽt ante cõteſtationẽ litis

in qua

in qua difficultate responderem affirmatiuè, quòd possit peti etiam ante contestationem litis: & mouor præsumendo quòd statutum sumpserit potius quæstionem pro controuersia, quàm controuersiam pro quæstione; & ratio præsumptionis est: quia statutum sic redditur magis pronum ad compromissa & consequēter ad extinguenda odia, quę ex litibus oriri solent inter consanguineos.

52 SI loquatur de differentia: responderem idem quod dixi de controuersia; licet non viderim Doctorem, loquentem in isto termino.

53 SI de discordia: concludo in primis posse cōpromissum peti ante contestatam litem, prout sentiunt Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diuis. 7. nu. 28 fol. 218. & Asin. in prax cap. 1. num. 14. fol. 2. dum scribunt discordiam dici ante litem contestatam, moti ex Gl. vlt. cap. ex parte. il 2. in verbo litis contestatio. in fine. de verb. signif. concludo secundo posse peti etiam post contestatam litem, quia discordia dicitur etiam post litem contestatā secundum Asin. vbi supra. dum scribit discordiam dici etiam ante litem contestatam.

54 SI de omnibus: concludo à fortiori, quòd compromissum potest peti in quacunque parte iudicij: vt in terminis statuti Pataulni scribit M. Ant. Blanc. tract. de cōpromis. q. 5. princip. nu. 3. fol 176. & innuit vtiliter Lanfran. d. diuis 7. num. 28 fol. 218.

55 Contra istam vltimam conclusionem, & contra alias præcedentes oppono: quia; attēta expositione præfatorum verborum statuta, quæ vtuntur isto verbo controuersia, seu causa, vel alio simili, quod denotat vtrumquè statum litis, nimirum contestatæ & non cōtestatæ otiose, vel pugnatiuè vterentur verbo litis, seu quæstionis, quod denotat solum statum litis contestatæ; & tamen supponimus huiusmodi statuta.

56 Huic oppositioni resp. istam superfluitatē, seu otiositatem esse quandoquè tolerabilem in statutis, & legibus ad tollendas disputationes; & cauillationes circa proprietatem verborum.

57 Retentis istis conclusionibus iuxta naturam verborum, quibus vteretur statutum; resp. ad communem opinionem, quæ facit in contrariū, & fuit à nobis firmata supra nu. 34. vers. in tertia specie. quòd posset procedere quando statutum posset vti, & veteretur talibus verbis, quæ nullum importarent statum causæ: quia tunc petitio compromissi retineret naturā suam exceptionis dilatoriæ, & propterea haberet locum solum ante litem contestatam, ex quo exceptio litis pendentiæ impedit compromissum, vt ex M. Ant Blanc. & Lancel. retuli & sequutus sum d. num 34. vers. in tertia spetie.

58 RETENTA conclusione; quòd compromissum possit peti post litem contestatam iuxta ea, quæ scripsi supra num. 44. vers. si statutum ergo. & in quacunque parte iudicij, vt dixi supra num. 54. vers si de omnibus.

RESTRINGE eam, vt possit peti solum vsque ad publicationem processus, & non postea: quia post publicatas attestationes res dicitur liquida, & ideo super ea non potest peti compromissum; testibus Paul. de Castr in principio C. post rub. sub nu. 4. & 5. & Capic. decis. 48. num. 5 & apertius Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. cap. 13. vers. facit etiam. fol. 250. & M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q 5. princip. nu. 4. fol. 176. adde ad vberiorem declarationem quæ scribit Io. Bapt. d. lib. 5. cap. 15.

59 Infero ex ista restrictione primo, quòd compromissum non potest peti post conclusum in causa; testibus Io. Bapt. & M. Ant. Blanc. quos retuli & sequutus sum infra num. 665. quicquid in contrarium tenuerit Bal. cons. 255. post conclusum. lib. 4. contra quē tenet Blanc. vbi infra.

60 Infero secūdo, quòd multò minus pōt peti post latā sentētiam Bal. d. cons. 255. post conclusum. in fine lib. 4. hancq; illationem latius probamus infra n. 661. & 662.

61 LIMITA seu declara præcedentem restrictionem, vt non habeat locum in Regno neap. quia ibi ex dispositione pragm. odia quæ. potest peti solum vsquè ad dationem termini ad probandum, & nō postea; super qua pragm. poteris pro vberiori satisfactione uidere comment. ad eam. lin. 71. Affl. decis. 185. & ibi Vrsil. in annot. & Capic. decis. 48. num. 8.

QVAESTIO IIII.

Causæ, quæ non compræhenduntur in statuto, mandante causas compromitti.

62 QVAERO stante statuto, quòd causæ vertentes inter propinquos, seu consanguineos, & affines vsque in quartum gradum, compromittantur; an omnes causæ sint compromittendæ.

Resp. qđ nō, sed limitatur istud statutū multipliciter.

LIMITA ergo primo, vt non habeat locū in qōne iuris: quia in iure oīa sunt clara, & certa Bal. in l. ancillæ. not. 2. n. 3. C. de furt. Alex. cons. 62. visa facti. nu 6 lib. 2. & ibi Addition. ad eū. Maran. in suo spec. par. 6. actu 2 nu. 29. Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. c. 13. vers. secunda exceptio. & M. Ant. Blanc qui plures congerit tract. de compromis. q. 4. princip. sub n. 1. vers his præsuppositis. & nos notauimus obiter lib. præced. c. 102. sub nu. 5. & ✲ hæc est opinio cōis * sine contradictione; & quòd ius dicatur notorium, scribit Felyn in c. cum venissent. sub nu 1. de iudic. & faciunt quæ dixi infra c. 7. limit. 7. nu. 203. & seqq.

63 RESTRINGE istā limitationem, vt non habeat locum, qñ articulus, seu illa quæstio iuris esset probabiliter dubia Corn. cons. 290. quod fuerint iustè. nu. 4. in fine & n. 5. lib. 1. Socc. in rub. nu. 1. & 2. ff. de reb. dub. Ias. in l. 1. sub n. ... ff. de transact. Io. Bapt. tract. de arbit. lib. 3. c. 15. fol. 240. & lib. 5. cap. 13. vers. secunda exceptio. Maran. & M. Ant. Blanc. in locis supra proximè citatis. & ratio est; quia quæstio iuris æquiparatur quæstioni de facto, quādo est probabiliter dubia, vt scribūt præcitati Doct. & nos in eodem proposito diximus lib. præced. d. cap. 102. sua. nu. 5.

64 Quæstio iuris probabiliter dubia in isto proposito dicitur, qñ agitur de intellectu alicuius legis, quę varijs interpretationibus exponeretur, vt sentiunt Socc. vbi supra Io. Bapt. d. lib. 3. c. 15 M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q. 4. princip. sub nu. 2. fol. 165. & ratio est; quuia eius, quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur, vt scribunt ijdem Socc. & M. Ant blanc. vbi supra Io. Roy. tract. de hæret. nu. 370. & ex Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in princ. ff. de offic. proconf. retuli & sequutus sum lib. præced. cap. 1. sub nu. 2.

65 Dubia etiam dicitur, quando de ea extant variæ Doctorum opiniones, Io. Bapt. d. lib. 3. c. 15. fol. 240. & M. Ant. Blanc d. q. 4. princip. sub num. 2. fol. 165. quos pro vberi satisfactione poteris videre.

66 LIMITA II. vt non habeat locum in causis criminalibus l. non distinguemus. §. iulianus. & ibi Bar. & Bal. ff. de recep. arb. Paul. de Castr. in l. si qui ex. sub nu. 3. vers. vltimo tenendo. C. de episc. aud. Lanfr. de Orian. tract de arbit. in 4. partic. num. 1. & 10. fol. 211. M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q. 4. n. 26 fol. 168. Pac. Scal. de cons. sapien. lib. 2. c. 21 & 22. fol. 340. Asin. in prax. §. 25. cap. 8. nu. 3. Affl. in constitut. post citationem nu. 2. lib. 2. & Maran. in suo spec. par. 6. actu. 2. nu 14. licet hi duo postremi loquantur in terminis constitutionum, & pragmaticarum Regni Neap.

67 Ratio huius limitationis secundum Gloss. & Bar. in dicto §. iulianus. M. A. Blanc. vbi supra, Pac. Scal. ✲ d. cap. 22. & alios communiter, * est, ne pœna corporalis per compromissum vertatur in pecuniariam.

68 Sed hæc ratio est defectiua, & consequenter non omnino bona: quòd sit defectiua patet ex eo: quia licet causa criminalis versaretur circa pœnam pecuniariam; tamen non posset compromitti iuxta ea, quæ scripsi infra nu. 73. & 75.

69 Secunda ratio, si placet, potest esse ea, quam considerat Lanfr. de Orian. d. partic. 4. sub nu. 3. fol. 211. quia si posset fieri compromissum, collusio fieret in præiudicium Reip. nam offensor semper quæreret facere compromissum, & offenso aliquid daret, vt desisteret.

70 Tertia ratio potest esse, quia in causis criminalibus agitur cum imperio, quod arbitri non habent, sed habent solam iurisdictionem, vt retuli & sequutus sum supra nu. 7. vers. & aduerte.

71 Quarta ratio, & hæc vera meo iudicio; est, quia in cā criminali, quæ criminaliter agitur cōsideratur principaliter Fiscus, qui nemini ē cōsanguineus; & accusator consi-

conſideratur acceſſoriè, & per modum adhærentis; &
& ideo licet accuſator vellet deſiſtere, tamen non de-
ſiſteret Fiſcus; quare, remota conſanguinitate inter li-
tigantes, ceſſat etiam ſtatutum.

72 EXTENDE iſtam limitationem primo vt habeat
locum etiam in delicto priuato, quia de eo non poſ-
ſet fieri compromiſſum. dicta l. non diſtinguemus. §. iu
lianus. & ibi Gloſ. in verbo. de famoſo. ff. de recept.
arbitr. & Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 13. ibi: ad hoc.
de colluſ. deteg. quem ſequutus ſum infra c. num. . . .
& etiam in terminis huius extenſionis intelligo Bar.
Bal. Paul. de Caſtr. & alios citatos in limitatione: quia
ſatis eſt, quòd agatur criminaliter pro pęna applican-
da Fiſco.

73 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in cau-
ſis mixtis, in quibus pęna partim applicatur parti,
& partim Fiſco, Alex. conſ. 82. in cauſa vertente. verſ.
quoad ſecundum. ibi. ſecundo. num. 6. verſus finem
lib. 1. & M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 4. prin-
74 cip. in verb. cauſa criminalis. num. 26. fol. 168. † &
ratio ſecundum eundem eſt: quia magis dignum tra-
hit ad ſe minus dignum, ſed magis digna eſt cauſa in ea
parte, qua pęna applicatur fiſco, quia applicatur publi
co & ad publicam vindictam.

75 DECLARA iſtam extentionem ſecundum eun
dem Blanc. eod. num. 26. circa medium, vt ſit vera,
quando lex, ſeu ſtatutum imponit pænam coniunctim,
vt puta quia dicat: *turbans condemnetur in centum quo-
rum dimidia ſit partis, & altera Fiſci*: ſecus ſi imponat
pænam ſeparatim dicendo: *turbans condemnetur in
quinquaginta fiſco, & in quinquaginta parti*: quia ſta-
tuto loquente iſto vltimo modo poſſet fieri compro-
miſſum de quinquaginta partis: & pro hac declaratio-
ne faciunt quæ ſcribit Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt.
1. num. 93. verſ. ad vnum tamen.

76 Contra iſtam declarationem facit: quia relati duo
modi conſtituunt ſolam differentiam verbalem, &
non realem; cum tàm in primo, quàm in ſecundo inſit
illa efficax ratio, ne continentia cauſæ diuidatur, &
vt magis dignum trahat ad ſe minus dignum.

RESTRINGE iſtam extenſionem, vt non ha-
beat locum in Regno Neapolit. ex diſpoſitione prag-
mat. odia quæ. quia mandat compromitti tàm cauſas
ciuiles, quàm mixtas. & notat Maran. in ſuo ſpec. par.
6. actu. 2. ſub num. 14.

Cauſæ mixtæ dicũtur qñ pęna partim applicatur fi-
ſco & partim parti, vt late declarat Maran. in ſuo ſpec.
p. 4. diſt. 1. ſub n. 92. verſ. vidimus & n. 94. verſ. ſupereſt.
& ſeqq. ad quem in occurenti caſu te remitto: & ſen-
tiunt Alex & Blanc. ſupra citati in iſta 2. extenſione.

77 EXTENDE III. vt habeat locum etiam in ſpo-
lio, quod incaleſceret criminalitati ſecundum ea, quæ
refert & ſequitur Affl. deciſ. 84. & in pragm. odia quæ.
col. 2. lin. 21. fol. 421. dicens. quòd cauſa ſpolij non
compromittitur virtute illius pragmaticæ. Lanc. tract.
de attent. par. 3. cap. 24. q. 25. num. 14. fol. 436. & iſta
extenſio eſt vera non ſolum ratione criminalitatis, cui
78 ſpolium ſolet incaleſcere, ſed etiam, † quia ſpolij ex-
ceptio impedit litis ingreſſum iuxta ea, quæ refert, &
ſequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 4. prin-
79 cip. in verbo. exceptio ſpoliationis. num. 112. fol. 175. †
& exceptio, quæ impedit litis ingreſſum, impedit etiam
compromiſſum, vt ſcribunt Capic. deciſ. 66. num. 2. &
idem Blanc. d. q. 4. verſ. prima erit. ſub nu. 32. fol. 169.

80 DECLARA nunc reſtringendo iſtam ſecundam
limitationem vt non ſit vera, quando agitur ciuiliter:
quia tunc poteſt compromitti, vt ſcribunt Bar. in l. non
diſtinguemus. §. iulianus. ſub num. 1. ff. de recept. ar-
bitr. Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. partic. 4. num. 1.
& 2. fol. 211. Affl. deciſ. 84. num. 3. & M. Ant. Blanc. d. q.
4. ſub. num. 26. vbi alios allegat fol. 168. & ita commu-
niter * tenetur ab omnibus.

81 LIMITA III. vt non habeat locum in cauſis
mixti imperij, quia nõ cõpromittuntur Bar. in l. non di-
ſtinguemus. §. de liberali. n. 2. verſ. ex hoc dicebã & in §.
quæſitum num. 2. ff. de recepit. arb. Maran. in ſuo ſpec.
par. 6. actu. 2. num. 32. limit. 16. & latius Blanc. d. q.
4. in verbo. cauſa mixti imperij. num. 10. vbi alios alle-
gat. fol. 166.

82 EXEMPLIFICA iſtam limitationem in con-
trouerſia: vbi pupillus educari debeat: quia vti cauſa
mixti imperij non poteſt compromitti, teſte Bar. in
d. §. quæſitum. nu. 2.

83 EXEMPLIFICA etiam in quæſtione tutelæ,
& ſimilibus, de quibus Lanfr. de Orian. tract. de ar-
bitr. diuiſ. 7. q. 48. num. 95. fol. 223. & poteris addere
exemplum, de quo infra in quarta exemplificatione
quintæ limitationis.

84 LIMITA IIII. vt non habeat locum, quando
compromiſſum peteretur calumnioſe, quia eius peti-
tio non eſſet audienda Lanfr. de Orian. tract. de arbitr.
diuiſ. 7. q. 50. ſub num. 100. fol. 223. & Lancel. tract. de
85 attent. par. 2. cap. 4. limit. 5. fol. 327. † & quando dica-
tur calumnioſe peti vide Lanfr. vbi ſupra.

86 LIMITA V. vt non habeat locum in cauſis liqui
dis, ſeu habẽtibus executionem paratam: quia quis non
cogitur compromittere eiuſmodi cauſas Lanfr. de
Orian. tract. de arbitr. diuiſ. 7. q. 50. num. 100. fol. 223.
Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 2. limit. 5. num. 18. &
Blanc. tract. de compromiſ. q. 4. princip. num. 4. & 12.
fol. 165. & 166.

87 EXTENDE iſtam limitationem, vt in foro Ca-
pitolino ſit vera etiam ex diſpoſitione Statutorum Vr-
bis lib. 1. cap. 100. in illis verbis: *in quibus via executiua
non proceditur.*

88 EXTENDE rurſus in Regno Neap. vt ſit vera
etiam ex diſpoſitione pragm. odia quæ. in fine.

89 DECLARA iſtam limitationem vt paria ſint eſ-
ſe inſtrumentum liquidum, vel de breui liquidandum
Capic. deciſ. 48. num. 2.

90 EXEMPLIFICA eandem quintam limitatio-
nem 1. in inſtrumentis publicis, quæ ex forma ſtatuti
debent mandari executioni, ſicut exemplificat Lanfr.
vbi ſupra.

91 EXEMPLIFICA II. in qualibet ſcriptura pu-
blica liquida, puta in inſtrumento, ſententia, vel obli-
gatione Maran. vbi ſupra. & quòd ſtatutum de compro
mittendis cauſis non habeat locum quando petitur
executio ſententiæ, refert & ſequitur Aſin in prax. §. 31.
cap. 64. & faciunt quæ dixi infra n. 98. in 4. exempli-
ficatione.

92 EXEMPLIFICA III. in inſtrumento guarin-
tigrato, vt loquuntur Socc. conſ. 4. viſis actis. num. 1.
lib. 1. & M. Ant. Blanc. d. q. 4. num. 4.

93 EXEMPLIFICA IIII. in cauſa executionis
legatorum, ſeu alterius rei; quia cauſa executionis non
compræhenditur in ſtatuto de compromittendis cau-
ſis, cum ſit cauſa mixti imperij, vt ratiocinantur Rom.
conſ. 262. idem mihi. ſub num. 2. Blanc. d. num. 12. verſ.
cauſa executionis. fol. 166 & quòd cauſa mixti imperij
non compromittatur, dixi ſupra limit. 3. ſicquè in iſta
exemplificatione concurrit duplex ratio: prima quia
ſumus in executiuis: ſecunda quia ipſa executio eſt mi
xti imperij.

84 EXTENDE eandem quintam limitationem in
exemplo rei liquidæ per ſetentiam, vt in tantum ſit ve-
ra, quòd compromiſſum factum non valeat, quia ſicut
poſt res iudicatas non poteſt tranſigi ſuper rebus liqui
dis, & iam per ſententias finitis; ita neque compromit-
ti Io. And. Ant. Butr. Abb. & Alex. quos retuli & ſe-
quutus ſum infra num. 663. Dec. conſ. 39. iuridicam
verſ. clarum eſt enim. num. 3. & Becc. conſ. 99. compro-
miſſum. num. 3. & 11. lib. 1.

95 DECLARA iſtam extenſionem, vt ſit vera, quando
ſententia habet rem iudicatam, vt puta quia ſint tres
ſententiæ de iure communi, vel duæ ſecundum Statuta
Vrbis, vel vnica, quæ appellatione non ſuſpenſa, vel ob
nõ proſecutionẽ appellationis fecerit trãſitum in rem
iudicatam: quia iſto caſu compromiſſum & laudum in-
de ſequutum eſſent nulla, vt ſeſiunt Dec & Becc. ſupra
citati, dum loquuntur de rebus iudicatis, & apertius
Rom. conſ. 369. circa primũ propoſitæ. verſ. quoad ter-
tium. ſub num. 14. & 15. dicens quòd ad hoc vt compro
miſſum & conſequenter laudum extitiſſe dicantur,
quando ſuper rebus compromiſſis & laudatis aderat
res iudicata, eſt neceſſarium, quòd fuerit renuntiatum
rei iudicatæ, quæ renuntiatio ſecundum Dec. & Becc.
qui alios citant, debet fieri ſpecialiter tali ſententiæ, vt
dica-

dicatur,non obstante tali sententia;& ratio quare compromissum nõ teneat est,quia laudum non posset valere.ergo compromissum est frustratorium;quòd laudum non posset valere patet, quia laudum seu sententia lata contra rem iudicatam est ipso iure nulla, vt dixi . . . & dicã latius, fauente Deo, lib. seq.secus ergo qñ sententia est sine re iudicata, quia tunc licet quis cogi non possit ad compromittẽdum iuxta ea,quæ scripsi infra num. 661. vers. contraria.tamen si compromiserit, compromissum est validum,quia res non dicitur liquida & si aliter diceremus,nimirum, quòd etiã isto casu compromitti non possit, frustra Doct. quærerent & resoluerent, tempus fatalium ad prosequendam appellationem non currere, durante compromisso iuxta ea,quæ scripsi infra num.679. & 682.

SVBDECLARA istam declarationem, vt non sit vera, quando sententia esset lata per collusionem procuratoris,quia tunc non solum compromissum esset validum cõtra præmissam declarationem,sed etiam posset peti compromissum, eique res iudicata non obstaret M. A. Blanc. tract.de comprom.4.q.princip.sub num.84.vers.aut talis.fol.173.

96 RESTRINGE nunc eandem quintam limitationem in prima exemplificatione instrumenti publici seu guarintigiati, habentis executionem paratam, vt nõ sit vera, quando instrumentum est aliquo modo dubium & offuscatum;quia tũc habet locum statutum de faciendo compromisso, vt consuluit Socc. cons. 4. visis actis sub num. 2. lib. 1. quem referunt & sequuntur Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diuis. 7. q.50. sub nu. 100. fol.223. & M. Ant. Blanc. tract. de compromis.q. 4 princip.num.5. vers. intellige tamen. fol. 165. & ex Blanc.refert & sequitur Lance. tract. de attent. par. 2. cap.12. limit.9.num.7.& 8.fol. 366.

97 EXEMPLIFICA istam restrictionem vna cum Socc.d. cons. 4.num.3. in fine. & 4. quando instrumentum appareret nullum. ✝ exemplifica etiam cum Lanfran. vbi supra, quando contra instrumentũ opponeretur aliqua exceptio admissibilis, & releuans,puta solutionis, præscriptionis, & similis.

98

99 RESTRINGE etiam in quarta exemplificatione executionis legatorum, vt non sit vera, quando non est locus viæ executiuæ; sed quando sit locus viæ executiuæ, & quando non,non est hic locus.

100 LIMITA VI. vt non habeat locum in promissione iurata: quia si quis contra iuratam promissionem suam petat compromissum, non est audiendus late Paul. de Castr.cons. 13. visis & consideratis.num.1. & 2. lib.2. quem referunt & sequuntur Alex.cons.37. viso & opportune.num. 29. ibi. pro hoc. lib. 2. Matthæ. in pragmat. odia quæ. lin. 80.col. 1. fol.mihi 421.Maran. in suo spec. par. 6.actu 2. limit. 6. num. 19. M. A. Blanc. tract. de compromis.q. 4.princip.in verbo.causa ex iurata promissione.num 6. fol.165.& Ferrat.caut. 55.num.8. dicens sic fuisse iudicatum apud Parmam;& ratio est, ne aperiatur via periurijs, quam neque statutum aperire potest secundum ea, quæ scribunt Paul. de Castr. & Alex. in locis supra proximè citatis, & Blan.d.q.4.vers.exceptio pacti iurati n.44. in fi.fol.170.

101 EXTENDE istam limitationem vt habeat locum etiam in hærede, quia non potest petere compromissum contra promissionem,quam iurauit defunctus,cuius est hæres:sicut enim non potest venire contra proprium iuramentum, ita neque contra iuramentum eius, cuius est hæres: quia licet iuramentum sit personale, tamen sequitur actum iuratum ita, vt si ille actus est trãsitorius ad hæredem,transitoriũ sit etiã iuramentũ,sicut consuluit Paul. de Castr.d.cons.13.nu.2.versus finẽ.& n.3.lib.2.quẽ in diuersis terminis referunt & sequuntur M. Ant. Bauer. tract. de virt. & uir. iuram. q. 45.sub n. 62. fol.367.& Gallesi. ad form. camer. oblig. par. 2. in qq. ad prim.par.form.camer.oblig. sub num. 3.fol.352.& faciunt quæ scripsi infra num.104.& 105.

Contrarium censeo verum,quòd hæres possit petere compromissum:& moueor;quia is,cuius est hæres ideo non posset petere compromissum secundum Paul.de Castr. Alex. & Blanc. citatos supra num. 100. in fine, quia incurreret periurium; sed hæres non incurrit periurium secundum ea, quæ scribunt Mil. Cassad.Dec. Paris. Gabr.& alij, quos retuli & sequutus sum infra num.106.ergo.

102 RETENTA tamen saltem ratione extẽsionis, quòd iuramentum sit transitorium ad hæredem.

SVBEXTENDE istam rationem, vt procedat quoad omnes effectus temporales ipsius iuramenti, quia quoad istos effectus iuramentum est reale secundum ea, quæ scribunt Bal.in l. generaliter. vers.sed hic est aduertendum. sub num.2 C.de reb. cred.& de iureiur.Io. Andr. in cap.veritatis. versus finem. num.10. & 11.in fine de iureiur.Affl.decis.381.quædam.num. 8. & 9.& cõcordant in effectu quæ scribunt idẽ Bal.per multa membra distinctionis in repet. l. iusiurandum col. mihi.24. versus finem. vers. sed nunquid mortuo. ff. de iureiur. fol.mihi 30. col. 3. concludens per duo membra distinctionis quòd si efficacia obligationis nõ personalis importabat finalem causam compulsionis,effectus iuramenti, & robur eius transit ad hæredem;quia cum iuramentum est sortitum effectum cõfirmationis, quia confirmauit contractum; talis effectus iuramenti transit ad hæredem iurantis, licet is loquatur more suo nimis in abstracto.Soc. cons.38.in causa dominorum vers. confirmatur hæc.num. 2. lib.3. dicens,quòd iuramentum ligat successorem quoad obligationes, & contractus Corn.cons. 112.repetito.sub num. 2 lib.4. dicens quòd contractus, iuramento firmatus ligat hæredem sine certioratione Dec.cons.639. visa consultatione.num.6.M. Ant. Bauer. vbi supra.& apertius Galles. d. num.3. & seqq. & Marches.d. num. 13. & seqq. & Gabr.in conclus.lib. 2.tit. de iureiur. concl. 6. num. 1.2.& 3. vbi multos cumulat, concludendo, iuramentum non esse personale quoad efficaciam obligationis inductæ ex iuramento,quia,inquit, ea transit in quemcunque successorem.

103 Nec obstat quòd iuramentum sit personale ex parte iurantis, & reale solum ex parte eius, cui iuratur, vt scribit Innoc. in cap.veritatis.in fine de iureiur. quem ceteri Doct. videntur communiter * sequuti.

Quia resp. quod Innoc. eo in loco considerat iuramẽtum quoad effectum spiritualem;idest quoad vinculum periurij, vt refert & sequitur Gabr. in conclus. lib. 2.de iureiur. concl. 6. num.1.& 2. quasi dicat Inn. quòd licet iurãs teneatur æque seruare iuramentum ei, cui iurat & illius successoribus, & non seruando æque incurrit periurium, & sic est reale ex parte eius, cui iuratur;tamen nõ sic est in successore eius, qui iurauit; quia is successor si non seruet iuramentum non incurrit periurium, quod incurrisset is, cui successit, & sic est personale ex parte eius,qui iurat:Sed nos in præcedenti restrictione loquimur de effectibus temporalibus.

104 SVBEXTENDE II. vt habeat locum etiam quoad effectus spirituales, sicque quoad reatum & effectum periurij, prout disputando firmat Galles. ad form. cam. oblig dicta par. 2. ad prim. part. num. 3. & seqq.fol.352. & hanc subextentionem, si rectè consideremus,tenuit etiam Paul. de Castr. d.cons. 13. sub num.2.& 3. lib. 2. dum firmat hæredem excludi à petitione compromissi, ne aperiatur via periurijs: nam. attenta ista ratione, reatus periurij transit etiam ad hæredem.

105 Ratio huius subextentionis est: quia hæres adeundo hæreditatem, tenetur renouare & suscipere in se omnes obligationes, ad quas erat obligatus is, cuius est hæres, quas eo ipso quòd adit hæreditatem censetur virtualiter, & cum effectu renouasse, & ratificasse sine vlla diminutione; quia non potest minuere iura creditorũ ad tradita in his terminis per Paul.de Castr. d.cons. 13. sub num. 3. lib. 2. & in alijs per Marches. tract. de commiss. par. 1. commis. 1. relax. iur. cap. 5.sub num. 15.& 16.& Mohed.decis.4.alias 123. nu. 2. de appellat.

Comprobatur ista sub extentio, quia vsu receptum videmus, quòd obligatio cameralis transeat ad hæredes obligat etiam quoad effectum excõmunicationis, siquidem hæres debitoris poterit etiam excommunicari vt aduertit Galles.d.par. 2.num. 14. versus finem fol. 352.& tamen excommunicatio est effectus spiritualis quia affligit animam.

Contra

106 Contra iſtam ſubextenſionem; quòd hæres ex iuramento defuncti non incurrat periurium, quia iuramento defuncti non ligatur anima hæredis, tenet Mil. in repert. in verbo. iuramentum licet reale fol. 103. Caſſad. deciſ. 2. quod cadat num. 7. in fine. & num. 8. & ſeqq. de iure iuran. Dec. conſ. 639. viſa conſultatione. ſub num. 6. Pariſ. conſ. 75. pro reſolutione. nu. 21. 22. 23. & 24. lib. 3. Gabr. in concluſ. lib. 2. de iureiur. concl. 6. nu. 2. Bal. Parpal. Cagn. Corn. & Marcheſ. infra citati; hancq; eſſe vtram cõcluſionem teſtatur Caſad. vbi ſup. Tenendo ſubextenſionem.

Non obſtant ei rationes Baldi in repet. d. l. iuſiurandum col. mihi. 25. ibi. ſi quæritur de effectu trangreſſionis. ff. de iureiur. fol mihi 30. col. 4. & Parpaleæ & Cagnoli in l. ſi quis maior. C. de tranſact. tenentium ſimiliter contra iſtam ſubextenſionem; quia illis reſpondet Galleſ. d. par. 2. ſub n. 4. iiſdemq; modis reſponderi poterit Corn. d. conſ. 112. num. 2. & Marcheſano in tract. de commiſ. par. 1. commiſ. 1. relaxat. iuram. c. 5. num. 17. 18. & aperte ſub num. 20. fol. 50. dum firmat hæredem non indigere relaxatione iuramenti, quia iuramentũ prædeceſſoris non obligat ſpiritualiter ſucceſſorẽ.

Minus obſtat, quòd iuramentum calumniæ præſtitum à defuncto dum litigaret non obliget hæredem, & ideo teneatur etiam hæres iurare: quia aliud ſit iuramentum defuncti, & aliud iuramentum hæredis ſecundum limitationem, quam ex Spec. Aret. & Curt. Sen. retuli & ſequutus ſum ſupra cap. præced. q. 2. verſ. limita. num. 42.

Quia reſp. dupliciter: & primo; quòd illa limitatio eſt fundata in dicto Innocentij, & ſequacium in cap. veritatis de iureiur. tenentium, iuramentum eſſe perſonale: ſed illud dictum eſt iſtud, de quo diſputamus, & non eſt verum ſecundum ea, quæ nos firmauimus ſupra

107 Ergo non poteſt allegari. † Non minus fragile eſt fundamentum l. generaliter. C. de reb. cred. in qua Curt. Sen. fundat dictam limitationem: nam eſt aduertendum, quòd illa l. generaliter. enarrat quòd conditio futuri iuramenti, quod erat præſtandum à defuncto ex diſpoſitione ſententiæ, non tranſibat in hęredem; vt puta quia dicebat iudex in ſententia: condemno Titium ad ſoluendum Seio centum, ſi iurauerit ſibi dicta centrum deberi: & ratio eſt quia aliter poterat eſſe informatus defunctus de veritate, quàm hæres: & ſic; cum non loquatur de iuramento præſtito, ſed de conditione iurandi, quæ non eſt tranſitoria ad hæredes propter euidentem rationem, non poteſt allegari.

Secundo reſp. quòd iuramentũ ſi non confirmet aliquem actum, vel nõ ſit interpoſitũ ſuper aliquo tranſitorio ad hæredes, remanet perſonale & non tranſit ad hæredes iuxta ea, quæ ſcripſi infra n. ſeq. verſ. nam huic. ſed iuramentum calumniæ non interponitur ad confirmationem alicuius actus, neque à iure ſumitur vt interpoſitũ ſuper aliquo tranſitorio ad hæredes: ideo poteſt exigi etiam ab hærede. Adde ſi placet ſolutionem, quòd alij tenuerũt contrariũ; videlicet quòd hęres non teneatur iurare: & alij tenuerunt quòd debet iurare ſolum, ſe nihil dediſſe, nec daturum, vt refert Spec. tit. de iuram. calum. §. ſequitur. verſ. ſed nunquid. num. 7.

108 Minus obſtat, quòd Innoc. & cæteri Doct. communiter * ſentiant, iuramentum eſſe perſonale ex parte iuramentis, vt retuli ſupra num. 103. verſ. nec obſtat quorum ſententia procedit ſaltem quoad effectum ſpiritualem, & reatum periurij, vt dixi ibidem verſ. quia reſp.

Nam huic doctrinæ Innocencij reſpondet Paul. de Caſtr. d. conſ. 13. viſis & conſideratis. verſ. nec ob nu. 3. lib. 2. dicens quòd dictum Innoc. non obſtat, quia loquitur, & debet intelligi quando iuramentum non imponitur ſuper aliquo tranſitorio ad hæredem: & hanc reſponſionem Pauli de Caſtr. ſequuntur etiam M. Ant. Bauer. tract. de virt. & virib. iuram. q. 45. ſub num. 62. fol. 367. & Galleſ. d. par. 2. in qq. ad prim. par. ſub num. 3. ibi. ſed conſiderandum. fol. 352. dicens, tunc eſſe locum doctrinæ Innocentij, quando actus non eſt tranſitorius ad hæredes, neque iuramentum confirmat actum. Et ratio ſecundum me eſt; quia iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, vt retuli, & ſequutus ſum infra num. 123. 141. 423. & 424. Ergo ſi actus non eſt tranſitorius ad hæredes; neque erit tranſitorium iuramentum.

109 CONCLVDO opinionem contra ſubextenſionem eſſe communẽ, * & ſeruari in practica: ideo ab ea non recedas, quicquid poſſet dici diſputando: quare licet hæres poſſit petere abſolutionem à iuramento ad cautelam teſte Pariſ. d. conſ. 75. num. 23. tamen ea non indiget. teſtibus iiſdem Pariſ. & Marcheſ. in locis ſupra proximè citatis.

110 EXTENDE iſtam concluſionem, vt habeat pręcipuè locum quando actus iuratus non eſt tranſitorius ad hæredes, neque iuramento confirmatur quia tunc iuramentum eſt perſonale & non tranſit ad hæredes, teſtibus Paul. de Caſtr. M. A. Bauer. & Galleſ. citatis ſupra ſub num. 108. verſ. nam huic & Gabr. qui alios citat in concluſ. lib. 2. de iureiur. concl. 6. num. 5. vbi ampliando ſcribit, quòd in caſu huius extenſionis hæres non tenetur petere abſolutionem à iuramento, quamuis defunctus non potuiſſet reſcindere contractum ſine præuia abſolutione à iuramento.

EXEMPLIFICA iſtam extenſionem in caſu cap. debitores. de iureiur. vbi iurans ſoluere vſuras, tenetur adimplere iuramentum, ſed tamen contractus promiſſionis non eſt validus: prout exemplificat M. Ant. Bauer. & Galles. in locis ſupra proximè citatis: ſed pro vberiori intelligentia huius exemplificationis vide Bar. in l ſi quis pro eo. verſ. quarto dixi. num. 10. & ſeq. ff. de fideiuſ. & mand.

111 EXEMPLIFICA II. in eo, qui iurat dare abſenti decem, nemine pro illo recipiente; qua licet iurans teneatur ſoluere illa decem, ne tranſgreſſio faciat eum periurium; tamen iuramentum non validat illam promiſſionem; & conſequenter hæres iurantis nõ cogitur ex illo iuramento, Bal. in d. l. iuſiurandum. col. mihi. 25. ibi. ſi vero quæritur de effectu coactionis. fol. mihi. 30. col. 4. ff. de iureiur.

112 SVBEXTENDE iſtam extenſionẽ in eo, quod dicimus, iuramentum non tranſire ad hæredem, vt ſit vera non ſolum quòad effectum ſpiritualem, ſed etiam quoad effectus tẽporales: quare ſi cõtractus, ſuper quo eſt interpoſitum iuramentum, eſt nullus; mortuo contrahente, qui ad illius obſeruantiam poterat cogi propter iuramentum, eius hæres cogi non poteſt, Alex. conſ. 129. uideretur. num. 17. & 19. verſ. pro hoc facit. & verſ. modo ad propoſitum. lib. 6. & Gabr. qui alios citat in concluſ. lib. 2 de iureiur. concl. 6. nu. 8. & 9.

113 RESTRINGE nunc præcedentem ſextam limitationem, poſitam ſupra num. 100. vt non habeat locum in reo neceſſario, quia is non repellitur à petitione compromiſſi; quamuis agatur de promiſſione ab ipſo iurata; & ratio eſt quia reo neceſſario non obſtat exceptio periurij iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 163. verſ. capio.

LIMITATIONES reliquæ ſequuntur infra nu. 191. & ſeqq. ad eum.

QVAESTIO EMERGENS.

CASVS. I.

114 QVAERO generaliter occaſione huius ſextę limitationis, poſitæ ſupra num. 100. an exceptio periurij obſtet.

Reſp. diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt in actore.

Secundus eſt in reo. de quo agam infra nu. 163.

Capio primum in actore: Et concludo, quòd ei obſtat exceptio periurij: quia dicitur exceptio litis finitæ Ant. de Butr. in cap. dilecti. verſ. quæro an exceptio periurij. num. 10. de except. Iaſ. in l. ſi quis maior. not. 12. num. 24. in fine. C. de tranſact. & Aſin. in prax. §. 13. cap. 9. n. 13. & conſequenter impedit litis ingreſſum M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 4. princp. de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum. num. 83. fol. 173. & latius num. 44. verſ. exceptio practi iurati. fol. 170. quoniam periurius repellitur à limine iudicij Neuiz. conſ. 21. ſcripſit. ſub num. 1. & Natt. conſ. 144. in cauſa, num. 1. lib. 1. ſeu repellitur ab agendo iuxta textum in d. l. ſi quis maior. ibi. actione priuatus. Spec. tit.

tit. de actor. vers. item quòd est periurus. num. 16. Iaſ. vbi ſupra. d. num. 24. Io. de Selu. tract. de iureiur. q. 7. num. 3. fol. 358. & tract. de benef. q. 2. partis 3. num. 24. fol. 52. & de communi * concluſione, quòd repellatur ab agendo in ea cauſa, in qua fuit periurus, teſtatur Dec. in d. cap. dilecti. not. 3. num. 9. de except. quem refert, & ſequitur Natt. conſ. 373. quoniam. num. 38. lib. 2. & quòd iuramentum tàm iudiciale, quàm extraiudiciale impediat litis ingreſſum, refert & ſequitur March. tract. de commiſ. par. 1. commiſ. 1. relaxat iuram. cap. 2. num. 25.

115 AMPLIA iſtam communem concluſionem, in qua dicimus, quòd exceptio periurij obſtat agenti, vt procedat etiam in ſpoliato agente interdicto vnde ui, ſiue poſſeſſorio: quia, ſi ſit periurus, repellitur Spec. tit. de petit. poſſeſ. & ſpol. §. fin. verſ. decimuſquintus. & firmat. in caſu ſuo Rot. deciſ. 18. alias 401. de reſtit. ſpol. in nou. quam referunt & ſequuntur M. Ant. Blanc. d. q. 4. ſub num. 44. fol. 170. & Lancell. tract. de attent. par. 3. cap. 24. q. 26. fol. 436. & quòd ſpoliato obſtet exceptio periurij, ne audiatur, videtur ſentire Menoch. tract. de recuper. poſſ. remed. 1. q. 31. nu. 351.

116 AMPLIA II. vt ſi vera etiam ſi iuramentum eſſet metu extortum: quia adhuc iudex debet ſeruare Io. An. in cap. verum. num. 1. & ſeqq. & præſertim ſub num. 3. de iureiur. dicens, quòd licet in veritate hoc iuramentum non obliget, ſi forſan is, qui illud præſtitit, non intendebat ſe obligare, ſed ſolum tempus redimere, & euadere, tamen eccleſia ſtatuit in reuerentiam iuramenti, quòd ſeruetur, ac ſi obligaret: Et quòd ſit ſeruãdum quouſque abſoluatur per epiſcopum, ſed debeat abſolui, ſcribit Innoc. in cap. ad aures. ſub nu. 1. & 2. de his quę vi metuſuè cauſa fiunt. & Alex. conſ. 93. in cauſa. num. 5. in fine. verſ. confirmantur. & nu. 6. lib. 5. licet enim quis prætendat, ſe poſſe recedere à contractu, tamen debet prius inſtare, quòd abſoluatur à iuramento, vt ſcribunt plures relati per Neuiz. conſ. 21. ſcripſit. num. 3. & conſ. 23. illuminans. ſub num. 1. & 2. vbi dicit, quòd quamuis iuramentum non firmet contractum ſimulatum, tamen inquit ſi iurans velit contrauenire, debet prius impetrare abſolutioné; & quòd ſit impetranda, non obſtante quòd fuerit metu extortum, probatur ſecundum Garciam tract. de fin. vlt. iur. ciuil. & canon. num. 464. verſ. at alia. fol. 130. quem ſimiliter refert, & ſequitur Neuiz. vbi ſupra num. 13. duplici ratione: prima, quia metus non vitiat iuramentũ; nam adhuc ineſt voluntas ſaltem coacta, quæ cauſat obligationem naturalem, vt ſcribit Burgos in cap. penult. col. 16. de empt. & vendit. quem refert & ſequitur Neuiz. d. conſ. 21. & 12. ſecunda, quia in iuramento continentur duæ obligationes: vna, qua obligamur expreſsè parti, & ad iſtam non tenemur iurantes per metum: altera, qua obligamur tacitè Deo; & ad iſtam tenemur, quia Deus non intulit metum; hancque eſſe veriorem opinionem, vt etiam à iuramento per metum extorto ſit impetranda prius abſolutio, ſicquè frequentiſſimè * reſponſum ſit à Doctoribus, teſtatur Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 4. num. 7. verſ. obiter. & in fine. & ita tenere videtur etiam Marcheſ. tract. de commiſ. par. 1. commiſ. 1. relaxat. iur. cap. 1. is enim & ſi num. 27. 29. & 30. non multum clarè loquatur, numerando hoc iuramentum inter iuramenta, quæ non ligant, quia ſunt contra ſalutem æternam, vel contra bonos mores, in quibus abſolutio neceſſaria non eſt; tamen poſtea apertius declarando num. 47. & 51. firmat, quòd ſi iuramentum poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, petenda eſt relaxatio, quamuis iuramentum non obliget; & eo ſolum caſu admittit relaxationem non eſſe neceſſariam, qñ iuramẽtum ſeruare eſt peius, quã nõ ſeruare.

117 AMPLIA III. vt procedat etiam ſi ſtatutum annullaret iuramentum, vel prohiberet, vel fraudem præſumeret; quia adhuc iuramentum eſſet ſeruandum ſecundum ea, quæ ſcribit Ant. de Butr. in cap. cum contingat. ſub num. 8. verſ. venio ad ſecundum. ibi. & hoc puto verum etiam ſi ſtatuta. de iureiur. & ideo requiretur abſolutio, vt tenuit Rot. in vna Signina Caſtrorum die 26. Iunij 1602. coram R. P. D. Ludouiſio.

118 AMPLIA IIII. vt procedat etiam ſi ſtatutum ſeu conſtitutio papalis diſponeret, quòd contractus cenſeatur doloſus, & nullam obtineat firmitatem, quamuis appoſitum eſſet duplex iuramentum; quia adhuc eſſet neceſſaria abſolutio, vt in caſu conſtitutionis Marchiæ tenuit Rot. coram Oradino in vna Firmana. die 2. Aprilis. & in caſu ſtatuti Vrbis lib. 1. cap. 149. & 154. & dixit Rot. coram. R. P. D. Ludouiſio in d. Signina Caſtrorum, die 26. Iunij. 1602.

119 AMPLIA V. in obligatione camerali: quia in ea non ſolum obſtat exceptio periurij ad effectum agendi, ſed etiam non conceditur abſolutio ſecundum ſtylum Signaturæ, de quo teſtantur Caſſad. deciſ. vnica. nu. 2. de mut. petit. Staph. ſuper commiſſ. & liter. iuſt. in verbo. ſtylus ſignaturæ num. 1. fol. 299. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 4. ſub nu. 6. verſ. ex his. & Marcheſ. tract. de commiſ. par. 1. commiſ. 1. cap. 5. num. 1. fol. 47.

120 Contra iſtum ſtylum. de non concedenda abſolutione ad effectum agendi; ſentit. Galleſ. ad form. camer. oblig. ad ſextam particulam. verſ. ſed hic ſumpta occaſione. ſub num. 1. 6. & 8. fol. 357. dicens, quòd modernus vſus aliter habet, quia quoad effectum agendi datur abſolutio; ſecus inquit quoad effectum excipiendi: quia ſecundum eundem ibidem num. 4. non datur relaxatio iuramenti. & ſic ſunt ſtyli contrarij.

121 Contra vtrumquè ſtylum oppono ex eo, quòd ratio quare concedi debeat abſolutio à iuramento, eſt, quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis Anch. conſ. 180. viſa diligenter. num. 10. Affl. deciſ. 322. dominus. num. 9. & Marcheſ. tract. de commiſ. par. 1. commiſ. 1. de relaxat. iur. cap. 1. num. 29. ſed iſta ratio nõ tollitur per obligationem cameralem: Ergo nequè in ea eſt conſiderandus diuerſus ſtylus. Secundo moueor contra ſtylum, & vſum, de quo teſtatur Galleſ. quia; ſi conceditur abſolutio ad effectum agendi, à fortiori debet concedi ad effectum excipiendi; quia cui damus actionem, facilius concedimus exceptionem. l. cui damus. ff. de reg. iur. & cap. qui ad agendum eod. in 6. And. ab Exea. de pact. num. 458. in fine inter tract. diuerſ. fol. 18. concludens propterea, multa poſſe haberi per retentionem, quæ non poſſent haberi per actionem: item fauorabiliores habentur rei, quàm actores l. fauorabiliores. ff. eod.

Confirmatur iſta oppoſitio contra Galleſ. quia ſicut iuramentum cauſat maius impedimentum in actore, quàm in reo per ea, quæ dixi ſupra num. 114. verſ. capio. & infra nu. 163. dum concluſi, exceptionem periurij obſtare actori, & non reo; ita etiam difficilius debet remoueri ab actore, quàm à reo.

122 Nequè obſtat ſi pro defenſione ſtyli, de quo teſtatur Galleſ. diceres, quòd ſicut via executiua, quam habet obligatio cameralis, conceditur creditori & non reo obligato; quia eſt inducta in fauorem creditoris, vt dixi in 2. editione lib. præced. cap. 22. nu. 8. verſ. finem: ita etiam iuramenti uires magis contra reum obligatum vireſcent, quàm contra creditorem actorem; cum iuramentum ſequatur naturam actus, cui adijcitur, vt retuli & ſequutus ſum infra n. 108. in fine & conſequentur difficilius debet abſolui reus à vinculo iuramenti in obligatione camerali, quam actor creditor.

Quia reſp. quòd licet in obligatione camerali poſſet conſiderari iſta inæqualitas, & claudicatio quo ad modum agendi; tamen non poteſt conſiderari quo ad contractum ipſum, vallatum obligatione camerali: † ſed iuramentum ſequitur, naturam primordialem 123 actus, & non accidentalem Aret. in cap. 1. num. 57. in fine verſ. non obſtat. & num. 58. & ibidem Dec. ſub num. 137. verſ. ſed tenendo. de iudic. Crauet. conſ. 102. Ioannes. ſub num. 7. verſ. verſ. quarto reſpondeo Rol. à Vall. conſ. 6. quoniam. num. 37. lib. 1. Io. Guter. tract. de contract. iurat. cap. 37. num. 3. fol. 81. & Caball. tract. de euict. §. 3. num. 58. fol. 86. & communiter * alij in diuerſis locis. † Ergo; cum obligatio camer-
124 alis retineat naturam accidentalem, & contractus primordialem; iuramentum ſequetur naturam contractus & non naturam obligationis cameralis.

125 Quid dicendum in iſta contrarietate ſtylorum, & quid reſpondendum oppoſitionibus adductis contra vtrumque ſtylum?

Reſp.

Reſp.iſtos ſtylos poſſe concordari, & vtrumquè ſtylum ſanè intellectum, & certis caſibus reſtrictum eſſe verum, & iuridicum: nam ſtylus de non concedenda abſolutione ad effectum agendi, de quo teſtantur Caſſad.Staph.Couar.& Marcheſ.procedit in eo, qui antequàm adimpleat ſuam obligationem iuratam, petit abſolutionem à iuramento ad effectum ſe diſſoluendi à nexu obligationis cameralis: quo caſu; attento etiã ſtylo & vſu moderno, de quo teſtatur Galleſ.nõ datur abſolutio, quia aut vult agere eò, quòd ſoluerit debitum, ſeu aliter ſatisfecerit, vel aliam releuantem habeat exceptionem: & dico abſolutionem; à iuramento non eſſe neceſſariam iuxta ea, quæ ſcripſi infra nu. 136. verſ. extende iſtam. aut vult agere opponendo aliquid, non releuans ad impediendam executionem, & dico, abſolutionem non eſſe concedendam: quia conceſſa non impediret executionem iuxta ea, quæ ſcripſi infra nu. 130. verſ ſecundus. ſed ſtylus, de quo teſtatur Galleſ. de concedenda abſolutione ad effectum agendi; procedit in eo, qui iam adimpleuit obligationem iuratam: quo caſu non debet eſſe dubium, quòd abſolutio ſit concedenda iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 127. & 128.

126 RETENTO ſtylo moderno, de quo teſtatur Galleſ: quem tamen retineo non vti diuerſum, ſed vti magis clarum; firmo ex eo duas concluſiones.

I. CONCLVSIO eſt: quòd abſolutio à iuramento datur ad effectum agendi contra obligationem cameralem.

Hæc concluſio habet duos caſus.

Primus caſus eſt: quando intendens agere adimpleuit ſuam promiſſionem ita, vt pro ea conueniri non poſſit; ſed ipſe vult agere, & reſcindere: & iſto caſu procedit concluſio.

127 EXEMPLIFICA iſtum caſum in eo, qui obligatione camerali vendidit domum, eamque tradidit, & recepit pretium ab emptore, & poſtea vult reſcindere venditionem, & reſtituere prætium: nam iſte ſecundũ ſtylum, & practicam generalem debet ante omnia petere, & obtinere abſolutionem à iuramento, appoſito in contractu venditionis; quia alias ei obſtaret exceptio periurii: ſed petita eſt ei regulariter concedenda; cum iam adimpleuerit contractum iuratum, & ideo ex eo non poſſit conueniri.

128 Neque aduerſus iſtam concluſionem ſic exemplificatam facit textus in cap. debitores. de iureiur. vbi; ſi quis promiſerit cum iuramento ſoluere vſuras, eaſquè ſoluerit, poteſt eaſdem repetere nulla præuia abſolutione à iuramento ſecundum ea, quæ ſcribunt ibi Glo. in verbo. cogendi. & Abb. ſub nu. 4. & 5. dum; opponendo, quòd ſoluens, & repetens non videtur abſolutus à iuramento; reſident in diſpoſitione textus, quòd poſſit repetere, & nullum verbum faciunt, quòd abſolutio ſit neceſſaria; imò Abb. ſub. nu. 4. apertè dicit, quòd iuramentum obſtat exceptioni, ſed non repetitioni.

Nam reſp. in caſu dicti c. debitores. ideo nõ eſſe neceſſariam abſolutionem, quia nullus remanet contractus; ſed in caſu præcedentis concluſionis adhuc remanet contractus validus, & iuratus.

RESTRINGE concluſionem huius primi caſus, vt non procedat, quando contractus de ſui natura eſſet nullus; quia tunc poſſet actor repetere ſine abſolutione à iuramento, vt in caſu dicti cap. debitores.

130 Secundus caſus eſt, quando intendens agere non adimpleuit ſuam promiſſionem, & ideo poſſet conueniri: Et iſto caſu concluſio non procedit; quia ei non daretur abſolutio Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. cõmiſſ. prima relaxat. iur. cap. 5. ſub num. 1. fol. 47. Et ratio eſt, quia etiã ſi eſſet abſolutus, nihilominus cogeretur prius adimplere ſuam promiſſionem, cum ei, qui eſt obligatus in forma cameræ, dicat iudex: ſolue, & repete: & abſolutio à iuramento non deſtruit naturam obligationis cameralis, neque retardat, aut aliter impedit eius rigorem, & executionem, teſte Marcheſ. tract. de commiſ. par. 1. commiſ. 1. cap. 5. nu. 2. & 4. in fine, & nu. 5. fol. 48. & tenuit etiam Rot. reſpectu Auditoris Cam. qui habet in facultate, vt obligatio in forma cameræ mandetur executioni etiam ſi ſit relaxatum iuramentum Mohed. deci. 3. alias 80. ſub n. 2. de excep. & in iſto caſu procedit ſtylus, de quo teſtantur Caſſad. & Staph.

EXTENDE hoc, quod diximus, videlicet abſolutionem à iuramento non retardare rigorem obligationis cameralis; vt procedat etiam ſi in commiſſione, ſeu reſcripto abſolutionis eſſet facta mentio de obligatione camerali; quia abſolutio non tolllit efficaciam contractus, maxime ſi efficacia contractus proueniat ſine iuramento iuxta ea, quæ ſcribunt Corn. conſ. 60. prima facie. num. 18. lib. 2. ſupponens, ſed cum hæſitatione, abſolutionem à iuramento non tollere efficaciam contractus, etiam reſultantem ex ipſo iuramento, Mohed. deciſ. 2. de excep. & Marcheſ. dicto c. 5. nu. 2. & 3. dicens, quòd relaxatio à iuramento non retardat executionem obligationis cameralis: quia obligatio cameralis habet executionem paratam ex priuilegio, & non virtute iuramenti: & ita teneas, quicquid idem Marcheſ. poſtea ſub num. 5. in contrarium videatur ſentire in terminis huius extenſionis, dicens, quòd non eſſet procedendum ad vlteriora, cuius poſterius dictum, non placet.

TEMPERA iſtam extenſionem in eo, quod diximus obligationem cameralem non habere executionem paratam ex virtute iuramenti, ſed ex priuilegio; quia hoc eſt verum: ſi agatur coram A.C. propter ſuas facultates, ſecus ſi agatur alibi, quia de iure communi, relaxato iuramento, obligatio in forma cameræ non habet executionem paratam; & ideo, relaxato iuramento, poteſt contra eam opponi exceptio non numeratæ pecuniæ Rot. de qua Mohed. dicta deciſ. 3. num. 1. de except.

EXTENDE iſtud temperamentum, vt procedat etiã ſi agatur corã delegato Papæ, quia adhuc obligatio in forma cameræ forſan non haberet corã eo executionem paratam: & moueor pro iſta extenſione, quia priuilegium executionis obligationis in forma cameræ videtur conceſſum potius iuriſdictioni Auditoris cameræ, quàm obligationi: nam iſtud priuilegiũ executionis paratæ, non obſtante relaxatione à iuramento, continetur (vt dixi,) in facultatibus Auditoris Cameræ, & non in priuilegiis obligationis.

ADVERTE circa iſtud priuilegium executionis paratæ, conceſſum iuriſdictioni A.C. quòd procedit, ſi ipſe ſit iudex in prima inſtantia, quia tunc etiam iudex, qui in ſecunda inſtantia recognoſceret cauſam appellationis deberet attendere an A. C. iudicauerit ſecundum ſuas facultates; ſecus ergo ſi ipſe A. C. eſſet iudex in 2. inſtantia, quia tunc ipſe deberet attendere an primus iudex iudicauerit ſecundũ naturã obligationis.

131 DECLARA concluſionem huius caſus primo vt; ſi, intendens agere, velit agendo deducere ſolutionem, vel falſitatem, vel aliam ſimilem exceptionem, releuantem contra obligationem cameralem; non detur abſolutio, neque petatur, quia non eſt neceſſaria; cum iuramentum vel ſit adimpletum, vel ſit falsò appoſitum; & ideo iniquum eſſet, ſi iſto caſu intelligeremus ſtylum, vt obſtaret iuramentum, & non daretur abſolutio.

132 EXEMPLIFICA caſum huius declarationis in eo, qui ſoluit debitum, & nõ fecit caſſari inſtrumentũ, neque fecit ſibi fieri quitantiam: modo conuenit creditorem ad caſſandum, & annullandum inſtrumentum; nam iſto caſu, licet non videatur ſatisfeciſſe promiſſioni, ex quo inſtrumentum nõ eſt annullatum, & ideo poſſet ex eo conueniri; tamen in effectum ſatisfecit.

133 DECLARA ſecundo, ut uolenti reſcindere contractum iuratum omnino reprobatum à iure, qui non poſſet ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, detur commiſsio, in qua non erit neceſſe apponere in pede commiſsionis: non obſtante iuramento, quia, cum contractus ſit omnino reprobatus, iuramentum, in eo appoſitum, non tenuit iuxta ea, quæ ſcribit Staph. infta citatus.

134 EXEMPLIFICA iſtam ſecundam declarationem in tranſactione ſimoniaca ſuper benefitio, in qua vna partium ſe obligauit cum iuramento in forma cameræ; quia poteſt venire contra iſtam tranſactionem, non obſtante iuramento, quia iuramentum non tenuit iuxta ea, quæ firmat Staph. ſuper commiſſ. & liter. iuſt. in verbo. ſtylus ſignaturæ. n. 2. & ſeqq. fol. 299.

EXEMPLIFICA rurſus in iuraméto, quo quis

promittit facere homicidium Marcheſ. tract. de commiſ.par.1.commiſ.1.cap.1. num.49. & 51.

135 SECVNDA concluſio eiuſdem ſtyli eſt, quòd abſolutio à iuramento non datur ad effectum excipiendi.

136 EXTENDE iſtam concluſionem, ſeu ſtylum, vt procedat indiſtinctè; nam reus vel intenderet opponere exceptiones, pertinentes in obligatione camerali, ſeu deſcendentes ex ventre contractus; & iſto caſu abſolutio non petitur, quia non eſt neceſſaria; quare videmus quotidie, quòd reus conuentus excipit de ſolutione, vel pacto de non petendo, & nunquam videmus eum arctari ad petendam abſolutionem: vel intenderet opponere exceptiones impertinentes, ſeu nõ deſcendentes ex ventre contractus: & iſto caſu non cõceditur ei abſolutio à iuramento, quia quamuis eſſet abſolutus à iuramento, nihilominus opponendo iſtas exceptiones non releuantes, diceretur ei; ſolue, & repete; quia abſolutio à iuramento non deſtruit vim obligationis cameralis, ſicque vti inutilis non datur, ſed in iſta extenſione reſpice pro ſui declaratione ea, quæ dixi ſupra ſub nu.130.verſ. tempera.

Ad adducta contra iſtos ſtilos reſponde, vt poteris, quia videremur nimis prolixi, & facile eſt reſpondere quando habemus rationes contrariæ opinionis, quia ex illis plerunque ſumitur reſponſio.

137 AMPLIA VI. vt in tantum obſtet exceptio periurij, vt poſt illius incurſum non proſit petere abſolutionem à iuramento; quia non eſt concedenda ſecundum ea, quæ ſcribit Fed de Sen.conſ.300.factum tale eſt.in fine dicens, quòd abſolutio à iuramento debet peti ante terminum ſolutionis, quia poſt lapſum termini debitor iam incurrit periurium, quo incurſo, inquit, non debet audiri, & Federicum de Sen. referunt & ſequuntur Ant.de Butr.in cap.debitores col penult. ſub num.7.ibi huic opinioni adhærebat. Abb. num. 4. verſus finem.ibi. idem ſi ille. & Fely.num.5. in fine. de iureiur.ſed apertius idem Abb. in cap. 1. ſub nu. 7. ibi. ſed contra hanc opin.& latius Fely.q.7.ſub n. 27. eod. tit.Corn.conſ.6 in hac conſultatione.ſub num. 16. ibi. & etiam quia.lib.1.Pariſ.conſ.10.mortuo illuſtr. num. 94.lib.1.Marcheſ.tract.de commiſ.par.1.comm. 1.relaxat.iuram.cap.2.num.19.20.& ſeq.& nu.35. & hanc eſſe comm.* opin. & ſæpè ſecundum eam ſeruari vidiſſe ſcribit Felyn.d. cap. 1. ſub num.27. verſ. retenta ergo. quã refert & ſequitur Pariſ.vbi ſupra.& quòd poſt mota lité non poſſit peti abſolutio à iuramento dixerũt Dñi de conſil. Neap.vt refert Affl.decif.30.in fine n.6.

138 RESTRINGE, & declara iſtam ſextam ampliationem, vt non procedat in tribus caſibus, quos enumerat & diſcurrit Fely.d.cap.1.ſub num.27.verſ.retenta. de iureiur.quem poteris videre.

DECLARA etiam, vt abſolutio iſto caſu, quo periurium eſt incurſum, concedi non poſſit ab alio, quàm à Papa, teſte Marcheſ.tract.de commiſ. par, 1. comm. 1. relaxat.iur.cap.2.nu.41.in fine.& nu. 42.

Item iſto caſu, quo periurium eſt incurſum, non conceditur ſine citatione partis. Marcheſ. dicta commiſ.1.relax.iur.cap.4.ſub num.8. ſeu 14. in fine fol. 35. ſed hoc eſt verum, ſi petatur in Signatura ſecus ſi petatur in ſacra pœnitentiaria, in qua peti ſine citatione partis, & concedi cognoſces ex caſu, de quo Achil.de Graſ.decif.10.alias.70.de procur.fol.36.

Infero ex iſta declaratione vna cum Marcheſ d.c.2. num.35.fol.24.quòd neque Locumtenens illuſtriſsimi Vicarii D.N.neque Epiſcopus poteſt concedere abſolutionem poteſt effluxum tempus, quo debitor promiſerat cum iuramento ſoluere; & conceſſa non tenet.

139 LIMITA nunc eandem communem concluſionem, quam poſui ſupra nu.114.verſ.capio, vt non procedat quando põt conſiderari defectus conſenſus in eo, qui iurauit: quia tunc ei non obſtat exceptio periurij, & ratio eſt, quia ſi deficit conſenſus, deficit etiam iuramentum: nam iuramentum non ſe extendit niſi vſquequo cõſenſum eſt Bar.Iaſ.Roll.à Vall.Neuiz.& Natt. quos retuli.& ſequutus ſum infra n.424.ibi.& vbi actus. neque ſe extendit ad ea, de quibus veriſimiliter non fuit cogitatum Rom.conſ.379.circa primum nu.8.

140 EXEMPLIFICA iſtam limitationem in eo, qui fecit donationem iuratam omnium bonorũ, ſeu partis ſuarum facultatum, & poſtea ſuſcepit liberos, de quibus veriſimiliter non cogitauit tempore donationis iuxta l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.quia donatori agenti ad reuocationem dictæ donationis non obſtat exceptio periurii ſecundum ea, quæ ſcribunt Corn. conſ.11.in in præſenti conſultatione.ſub n.9.lib.3.Clar.in 4. §.donatio.q.23.in principio.& Gabr.in concluſ.lib.3 tit.de donat.concl.2.ampl.4.n.11. dum firmant, donationem
141 etiam iuratam reuocari.† & ratio eſt euidens: quia iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur l.ſi.C.de non nu pec.& declarant M. Ant.Bauer.Guter.& Cabal quos retuli, & ſequutus sũ infra nu.423.verſ.ergo reſolutiue.ibi & moueor. & in terminis huius exemplificationis Oldr.conſ.338. cum mulier.& ideo non eſſe neceſſariam abſolutionem ſcribit Corn.vbi ſupra.Sed natura donationis eſt, vt donator non dicatur donaſſe in caſu ſuperuenientiæ filiorũ, ſed ſolum conditionaliter, ſi liberos non ſuſceperit: Ergo neque præſumitur iuraſſe, niſi conditionaliter.

142 EXTENDE iſtam exemplificationẽ, vt habeat locũ etiam in donatione infra dimidiã facultatũ, vt ex cõi * referunt, & ſequuntur Clar.d.§.donatio.q.22.verſ.4.infertur.& Gabr.d.concl.2.nu.7. qui loquuntur etiam in donatione alicuius rei particularis notabilis valoris:
143 † Et quæ res in iſto propoſito dicatur notabilis valoris relinquitur arbitrio iudicis ſecundum cõem * opin: quam refert, & ſequitur Menoch.tract.de arbit.iud.caſ. 123.ſub nu.1.& 2.

144 EXTENDE deniquè vt habeat locum in quauis donatione, quam veriſimiliter donator non feciſſet, ſi cogitaſſet de ſuperuenientia filiorum: quia in illa cogitatione ſe fundat textus in d.l.ſi unquam.

145 SVBEXTENDE vt habeat locum etiam in renuntiatione iuris futuri nondum quæſiti: quia adhuc in ea haberet locum dicta l.ſi vnquam ſecũdum Boer. decif. 159. num. 18. & 19. & Gabr.in concluſ. tit.de donat. concl. 2. ſub num. 37. & ſub num. 39. & ita videtur ſentire Corn.ſi rectè conſideretur d.conſ.11. nu.5 ſub nu.9.& ſub nu.25 dum cõſiderat identitatem rationis: poteris etiam videre pro iſta ſubextẽſione Socc. Ruin. & Purp.quos citant Boer.& Gabr.vbi ſupra: hancque ſubextenſionem tenuit etiam Rip. in d. l. ſi unquam q. 11.ſub nu.20.quem refert & ſequitur.Rol à Vall.tract. de dot.q.39.n.24.in fine.& nu.25.fol.367 licet iſti duo reſtringant iſtã ſubextenſionẽ vt procedat, qñ ius quærendum cui renuntiatur, eſt radicatum de præſenti ſpe certa & probabili; ſecus qñ ius quærendum non eſt radicatum ulla ſpe certa: quæ reſtrictio mihi non placet: quia eſt attendenda ſolum veriſimilis mens renuntiantis, an renuntiaſſet ſi cogitaſſet de liberis.

146 Neque obſtat, quòd Socc in l.1.verſus finem.ſub nu. 9.verſ poteſt & poni.& Dec.ſub nu.10.ibi. tertio C de pact.& Tiraq.in d.l.ſi unquam.in verbo donatione largitus.n.mihi.180.& ſeqq. conẽtur defendere cõtrariũ, motus Tiraq.ex traditis per Bal.in l illud.q.2.verſ.quid ergo.ſub nu.7.C.de ſacroſanct.eccleſ & per Paul de Caſtr.conſ.419 viſo puncto.ſub n.1.lib.2.dum ſcribũt, quòd renuntiatio hæreditatis paternæ, facta à filia in manibus patris cum iuramento valet, licet non fuerit inſinuata iuxta textum in c.2.de pact.in 6. quia renuntians hæreditaté non dicitur donare, & ideo valet renuntiatio hæreditatis, facta à marito l ſi ſpõſus § ſi maritus.& in ſi.ff.de donat.int.uir & vxor.quæ motiua cõfirmantur ex his, quæ magis in ſpecie ſcribit Dec. vbi ſupra.& conſ.181.ſatis nota verſus fin.8.dicens, quòd l.ſi vnquã.non habet locũ in renuntiatione, quã facit filia patri ſecundum diſpoſitionẽ dicti c. 2. de pact. in 6.

147 Quia reſp.iſta non benè applicari caſui l.ſi vnquã:† nam annullatio donationis propter defectũ inſinuationis procedit ex defectu ſolemnitatis videlicet inſinuationis, quam lex requirit pluribus ex cauſis, quas refert & ſequitur Ant.de Canar.tract.de inſinuat.p.1.q.5.nu. 18.fol.275.quarum illa præcipua eſt, quia lex intendit prouidere ne quis malè abutatur re ſua & ſua liberalitate periclitetur, vt ſcribit Ant.de Canar.d.tract.de inſinuat.par 2.princip ſub nu 55. fol 280.& probatur ex textu in l.ne liberalitate. ff. de re iudic. & l.ſancimus.
148 C.de donat. † & annullatio donationis inter virum & vxorem procedit, ne mutuo amore ſe ſpolient

L.1.ff.

l.1.ff.de donat.int.uir.& vxor.ſeu ne donãdo efficiatur
149 donator pauperior. d. §. ſi maritus. ✝ Sed annullatio
donationis propter ſuperuenientiam filiorum pro-
procedit,& eſt fundata in defectu conſenſus,& volun
tatis donatoris,vt ſentiunt Bal.in d.l.ſi vnquam.in prin
cipio.dicens non valere donationem,quando eſt veri-
ſimile,quòd donans non donaſſet ſi cogitaſſet de libe-
ris,Corn.conſ. 11.ſub num. 9. lib. 3. Tiraquel. in præ-
fat. ad d. l. ſi vnquam. num 62. verſ. ex ijs veluti. &
communiter * omnes, vt ſcribit Tiraquel. in d. l. ſi
vnquam.in præfatione.nu 37.verſ. ſediam. & num. 64.
verſ.& id quidem.& ex Corn.conſ.206.lib.3. refert, &
ſequitur Clar. in §. donatio. q. 22. in fine principii. &
alii,inter quos eſt Oldr.conſ.238. cum mulier. num.2.
dum ſcribunt,quod donatio habet tacitam conditionẽ,
ſi donator liberos non ſuſceperit; hancque rationem
loquendo in terminis noſtris videlicet in renuntiatio-
ne hæreditatis conſiderauit ante nos etiam in Rip. in
d.l.ſi vnquam q.11 ſub nu.20.ibi. aduerte quia iſta de-
ciſio,ſicquè in effectu ratio l.ſi unquam annullãtis do-
nationem eſt fundata in defectu conſenſus,& non in
defectu ſolemnitatis,vel in preiudicio;prout ſunt fun-
datæ leges,quas adducit Tiraq.

150 Comprobatur iſta reſponſio primo ex his, quæ ſcri-
bit idem Tiraq.in d.verbo.donatione largitus.nu.mihi.
356.dum firmat l.ſi vnquam.habere locum etiam in re
inæſtimabili quantum ad prætium, ſed æſtimabili ſolũ
quantum ad affectionem,& voluntatem donatoris, di-
cens,quòd ſolum debet reſpici veriſimilis,& præſum-
pta voluntas donatoris,an fuiſſet donaturus,ſi cogitaſ-
ſet de liberis.

151 Secundo comprobatur ex eo: quia ſi quæramus ra-
tionem diuerſitatis,quare iuramentum firmet donatio-
nem inter virum,& vxorem ſecundum communem, *
& veram opin.ad tradita per Guter.tract. de contract.
iurat.cap.3.& ſuppleat ſimiliter defectum inſinuatio-
tionis ſecundum communem * opin. & non item fir-
met donationem in caſu dictæ l. ſi vnquam. hæc ſola
reddi poteſt,quòd in caſu dictæ l.ſi vnquam deficit con
ſenſus, & quando deficit conſenſus,iuramentum nihil
operatur.

152 Nec dicatur,quòd l.ſi vnquam. reſcindẽdo donatio-
nem omnium bonorum, ſeu ſaltem magni valoris, vi-
detur conſideraſſe principaliter præiudicium, & dam-
num donatoris, & ſecundario defectum conſenſus,
quaſi ex damno lex fingat,ſeu præſumat diſſenſum do-
natoris, ſeu non cogitaſſe.

Quia reſp.dictam l.ſi vnquam. conſideraſſe principa
liter defectum conſenſus eò, quia quantumuis magna
ſit donario,& damnoſa,tamen eam non reuocat,ſi con
ſtat de conſenſu donatoris,ſeu quòd cogitauerit de fi-
liis:& licet ex magnitudine donationis præſumat eum
non cogitaſſe de liberis; tamen nõ propterea ſequitur,
quin hæc eadem præſumptio poſſit fieri ex renuntia-
tione opulentiſſimi iuris quęrendi:veriſimile enim eſt,
quòd quis habens in bonis centum, facilius donaret
quinquaginta, quàm renuntiaret iuri futuro quinque-
millium,etiamſi ius non eſſet omnino certum.

153 Modo in in propoſito,ſtante iſta ratione,concludo,
nullam habendam eſſe diſtinctionem inter ius quæſi-
tum,& ius quærendum:quia deficiente conſenſu,renũ-
tiatio nunquam eſt valida ſiue ſit iuris quæſiti, ſiue ſit
iuris quærendi: & ideo ſolum eſt videndum an ſit ve-
riſimile,quòd renuntiaſſet iuri futuro,ſi cogitaſſet de
liberis:Et quid ſit veriſimile relinquitur arbitrio iudi-
cis,vt ex Card.Iaſ.Gomeſ.& Menoch.retuli,& ſequu-
tus ſum infra cap.11. num.167. verſ.quid ſit.

154 Ad iura adducta per Bal. & conſiderata per Tiraq.
reſp.& 1.ad cap.2.de pact.in 6.dico,quòd in caſu dicti
cap.2.concurrunt tres rationes,quæ ceſſant in caſu no
ſtro:concurrit enim veriſimilitudo, quòd filia cogita-
uerit de filijs, quia fecit renuntiationem in contractu
dotis,ſicque veriſimiliter poterat cogitare de filjs; vn-
de in primis non deficit conſenſus; ſecundo quia ſicut
l.ſi vnquam. non habet locum in donatione propter
cauſam; ita multò minus in renuntiatione, quam illa
filia fecerat propter dotem, prout has duas rationes
conſiderat etiam Tiraq.in d.verbo.donatione largitus.
n.mihi.188.tertio renuntiabat patri, qui poterat ipſam
excludere ab hæreditate,dummodo eam inſtitueret hę
redem in dote, ſeu in legitima.

155 Ad text.in l.ſi ſponſus.§.ſi maritus. reſpondeo vt ſu-
pra,quòd illa renuntiatio valet ex eo,quòd coniux re-
nuntiãs iuri quærendo non ſit pauperior;& hæc conſi-
deratio ſufficit in donatione inter virum & vxorem;
ſed in donatione, quam facit non cogitans de liberis
ſuſcipiendis, conſideratur voluntas donatoris.

156 RESTRINGE præfatam exemplificationem, eiuſ-
demque extenſiones,vt non procedant, quando appa-
reret, quòd donator cogitauit de filiis; quia tunc do-
natio non reuocaretur propter ſuperuenientiam filio-
rum Gabr.qui alios citat in concluſ. lib.3.tit.de donat.
concl.2 num. 48 limit.7.quia diſpoſitio dictæ l. ſi un-
quam. ſeu reuocatio donationis dicitur inducta prin-
cipaliter fauore patris propter præſumptam mentem
ipſius,vt tenuit Rot. diuerſ.deciſ.124.ſub num. 1. 2. &
ſeqq.par. prima.

157 DECLARA iſtam reſtrictionem, vt in dubio non
præſumatur cogitaſſe de filiis ſecundum communem*
opin.de qua teſtantur Socc.in l.2.ſub num.4.ibi.quia
ad hoc vt non fiat reuocatio.ff.ſol.matr. & Gabr.dicta
concl 2.num. 56. & ideo ſecundum eundem Socc. vbi
ſupra,quem refert,& ſequitur Clar.in §.donatio. q.22.
verſ.ex qua.debet expreſsè apparere, quòd cogitaue-
158 rit;✝ Sed quando dicatur ſufficienter apparere, ſeu ex
ex quibus coniecturis colligatur, vide per Gabr. dicta
concl. 2. nam multa eſſent dicenda circa hanc practi-
cabilem, & vtilem exemplificationem, quæ cogor
omittere, ne nimis diuertar.

RESTRINGE II. eandem limitationem,eiuſ-
què exemplificationem,poſitas ſupra num.139.& 140.
in eo,quod diximus exceptionem periurii non obſtare
agenti pro reuocatione donationis propter ſuperue-
nientiam filiorum eò,quòd præſumitur deeſſe conſen-
ſus donatoris iurantis; vt non procedat quando non
conſtat notorie de defectu conſenſus, ſeu quòd ſimus
in caſu donationis reuocandæ ex diſpoſitione dictæ l.
ſi unquam.C.de reuoc.donat.quia donec ſumus in du-
bio obſtat exceptio periurii, vt tenuit Rot. coram R.
P.D.Ludouiſio die 26. Iunij. 1602. in vna ſignina ca-
ſtrorum.

159 EXEMPLIFICA II. eandem limitationem,
quam poſui ſupra num.139.verſ.limita nunc.in renun-
tiatione, quam ſpoliatus facit poſt ſpolium:quia illa
renuntiatio non impedit reſtitutionem Rot.deciſ. 18.
alias 401.ſi agenti interdicto.ſub num.2. de reſtit. ſpol.
in nou.Gloſſ.1.verſus finem. in cap. 2. & ibidem Ant.
de Butr.num.3. in fine. & Abb. ſub num. 8. de reſtitut.
ſpol.& ratio ſecundum eoſdem Gloſſ.& Abb.eſt, quia
renuntiãs non potuit renuntiare poſſeſſioni, quam non
habebat: & procedit iſta exemplificatio etiam ſi re-
nuntiatio ſit iurata, vt loquitur Rot. ſupra proximè
citata.

Nec dicatur, quòd reſtitutio non impeditur in
odium ſpoliatoris, & etiam quia renuntiatio non cen-
ſetur ſpontanea, ſed cenſetur potius meticuloſa, &
facta propter amiſſam ſpem recuperandæ poſſeſsio-
nis.

Quia reſp. iſtam rationem non eſſe bonam, cum
iuramentum etiam metu extortum eſſet ſeruandum,
donec ſequuta fuerit abſolutio, vt ex Innocent. &
aliis retuli ſupra num.116.verſ. amplia ſecundo.

160 Infero ex ratione huius ſecundæ exemplificationis,
quòd renuntiatio nunquàm extenditur ad poſſeſſio-
nem, quam renuntians non habebat tempore renun-
tiationis; & ita per hanc exemplificationem conſului
diebus præteritis pro Excellentiſſ. Duce D. Camillo
de Comitibus in cauſa Caſtrorum Rocchæ Maximi &
Colliſferri; quòd ceſſio & renuntiatio per ipſum fa-
cta non poterat adaptari poſſeſsioni recuperandæ, de
qua agebatur, quia eam non habebat tempore renun-
tiationis.

161 LIMITA II. vt non habeat locum, quando
actor ante motam litem feciſſet ſe abſolui à iuramen-
to, prout quotidie faciunt, qui volunt reſcindere, ſeu
aliter contrauenire contractibus iuratis.

162 DECLARA iſtam limitationem, vt ſit vera ſi ab-
ſolutio ſit obtẽta in ſpecie à ſingulis iuramẽtis,cõtẽtis

& præstitis in contractu, alias non esset sufficiens Bal. in solemni repetitione l.iusiurandum.col.mihi. 29. fol. 31.col.4.paululo post principium.ibi.sol.dico.ff.de iureiu.dicēs,qđ nisi ordinatè petatur absolutiones, absolutio nō iuuat.Rom.cons.326.in præsenti cōsultatione. Fely.in c.constitutus.n.14.de rescrip.& in c.debitores. sub nu.9.ibi.dicis tamen. de iureiur, & Marchesi. tract. de commiss.par.1.commiss.1.relaxat.iur.c.4.sub nu. 22. seu 24.fol.38.& nu.25. fol.39. & fuit sæpius tentum in Rota,& vltimo loco coram D.P.D. Mellino in vna placentina castri. die mercurij 4. Iulij. 1609.

CASVS II.

163 Capio secundum casum quæstionis positæ supra n.114.& cōcludo,quòd exceptio periurij nō obstat reo se defendenti, cum periurus audiatur se defendendo c. dilecti filij.& ibi Ant.de Butr.not.2.sub num. 2. de except.Natt.cons.51.viso processu.nu. 15. lib.1. & cons. 658.in causa. nu. 13. lib.4. licet eo loci non ponat pro constanti.& sentiunt Bal.in auth. & qui iurat. in principio.& nu.1.C.de bon.auct.iudic.possid.dicens,quòd periurus non amittit causam , & quòd est citandus: & Glo.1.in fine.in d.c.dilecti filii.de except.dicens, quòd admittitur ad defendendum , qui alias ab agendo repellitur.

164 Confirmatur ista conclusio : quia exceptio periurij est inferior exceptione excommunicationis, vt aduertit Lancell.tract.de attent.par.3.cap.24. q.26. sub nu.6.
165 fol.436. quod probatur ea ratione, † quia excommunicatus dicitur membrū Diaboli,vt ex Alber. & Arch. retuli,& sequutus sum lib.præced.cap.88. sub nu. 2. in
166 secunda ædit. † & tamen excommunicato, qui compareret ad se defendendum,non obstaret exceptio excōmunicationis,quia ei vti reo non voluntario,sed necessario competit omnis legitima defensio , vt ex eod. Arch. retuli & sequutus sum infra cap. 9. num.1024.& 1802.&potest excommunicatus licitè exercere omnes actus iudiciales. qui respiciunt defensionem , vt ex Io. And.retuli & sequutus sum infra d.c.9.n.1024.vers.pri
167 mo quia:† Et quòd excommunicato non obstet exceptio excommunicationis,si comparet in iudicio possessorio non propriè vt actor,sed vt reus,scribunt Corset. tract.fallent.ad regulam.spoliatus &c. fallen. 17. in fine.& Iacob.Nouel.in pract.crim.in ead.reg. spoliatus, nu.17.in fine,fol.54.

168 Confirmatur magis; quia etiam Diabolus se defendendo esset audiendus,si compareret in iudicio , vt ex Rot.Alber.Abb.Vant.Flam. Cart. & Gail. retuli & sequutus sum lib.præced.cap.88.sub num.2.

169 EXEMPLIFICA conclusionem huius secundi casus in eo, qui intentat remedium vti possidetis, concludens inhiberi aduersario,vt desistat à molestijs, & turbatione; Et moueor , quia intentando hoc remedium nō tam dicitur agere,quàm se defendere,& tueri l.1.§.interdictum.ff. vti possid. Natt. cons. 419. in præsenti.nu.5.in fine,& nu.6.lib.2.& quòd petens cōfirmationem possessionis dicatur reus,& nō actor scribit Tiraq.in tract.le mort saisit le viff.par.6. declarat.7. nu.2.quem refert,& sequitur Virg.de Boccac. d. tract. de interd.vti poss.siue de manutent.cap. 15. nu. 12.fol.
170 310.† & quid debeat continere & concludere libellus in isto interdictio vide Virg.de Boccat.eod. tract. cap. 16.nu.1.fol.310.

171 EXTENDE istam exemplificationem , vt procedat etiam si is,qui intentat vti possidetis, seu petit mandatum de manutenendo , retineret solam ciuilem possessionem,& peteret sibi restitui naturalem occupatam ab aduersario, vt in simili cōsiderat Alex.cons.92. perspectis his.in principio.lib.1.& explicat Menoch.tract. de retinen.posses.remed.3.q.2. sub num. 26. non enim ciuilē possessionē turbare desinit,qui naturalē nō restituit Natt.d.cons.419.sub n.3.& 4.& Menoch. d.remed. 3.q.2.nu.27.quia adhuc ei non obstaret exceptio periu
172 rii.† & ratio est:quia recuperatio possessionis naturalis,cuius respectu videtur agere , & non se defendere, venit in consequētiam ad possessionem ciuilem, cuius respectu est reus,vt cōsiderant ijdem Alex.& Menoch. vbi supra.Bar.in l.si duo.vers.vlterius opponitur.nu.1. ff.vti possid.& Natt.d.cons.419.nu.3.versus finem. lib.
173 2.† sed quod est principale est attendendum, nō quod venit in consequentiam l.si quis nec causam.& ibi latè Ias.qui exornat.num.3.& seqq.ff.si cer. pet.

174 Contraria opinio in casu huius exemplificationis, eiusquè extensionis videtur vera .

Primo ; quia reus voluntarius , si sit excommunicatus,vel periurus;non auditur secundum ea,quæ scribūt Paul.de Castr.Boer.& Ant.de Butr.infra citati:& ideo excommunicatus non potest agere ex l.diffamari. C. de ingen.& manum.quia voluntariè hoc petit, & ideo est actor,qui non potest esse in iudicio,& possunt contra eum obiici omnes exceptiones, quæ possunt obiici contra actorem Paul.de Castr. in l. libertus à patrono. nu.2.ff.de in ius voc.Boer.decis. 255. & circa primam. sub nu.7.& Ant.de Butr.in c.intelleximus.vers.opp. 3. ibi.nunquid.n.13.de iudic.dicens plus,quòd excommunicatus non potest petere cogi actorem persistere in actione intentata: & quòd intentans remedium dictæ l.diffamari.dicatur actor,sentit Paul.de Castr. in l. in criminali.la 2.sub num.3.vers.sed quæro. C. de iurisd. omn.iud dicens,quòd si Vicentinus vult agere ex l. diffamari. contra Paduanum , debet comparere & agere coram iudice Paduano : quia in hoc ipse est actor, & alter est reus . & sic fuisse iudicatum in cons. Neap. refert Affl. decis. 268. in alia causa. nu. 4. quam decisionem referunt,& sequūtur Dec.cons.487.in quæstione.sub nu.10.& Boer.d.decis.255.sub nu.7. & sentit idem Dec.cons.43.pro tenui.sub num.1.vers sed tamen præmissis . Sed is,qui petit mandatum de manutenendo,dicitur reus voluntarius & solet in primis facere committi causam iactionum , & molestationum iuxta d.l. diffamari. Ergo obstat ei exceptio periurij.

175 Secundo quia licet periurus non amittat possessionem propter periurium,quia res facti iure ciuili infirmari non potest ; pōt tñ facere lex vt talis possessio vti affecta , & nulla careat iuris adminiculis , sicut in alio proposito scribit Rot.decis.5.alias 433.num.3.vt lit.pend.in antiq. dicens , quòd possessio subrogati in possessione beneficij litigiosi contra cap.si hi contra quos.vt lit.pend.est adeo affecta & nulla, quòd debet carere iuris adminiculis; & ideo si talis subrogatus sit spoliatus non restituitur,teste ead. Rot. decis.17. alias 429.nota nunquid si mortuo. de rest. spol. in antiq. & ex Rot.refert & sequitur in alio casu Socc.cons.67.eadem die,col. penult. vers.secundo principaliter num. 9. & 10. lib. 3. & ex his in proprio casu nostro , quòd periuro,si turbetur in possessione non competat interdictum vti possidetis,& si cadat à possessione non detur remedium reintegrãdæ,scribit Natt.cons.373.quo-
176 niam.nu.37.& seqq.vsque ad num.30.lib.2. † Et in facti specie , quòd petenti mandatum de manutenendo obstet exceptio periurij tenuit Rot.coram R.P.D. Mellino. die mercurii. 4. Iulii. 1600. in una placentina castri. & vltimo loco in una signina castrorum. die 26. Iunii.1602.coram R.P.D.Ludouisio.

177 Tenenda istam opinionem:respon. ad adducta in contrarium supra nu.163.vers. capio. quòd procedunt in reo necessario; prout in eo loquitur Arch. quem citaui ibidem,& non in reo voluntario,cui obstant omnes exceptiones,quæ obstarent mero , & vero actori secundum ea,quæ scribunt Paul.de Castr.Boer.& Ant. de Butr.supra citati.& Virg.de Boccat.tract.de interd. vti possid.cap.15.nu.8.in fine.fol. 310.

178 Ratio diuersitatis est : quia reus necessarius dicitur is , qui est citatus ab actore , & cum sit citatus ab actore dicitur ab eodem approbata eius persona in iudicio,vt ex Innoc.in cap.cum inter.sub num. 1.vers.solutio illa.de except.refert,& sequitur Paul.de Castr.in l.libertus à patrono.sub.nu.2.ff. de in ius voc.

His non obstantibus,potest defendi extensio , eiusq; exemplificatio triplici fundamento .

179 Primo : quia defensio est duplex:vna quæ habet naturam actionis, & impugnationis, & ista negatur bannito , & excommunicato, & consequenter etia periuro : altera , quæ habet naturam solius exclusionis , & ista non negatur Alber.de Ros. tract.de stat. par. vlt. q 92.num.6. fol.84.

Sed

Sed defenſio pro manutentione poſſeſſionis tēdit ad excludendas moleſtias,& turbationes. Ergo iſta defenſio non eſt neganda excommunicato, & periuro.

Secundo:quia excōicato,ſi ſit reus neceſſarius;competit legitima defenſio in iudicio, vt oſtendi infra c.9. de teſt product.&c.nu.1024. & ſic loquutus ſum ſupra n.164. verſ.confirmatur.& nu.166.Ergo à fortiori com petit periuro,ſi ſit reus neceſſarius, cū exceptio periurij ſit infirmior exceptione excommunicationis, vt ex Lancell. retuli & ſequutus ſum ſupra d. nu. 164.

Sed intentans remedium vti poſſidetis, dicitur reus neceſſarius: ergo debet audiri.

180 Quòd intentans præfatum interdictum,petenſque manuteneri ſit reus neceſſarius,probatur ex eo,quia defenſio cum violentia,& cum armis non conceditur, niſi in caſu neceſſitatis ad not.per Doct.in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. nam ſemper à lenioribus eſt inchoandū ad not.per Bar.in ead l.vt vim.ſub nu.11.dum ait,quòd defenſio debet eſſe moderata,vt ſi poſſis euadere,& te defendere cum pugno, vel cum fuga ſine dedecore, non te defendas cum illatione vulneris, & effuſione ſanguinis.

181 Sed defenſio etiam cum armis conceditur ei,qui eſt in poſſeſſione ciuili,vt ex Socc. Boſſ. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra nu.183.verſ. ſed poſſeſſor.Ergo is dicitur reus neceſſarius.

182 Tertio;quia qui poteſt licitè ſumere arma bellica, poteſt à fortiori ſumere arma ciuilia, cum bellica non concedantur,niſi in ſubſidium,quando quis; mediante iuſtitia;ſuum conſequi non poteſt Bal.in l.ex hoc iure. verſ.duodecimo quæritur.nu.11.ff de iuſt. & iur. Boſſ. tract.crim.tit de plur.violen.nu.8. & ſub num.13,

183 Sed poſſeſſor poteſt vti armis bellicis, & vim vi repellere pro defenſione rerum ſuarū c.dilecto. de ſent. excomm. in 6. & d. l. vt vim.& ibi Gloſ.in verbo.nam iure.Bar.verſ.quærit gloſſ. num.6. & communiter omnes,* vt teſtatur Dec.verſ.in gloſſ. num.31.ff.de iuſt.& iur.loquens apertè, quòd etiam pro defenſione rerum liceat hominem interficere: de qua cōmuni * latè etiā teſtatur Clar.lib.5.recept.ſent.§.homicidium.verſ.hęc autem concluſio: & habet locum iſta defenſio ex d. l. vt vim. etiam pro poſſeſſione rerum,vt refert,& ſequitur Seb.Medic.tract.de caſib.fortuit.q.8.ampl.21.nu.4. fol.204.& ideo,qui habet poſſeſſionem ciuilem poteſt quandocunque etiam per vim propria auctoritate occupare naturalem ſecundum communem * opin.quam refert,& ſequitur Socc.conſ.122.in cauſa nu.12. lib. 4. & ſentit Neuiz.conſ.82.pro hieronimo.num.3. dicens quòd ſpoliato ſua naturali poſſeſſione licet illam recuperare,& vim vi repellere:ſentiunt etiam Boſſ.d.tit. de plurib.violent.nu.10.& Menoch.tract.de recuper.poſſeſ.remed.9.q.24.ſub nu.194.dum ſcribunt, quòd ciuiliter poſſidens poteſt naturalem poſſeſſionem impunè occupare,& Natt.conſ.378.non videtur.nu.2.lib.2. dū ſcribit,quòd poſſidens ciuiliter, poteſt quandocunque ingredi poſſeſſionem, & in ea inſiſtere, licet naturalis ſit per alium occupata:& quòd retinens animo poſſeſſionem ciuilem poſſit propria auctoritate recuperare poſſeſſionem naturalem ab alio occupatam, & pro illius recuperatione poſſit frangere portas, tollere alia impedimenta, & reſiſtētes repellere etiam cum armis, conſuluit Craue. conſ. 5. tria ſunt.nu.9.& ſub num.11.

Ergo à fortiori debet idem poſſeſſor poſſe vti armis ciuilibus,& audiri in iudicio pro defenſione & manutentione ſuę poſſeſſionis;imò debet audiri celeriter,ne

184 deueniatur ad arma, † quia iudex non obuians iſtis ſcandalis malè facit,vt ex pluribus refert Neuiz. conſ. 81.princeps.nu.3. nec debet expectare, quòd loco libelli offerant ſibi gladium,vt fieri ſolet, quando furor arma miniſtrat,ſicut aduertit Neuiz.d.conſ.81.ſub.n.7.

185 Nec dicatur,excommunicato, ſeu periuro non com petere defenſionem,de qua in d.l.vt vim.

Quia reſp.contrariū;videlicet,eam defenſionem cō petere ex eo,quòd eſt defenſio naturalis, quæ cuilibet eſt permiſſa, prout colligitur ex d.cap.dilecto. & ſentit ibi Io.And.num.1 dicens, quòd qui dicit cuilibet nihil excipit: & ſi diceremus aliter, ſequeretur quòd bona excommunicati concederentur occupantibus, & ſpoliatoribus, quod eſt falſum:quia excommunicati retinent bona, & non perdunt Io. de Lign. tract. de cenſur.eccleſ.§.16. num. 3. fol. 319. & ideo ſecundum eundem ibidem, & ſecundum magis communem, * quam refert,& ſequitur Clar.in §. teſtamentum. q. 24. poſſunt facere teſtamentum.

186 Tenendo extenſionem,& exemplificationē ipſius.

Reſp.ad primum argumentum, quòd petens manuteneri in poſſeſſione dicitur reus neceſſarius; & non

187 voluntarius, in quo loquitur argumentum: † eſt præterea falſa illa opinio,quòd diffamatus agens ex l. diffamari.ſit actor;nam opinio contraria;quòd ſit reus, & propterea poſſit adire ſuum proprium iudicem tanquàm reus,cuius forum actor ſequi debet;eſt communis,* vt retuli,& ſequutus ſum lib.præcedenti cap. 34. ſub num. 43.verſ.contrariam. fateor tamen, quòd eſt reus voluntarius; vnde nota obiter, quòd actor ſequitur forum rei etiam voluntarij.

Ad 2.quòd lex poteſt facere,quòd poſſeſsio periurij careat iuris effectu; reſpondeo dupliciter: & primo, quòd ſi hoc eſſet verum in caſu noſtro, ſequeretur hoc abſurdum;quòd euaneſceret illa diſtinctio inter reum voluntarium, & reum neceſſarium: quia etiam reus neceſſarius repelleretur à defenſione;quod eſt contra communem doctrinam, de qua ſupra num. 163. verſ. capio.& num.177.

Secundo reſp.quòd doctrina Soccini, & Nattæ, qui eum ſequitur,eſt fundata in auctoritate d. deciſ.17. de reſtit.ſpol. in antiq.ſed caſus illius deciſionis non poteſt applicari huic:quia in caſu dictæ deciſionis ille, qui non debebat audiri ſuper ſpolio,videbatur iuridicè & iuſtè priuatus poſſeſsione auctoritate iudicis, & reſiſtebat illius poſſeſsioni decretum iuris;quæ ceſſant in poſſeſsione periurij.

Ad Rot.coram R.P. D. meo Mellino poſſet reſponderi, quòd Fely.in cap.dilecti filij.nu.2. de except. per eam citatus,loquitur in actore, & ideo nō videtur ob-

188 ſtare;imò non obſtaret etiam ſi loqueretur in reo: † & ratio eſt,quia; cum non diſtinguat, eſſet recurrendum ad Doctores,loquentes cum diſtinctione;quoniam debemus ſequi opinionem,quæ diſtinguit,vt ex Aret.Inſtit.de empt.& vendit.in principio.ſub nu.3.ibi & iſtā. & ex alijs cumulatè refert & ſequitur Simoncel. tract. de decr.tit.8.inſpect.vlt.num.228. fol.330 & vltra eos Thom.Act. de lud. ſcacch.q.4.num.58.fol.173.

Ad Rotæ deciſ.corā R.P.D. Ludouiſio reſpōdeo,qđ eſt fundata in doctrina Nattæ,ad quem eſt reſponſum.

189 NON recedas ab opinione Rotæ, quia habet magnam auctoritatem,& reſpicit fauorem animæ;

190 RETENTA tamen opinione, quòd agens pro manutentione interdicto vti poſsidetis dicatur reus neceſſarius.

AMPLIA eam,vt habeat præcipuè locum,qñ eſſet ſpoliatus naturali poſſeſsione à iudice; quia tunc veniret in iudicio ſtimulatus à iudice, & conſequenter diceretur reus neceſſarius ſecundum ea, quæ ſcribit Abb.in c.cum inter.ſub n.12.à ſenſu contrario.& n. 14.in ſenſu aperto de except.

Hora iam eſt redeundi ad limitationes cauſarum, quæ non comprehenduntur in ſtat. de compromiſsis.

Continuantur limitationes ad ſtatutum ex cauſis.

191 Reſumpto ordine limitandi intermiſſo ſupra nu. 100.

LIMITA VII. in cauſis feudalibus Regni Neap. quia non compromittuntur, ſed ſunt expreſsè exceptæ à pragmat. odia quæ. ſed circunducta pragmat.& loquendo de iure cōi an comprehendantur,vide Affl.in conſti.conſtitutionem diuæ memoriæ. num.52,53.& 56 lib.3.& Vrſil. in annot. ad deciſiones eiuſdem deciſ 43. num. 2. qui alios allegat.

192 LIMITA VIII. generaliter qñ opponitur exceptio, quæ impedit litis conteſtationem perimendo,& nō differendo,quia tunc cauſa,in qua opponitur talis exceptio,non compromittitur Maran.in ſuo ſpec.p 6.actu. 2.limit.4.nū.17. & latius Io.Bapt. tract.de arbitr. lib.5. cap.13. fol. 250.& M.Ant. Blanc.tract.de compromiſ. quæſt.4. num.32. & ſeqq.fol. 169. & ſeq. qui ordinatè ſcribit de exceptione pacti de non agendo, de exce-

ptione pacti de non petendo, de non adeundo iudi-
cem, de non mouendo litem, de non conteſtando,
de ingrediendo poſſeſſionem auctoritate propria, de
exceptione ſolutionis, venis contra factum proprium,
formæ non ſeruatæ, & de multis alijs.
193 DECLARA iſtam limitationem, vt ſit vera quando
talis exceptio poteſt probari incontinẽti, ſicut loquun
tur Blan.d.q.4.ſub nu.32.verſ.ſolus. & nu.34.verſ. ter-
tia.fol.169. & Balb.tract.de præſcrip.9.principali quæ-
ſito.nu.5.fol.55.vbi refert exceptionem præſcriptionis
impedire iudicium, & compromiſſum, ſi illa exceptio
ſit ſtatim liquidabilis.
194 Et quomodo eiuſmodi exceptiones peremptoriæ,
ſeu anomalæ debeant opponi, refert & ſequitur ex
Bar.M.Ant.Blanc.d.q.4.nu.33.verſ. ſecunda.
195 LIMITA IX. vt non habeat locum in cauſa appel-
lationis, teſtibus Paul.de Caſtr.M.Anton.Blanc.& Ma-
ran.quos retuli, & ſequutus ſum infra nu.667. & com-
probatur iſta limitatio ex his quæ ſcripſi ſupra nu. 58.
verſ.reſtringe eam. & infra inſecunda difficultate ſub
nu.661. verſ. contraria.
196 Cauſa attentatorum an ſit compromittenda, vide
Lancell.tract.de attent.par.3.c.24.q.25.num.2.fol.436.
197 An poſſit fieri cõpromiſſum de territorio inter duas
ciuitates, vide Io.Ant. de Nigr. ad capit. Regn. Neap.
in cap.271.pondus æquum.nu.6.fol.mihi.245.
198 Quæ aliæ cauſæ non compræhendantur ſub dicto
ſtatuto de compromittendis cauſis, vide apud Capic.
deciſ.7.Lanfr.de Orian.tract de arbit.4.partic. fol.211.
& diuiſ.7.q.48.nu.95.fol.223.Bapt.à S.Blaſ. tract. de
arb. & arbitr.verſ.decimoſeptimo.num. 41. & ſeqq.fol.
300. M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ.q.4.& 5.fol.
164.& 176.& latè Io.Bapt.tract.de arbitr.lib.3.per to-
tum.fol.237.& ſeqq.
199 Dubium inſurgit; litigator, requiſitus ex forma ſta-
tuti ad compromittendum, opponit, illam cauſam, ſeu
litem non debere compromitti: quæro an debeat com
promitti articulus iſtius oppoſitionis, & videri per ar-
bitros, an cauſa debeat compromitti.
Reſp. quòd ſic, Socc. conſ.51. præſtantiſſime doctor.
in fine.nu.10 lib.1. Capic. deciſ. 7. in principio. & M.
Ant Blanc.tract.de compromiſ.q.4. verſ. & quòd cau-
ſa.ſub nu.21.fol.167. & q. 5. verſ. quæſtio de compro-
mittendo, nu.7. fol. 177. & eſſe communem * refert &
ſequitur.d.verſ.& quòd cauſa.
Contra iſtam ſententiam tenet Corn. conſ. 290.
quod fuerit iuſte.ſub nu.6.ibi.& ſi poſtea & num.7.lib.
1.cuius & aliorum fundamenta & rationes adducit &
confutat Blanc.ſub d.nu 21.

QVAESTIO V.

*Perſonæ, quæ non compræhenduntur in ſtatu-
to, mandante litigantes cogi ad com
promittendum.*

SEquendo ordinem qq.principalium intermiſſum
ſupra ſub num.62.
209 QVAERO an ſtatutum de compromittendis cau
ſis inter conſanguineos vtriuſque ſexus vſque ad tertiũ
gradum de iure canonico computandum incluſiuè, &
inter affines, &c. vt diſponunt ſtatuta Vrbis lib. 1. cap.
100.recipiat limitationes, pertinentes ad perſonas li-
tigantium.
Reſpondeo, quòd recipit multas limitationes.
LIMITA ergo primo vt non habeat locum in in-
fidelibus, quales ſunt hæretici, quia non poſſunt gau-
dere beneficio huius ſtatuti, Io. Bapt. tract. de arbitr.
lib.2.cap.9.num.1.& ſeqq.fol.233.
201 EXTENDE iſtam limitationem vna cum Ioan.
Bapt.vbi ſupra vt procedat etiam in apoſtatis, ſciſma-
tis, & ſaracenis.
202 RESTRINGE iſtam limitationem vt non ha-
beat locum in iudæis, quia compræhenduntur in dicto
ſtatuto, vt ſcribunt idem Io.Bapt.eod.cap.9. ſub nu.2.
& M.Ant.Blanc.tract.de compromiſ.q.3. ſub num.47.
verſ.tu dicas. fol.161.
203 LIMITA II. vt non habeat locum in clericis,
quia non ligantur iſto ſtatuto Fely. in cap.eccleſia ſan
ctæ Mariæ. in fine. de conſtitut. Matth. in commen. ad
pragmat.odia quæ.col.2.lin.47.fol mihi.421. Maran.in
ſuo ſpec.par.6.actu 2.limit.12.num.26 & ita diſputan
do firmauit Socc. conſ.71. circa præſentem.nu.9. in fi-
ne.verſ.his tamen.& nu.10.& ſeqq.lib.3.
204 Contrariam opin. nimirum quòd comprehendãtur,
& cogantur eligere arbitros; tenuerunt Corn conſ.114.
primo aſpectu verſ.ſed his. num. 4.lib. 2.Capic. deciſ.
66.& M. Ant. Blanc.tract.de compromiſ.q.3.verſ. in
hac quæſtione. ſub nu.32. fol. 159. & hanc videtur ſe-
qui Lanfr.de Orian.tract.de arbitr.diuiſ.7.q. 48.nu. 96.
fol.223. & hæc opinio meo iudicio videtur commu-
niter * teneri, & melioribus rationibus fulciri: Et quia
in iſto paſſu venit agendum ſi ſtatuta laicorum ligent
clericos, tu poteris videre, quæ ſcribũt Alex.conſ. 210.
ponderatis nu.1.& ſeqq.lib.2.& Alber.Brun.tract.de
ſtatut.art. 6.verſ.ſecundo quæro.n.32.& ſeqq fol.178.
& Doct.in d.cap.eccleſia ſanctæ mariæ.& alij quos ci
tat Blanc.d.q 3.ſub num 32. verſ. in contrarium.
205 RETENTA hac communi opinione.
EXTENDE eam vt duobus caſibus procedat ſi-
ne dubio: primus eſt quando clericus vult cogere lai-
cum ad compromittendum: nam licet clericus non
poſſet cogi, tamen poteſt cogere, vt ſentit Maran. d.
actu.2.ſub.nu.26. & 27. dicens quòd clericus compre-
henditur actiuè, ſed non paſſiuè contra ſe.
206 Secundus eſt quando ſtatuta ſunt confirmatis à Pa-
pa, quia dicuntur ſtatuta papalia Beninc. tract de pau-
per.& eius priuileg q.8 4.ſpecial.in contract. num.72.
fol 158.vbi ex Bal.in l.ex placito.ſub num.6.C. de rer.
permut & ex Marſ.ſing.567.omnia. refert & ſequitur,
quòd ſi ſtatuta ſpoletana ſunt confirmata in ſpecie à
Papa, non dicuntur amplius ſpoletana, ſed papalia: ſed
ſtatuta papalia ligant etiam clericos, vt ſcribunt Brun.
tract.de ſtatut.art.12.nu.174 fol. Io.le Cier.tract.de
primogen. lib.1. q.24. num. 2.& Rot.diuerſ.deciſ.379.
num.3 & deciſ 452.num.1.par.1.
207 Exemplifica iſtum ſecundum caſum in ſtatutis Vr-
bis, & in ſtatutis Abbatiæ Sublacenſis, quæ ſunt con-
firmata à Papa: in his enim non eſt dubium, quòd cle-
rici coguntur vigore dictorum ſtatutorum ad compro
mittendum.
208 LIMITA III. vt ſtatutum iſtud non habeat lo-
cum inter affines poſt diſſolutam affinitatem per mor-
tem alterius ex coniugibus Paul.de Caſtr.conſ.80. ſu-
per primo.num 2.verſ.3.ad tertium.lib.2.Maran.in ſuo
ſpec.par.6.actu 2.limit.3 num.15 & 16.Tiraq.tract.ceſ
ſante cauſa par.1.num.31.verſ ſed & hinc.fol.3.Proſd.
de Comit.tract.de affin.nu.17. fol.144.& latè M. Ant.
Blanc.tract.de compromiſ.q.3.num.23.verſ.contrariã.
& verſ.quarto.fol.156. vbi diſputando refert, & ſequi-
tur iſtam eſſe communem * opin.
Nec obſtat, quòd affinitas ſit impedimentum perpe
tuum, etiam poſt mortem illius perſonæ, qua median-
te fuerat contracta, vt ſcribunt Io.And.in tract. ſeu ar-
bore affinitatis.num.3.fol.137.Steph.Coſt.ſub num.14.
fol.135.& Proſd de Comit num.15. fol. 144.
Quia reſp. id verum eſſe reſpectu matrimonij con-
trahendi, quod ita impediretur per affinitatem præſen
tem, ſicut per præteritam, vt declarant M. Ant. Blanc.
d.q.3.ſub num.23.verſ.quarto.& verſ. ad quintum. fol.
156.& Proſd.de Comit.d.tract. de affinit. ſub num. 16.
& 17.fol.144.
209 EXTENDE iſtam limitationem vt in foro capi-
tolino ſit vera etiam ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis
lib.1.cap.100.ſumendo inde argumentum à contrario
ſenſu, dum diſponit, quòd affines primi gradus tenean
tur compromittere affinitate durante.
210 EXTENDE II. vt procedat etiam ſi ſeruaretur
viduitas Blanc.d.q 3 ſub n 23.verſ contrariam. iunctis
his, quæ dixit in princ.d.nu.22 fol.156.& n.25 fol.157.
& licet de hac extenſione dubitauerit Tiraq.tract. ceſ-
ſante cauſa.p.1.nu.32.& 35.verſ.verum.& verſ tamen
fol 3.tamen referendo poſtea nu.39.verſ.porrò.diſtin-
ctionem Oldradi videtur reſidere in iſta extenſione ex
eo, quòd de iure communi quis non cogitur ad com-
promittendum; & in his quæ ſunt contra ius commu-
ne af-

ne affinis, diſſoluta affinitate, non reputatur affinis.
211 EXTENDE III. vt procedat etiã ſi ex coniuge pr ę
mortua ſuperſint filii: quia adhuc conſanguinei dictæ
coniugis præmortuæ litigantes cum marito non cogun
tur compromittere Blanc.ead.q.3.num.24.verſ.intelli
ge,fol.157.
212 EXEMPLIFICA iſtam limitationem in priui
gno & nouerca poſt mortuum patrem:nam licet inter
priuignum & nouercam adhuc remaneat impedimen-
tum quoad matrimonium, ne contrahi poſſit, tamen
quoad compromiſſum ceſſat affinitas Maran. in ſuo
ſpec. par. 6. actu. 2. num. 16. & quòd iſta ſit commu-
✻ nis * ſententia teſtatur M. Ant.Blanc.tract. de compro-
miſ. q.3. num.28.verſ.nouerca.fol.157.
213 EXEMPLIFICA etiam in nuru petente do-
tem à ſocero poſt mortem mariti, quia non dicitur
durare affinitas;& ideo ceſſat ſtatutum Paul.de Caſtr.
in l.fin.nu.5.C. de verbo. ſignif.
214 LIMITA IIII. vt non habeat locum in ſpurio
litigante cum conſanguineis, ideſt agnatis ſui prætẽ-
ſi,ſeu putatiui patris: quia non poteſt ex forma dicti
ſtatuti petere compromiſſum Alex.conſ.60.viſa legiti
matione. ſub num. 8. & ſeqq.lib. 2. & conſ. 144. viſo
ſtatuto. per totum.lib.7. Maran.in ſuo ſpec.par.6.actu.
2.num. 20.& M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q.
215 3. ſub num. 14. verſ. dum eſt quæſtio fol. 154. † & ra-
tio huius limitationis eſt, quia ſpurius non continetur
appellatione agnatorum,cum agnatio trahat originem
à patre, vt ſentiunt ijdem Alex. d. conſ. 60. num. 9.&
d. conſ. 144.ſub num. 2. Maran. vbi ſupra. Blanc. d. q.
3. ſub num. 14. verſ. præterea. fol. 154. & Io. Cynt.
216 tract. de conſangu. fol. 145. col. 2. in fine. † & ratio
rationis eſt,quia cum ſpurius ſit vulgo quæſitus,ſeu ta-
liter, quòd eius pater propter multiplicem hominum
admiſſionem, quam habuit mater, ſit incertus; ſpu-
rius non poteſt dicere ſeu inquam probare aliquem ſi-
bi eſſe agnatum: hancque rationem ſed in alio propo
ſito conſiderant Vulp.tract.de treg.& pac. q. 16. num.
2. & 4. fol. 407. & melius tract.de promiſſ. de non
offend. q. 84.num.1. 4. & ſeq.fol.415. & Proſp. Farin.
in qq.crim.lib. 1.q.13.num 53. 54.ſub nu.59. verſ. qua-
tenus autem.& ſub num.75.
217 EXTENDE iſtam limitationem, vt in ſpurio na
to ex coitu damnato & accuſabili procedat, etiam ſi
pater eſſet certus, vt puta ſi eſſet natus ex conſangui-
nea, moniali profeſſa, & ſimilibus: quia iſte ſpurius
adhuc non poſſet petere compromiſſum contra agna-
tos & conſanguineos ſui patris:quoniam;petendo com
promiſſum; cogeretur allegare turpitudinem ſuam,
& allegando eam non debet audiri l. tranſactione. C.
de tranſact. Tiraqu. tract. de vtroque retract. §. 1. in
verbo. le pris quela choſe.gloſ. 18. ſub num. 20. ver-
ſus finem. fol. 171. & dixi infra ſubextenſ. ſeq.
218 SVBEXTENDE iſtam extenſionem, vt habeat
locum etiam ſi peteret compromiſſum contra conſan-
guineos ſuæ matris: quia adhuc repelleretur: nam
& ſi in eo ceſſet omnino ratio incertitudinis quoad cõ
ſanguineos maternos: quia mater ſemper eſt certa, &
conſequenter etiam conſanguinei matris ſint certi; ta-
men vigent aliæ rationes,& prima, quòd allegaret tur
pitudinem ſam, quam ſi non erubeſcet ipſe allegare,
219 erubeſcet lex ipſum audire. † ſecunda quia nati ex
coitu damnabili nõ poſſunt appellari coniuncti; ſi qui-
dem inter matrem & eiuſmodi filium non contrahitur
cognatio Blanc. d. q.3. ſub num.15. ibi. aut tales ſpurij
220 fol.155. † tertia, quia licet mater ſit certa, tamen
videtur eſſe ſine matre,quia eam præ infamia nomina-
re non audet, ſicut loquendo de patre in alio propoſi-
to refert & ſequitur Proſp. Farin. d. q. 13. ſub num.
59. verſ. quatenus autem. ibi. item qui nati. dicens,
quòd ſpurij nati ex coitu damnato quamuis poſſent
oſtendere partem, tamen cenſentur ſine patre, quia
cum præ infamia nominare non audent, vel loquendo
cum textu in l. vulgo. ff.de.ſtat. hom. quia habent eam
quam habere non licet.
221 EXTENDE II. eandem quartam limitationẽ &
oĩa dicta circa eã,vt procedant etiã in cõſanguineis tã
ex parte patris q̃ ex parte matris contra ſpurium:quia
ſicut ſpurius non poteſt petere compromiſſum contra
conſanguineos ſui patris,neque contra conſanguineos
ſuæ matris in caſu præcedentis extenſionis, & ſubex-
tenſionis, ita etiam ipſi agnati & conſanguinei non
poſſunt petere compromiſſum contra ſpurium ſecun-
dum Blanc. tract. de compromiſſ. q.3. ſub num.15. ver
ſus finem.ibi,eodem modo.fol.155.
222 Contrariam opin. videlicet quòd conſanguinei poſ
ſint petere compromiſſum contra ſpurium;tenet Alex.
conſ. 60. viſa legitimatione. ſub num. 11. ibi vnde ex
his lib.2. & Maran.in ſuo ſpec. par. 6. actu. 2. limit. 7.
ſub num. 20. & 21. moti ex ea ratione, quòd ſpurij
veniant appellatione filiorum in ijs, quæ ſunt præiudi-
cialia ipſis ſpurijs.
223 TENENDO extenſionem, quæ magis placet,
& loquendo in conſanguineis ex parte patris: dico
conſanguineum non eſſe admittendum ad petitionem
cõpromiſſi;quia aut pater eſt incertus,& tũc ceſſat cõ-
ſanguinitas:quoniam paria ſunt non eſſe, vel eſſe & nõ
poſſe apparere; aut ſpurius eſt natus ex coitu damna-
bili, & tunc licet pater ſit certus;tamen iſta nominatio
vti criminoſa, & damnabilis non debet recipi in iu-
dicio, vel ſaltem ceſſat tunc conſanguinitas,vt ſcribit
Blanc.quem retuli ſupra nu.219.
224 EXTENDE III. vt habeat locum etiam ſi vter-
que litigator eſſet ſpurius, & conſanguinitatem duce-
rent ex eorum patribus, vel ex patre,& matre: quia
alter contra alterum non poſſet petere compromiſ-
ſum ex forma dicti ſtatuti,loquentis de conſanguineis:
& ratio huius extẽſionis eſt,quia ſi ſpurij prætẽdunt cõ
ſanguinitatem ex parte eorũ patrum,ſeu patris,conſan
guinitas vel eſt incerta, vel eſt damnata, vt dixi ſupra:
ſi eſt incerta,eſt ac ſi non eſſet:ſi eſt damnata, non po-
teſt allegari.ergo.
225 Contra iſtam extenſionem tenet Maran.in ſuo ſpec.
par.6. actu.2.verſ.ſed poſſet. ſub num. 21.motus ea ra
tione,quòd ſi ſpurius, requiſitus pro compromiſſo ab
altero ſpurio, poſſet excipere ſe non eſſe illi coniun-
ctum eò quòd eſt ſpurius, ſicquè ſe eximere à ſtatuto,
ſequeretur, quòd poſſet allegare ſuam turpitudinem
ad ſui fauorẽ; dicendo ego ſum ſpurius,& ideo nos nõ
ſumus ſanguine coniuncti: quòd ſi allegaret turpi-
tudinem alterius, dicendo, tu es ſpurius, ille alter:
replicaret, & tu quæ pars eſt? ſicquè ſuccederet ada-
gium illud, nil iudæus iudæo, nil Catilina Cethego,
de quo adagio, meminerunt Maran. vbi ſupra. Clar.
vbi infra. & Surd. tract. de alimen. tit. 7. q. 2.num. 15.
226 RETINENDO extenſionem, quæ eſt vera
reſp. ad Maran.quòd licet non poſſit allegare ſpurie-
tatem propriam ad ſuum fauorem, poterit tamen al-
legare ſpurietatem alterius; qui ſi velit replicare: tu
quę pars eſt?non debet audiri,quia per hãc replicatio-
nẽ tolleretur diſpoſitio iuris communis, quæ ſecundũ
eundem Maran. ibidem, & Alex. quos retuli ſupra nu.
222. verſ. contrariam. eſt, vt appellatione filiorum
non veniant ſpurij in ijs, quæ ſunt fauorabilia filijs:ſed
hoc ſtatutum eſt fauorabile vt ex Socc.retuli & ſequu-
tus ſum ſupra num. 29. & quòd aliquando admittatur
exceptio & non replicatio ſcribit Clar. lib. 5. recept.
ſent.q.15.verſ.ſed quæro dicens, quòd licet reus poſ-
ſit excipere contra accuſatorem, quòd accuſator eſt
infamis, vel excommunicatus, & ſic ipſum repellere;
tamen accuſator non poteſt replicare, quod neque ip-
ſe reus debet poſſe excipere,cum etiam ipſe reus ſit in-
famis, ſeu excommunicatus; & hanc eſſe commu-
✻ nem * opin. teſtatur Hier. in apoſtil. ad Ang. tract.
de malef.in verbo. & ad querelam. poſt num. 69.quam
refert & ſequitur Clar. d. verſ. ſed quæro. in fine. &
ſic illa ſententia, nil. iudæus iudæo nil Catilina Ce-
thego: de qua loquitur ibidem Clar.non eſt tuta.
227 RESTRINGE nunc eandem quartam limita-
tionem, vt non habeat locum in ſpurio litigante cum
conſanguineo ſuæ matris, quia compræhenderetur in
ſtatuto & poſſet compellere, & compelli ad compro-
mittendum Alex. in l.ex facto. §. ſi quis rogatus. num.
36. ff. ad ſenatuſc. trebell. Maran. in ſuo ſpec. par. 6.
actu. 2. ampl. 4. num. 5. & limit. 7. in fine. num. 20.
& M.Ant.Blanc.tract.de compromiſ.q.3.verſ. ſecundo
n.10.in fine.fol.154.&n.15.verſ.iuxta præmiſſa.fol.155
228 † & ratio eſt,quia ex parte matris eſt reperire con-
ſangui-

ſanguinitatem etiam in ſpurijs, vt notat etiam Io. Cynthol. tract. de conſang. fol. 145. col. 2. in fine.

229 EXTENDE iſtam reſtrictionem vt procedat etiam ſi vterque litigator eſſet ſpurius: quia nihilominus ſi conſanguinitas inter eos proueniat ab eorũ matribus, vt puta quia ſint ſorores in primo, ſeu alio gradu; vel habeant eandem matrem: poterit alter alterum cogere ad faciendum compromiſſum, vt ſentit etiam Maran. d. actu. 2. verſ. ſed poſſet.

230 SVBRESTRINGE iſtam reſtrictionem primo vt non procedat quando conſanguinitas unius procederet ex parte matris, & conſanguinitas alterius ex parte patris, quia conſanguinitas illius ex parte patris eſſet incerta, & conſequenter non diceretur in propoſito conſanguinitas iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 214. verſ. limita quarto & num. 223. verſ. tenendo.

231 SVBRESTRINGE II. vt non procedat quanſperietas procederet ex coitu damnabili & accuſabili: quia tunc quamuis eſſent ſpurij ex eadem matre, vel ex matribus conſanguineis, nihilominus non poſſet petere compromiſſum per ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 217. & 218. verſ. extende & verſ. ſubextende.

232 Pro intelligentia clariori iſtorum ſcias, quòd nos intelligimus ſpurium eum, qui eſt vulgo quæſitus, ideſt natus ex ſcorto, ſeu ex miniſtra hoſpitij, ſeu caupona: quia is, qui naſcitur ex illis, ſemper habet patrem incertum: item ſpurium intelligimus eum, qui naſcitur ex coitu damnabili, puta ex adulterio, ſeu inceſtu: & tota iſta intelligentia benè colligitur ex prædictis in hac quarta limitatione.

QVAESTIONES INCIDENTES.

QVAESTIO INCIDENS I.

233 QVAERO an naturalis comprehendatur in præfato ſtatuto, loquente de compromiſſis. Reſp. quòd compręhenditur, & ideo poterit cogere, & cogi ad compromittendum Anch. conſ. 187. apud me. Tiraqu. tract. ceſſante cauſa par. 1. num. 36. verſ. ſed & tale. fol. 3. & M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 3. in verbo. naturalis. num. 7. verſ. circa primum. & verſ. in hoc articulo. fol. 153. vbi hanc exiſtimat eſſe veriorem opin. aduertens etiam in d. verſ. circa primum, quòd Anch. ſupra citatus allegatur ab alijs ſub diuerſis num.

234 Quæ faciunt contra iſtam opinionem poteris videre apud Alex. conſ. 60. uiſa legitimatione. num. 10. lib. 2. & Blanc. d. verbo. naturalis. ſub num. 7. verſ. in contrarium: ego pluribus non inſiſto.

235 Pro intelligentia eſt aduertendum, quòd naturalis propriè loquendo, dicitur ille, qui natus eſt in domo ex concubina, in ea retenta, & ex legitimo concubinatu: & concubina dicitur illa, quæ indubitato affectu in domo eſt retenta, ab vxore parum diſtans M. Ant. Blanc. ſub d. num. 7. verſ. in hoc articulo. largo tamen ſumpto vocabulo, naturalis dicitur etiam ille, qui eſt natus ex fantellaſtra, ſeu fanticella extra domum, vel in domo ex ea, quæ habitat cum domino, ſed vagatur per vicos, & plateas, & poſtea reuertitur domum, & demum dicitur naturalis omnis, qui natus eſt ex ſoluto, & ſoluta etiam ſi naſcatur ex furtiuo amplexu, dummodo talis coitus non ſit punibilis de iure ciuili Blanc. d. q. 3. in verbo. naturalis. num. 8. & 9. fol. 154. & Proſp. Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 13. num. 60. ſed propriè loquendo hi omnes, qui naſcuntur ex alio coitu quàm ex coitu coniugali, ſeu concubinario legitimo, dicũtur ſpurij, & illegitimi, vt ex Oldr. & alijs refert, & ſequitur Paleot. tract. de noth. ſpur. & c. c. 16. ſub n. 4.

236 Hac intelligentia præmiſſa; concludo in caſu ſtatuti, de quo agimus, comprænhendi tàm naturalem proprium, quam improprium, ſicut extendendo concludit M. Ant. Blanc. d. num. 8. & 9.

QVAESTIO INCIDENS II.

OPINIO I.

237 QVAERO an legitimati comprehendantur in dicto ſtatuto. Reſp. conſtituendo duas opiniones.

Prima opinio eſt; quòd non comprehendantur: & hanc tenuerunt Paul. de Caſtr. conſ. 178. ſuper eo. nu. 1. in fine. ibi. item confirmantur prædicta. & num. 2. lib. 2. Alex. conſ. 60. viſa legitimatione. num. 17. verſ. venio ad ſecundum. lib. 2. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu. 2. limit. 11. num. 25. & ratio huius opinionis ſecundum Paul. de Caſtr. eſt; quia verba, prolata à ſtatuto, videntur prolata à prætore, & ideo intepręt antur ſtrictius, quàm ſi proferrentur à iure communi, teſte Bal. in l. quiſquis. num. 4. verſ. adde quòd licet. C. ad l. iul. magiſt. quæ ratio confirmatur ex his, quæ ſcribit Ant. de Butr. in cap. tanta. relatus ibidem per Abb. nu. 4. qui fil. ſint legit. dicens, quòd ſi ſtatutum facit mentionem de legitims non comprehenduntur legitimati per ſubſequens matrimonium.

OPINIO II.

Species I.

238 Secunda opinio, quæ eſt vera, & tenenda, diſtinguit in primis triplicem ſpeciem legitimatorum: Quidam enim legitimantur per ſubſequens matrimonium: Quidem per oblationem curiæ: Quidem per reſcriptum Principis.

Capio primam ſpeciem, quando ſunt legitimati per ſubſequens matrimonium: Et concludo, quòd comprehenduntur in ſtatuto argumento textus in d. cap. tanta. qui fil. ſint legit. & eorum, quæ notat ibi Abb. ſub num. 4. dicens quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium non differt à legitimo in ſtatuto, loquente de legitimis: & per hanc rationem ſic in caſu, de quo agimus, ſine dubitatione tenet M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 3. in verbo. legitimati. num. 3. fol. 152.

Comprobatur iſta concluſio: quia naturales, etiam non legitimati, ſed eo ſolo, quòd ſunt naturales comprehenduntur in iſto ſtatuto, vt tenui ſupra num. 233. verſ. reſp. † ſed per ſubſequẽs matrimonium legitimantur ſolum naturales, vt patet ex his, quæ ſcribit Lud. de Sard. tract. de natur lib. & c. rub. de legitimatione per verum matrimonium. num. 1. & ſeqq. fol. 33. & 34. & non legitimantur ſpurij, teſtibus eod. Lud. de Sard. rub. de legitimatione & c. num. 21. fol. 35. & alijs quos retuli & ſequutus ſum infra num. 259. & 260. 239

Ergo nulla poteſt eſſe difficultas, quòd eiuſmodi legitimati comprehendantur.

240 EXTENDE iſtam concluſionem, vt procedat etiam ſi ſtatutum loqueretur de compromittendis cauſis vertentibus inter conſanguineos legitimos per ea, quæ habentur in d. cap. tanta. qui fil. ſint. legit.

Species II.

241 Capio ſecundam ſpeciem, quando ſunt legitimati per oblationem curiæ: & in iſta poſſunt conſtitui duæ opiniones.

Prima opinio eſt; quòd non comprehendantur; quia iſti agnaſcuntur ſolum patri, & non cæteris agnatis: hancque opinionem per iſtam rationem tenet ſine dubitatione M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 3. in verbo. legitimati. ſub num. 3. verſ. alij ſunt. il 1. fol. 152. & quòd agnaſcantur ſolum patri & non cæteris agnatis, teſtatur Bar. in l. communium. C. de natur. liber. quem refert & ſequitur etiam Dec. conſ. 316. in caſu propoſito. num. 8.

242 Contrariam opin. quòd comprehendatur; cenſeo veram: & moueor: quia naturales etiam non legitimati comprehenduntur in iſto ſtatuto ſecundũ ipſummet M. Ant. Blanc. quem nos retulimus & ſequuti ſumus ſupra num. 233. verſ. naturalis. † Sed per obligationem curiæ poſſunt legitimari ſolum naturales, vt innuit textus
243

rus Inſt.de nupt.§.aliquando autem. vbi habetur,quòd naturalis ; curiæ datus ſubijcitur poteſtati patris, & probat Lud. Sard.tract. de natur. liber. rub. ſeu §.de legitimatione per curiæ oblationem num.2.fol.43.Ergo clarum eſt quòd compræhenduntur in ſtatuto.

244 Non obſtat,quòd legitimatus per oblationem curiæ agnaſcatur ſolum patri.

Quia reſp. id eſſe verum quoad ſucceſſiones,ſed quo ad compromittendas cauſas ex forma ſtatuti,& vt mediante compromiſſo euitentur ſcandala, & conſeruetur prax & concordia debemus extendere ſecundum ea, quæ,loquendo de naturalibus, ſcribit idem Blanc. ead.q.3.in verbo.naturalis. ſub num. 7. verſ. circa primum.fol.153.imò ad iſtum effectum ſufficit agnatio ſine legitimatione,vt dixi.

245 EXTENDE iſtam ſecundum opin. vt procedat inter patrem & filium etiam ſi teneremus primã opin. quia adhuc ſtatutum compræhenderet patrem & filium,ex quo filius agnaſcitur patri.

Species. III.

246 Capio tertiam ſpeciem, quando ſunt legitimati per reſcriptum Principis, ſeu comitis; & in iſta extant ſimiliter opiniones contrariæ:

Prima opinio eſt; quòd non compræhendatur:quam opinionem refert Blanc. d.q. 3. in verbo. legitimati. ſub num. 3. verſ.alij ſunt. il 2.& verſ. ſeqq. fol. 152. & hanc opinionem videntur ſequuti Paul. de Caſtr. & Alex. quos citauimus ſupra num. 237.verſ.prima.namdum tenent, legitimatum non compræhendi, loquuntur de legitimato per reſcriptum, ſicut in iſtis terminis eundem Paul.de Caſtr. adducit Blanc.d.q.3.ſub num.3. verſ.tertio verba.ibi.iſtam partem.fol.152.

247 Contrariam opin.quòd compræhendantur;vti veriorem,magiſque iuri,& æquitati conſonam firmat Blanc. ead.q.3.ſub.num. 3.verſ.in hac quæſtione.& verſ.tertio comprobatur. vbi ex Paul. de Caſtr.conſ.34. lib. 2. refert & ſequitur quòd legitimatus per reſcriptum Principis agnaſcitur non ſolum patri, ſed etiam alijs agnatis,etiam dictorum agnatorũ conſenſu non accedente.

248 RETENTA hac contraria opin. vti veriori, & communi,pro eius clara intelligentia & ne veritas ipſius remaneat latens, diſcurro ſingulos caſus legitimationis per reſcriptum Principis.

Primus caſus eſt, quando legitimatur naturalis: Et in iſto caſu præfata opinio non ſolum eſt vera, ſed apud nos debet eſſe indubitabilis, cum ſit vera etiam in naturali non legitimato ſecundum ea, quæ firmaui ſupra nu.233.verſ.naturalis.& quòd retenta ea opinione;quòd naturalis compræhendatur in ſtatuto, iſta opinio in naturali legitimato procedat ſine dubio aduertit etiam Blanc. d.q. 3. in verbo.illegitimus. num. 6. in fine.verſ.intellige.fol.153.

249 Secundus caſus eſt, quando legitimatur ſpurius, natus ex coitu non damnabili: Et in iſto ſecundo caſu ſimiliter eſt vera: nam aut loquimur reſpectu matris & conſanguineorum ex parte matris & compræhendetur in ſtatuto etiam ſi non eſſet legitimatus per ea, quæ firmaui ſupra limit. 4.verſ.reſtringe tunc nu. 227. vnde ſi compræhenditur ſpurius implex,à fortiori compræhendetur ſpurius legitimatus: Aut loquimur reſpectu patris & agnatorum ex linea dicti patris: & tunc vel loquimur reſpectu dicti patris impetrantis legitimari filium, & opinio erit vera: quia talis filius agnaſcetur patri legitimanti ſaltem inſtar filij adoptiui,ſeu filij arrogati, ſeu filij, qui legitimatur per oblationem curiæ, qui omnes poſſunt cogere patrem adoptantem, ſeu arrogantem, ſeu legitimantem, & ab eodem poſſunt cogi ad compromittendum; ex quo inter eos intelligitur cõtracta agnatio, vt in adoptiuis,& in arrogatis ſcribit M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q.3.in verbo. adoptiuus. num. 16. & apertè num. 17. verſ. intellige. & in verbo. arrogati. num. 18. fol.155.licet enim ſpurij vulgo quæſiti, quorum pater eſt incertus non poſſent per viam legitimationis propriè fieri de agnatione, & familia patris; ex quo eſt incertus; tamen ipſi homini vti patri facienti fieri illam legitimationẽ agnaſcentur ſaltem, vt dixi, inſtar adoptiuorum: vel loquimur reſpectu agnatorum dicti patris impetrantis legitimationem: & tunc licet, ſi iſte ſpurius legitimatus ſumeretur vti adoptiuus, non compræhenderetur in dicto ſtatuto niſi reſpectu litis, quæ oriretur inter ipſum & patrem: quia adoptiuus remanet in poteſtate patris naturalis,ac ſi adoptatus nõ eſſet,& ſolũ acquirit ius ſuccedẽdi ab inteſtato in bonis patris adoptiui, vt notat Blanc. in d. verbo. adoptiuus. nu. 16.
250 tamen debet ſumi vti arrogatus: * quia arrogatus dicitur is, qui cum ſit ſui iuris tranſit in poteſtatem patris adoptantis, ad differentiam adoptiui, qui,cum ſit ſub poteſtate patris naturalis,non tranſit in poteſtatẽ patris adoptantis Inſtit.de adopt.in principio. & §. ſed hodie. ſed ſpurius vulgo quæſitus, cum non habeat patrem certum, remanet ſui iuris:quia paria ſunt habere patrem incertum, & non habere:vnde ſub nullius poteſtate eſt:ergo aſſumit potius naturam filij arro
251 gati,quàm filij adoptiui: * ſed arrogatus compræhenditur in iſto ſtatuto etiam quoad agnatos patris, adoptantis, vt firmat Blanc. ead. q. 3. in verbo. arrogati. num.18. ibi. quantum verò fol. 155. ergo compræhenditur in iſto ſtatuto tam reſpectu patris, quàm re
252 ſpectu agnatorum * & quòd legitimatus per reſcriptum agnaſcatur omnibus agnatis legitimantis ſcribit Lud. de Sard.tract. de natur. liber.rub. de legitimatio
253 nis per reſcriptum effectu. q. 8. num. 14. fol. 42. *. & quòd ſpurius legitimatus per reſcriptum,quod eum reſtituit antiquis natalibus, & iuri naturæ intelligatur effectus naturalis & legitimus, & propterea cõpræhendatur etiam in ſtatuto loquente de naturalibus, & legitimis ſcribit idem Lud. de Sard. vbi ſupra q.6.nu.12. in fine.fol.42.

254 Tertius caſus eſt, quando legitimatur ſpurius, natus ex coitu damnabili, quales ſunt inceſtuoſi, & alij nati ex non ſolutis: Et in iſto tertio caſu eſt etiam vera firmata opinio; quia ceſſat incertitudo patris, & cum ſit legitimatus per reſcriptum; ceſſat illa turpitudo, quam alias non poſſet allegare, & ceſſat illa infamia, propter quam patrem nominare non auderet, de qua turpitudine & infamia dixi ſupra num. 217.verſ.extende.& num.218.verſ.ſeq. ſubextende. quare ceſſantibus iſtis impedimentis,ſtatutum poterit eum compræhendere; & non reperio aliquem Doctorem, qui dixerit eum non compræhendi. & quòd iſti ſpurij, nati ex coitu damnato poſſint legitimati per reſcriptum dixi infra num. 262.

255 EX HIS habes apertam veritatem dictæ opinionis, tenentis, quòd legitimati per reſcriptum compræhendantur in iſto ſtatuto.

256 Pro intelligentia prædictorum caſuum, & ne te forſan teneat ſtimulus ſciendi, quare hos ſecundum, & tertium caſus legitimationis ſpuriorum non conſiderauerim in 1. ſpecie legitimationis per ſubſequens matrimonium, neque in 2. per oblationem curiæ;aduerte & nota quòd per ſubſequens matrimonium, & per oblationem curiæ legitimantur ſolum filij naturales, & non ſpurij. & quòd per ſubſequens matrimonium non legitimentur ſpurij firmat contra Bar. Lud. de Sard. tract. de natur. liber. &c. rub. de legitimatione per verum matrimonium. verſ. ſeptimo quæritur. nu. 21.fol.35.& ego oſtendo ratione, & auctoritate:ratione; ſi loquimur de ſpurijs vulgo quæſitis;quia tunc obſtat incertitudo,quòd ſit filius illius,qui ducit in vxo
257 rem eius matrem: * nam,vt per ſubſequens matrimoniũ legitimetur filius, requiritur quòd pater ſit certus; & ideo requiritur quòd habuerit conſuetudinem ad illius matrem, vt loquitur textus in §. fin. Inſtit.de nupt. quæ conſuetudo non poteſt conſiderari in ſcorto, & meretrice, quia in meretrice conſuetudo vnius confundit cõſuetudinem alterius: auctoritate oſtendo;
258 ſi loquimur de ſpurijs proceatis ex coitu damnabili;* quia adhoc vt filius poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium,requiritur in primis,quòd mater eo tempore,quo filius fuit conceptus, potuerit eſſe vxor patris dicti filij vt ſcribunt Aret.d. §.fin. ſub num. 1. Inſtit.de nupt. Lud. de Sard. tract. de natur. liber. rub. de requiſitis in legitimatione. verſ. ſexto quæritur. nu.
259 6. fol. 35.& omnes * communiter:* & quòd ſpurij na
✲ ti ex coitu damnabili non poſſint legitimari per ſubſequens

quens matrimonium refert & sequitur. Berm. Chouer. tract. de public. concub. rub. de incestu. n. 8. & 9. fol. 154.
260 & probatur ex textu in cap. tanta. qui fil. sint legit. ✝ & quòd hoc sit verum etiam si matrimonium sequatur cum dispensatione scribit Io. Brunel. tract. de sponsi.
261 concl. 2. ampl. 4. nu. 31. fol. 9. ✝ Quòd non legitimentur per oblationem curiæ patet ex his, quæ scripsi supra num. 243. in 2. specie. vbi dixi, quòd per oblatio-
262 nem curiæ possunt legitimari solum naturales ✝ Quòd possint legitimari per rescriptum Principis, scribunt Lud. de Sard. tract. de natur. liber. rub. de legitimatis per rescriptum. num. 1. fol. 39. & Berm. Chouer. trac. de publ. concub. rub. de incestu. sub num. 9. fol. 154. & ideo de spurijs egimus solum in 3. specie legitimationis pe rescriptum.

QVAESTIO INCIDENS III.

Species. I.

263 QVAERO an minor compræhendatur in isto statuto.

Resp. Iste articulus disputatur à M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 3. in verbo. minor num. 39. fol. 160. & à Simoncel. tract. de decr. tit. 6. inspect. 8. num. 71. & seqq. fol. 312. sed quia ex eorum dictis non omnino tollitur æquiuocatio, quæ latet in isto articulo; ideo clarè rem integram absoluo, considerando duas species principales compromissi.

Prima species est compromissum in terminis iuris communis circumducto statuto, &c, agendo de ista, vagabimur extra quæstionis cancellos.

Secunda est compromissum necessarium ex forma statuti, & de hac quæ respicit quæstionem agimus infra num. 517. vers. retenta.

Si loquimur ergo in prima specie circumducto scilicet statuto, firmo regulam negatiuã & expeditã quòd nec minor nec maior cogitur compromittere iuxta ea, quæ dixi sup. n. 12. 13. & seqq. & ideo in ista nõ insisto.

DIFFICVLTAS OCCVRRENS.

Casus. I. Genus. I.

264 Difficultas, quæ occurrit, circa istam primam speciẽ est nunquid minor, volens, possit compromittere; & huic difficultati latè insistemus quamuis excedat terminos propositæ tertiæ quæstionis.

Huic difficultati resp. distinguendo tres casus principales.

Primus casus est: quando minor est pubes & caret curatore.

Secundus est: quando minor est pubes & habet curatorem. & de isto agam. infra nu. 310.

Tertius est: quando est impubes: & de isto agam infra nu. 317.

Si sumus in primo casu, quando est pubes & caret curatore; considero triplex genus rerum super quibus fit compromissum.

Primum genus est rerum mobilium, quæ seruando seruari non possunt.

Secundum est rerum immobilium & de isto agimus infra nu. 275.

Tertium est iurium & actionum: & de isto agimus infra num. 304.

Sume lector nunc animum, quia procedam adeo per extensum, quòd huius distinctionis ambages cessabit.

PROSEQVOR compromissum in primo casu & in primo genere: & concludo, quòd minor pubes, carens curatore, potest per se solum facere compromissum sine alia solemnitate de rebus mobilibus, quæ seruando seruari non possunt; prout sentiunt Iacob. de Butrig. in breui tract. de opposit. comprom. num. 4. in fine & num. 5. fol. 206. Io. Bapt. tract. de arb. lib. 2. cap. 13. sub num. 3. ibi aut curatorem non habet. fol. 234. & Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. sec. 3. sub num. 5. ibi ego autem. fol. 210. quem in effectu sequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromis. inter coniunct. q. 3. princip. in verbo. minor. sub. num. 41. fol. 160. licet ipsi loquantur sine præmissa distinctione minoris carentis, & non carentis curatore: & ratio huius conclusionis est: quia si minor isto casu non prohibetur alienare,
265 multò minus prohibetur compromittere: ✝ & ratio rationis est; quia compromissum est species alienationis; & ideo dicimus è conuerso; quòd qui prohibetur alienare, prohibetur compromittere, vt ex Rom. Dec. Paris. Menoch. & alijs retuli, & sequutus sum infra num.
266 284. ✝ sed minor carens curatore potest alienare sine decreto iudicis, & sine curatore res mobiles, quæ seruando seruari non possunt l. lex quæ tutores. & l. vlt. §. vlt. C. de administr. tut. Ant. de Butr. in cap. constitutus. num. 28. post Hostien. quem citat. de restit. in integr. & alij, quos refert, & sequitur Simoncel. tract. de decr. lib. 3. tit. 8. inspect. 2. num. 19. & num. 22. fol. 320. & hac ratione potest alienare etiam ea molendina, quæ manent ad instar nauium super flumine, vt refert & sequitur idem Simoncel. d. tit. 8. inspect. 12. sub num. 81. fol. 323. & ad istud genus rerum restringo quod scribit Put. decis. 7. die 7. februarij. num. 2. in fine lib. 3. dum scribit, quòd minor non habens curatorem
267 potest de iure communi facere contractus; ✝ imò potest euiusmodi res etiam donare sine decreto iudicis, & sine auctoritate curatoris, vt scribit Paul. de Castr. in l. 2. in fine. num. 6. C. si aduers. donat. & ex eo, & alijs refert & sequitur idem Simoncel. eod. tract. de decr. lib. 1. tit. 2. inspec. 1. num. 10. fol. 298. ergo &c.

268 EXTENDE istam conclusionem, vt possit compromittere etiam si iura ipsius adulti essent clara: & ratio est: quia si potest donare, vt dixi, à fortiori poterit compromittere, & tàm de iure, quàm de facto: & ex hac extentione noto, Simoncellum d. tit. 6. inspect. 8. nu. 71. fol. 312. nimis generaliter esse loquutum, dum simpliciter ait, quòd minor nullo modo potest compromittere de re clara; hoc enim dicimus non esse verum in re mobili, quæ seruando seruari non potest.

269 RESTRINGE nunc eandem conclusionem, vt non procedat in rebus mobilibus, quæ seruando seruari possunt: quia de eis non potest facere compromissum sine solẽnitate; & moueor quia eas nõ põt alienare sine solẽnitate iuxta ea, quæ scribit Simoncel. eod. trac.
270 de decr. tit. 8. inspect. 2. num. 21. fol. 320. ✝ Quæ dicantur autem res mobiles, quæ seruando seruari possunt, collige per contrarium: nam res, quæ seruando seruari non possunt, dicuntur ea, quæ triennij spatio amittunt suam bonitatem & corrumpuntur, vt late explicat Redoan. tract. de reb. eccl. non alienan. rub. 5. per totam. sed præcipue num. 5. 6. & 26. & seqq. fol. 408. prout sunt oleum, vinum, frumentum, & his similia, sicut lib. præced. cap. 38. num. 9. retuli, & sequutus sum ex Glos. & Ias. & scribit Simoncel. d. tit. 8. inspec. 7. num. 51. & seqq. fol. 322. & inspect. 12. sub num. 82. 83. & seqq. fol. 323. rectè ergo inferimus ea, seruando seruari posse, quæ non corrumpuntur spatio triennij.

271 DECLARA eandem conclusionem, vt licet adultus possit facere compromissum sine decreto iudicis & sine curatore; tamen non poterit stare in iudicio sine curatore Iacob. de Butrig. tract. de opposit. comprom. num. 5. fol. 210. quem, vt dixi, refert. & sequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromis. inter coniunct. 3. q. princip. in verbo. minor. sub num. 41. fol. 160.

272 RESTRINGE istam declarationem, vt procedat, parte opponente; sed parte non opponente minor posset stare in iudicio ad sui vtilitatem, vt declaraui infra nu. 406. & 95.

273 DECLARA II. eandem conclusionem & extensionem vt licet possit compromittere, tamen censeo quòd possit postea petere restitutionem in integrum: & moueor: quia licet possit etiam donare; tamen poterit petere restitutionem in integrum, sicut scribit Odd. tract. de restit. in integr. q. 58. art. 1. n. 3. & sub. n. 12. vers. in contrariũ. dicens ita esse tenendũ & consulendũ: itẽ licet possit vendere, tamen, si sit læsus poterit restitui in integrum cum electione emptoris iuxta ea, quæ scribit idem Odd. eod. tract. q. 57. art. 4. per totũ: sed compromissum est species alienationis, & sic simile donationi, vel alteri speciei alienationis damnosæ iuxta ea, quæ scripsi infra n. 284. 519. & 643. ergo poterit petere restitutionẽ in integrũ; & hanc declarationẽ, seu conclusionem tenent Abb. in cons. 31. circa primum. in principio

cipio. lib. 2. & Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 2. cap. 13. ſub num. 3. item quia reſtituitur fol. 134.

274 RESTRINGE II. eandẽ concluſionem, vt procedat in compromiſſo voluntario, in quo loquimur, ſed non in neceſſario ex forma ſtatuti: quia tunc ſecundum M. Ant. Blanc. d. num. 41. verſ. ſed puto. illud compromiſſum ſapit naturam iudicij ex quo redditur in inuitum, vt latius per Blanc. vbi ſupra & conſequenter minor non põt ſine ſolemnitatibus: cogita quia non firmo: & hæc de compromiſſo in primo genere rerum.

CASVS. I.
Genus II.

275 PROSEQVOR cõpromiſſum in 1. caſu, & ſecundo genere: qñ fit ſuper re immobili; &; omiſſis multis, quæ poſſent dici diſputando, concludo, quòd minor, quamuis careat curatore, non poteſt facere compromiſſum ſine decreto iudicis, & ſine auctoritate curatoris: & in iſto caſu intelligo, vt loquantur Doctores infra citati, dum ſcribunt, quòd minor non poteſt compromittere ſine præfatis ſolemnitatibus; licet non declararent in minore non habente curatorem; Bal. in l. 1. verſ. ſecundo oppono. ſub num. 3. C. ſi aduerſ. tranſact. dicens, quòd compromiſſum factum à minore ſuper re, quæ non poteſt alienari, non valet, niſi ſit factum cum auctoritate curatoris, & cum decreto iudicis. Io. Bap. tract. de arbitr. lib. 2. cap. 13. in fine. verſ. prædicta. fol. 234. Socc. conſ. 52. viſo inſtrumento ſindicatus. num. 2. verſ. confirmatur. lib. 4. dicens, quòd minor non poteſt facere compromiſſum ſuper re immobili; niſi adhibeat eas ſolemnitates, quæ requirerentur in eius alienatione. Affl. deciſ. 285. balij nu. 15. dicens, in compromiſſo facto per minorem ſuper re immobili requiri decretum iudicis Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. ſect. 3. principali. verſ. aduertendum tamen eſt. num. 2. fol. 210. M. Ant Blanc. tract. de compromiſ. inter coniunct. q. 3. in verbo. minor. ſub num. 39. verſ. 3. comprobatur. fol. 160. Menoch tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 171. num. 43. & 44. & Simoncel. tract. de decr. tit. 6. inſpect. 8. ſub nu. 71. ibi. aut verò per minorem. fol. 312. dum ſcribunt in compromiſſo minoris requiri decretum iudicis, & auctoritatem curatoris; & in iſto caſu poteſt ſaluari Spec. tit. de arbitr. & arbitrat. §. reſtat. verſ. ſed quid de minore. ſub num. 4. ibi. alij dicunt quòd. dicens quòd ſi compromiſerit expectabitur donec habeat curatorem.

276 Cõfirmatur iſta concluſio: quia minor quãuis careat curatore; tamen non poteſt alienare rem immobilem ſine decreto iudicis, & ſine auctoritate curatoris Io. Andr. in cap. conſtitutus. num. 20. ibi. & ibi reſtituunt. & Ant. de Butr. ſub. num. 28. de reſt. in integr. & Iaſ. in l. ſi conſtante, num. 221. ibi. nam minor. ff. ſolut. matr. ſed, vt dixi, tenet conſequentia: non poteſt alienare, ergo nec compromittere.

277 EXTENDE iſtam concluſionem primo, vt habeat locum tàm ſi res immobilis exiſtat apud minorẽ, hoc eſt tàm ſi in eius poſſeſſione ſit minor, quàm ſi in ea ſit aduerſarius ipſius Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. 3. ſect. princip. ſub num. 2. fol. 210. quem refert, & non impugnat M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. inter coniunct. q. 3. princip. in verbo. minor. ſub. num. 39. verſ. tertio comprobatur. fol. 160.

278 EXTENDE II. vt habeat locum etiam ſi compromiſſum fieret ſuper re dubia, quia adhuc requiritur auctoritas curatoris, & decretum iudicis ſecundum ea, quæ ſcribit Simoncel. tract. de decret. tit. 6. inſpec. 8. num. 71. ibi. aut vero per minorem. nu. 74. in fine & nu. 77. fol. 312.

279 Confirmatur iſta extenſio: quia ſi ſupponeremus rem eſſe claram; compromiſſum diceretur factum ſine iuſta cauſa, & conſequenter non teneret; quamuis eſſet factum cum decreto iudicis, & auctoritate curatoris: quia valet argumentum ab alienatione ad com-

280 promiſſum, vt dixi infra n. 643. † ſed res immobilis non poteſt alienari ſine iuſta cauſa etiam accedentibus decreto iudicis, & auctoritate curatoris iuxta ea, quæ ſcribunt Ant. de Butr. in cap. conſtitutus. num. 28. in fine. de reſtit. in integr. & apertius Dec. conſ. 60. viſo themate. ſub n. 2. dicens, quòd requiritur decretum iudicis, & iuſta cauſa & vnum ſine altero non ſufficit & Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 56. n. 106. in fine & nu. 107. referens ex Bal. & Aret. quòd minor non põt donare etiam ſi donaret cum decreto iudicis, & donando, donatio eſſet ipſo iure nulla. vt ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 2. ſub num. 3. C. ſi aduer. donat. ſuper quo articulo poteris videre, quæ ordinate ſcribit Odd. tract. de

281 reſtit in integr. q. 58. art. 1. & ſeqq. † & quòd donatio facta à minore, ſeruata ſolemnitate ſtatuti, ſit nihilominus nulla, ſcribit idem Surd. d. priuil. 56. num.

282 109. † & ratio, vt per eundem, eſt, quia quæ dicuntur de ſolemnitatibus adhibendis in cõtractu minoris, intelliguntur quando contractus ille poteſt eſſe vtilis & damnoſus minori, ſecus vbi certò eſt damnoſus: quia tunc ſolemnitates non dant validitatẽ contractui: Ergo nec fieri poteſt compromiſſum ſuper re immobili & clara, & in terminis huius illationis intelligo Bar. in conſ. 47. nunquid tutor, lib. 1. in conſ. 40 quæritur an ſtatutum. vtrobiquè verſus finem. ibi. ſed tu dic. lib. 2. dum ſcribit, quòd ſi proſecutio rei pupillaris fieret de facili, & ipſius iura ſunt clara, non poteſt compromittere intelligo enim Bartolum, vt loquatur etiam ſi accederet auctoritas tutoris, & decretum iudicis: nil enim aliud operatur iura pupilli eſſe obſcura, niſi vt fieri poſſit compromiſſum cum decreto iudicis, ſicut etiam alienatio eſſe vtilis non operatur aliud, niſi vt debeat interponi decretum iudicis, ſine quo fieri non poſſet, etiam ſi eſſet in euidentem vtilitatem minoris Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 171. num. 62. & 63.

283 SVBEXTENDE iſtam extenſionem, vt ſit vera etiam ſi minor compromitteret cum auctoritate curatoris, quia adhuc teneo, quòd non teneret ſine decreto iudicis: nam tutores ſeu curatores non poſſunt compromittere ſine decreto iudicis Rol. à Vall. conſ. 76. pluribus. num. 16. & ſeqq. lib. 1.

284 Confirmatur iſta extenſio præcedenti confirmatione: nam qui prohibetur alienare prohibetur compromittere Rom. conſ. 369. circa primum. ſub num. 18. Dec. in l. cui iuriſdictio. num. 38. ff. de iuriſd. omn. iud. & in conſ. 39. iuridicam. num. 4. conſ. 44. diligenter. ſub num. 2. ibi. & pro iſta parte. conſ. 282. viſo puncto. num. 3. ibi. & iſta ratione. Paris conſ. 134. nulli dubium. num. 11. lib. 4. Rolan. à Vall. d. conſ. 76. pluribus num. 16. & ſeqq. lib. 1. Menoch. tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 171. ſub num. 43. Moder. de Aſiſio in deciſ. peruſ. deciſ. 47. num. 15. Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 56. num. 31. & 35. & latè Simoncel. tract. de decr. tit. 6. inſpect. 8. num. 71. & 73. & ſeqq. fol. 312. & Redoan. de reb. eccleſ. non alien. rub. prima cap. 36. venire &c. num. primo. & ſequentib.

285 fol. 404. † & ratio rationis eſt quia licet is, qui compromittit, tunc non alienet, tamen facit actum, per quem ſequi poteſt alienatio, qui actus cenſetur prohibitus ei, cui eſt prohibita alienatio, vt ſcribit Dec. d. conſ. 44. diligenter pro tenui. ſub num. 5. ibi. & primo dum dicitur. & ex pluribus refert, & ſequitur Simoncel. d. tract. de decr. tit. 3. caſ. 3. num. 7. fol. 301. & eſt concluſio generalis, quòd, vno prohibito, cenſentur prohibita omnia, per quæ deuenitur ad illud, vt ex Abb. Rot. & Put. retuli & ſequutus ſum infra cap. 9. num. 885. & quia, vt ijdem Dec. & Simoncel. ſequuntur, melius eſt minorum iura intacta ſeruare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere & quòd ſtatutum, prohibens contractum læſiuum, prohibeat etiam compromiſſum, quia poteſt tendere ad læſionem, ſcribit Put. deciſ. 162. num. 2. & 3, lib. 1.

286 Sed minor etiam cum auctoritate curatoris, & ob iuſtam cauſam; puta æs alienum, non poteſt alienare rem immobilem ſine decreto iudicis iuxta ea, quæ conſiderat Simoncel. tract. de decr. lib. 1. tit. 1 num. 30. fol. 292. dicens quòd ſi iudex requiſitus nolit interponere decretum in alienatione, quæ fieret ob iſtam & rationabilem cauſam, tunc poſſet fieri alienatio ſine decreto & num. 35. dicens, quòd iudex non debet interponere decretum, niſi ſubſit æs alienum, quod etiam ſenſit Ant. de Butr. in cap. conſtitutus. ſub num. 28. de reſtit. in integr. dicens prohibitum eſſe interponi decreta

creta, nisi in casibus propter æs alienum, ob necessitatem famis, & ob defensionem pupilli; & demum quòd decretum iudicis requiratur etiam in alienatione, quæ fit ob iustam causam, patet, quia, vt scribunt Affl. in const. minorum iura. num. 24. lib. 2. Menoch. tract. de arbitr. iud. cas. 171. num. 4. & seqq. inter alia requisita in alienatione rerum immobilium minoris, requiruntur iusta, & necessaria causa alienationis, & decretum iudicis: & ita est intelligendus tit. C. de præd. & al. reb. min. sine decr. non alienan. & tit. & plures ll. ff. de reb. eor. &c. & ita probat textus in l. lex quæ tutores. C. de adminis. tut. & ibi Bal. & Saly.

Ergo sicut non potest alienare sine decreto iudicis, quamuis habeat iustam causam alienandi, & interueniat auctoritas curatoris; ita etiam non debet posse compromittere sine decreto iudicis; quãuis habeat iustam causam compromittendi, videlicet, quia iura ipsius minoris sint obscura, & quamuis fiat commpromissum cum auctoritate curatoris; etenim sicut in cognitione causæ circa alienationẽ requiritur decretum iudicis, ita quoque circa compromissum faciendum requiritur in cognitione iurium adulti; an sint clara, vel obscura.

Noto 1. ex hac subextensione nimis generaliter, & obscure loquutum esse Bar. in præcitatis consilijs 47. lib. 1. & 40. lib. 2. quem referunt & sequuntur cum simplici varietate infra citati Doct. & primo Anch. in cap. 1. de constitut. q. 12. quasi in fine. vers. circa istos minores. dicens quòd pupillus potest compromittere in non iudicem cum auctoritate tutoris, & de re dubia & incerta, quem Anch. sic ex Bar. referentem citarunt etiã Alex. cons. vlt. 254. abundè. sub num. 5. vers. quarto confirmatur. lib. 6. & M. A. Blanc. tract. de compromis. inter coniunct. q. 3 sub num. 39. vers. sed aduerte. fol. 160. vbi ipsius intellectum reprobat, dicens, non esse de mente Bartoli: secundo eundem Bar. refert & sequitur Alex. d. cons. vlt. sub num. 4. dum ait, tutorem vna cum pupillo posse indistinctè facere compromissum, sed tutorem sine pupillo non posse, nisi iura pupilli sint dubia: tertio eundem refert, & sequi videtur M. A. Blanc. d. q. 3. in verbo tutor. num. 53. fol. 163. dicens, quòd si iura pupilli sunt obscura, & prosequutio rei pupillaris non potest fieri de facili, tutor potest compromittere, sicut posset transigere de iure pupilli: si vero inquit prosequutio rei pupillaris potest fieri de facili, & ipsius iura sunt clara, non poterit compromittere. Natt. cons. 45. requisitus. sub num. 5. dicens, quòd tutores quando iura pupilli sunt dubia & obscura possunt transigere, & compromittere. & in in ista distinctione residet Bar.

287 Noto 2. quòd si non potest minor cum auctoritate curatoris, multò minus potest curator solus: viget enim hæc eadem ratio; quòd curator seu tutor non possunt alienare bona immobilia sine decreto iudicis ad congesta per Simoncel. tract. de decr. lib. 1. tit. 1. num. 1 fol. 291. vbi multos cumulauit: & quòd tutor non possit obligare bona pupilli sine decreto iudicis scribit Paris. cons. 100. contractus. num. 27. & 28. lib. 1

288 AMPLIA nunc ista omnia, quæ diximus de rebus immobilibus, vt habeant locum etiam in rebus mobilibus, quæ seruando seruari possunt: quia æquiparantur rebus immobilibus l. lex quæ tutores. & ibi Bal. & Saly. C. de adminis. tut. & notat Simoncel. trac. de decr. tit. 8. inspect. 2. nu. 21. fol. 320. & apertius tit. 3. cas. 2. in fine. fol. 301. & sentit. idem eod. tract, lib. 1. tit. 1. num. 1. fol. 291. & quòd habeant locum etiam in rebus prætiosis innuit Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 2. cap. 13. in fine. vers. prædicta. fol. 234.

289 EXTENDE III. vt habeat locum etiam si possessio rei immobilis controuersæ sit apud aduersarium, & iura minoris sint dubia: quia adhuc non valeret compromissum sine decreto iudicis: ratio est, quia licet istæ sint iustæ causæ, vt compromissum fieri possit, tamen non debet fieri sine decreto iudicis, ex quo est species alienationis; & pro ista extentione aduco Bar. in l. nulli. in fine. ff. de transact. dum scribit, quòd si ecclesia, vel minor faciant transactionẽ super re posse sia per aliũ, videtur alienare, & ideo trãsactio nõ tenet.

Contra istam extensionem faciunt quæ scribunt Alex. cons. 41. viso themate. vers. secundo principaliter. num. 2. & seqq. lib. 6. dicens, quòd relaxatio rei existentis apud aduersarium, & de qua est controuersia, non est alienatio seu distractio. & Menoch. tract. de arbitr. iud. cas. 171. declarat. 5. n. 74. dum sequendo Alc. tenet, quòd isto casu minor possit transigere sine decreto iudicis. & contra Bar sentit Natt. cons. 441. super transactione num. 31. lib. 2.

290 RETENTA in primis extẽsione pro vera: quia alias posset facile fieri fraus, permittendo, res ecclesiæ, seu minoris possideri ab aduersario, vt valeret transactio.

PRAESVPPOSITO secundo, quòd ex actu cõpromittendi, seu transigendi non inducatur ordine intellectus necessariò præcedens acquisitio rei, quæ compromittitur, seu de qua transigitur; de cuius tamen præsupositi veritate dubitandum est, & nihil firmo.

RESTRINGE eandem 3. extensionem vt habeat locum in compromisso super re iam quæsita, secus in compromisso, seu trãsactione super iure futuro non dum quæsito: quia sicut eiusmodi ius potest repudiari sine solemnitatibus, ita à fortiori poterit de eo fieri transactio & compromissum.

Ratio quare ius futurum non dum quęsitum possit repudiari, non obstante prohibitione alienationis, est quia repudiatio iuris delati quærendi non continetur appellatione alienationis: quia qui repudiat, vel omittit acquirere quod sibi delatum est, non dicitur alienare, Fabian. de Mont. tract. de empt. & vendit. q. 22. vers. circa decimum. num. 15. fol. 49. & ideo prohibitus alienare potest repudiare hæreditatem vt scribit Bertach. tract. de episc. par. 4. num. 149. vers. successiue quæritur fol. 344.

Quòd ius futurum non dum quæsitum possit alienari seu repudiari in casu, quo acquisitum non posset alienari, probatur quadrupliciter.

Primo, quia renuntiatio hæreditatis paternæ, facta à filia in manibus patris cum iuramento valet, licet non fuerit insinuata, vt dixi supra n. 146. & tamen, si hæreditas fuisset acquisita, non valeret sine insinuatione.

Secundo, quia licet donatio inter virum & vxorem non valeat, tamen renuntiatio hæreditatis facta à marito valet, vt retuli & sequutus sum supra nu. 46. vers. neque obstat.

Tertio quia prohibitus alienare in fraudẽ creditorũ, pit repudiare hæreditatẽ, vel legatũ, etiam si illam repudiaret in fraudẽ & despectum creditorum, & talis repudiatio non reuocatur Aret. Insti. de action. in §. item si quis in fraudem. sub nu. 10. vers. in gl. rem suam. Dec. con. 260. quæritur breuiter. col. 1. sub n. 1. & Rol. à Val. tract de dot. q. 40. sub num. 7. fol. 368.

291 Quarto: quia rector, seu prælatus ecclesiæ non potest alienare res, & iura acquisita ecclesiæ, nisi concurrant solemnitas, & causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis. tot tit. de reb. eccles. alien. vel non. & extant plures bullæ & motus proprij Iulij III. Pauli IIII. Pij. IIII. & Pij. V. transcripti per Redoan. ad finem sui tract. de reb. eccles. non alienan. fol. 528. & seqq. & dixit Rot. die 7. Februarij 1597. coram R. P. D. Pamphilio in vna mediolanen. bonorum: & tamen rector, seu prælatus põt repudiare & renuntiare hæreditatẽ, seu legatum factum ecclesiæ non dum aditam, non dum acceptatum; hancque repudiationem, seu renuntiationem possunt facere sine solemnitate, vt disputando concludit Fed. de Sen. cons. 9. & potest cum tenent Gemin. in cap. dudum. vers. quæro pone. ad finem. de reb. eccles. non alien. in 6. Vinc. de Franch. decis. 14. num. 16. & seqq. Natt. cons. 441. super transactione. sub num. 10. & seq. lib. 2. Rot. diuers. decis. 30. par. 3. lib. 2. latè Rol. à Vall. cons. 15. in præsenti causa. nu. 29. & seqq. lib. 1. & Peregr. decis. 208. in causa senen. prædij. lib. 2. & sensit Rot. dicta decis. coram R. P. D. Pamphilio. die 7. Febr. 1597. vers. neque obstare. & quòd ista opinio Federici de Sen. seruaretur in practica scribit Aret. in l. is qui hæres. §. fin. ff. de acq. hæred. & quòd ista sit magis communis* opinio sensit Ias. in l. legatum. vers. vltimo restat. sub num. 16. ff. de leg. 1. dicens hanc esse communem opinionem, & quòd malè dicit Alex. quòd opinio contraria sit magis communis, & quòd credit, quòd Alex. non dicat verum: subdens

ſubdens num. 19. in fine, quòd ipſe iudicaret, & conſuleret ſecundum hanc opinionem Federici: hancquè eſſe magis comm. refert ex eod. Iaſ. Gabr. in concl. lib. 4. de legat. concl. 3. n. 2. & quòd prælatus poſſit præiudicare eccleſiæ in quærendis, licet non poſſit in quæſitis, ſcribunt Dec. conſ. 369. conſultus. ſub num. 6. & Gomeſ. in reg. de non tollen. iur. quæſito. q. 4. nu. 13. & quòd Epiſcopus poſſit tranſigere de rebus, eccleſiæ nō incorporatis, idest quę non ſunt de menſa, & ſine decreto ſuperioris, referunt & ſequuntur Natt. d. conſ. 441. n. 12. & Rodoan. tract. de reb. eccl. non alien. rub. 1. c. 1. ſub nu. 14. fol. 394. & quòd rector, ſeu prælatus Eccleſiæ; perquiſito, quòd hæreditas delata eccleſię eſt ſubiecta nimis vexationibus; poſſit eam efficaciter repudiare ſine conſenſu Epi, dummodo interueniat conſenſus capituli, ſi eccleſia ſit collegiata, ſcribit Redoan. d. rub. 1. c. 12. ſub num. 4. & 5. fol. 397. & licet ipſe eod. c. 12. in iſto paſſu, an prælatus poſſit repudiare, titubando adducat & ſine reſolutione tranſeat; tamen communis, * & ſeruata opinio eſt, quòd poſſit, ſicut tenuit Rot. ſupra citata: & ego de iſta opinione non dubito: quia iura prohibentia donationem, ſeu alienationem, vel requirentia ſolemnitatem in ea, conſiderant alienationē, ex qua alienans fit pauperior l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donat. int. uir. & vxor. Nec ab iſta opinione me remouet. Caputaq. deciſ. 106. ceſſio iuris. par. 1. dum ſequutus. Alex. teſtantem de magis comm. opin. in d. l. legatum. ſcribit, verſus finem, quòd prælatus ſolus ſine conſenſu capituli non poteſt præiudicare eccleſiæ in quærendis. Quia reſp. quòd magis communis opinio eſt contra Alex. vt dixi ſupra. Secundo reſpondeo quòd licet requireretur forſan conſenſus capituli, ſi eccleſia eſt collegiata, tamen non requiruntur aliæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione iuris quæſiti.

292 DECLARA nunc iſtam reſtrictionem in eo, quod dicimus, ius futurum, non dum acquiſitum, poſſe remitti, & renuntiari, ſed non ius acquiſitum, vt ius acquiſitum dicatur illud, quod eſt incorporatum rebus noſtris, & in noſtro dominio ita, quòd non egemus vlteriori acquiſitione, faciēda per agnitionem, aditionem, acceptationem, adeptionem, ſeu per alium actum, qui inducat perfectam, & vltimam acquiſitionem: & è conuerſo ius futurum non dum acquiſitum dicatur illud, quod non dum eſt perfectè in bonis noſtris, ſeu in noſtro dominio; & ita ſumitur in l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donat. int. uir. & vxor. & ita ſumunt Fed. de Sen. Gem. Vinc. de Franc. Rot. Rol. à Val. & alii ſupra citati. dum loquuntur de repudiatione hæreditatis, ſeu legati, & de renūtiatione. & magis clarè colligitur iſta declaratio ex his, quæ ſcribūt Paul. de Caſtr. conſ. 135. dubiū facit. ſub n. 1. & 2. lib. 1. & conſ. 419. viſo puncto. ſub n. 1. lib. 2. & Rol. à Val. tract. de dot. q. 39. n. 24. fol. 367. dū ſcribunt, qđ donatio eſt iuris quæſiti, & abdicatio, quæ dicitur repudiatio, eſt iuris quærēdi, & ex his quæ ſcribit Rot. diuerſ. deciſ. 759. num. 4. par. 1. dicens, quòd verbum quæſitum denotat perfectionem, & ſic incorporationem, & radicationem.

293 EXTENDE iſtam declarationem 1. vt habeat locum præcipuè in iure conditionali, quod non dū eſt purificatū, ſed eſt in ſpe, quæ ſperantē poſſet fallere; ſicut in iſtis terminis loquitur Rol. à Val. d. q. 39. ſub nu. 25. fol. 367. ſcribens, quòd maritus pōt validè renuntiare eius vxori lucrū dotis, qđ ſibi à ſtatuto defertur; quia poſſet prius mori maritus, quàm vxor, & tamen, ſi eſſet donatio iuris quæſiti, non poſſet: quia eſt prohibita inter uirū & vxorē. & q. ſeq. nu. 6. & ſeqq. iunctis his, quæ ſcribit ſub nu. 2. fol. 368. ſcribens, quòd præfata renuntiatio, facta à marito, non pōt, veniente caſu, reuocari à creditoribus ipſius mariti, vti facta in eorū fraudem: quia alienatio facta à debitore in fraudem creditorū non pōt reuocari, niſi qñ per eam diminuitur patrimonium debitoris, ſecus qñ per eam non augetur.

Confirmatur iſta extenſio: primo quia Papa, faciēte mentionem de iure quæſito, intelligitur de iure quæſito purè, & ſimpliciter, & non de iure conditionali, teſte Rom. conſ. 256. approbo. in fine.

Secundo: quia regula de non tollendo iure quæſito non habet locum in iure quæſito ſub conditione, teſte Gomeſ. in reg. de non toll. iure quæſ. q. 4. nu. 1. vſque ad n. 7. & n. 11. in fine. verſ. quid igitur. vbi poſt præmiſſam diſputationē tenet hanc eſſe magis cōem * opinionē.

294 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in iure purificato, & delato: quia donec ſit agnitum, & acceptatū non dicitur acquiſitum ſecūdum ea, quæ ſcribunt ijdē Fed. de Sen. Gem. Vinc. de Franc. Rot. diuerſ. & alij citati ſupra nu. 291. dum loquuntur de repudiatione hæreditatis non dum aditæ.

295 EXTENDE III. vt habeat locum etiam in renuntiatione eius rei, cuius dominium recta via tranſiſſet in renuntiantem; ſed nondum eſſet acceptatū, & incorporatum: quia adhuc renuntiatio teneret tanquam de iure futuro non dum quæſito, vt in legato ſcribit Paul. de Caſtr. conſ. 135. dubium facit. ſub nu. 1. verſ. plus videtur. lib. 1. dicens quòd fingitur nunquam quæſitum: quare licet dominium rei legatæ tranſeat recta via in legatarium etiam ignorantem, vt ſcribit Fed. de Sen. d. conſ. 9. n. 2. quem refert & ſequitur Rol. à Val. conſ. 15. nu. 29. in fine. lib. 1. & tranſeat à die mortis teſtatoris, vt per Papien. in pract. in form. libel. pro leg. rei ſin. nu. 6. & ideo competat legatario rei vendicatio, vt per eūdem Papien. vbi ſupra ſub nu. 20. tamen ipſius repudiatio non dicitur donatio, ſeu alienatio, ſumendo alienationem ſeu donationem prohibitam, teſtibus ijſdem, quos citaui ſupra n. 291. dum ſcribunt, quòd prælatus poteſt renuntiare legatum non dum acceptatum.

296 EXTENDE IIII. vt habeat locum etiam in iure quæſito, quod renuntians acquiſiuit & acceptauit ad commodum renuntiatarij, ſeu ceſſionarij, quia iſta momentanea acquiſitio, facta eodem contextu, & inſtrumento renuntiationis tanquam antecedens ad renuntiam, non habetur in conſideratione Socc conſ. 53. viſo inſtrumento. ſub n. 27. lib. 4. Natt. conſ. 441. ſuper tranſactione. ſub n. 19. 20. & ſeq. lib. 2 Rol. à Val. conſ. 15. in præſenti cauſa. ſub nu. 34. & 35. lib. 1. & Rot. diuerſ. d. deciſ. 30. lib. 2. par. 3. & ideo licet refutatio inducat ſacquiſitionem; tamen hoc intelligitur reſpectu validitatis refutationis, vt per Rot. de qua Cæſ. de Graſ. deciſ. 1. alias 90. nu. 15. de except.

Ratio huius extenſionis eſt: quia attenditur, quod agitur principaliter, vt ſcripſi ſupra num. 173. & hinc videmus, quòd in donatione, quam regulariter faciunt venditores emptoribus de toto eo, quod pluris valeret res vendita etiam ſi excederet dimidium, non ſeruantur ſolemnitates requiſitæ in donatione, ſed ſolum ſolemnitates requiſitæ in venditione, quia venditio principaliter agitur, & donatio agitur ad finem, & confirmationē vēditionis iuxta ea, quæ ſcribit Socc. in l. 1. verſus finem. ſub n. 9. verſ. aliqñ & tertio. C. de pact.

297 Contra iſtā extenſionem facit qđ conſuluit Paul. de Caſtr. d. conſ. 135. dubium facit. ſub nu. 2. lib. 1. dicens, quòd ſi pater renuntiat vſumfructum, quem habet in bonis dotalibus ſuæ q. vxoris, ſpectantibus ad ſuum filium, dicitur propriè donatio, ſi vſus ſit verbo dono, & conſequenter tanquàm facta in fraudem creditorum poteſt retractari, vt concludit in fine conſ. lij: & ratio, qua mouetur, eſt; quia qui vult vnum cenſetur velle aliud, ſine quo illud eſſe non poteſt: ſed qui vult donare videtur prius acceptaſſe, quod donat, cum hoc ſit neceſſarium adhoc, vt dicatur donatio: ergo. Et an voluerit donare, vel repudiare ſtandum eſt verbis, quibus contrahens vſus eſt: quia in dubio illud cenſetur voluiſſe, quod verborū ſignificatio importat, vt per Paul. de Caſtr. vbi ſupra.

298 NON recedas ab extēſione, quæ communiter * tenetur contra iſtud conſilium Pauli de Caſtr. nam acquiſitio dominij, quæ fit ordine intellectus ad commodum alterius, non habetur in conſideratione iuxta ea, quæ ſcribunt Socc. Natt. & Rol. citati ſupra nu. 296. & ideo licet dominium rei legatæ tranſeat recta via in legatarium, tamen legatarius pōt illud renuntiare in fraudem creditorum, vt ex Aret. Dec & Rol. à Val. retuli & ſequutus ſum ſupra nu. 290. verſ. tertio. & cōtra iſtud conſilium Pauli de Caſtr. credo quòd conſuluerit in ſpecie Dec. conſ. 260. quæritur breuiter. in fine. dum ſcribens prō validitate renuntiationis factæ à marito lucro dotis contra creditores, ſubdit hæc uerba (& hoc ſaluo ſemper meliori iudicio: quia contrarium conſultum fuit per iuriſconſultum magnæ auctoritatis, & mihi non tantum attribuo, quòd velim

illum corrigere;alij s tñ mortuis,nec uiuis in tantũ mihi credendum videtur, quominus requisitus dicã quid pro veritate & iustitia videtur, & an rectè aliorum sit iudicium.

299 RESTRINGE nunc eandem declarationem, vt non procedat sequentibus casibus, in quibus æquè consideratur ius acquisitum, sicut ius quærendum.

PRIMVS est in reuocatione donationis, quæ fit propter superuenientiam filiorum iuxta l. si vnquã. C. de reuoc. donat. quia æquè põt reuocari donatio iuris acquisiti, sicut donatio iuris quærendi; dummodo sit verisimile, quòd donator non donasset illud ius, si cogitasset de liberis: nõ. n. consideratur an donando efficiatur vel nõ efficiatur pauperior iuxta ea, quæ scripsi supra num. 145. num. 147. & 148.

SECVNDVS est in reuocatione donationis omniũ bonorum præsentium, & futurorum: quæ non valet eò, quòd; donãdo etiam futura; nihil superest donatori, de quo possit testari Clar. lib. 4 §. donatio. q. 19. in principio: vnde ad infringendam eiusmodi donationẽ paria sunt nõ superesse bona & iura acquisita, vel bona & iura acquirẽda, sicq; paupertas cõsideratur tã in donatione acquisitorum, quàm in donatione acquirendorum.

TERTIVS est, qñ agitur de præiudicio inferendo à principe super iure vasalli: quia tunc appellatione iuris quæsiti venit etiã ius conditionale, qd' hẽt firmã, & probabilem spem, quæ inducit ius ad rem, & ideo comprehenditur in regula de non tollendo iure quæsito secundum Gomes. dicta reg. de non tollen. iur. quæs. q. 4. vers. secundus casus est sub nu. 14.

300 EXEMPLIFICA istum casum in fœudo antiquo ex pacto & prouidentia, quia cum habeat causam de preterito, & proueniat ex pacto, hẽt locũ in eo præfata regula de non tollendo iure quæsito, vt ex Sarn. & Rot. diuers. retuli, & sequutus sum infra c. 9. nu. 1754. vers. confirmaturque.

301 DECLARA istam exemplificationem, vt licet fœudum antiquũ ex pacto, & prouidentia veniat sub præfata regula de non tollendo iure quæsito, tñ princeps põt illud auferre proximiori agnato, qui esset successurus & auferendo, consideratur à Doctoribus communiter vti ius acquirendũ, sicut patet ex his, quæ scribunt Dec cons. 269. consultus. sub n. 6 & 7. & Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseru. 142. n. 13. & seqq. aliqui tñ promiscuè vocant ius quæsitum, & ius quærendũ, sed vtcunq; ✱ sit circa uocationem, communis *opinio est quòd princeps possit præiudicare agnatis, vt declaraui infra d. cap. 9. num. 1752. & 1757. & seqq. ad eum.

302 LIMITA nunc notabiliter ea omnia, in quibus dixi, minorem puberem non posse facere compromissum, vt non procedant, qñ minor facit compromissum sine appositione pœnæ, vel prout de iure tantum iuxta ea, quæ scripsi supra nu.

303 LIMITA similiter, qñ cõpromissum esset ad sui vtilitatem; quia prohibitio intelligitur in eius fauorem, vt dixi infra num. 320.

Casus. I. Genus. III.

304 PROSEQVOR compromissum in 3. genere; qñ scilicet compromissum fit super iuribus, & actionibus: & omissa illa acri pugna; an iura, & actiones reputentur inter bona stabilia, vel mobilia, vel potius constituant tertiã quandã speciem separatam ab his; de qua pugna latè Tiraq. tract. de vtroque retract. gloss. 7. §. 1. Gabr. in suis conclus. lib. 6. de verb. sign. concl 7. & alii quos citat Simoncel. tract. de decr. tit. 3. n. 1. fol. 300 concludo distinguendo, qd' si iura & actiones minoris sunt ad rẽ mobilem, & quæ seruando seruari nequit; poterit minor carens curatore facere cõpromissum; & qd' isto casu habebunt locũ ea oĩa, quæ dixi supra n. 264. & seqq.
305 de compromisso super re mobili: † & moueor; quia sicut isto casu minor posset distrahere, & cedere istas actiones, & iura iuxta ea, quæ refert, & sequitur Simõcel. d. tit. 3. cas. 2. fol. 301. ita etiã poterit à fortiori compromittere; cũ valeat argumentũ, vt dixi infra nu. 643.
306 † Si verò iura, & actiones sunt ad rẽm immobilẽ; concludo, quòd non põt facere cõpromissum sine auctoritate curatoris, & decreto iudicis, & quòd in isto casu habebunt locum ea oĩa, quæ dixi supra n. 275. & seqq.
307 de cõpromisso super re immobili: † rõ est, quia sicut minor nõ põt isto casu distrahere, & cedere eiusmodi iura & actiones sine decreto iudicis ad congesta per eundem Simoncel. d. tit. 3. cas. 1. n. 2. fol. 300. ita neque poterit compromittere: & qd' dico de iuribus, & actionibus ad rem immobilẽ. hẽt locũ etiam in iuribus ad rẽ mobilem, quæ seruando seruari põt, vt puta si ageretur de annuo censu, vel aliter de pecunia destinata ad an-
308 nuum censum; † quia eiusmodi census reputatur inter res immobiles, vt ex Rol. à Val. cons. 54. qd' promissio. nu. 6. 9. 10. & 11. lib. 2. & ex aliis refert & sequitur Simoncel. tract. de decr. tit 8. inspect. 7. nu. 57. fol. 322. & & scribunt Foller. de contract. cens. in verbo. census. n. nu. 25. fol. 142. Redoan. tract. de reb. eccl. non alienan. n. 26. & 28. & seqq. fol. 419. & Nouel. tract. de iur. prothomis. §. quod si forte. n. 111. fol. 27.

309 LIMITA ista oĩa, sicut limitantur quæ dixi remissiuè de cõpromisso facto super re immobili supra n. 302. & 303. vers. limita nunc. & sum expeditus à primo casu; quando scilicet caret curatore.

CASVS. II.

310 Capio secundum casum: quando minor habet curatorem: & in isto facio tres conclusiones.

I. CONCLVSIO est; quòd minor non põt compromittere sine auctoritate curatoris, siue compromissum fiat super re mobili, siue super re immobili, siue super iuribus, & actionibus: & ita intelligo Iacob. Butrig. tract. de oppos. compromiss. n. 4. in fin. ibi. itẽ in adulto. fol. 206 & Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. sect. 3. nu. 5. vers. quo autẽ ad adultum. fol. 210. dum distinguendo concludunt, qd' si habet curatorem, & eius auctoritas non interuenit, compromissum non valet.

311 Confirmatur ista conclusio eodẽ fundamẽto; q̃a minor habens curatorẽ prohibetur alienare Ant. de But. in c. constitutus. n. 28 de restit in integr. & prohibetur alienare etiã mobilia sine decreto iudicis, vt notat Simoncel. tract. de decr. tit. 3. inspect. 2. n. 21. in fi. fol. 320. & prohibetur donare bona mobilia, vt scribit Paul. de Castr. in l. 2. in fine. sub nu. 6. C. si aduers. donat. & ratio est: quia cui datus est curator, censetur interdicta administratio rerum suarũ, vt aduertit Simoncel. d. inspect. 2. n. 19. Sed qui prohibetur alienare, prohibetur compromittere, vt ex Rom. Dec. Paris. Rol. à Val. & aliis retuli & sequutus sum supra num. 284.

312 II. CONCLVSIO est; quòd, si compromissum fiat super re immobili, requiritur non solum auctoritas curatoris, sed etiã decretũ iudicis: nam si hæc requirũtur, qñ minor caret curatore iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 275. vers. prosequ. à fortiori requiruntur qñ habet curatorem: & in isto casu procedit, quod scribũt Bal. Socc. Affl. Lanfr. M. A. Blanc. & alij, quos retuli & sequutus sum supra d. n. 275. dum scribũt, quòd minor nõ põt facere compromissum super re immobili sine decreto iudicis, & sine auctoritate curatoris: isto etiã casu procedit doctrina eorum, quos refert, & sequitur Rol. à Val. tract. de dot. q. 44. sub n. 10. fol. 370. dum scribunt, quòd curatores nõ possunt facere cõpromissum voluntariũ.

313 EXTENDE istã cõclusionem, vt procedat etiã in re mobili, quæ seruando seruari põt: quia æquiparatur rei immobili, vt dixi supra n. 288. vers. amplia nunc.

314 LIMITANTVR ista conclusio & extensio, vt non sint veræ, quando compromissum fit sine appositione pœnæ, vel prout de iure tantum.

315 III. CONCLVSIO est, quòd si cõpromissum fiat super re mobili, quæ seruando seruari non possit, & sit factum cum auctoritate curatoris, compromissum erit validum, licet sit factum sine decreto iudicis: & moueor; quia sicut isto casu valeret compromissum factũ à tutore, vt scripsi infra nu. 355. ita etiam debet valere compromissum factum à curatore.

316 ADVERTE tamen, quòd minor potest petere restitutionem in integrum vt dixi supra nu. 273. & in pupillo infra nu. 360 & his sum expeditus à primo & secundo casu; quando minor est pubes.

CASVS. III.

317 Capio tertium casum: 3. quæstionis positæ supra nu. 263. & 264. quando minor est impubes, & sic infra quatuordecim annos: & constituo regulam quòd tutor nõ possit compromittere, & moueor duobus argumẽtis.

Moueor

Moueor primo ex textũ in l.ſi pupillus.ff.de recep.ar-
bit.vbi arbiter nõ cogitur pronũtiare ſi pupillus cõpro
miſit ſine auctoritate turoris:& rõ illius textus eſt;qa
318 pupillus non obligatur ex illo cõpromiſſo ; † &, quòd
compromiſſum factũ à pupillo ſine auctoritate tutoris
nõ teneat,ſcribũt Io.Bapt.tract.de arb.lib.2.c.13.ſub n.
2.fol.234.Lanfr.de Orian.eod.tract.de arb.3.ſect.princ.
verſ.ſecundo quæro.ſub n.4.fol.210.dicens , quòd hoc
procedit de plano.& Rip.lib.1.decr.tit.de arb.& arbit.
in 1.reſpon. num.3.

319 Moueor ſecundo argumẽto, quia pupillus nihil põt
per ſe ſine auctoritate tutoris l.fin.impuberes.ff.de iur.
& fact. ign. & debet omnia agere cum auctoritate tu-
toris,& æquiparatur furioſo; vnde neque ea, quæ ſolo
animo conſiſtunt,explicare poteſt Alber.de Roſ. tract.
de ſtatut.lib.vlt q.90.nu.3.in fine.& nu.4. fol.83.

320 DECLARA hoc ſecundũ argumentũ procedere in
his ſolum,quæ ſunt damnoſa pupillo,ſecus in vtilibus:
quia licet pupillis ſine auctoritate tutoris meliorẽ con
ditionẽ ſuam facere , vt clarè diſponit textus Inſtit.de
auct.tut.in princ.& benè declarant Alber de Roſ. d. q.
90.n.6 dicens,quòd põt facere meliorẽ conditionẽ;po
ſito etiã quòd tutore indigeret Bal.in l. cõtra iuris.ſub
n 1.verſ.ſecundo nota.ff.de pact.dicens, quòd vbi agi-
tur de fauore pupilli in contrahẽdo,pupillus habet ido
neã perſonam,& latius Redoan.tract.de reb.eccl. non
alie.rub.19.de cã vtilitatis n.174.& ſeqq.fol.427.Surd.
tract.de alim tit.8.priuil.56.n.66.dicens;quòd contra-
ctus celebratus à minore ſine tutore vel curatorevalet,
ſi eſt ei vtilis,& Maran.in ſuo ſpec.par.4. diſt.16. iudi-
321 ciorum.n.45.46.48.49.51.fol.216.& 217. † quare per-
miſſum eſt in ſumma,vt cõtractus initi cũ pupillo clau
dicent:contrahentes.n.cũ pupillo obligantur eidẽ, ſed
ipſe non obligatur eis d.tit.de auct.tut.in fine principij
Inſt.& notat Redoan.d.tract de reb.eccleſ non alien.
322 rub.33.caſ.7.n.19.fol.456.† & permiſſum eſt etiã.quòd
claudicent iudicia , & ſeruetur inæqualitas , vt notat
Paul.de Caſtr.in l.non eo minus ſub nu.1.C. de procu.
& ad hæc faciunt quæ ſcripſi infra n.382.& 395.& ra-
tio eſt,quam aſſignat tex.in d.l.nõ eò minus C.de pro-
cur.dicens , quòd ætas conſueuit ſubuenire in damno-
ſis,non in rebus proſperè geſtis obeſſe ; & conſequen-
ter ex iſta declaratione infero , quòd poteſt compro-
mittere ſine auctoritate tutoris ad ſui vtilitatem .

323 Cõtra iſtã declarationẽ ſentit apertè Io.Bapt.tract.
de arb.lib.2.c.13.ſub n.2.& 3.fol.234.concludẽs,quòd
ſententia,quæ ferretur ſuper compromiſſo facto à pu-
pillo ſine auctoritate tutoris,eſſet nulla;etiã ſi ferretur
pro pupillo:quia inquit eſſet lata ſine fundamento cõ-
promiſſi,dicens hæc eſſe tenẽda menti,quia ſunt noua.

324 Verũ ergo nõ recedo à præfata declarationes etiã in
cõpromiſſo;& ad Io.Bapt.reſp. quòd loquitur ſine au-
ctoritate,& contra regulas,& terminos dictæ declara-
tionis,& ratio;quã ipſe cõſiderat,eſt meo iudicio debi
325 lis.† Hãc tñ declarationẽ tenet etiã ipſe Io.Bap.d.c.13
ſub n.3.ibi.illud nota.in adulto,dicẽs, quòd ſi ipſe fece
rit cõpromiſſum,& non fuerit oppoſitũ contra cõpro-
miſsũ;ſeñtia,quę ꝓ adulto ferretur,eſſet inquit valida.

Proſequor ſecundum argumentum,poſitum ſupra
num.319.& 320.

326 Sed cõpromittere eſt dãnoſum pupillo:quia eò ipſo
quòd cõpromittit læditur, & cauſatur læſio ex eo, qđ
metu pęnæ appoſitæ in cõpromiſſo nõ poterit appella
re à ſententia arbitri,contra ſe lata , & tñ potuiſſet ap-
pellare à ſentẽtia iudicis,ſicut cõſiderãt,& ſcribũt Gl.
in l.ſi minor.§.minores.in verbo.iure deſiderãt.ff.de mi
nor.& ibi Bar.rurſus idẽ Bar.conſ.47.nũquid tutor.n.2.
in fi.ibi.cõtra hoc membrũ. & ibi.ſed dic. lib.1.& cõſ.
40.quæritur an ſtatutum.ſub n.2.ibi. ſecũda quia.lib.2.
Abb.conſ.31.circa primũ.in prin.lib.2. Alex.conſ.254.
abundè.ſub n.4.lib.6.& M.A.Blanc.tract. de compro-
miſ.3.q.princ.in verbo.minor.ſub n.39. fol.160 & ſen-
tiunt Bar.Socc.Iaſ.Mil.Bap.à S Blaſ.Pariſ.Odd.& Rol.
à Vall.quos retuli & ſequutus ſum infra n.482.& quòd
à ſeñta arbitri non liceat appellare dicit tex. in l. 1. C.
de recep.arb.& notant ibi Cyn.Bal.Saly Paul.de Caſt.
& alij,& benè diſtinguendo declarant Ant. de Butr.in
c.quintauallis.different.24.verſ.ad primũ.ſub.n. 36. de
iureiur.& Abb.in c.cũ dilectus.ſub n.17.de arb.& no-
tant Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in 2. actu principali.in
verbo.& qñq; appellatur.verſ.8.limita.n.261. fol. mihi
497.& Odd.tract.de reſt.in integr.q.32.n.16.& eſt ſen-
tentia cõis,* vt teſtãtur Bar.in l.diem proferre.§. ſtari.
n 1.in fi.ff.de recept.arb.& latè M.A. Blanc d. tract.de
cõprom.q.10.princ.ſub n.3.verſ.contrarium. fol. 203.
Imò Bapt.de S.Blaſ.tract.de arb.& arbi.q.76.n.56.in fi.
fol.307.opinatus eſt,minus reductionẽ ad arbitriũ bo-
ni viri peti poſſe à ſeñta arbitri,cuius tñ opinionẽ nos
de iure canonico verã nõ cenſemus per ea, quæ ſcripſi
327 inf.n.337.& 338.† & rõ,quare nõ liceat appellare,iſta
cõiter videtur aſſignari ; nimirũ quia arbiter nõ habet
iuriſdictionẽ,& conſequenter eius ſententia nõ tenet,
ſeu nõ obligat; variè tñ circa iſtam rõnem loquuntur,
prout iſta variatio colligi põt ex his, quæ ſcribũt Abb.
d.c cum dilectus.ſub n.17.de arb.Bald.& Paul.de Caſt.
ſupra citati,Gl.Bar.Lanfr & Maran.citati infra:nã Bal.
in d.l.1.ſub n.1.ibi.tertio oppono.inquit nõ dari appel
lationẽ:quia,ſi cõdemnatus vult appellare reſpectu pę
næ cõpromiſſi;non põt, quia à contractu non datur ap
pellatio:aut vult appellare reſpectu laudi, & non põt,
quia,vt inquit,laudũ non eſt obligatoriũ;& conſequen
ter,cum nulla ſit obligatio,nihil reſcindi põt per appel
lationem;& Paul.de Caſt.ibidem n.1. ab eo non diſſen
tiendo addit,non dari appellationem,quia ſententia ar
bitri nõ parit actionẽ,vel exceptionẽ : quare inquit li-
cet non ſit ab ea appellatũ infra decem dies;tñ non pa
rit actionẽ ad fauorem actoris, qui eã fauorabilẽ obti-
nuit,neque exceptionẽ ad fauorem rei,ſi fuerit abſolu
tus,& iõ,inquit, fruſtratorium eſſet remedium appella
tionis.& Gl.ibidẽ in verbo. actio ſentit ideo non dari
appellationem,quia appellatio datur, vt extinguat ſen
tentiã,ſeu pronuntiatum; ſed laudum arbitri non dici-
tur ſeñtia,& ideo non parit actionem ſaltẽ ante lapſos
decem dies:ergo ſi velit appellare ab ea ante decẽ dies
non auditur propter iſtã rõnem,& ſi uelit appellare po
ſtea;non auditur quia ſunt lapſi decem dies , & ratio-
nem huius Gl. ſequitur Cyn.in ead.l.1.in princip.C.de
recep.arbit.idem ſentiunt Maran.in d.verbo.& qñquè
appellatur.n.262.fol.497.& Grauat.in annot.ad pract.
Veſtr.lib.3.c.3.n.6.dum ſcribunt,à ſentẽtia arbitri non
dari appellationẽ,quia ex ea non oritur actio,vel exce
ptio,ſed paretur illi ſolũ metu pęnæ; & qđ à ſeñtia ar
bitri ideo nõ liceat appellare , quia eius ſententia ipſo
iure non tenet,ex quo arbiter caret iuriſdictione,ſcri-
bit Bar.in qq.arbit.ſub n.17.fol.295.Alii verò,quos re-
tuli & ſequutus ſum infra nu.380 & 431. diſtinguendo
cõiter tenet etiam ex laudo oriri actionẽ; ſed quia nos
ſupponimus caſum,in quo non poſſit appellare.Igitur,
cum non poſſit appellare,remanet læſus.

328 Contra iſtã regulam & adducta pro ea facit: quia li
cet nõ poſſit appellare; poterit tñ de iure canonico pe
tere reductionem ad arbitrium boni uiri,& cõſequen-
ter ceſſat læſio per ea,quæ dixi infra ſub num. 337.

329 His non obſtantibus; non recedo à firmata regula.

330 Ad adducta in contrariũ rñdeo,cõpromiſſum adhuc
eſſe damnoſum;& rõ eſt:quia cũ iſta reductio ad arbi-
triũ boni uiri non habeat locum;niſi data læſione circa
magnã quantitatẽ in re cõpromiſſa; ſequitur quòd pu-
pillus,ſeu minor poſſet remanere læſus,& conſequen-
ter,qđ vſq; ad certam partem,pro qua toleratur læſio,
& non datur reductio ad arbitrium boni uiri, potu ſſet
alienare,qđ eſt cõtra leges,prohibẽtes alienationẽ: &
ideo Doctores ſcitè loquũtur dũ aiunt,ei,cui prohibi-
tum eſt alienare,eſſe prohibitum etiã compromittere.

331 Quòd aũt reductio ad arbitriũ boni uiri non habeat
locum,niſi euidenter conſtet de lęſione partis ſentiunt
Hoſt.Ant.de Butr.Abb. Arch. & Cæpol. quos retuli,&
ſequutus ſum infra num. 448.

332 Læſio adhoc vt ſit locus reductioni ad arbitrium bo
ni uiri quanta debeat eſſe dixi infra nu. 449.

333 AMPLIA præfatã regulã poſitã ſup.n.317.vt pupil-
lus ſolus nõ poſſit cõpromittere ſiue habeat tutorẽ, ſi-
ue nõ habeat,& ſiue compromiſſum faciat ſuper re im
mobili,ſiue ſuper re mobili,ſiue ſuper iuribus,& actio
nibus,quia ſemper cõpromiſſum ab eo ſine auctorita-
te tutoris factum,erit ipſo iure nullum,vt ſcribit Gl.in
l.ſi minor,§.minores.in verbo minores.ff.de minor.

334 Rõ eſt : quia , vt dixi,pupillus non obligatur Inſtit.
de auct.tut.in fine principii.& hęc procedũt de plano,
qũ pupillus cõpromittit ſolus ſine auctoritate tutoris.

335 AMPLIA II. vt procedat etiam inspecto iure canonico: quia pupillus adhuc ratione læsionis consideratæ supra num. 326. non potest compromittere.

336 Contra istam ampliationem, inspecta ratione læsionis, videtur sentire Alex. cons. vlt. 254. abundè num. 6. versus finem. ibi. sed de iure canonico. lib. 6. dicēs, quòd minor potest efficaciter compromittere; quia poterit petere restitutionem in integrum aduersus cōpromissum; attento quòd de iure canonico potest appellari à sententia arbitri.

Confirmatur ista opinio Alex. quia ratio quare pupillus, seu minor non possit compromittere, est: quia compromittendo læditur; ex quo à sententia arbitri nō datur appellatio iuxta ea, quæ retuli, & sequutus sum supra num. 326. & 327.

337 Sed ista ratio cessat secundum canones: quia de iure canonico potest appellari à sentētia arbitri, de cōi partium consensu electi c. à iudicibus. & ibi Glo. 1. 2. q. 6. Bal. in l. 1. sub n. 1. vers. tertio oppono. & Paul. de Castr. nu. 2. C. de recept. arb. idē Bal. in l. si seruus pluriū. §. fin. ibi. & procedit hæc quæstio. ff. de leg. 1. dicens, quòd de iure canonico ita pōt peti reductio sentētiæ arbitri, sicut arbitratoris, & ibi Ang. & Imo. in l. nemo pōt. ff. eo. & Addition. ad Bal. in d. l. 1. C. de recept. arbit. Alex. d. cons. vlt. sub n. 6. & 7. Paul. de Castr. in l. nam & postea. §. si minor 25. sub n. 9. ff. de iureiur. & M. Ant. Blanc. trac. de compromis. 10 q. princip. limi. 6. n. 9. vbi de cōi. *fol.

338 204. † & ratio secundum Bal. in d. l. 1. C. de recept. arbi. est; quia canon considerauit solam æquitatē naturalē.

339 quæ est, vt quilibet grauatus possit appellare, † vel secundum Host. in c. 2. de arb. quē referunt, & sequuntur Arch. in d. c. à iudicibus. vers. in ea. sub n. 3. Ant. de Butr. in c. quintauallis. sub nu. 35. & Abb. nu. 29. de iureiur. & Abb. in c. cum dilectus. sub nu. 17. ibi. si de iure canonico. de arbit. est; quia, si euidenter liqueat, quòd laudum arbitri contineat iniquitatem peccati, ordinarius debet ex officio hoc emendare: quia de peccato standum est canoni, & non legi; & iniquitas peccati dicitur; si appareat euidenter de læsione partis, & in Vrbe habemus statutum lib. 1. c. 176. quod innuit dari reductionē ad arbitrium boni uiri, dum præfigit terminum ad eam petendā: Ergo, cessante rōne læsionis, cessat prohibitio.

340 His non obstantibus; non recedas ab ampliatione: quia ad istud argumentum resp. dupliciter, & 1. quòd procedit forsan solum in adulto, qui videtur habere minorem defectum, quàm pupillus; secus in pupillo. Secundo resp. quòd de iure canonico permittitur solū reductio ad arbitrium boni viri, sicut loquitur Bal. supra citatus, & non appellatio, quæ datur etiam sine læsione, & cū permittatur solū reductio ad arbitriū boni viri, sequitur quòd minor posset remanere læsus infra sextā partem secundum opinionē eorum. qui tenent requiri læsionem in sexta parte, quos citaui infra nu. 449.

Nec obstat, si contra hanc responsionem replicares; quòd ista læsio infra sextam partem dicitur in modica quantitatē. & consequenter eam non debere attendi.

Quia resp. in casu sentētiæ, seu laudi, de quo loquimur, attendi; quia sententia iudicis dicitur iniqua, etiā si contineat læsionem infra sextam partem, & ideo remaneret læsio; ex quo à sententia potuisset appellari, & ob istam læsionem potuisset sententia reuocari, & retractari per iudicem ad quem.

341 AMPLIA III. vt procedat ēt si compromissum sit factum in arbitratorē, & non in arbitrū: quia adhuc teneo, quòd compromissum ratione læsionis nō teneat.

342 Nec obstat, si diceres, quòd in arbitratore non potest considerari læsio, ex quo laudo arbitratoris non est stādum, si sit iniquū, quia pōt peti reductio ad arbitriū boni viri, quod non est in laudo arbitri; cui est standū siue sit æquū, siue sit iniquū, vt scribunt Spec. tit. de arb. & arbit. §. 1. n. 2. & 3. Bar. in l. si societatē. §. arbitrorū. n. 33. ff. pro soc. & in qq. arb. n. 3. & sub n. 4. fol. 295. Bapt. de S. Blas. trac. de arb. & arbi. q. 76. sub n. 56 fol. 307. Lanf. de Orian. tract. de arb. in princ. sub n. 2 & nu. 4. fol. 206. & quòd à sentētia arbitratoris detur reductio ad arbitriū boni uiri, quia qñ fit compromissum in eum non contemnitur iudex, seu eius iurisdictio, sicut contemnitur, quando fit compromissum in arbitro, ex quo iudex potuisset eodē modo causam cognoscere, vt scribit Bar. in d. l. si societatem. §. arbitrorum. num. 33. vers. quæro quæ est ratio. ff. pro soc. & Odd. tract. de restit. in integ. q. 32. nu. 16. & 17.

Nam respondeo læsionem considerari; quia, si læsio non excedat magnam quantitatem; non datur reductio ad arbitrium boni viri, & sic posset remanere læsus in non magna quantitate iuxta ea quæ scripsi supra num. 330. vers. ad adducta.

Minus etiam obstat, si diceres, istā læsionem non esse considerabilem; ex quo si sententia arbitri sequatur contra minorem, minor poterit petere restitutionem in integrum, vt scribunt Alex. cons. vlt. 254. abūdè. n. 9. lib. 6. & M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 10. princ. num. 8. fol. 204.

Quia resp. melius esse iura ab initio conseruari intacta, quàm post vulneratam causam quærere remedium.

343 AMPLIA IIII. vt procedat etiam si cōpromissum sit factū à pupillo in casibus, in quibus alias iure quodam spāli pupillus haberet legitimā personam standi in iudicio: rō est, quia qui non pōt alienare, nō pōt compromittere, & ideo licet pupillus possit aliquo casu stare in iudicio, tñ eo casu non posset cōpromittere secundum Rip. in 1. decret. tit. de arbit. in 1. resp. num. 3.

344 LIMITA modo eandē regulā positā sup. n. 317. vt nō procedat quoad obligōem naturalē: licet. n. pupillus nō obligetur ciuiliter ex cōpromisso; tñ obligatur naturaliter, & iō si pro pena stipulata in cōpromisso datus sit fideiussor, poterit contra ipsum fideiussorē exigi. l. si pupillus. ff. de recept. arb. notat Spec. tit. de arb. & arbitra. §. restat. vers. sed qd de minore. sub n. 4. Azo. in sum. tit. de recept. arb. n. 8. & Host. in summ. tit. de arb. sub nu. 6. vers. quid de minore. Lanfr. de Oria. tract. de arb. 3. sect. princ. vers. secūdo quæro. n. 4. in fi. fol. 210. Io. Bapt. eod. tract. lib. 2. c. 13. sub n. 1. & 2. fol. 234. M. Ant. Blanc. trac. de cōpromis. inter coniunct. 3. q. princ. in verbo. minor. nu. 40. fol. 161. & quòd fideiussor pupilli obligetur efficaciter, quāuis pupillus nō sit efficaciter obligatus; qa sufficit, eū esse obligatū nāliter, scribit Pet. de Bellaper. in l. 17. fideiussor. n. 2. ff. de fideiuss. & mandat. habet tñ ista limitatio nōnullas spinas, vt colligi pōt ex his, quę scribit Gl. in d. l. si pupillus, & in iure habemus duas glossas contrarias: vnam, quæ concordat cū ista limitatione, & alteram, quæ discordat, quas notarunt Dyn. tract. de gl. cōtr. n. 15. fol. 187. & Nicel. tract. de cōcor. glos. gl. 13. nu. 167. fol. 199. vbi nititur eas concordare.

DIFFICVLTAS INCIDENS.

Conclusio. I.

345 Difficultas est, qñ pupillus cōpromittit cum auctoritate tutoris; nunquid teneat compromissum.

In hac difficultate cōstituo duas conclusiones, sicut duæ etiā sunt spēs rerū, immobiliū scilicet, & mobiliū.

In immobilibus cōcludo, cōpromissum, factum à pupillo cū auctoritate tutoris, esse nullū, si deficiat in eo

346 decretū iudicis: & rō est: quia si tutor alienaret rem immobilem sine decreto iudicis, alienatio esset ipso iure nulla argumento totius tit. C. de præd. & al. reb. minor. sine decr. non alien. latè Paris. cons. 100. contractus. in

347 princ. & nu. 36. & sub n. 42. & per totū. lib. 1. † & facit quod scribit Redoan. tract de reb. eccl. non alien, q. 21. rub. de eadē materia n. 28. fol. 508. dicens, qđ alienatio rei ecclesiæ nō adhibitis solēnitatibus ē ipso iure nulla: sed cōpromittere est spēs alienationis vt sæpius dixi.

348 Ergo cōpromissum, factū à tutore, seu cū auctoritate tutoris sine decreto iudicis super re immobili, est nullum ipso iure, & consequēter non est opus in eo restitutione ad tradita per Paul. de Castr. qui loquitur gñaliter in actu nullo, in l. 2. vers. in textu. nu. 5. C. si aduers. donat. & in isto casu intelligo doctrinam eorū, quos refert & sequitur Rol. à Vall. tract. de dot. q. 44. sub n. 10. fol. 370. dum scribunt, quòd tutores non possunt facere

349 compromissum voluntarium † & quòd in compromisso istarum rerum vltra auctoritatem tutoris & curatoris requiratur decretum iudicis scribit etiam Io. Bapt. tract. de arb. lib. 2. c. 15. sub nu. 4. fol. 235.

350 EXTENDE istam conclusionem iisdem modis seu casibus, in quibus extēdimus eandē, loquēdo de minore pubere supra nu. 227. & seqq. vers. extende istam.

351 AMPLIA deniq; vt hæc oīa habeātum loc etiā in re mobili, quæ pōt seruādo seruari: quia æquiparatur rei immobili, vt dixi supra num. 288. vers. amplia nunc.

352 AM-

352 AMPLIA rurſus,vt habeat locum etiam in actioni-
bus,& iuribus ad rem immobilem:quia æquiparantur
ipſi rei immobili iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num. 306.
& ſeq.
353 EXTENDE iſta omnia,vt habeant locum non ſolum
quando compromiſſum eſt factum in arbitrum;ſed etiã
quando eſt factum in arbitratorem;quia adhuc cõpro-
miſſum non tenet: & moueor ad iſtam extenſionem ex
his, quæ ſcripſi ſupra num.341.& ſeq.

Nec obſtat, quòd contrarium videatur ſentire Bar.
conſ.47.nunquid tutor.ſub nu 2.ibi.ſed ſi compromiſit.
lib.1.& conſ.40.quæritur an ſtatutum.ſub num.4.lib.2.
Alex conſ.vlt.254.abundè.ſub nu. 10.verſ.item reſpon
deo. lib. 6. & M.Ant.Blanc. tract. de compromiſſ.inter
coniunct.in verbo. minor.ſub nu.39. verſ.quinto facit.
fol. 160.dum ſcribunt,minorem,qui compromiſit cum
auctoritate tutoris in eum, qui ex iuriſdictione cogno
ſcere non poterat,& ſic in amicabilem compoſitorem,
non videri læſum,niſi doceatur de læſione, & ideo te-
nere compromiſſum.

Nam reſp.quòd etſi non poſſit conſiderari illa læſio,
quæ poſſet cõſiderari quando declinaſſet à iuriſdictio-
ne iudicis,à cuius ſententia potuiſſet appellare,ſicquè
ſibi non prçiudicauerit iſto reſpectu:ex quo iudex non
potuiſſet ita amicabiliter cognoſcere; reſeruata etiam
facultate pupillo appellandi; tamen ſibi præiudicauit
in eo,quòd ſe commiſit iudicio arbitratoris,à cuius ſen
tentia non poteſt petere reductionem ad arbitrium bo
ni viri,niſi ſit læſus in magna quantitate,& ſic ſe ſuppo
ſuit facultati,vt poſſit lædi in non magna quantitate.
354 LIMITA iſtam concluſionem, & eius extenſiones,
& ampliationes,vt non ſint veræ, quando compromiſ-
ſum eſſet factum in arbitrum ſine appoſitione pænæ,
vel eſſet factum prout de iure tantum iuxta ea quæ di-
xi ſupra nu.344.verſ.limita 2.

Concluſio. II.

355 In rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſ-
ſunt:concludo;quòd compromiſſum, factum à tutore,
ſeu cum eius auctoritate,eſt validum;& ratio eſt: quia
tutor poteſt alienare eiuſmodi res ſine decreto iudicis:
Ergo à fortiori poterit compromittere.
356 EXTENDE iſtam concluſionem,vt habeat locũ,
etiam in iuribus & actionibus ad rem mobilem: quia
æquiparantur ipſi rei mobili, vt ſcripſi ſupra num.
357 RESTRINGE modo eandem concluſionem primo
vt nõ habeat locũ in re mobili, quæ põt ſeruãdo ſerua-
ri, quia vt dixi ſupra n.288.æquiparatur rei immobili.
358 RESTRINGE II. vt habeat locum, ſi iura pu-
pilli eſsẽt clara ſine dubio, & facilis eſſet rei pupillaris
proſequutio: quia iſto caſu compromiſſum nõ teneret
ſecundũ ea, quæ ſcribunt Bar. conſ. 47. nunquid tutor.
lib.1.& conſ.40 quæritur an ſtatutũ lib.2.& eius ſequa
ces,nempè Alex.conſ.vlt.254.abundè.ſub n.4.lib 6. &
M.Ant.Blanc.tract.de compromiſ.inter coniunct. 3. q.
princ.in verbo.minor.ſub num.39.verſ ſed aduerte ad
vnum.fol.160.& in verbo.tutor.nu.53.fol 163. dum di
ſtinguendo aiunt, quòd tutor non poteſt compromit-
tere;ſi iura pupilli ſunt clara,& facilis eſt proſequutio:
& ratio huius reſtrictionis eſt:quia eiuſmodi compro-
359 miſſum ſapit naturam donationis,† & tutor non poteſt
donare res pupilli etiamſi ſint mobiles ſecundum ea,
quæ ſcribit Paul.de Caſtr.in l.2.in fine.C.ſi aduerſ.do-
dat.dicens,quòd donare,eſt perdere: præterea non di-
citur tutor, quando ſpoliat pupillum, teſtibus Bar. &
Alex. vbi ſupra.

Hæc reſtrictio vera eſſet,ſi poſſemus ſuſtinere, quòd
cõpromiſſum iſto caſu ſit ſpecies donationis;ideo co-
gitat: nam ſuſtinendo hoc, procederet iſta reſtrictio,
etiamſi interpoſitum eſſet decretum iudicis per ea,quç
ſcripſi ſupra nu. 279. verſ. confirmatur iſta extenſio.&
in omnem caſum,quo validũ eſſet compromiſſum,poſ-
ſet ſaltem petere reſtitutionẽ in integrũ, vt dixi n. ſeq.
360 DECLARA modo eandem concluſionem, eiuſquè
extenſionem,vt licet compromiſſum teneat; tamen pu
pillus poſſit petere reſtitutionem in integrũ.l.ſi minor.
§.minores.ff.de minor quẽ textum intelligo in iſtis ter
minis; & pro iſta declaratione faciunt quæ ſcripſi ſu-
pra num. 273.verſ.declara.
361 LIMITA præcedentes duas reſtrictiones,& hanc
declarationem,vt non ſint veræ; quando cõpromiſſum
non eſſet pęnatum,vel eſſet factum prout de iure,quia
tunc compromiſſum teneret iuxta ea, quæ firmaui in-
fra num ſeq.verſ.limita.

Minor quando non dicatur læſus compromiſſo, ideoquè compromiſſum teneat.

362 Concluſio,in qua ſupra diuerſis in locis firmarimus,
compromiſſum,factũ à minore,ſeu ab eius tutore, vel
curatore,non valere propter læſionẽ,quæ oritur eò ip-
ſo,quòd compromittit,cum non poſſit appellare à ſen
tentia ferenda per arbitrũ, limitatur ſeqq. caſibus.

LIMITA ergo primo,vt non procedat, qñ in com-
promiſſo eſt dictum, quòd arbiter poſſit pronuntiare
de iure tãtum;& ratio huius limitationis eſt:quia iſto
caſu minor non dicitur læſus eò ipſo,quòd compromi
ſit,& conſequenter cõpromiſſum iſto reſpectu eſt va-
lidũ:& quòd non ſit læſus probatur: quia etſi laudo ar-
bitri ſit ſtandum ſiue ſit æquum,ſiue ſit iniquum; vt di-
cit textus in l ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc &
ſcribunt.Spec.Bar. Bapt de S. Blaſ. & Lanfr. de Orian.
quos retuli,& ſequutus ſum ſupra nu.342. tamen con-
trarium cenſeo in caſu huius limitationis, & moueor
propter illa verba *de iure tantum* quæ reſtringunt fa-
cultatem arbitri, vt non poſsit ſententiare contra ius
ſecundum ea,quæ ſcribunt Bar.in d.l. ſi ſocietatem. §.
arbitrorum.n.11.verſ. quæro qñ dictum eſt. ff. pro ſoc.
& in l.diem proferre. §. ſtari. nu.3.verſ.modo.ff.de re-
cept.arb.Fely.in c.cauſamquæ.ſub n.15. vbi obſtat for
titer.& ſub n.18 in fi.verſ.quarto per textum.de ſen.&
re iud dicens veram remanere opin. Bartoli; Et quòd
* hæc opinio Bartoli ſit cõis * refert, & ſequitur Addi-
tionator ad Bar.in d.§.ſtari.in verb.contrariũ;&, quòd
ſit verior,& magis practicata, ſcribet idẽ Addition. in
d.§ arbitrorum.nu.11. in verbo.dictum eſt;& quòd dif
ficile eſſet in practica obſiſtere cõtra Bar.ſcribit Raph.
Fulg.in l.1.C.de recept.arb.quẽ refert Fely.ſub dicto
nu.15.Et quòd cõpromiſſum factum prout de iure non
afferat læſionem dixerũt Dñi de Rot diuerſ.deciſ.867.
romana hæreditatis.num.4.verſus finem par 3.lib.3.
363 Et adducta ex dicto §.arbitrorum.Spec.Bar. & alijs
procedunt in compromiſſo ſimplici, vt declarat Bar.in
citatis §.arbitrorum nu.11.& § ſtari. nu. 3.
364 EXTENDE iſtam communem opinionem,vt proce
dat etiam ſi in compromiſſo eſſet appoſita pęna contra
non parentẽ laudo;quia adhuc teneo,quòd condemna
tus nõ cogeretur ſtare laudo iniquo, ſeu aliter iniuſto,
ſed quòd poſſet contra illud opponere ſine metu pęnæ
ſtipulatæ in compromiſſo;& conſequenter cum minor
adhuc poſſet cõtradicere, & reclamare à laudi iniuſti-
tia ſine metu pęnæ,& propterea nõ diceretur lęſus;ſe-
quitur quòd compromiſſum eſſet validum.
365 Quòd condemnatus non cogeretur ſtare laudo iniu
ſto,ſed poſſet ab illo ſine metu pęnæ reclamare,proba-
tur duplici argumento.

Primo;quia promiſsio de parendo laudo,& pęna ap
poſita contra nõ parentẽ reſtringitur ad laudũ ferendũ
366 de iure:† quia verba ſunt ſemper reſtringenda ad rẽ,
ſuper qua proferuntur, ſeu exprimuntur,vt in aliis ter
minis ſcribunt Crauet.conſ.16. poſt redditũ.paululum
ſub nu.5.ibi.pro hoc facit. & conſ.171. magiſter. verſ.
tertio quòd iſte intellectus.ſub nu.13.& Becc.qui eum
refert, & ſequitur conſ.41.viſis allegationibus.ſub nu.
23.lib.1.& probatur argumento textus Inſtit. de legit.
agn tut.§.quod autem lex vbi quantum ad tutelam de-
ferendam agnatis in caſu inteſtati; dicitur inteſtatus
non ſolum is,qui omnino non fecerit teſtamentum;
ſed etiam is, qui inteſtatus deceſsit quantum ad tute-
367 lam: † item verba ſunt intelligenda eo reſpectu, quo
ſunt prolata, vt ex Dec. & Crauet.refert, & ſequitur
Becc.d.conſ.41.num.23.
368 Confirmatur totum iſtud argumentum ex eo, quod
ſcribit M. Ant. Bauer.tract. de virt. iuram. verſ.quin-
to adduco.ſub nu. 129.fol. 370. dicens quòd ſicut pro-
miſſio de parendo arbitrio alicuius intelligitur,ſi iuſte
arbitratus fuerit, ita etiam intelligitur iuramentum

in tali prouissione appositum quod verum censeo quic quid in contrarium scripsisse iudeatur Marches. tract. de commis. par. 1. commis. 1. relax. iuram. cap. b. num. 15. in fiue fol. 59. dicens quod iuramentum no n habet aliquam tacitam conditionem, si æque arbitrabitur.

Aduerte obiter circa istam confirmationem, quia licet iuramentum non obliget ad standum laudo iniusto, tamen volens contrauenire laudo vti iniusto debet prius habere absolutionem; quia donec notoriè, & euidenter non constat de iniustitia laudi, est necessaria absolutio, si obijciatur de periurio, vt in simili tenuit Rot. coram Bubalo in causa rom. legitimæ de Vrsinis die 20. Maij. 1588. & coram Ludouisio die 26. Iunij 1602. in vna signina castrorum, dicens quòd volenti rescindere contractum ex capite læsionis & statuti Vrbis lib. 1. cap. 154. obstaret adhuc exceptio periurij, nisi per sententiam vel aliter notoriè constaret de læsione. ex quibus infero in ista aduertẽtia, quòd donec sumus in dubio, an laudum sit iustum, vel iniustum, semper prius debet haberi absolutio, & ita passim seruatur, & pro ista illatione, & aduertentia efficacius faciunt quæ scribit Marches. d. cap. 6. nu. 15. & 16. fol. 60. dicens quòd debet peti absolutio etiam si laudum esset iniquum.

369 Secundo probatur: quia quod est nullum, seu de iure non tenet, non potest pœnæ vinculo alligari iuxta ea, quæ ex Rot. & Io. Dilect. retuli & sequutus sum lib.
370 præced. cap. 57 sub nu. 6. † Sed sic est, quòd laudum, latum contra ius, est nullum; quia arbiter excessit formam compromissi, quãdo data est ei facultas limitata, vt posit pronuntiare de iure tantum, vt scribunt Bar. in l. diem proferre, § stari. in fine. ff. de recept arbitr. & Flor. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. quos refert, & sequitur Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diui. 7. num. 1. in fine. & num. 2. fol. 215. & quòd isti arbitri compromissarii tantam habeant potestatem, quanta eis data est à partibus in compromisso, scribunt Paul. de Castr. cons. 265. viso compromisso. num. 1. versus finem. ibi. nam arbitri. lib. 1. & latius Ias. in l. ait prætor. vers. secundus intellectus. nu. 8. ff. de re iud. quia omnis potestas arbitri dependet à forma compromissi. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de recept. arbitr. Bapt. de S. Blas. tract. de arb. & arbitr. q. 72. nu. 45. fol. 306. Lanfr. de Orian. d. num. 2. & M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q. 6. princ. q. 3. num. 5. fol. 179. Et quòd quotidie dicatur sententiam fore nullam ex eo, quia arbiter nõ pronuntiauit de iure, secundum quod tenebatur, scribit Addition ad Bar. in d. §. arbitrorum. num. 11. vers. quæro quando dictum est. † Et ista nullitas orta ex excessu facultatis, datæ in compromisso, potest allegari etiam si partes in compromisso posuissent pactum, quòd non posset dici de nullitate Lanfr. de Orian. d. tract. de arbitr. diuis. 7. q. 51. nu. 102. fol. 223.

372 Et si tu contra istud secundum argumentum opponeres primo, quòd hæc restrictio facultatis; vt posit pronuntiare de iure tantum; est superflua, ex quo arbiter sine ista restrictione tenetur pronuntiare de iure iuxta ea, quæ scribit M. Ant. Bauer. tract. de virt. iuram. vers. quinto adduco sub num. 129. fol. 370. secundo: quia licet laudum esset iniustum eò, quòd esset prolatum contra ius litigatoris, tamen non esset nullum, sed esset validum, sicut dicimus in sententia iudicis, quæ licet sit lata contra ius litigatoris, tamen non est nulla, sed est valida; & consequenter, cum laudum remaneat validum, cessant adducta in secundo argumento.

373 Hanc oppositionem soluit Fely. in cap. causam quæ. num. 17. & seq. vers. considera secundo. de sent. & re iud. dicens, quòd iustitia est duplex: vna respectu fori, quam arbiter tenetur sequi, etiam quòd in compromisso non sit dictum, quòd debeat pronuntiare de iure tantum: altera verò respectu partium litigantium; & de ista sunt intelligenda illa verba, vt pronuntiet de iure tantum, sicquè non sunt otiosa: Et nota istam solutionem, quia ex ea in primis intelligis quid operentur illa verba apposita in compromisso, *quod possit pronuntiare de iure tantum*: secundo intelligis, quòd illud, quod in terminis iuris communis dicimus; parendum esse laudó siue sit æquum, siue iniquum iuxta ea, quæ scripsi supra num. 342. vers. amplia 3. & num. non procedit quando iniquitas respicit iustitiam fori; quòd si facultas arbitri sit restricta à partibus vt possit pronuntiare solum de iure; non procedit etiam si iniquitas respiciat ius partis: quia alias illa restrictio facultatis nihil operaretur.

374 NOTA ex hac limitatione, quam posui supra sub num. 362. ad intelligentiam statutorum Vrbis lib. 1. c. 163. mandantium pœnam conuentionalem non exigi, nisi in compromissis &c. quòd si arbiter electus ad sententiandum de iure tantum, proferat laudum iniquum, seu contra formam iuris, seu contra ius partis, pars reclamando, & contraueniendo non incurr t pœnam per ea, quæ dixi supra sub num. 362. secus tamen esset, si laudum esset iustum; quia incurreret pœnam iuxta ea, quæ scripsi remissiuè infra nu. 492. post 8. difficultatem. vers. . . .

375 EXTENDE istam intelligentiam, vt habeat locum etiam si pœna esset imposita ab ipso statuto contra non parentes laudo: quia intelligeretur contra non parentes laudo iusto.

376 INFERO obiter ex præcedenti notabili, quòd præfatum statutum Vrbis, & similiter lex regia hispanensis, quam citat Io. Gut. tract. de contract. iurat. c. 36. in fine. num. 12. fol. 81. & aliæ similes leges municipales laudabiliter determinant, posse exigi pœnam con-
377 uentionalem appositam in compromisso; † quia alias, loquendo de iure communi, est altercatio inter Doct. an pœna conuentionalis posit exigi, in qua altercatione illa opinio vsu recepta est in Rota; quòd non possit exigi, nisi quatenus concurrat cum interesse, vt scribit Rot. diuers. decis. 371. domini sine difficultate. nu. 3. par. 1. quę opinio placet etiam Ioanni Gut. d. cap. 36.
378 num. 10. fol. 81. † Et in propinquioribus terminis, an pœna apposita in compromisso posit de iure communi exigi, & an possit sæpius exigi, quando est, apposita clausula, quòd toties pęna committatur, quoties contrafactum fuerit, vide Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diuis. 7. q. 10. nu. 16. 17. & 18. fol. 216.

379 LIMITA II. vt non procedat quando compromissum est factum sine pęna: quia isto casu cessat similiter læsio: non enim cogitur minor parere laudo timore pęnæ, sed potest liberè appellare, vt dixi infra num. 379. & consequenter compromissum debet remanere validum quantum ad læsionem, quia cessat, vt dixi; & licet l. 1. C. de recept. arb. & ibi Paul. de Castr. sub num. 1. & alij videantur innuere eiusmodi compromissum non pęnatum remanere inutile, dum scribunt, sententiam latam per arbitrum esse nullam quantum ad producendum uires de per se, quia ex ea non oritur actio, vel exceptio iuxta ea, quæ retuli, & sequutus
380 sum supra num. 327. tamen non est ita: † quia ex eiusmodi sententia arbitri oritur actio, & exceptio, sequuta homologatione, vt scribunt Cyn. Bar. Lanfr. de Orian. & Maran. quos citaui infra num. 431. vers secundus modus. & consequenter potest etiam ab eiusmodi sententia appellari, vt scribit Bar. in l. 2. vers. vltimo scias, nu. 2. in fine. & n. 3. ff. de recept. arb. dicens, se esse in ista opinione vera contra omnes Doctores, cui me ✲ subscribo, & censeo hodie esse cõem * per ea; quæ dixi infra n. . . & seruatur passim in practica, quicquid in cõtrariũ scripserit Maran. in suo spec. p. 6. actu 2. principali. in verbo. & qñq; appellatur sub n. 270. fol. 500. dicẽs, ✲ quòd Bar. ini sto loco cõiter* reprobatur: quia à sentẽ- ✲ tia arbitri nõ datur appellatio secundũ cõem* opinion.

Pro intelligentia huius limitationis & absoluta cognitione huius passus, an ex laudo oriatur actio & exceptio, & quando oriatur, & quando nõ: quia est passus quotidianus, vide quæ scripsi infra nu. 431. 407. & seqq.

381 DECLARA restringendo præcedẽtes limitationes, vt sint veræ, dummodo compromissum sit factum cum auctoritate tutoris, vel curatoris in casu, quo minor nõ posset cõtrahere sine auctoritate curatoris; quia alias, deficiente auctoritate tutoris, vel curatoris; posset minor inhærere compromisso: si ex eo percipiat vtilitatẽ, alias posset obijcere iuxta ea, quæ scripsi limit. seq. nu. & sic in præfatis duabus limitationibus præsuppono terminos habiles, & quòd aliunde minor non sit læsus ex compromisso, vt puta quia sit factum super re dubia, alias si esset factum super re clara, teneo quòd diceretur

ceretur læſus etiam ſi poſſet appellare à laudo ferẽdo.

382 LIMITA III. ſeu potius declara omnes conclusiones, in quibus diximus, alienationem, ſeu compromiſſum factum à minore eſſe nullum, ſeu poſſe annullari, vt ſint veræ, minore uolente annullari, ſecus minore nolente; nam quantum ad alienationem factam à minore ſine ſolemnitatibus, quòd valeat in fauorem minoris, & ipſo nolente, & nõ aliter, referũt, & ſequuntur Borgn. Caualc. trac. de tut. & cur. n. 170. fol. 343. & Rol. à Val. conſ. penult. pro fundamento nu. 33. & ſeqq. & num. 38. vbi teſtatur de communi.* lib. 1.

Confirmatur iſta limitatio; quia pupillus; & minor. poſſunt ſine auctoritate tutoris & curatoris facere conditionem ſuam meliorem, & habere idoneam perſonam in contrahendo, quando agitur de fauore ipſius minoris, vt ex Inſtit. de auth. tut. in princip. ex Alb. de Roſ. Bal. Redoan. & Surd. retuli & ſequutus ſum ſupra num. 320.

Confirmatur 2. quia ſi contractus alienationis rei eccleſiaſticæ ſit nullus dicitur nullus eccleſia volente; ſecus ea nolente: & ideo nullitas ab ipſa ſolum & non ab eo, qui ſecum contraxit poteſt allegari Ant. de Butr. in cap. ſi quis. num. 9. de reb. eccleſ. non alien. & Abb. in. cap. diuerſis fallacijs num. 6. de cleric. coniug.

383 Ratio huius limitationis eſt: quia nullitas actus poteſt allegari ſolum ab eo, in cuius fauorem eſt inducta, vt per modum regulæ firmat Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 56. num. 80. in fine. & nu. 81.

Nullitas actus poteſt allegari ab eo, in cuius fauorem eſt inducta.

384 Regula, quòd nullitas actus poſſit allegari ſolum ab eo, in cuius fauorem eſt inducta, de qua regula teſtatur Sud. citatus num. præced. verificatur ſequentibus caſibus.

PRIMO in venditore cum lege commiſſoria, ideſt pacto reſolutiuo venditionis: quia venditio reſoluitur, ſeu erit nulla, venditore volente, ſecus eo inuito, quia pactum reſolutiuum intelligitur appoſitum ad eius fauorem l. 2. & 3. ff. de lege commiſſ.

385 SECVNDO poteſt verificari in quauis concordia, & tranſactione, in qua ſit appoſitum pactum irritationis, reſciſſionis, & nullitatis ipſius concordiæ, quia eiuſmodi pactum reſciſſorium appoſitum inter cõtrahentes, intelligitur ſemper appoſitum in fauorem adimplentis, & ad onus & incommodum contrauenientis, ſicut benè conſuluit Anch. conſ. 141. ſuper prædicto. ſub num. 1. & ſeqq. quem refert & ſequitur Fely. in cap. vlt. verſ. limita niſi eccleſia. ſub nu. 24. de iudic. & hæc eſt communis * concluſio.

386 EXTENDE I. iſtam ſecundam verificationem & communem concluſionem, vt ſit vera etiam ſi in contractu eſſet adiecta pœna contra non ſeruanten cõcordiam, ſeu alium contractum cum clauſula; rato manente pacto, quia adhuc is, qui adimpleuit pro parte ſua, poſſet recedere à contractu, vt ſentit Anch. vbi ſupra, & recedendo non incurreret pœnam: & ratio eſt duplex: 1. quia primo rumpens contractum non poteſt amplius ex eo agere, teſte Bal. in l. cum proponas. la. 2. ſub num. 1. verſ. nota quòd pactum. C. de pact. nam regula eſt generalis, quòd nemo poteſt facere fundamentum ſuper actu, quem ipſe impugnauit vt ex pluribus firmaui infra cap. 11. nu. 470. & ſeqq. ſecunda ratio eſt quia contractus. iam eſt ruptus, ſicut in pœna ſtipulata pro pace diximus infra num. 726. vbi concluſimus, quòd poſterior rumpens pacem non incurrit pœnam.

387 EXTENDE II. vt in tantum pacta cenſeatur appoſita in fauorem adimplentis, vt, eo nolente recedere à contractu, teneatur is, qui contrauenit, ſtare contractui & illius obſeruantiæ, quamuis ſoluerit pœnam contrauentionis: & ratio eſt: quia licet ſolutio pœnæ æquiparetur obſeruantiæ contractus ſecundum Bal. vbi ſupra, ſicquè ſteiſſe videatur obſeruantiæ, & videatur proinde ſolutus ab obſeruantia veri, & proprij contractus; tamen illa clauſula, rato manente pacto, inducit renaſcentiam primi, & proprij contractus.

388 RESTRINGE primam extentionem; in qua diximus eum, qui obſeruauit, poſſe recedere à contractu, vt non habeat locum, quando is, qui contrauenit, ſoluiſſet pœnam contrauentionis, quia tunc illa ſatisfactio pœnæ æquiparatur obſeruantiæ contractus, & conſequenter contractus debet remanere in ſuo robore propter clauſulam; rato manente pacto. ſicut in contractu pacis conſiderat Bal. ſupra citatus ſed de iſta reſtrictione dubitat Corn. conſ. 51. in hac conſultatione. ſub nu. 5. lib. 1. & ego nihil firmaui infra num. 731.

389 TERTIO verificatur in domino directo emphyteoſis: quia caducitas, ſeu reſolutio emphyteoſis inducta contra emphyteotam intelligitur, dño directo volente, & nõ alias ad tradita per Caſſad. deciſ. 2. de loc.

390 QVARTO verificatur in venditore, ſeu alio contrahente, qui eſt dolo circũuentus, quia vẽditio, ſeu alius contractus põt reſcindi, ipſo circumuento volente; ſecus eo nolente: quia tunc remanet firmus, vt ſentiunt Gloſ. in l. & eleganter. in verbo. nullam. & in verbo. ſi in hoc ipſo. ibi. itẽ ad quid datur de dolo. ff. de dol. mal. & Gloſ. in l. iuris gentium. §. prætor ait. in verbo. dolo malo. ff. de pact. & hanc eſſe communem * opinionem, vt contractus ſit ipſo iure nullus, ſi vult deceptus, ſecus ſi vult ſtare contractui; teſtatur Bart. in d. l. & eleganter. ſub num. 3. verſus finem. verſ. oppono. & ratio quare cõtractus remaneat firmus volente eo, ad cuius fauorem eſt inducta nullitas, eſt, ne inducta in fauorem retorqueantur in odium.

391 Oritur obiter difficultas, an; non appoſito pacto reſolutiuo, nihilominus nullitas, ſeu reſciſſio contractus poſſit habere locum, ſi vnus ex contrahentibus adimpleuit & alter non.

Reſp. quòd reſolutio contractus, quæ conceditur adimplenti contra non adimplentem, nõ habet locum, niſi in contractu ſit appoſitum pactum reſolutiuum, vel à lege ipſa ſit expreſſum, quòd poſſit reſcindi; & ratio

392 eſt: † quia aut ſumus in contractu perfecto, & tunc non eſt amplius locus pœnitentiæ, & ideo is, qui adimpleuit, poſſet ſolum agere ad intereſſe contra non adimplentem, ſicut fuiſſe determinatum in conſ. Neap. refert Affl. deciſ. 280. quondam ioannes. ſub num. 3. & 6. in fine. verſ. fuit per ſacrum. quam determinationem cenſeo communem. * & veram in contractibus nomi-

393 natis † quia in contractibus nominatis non habet locum pænitentia, teſtibus Natt. conſ. 171. præſens cauſa. ſub num. 1. lib. 1. Clar. lib. 4. §. emphyteuſis. q. 2. & communiter Doct. in l. ſicut C. de action. ſicut teſtatur Oſaſc. deciſ. 98. 10. petrus. num. 7. ſed in contractibus innominatis aliter forſan eſſet reſpondendum per ea, quæ ſcribunt Doctores ſupra citati, ſuper quibus non inſiſto: quia nimis diuerterer, ſi plenè examinarem quando ſit locus pœnitentiæ, & quando non in contra-

394 ctibus; † Aut ſumus in cõtractu imperfecto, & tũc vtrique parti eſt licita pœnitentia, & non poteſt dici quòd alter adimpleuerit iuxta ea, quæ ſcribunt Affl. deciſ. 39. per binas. num. 4. & Maran. diſp. 4. num. 4. qui declarant contractum dici imperfectum, quando partes intendunt contrahere in ſcriptis, & non perfecerunt adhuc ſcripturam: Et hæc dixi circa iſtam contingentem difficultatem indicando, non diſputando.

Reſumitur articulus tertiæ limitationis.

395 EXTENDE præfatam tertiam limitationem poſitam ſupra num. 382. dum diximus valere contractum in fauorem minoris, quamuis deficiat in eo auctoritas tutoris, ſeu curatoris, vt habeat locum etiam in iudicijs: quia iudicium factum cum minore ſine auctoritate tutoris ſeu curatoris, non tenet in damnum ipſius minoris, ſed benè tenet in eius vtilitatem, quamuis deficiat in eo auctoritas tutoris, ſeu curatoris: permittitur namque iſto caſu claudicatio, & inæqualitas l. non eò minus. & ibi Cyn. Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & alij C. de procur. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtinc. 16. iudiciorum num. 44. fol. 216.

396 RESTRINGE obiter eandem limitationem & extenſionem, vt procedant ſolum in terminis; in quibus

bus loquuntur, videlicet quando nullitas reſpicit fauorem vnius partis tantum; ſecus ſi reſpiciat fauorem vtriuſque partis: quia tunc; alterutra parte eam adducente, actus declaratur nullus.

397 EXEMPLIFICA iſtam reſtrictionẽ in ſententia nulla ex defectu citationis.
398 ✝ dicimus enim, quòd ſententia, lata ſine citatione, eſt nulla, etiam ſi ſit lata in fauorem abſentis non citati ad tradita per Bar. in l. furioſo. num. 2. ff. de re iud.& ib Addition. in litera a. & Iaſ. num. 3. & 6. Ant. Nicel. tract. de concord. gloſ. concord. 52. fallen. 19. num. 254. fol. 206. M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 9. num. 5. fol. 191. Vant. tract. null. rub. de nullit. ex defect. citat. num. 10. fol. 407. & hanc eſſe communem * opinionem refert & ſequitur Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de citat. concluſ. 1.
399 num. 67. & 68. in fine. ✝ ratio eſt: quia citatio ad ſententiam reſpicit ordinem iudicij, & iſte ordo iudicij reſpectu citationis eſt inductus fauore vtriuſque partis; & ideo citatio ad ſententiam eſt communis vtrique parti adeo, quòd ſententia poteſt valide ferri tam contra citantem, quàm contra citatum.
400 ✝ quare iuxta iſtam reſtrictionem concludo in iſto exemplo, quòd, ſi ſententia feratur in fauorem minoris abſentis non citati, neque citantis, eſt nulla, etiam ſi iudicium fuerit legitime factum cum tutore ſeu curatore.

401 Caſus, in quo nullitas dicitur inducta fauore minoris, eſt, quando eſt inducta propter defectum ætatis, cui lex propterea prouidet de tutore, vel alia ſagaci, & prudenti perſona: quia tunc licet non interuenerit illa ſagax perſona; tamen; ſi actus ſit vtilis illi minori, eſt validus eo volente; & ideo ſententia lata in eius fauorem, præcedente citatione, poteſt eſſe valida, licet in iudicio non interuenerit auctoritas tutoris.

402 SVBRESTRINGE exemplificationem, & communem opinionem adductam in ea, de qua ſupra num. 398. vt non procedat in cauſis ſummarijs: quia in eis valeret ſententia, lata in fauorem abſentis non citati; vt refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. furioſo. num. 8. ff. de re iud.

403 SVBRESTRINGE ſimiliter eandem exemplificationem, vt non procedat, quando arbiter habuiſſet poteſtatem procedendi ſola facti veritate inſpecta: quia etiam iſto caſu valeret ſecundum ea, quæ adducit
404 M. Ant. Blanc. d. q. 9. num. 6. fol. 191. ✝ Sed hæc ſubreſtrictio licet poſſet eſſe vera in arbitro electo ex neceſſitate legis, vel ſtatuti, quia is habet iuriſdictionem, vt loquitur M. Ant. Blanc. tamen in arbitro electo voluntarie à partibus poſſent obſtare ea, quæ ſcribit Vant. vbi ſupra.

405 RESTRINGE II. eandem limitationem & extenſionem, vt non procedat, quando perſona minoris eſt omnino incapax contractus & iudicij: quia tunc contractus, ſeu iudicium non valet quamuis ſit in eius vtilitatem, & velit valere Vant. tract. null. rub. de nullit. ex def. mand. num. 6. & ſeqq. & ſignanter num. 16. fol 399. & Maran. in ſuo pec. par. 4. diſtinct. 16. iudiciorum nu. 50. verſ. item illud fol. 217.

406 RESTRINGE III. eandem extenſionem, vt non procedat quando aduerſarius minoris opponeret in iudicio, minorem non audiri, niſi comparuerit legitimè: quia ſtante iſta proteſtatione, ſententia quamuis ferretur in fauorem minoris, taceretq; minor defectum ſuæ ætatis; tamen aduerſarius poſſet dicere de nullitate propter illam proteſtationem, vt plenè declarat Paul. de Caſtr. in l. non eo minus. num. 2. ibi. breuiter. C. de procur. & ideo Bal. ibidem num. 1. in fine. admonet aduerſarium minoris, vt ſit cautus, vt opponat de minori ætate, & de perſona non legitima antequam fiant acta, & iuxta hanc monitionem quotidie videmus in practia fieri eiuſmodi proteſtationes, quæ annullarent totum proceſſum, qui fabricaretur poſt iſtam exceptionem, ſeu proteſtationem, vt ſcribit Paul. de Caſtr. vbi ſupra.

Difficultates emergentes circa hanc III. quæſt. incidentem.

DIFFICVLTAS I. MODVS I.

407 Diximus ſupra præſertim num. 380. defendendo 2. limitationem, quòd ex compromiſſo facto ſine pœna oritur actio, & exceptio ſequuta homologatione laudi, lati ab arbitro.

Nunc pro abſoluta cognitione & intelligentia emergit difficultas an & quando oriatur actio ex laudo, & quando non.

Reſponeeo deſtinguendo duplicem modum compromittendi.

Primus modus eſt quando partes compromittentes prouident ſibi circa laudum ferendum, vt habeat firmitatem & executionem: Et in iſto compromiſſo concludo, ex laudo non oriri actionem vel exceptionem; & ita procedât textus in l. 1. C. de recept. arbitr. & alii ſimiles, qui dicunt, ex laudo non oriri actionem, vel
408 exceptionem, ſeu laudo eſſe ſtandum: ✝ Et ratio huius concluſionis eſt: quia prouiſio partium facit ceſſare prouiſionem legis, vt dicunt Cyn. Abb. Lanfr. de Orian. & Maran citati infra num. ſeq. prouidendo enim partes videntur recedere à prouiſione legis; & quòd prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis probatur ex l. fin. ibi. & ſi quidem in dotali C. de pact. conuen. & pro regula ſupponunt Gabr. in concluſ. lib. 6. de reg. iur. concl. 8. num. 1. & Rot. diuerſ. deciſ. 279. reſoluerunt domini nu. 6. fine & num. 7. par. 2. qui ponunt etiam limitationis.

409 EXEMPLIFICA iſtum primum modum, & concluſionem in compromiſſo pænato: quia tunc eſt parendum laudo metu pænæ, de qua prouiderunt partes contra non parentem laudo, & conſequenter ex laudo non oritur actio, vel exceptio, teſtibus Cyn. in l. cum antea num. 7. verſ. quæro hic dicitur. ibi. Azo dicit contra. C. de recep. arbitr. Bar. in l. 2. num. 2. verſ. item oppono. ff de recep. arbitr. & in d. l. cum antea ſub nu. 2. & 3. C. eod. Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. in principio. num. 22. fol 207. & Maran. in ſpec. par. 6. actu 2. principali in verbo & quandoque appellatur. ſub num. 262. ibi. ſed hodie eſt inductum. fol. 497. & ſentiũt Ant. de Butr. in cap. per tuas. verſ. nunquid autem. num. 17. & Abb. verſ. quandoque & quarto. ſub num. 15. de arbitr. dum ſcribunt, arbitrium pænale non poſſe homologari, vt ex eo detur actio, ſed ſolum poſſe agi ad pænam, & hanc teſtantur eſſe communem * opinionem modernorum Legiſtrarum; & in iſto caſu intelligo Gloſ. Bal. Paul. de Caſtr. Maran. & Grauat. quos retuli & ſequutus ſum ſupra ſub num. 327. dum ſcribunt à ſententia arbitri non dari appellationem; quia ex ea ſententia non oritur actio, neque exceptio: ſed oritur ſolum petitio pænę contra non parentem laudo, vt ſcribit Lanfr. de Orian. vbi ſupra & aperiunt Ant. de Butr. & Abb. in locis ſupra proximè citatis: & ratio, vt dixi, eſt, quia actio oriri ex laudo eſt de legis prouiſione, vt in d. l. cum antea. C. de recept. arbitr. quam legis prouiſionẽ facit ceſſare prouiſio hominis, vt ſcribunt Bar. in d. l. cum antea. ſub num. 2. Abb. in d. cap. per tuas. ſub num. 15. Lanfr. de Orian. d. tract. de arbitr. in princip. ſub num. 22. & Maran. in d. verbo. & quandoque appellatur. ſub num. 268. ibi. ſi vero compromiſ-
410 ſum. fol. 499. ✝ & iſto caſu contra non parentem laudo poteſt exigi pæna, ſequuta contrauentione; & non expectato lapſu decem dierum Iaſ. in l. ait prætor. nu.
411 13. fine. ff. de re iud. ✝ Et quod dico, non oriri actionem in compromiſſo pænato, intelligo, etiam ſi lapſi ſint decem dies; quia in compromiſſo pænato ceſſat homologatio etiam ſi lapſi ſint decem dies, vt concludit Azo, cuius opinionem & rationem recitat Cin. in d. l. cum antea. ſub num. 7. C. de recep arbitr. & ſcribunt Ant. de Butr. & Abb. vbi ſupra: & idem Abb. in cap. dilecti filij ſub num. 17. ibi. & conclude. de arbitr. & certe omnes Doctores, dum ſcribunt, compromiſſum pænatum non homologari, intelligendi ſunt, vt loquantur poſt decurſos decem dies, quia vbi habet locum homologatio, ſeu oritur actio ex laudo arbitri, ſemper intelligitur poſt lapſum decem dierum, & non antea, niſi laudum eſſet expreſſe homologatum, hoc eſt acceptatum ab ipſis partibus.

412 Contra iſtud exemplum, & concluſionem, qua firmauimus, non oriri actionem, quando compromiſſum eſt pęnatum; tenuit Mart. cuius opinionem ſequutus eſt Hoſt, in cap. per tuas. de arbitr. ſicut ibi referunt etiam Ant.

Ant. de Butr. num.16.& 17.& Abb.verſ.quandoque & quarto.num.15. tenuerunt ergo Mart. & Hoſt.quòd arbitrium,ſeu laudum poſſit indiſtinctè homologari ſiue compromiſſum ſit pænatum, ſiue non, & conſequenter oriri actionem, & hanc eſſe communem * opinionem de iure pontificio refert, & ſequitur Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.3.cap.3.num.7.

413 VERVM ego non recedo à præcedenti opinione,quæ eſt vera,communis,* melioribus rónibus fulcita,& ſeruatur in practica;Cyn.tamen vbi ſupra; relatis opinionibus, quando compromiſſum eſt factum pacto nudo cum adiectione pænæ; nihil determinat.

414 ISTVD exemplum, ſeu concluſio in eo firmata ſupra num.410. in eo,quòd dixi contra non parentem laudo poſſe exigi pænam, recipit vnum notandum, & duas declarationes.

NOTA circa iſtud exemplum,quòd licet cõpromittens exegerit pænam aduerſus alterum compromittentem, qui contrauenerit laudo, tamen pæna exacta,remanet adhuc ſibi ius ſaluum,ideoque poterit denuo agere,ſi eſt actor, vel ſe defendere,ſi eſt reus,vt, loquendo de actore, ſcribit Cyn.in d. l.cum antea.nu. 8.verſ. ſed nunquid.C.de recep.arbitr.quod ego intelligo, vt poſſit agere coram iudice,non coram arbitrio.

PRIMA declaratio circa idem exemplum eſt, vt hoc ſit verum,quãdo pæna eſt promiſſa per ſtipulationem, ſicut declarat Bar. in.l.cum antea.ſub num.3.ibi. aut arbiter fuit aſſumptus.C. de recep. arbitr. concludens diſtinguendo, quòd ſi fuerit aſſumptus per ſtipulationem, & fuit appoſita pæna, parendum, inquit, eſt compromiſſo metu pœnæ. & ita ex Bar. concludit Maran. in ſpec. par. 6. actu 2. principali. in verbo. & quandoque appellatur. ſub num. 268. ibi.ſi vero ſit factum compromiſſum cum ſtipulatione. fol. 499.& hanc declarationẽ tenent omnes,*vt ſcribit Cyn.in d. l.cum antea.ſub num 7. ibi.aut ſit ſtipulatione ſolemni C. de recept.arb.dicens, quòd ſecundum omnes compromiſſum factum ſtipulatione ſolemni cũ adiectione pænæ nõ homologatur, ſed agitur ad pænã.

415 SECVNDA declaratio eſt, vt iſtud exemplum non ſit verum, quando pæna eſt promiſſa pacto nudo: quia tunc non ſolum ex laudo non oritur actio propter pænam, quæ eſt prouiſio partium,quæ facit ceſſare natiuitatem actionis, quæ eſt prouiſio legis, vt dixi ſupra num.408. & 409 ſed nequè pæna ipſa peti poteſt: quia ex pacto nudo non datur actio ad pænam,teſtibus Bar. in d. l.cum antea.num 2.in fine, verſ. ideo pro declaratione. & apertius Maran. ſub d. num.268. ibi.ſi verò compromiſſum ſit factum pacto nudo.

Hæc ſecunda declaratio fuit inaduertenter forſan omiſſa,aut ignorata à Cyn. in d.l. cum antea. ſub num. 7.C.de recep.arbitr.dum, recitando opiniones, non dubitat, quòd ex eiuſmodi laudo oriatur actio,vel cõmittatur pæna, ſed dubitat quęnam opinio ſit vera illane,quæ tenet oriri actionem, vel illa,quæ tenet committi pænam, & non oriri actionem.

RETENTA iſta ſecunda declaratione.

416 LIMITA eam, vt non ſit vera, quando eſſet appoſita clauſula, *rato manente pacto*; quia tunc; ſoluta etiam pæna; nihilominus orieretur actio ex laudo, vt ſcribunt ijdem Bar. in d.l.cum antea.num. 3. ibi. niſi eſſet dictum. & Maran.ſub d. num.268. ibi.niſi eſſet appoſita clauſulą. & Ant. de Butr. in cap. per tuas. verſ.
417 ſecundo quæro. num. 16.in fine. de arbitr. † & pro hac limitatione poſſunt etiam adduci Spec.tit.de arb & arbitrat. §. ſequitur.num. 37.verſ. quid ergo.& ſub num. 38. verſ. præterea. Abb in cap.dilecti filij.ſub num.17. ibi. ſi autem in compromiſſo.de arbitr.Iaſ. in l.ait prætor.ſub num.12.verſ. ſucceſſiue.& ſub num. 13. verſus finem; ibi.quid tenendum. & num. 14.ff. de re iud. & Maran. in d verbo.& quandoque appellatur.num.263. ſub limit. 8. verſ. quod tamen limita. fol. 497. dum, omiſſa iſta conſideratione pacti nudi, ſimpliciter dicunt,quòd ſi in compromiſſo pænato eſt appoſita clauſula, *rato manente pacto, ſeu compromiſſo*; oritur actio, ſequuta homologatione: quia cenſentur duo compromiſſa; vnum ſcilicet cum pæna,& alterum ſine pena propter naturam illius clauſulæ, rato manente pacto, quæ conſeruat compromiſſum in ſpecie, ac ſi eſſet factum ſine pena; & hanc eſſe magis communem, * & communem opinionem refert, & ſequitur Iaſ. ſub nu. 12. & 13, in fine, & de communi * teſtatus eſt etiam Ant. de Butr. in cap. per tuas. num. 17. verſ. nunquid autem. ibi. quandoque eſt compromiſſum cum pæna. de arbitr.dicens, quòd Odofr. ſequutus eſt hanc opinionem.

Contra iſtam limitationem ſicque contra Azon. & Odofr. tenet Cyn. in d.l. cum antea.num.9.verſ.denuo quæritur.ibi, ſed contra. C. de recep. arbitr. dicens, quòd iſta clauſula, rato manente laudo, ſequitur naturam actus,ſuper quo interponitur: at,inquit, natura actus,ideſt compromiſſi pænati ex pacto eſt,vt ex laudo non oriatur actio,ſed exigatur pæna: ergo, concludit, clauſula rato manente pacto, ſeu laudo,operatur, vt reiterata contrauentione compromiſſi ſeu laudi, poſſit iterato exigi pæna.

RETENTA limitatione,quæ eſt vera,& tenetur communiter,

418 NOTA circa eam, quòd licet illa clauſula, rato manente pacto, operetur, vt; etiam ſoluta pæna, oriatur actio ex laudo; tamen non parens laudo non poteſt cogi ad ſolutionem pænæ: quia ex pacto nudo non datur actio;ſicquè remanet compromiſſum ſine prouiſione partium propter dictam clauſulam, rato manente pacto, ſeu compromiſſo; quo caſu intrat prouiſio legis, vt dixi ſupra num.

419 Verũ aduerte, quòd iſtud notandum procedit de iure ciuili, ſecundum quod ex pacto nudo non datur actio;ſecus de iure canonico; ſecundum quod poſſet exigi pæna, &, ea exacta; poſſet nihilominus pars cogi ad obſeruantiã laudi, vt ex Innoc. refert, & ſequitur Abb.in cap.per tuas. num. 18. verſ. quandoque & quinto. de arbitr. & faciunt quæ dixi limit. ſeq. & ratio eſt:quia Doct. communiter * ſupponũt, quòd compromiſſum pænatum vallatum iſta clauſula, rato manente pacto,habeat naturam duplicis compromiſſi, vt dixi ſupra num. 417. ſed hoc non poteſt eſſe verum, niſi ſupponamus etiam compromiſſum eſſe ſtipulatione roboratum; at pactum nudum de iure canonico operatur effectum, quem operatur ſtipulatio.ergo.

420 EXTENDE præfatam limit. vt habeat locum, etiam quando in compromiſſo pænato eſſet appoſitum iuramentum:quia iuramentum habet vim clauſulæ,rato manente pacto, ſecundum ea, quæ referunt Abb. in d cap.per tuas num. 14. ibi.& per illum.de arbitr.Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu.2 principali. in verbo. & quandoque appellatur. n.264.fol.497.& M.Ant.Bauer. trac. de virt. iuram. verſ. nono iuramentum num. 21. fol.366.

421 Verum iſta extenſio videtur vera; attento ſolo iure canonico, ſecundum quod iuramentum appoſitum in compromiſſo valet, & eſt ſeruandum cap. 2. & ibi Gloſ.in verbo. ſacramentum.& Gloſ.in c.cũ tempore. in verbo. obſeruandũ. de arbitr.Spec.vbi infra Maran. vbi ſupra & Veſtr. citatus infra num. ſeq. ſecus attento iure ciuili; ſecundum quod eſt prohibitum apponi iuramentum in compromiſſo.auth. decernimus. & ibi Gloſ.& Bar.in principio & num. 2.C.de recep. arbitr. & notant Gloſ. in d. cap.2.Spec. tit.de arb.& arbitr.§. ſequitur,num. 48. verſ. hoc autem. Maran.vbi ſupra & Veſtr. in pract. lib. 3.cap.3. nu.2.verſus finem.

Huius obiectionis timore multa titubando ſcribit Maran.loco citato,concludens in foro eccleſiaſtico ſeruari ius canonicum,& conſequenter dari actionem ex compromiſſo iurato;ſecus in foro ſæculari; ſed tamen ait cogi partem ad obſeruantiam iuramenti, quod in idem reincidit.tu poteris etiam videre multa,quæ ſcribit Abb.in d.cap.2.num.8.de arbitr.

422 EGO reſolutiuè procedendo, concludo contra iſtam extenſionem; & dico,quòd iuramentum iſto caſu
423 non habet vim præfatæ clauſulæ, rato manente pacto; quicquid Maran.& alij dixerint † & moueor quia iuramentum regulatur ſecundum naturam actus,ſuper quo interponitur. l.fin.C.de non num.pecu.& notant & benè declarant M.A.Bauer.viden.quia multa adducit pro declaratione tract.de virt.iuram. ſub num. 124. verſ.72. & num.125.& ſeqq.fol. 370. Guter. tract. de contract.iurat.cap.37.nu.1 2.& ſeqq. fol.81.& Cabal.

tract.

tract. de euict. §. 3. num. 55. vers. primo quoniam. num. 57. 58. & seqq. fol. 86. dum disputat illum articum an emptor teneatur denuntiore litem motam quando venditor iurauit in instrumento venditionis,† & vbi actus
424 est certo modo limitatus, seu certa conditione restrictus, eodem modo, & conditione intelligitur iuramentum super actu appositum: quia non se extendit nisi vsque quo consensum est Bar. in l. si quis pro eo. vers. prædicta quæ dixi. num. 15. ff. de fideiuss. & mand. Ias. in l. si insulam. in 5. q. sub num. 35. vers. quid tenendum. ff. de verb. oblig. & Rol. à Vall. cons. 6. quoniam. vers. secundo respondetur. sub num. 38. lib. 1. & ita consentiunt omnes: iuramentum enim obligat efficacius, sed non se extendit ad plus, quàm extendatur virtus promissionis Neuiz. cons. 21. scripsit. nu. 11. & Natt. cons. 180. pro decisione. n. 9 lib. 1. & facit regula, quòd verba sunt restringenda ad rem, super qua proferuntur & ex Crauet. & Becc. retuli, & sequutus sum supra nu. 366. sed is, qui iurat super compromisso pænato, iurat super actu conditionato, seu limitato, qui habet istum intellectum, vt si noluerit stare laudo teneatur soluere pænã promissam iuxta ea, quæ ex Innoc. refert Ant. de Butr. in cap. per tuas. vers. nunquid autem. nu. 17. in fine. de arbitr. & sequitur ibi aperte, & bene Abb. sub. num 13. versus finẽ. ibi. ad dictum Innocentij. dicens quòd sicut compromissum est conditionale propter pænam appositam, ita etiam conditionale intelligitur iuramentum.

425 Si neuter velit stare compromisso pænato, an ab alterutro tantũ sit pena soluenda, vel ab vtroque ad fauorem Cameræ, si sit stipulata in parte ad fauorem Cameræ, sicut communiter solet stipulari, vide infra num. 724. & 725.

426 EXEMPLIFICA II. eundem primum modum, de quo dixi supra num 406 quando compromissum est stipulatione vallatum; quia tunc parendum est laudo metu interesse, ad quod agi posset actione ex stipulatu contra non parentem, vt scribunt Bar. in l cum antea. sub num. 2. & 3. C. de recept. arbitr. Abb. in cap. quintaualllis. sub nu. 28. vers. vigesima prima differentia. ibi. & si non fuit promissa. de iureiur. Ias. in l. ait prætor. sub n. 11. vers. vnde puto. ff. de re iud. & Maran. in suo spec. par. 6. actu 2. principali. sub num. 262. fol. 497. dicens, quòd illud interesse succedit loco pænæ, & sub num. 268. ibi. si vero sit factum cum stipulatione. fol. 499. & consequenter, cum partes sibi prouiderint per stipulationem ad consequendum interesse, cessat prouisio legis, sicquè non oritur actio ex laudo.

427 Contra istud exemplum, seu eius conclusionem sentiunt Ant. de Butr. in cap. per tuas. sub num. 17. vers. nunquid autem. ibi. quandoque est compromissum sine pæna. & Abb. num. 10. vers. quandoquè & secundo. de arbitr. dum concludunt, sententiam arbitri isto casu homologari, quam opinionem vti magis veram sequitur Maran. in suo spec. par. 6. actu 2. principali. sub nu. 268. ibi. fallit similiter. fol. 499. cui opinioni me quoque subscribo: quia; si in cõpromisso stipulatione vallato nõ oriretur actio ex laudo, sequeretur quòd de iure canonico nunquam oriretur actio, seu homologatio ex
428 laudo arbitri: probatur ista consequentia: † quia de iure canonico potest ex pacto nudo agi ad interesse, sicut si interuenisset stipulatio Abb. in cap. per tuas. num. 8. ibi. nota ex hac. de arbitr. & Maran. sub d. num. 262. ibi. sed de iure canonico. fol. 497. sed quando potest agi ad interesse non oritur actio: Ergo de iure canonico nunquam oritur actio Conse-
429 quentia est falsa: ergo & antecedens est falsum: † vnde concludẽdo vna cum Ant. de Butr. Abb. & Maran. vbi supra, firmo contra Bar. quòd ex laudo oritur actio, quando compromissum est stipulatione vallatum sine pæna, & ita seruatur in praxi.

430 Circumducto tamen, seu dempto iure canonico, procederet opinio Bartoli: & hæc circa primum modum.

Modus II.

431 Secundus modus compromittendi, sequendo distinctionem positam supra num. 407. est, quando partes cõpromittentes, sibi non prouident in compromisso circa laudũm ferendum, vt habeat exequutionem; Et isto casu concludo, quòd ex laudo oritur actio, & exceptio, sequuta homologatione. l. cum antea. C. de recept. arbitr. & ibi. Cyn. not. 2. num. 2. & num. 7. vers. quæro hic dicitur. Bart. num. 1. & 3. in fine. Lanfran. de Orian. tract. de arbitr. in principio. num. 22. fol. 207. & Maran. in suo spec. par. 6. actu 2. principali. in verbo. & quandoquè appellatur. sub num. 262. ibi. sed hodie est inductum. fol. 497. & sub num. 268. fol. 499. & & hæc est conclusio communis, * quæ probatur ex d. l. cum antea. & ex ratione in ea assignata, quam adducit Ias. in l. ait prætor. num. 12. in fine. vers. præcipuum. & nu. 13. ff. de re iud.

432 DECLARA istam conclusionem secundum Bar. in d. l. cum antea. sub num. 3. vt olim non esset vera, nisi compromissum esset iuratum; sed hodie est vera etiam sine iuramento, imò iuramentum hodie est prehibitum vt dixi supra nu. 421.

433 DECLARA II. vt sit vera; quando compromissum est factum pacto nudo sine pœna, & sine stipulatione; secus si esset factũ cum pœna, quia daretur actio ad pœnã, vel esset factũ cum stipulatione; quia daretur actio ad interesse: quare ex sententia arbitri compromissarij hoc solo casu oritur actio, quando scilicet est factum compromissum pacto nudo sine pœna, & sine stipulatione, vel est adiecta clausula; rato manente pacto; Bar. in d. l. cum antea. sub num. 3. ibi. remanet ergo. C. de recep. arbitr.

434 Contra istam declarationem, & theoricam Bartoli facit conclusio, quam contra eundem Bar. firmaui supra vers. contra istud exemplum. num. 427. dum dixi vna cum Ant. de Butr. & Abb. quòd oritur actio etiam quando compromissum non est factum pacto nudo, sed est factum per stipulationem; & ratio est, quia etiam ex pacto nudo potest agi ad interesse, vt ibi dixi; vnde sequitur alterum horum duorum, vel quòd actio non oriatur siue sit appositum pactum nudum, siue sit apposita stipulatio; & hoc sit primum; vel quòd actio oriatur vtroque casu; & hoc sit secundum, & ratio totius cõsequentiæ est; quia tam ex pacto nudo, quàm ex stipulatione potest agi ad interesse vt dixi supra num. 428. sed primum consequens est falsum, quia, apposito solo pacto nudo, oritur actio secundum opinionem * omnium: ergo remanet verum istud secundum, quòd oriatur actio etiam si interuenisset stipulatio.

435 EX his oĩbus colligo vno tantũ casu non oriri actionem ex sententia arbitri compromissarij; quando scilicet compromissum est pænatum sine clausula rato manente pacto.

DIFFICVLTAS II.

436 Diximus quando ex laudo arbitri compromissarij oriatur actio & exceptio: nunc emergit hæc 2. difficultas, nunquid in casu, quo oritur actio, oriatur, etiam partibus, seu parte contradicente, vel reclamante infra decem dies, sicquè ante homologationem.

Resp. quod non per ea, quæ scribunt Ant. de Butr. in cap. per tuas. vers. circa hunc primum. num. 15. & Abb. vers. aduerte tamen. num. 9. de arbitr. Ias. in l ait prætor. sub num. 13. ff. de re iud. Maran. in suo spec. par. 6. actu 2. principali. sub num. 262. fol. 497. & communiter. * omnes, dum scribunt, quòd sententia arbitri homologata expresse per acceptationẽ partium, vel tacite per lapsum decem dierum sine contradictione partis, producit seu parit actionem; & sic sentiunt, quòd actio non oriatur ante homologationem; quod apertius videtur dixisse Glos. quam referunt & sequuntur Bar. in l. 1. num. 2. in fin. vers. quæro vtrum hodie. num. 4. C. de recep. arbitr. & alij communiter, prout de communi * testatur Bar vbi supra, dum scribit, à sententia arbitri non dari appellationem: quia si velit appellare ante lapsos decem dies non potest, ex quo non dum est orta actio, si verò velit appellare postea, non potest, quia transactum est tempus appellandi, quę omnia disputando illum articulum: an apelletur à sententia arbitri. adducit ex Bartolo M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q. 10. num. 3. vers. aut compromissum fol. 203.

Ve-

437 Verum non eſt omnino ſublata difficultas quia inſurgit aliud dubium; nunquid; impedita homologatione per contradictionem; tollatur omnino pronunciatum, vel potius ſupendatur inſtar ſententiæ iudicis, quę nihilominus facit trãſitum in rem iudicatam, ſi appellans fuerit negligens in illius proſequutione.

Huic dubio ſatiſfaciam, fauente deo, lib. ſeq.

DIFFICVLTAS III.

438 Difficultas eſt, nunquid poſt tacitam homologationem laudi per lapſum decem dierum poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri.

Reſp. diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt, quando laudum contineret manifeſtam iniquitatem: Et in iſto concludo, quòd poteſt peti etiam poſt lapſos decem dies, & quandocunque antequàm labantur triginta anni.

439 Secundus eſt, quando non continet iniquitatem, vel ſi cõtinet; non eſt manifeſta, ſeu euidens: Et in iſto concludo, quòd poſt lapſos decem dies non poteſt peti Abb. in cap. 2. ſub num. 14. ibi. tamen in hoc paſſu. de arbitr & ad hunc locum remiſſiuè in cap. quintauallis verſ. circa primum num 29. de iureiur. quem refert, & ſequitur Maran. in ſuo ſpec. pract. 6. actu 2. principali: in verbo; & qñque appellatur. ſub nu. 266. ibi idem quando contineret. fol. 498. & imputet ſibi pars, quæ non reclamauit infra decem dies, & hanc credo eſſe communem * opinionem, quam nota: quia inquit Maran. in dicto verbo. & quandoque appellatur. ſub n. 267. multos decipi, putantes in omni ſententia tam arbitri, quàm arbitratoris locũ habere reductionẽ ad arbitrium boni viri; ſi tamen vis videre multas alias opiniones in iſta difficultate, adito Spec. tit. de arbitr. & arbitrat. §. ſequitur. verſ. ſed intra quod tempus. num. 24. Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. num. 22. verſ. quæro intra quantum tempus. ff. de recept. arbitr. & Papien. in pract. in forma libelli quo agitur ad pœnam compromiſſi. in glo. nec reductio. nu. 1. fol. mihi 459. & hæc communis non habet difficultatem in vrbe propter ſtatuta lib. 1. cap. 176. quo cauetur reductionem ad arbitrium boni viri eſſe petendam infra decem dies.

440 DECLARA ex prædictis, hoc ſtatum habere locum, quando laudum non contineret euidentem iniquitatẽ; ſecus ſi contineret quia tunc poſſet peti etiam poſt lapſos decem dies aſſignatos ad eam petendam, & moueor pro iſta declaratione: quia ſtatutum debet recipere interpretationem à iure communi, & talem debet recipere, vt illud minus corrigat iuxta ea quæ ex. Alber. Brun. & Crauet. retuli & ſequutus ſum. infra cap. 8. num. 410.

DIFFICVLTAS IIII.

441 Difficultas eſt; an iſta communis diſtinctio & opinio firmata in præcedenti tertia difficultate ſuper reductione ad arbitrium boni viri à laudo arbitri, habeat locum etiam in reductione ab arbitramento arbitratoris.

Reſp. quòd non, quia licet à ſententia arbitri non poſſit peti reductio ad arbitrum boni viri poſt elapſos decem dies, niſi laudum contineret notoriam, & euidentem iniquitatem, vt dixi ſupra num. 438. & 439 tamen ſecus eſt in arbitramento: quia ab eo poteſt indiſtinctè peti reductio ad arbitrium boni viri quandocunque intra xxx. annos ſiue iniquitas arbitramenti ſit notoria ſiue non; dummodo adſit enormis læſio; & quòd à laudo arbitratoris poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri vſquẽ ad xxx. annos continuos, tenuerunt Cyn. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. & ibidem Bal. incipiens vnde ſi. Oldr. conſ. 156. primum quæritur. verſ. quintum eſt. num. 5. in fine. Bapt. de S. Blaſ. tract. de arbitr. q. 84. num. 65. in fine & nu. 66. fol. 308. M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 10. in verbo. tempus. n. 18. fol. 204. & hanc eſſe communem * opinionem referunt & ſequuntur inter alios Socc. conſ. 220. viſis compromiſſo. ſub num. 5. verſ. ad iſtud primum. lib. 2. Alex. conſ. 183. in cauſa & lite. ſub num. 3. ibi. iſtam etiam. lib 6. Dec. conſ. 39. iuridicam, ſub num. 6. paulò ſupra finem Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. 7. diuiſ. q. 20 num. 47. fol. 219. Tiraqu. tract. de vtroque retrac. §. 36. gloſ. 2. num. 39. verſ. item ius fol. 387. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 2. principali. in verbo. & quandoque appellatur. num. 124. verſ.
442 primo igitur quæro. fol. 479. † & ratio huius cõis opinionis eſt: quia vt ſcribit Oldr. & ſentit Alex. in locis citatis, reductio ad arbitrium boni viri petitur officio iudicis, & officium iudicis accedit ad naturam actionis perſonalis r & compræhenditur ſub ipſa; & actio perſonalis non tollitur niſi ſpatio xxx. annorum: ergo ſic etiam dicemus in officio iudicis.

443 AMPLIATIONES ad iſtam communem opinionem collige ex his, quæ ſcribunt Socc. & Dec. in locis ſupra proxime citatis, & Lanfr. de Orian. d. diuiſ. 7. verſ. decimo quarto. num. 31. & ſeqq. fol. 218. qui late examinat iſtum articulum, an poſſit peti reductio ad arbitrum boni viri, quando in compromiſſo ſunt poſitæ clauſulæ pregnantes; ponendo multos caſus, quos poteris videre per te ipſum. & Cyn. in l. cum antea. num. 12. adhuc moueo. & num. 13. verſ. ſed nunquid C. de recep. arb. vbi, diſputando, firmat poſſe peti reductionem ad arbitrium boni viri, quamuis in compromiſſo appoſitum eſſe pactum, vt peti non poſſet.

444 RESTRINGE iſtam communem opinionem, vt non habeat locum in foro capitolino, vbi reductio ad arbitrium boni viri tam à laudo arbitri, quàm à laudo arbitratoris peti debet infra decem dies, vt patet in ſtatutis lib. 1. cap. 176.

445 DECTARA limitando iſtam reſtrictionem dupliciter, primo vt non habeat locum in alijs tribunalibus Vrbis, ſed ſolum in foro capitolino, vt dixi.

446 DECLARA II. vt non habeat locum, quando laudum arbitri, vel arbitratoris haberet euidẽtem, ſeu notoriam iniquitatem: quia iſto caſu diceretur arbiter, ſeu arbitrator fuiſſe in lata culpa, aut dolo; ſed ſtatutum tollens reductionem ad arbitrium boni viri, non intelligitur tollere eã, quæ petitur à laudo, in quo arbiter, ſeu arbitrator verſatus eſt doloſe, vel lata culpa Bal. in l. cum antea. verſ. ſed quid ſi per ſtatutum. nu. 7. C. de recept. arbitr. & Dec. conſ. 39. iuridicam. ſub num. 6. neque intelligitur tollere eam, quæ peteretur ratione læſionis nimis enormis, teſtibus ijs, quos refert, & ſequitur Socc. conſ. 220. viſis compromiſſo, num. 10. verſ. non omitto quòd quando. lib. 2. ergo ſimiliter ſtatutum minuens tempus ad petendam reductionem, non habet locum in reductione, quæ petitur a laudo, ſeu arbitramento, habente notoriam iniquitatem, ſeu læſionem nimis enormem; & ſic ſtatutum capitolinum non haberet locum in caſu huius declarationis.

Nec obſtat, ſi diceres, quòd; attento iſto intellectu; ſtatutum nihil operaretur quantum ad laudum arbitri; exquo ab eo de iure communi non poteſt peti reductio poſt lapſos decem dies, niſi laudum contineat iniquitatem manifeſtam.

Quia reſp. ſatis eſſe, quòd operetur quantum ad laudum arbitratoris, à quo de iure cõi poteſt peti reductio vſque ad xxx. annos, etiam ſi iniquitas non ſit notoria iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 441. & quando ſtatutum poteſt intelligi, vt corrigat ius commune in duobus, vel in vno, debet intelligi, vt corrigat in vno, vt ex Rom. & Rot. retuli & ſequutus ſum. infra c. 8. n. 411.

DIFFICVLTAS V.

447 Difficultas eſt, an reductio ad arbitrium boni viri concedatur indiſtinctè; dummodo ſit petita infra tempus decem dierum, quãdo ſumus in laudo arbitri, & infra tempus xxx. annorum, quando ſumus in laudo arbitratoris.

Reſpondeo diſtinguendo duplicem conſiderationem.

Prima conſideratio eſt, an debeant recipi & admitti probationes læſionis contra laudũ, ſeu arbitramentũ.

Secunda conſideratio eſt; an laudum ſeu arbitramentum debeant reſcindi eo ipſo quòd eorum reductio eſt petita infra tempora.

Capio primam considerationem: & concludo debere indistinctè admitti, & quia istam conclusionem latè examino & firmo infra in 7. difficultate nu. 463. & seqq. & num. 468. & seqq. ideo non insisto.

448 Capio secundam: & concludo reductionem non concedi, nisi prius euidenter constet de læsione partis, eam petentis, testibus Host. in c. 2. num. de arbitr. Ant. de Butr. in cap. quintauallis. sub num. 36. il primo paululò supra finem, & Abb. num. 29. de iureiur. Arch. in cap. à iudicibus. sub num. 3. 2. q. 6. Cæpoll. tract. de simulat. contract. n. 234. fol. 14. & satis probatur ex his, quæ scripsi infra num. seq.

DIFFICVLTAS VI.

449 Difficultas est, quanta debeat esse læsio ad hoc, vt concedatur reductio ad arbitrium boni viri, hoc est, vt rescindatur laudum.

Resp. quòd super isto passu circumferuntur plures opiniones, quas inter alios referunt Abb. in cap. quintauallis. vers. quæro supra nu. 33. de iureiur. & Cæpol. d. tract. de simul. contract. num. 233. & seqq. fol. 14. vbi congerit sex opiniones, ex quibus nos duas tantum referemus.

PRIMA est: quòd læsio non debet esse minor sexta parte ad tradita per Ant. de Butr. in d. cap. quintauallis sub n. 41. vers. venio ad quintũ. vbi loquitur remiss siue. Bap. de S. Blas. tract. de arb. & arbit. q. 2. n. 5. fol. 296. & q. 76. num. 56. fol. 307. Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. vers. differunt etiam. num. 2. in fine & num. 3. fol. 206. & Dec. cons. 39. iuridicam. versus finem. sub. nu. 7. qui scribunt, quòd si arbitrator læserit partem vsque ad sextam partem rei inclusiuè, potest peti reductio ad arbitrium boni viri: nam quòd excessus in sexta parte dicatur quantitas magna, quando iste excessus est factus à non domino rei, sed ab alio, & propterea arbitramentum dicatur continere manifestum iniquitatem, si contineat excessum in sexta parte, scribit Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. num. 24. in fine vers. pro declaratione. & num. 25. ff. pro soc. quem in hoc proposito refert, & sequitur Paul. de Castr. cons. 465. viso compromisso. num. 2. ibi. sed lege cauetur. lib. 1. & in alio proposito refert, & sequitur Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 8. cap. 2. sub num. 47. quòd si arbitramentum læderet minus sexta parte, non datur reductio, teste Bapt. de S. Blas. d. q. 2. sub num. 5.

450 ALTERA opinio est, quòd relinquatur arbitrio iudicis, quæ læsio sit magna, & sufficiens, vt detur ista reductio ad arbitrium boni viri; & hanc opinionem tenuerunt Abb. in d. c. quintauallis. sub num. 33. versus finem. ibi. quando autem. dicens relinqui arbitrio iudicis: quia non potest dari certa doctrina, & ideo debere iudicem ex varijs circumstantijs arbitrari, dicésque arbitratoré debere facilius induci ad dandũ de iure vnius alteri, quando aliter non potest sequi bona pax: item quando ius est dubium: item quando altera pars est pauper. Dec. d. cons. 39. iuridicam. versus finem, & alij, quos refert, & sequitur Cæpol. d. tract. de simul. contract. num. 236. & seqq. dicens, se vidisse sæpius iudicare secundum istam opinionem, quam nos credimus ✠ etiam esse communem. *

451 RESTRINGE istam communem opinionem, seu arbitrium iudicis, vt debeat versari circa eam quãtitatem, quæ est à sexta parte vsque ad dimidiam: nam si læsio non ascendat ad sextam partem, reductio non est concedenda, nec iudicis arbitrio in hoc quicquam relinquitur, & similiter, si sit vltra dimidiam, iudex non habet arbitrium, quia debet concedi.

452 DECLARA secundo, vt hæc omnia procedant differenter in laudo arbitratoris, & in laudo arbitri: nam in laudo arbitratoris habent locum indistinctè, dummodo sit petita reductio infra 30. annos, sed in laudo arbitri habent locum dummodo sit petita infra decem dies, alias si sit petita post lapsos decem dies non habent locum, nisi læsio seu iniquitas laudi sit notoria, & euidens iuxta ea, quæ dixi supra num. 438. in 5. difficultate.

DIFFICVLTAS VII.

453 Difficultas: statuta Vrbis lib. primo cap. 176. disponunt, vt retuli supra n. 439. in fi. & 444. quòd non petens reductionem à laudo arbitratoris infra decẽ dies non audiatur: super isto statuto fuit dubitatum, an adultus, qui instabat pro reductione coram Auditore Cameræ esset audiendus, cum à die lati laudi vsque ad petitam reductionem essent lapsi vltra sex menses.

454 Ego consultus respondi, quòd adhuc erat admittendus ad petitã reductioné, † & moueor duplici fundamẽto. primo quia statutũ Vrbis nõ ligat in ordinatorijs nisi litigantes in foro capitolino iuxta ea, quæ scripsi

455 infra n. 650. & seqq. ad eum. & nu. 692. † sed præfatum statutum est ordinatorium: ergo non ligat litigantes in tribunali Auditoris Cameræ.

Quòd sit ordinatorium probatur multipliciter.

Primo, quia disponit intra quantum tempus quis possit appellare & appellationem, seu reductionem ad arbitrium boni viri prosequi.

456 Sed statutum disponés super appellatione; quo tempore quis possit appellare, vel non appellare, dicitur ordinatorium ad tradita per Archid. in cap. non ita. 2. q. 6. quem refert, & sequitur Abb. in cap. ecclesia S. Mariæ. in 1. repetitione sub num. 19. & in 2. repetitione sub num. 25. de constit. dicens, quòd clericus, litigans coram iudice sæculari, non potest appellare ante latã sententiam, nisi in casibus, in quibus iura ciuilia ad mittunt appellationem ante sententiam.

457 Secundo, quia statutum, præfigens terminum ad prosequendam appellationem, dicitur ordinatorium Abb. vbi supra sub num. 19. dicens, quòd si causa laici erit coram iudice ecclesiastico, non habebit locum peremptio instantiæ, quia non habet locum de iure canonico.

At nulla potest assignari ratio diuersitatis; quare statutum, præfigens terminum ad prosequendam appellationem, sit ordinatorium, & nõ etiam statutum præfigens terminum ad appellandum, cum ex lapsu alterutrius æquè inducatur res iudicata.

458 Tertio probatur: quia quodcunque statutum circa dilationes dicitur ordinatorium, vt scribit Alber. tract. de statut. par. 1. q. 31. num. 2.

At statutum, de quo supra, præfigit dilationem ad petendam reductionem ad arbitrium boni viri. Igitur.

459 Quarto probatur ex vsu & stylo, qui est optimus legum interpres l. si de interpretatione. ff. de legib. & maxime si sit stylus sacri Palatij, vt scribit Vestr. in pract. lib. 5. cap. 13. sub num. 1. vers. amplius. in fine.

460 At consuetudo, & stilus sacri Palatij, & consequenter cæterorum tribunalium interpretati sunt, vt statutum, præfigens terminum ad appellandum, sit ordinatorium, quod patet ex eo, quia licet statutum eod. lib. 1. cap. 168. intra quantum tempus &c. præfigat octo dies ad appellandum, tamen vti ordinatorium seruatur solum in foro capitolino, & non in alijs tribunalibus.

461 Quinto: quia statutum, tollens vnam appellationem seu minués appellationes, dicitur respicere ordinatoria, non autem decisoria Rot. diuers. decis. 452. num. 6. par. 1. loquens de statuto Romano lib. 1. cap. 178. mandante duas conformes habere vim trium: licet Rot. ibidem in casu dicti statuti Romani aliter deciderit propter verba expressa dicti statuti.

Igitur, si dicitur ordinatorium minuens numerum appellationũ, dicitur etiam ordinatorium minues numerum dierum ad appellandum.

462 Accedat, quòd præfatum statutum cap. 176. loquitur in casu mixto, videlicet nullitatis, & reductionis simul.

Sed nos sumus in casu simplici; nimirum solius reductionis: & sic cessaret statutum etiam si esset decisorium ad tradita per Dec. cons. 333. licet propositi. num. 1. lib. 1. Put. decis. 192. num. 2. lib. 2. & Cæs. de Grass. decis. 1. num. 3. de constitut.

Secundo moueor; quia nos non sumus in laudo, sed sumus in arbitramento, quo casu de iure communi datur

datur reductio ad arbitrium boni viri etiamsi læsio nō sit euidens; dummodo adsit læsio nimis enormis: quia poterit peti intra spatium 30.annorum, vt latius scripsi supra num.441.& 446. vbi declaraui istud statutum, & nos versamur in ista læsione nimis enormi.

DIFFICVLTAS VIII.

Sublata ista difficultate; fuerunt in eodem casu excitatæ aliæ duæ contra petitam reductionem, quæ & si commodius attingerentur lib.seq.sicut etiam commodius ibidem venisset agendū de istis præcedentibus, cū lib.seq. simus acturi, fauente Deo, de appellationibus, & de fatalibus; nihilominus; quia ars est longa, & vita breuis, & nescimus horam atque diem, placeat vt eas sub inchoato numero præcedentibus annectā, & quid in eis consulerim referam.

463 Octaua ergo difficultas est: an; non docto prius de iniquitate arbitramenti, seu de enormissima læsione; possit is, qui instetit pro reductione, admitti ad veniendum contra arbitramentum, & probandam læsionem enormissimam.

Huic difficultati videtur negatiuè respondendum, quòd non debeat admitti.

464 Primo: quia præsumitur pro iustitia laudi, etiam pendente reductione, sicut præsumitur pro iustitia sententiæ, etiam appellatione pendente, Abb. in cap. quintauallis. sub nu.34. ibi. & ex istis. de iureiur. Fely. in cap. quoniam contra sub nu.37.vers. sed contrarium. de probat. Paris.cons.89.n.8.lib.1.& est communis, * de qua testatur Alc.tract.de præsumpt.reg.3.præsump.12. sub.nu.2.& de magis communi Dec.d cap.quoniam contra.sub n.186.& Mascar.tract. de probat. conclus. 1259.num.3.in fine. & num.5. lib.3. & hanc sequuta est Rota Romana in vna panormitana.teste Put. decis. 113. lib. 3.

465 Quæ eò magis videbatur procedere in casu de quo agebatur, quia arbitrator erat Archiepiscopus, senex, nobilis, & literis conspicuus: vnde succedebant notata in cap. nisi essent. de præben. & per Felyn. vbi supra & Alc.d.præsump.12.sub nu.3.vers.quinto. & per Gomes.in compend.vtriusque Sign.fol.mihi 507. vers. hinc est. dum dicit, quòd de stylo Signaturæ; quando committitur causa Cardinali; non ponitur in rescripto illa communis clausula: *iustitiam faciat, &c.* sicut ponitur in alijs rescriptis, quia præsumitur, quòd eam faciat sine monitione, in tantū, quòd si poneretur videretur illi iniuria inferri; hocque ex Gomes. refert etiam Marches.tract.de commis.par.2.in commis.appellationum cap.6.nu.42.& 43.fol.113.

466 Secundo quia reductio ad arbitrium boni viri conceditur propter enormem læsionem.

Igitur enormissima læsio vti fundamentum iurisdictionis debet in primis probari argumento textus in cap.1.de offic.deleg.in 6.l.2.§.sed si dubitatur. ff. de re iudic. Abb.in cap.ad nostram.il 3.sub nu. 7. de iureiur. & quòd qualitas notorij si sit fundamētum iurisdictionis, & ideo debeat in primis pbari est cōm.* opinio, de qua testatur Foller.in pract.crim.in verbo. item quòd est notorius delinquens. quam retuli, & sequutus sum lib.præced.cap.76.num.8.in fine. Et in proprijs terminis, quòd ad hoc vt possit peti reductio. ad arbitrium boni viri, requiratur, quòd interuenerit enormis læsio, scribunt Host.Ant.de Butr.Abb. Arch. & Cæpol. quos retuli, & sequutus sum supra num. 448. vers. capio secundam.

467 Tertio quia sicut restitutio in integrum, quæ conceditur propter læsionem, non conceditur, nisi prius doceatur de læsione Alex.cons.55.sub nu.18. lib.5. Natt. cons.343.nu.1.lib.2.Odd.tract. de restit.in integr. q. 4. art. 1.& q.33.art.1.nu.1.in fine & q.36. in princ.& art. 2.& 3.nu.10.& benè in praxi aduertit Vestr.lib.8.cap. 3.in fine.& ratio secundum Natt.d.cons.343.nu. 3. est; quia non vulneratum non eget medela: & debet dea plenè doceri secundum Odd.d. quæst.36. art.10. sic etiam debemus dicere in reductione ad arbitrium boni viri.

468 His non obstantibus; contrarium censeo verum.

469 Primo; quia reductio ad arbitrium boni viri est similis appellationi l.non distinguemus.§. cum quidam. in fine. ff. de recept. arbitr. & notant Dec. in rub. de appell.sub num.37.ex quo infert ad plura Hier. Gig. ibi in addit. ad eum. Abb. cons. 2. consului quòd. num. 1.lib.1.Alex.cons.106.viso themate.nu.8. lib.3. rursus. Dec.in cap.quoniam contra.nu.186.in fine.de probat. Lanfr.de Orian.tract de arbitr.in principio.nu.31. 35. & 36.fol.208.M.Ant.Blanc.tract.de compromis. q. vlt. sub num.20.vers.præterea hæc reclamatio. fol. 205. & communiter * omnes in diuersis locis.

470 Nec obstat, quòd sit dissimilis in eo, quòd, pendente tempore ad petendam reductionem ad arbitrium boni viri, possit peti executio laudi, quod non est pendente tempore ad appellandum: item in eo, quòd appellatio debet interponi infra x.dies, & reductio potest interponi vsque ad xxx.annos; itemuè, quòd possit dari dissimilitudo in nonnullis alijs, ex quibus Lanfr. de Orian.tract. de arbitr. diuis. 7. sub num. 56. & 57. fol. 220. & Felyn. in d. cap. quoniam contra. sub num. 37. ibi. est verum. de probat. dixerunt posse inferri, reductionem esse magis dissimilem, quàm similem appellationi.

471 Quia resp.communem * opin.esse in contrarium: nam satis est, quòd sint similes in istis; videlicet, quòd tàm appellatio, quàm reductio sint remedium ordinarium; quòd vtraque concedatur, quamuis præsumatur pro iustitia tàm sentētiæ, quàm laudi, quòd tàm appellans, quàm petens reductionē conqueratur de iudice, & in similibus iuxta ea, quę scribit idē Lanfr.de Orian. d.nu.57.& quòd ita fiat probatio in causa reductionis ad arbitriū boni uiri, sicut in causa appellationis iuxta ea, quæ scribit Abb.in cap.quintauallis.num.34.versus finem. de iureiur.

472 Sed in appellatione, non docto aliter de iniustitia sententiæ, à qua est appellatum, admittuntur iudicialiter probationes ad docendum de grauamine, & de iniustitia, ob quam permittitur appellatio l.1. ff.de appellat.l.præfecti.ff.de minor.& c. cum speciali.§. porrò.de appell.

Igitur hoc idem est dicendum in reductione ad arbitrium boni viri; quòd, non docto aliter de enormissima læsione, debeant iudicialiter recipi, & admitti probationes.

473 Secundo, quia arbitramentum æquiparatur transactioni Bar.in l.36.si quis cum aliter.num.6.ff.de verbo. oblig.Fely.in d.cap.quoniam contra.sub num. 37. de probat.Lanfr.de Orian.tract.de arbitr. memb. 5. num. 50.& 51.fol.214.M.Ant.Blanc.tract. de compromis. q. vlt.nu.20.vers.pro ista opinione.fol. 205. Bolan.tract. de restit.in integr.par.2.cap.212.nu.1.fol.168. & quòd sit quædam trāsactio in genere, declarat Bar.in l.societatem.§.arbitrorum.nu.8.ff.pro soc.quem refert, & sequitur Abb.in cap.quintauallis.sub nu.8. de iureiur. & est communis * omnium sententia.

Sed quādo intentatur rescissio transactionis, seu venditionis iuxta l.2.C.de rescind vendit.nullibi reperitur cautum, quòd probationes super enormissima læsione non recipiantur, nisi prius constet de læsione, & certè si diceremus, quòd deberet prius constare de læsione, frustra reciperentur postea aliæ probationes, imò neque potest constare de læsione, nisi admittantur probationes: quare praxis vbiquè obseruat, vt petens rescindi venditionem ob enormissimā læsionem audiatur, & suo loco & tempore admittatur ad eam probandam post contestationem litis, sicut seruatur etiam in aliarum causarum iudicijs: Ergo idem est asserendum in rescissione arbitramenti.

474 Neque est dubitandum; an laudum possit rescindi ex capite enormissimæ læsionis: quia licet ista dubitatio habeat locum in transactione, in qua Doct. disputant si habet locum remediū l.2.C.de rescin.vendit. & quòd non habeat locum, tenuerunt Innoc.Ioan. Andr. & Petrus. de Anchar. in cap. cum causam. de empt. & vendition. Cyn. Bal. & Salyc. in dicta l. secunda & alij citati per Addition.ad Bar. in d.l.si quis cum aliter.nu.5.litera.b.ff.de verb.oblig. & de veriori, & magis communi * opinione quando abest suspitio fraudis

dis teſtantur Iaſ.in l.in ſumma.num.5.ff.de condict.indeb.& Affl decis.220.num.2.& 3. Gail.in pract.obſer. lib.2. obſeru. 70. ſub num. 7. & alij quos latè referunt Rol.à Val.conſ.28.viſa tranſactione.ſub num. 24. verſ. nono.lib.4.Gabr.in concluſ.lib.3.tit. de empt. & vend. concl.1.num.68.& Io.Guter.tract.de act.iud.iur.cap.2. num.24.fol.388.hancquè ſequitur Rol.à Val.vbi ſupra & vti veriorem ſequuta eſt. Camera Imperialis, teſtè Gail.dicta obſeru.70.ſub num.11.Et contrarium, quòd habeat locum,tenuit Bar.in d.l.ſi quis cum aliter. num. 5.& 6.& hanc eſſe communem * opin. ſcribunt Natt. conſ.543.ſub num.11.lib.3. & alij, quos citat Gabr. d. concl.1.num.68. verſ. contrariam. & hanc eſſe veram, & magis cõmunem, * & ſeruari in Rota, teſtatur Rot. diuerſ.deciſ.102.num.2.par.1.& quomodo poſſint concordari referunt Stracc.tract.de ſponſion.par.4.in verbo.quæro igitur,ſub nu.4.fol.305.Gail.d.obſeru.70.nu. 15.& Gabr.vbi ſupra num.69.&,omiſſa omni concordia,hanc vltimam affirmatiuam, ſeruatam in Rota dicerem eſſe veram in Vrbe,& diſtrictu etiam ex diſpoſitione ſtatutorum lib.1. cap. 154. mandantium omnem contractum, & negotium reſcindi ex capite læſionis: ſed tranſactio inquam vel eſt contractus, vel eſt negotium.

475 In caſu tamen laudi ceſſat difficultas; quia omnes * concedant,quòd laudum; probata enormiſſima læſione, poteſt reſcindi: & quomodo probetur enormiſſima læſio docet Bar. vbi ſupra,& in l ſi ſocietatem.§. arbitrorum.num.28.verſus finem ff.pro ſoc. & ibi Alex. in additione, & idem Bar.in d.l.2.num.8.C.de reſcinden. vend. dicens, quòd petens reductionem, debet probare,& concludere, quòd, inſpecto dubio euentu litis, fuit enormiſsimè læſus; ſubdens hoc communiter ignorari ab aduocatis, & eſſe ſolemnem practicam.

476 Nec aduerſus iſta obiiciatur, læſionem non conſiderari in eo,quod habet euentum dubium, ex quo non recipit extimationem ſecundum ea, quæ ſcribunt Bal. in l.1.in princip.& ſub num.8.in fine verſ. extra. Alex. num.3.verſ. & nota quod pactum. C. de pact. Crauet. conſ.142.num. 8. & Capic.deciſ. 159.ſub num.15.ibi. vnde videamus.& num.17.dum aiunt,eum,qui, aliquo modico accepto,remiſit futurum fideicommiſſum,non poſſe remiſsionem reſcindere ex capite læſionis; quia inſpicitur initium & non euentus: ad quod vide etiam Gail.in pract.obſeru.lib.2.obſeru. 8.num. 2. verſus finem.& num.3.

Minus etiam dicatur, læſionem propterea non conſiderari in venditione ſpei,teſte Maſcar. tract. de probat.concl 609.ſub num.42.verſ.& id,& num. 43. lib.2. vnde licet piſcator nihil prorſus caperet,tamen is,qui iactum rhetis emit iuxta textum in l.ſi quis iactum. ff. de action.emp.non poſſet allegare læſionem.

Quia reſp.dupliciter,& primo opinionem communem * eſſe contra obiectionem, videlicet, quòd læſio conſideretur in euentu dubio,vti æſtimabili, quod patet ex citatis infra verſ.primus.cum ſeqq.

Secundo reſp.obiectionem procedere in ſpe,quæ ſe habet ad æquale damnum, & lucrum, & ſic procedit quod ſcribit Maſcar. ideo enim emens iactum rhetis, non poteſt allegare læſionem,quia poterat lucrari duplum pretij,quod ſoluerat pro emptione iactus,ſicquè poſsibile damnum compẽſatur poſſibili æquali lucro: quare ſecus ſi quis emeret iactum pretio extraordinario, & exceſſiuo ita, quòd veriſimiliter, & ſecundum conſuetum deberet remanere læſus, quia crederem, quòd ei poſſet ſubueniri remedio dictę.l.2.C.de reſcin. vend.cum illa ſpes empta.ſit tanti empta, vt non poſſet ſe habere ad damnum & lucrum æquale.

Tertio reſp. formaliter ad text. in d. l. 1. C. de pact. quòd licet remiſſio fideicommiſſi pro aliquo modico, ſeu ſextanti,vt dicitur in illo textu,ſit valida, & non poſſit reſcindi prætextu læſionis ex futuro euentu, tñ illud eſt, quia; attento tempore,quo fuit remiſſum, & conſideratis conſiderandis tam circa conditionem, quàm circa ætates; illud ſextans, ſeu modicum datum erat æquale ſpei ſuccedendi, & ideo licet ex euentu oriatur læſio,tamen non conſideratur; quia attenditur, quòd ſpes ſe habeat æqualiter ad commodum, & incommodum ad notata in l. de fideicommiſſo C. de tranſact.vbi Alex.num.2.& Dec. not. 3. & per Gail. d. obſeru.8.num.2.verſus finem.ſecus quando poteſt conſiderari inæqualitas tempore remiſsionis, vt per eundem Dec. num. 3. hæcquè reſponſio eſt eadem cum præcedenti.

Sublatis obiectionibus, adduco nonnullos caſus ad oſtendendum, læſionem poſſe conſiderari in euentu dubio vti extimabili.

Primus caſus eſt in emptione fructuum ad vitam, quæ correſpectiuatur ad mortem,& mors dicitur euentus dubius, & incertus iuxta ea, quæ refert & ſequitur Gail.in pract obſeru.lib.2.obſeru.8.num.1.& 2. & tamen in iſta emptione, & venditione conſideratur iuſtitia,& iniuſtitia contractus,inſpecto eo,quod veriſimiliter poteſt contingere, & inſpecta etiam ætate, ſecundum quam taxatur, & æſtimatur prætium emptionis,& uenditionis,vt ſcribunt Bal.in l.ſi pater.in fine.Paul. de Caſtr.ſub num.2.verſ. & nota hic. & Iaſ. in fine.C.de inoff.teſtam. idem Bal.in l.ſi ea pactione. C.de vſur.Dec.conſ. 123.perlectis. col. 2. ſub num. 1. verſ ſecundo loquuntur.& in l. de fideicommiſſo. verſus finem.ibi.ſecundo concluſio.C.de tranſact. Fab. de Mont.tract.de empt.& vendit.q.9.& vlt. princip.q.10. num.11.fol.67. Gail.d.obſeru.8.ſub num.4.Surd. tract. de alimen.tit.9.q.11.num.19.verſ.tertio.num. 25. verſ. aduerte.& num. 26. & hanc eſſe veriorem opinionem ſcribit Bal. in d. l. ſi ea pactione. hancque ſecundum eundem Bal.in d.l.ſi pater.in fine tenent Theologi; & quòd alias emptio ad vitam eſſet illicita, ſi non eſſet facta ſecundum probabilem, & veriſimilem coniecturam vitæ, ſcribit apertè Ioan. Bapt. Lup. in repetit. cap. nauiganti. comment. 3. §. 4. num. 12. de vſur. fol. 142.

Secundus caſus eſt in ſponſionibus, in quibus licet agatur de euentu futuro, incerto, & dubio, tamen in eis quoque datur exceſſus, & læſio, vt firmat Stracc. tract. de ſponſion. par. 4. in verbo. quæro igitur. fol. 305.

Tertius eſt in iactu rhetis:quia ſi emero iactum rhetis,& piſcator noluerit iactare rhete,æſtimabitur quãtum eſt uerisimile,quòd eſſet captum, quod inſpicitur ſecundum quod conſuetum eſt l.ſi iactum. & ibi Gloſſ. & Bar.ff.de action.emp. Az.in ſumm.de contrah.empt. ſub num. 5. idem Bar. in l. cotem. §. qui maximos. quæſt. 3. ſub num. 4. ibi. ad euidentiam. ff. de public. & vectig. & Stracc. in d. verbo. quæro igitur. num. 5. fol. 306.

Quartus caſus eſt in ſpei venditione, in qua poteſt conſiderari læſio vltra dimidiam iuſti prætii, & datur propterea in ea remedium l.2.C.de reſcin.vend.vt ſcribunt Petr.de Anch.& Imol. in cap. cum cauſa. in fine. & Ant. Burg.extenſ. 8. de empt. & vend. Tiraqu. tract. de legibus connub. gloſ. 2. en pouuoir de ſon mary. num.38. verſ. quanquam. fol. 263. col.1. & Gabr. in concluſ.lib. 3. tit. de empt. & uendit. concl. 1.ampl. 18.num.36.

Et quòd poſsit conſiderari læſio, ſi ſubſtitutus venderet, mortuo teſtatore, ſpem ſuccedendi, probatur: quia quod eſt capax æſtimationis, & pretij eſt etiam capax læſionis,cum læſio oriatur ex modicitate, vel ſuperfluitate pretij:ſed ſpes ſubſtitutionis,mortuo teſtatore,eſt æſtimabilis, vt ſcribunt Bar. in l. is poteſt. ſub num. 10. verſ. ſed ſi eſſet ſubſtitutus. Alex. ſub num. 5. & 6. & Iaſ ſub num.48. 49. & 50. ff. de acquir. hæred. ergo in huius ſpei venditione poteſt conſiderari læſio.

477 Neque aduerſus hoc, & primum caſum dicas non poſſe reperiri æſtimatorem,qui æſtimet longitudinem, & breuitatem uitæ, quę conſiderantur in primo caſu aut an ſubſtitutus præmoriatur inſtituto,vel è conuerſo, quorum mors conſideranda eſſet in venditione ſpei ſuccedendi; cum longitudo, & breuitas uitæ, & mors ipſa proueniant iuſto Dei iudicio, vt dixi infra cap.9. num. 1900. quod iudicium nobis incognitum eſt.

Quia reſp. æſtimationem longitudinis vitæ eſſe faciendam ſecundum computationem, quam facit l.68 hæreditatum ff. ad l. falc. pro detrahenda falcidia ex legato

legato alimentorum,ſeũ vſusfructus,cuius l. computatione attenta,quilibet homo ſic præſumitur viuere:Qui eſt infra xx.annum,viuit vſquè ad annum 30.Qui habet annum xx. & non excedit annum xxv. viuit per alios annos 28. Qui habet annum xxv. & non excedit xxx. viuit per alios 25.Qui habet annum xxx. & non excedit annum xxxv.viuit per alios 22.Qui habet annum xxxv.& non excedit annũ xl.viuit per alio 20.Qui hẽt annũ xl.&nõ excedit annũ l.viuit tot annos,quot ei deſũt vſque ad annũ 60.excluſiuè.Qui habet annũ l.& nõ excedit annũ lv.viuit per alios 9.Qui habet annũ lv. & non excedit annum lx.viuit per alios 7. Qui habet annum lx.vel quamuis maiorem ætatem,viuit per alios 5. ſicquè ſexagenarius ſecundum apertam literam illius textus præſumitur viuere ſolum per quinquenium,vel ſecundum intellectum,quem ſequitur ibidem Alex.ſub nu.6.præſumitur viuere vnico anno,quia eadem l.in fine.computando vſumfructum,quemlibet à prima ætate præſumit viuere vſquè ad annum 30.& eum,qui habet annum 30.præſumit viuere vſquè ad 60.& non vlterius progreditur.

Huiuſque l. computatio circa annos vitæ ad agnoſcendum iuſtum,& iniuſtum pretium attenditur in omnibus contractibus, in quibus agitur de præſumptione lõgitudinis,& breuitatis vitæ, & præſertim in emptione,& venditione,vt apertè ſentiunt Bal.Paul.de Caſtr. Iaſ.Dec.Fab.de Mont.& Surd.citati ſupra verſ.primus caſus.loquentes de emptione fructuũ ad vitã : & quòd computatio ſecundum d. l. hæreditatum. attendatur etiam in contractibus,& diſpoſitionibus inter viuos,reprobata dec.Afflicti,ſcribit ex communi * Surd. tract. de alim.tit.9.q.11.n.26.in fine,& n.27.& quòd attendatur etiam in damno,& intereſſe,quæ dabentur hæredibus occiſi,ſentiebat Rota,de qua Achil.de Graſſ.deciſ. vnica.alias 365. ſub n.1.verſus finem.ibi. ratio incertitudinis.de iniur. & dam.dat. fol.183.licet poſtea n.3.in eo caſu dicat,totum relinqui arbitrio iudicis.

In iſto ſecundo argumento,quod adduxi ſupra num. 473.nimis vagatus ſum; nunc ad comprobandam eandem opinionem,retentam ſupra nu.468. quòd reductio ad arbitrium boni viri detur,etiam non docto de læſione,adduco tertium argumentum.

Tertio,quia nullibi reperitur in iure cautum , quòd nõ procedatur ſuper reductione ad arbitriũ boni viri, niſi prius doctũ ſit de læſione, & ſi alicubi reperiretur, veriſimile eſt, quòd Doctores aduertiſſent in locis , in quibus egerunt de modo,& praxi reductionis ; de qua ſcripſerunt Lanfr.de Orian.trac.de arbitr.diuiſ.7.n.48. & ſeqq.fol.219.& Gail.in pract.obſeru. lib. 1. obſeru. 150.n.10.dicens,quòd pro obtinenda citatione debet in libello reductionis ad arbitrium boni viri exprimi læſio,vel nullitas cum relatione ad acta,quo facto,admittitur,inquit,reductio,& citatio ad deducendam enormiſſimam læſionem.

478 Præterea dato,& non conceſſo,quòd non eſſet procedendum ſuper petita reductione,niſi prius probaretur enormiſſima læſio,tamẽ ſufficeret, quòd de ea leuiter & ſummariè doceretur,cum deinde iterato veniat plenè diſcutiendum,ſicut de læſione,quando agitur de reſtitutione in itegrum aduerſus terminum probatorium,ſeu omiſſam appellationem,ſcribunt Bellam. deciſ.38.eccleſia.verſus finem.ibi.ſed quia.Natt.cõſ.343. quidã.ſub nu.1. Odd.tract.de reſtit.in integ q.34.art.7. dicens , quòd ſufficit oſtendere ipſi iudici qualiqualiter de bono iure petentis reſtitutionem, & Veſtr. in prax.lib.8.c.3.nu.8.in fine.dicens , quòd Palatium non deſiderat plenas,ſed quales quales,& ſummarias duntaxat probationes.

479 Sed in caſu,de quo agebatur,conſtabat de læſione plusquàm aliqualiter:nam tutor,reconueniendo adultum ex capite cuiuſdã ſucceſſionis, faſſus erat in libello recõuentionis,quòd facultates dicti adulti poſt mortem ſui patris aſcendebant ad ſummam ſcu.4000.& tamen ea die,qua rationem reddidit adminiſtratæ tutelę non aſcendebant ad ſummam ſcu.2000.Ergo ſatis conſtabat de enormiſſima læſione arbitramenti,quo fuerat condemnatus ſolum ad reſtituendum ſcu.200.

Et quòd iſte ſit bonus modus probandi læſionem arbitramenti, patet ex his,quæ ſcribit Io.Bapt.tract.de arbitr.lib.7.cap.15.fol.262.col.1.verſ.octauum.dicens, quòd ſi per acta apparet de debito,& nihilomints arbitrator abſoluit,laudum eſt reſcindendum.

480 Secundo probabatur læſio:quia cum tutor non confeciſſet inuentarium,prout tenebatur,nec redderet rationem dictorum ſcu.4000.fuiſſet contra eum deueniendum ad iuramentum in litem,alias petitum.

Et iſte eſt etiam bonus modus probandi læſionẽ arbitramenti;quia arbitrator non debet facere aliquid contra ius,& naturalem rationem Io.Bapt.d.c.15.fol.261. col.4.ibi.primum.

481 Imò ſecundum Rom.conſ.149.concluſionem.n.3.arbitrator debet conſiderare exceptionem præſcriptionis,quia licet ipſe procedat ex æquitate,tamen non poteſt decidere caſum contra caſum legis,etiam ſi illa lex contineret rigorem.

482 Tertio probabatur:qa iſte adultus,vt cõſtabat ex cõfeſſione aduerſarij,erat minor:ſed minor faciendo cõpromiſſum de iure,& de facto,ſeu pœnatum,vel aliter renuntiando appellationi,vt in caſu, de quo agebatur, dicitur læſus eò ipſo,quòd renuntiauit appellationi,& non requiritur alia probatio læſionis.l. 35. ſi minor.§. minores.ff.de minor.25.ann.& ibi.Gl.vlt.Bar.conſ.101. girardus. n.6.lib.1.Socc.in l.nam poſtea.§.ſi minor.nu. 10.ff.de iureiur. & ibidẽ Iaſ. n. 18.Mil.in repert.in verbo.minor.Bapt.à S.Blaſ.tract.de arb. & arbit.q.61.n.15. fol.305.Pariſ.conſ.89.ſub nu.46.lib.1.Rol.à Vall.conſ. 35.n.43. lib.2.& Odd.tract.de reſtit.in integr.q.36.art. 5.ſub n.44.& 48.& art.2.& 3.num.22.& ſeqq.vbi ponit multa exempla, in quibus minor dicirur læſus eò ipſo, quòd fecit,vel omiſit facere.

Non obſtant adducta in contrarium ſupra num.464. 466.& 467.

483 Nam ad primum,quòd præſumatur pro iuſtitia laudi etiã pendente reductione;reſp.dupliciter,& primo, non deeſſe qui tenuerint contrarium,quos refert,& ſequitur Becc.conſ.99.compromiſſum factũ.n.21.lib. 1. Secũdo reſp.qđ ex iſta præſumptione põt ſolũ inferri, quòd petẽs reductionẽ,debet docere de iniquitate laudi iuxta ea,quæ ſcribunt Abb.in c.quintauallis.n.34.in fine.de iureiur.Fely.in cap.quoniam contra.n.21.in fine.& ſub n.37.verſ.ſed contrariũ. & verſ.eſt verum.de probat.& Odd.tract.de reſt.in integr.q.36.art.5.nu.42. ſed non põt inferri,quòd debeat prius docere de enormiſſima læſione:Sicut minus obſtat,quòd arbitrator haberet illas eminẽtes qualitates nobilitatis, & virtutis: quia reſpondebam,qđ iſta iura,& rationes iſtius adulti non fuerant coram eo deductæ;& in hoc dicebã conſiſtere præcipuum fundamentum petitæ reductionis.

484 Ad ſecundum,qđ læſio enormiſſima ſit fundamentũ iuriſdictionis iudicis,coram quo petitur reductio laudi;reſp.hoc aſſumptum non eſſe verum,quia fundamentum eſt ipſa reclamatio , & petitio reductionis : enormiſſima autem læſio inſeruiet ad reſcindẽdum laudũ; hoc eſt,reductio dicitur cauſa proxima, & læſio enormiſſima dicitur cauſa remota:ſed debemus attendere cauſam proximam,& non remotã Alber.de Roſ. tract. de ſtat.lib.2.q.178.ſub n.2.Bal Peruſ.eod. tract. in verbo.dos dotare.n.8.Curt.Iun. tract.de fœud.par.2.q.10. num. 2.

485 Confirmatur iſta reſponſio:quia ſic videmus in iudice appellationis,ad quẽ conceditur appellatio propter oppreſſionem l.1.de appell.& cap. cũ ſpeciali.§.porrò. eod. tit. & tñ eius iuriſdictio excitatur per appellationem vti cauſam proximã,& ſuper ea proceditur, quãuis non conſtet de oppreſſione, quæ eſt cauſa remota.

486 Ad id,quod ſcribit Cæpol.citatus ſupra num. 448.& 466.in fine reſp.quòd ipſe habuit reſpectum ad reſciſſionem laudi, ſicq; loquutus eſt de petitione reductionis cum effectu reſciſſionis; vel præſupponit , quòd ad obtinendam reductionem ſatis ſit, ſi conſtet de lęſione per aſſertionem petẽtis reductionem;alias ſine iſta intelligentia eſſet loquutus malè , & contra communem opin.Doctorum.

487 Ad tertium de non concedenda reſtitutione in integrum , niſi conſtet prius de læſione ; reſp. quòd non valet argumentum à reſtitutione ad petitionem reductionis ; quia reſtitutio in integrum eſt remedium extraordinarium l. in cauſæ . la ſeconda

ff.de minor.Rot.deciſ.34. alias. 224. num.1. & 2. de appell.in nou.Paul.de Caſtr. in l.fin.num.2.C.ſi aduerſ. rem iudic.Natt.conſ. 548.num. 8.lib. 3. Veſtr. in prax. lib.8. cap 3.num.2. Luc.Pæt.in pract.capitol.lib. 7.cap. 1.Odd. tract. de reſtit. in integr.q.12. nu.12. 14. & 16. & communiter * omnes in d.l.in cauſæ. & ideo non conceditur, niſi conſtet de læſione ſaltem aliqualiter, & ſummariè: † Sed reductio ad arbitrium boni viri

488 eſt remedium ordinarium; quia eſt quædam appellatio, ſeu ſimilis apellationi, vt dixi ſupra num.469.verſ. primo quia.& ideo facilius conceditur: vt enim concedatur ſufficit, quòd non appareat de euidenti calumnia appellantis: † & quòd appellatio ſit remedium ordinarium,ſcribunt Rot.Paul.de Caſtr.& Veſtr.in locis ſupra proximè citatis.

489

490 Et in ſpecie;quòd argumentum à reſtitutione in integrum ad reductionem ad arbitrium boni viri non valeat,colligitur ex differentia,quam notat Odd.tract. de reſtit.in integr.q.1.art.9. & 10.nu. 75.& 76.dicens, quòd reſtitutio ita differt à reductione ad arbitrium boni viri, ſicut differt ab appellatione:quia ſicut appellatio eſt reſciſſio ſententiæ,ita etiam reductio ad arbitrium boni viri eſt reſciſſio ſententiæ arbitralis pro parte, in qua arbiter excellit modum,& vtraque prætextu iniuſtię.

DIFFICVLTAS IX.

491 Difficultas eſt,an læſio aduerſus arbitramentum poſſit probari ſolum ex veteribus,vel etiam ex nouis.

Reſp.diſtinguendo:aut redarguitur læſio propter dolum arbitratoris; & tunc debet probari ex eiſdē actis: aut arguitur læſio citra dolum arbitratoris, ſed ex alio, & tunc poteſt probari etiam ex nouis Bar.in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.nu.26.ff.pro ſoc.Lanfr. de Orian. tract.de arbitr.diuiſ.7.num.39.in fine.& ſub nu.40. fol. 219.& Maſcar.tract.de probat.concluſ.1259 n. 13.lib. 3.& iuxta hāc diſtinctionem intelligo quæ ſcribit Abb. in cap.quintaualliſ.n.34.in fine.de iureiur.& in conſ.2. num.2.lib.1.quia allegat Bar.vbi ſupra;dolus autem in dubio non præſumetur.

492 Nunquid pars,quæ petit reductionem ad arbitrium boni viri,ſeu appellat à laudo,& non probat læſionem, ſeu iniuſtitiā laudi,teneatur ſoluere pœnam, appoſitā, & ſtipulatam in compromiſſo contra reclamantem.

Dico,quòd ſic regulariter;ſed,quia non intendo hic examinare iſtam difficultatem,vide Abb. & allegatos per eum in cap. quintauallis.n.34.verſ.vlterius quæro. de iureiur.

DIFFICVLTAS X.

493 Statutum diſponit, quòd minor, & mulier etiamſi ſit maior non poſſint contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum;prout ita diſponunt ſtatuta Vrbis lib.1. c.25 ri quod & ſi loquatur in quatuor caſibus tantum, donatione,quietatione,renuntiatione,& pacto de non petendo;tamen habet locum etiam in alijs contractibus Rot.diuerſ.deciſ.529.domini pro maiori.num.4. in fine.par.1.& ratio eſt,quam conſiderat Pur. deciſ.7. & 55.num.2.lib.3 videlicet,quia facilè eſſet facere fraudem huic ſtatuto; ſiquidem poſſet minor, ſeu mulier confiteri in inſtrumento venditionis, ſe recepiſſe pretium,quod non recepiſſet,ſicquè poſſet per indirectum donare.& quòd habeat locum etiam in tranſactione ſuper alimentis, tenuit Rot.vt per Caputaqu. deciſ. 195. per totam.par.3.

Difficultas oritur occaſione dicti ſtatuti,an compromiſſum voluntarium,factum à curatore,ſeu à minore cum interuentu curatoris,& cum decreto iudicis, ſed ſine conſenſu duorum conſanguineorum,ſit validum.

494 Reſp.videtur prima facie dicendum,quòd ſic,& maximè quando eſt factum à curatore, quo caſu videtur ceſſare prohibito ſtatuti;quod loquitur de contractibus factis, ſeu faciendis à minore,& non de contractibus faciendis à curatore, ſeu tutore curatorio,& tutorio nomine,teſtibus Ang.& Cum. in l. apud iulianum. §.contractum.& §.ſi pupillus.ff.quib.ex cauſ.in poſſeſ. ea.& Aret. Inſtit. de oblig. quæ quaſi contr. &c. §. hæres.verſ.quærit. num.2. ibi.ego credo.ad quos ſe remittit Alex.in l.3.§.procurator. ff. quod quiſque iur. quos omnes refert,ſed impugnat Pariſ.conſ.98.circa præſentem.verſ.circa ſecundum.nu.25.& ſeq.& conſ.99.inhærendo.nu.31.& ſeq.lib. 1.† & ratio principalis huius

495 opinionis eſt: quia quando minor contrahit cum auctoritate curatoris,ſeu curator nomine adulti,adultus dicitur contrahere fictè, ſed quando contrahit ipſemet pupillus, ſeu adultus ſine curatore,dicitur verè ipſe contrahere: modo ſtatutum,requirens conſenſum conſanguineorum in contractu minoris, loquitur in caſu vero; quando minor ipſe contrahit; Sed ſtatutum,loquens in caſu vero,non extenditur ad caſum fictum, maximè apparente diuerſitate rationis,vt in caſu iſto, vbi ſi pupillus,ſeu minor contrahat ſine curatore,facilè poteſt decipi propter imbecillitatem ætatis, quod non eſt,ſi tutor ſeu curator cōtrahat nomine ipſius minoris: Igitur ſtatutum iſtud,loquens in caſu vero,non extenditur ad caſum fictum,& perconſequens compromiſſum,ſeu alius contractus,celebratus à tutore nomine pupilli,eſt validus,quamuis deficiat in eo conſenſus duorum conſanguineorum. vide Aret. & quæ adducit Pariſ.vbi ſupra pro iſta ratione.

496 Contrariam ſententiam; quòd compromiſſum non

497 teneat;cenſeo eſſe veram & communē:* † & moueor; quia ſtatutum dat formam contractui, qui celebratur ſuper re minoris,ſeu mulieris, vt benè conſiderat Pariſ.d.conſ.98.verſ.iſtis tamen non obſtantibus.nu.34.& conſ.99 nu 35.lib.1.ſicquè ſtatutum præfatum conſiderat nedum perſonam,ſed rem ipſius contrahentis Pariſ.d.conſ.98.nu.45.imò ſtatutum prēfatum non conſiderat principaliter perſonam minoris,& mulieris, ſed rem minoris,& mulieris Pariſ.eod.conſ.98.n.47.& ſub num.48.& conſ.99.nu.36.& 37.

Quibus ſtantibus, corruunt principale fundamentū, & ratio contrariæ opinionis:quia perſona contrahens non debet eſſe in conſideratione, ſed benè debet eſſe in conſideratione ipſa res, in cuius contractu debet propterea ſeruari ſolemnitas,tradita in ſtatuto à quocunquè contractus celebretur,exquò ſolemnitas reſpicit principaliter rem Pariſ. d. conſ. 98. ſub num. 48. & ſeq.

498 Et, quòd conſideranda ſit res, & non ſola perſona contrahens,probatur multipliciter:& primo, quia licèt ſtatutum prohibeat filiumfamilias poſſe contrahere ſine conſenſu ſui patris, tamen iſtud ſtatutum non habet locum in filiofamilias, contrahente nomine alterius, & gerente negotia aliena: quia ſtatutum non conſiderat perſonam ſolam, ſed conſiderat rem perſonæ, vt ex Ang. Imol.& Alex. refert, & ſequitur

499 Pariſ. dicto conſ. 98. num. 38.† Item quòd conſenſus patris, requiſitus in iudicio faciendo cum filiofam. quia alias ſine dicto conſenſu iudicium eſſet nullum; non ſit neceſſarius, quando filiusfam. ageret, ſeu conueniretur nomine procuratorio, oſtendit Maran.in ſuo ſpec. par.4. diſtinc.16. iudiciorum.nu.30.&

500 35.fol mihi.214. † Et quòd minor contrahens procuratorio nomine poſſit contrahere ſine ſolemnitatibus, quas ſtatutum mandaret ſeruari in contractu minoris, refert, & ſequitur Pariſ. dicto conſ. 99. ſub num. 35. lib. 1.

501 Secundo probatur; quia ſtatutum circa ſolemnitates ſeruandas in contractu minoris,ſeu mulieris habet locum etiam ſi ille contractus celebretur à procuratore minoris,ſeu mulieris: tenetur enim ipſe procurator adhibere ſolemnitates,ſicut ſi contraheret ipſe minor ſeu mulier; quamuis in conſtitutione ipſius procuratoris eſſent ſeruatæ omnes ſolemnitates ſtatuti, vt ex pluribus refert, & ſequitur Pariſ.d. conſ. 98. num. 46.lib. 1.concludens,hanc opinionem eſſe veriſſimam, quam opinionem ſequitur etiam in conſ. ſeq. 99. num. 37.& ſic conſtat rem minoris, ſeu mulieris conſiderari, & non perſonam contrahentem; quia licet procurator ſit prudens, & ſagax, & veriſimiliter præſumatur diligenter contrahere,ne teneatur mandati; tamen adhuc debet ſeruari ſolemnitas ſtatuti, vt conſuluit Pariſ.d.conſ.99.nu.48.

DECLA-

DECLARA restringendo hoc secundum argumentum, vt procedat in procuratore constituto generaliter, secus in procuratore constituto specialiter cum mandato specialissimo ad sic & sic contrahẽdum pro tanto, & cum tali: quia sufficeret solemnitas seruata in eius constitutione, vt scribit apertè Tiraq. tract. de legib. connub. gl. 5. in verbo. contracter nu. 196. vers. secundum membrum. fol. 303. & sentiunt Socc. in l. 1. §. item acquirimus. nu. 17. & 18. & Ias. num. 13. vers. contraria. ff. de acquir. possess.

502 Tertio: quia supposito solo statuto, quòd in contractu mulieris requiratur consensus duorum consanguineorum, dicimus, quòd si mulier sit tutrix, & tutorio nomine contrahat non requiritur iste consensus, testibus Ang. & Alex. quos refert, & sequitur Paris. eod. cons. 98. num. 37. & ex Alex. & Paul. de Castr. refert, & sequitur Maran. in suo spec. par. 4. distinc. 16. iudiciorũ. num. 37. & 38. inferens, ritum magnæ curiæ, quo cauetur, vt mulier non possit contrahere sine mundualdo, non habere locum in muliere, quæ contrahit alieno nomine, quia poterit contrahere sine mundualdo, & latius Foller. ibi in addit. ad eum nu. 39. fol. 214.

Ex quibus omnibus clarè patet, considerari non solum personam, sed rem personæ, & valere argumentum à persona vera ad personam fictam: quia in vtraquè militat ratio eiusdem rei, & sic corruunt omnia adducta pro contraria opinione.

503 RETENTA hac secunda opinione vti vera, & communi.

LIMITA, seu declara eam, vt non habeat locum, quando contractus, seu compromissum fieret super re mobili, quæ seruando seruari non posset: quia isto casu teneo, quòd contractus, seu compromissum, factum à minore cum interuentu curatoris, & decreto iudicis teneret, etiam non adhibito consensu consanguineorum: & moueor; quia sicut minor, carens curatore, potest etiam solus de eiusmodi rebus contrahere, disponere, & compromittere sine solemnitatibus iuris cõmunis, vt ex Iac. Butr. Lanfr. de Orian. M. Ant. Blanc. Ant. de Butr. Paul. de Castr. & Simõcel. retuli, & sequutus sum supra num. 264. vers. prosequor. ita etiam debet posse sine solemnitatibus statutarijs; quia statutum recipit interpretationem passiuam à iure communi, vt dixi infra n. 519. verum posset petere restitutionem in integrum iuxta ea, quæ scripsi supra n. 273. vers. declara secundo.

DIFFICVLTAS XI.

504 Difficultas est: nunquid mater, seu auia, tutrix filiorum, seu nepotum, contrahens tutorio nomine, debeat contrahere cum consensu quatuor consanguineorum, attento præfato statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. quod mandat mulieres, & minores non posse contrahere sine consensu duorum consanguineorum.

Resp. satis esse, quòd adhibeantur duo consanguinei pupilli, seu minoris: & ratio est: quia statutum præfatum, requirens consanguineos in contractu mulierum, non habet locum in contractu, quem mulieres facerent alieno, seu tutorio nomine iuxta ea, quæ retuli & sequutus sum supra nu. 502. vers. tertio. & hæc est vera, ✠ & communis * sententia.

505 DECLARA restringendo istam communem sententiam, vt non procedat quantum ad obligationem, seu præiudicium, quod ex tali contractu redundaret, seu proueniret ipsi mulieri: quia isto respectu quantum ad præiudicium mulieris ille contractus esset nullus; & ideo requireretur consensus consanguineorum mulieris ad effectum, vt etiam contra ipsam nasceretur obligatio ad relata per Foller. in addit. ad Maran. in spec. par. 4. distinct. 16. iudiciorum. sub num. 39. fol. 215.

DIFFICVLTAS XII.

506 Stante dicto statuto lib. 1. cap. 151. difficultas è conuerso est: nunquid valeat compromissum, seu alius contractus, factus à minore cum consensu duorum consanguineorum, sed sine curatore, seu tutore.

Resp. quòd istud statutum corrigit ius commune cumulatiuè, & non diminutiuè, sicquè nõ tollit solemnitatem tutoris, seu curatoris, sed addit solemnitatem consensus duorum consanguineorum, & consequenter compromissum, seu alius contractus, tendens in alienationem rerum minoris, non valeret sine interuentu curatoris, quamuis fuisset adhibitus consensus duorum consanguineorum; prout in simili benè scribit Paul. de Castr. cons. 106. incipiendo à secundo. sub nu. 3. lib. 2. dicens quòd in illo casu, in quo ipse scribit, requiruntur etiam solemnitates iuris communis vltra solemnitates statutarias circa contractus minoris: & ratio est; quia statuta sunt intelligenda quominus corrigant ius commune, & quando possunt intelligi, vt corrigant in duobus, & possunt intelligi, vt corrigant in duobus, & possunt intelligi, vt corrigant in vno, sunt intelligenda, vt corrigant in vno, vt ex Rom. & Rot. retuli & sequutus sum infra cap. 8. num. 411. Ergo istud statutum debet intelligi, vt corrigat solum cumulando, & non minuendo; & hanc censeo esse verissimam opinionem, cui addo quòd, si minori deficerent consanguinei, deputaretur curator ex forma dicti statuti cap. 151. quamuis haberet alium curatorem; eumque notarij, & iudices non deputant, nisi habeat fideiussorem; quemlibet tamen etiã pauperem, & ignotum accipiunt pro quadam forma; sed male faciunt, quia si non est necessarius, frustra adhibent, & si est necessarius, tenerentur ipsi, si idoneus fideiussor non esset, Instit. de satisd. tut. vel curat. §. sciendum autem est.

507 Confirmatur ista opinio; quia intentio statuti est consulere indemnitati minorum magis, quàm ei consultum sit à iure communi; sed si statutum tolleret interuentum tutoris, seu curatoris, operaretur contra suam intentionem, quia consanguinei non tenentur pupillo, seu minori de consensu præstito, seu administratione, sicut tenentur tutor, & curator, qui promiserunt vtilia facere, & inutilia prætermittere, & solent idoneè cauere, quando non sunt testamentarij, & propterea verisimiliter cautè interuenient.

HAEC conclusio de adhibenda auctoritate tutoris, & curatoris recipit eas omnes declarationes, & restrictiones, quas reciperet; circunducto statuto, & nos collegimus supra; sed ne tu cogaris eas cum labore inuenire, summatim hic referemus.

508 DECLARA ergo istam opin. vt procedat in rebus stabilibus, & alijs, quæ seruando seruari possunt, etiam si minor careret curatore; quia isto casu requiritur necessario auctoritas curatoris, vt ex Bal. Socc. Affl. Lanfr. M. Ant. Blanc. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 275. vers. prosequor.

509 DECLARA II. vt procedat etiam in rebus mobilibus & alijs, quæ seruando seruari non possunt, si minor habeat curatorem: quia erit necessaria auctoritas ipsius curatoris vt ex Iac. Butr. & Lanfr. de Orian. retuli & declaraui supra num. 310. vers. prima conclusio.

510 DECLARA III. vt indistinctè procedat, quando minor est impubes: quia tunc indistinctè requiritur auctoritas tutoris iuxta id, quod pluribus comprobaui supra nu. 317. vers. capio.

511 RESTRINGE modo vt non procedat, quando minor est pubes, caret curatore, & contractus, seu compromissum fit super re mobili, vel quæ seruando seruari non potest; quia isto casu non est necessaria auctoritas curatoris per ea, quæ ex Iac. Butr. Lanfr. de Orian. & alijs retuli & sequutus sum supra num. 264. vers. prosequor. nequè est necessarius consensus consanguineorum iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 503. vers. limita.

512 DECLARA tamẽ istam restrictionem, vt licet isto casu possit contrahere, & compromittere sine auctoritate curatoris, & sine consensu duorum consanguineorum, tamen, si sit læsus; poterit petere restitutionem in integrum, vt declaraui supra num. 273. vers. declara secundo.

513 EXTENDE istam declarationem: vt procedat etiã si contraxisset, seu cõpromisisset cum cõsensu duorum consanguineorum; & ratio huius extensionis est; quia

 in isto

in iſto caſu non reperitur certa prouiſio ſtatutaria in contrarium : ergo remanet ſub diſpoſitione iuris communis; quia caſus omiſſus remanet ſubdiſpoſitione iuris communis, vt ex Bar. Paul.de Caſtr. Rom. Natt. & aliis retuli , & ſequutus ſum infra num. 696. in quinto dubio .

514 RESTRINGE generaliter ſecundo, vt nõ procedat, quando cõpromiſſum, ſeu contractus factus redundaret in vtilitatem minoris , ſeu pupilli ; quia tunc, eo volente, remaneret validus , quamuis careret auctoritate tutoris , ſeu curatoris:quia minori licet facere ſuã conditionem meliorem, vt ex pluribus retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.320. verſ.declara.& nu.382.

515 LIMITA iſtam reſtrictionem , vt non habeat locum in infante, ſeu minori ſeptennio: quia eſt ſubiectũ omnino incapax ; & ideo nequè ad vtilitatem , nequè ad damnum poteſt contrahere iuxta ea , quæ ex Vant. & Maran.retuli, & ſequutus ſum ſupra num.405. verſ.reſtringe.2.& infra. num. 544.

516 INFERO nunc ex præcedenti concluſione , in qua firmauimus quòd iſtud ſtatutum de conſenſu conſanguineorum ſtat cumulatiuè , & non diminutiuè ad ius commune, requiri etiam decretum iudicis in omnibus illis caſibus, in quibus requireretur; circumducto præfato ſtatuto : & hæc ſatis .

Species. II.

De compromiſſo minoris ex forma ſtatuti.

517 Reaſſumpta diuiſione compromiſſi in duas ſpecies, de quibus ſupra.nu. 263.

Capio ſecundam ſpeciem compromiſſi videlicet ex neceſſitate ſtatuti [& ſic attingo q.de qua nu.263.] an minor compræhendatur in ſtatuto de compromittendis cauſis & dico controuerſiam eſſe inter Doctores .

518 PRIMA enim ſit opinio eorum, qui tenent negatiuam; quòd minor non compræhendatur ſub ſtatuto de compromittendis cauſis inter conſanguineos: quam opinionem tenuit apertè Alex.conſ.62.in cauſa & lite. nu.17.verſ.quarto quia. lib.7. dicens hanc opinionem præcipuè eſſe veram, quando ſtatutum arctaret ad cõpromittendum de iure, & de facto: alij verò Doctores nempè Bar.Dec.& Lanfr.quos pro hac eadem prima opinione adducit Simoncel.tract.de decr.tit.6.inſpect. 8.nu.78.fol.312. non benè allegantur.

Confirmatur iſta opinio ex ſeqq.motiuis , quæ facit Bar.in conſ.47.nunquid tutor.nu.1. in fine.& nu.2. lib. 1.& latius conſ 40.quæritur an ſtatutum. nu.1. & ſeqq.
519 lib.2.† & primo:quia ſtatutum generale debet referri ad habiles in materia ; non obſtante ſua generalitate Bar.vbi ſupra.& hoc corroboratur ex his, quæ ſcribũt Lanfr.de Orian.tract.de arbitr.diuiſ.7.q.48. nu.95. fol. 223.firmans, quòd ſtatutum, de compromittenda de iure , & de facto omni controuerſia inter affines , non habet locum in controueſia tutelæ, liberali, matrimoniali, & ſimilibus , quæ non ſunt compromittibiles de iure communi , & Dec. conſ. 44. diligenter pro tenui. ſub num.2.ibi prædictis igitur . & num. 3. concludens ſimiliter, quòd ſtatutum , quo generaliter cauetur debere fieri compromiſſum, intelligitur ſuper rebus , de quibus partes poſſunt compromittere , & non de illis rebus, de quibus compromiſſum prohibetur, inferens, in caſu ſuo non poſſe fieri compromiſſum ſuper illis bonis communialibus, quorum alienatio erat prohibita, & conſequenter etiam compromiſſum:quia eſt ſpecies alienationis iuxta ea, quæ nos ſcripſimus ſupra nu.284.verſ.confirmatur iſta.Et ratio eſt, quia ſtatutũ, vt inquit Lanfr. vbi ſupra , recipit interpretationem à iure communi, & nos addimus : & quia ſatis eſt, quòd contra ius commune arctet ad compromittendum cauſas compromiſſibiles:ideo ne magis , ſeu vlterius corrigat ius commune, non debet extendi, vt arctet ad cõpromittendas etiam eas cauſas, quas ius commune vetat compromitti ;
520 † &, ſtringendo totam iſtam corroborationem, addo, valere argumentum de re ad perſonas, ſicut in hac materia ſcribit M.Ant Blanc. tract.de compromiſſ.q.4.ſub num.28. verſ. præterea argumentum.fol.169.ergo iſtud ſtatutum ſicut non habet locum in rebus, & cauſis, quæ de iure communi non poſſunt compromitti ; ſic etiam non habet locum in perſonis, quæ de iure communi non poſſunt compromittere, quales ſunt pupilli, & minores .

Secundum motiuum eſt; quia per iſtud ſtatutum inferretur grauis læſio pupillis, & minoribus:nam ſi minor litigaret coram iudice, iſquè malam ferret ſententiam, faceret litem ſuam, quod non eſt in arbitro: item quia à ſententia arbitri non poteſt appellare Bar. d. conſ 40.ſub nu.2.& 3.& tamen à ſententia iudicis potuiſſet appellare ; quod motiuum nos fuſius adduximus ſupra num.326.

521 SECVNDAM opinionem, contrariã præcedenti, tenuerunt clarè Bal.in l.vltima. verſ. & ideo facit. num. 3.C.de in integ.reſtit.min.dicens, quòd iſtud ſtatutum ligat minores, ſicut maiores, & quòd ideo, ſi minor compromiſit in caſu ſtatuti, non poteſt petere reſtitutionẽ in integrum Alex.ſibimet contrarius conſ.119 quoniã omne datum.verſ.idem tenuit.num.3. & latè conſ.vlt. 254.abundè, verſ.quinto probatur.num.6.lib.6.Maran. in ſuo ſpec.par.6.actu 2.ampl 8.nu.9. Lanfr. de Orian. vbi ſupra, dicens quòd ligat minores.Rol.à Vall.tract. de dot.q.44.num.9. fol. 370. & Surd.tract. de alimen. tit.8.priuil 56.num.35.& in hanc opinionem intelligo iuiſſe Bar.in citatis conſ.47.& 40. dum in vltima reſolutione. ibi. ſed tu dic. concludit , quòd ſi iura pupilli ſunt obſcura, & proſequutio rei pupillaris non poteſt fieri de facili, poterit fieri compromiſſum. & hanc eſſe veram opinionem ; quòd minor comprahendatur ſub dicto ſtatuto;refert & ſequitur M. Ant. Blanc.tract. de compromiſ. inter coniunct. q. 3. in verbo. minor. ſub num.39.verſ.& per prædicta.fol.160 vbi multos citat, quos de verbo ad verbum tranſcripſit Simoncel. tract. de decr.tit.6. in ſpect.8.num. 84 fol. 312. dicens hanc
✲ opin.eſſe frequentiori * calculo receptam : & ab hac opinione cenſeo non poſſe recedi per infraſcripta.

522 Confirmatur iſta opinio dupliciter , & primo ; quia ius commune ligat etiam pupilos, minores, & omnes, niſi expreſsè declaret , ſe nolle ligare ; & hoc non habet dubium ; quia habet poteſtatem ligandi , & ligando generaliter , generaliter eſt intelligendum , & vbi ipſum non diſtinguit , nec nos diſtinguere debemus vulg.iur.

523 Sed ſtatutum dicitur ius commune loci , in quo extat l.omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Alex. conſ. vlt. 254.abundè.num.12.verſus finem.lib.6.M. Ant. Blanc. tract de compromiſ.q.1. ſub num. 22. verſ. in præmiſſis.fol.142.Card. Alban.in lucubrat. ad Bar. in l. magis puto.§.ſi pupillus.ff de reb.eor.&c.Simoncel.tract. de decr. lib.3. tit.8. inſpect.3. ſub num.25. fol.310. Surd. tract.de alimen.tit.3.quæſt. 6.num. 6. & apertius tit.5. quæſt.7.num,53.& Rot.diuerſ.deciſ. 775. num. 8. par. 1. Ergo cum ſtatutum de compromiſſis faciendis inter conſanguineos loquatur generaliter , & non eximat minores, dicendum eſt , quòd ligat etiam minores .

524 Et quòd ſtatuta generaliter loquentia compræhendant etiam minores, ſcribunt Bal.in l.ſi mater. in fine. C. ne de ſtat. defunc. Rom. ſing. vlt. Alex. conſ. 119. quoniam omne datum. verſ.nono dictum.num. 34. M. Ant.Blanc.tract. de compromiſ.inter coniunct.in verbo.minor.ſub num.39. verſ. ſexto facit. fol.160. & Simoncel. tnact. de decr. tit. 6. inſpect. 8. num. 85. fol. 312. & hoc ſentit etiam Bar. in conſ. 40. quæritur an ſtatutum. num. 2. in fine & 3.ibi.ſed contra prædicta, lib. 2. dicens , quòd conſuetudo , quæ reſpicit rem, ita ligat minorem, ſicut maiorem;quod probatur ex textu in l. ſi ſine hærede. §. lucius titius. ff. de adminiſ. & peric.tut.

525 Secundo confirmatur: quia ſtatuta ordinatoria , & reſpicientia forum includunt quamlibet perſonam, vt argumentando refert , & ſequitur M. Ant. Blanc. d. tract. de compromiſſ. q. 4. princip. ſub num. 28. verſ. præterea ſtatutum. fol. 169.& latius q. 3. ſub num. 32. verſ. & pro parte. fol. 157. vbi quòd ligat etiam non
526 ſubiectos: † & hoc ſtatutum de compromiſſis eſt ordinatorium , vt ſentiunt Paul. de Caſtr. conſ. 320. quòd

in cau-

in causa. num. 4. vers. nec obstat. & num. 5. vers. præterea quòd. lib. 1. Corn. cons. 114. primo aspectu. vers. sed his non obstantibus. sub num. 4. ibi. & per consequens. lib. 2. & Dec. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. vers. tertio inferri potest. n. 161. & 162. & ibi Syl. Ald. in addit. de constit. quos refert & sequitur Blanc. d. q. 4. sub num. 28. vers. præterea statutum. & bene probat d. q. 3. sub num. 32. vers. & pro parte. ibi. sed tale statutum fol. 158. & quòd respiciat ordinatoria sentit etiam Capic. decis. 66. num. 2.

Ad adducta pro contraria opinione resp. quòd nec Bar. nec Lanfr. eam tenent; nam quid teneat Bar. dixi supra, & Lanfr. tenet contrarium, vt dixi.

527 Ad confirmatoria resp. concedendo assumptũ quòd statutum debeat referri ad res, & personas habiles. Sed nego qđ minores non sint habiles; sunt enim inhabiles quando compromittunt sine solemnitatibus requisitis de iure communi; sed quando adhibent solemnitates requisitas, sunt semper habiles, sicut respondet, & bene Alex. d. cons. vlt. sub num. 7. ibi. non obstat igitur 1. lib. 6. quem referunt, & sequuntur Blanc. d. tract. de compromis. q. 3. princip. in verbo minor. sub n. 39. vers. & per predicta. ibi. ad adducta. fol. 160. & Simõcel. dicta inspect. 8. sub n. 78. in fi. fol. 312. & ideo statutum prædictum comprehendit minores, sed non tollit solemnitates, quæ de iure communi requiruntur in compromisso minorum; quando autem dicantur habiles ad compromittendum; hoc est quibus solemnitatibus possint valide compromittere, dixi infra nu. 531.

Aliter tamen responderent forsan M. Ant. Blanc. d. tract. de compromiss. 4. q. princip. sub num. 28. vers. & tenendo. & vers. ad illud autem. fol. 169. & Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 56. num. 36. in fine. & nu. 37. dum, sentiendo contra Decium; arbitrati sunt, statutum de compromissis habere locum etiam in re prohibita alienari; quæ responsio sustineri potest eò, quòd qui compromittit ex necessitate legis, seu statuti non videtur alienare; & ratio est: quia à laudo arbitri electi ex necessitate statuti datur appellatio sicut à senten-
528 tia iudicis, vt dixi infra num. seq. † sed si ipsi sentirent quòd etiam res non compromissibilis, seu inhabilis compromissu comprærenderetur sub statuto, sicut comprænenditur minor, errarent; & error consisteret in eo, quòd assumerent minorem pro inhabili ad compromissum: quare in summa statutũ istud operatur arctando contra ius commune ad compromittendum causas compromissibiles, sed non ad compromittendum non compromissibiles: quia nimis corrigeret ius commune.

529 Ad secundum motiuum de læsione resp. illud motiuum, & adducta in eo posse considerari solum in compromisso voluntario, in quo non datur appellatio à sententia arbitri, & consequẽter minor eò ipso, quòd compromittit, læditur iuxta opinionem eorum, quos citaui supra num. 326. secus est in compromisso necessario: quia tunc datur appellatio à sententia arbitri Ant. de Butr. in cap. quintauallis. sub num. 36. vers. ad primum. ibi. dic si arbiter est iuris. de iureiur. Alex. cons. vlt. 254. abunde. vers. præterea & aliter. num. 11. & 12. lib. 6. M. Ant. Blanc. tract. de compromis. 3. q. princip. in verbo. minor. sub num. 39. vers. præterea secundum ipsum. fol. 160. & latius q. 10. sub num. 10. vers. contrarium, & vers. ego credo. fol. 204. Maran. in suo spec. par. 6. actu 2. princip. in verbo. & quandoque appellatur num. 272. fol. mihi. 500. & Simoncell. tract. de decr. tit 6. inspect. 8. num. 81. fol. 312. vbi ex Alex. refert, & sequitur istam esse magis cõmu-
✤ nem *. opin. & hac eadem responsione tolli potest illa diuersitas de faciendo, & non faciendo litem suam, sicut iudex, prout aduertit etiam Simoncel. d. inspect. 8. num. 82. & ratio est: quia isti arbitri habent iurisdictionem, vt retuli, & sequutus sum supra num. 6. & dicuntur iudices, sicut scribunt M. Ant. Blanc. Surd. & alij, quos retuli & sequutus sum supra num. 5.

530 RETENTA ista secunda opinione de qua supra num. 521. quòd pupilli, & minores comprænendantur in statuto.

LIMITA eam, vt non sit vera, quando iura pupilli sunt clara, & facilis est prosecutio, teste Bar. dictis cons. 47. lib. 1. & 40. lib. 2. vtrobique in fine; & ratio huius limitationis est: quia statutum præfatum non habet locum in re clara iuxta ea, quæ disputando firmat M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. 4. q. princip. in verbo. causa clara. num. 3. vers. contraria opinio. & facit limitatio posita supra nu. 62.

Verum ista limitatio; sumpta ex declaratione, quam facit Bat. est inepta; quia non respicit personam minoris, de quo est sermo, sed respicit causam, & sic habet locum non magis in minore, quàm in maiore; & hanc ineptitudinem aduertit etiam Blanc. d. tract. de compromiss. 3. q. princip. in verbo. tutor. sub num. 53. vers. sed ad vnum aduerte. fol. 153. & ex his sit expeditus iste articulus; an minor comprænendatur in statuto de faciendis compromissis.

Quæ solemnitates requirantur in compromisso minoris compromittentis ex necessitate statuti.

531 RETENTA opinione, de qua supra num. 521. & 527. quòd statutum liget etiam minorem, & quòd ideo possit cogere & cogi ad compromittendum, sicut maior; dummodo adhibeantur solemnitates.

Nota modo quòd solemnitates, quæ requirũtur, sunt duæ: prima est auctoritas tutoris, seu curatoris, vt scribit Spec. tit. de arbitr. §. restat. vers. sed quid in minore. sub num. 4. quem refert, & sequitur M. Ant. Blanc. d. 3. q. princip. num. 40. fol. 160. hæcque solemnitas in tantum requiritur, vt iudex non possit illius defectum decreto supplere Simoncel. tract. de decr. tit. 7. inspec. 2. num. 25. & 26. fol. 316. & 317. qui tamen loquitur in alienatione: Secunda solemnitas est decretum iudicis vt scribunt Affl. decis. 285. num. 15. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 171. num. 44. qui loquitur aperte in casu statuti: & quòd istæ duæ solemnitates requirantur in compromisso minoris, loquendo de compromisso voluntario latius ex Bal. Socc. Lanfr. M. Ant. Blanc. & Simoncel. retuli, & sequutus sum supra num. 275. vers. prosequor.

532 Nec obstat, si obijceres, statutum istud reddi superfluum, si requiruntur eædem solemnitates, quæ requiruntur in compromisso voluntario.

Quia respondeo, non reddi superfluum, quia mandat, minorem posse cogi, & cogere ad compromittendum: & tamen de iure communi sine isto statuto non posset cogi, nec cogere; vnde ne nimis ius commune corrigatur, debent solemnitates ipsius iuris communis circa compromissum minoris remanere in viridi obseruantia.

533 Minus obstat, si secudo obijceres, in actu faciendo ex necessitate statuti, mandantis illum fieri, non requiri solemnitates, quæ requirerentur, si fieret voluntarie sine statuto, testibus Rom. cons. 394. præsupposito. vbi, proposita difficultate; an valeat quietatio facta à muliere, non adhibitis solemnitatibus requisitis à statuto, concludit valere in illo casu, ex quo erat quietatio, quæ debebat fieri necessariò. Crauet. cons. 6. plura videnda. vers. decimoquarto. num. 91. Rol. à Vall. cons. 21. extat statutum. sub n. 14. vers secundo. & num. 15. lib. 1. Caputaq. decis. 199. num. 2. par. 3 & Rot. diuers. decis. 867. romana hæreditatis. nu. 5. par. 3. lib. 3. & ratio est: quia lex ipsa, necessitas ad illum actum, videtur agere, seu auctorizare actum iuxta ea, quæ scribit Corn. cons. 254. videtur in hac. sub n. 2. ibi. facit quia statutum istud. lib. 1.

534 Quia respondeo verum esse, quòd neque solemnitas iuris communis, neque solemnitas statuti requiritur in actu, qui fit ex necessitate legis, sed in actu, qui fit ex necessitate statuti, dico requiri solemnitatem iuris communis, licet non requiratur solemnitas statuti, & ita videtur sentire Rot. diuers. dicta decis. 867. quæ loquitur in compromisso;

535 Minus obstat, si adhuc nõ contẽtus obijceres, etiam solemnitates iuris cõmunis non esse necessarias, quando actus fit ex necessitate statuti, mandantis, illum fieri ad tradita per Rom. d. cons. 394. vers. his tamen. num. 3. & seqq. Corn. de cons. 254. sub num. 2. ibi. quarto &

tò & vltimo & Tiraqu. tract. de legib. connub. glos. 8. in verbo. de son mary. num. 187. vers. huc etiam & num. 188. vers. & quòd voluit. fol. 363. dum scribunt pupillum obligari tutori sine aliqua solemnitate, si tutor aliquid pro pupillo soluerit de proprio, ex quo ista obligatio resultat necessariò, & similiter obligari minorem sine vlla solemnitate, qñ recipit dotē suæ vxoris; quia tunc eius bona ex dispositione legis obligātur, & ideo nulla requiritur solemnitas in tali obligōe; hancq; communem esse opin. refert & sequitur ex Bal. Tiraq. loco supra proximè citato. Maran. in suo spec. par. 6. actu 2. num. 11. dum tenet, mulierem coniunctam posse compromittere etiam sine mundualdo, attenta regia pragmatica de compromissis inter coniunctas personas, quamuis mundualdus requiratur ex generali obseruantia in contractibus mulierū, & sic sit potius solemnitas iuris communis non scripti: rursus Tiraqu. d glos. 8. num. 197. vers. nec hinc. fol. 364. referens & sequens qū; stante statuto, quòd mulier non possit contrahere sine mūdualdo, poterit tamen mulier eo inscio dare in dotem secundo marito, quæ dederat primo.

536 Minus obstat, si corroborando diceres, quòd sicut solemnitates iuris communis non requirerētur, si compromissum fieret ex necessitate ipsius iuris communis, ita etiam non requiruntur, si fiat ex necessitate statuti: quia statutum corrigēs ius commune in re principali, corrigit etiam in eius accessorio, si ius commune etiam corrigeret in illo accessorio, quando correxisset in principali, vt correxit statutum: quæ obiecto, seu conclusio probatur ex his, quæ scribit Alber. de Ros. * tract. de statut. lib. 2. q. 123. fol. 42. dum ex communi * opinione refert, & sequitur, quòd si à statuto imponatur pœna pecuniaria pro aliquo delicto, pro quo de iure cōmuni erat imposita pœna corporalis, admittitur procurator. & in q. 124. dum etiam ex communi * * opinione refert, & sequitur non posse fieri transactionem super homicidio, si à statuto sit imposita pœna pecuniaria; quam communem opin. refert etiam, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 58. vers. pone modo.

537 Nam respondetur & 1. ad ea, quæ scribunt Rom. & Corn. respondeo, quòd illa non dicuntur fieri ex necessitate legis, sed dicuntur fieri ab ipsa lege, quæ inducit illas obligationes absq; aliquo alio facto hominis; quia sunt consequutiuæ, vt sentit etiam Corn. vbi supra: † Secundo resp. ex istis posse deduci istam consequentiam, quam nos admittimus: in compromisso, quod fieret ex necessitate legis, non requirerentur solemnitates legis, requisitæ in compromisso voluntario: ergo in compromisso, quod fit ex necessitate statuti non requirentur solemnitates statuti, quæ requirerētur in compromisso voluntario: sed istam aliam non admittimus [quia de ista disputamus] si compromissum, seu alius actus fieret ex necessitate legis, nō requirerentur solemnitates legis, requisitę in actu voluntario: ergo minus requiruntur, si fiat ex necessitate statuti. Tertio posset respōderi, qd̄ multi tenuerunt cōtra Rom. & Corn. citatos supra num. 535. vt possumus legere apud Tiraqu. qui eos recenset tract. de legib. connub. glos. 8. in verbo. de son. mary. num. 193. vers. ideoque fol.

538 (see above)

539 364. † Ad Maran. resp. quòd contra ipsum tenet eo loci Foller. licet Paul. de Castr. in cons. 465. viso compromisso. lib. 1. & Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. in 5. memb. vers. quinto quæro. n. 9. fol. 212. quos Foller. citat, nō possint allegari cōtra Maran. nam. Paul. de Cast. consuluit, compromissum, factum inter patrem, & filium, esse nullum eo quòd fuerat factum sine solemnitate statuti Senarum, cauentis, filium non posse se obligare sine consensu patris, & non aperit, an illud compromissum esset factum ex necessitate statuti; quo casu malè consuluisset. & Lanfr. de Orian scribit, compromissum, factum à muliere sine consensu duorum propinquorum iuxta dispositionē statuti, esse nullum, quia similiter non loquitur in compromisso necessario, & si loqueretur, malè scripsisset, attentis his, quæ ex Rom. Crauet. Rol. à Vall. Caputaq. & Rot. diuers. scripsi supra num. 533. Ad Tiraqu. resp. quòd mundualdus eo casu est solemnitas statutaria, & ideo succedit responsio, quam dedi supra num. 534.

540 Ad adducta pro corroboratione num. 536. non respondeo libenter: quia nimis stringunt, supponendò, quòd in actu, qui fieret ex necessitate iuris communis, non requirantur solemnitates iuris communis, quæ requirerentur in actu voluntario: quare cogita: & interim in practica non recedas à communi * opinione, * quæ est, vt solæ solemnitates statutariæ possint omitti, sed non illæ, quæ requiruntur de iure communi.

Minor an debeat interuenire contractui, quem tutor seu curator facit.

541 Superest nunc difficultas; an vna cum tutore seu curatore debeat esset pręsens pupillus, seu adultus actui, in quo requiritur auctoritas tutoris seu curatoris; vel satis sit, quòd agant, & contrahant ipsi sine pupillo, seu adulto.

Resp. non esse necessarium: quia potest tutor sine pupillo, & curator sine adulto compromittere, & contrahere, & requirere iudicem pro interpositione decreti, vt benè consuluit Paris. cons. 99. inhærendo. nu. 48. in fine. lib. 1. dicens, quòd si curator solus contrahit dicitur immediatè contrahendo interuenire; si verò iuteruenìat cum minore, dicitur auctorizando interuenire, & aduertit etiam Simoncel. tract. de decr. tit. 1. num. 61. fol. 293. dicens, sibi placere primum modum, vt tutor, seu curator contrahat: mihi tamen æquè placet, vt pupillus, seu minor compromittat, & contrahat, & tutor, seu curator interueniat, & auctorizent compromissum, & contractum, quia consonat huic modo textus Instit. de auct. tut. certi enim iuris est, quòd tam minor, quām pupillus possunt contrahere, vt diximus supra num. 310. & 527. Igitur satis est, quòd eorum contractum auctorizent tutores, & curatores: idem dico in actis iudicialibus: sufficit enim, quòd ipse curator, seu tutor compareant, vel quòd compareat pupillus, seu minor cum auctoritate tutoris, seu curatoris: quia habent legitimam personam comparendi, & standi in iudicio; dummodo compareant, & stent, vt dixi, cum auctoritate tutoris, & curatoris, quia ipsi curatores videntur comparere, & agere, quando minori comparenti seu agenti auctoritatem præstant, vt dicit Glos. in auth. principales. §. quod obseruari. in verbo. scire possunt. C. de fureiur. prop. calum. vnde isti minores, qui non sint infantes, solent citari ad legitimè comparendum; imò

542 iste secundus modus videtur efficacior: † nam secundum Io. And. in cap. si annum. sub num. 4. vers. in glos. episcopi. de iudic. in 6. minor cum auctoritate tutoris, seu curatoris potest constituere procuratorem ante litem contestatam, sed tutor non potest, nisi post litem

543 contestatam. † vbi autem compareant tutores, seu curatores ipsique agant, seu excipiant, non debent facere actus, nisi tutorio, ac curatorio nomine ad tradita per Socc. in cap. 1. num. 111. & seqq. de libel. oblat. Ang. Aret. in §. actionum. num. 109. Instit. de act. & Ant. Piag. tract. de tut. & curat. q. 15. num. 10. & 11. fol. 331. & faciunt quæ scribimus lib. præced. cap. 50. num. 22. & hæc procedunt in minore, qui expleuit septimum annum.

544 Quòd si sit minor septennio, is non potest ullo modo contrahere, aut stare in iudicio, sed debet contrahere, & stare in iudicio tutor solus, & actus non sunt aliquo modo concipiendi in persona tutoris, vt admonet Vant. tract. nullit rub. de null. ex def. mand. num. 12. fol. 399.

Qui dicatur maior de iure communi, & qui secundum statuta plurium locorum.

545 Diximus multa circa minores; nunc vt cognoscamus quis sit minor. quæro quis dicatur maior.

Resp. distinguendo: aut loquimur de iure communi: aut loquimur secundum leges municipales locorum, & secundum motus proprios, & consuetudines.

SI loquimur de iure communi: concludo indistinctè quòd maior dicitur is, qui expleuit annum vigesimum-

tnumquintum, & attigit diem anni vigeſimi ſexti l.1.§. prætor & §.apparet.ff. de minor. xxv. ann.& Inſtit.de curat.in principio. Affl.in conſtit.minorum iura.in fine principij.lib.2.Maran.in ſuo ſpec.par.6 actu 2. principali.in verbo.& quandoque appellatur. num. 79. Luc. Pæt.in pract.capitol. lib. 1. cap.7. in principio. & hoc non habet difficultatem.

546 SI loquimur ſecundum leges municipales: rurſus diſtinguo tres caſus principales.

PRIMVS eſt: quando agimus de negotijs, contractibus,&actis tàm extraiudicialibus,quam iudicialibus: Et in iſto caſu ſtatuta Vrbis tàm antiqua lib. 1. cap.65.quàm nouæ reformationes lib.1.cap.47. diſponunt, quòd maior viginti annis habeatur pro maiori in omnibus, & per omnia.

547 In Regno Neap.conſtitutio.minorum iura.diſponit, quòd maior decem & octo annis reputetur perfectæ ætatis.

548 Hoc idē eſt diſpoſitum in ſtatutis Florētiæ, teſte Simoncel.tract.de decr.tit.8.inſpect.3.nu. 24.fol. 320.

549 SECVNDVS caſus eſt,quando agimus de proceſſu criminali:Et in iſto caſu ſtatuta noua Vrbis lib.2.c.11. diſponunt, quòd minor decem & ſeptem annis nō poſſit ſtare in iudicio criminali ſine interuētu legitimi curatoris; ſicq; à contrario ſenſu diſponunt,eum, qui expleuerit annū decimumſeptimū, haberi pro maiori,& poſſe cum eo validè fabricari proceſſum,& iudicium.

550 Statuta, & conſuetudo ducatus Mediolani reputāt pro maiori eum,qui expleuerit annum decimumquartum,vt deducit Boſſ.tract.crim.tit.de confeſſ. num. 69. & ex eo referunt,& ſequuntur Clar. lib.5. recep. ſent. q.50 in principio & q.55.verſ.vlterius poteſt.& Flam. Cart.in pract.interrog.reor.lib.3.cap 3.num.4.& 5.qui alios congerit:& dum idem Cart.eod.lib.3. cap.2. nu. 19.ſequutus Follerium,dicit minorem eſſe interrogandum,dato illi curatore, intelligendus eſt, vt loquatur in minore quatuordecim annis: & hæc conſuetudo ducatus Mediolani ſeruatur generaliter in toto ſtatu eccleſiaſtico,vbi cum maioribus quatuordecim annis fabricatur proceſſus criminalis, & recipiuntur eorum confeſſiones ſine alicuius curatoris interuentu;& omnia intelliguntur validè fieri, nec aduerſus ea daretur reſtitutio in integrum.

EXTENDE iſtam conſuetudinem, vt procedat etiam ſi eſſet filiusfamilias, quia adhuc procederetur ſine deputationē curatoris,& ſine cōſenſu patris;dummodo ſit maior quatuordecim annis: quod nota, tu Sublacenſis,qui habes ſtat.lib.3.cap.57. quòd filijfam. &c.quia licet dum diſponūt filiosfam. maiores 25. annis poſſe ſtare in iudicio in criminalibus ſine conſenſu patris,videantur à contrario ſenſu diſponere, quòd ante annum 25. non poſſint; tamen in iſto contrario ſenſu non ſeruantur.

551 RESTRINGE, ſeu declara, vt iſta conſuetudo non attendatur in cauſis fidei; quia in eis maior dicitur ſecundum ius commune,& ideo minori xxv.annis dandus eſſet curator ſecundum ea,quæ tenet Pegn.in comment.ad direct.Eymer.par.3.commen.28.verſ.hoc tāmen non omittam. referens inſtructionem Madrulianam,qua eſt eſpreſsè cautū, vt minor xxv. annis priuſquam reſpondeat accuſationi, ſibi prouideatur de curatore; & pro iſta reſtrictione faciunt quæ dixi lib. præced. cap.98. ſub num. 37.

552 TERTIVS caſus eſt.qn̄ agimus de infligenda pœna: Et in iſto;ſi nos reſpicimus ſtatuta Vrbis,dico quòd ea non diſponūt qui dicatur maior;habemus tamen c. 79. lib.2.quo diſponitur, quòd minor annis decem cū dimidio, qui maleficium aliquod commiſerit, ad aliquā pœnam non teneatur, & omnis proceſſus contra eum factus,& condemnatio inde ſecuta ſit ipſo iure nulla:ſi verò à dicta ætate vſque ad decimum quartum annum incluſiuè deliquerit,diſponitur, quòd puniatur medietate pœnæ, qua punirentur maiores: ſed ſi ex delicto veniret infligēda pœna capitalis diſponitur, vt puniatur pecunialiter vſque ad ſummam trecentorum;ſi verò aſſociatus homicidium ex propoſito commiſerit,diſponitur, vt puniatur arbitrio Senatoris: quare in puberibus,vt vides,nil diſponunt; & ideo recurrendum eſt ad ius commune, & conſuetudinem.

Habēmus etiam ſtatuta noſtra curiæ Sublacēſis lib. 3.c.56.quibus diſpoſitum eſt,quòd minores 14. annis ſi fuerint maſculi & 12. ſi fuerint fœminæ puniantur in medietate pœnæ, & à 10. annis infra vſque ad ſeptem annos puniantur in quarta parte, exceptis paſtoribus beſtiarum,qui integram pœnam perſoluant; ſi de damnis datis agatur: qui verò ſunt maiores 14. annis, ſeu 12.ſi ſint fęminæ integram pęnam debent perſoluere: minores verò ſeptennio nullam pænam ſoluunt: item diſponitur,quòd in prædictis caſibus, & ætatibus,in quibus minores puniuntur, non puniantur,ſi delictum commiſerint aſſociando maiorem delinquentem, qui tenebitur ſoluere etiam pęnam pro illo minori.

DECLARA iſta ſtatuta,dum diſponunt qua pęna puniendi ſunt impuberes,vt non habeant locum in delicto carnis, quia licet impubes, doli capax, & delinquens puniatur l.impuberem.ff.de furt.tamen non punitur de delicto carnis; quia tale crimen poſt pubertatem incipit.l.ſi minor.ff.ad l.iul.de adul.M.Ant Blāc. in pract.crim.in verbo imbecillitate.num.3. fol. 77. & Clar.lib 5.recep ſent q.60.in principio.ibi. quinimo.

RESTRINGE iſtam declarationem,vt procedat quando vterque;agens ſcilicet,& patiens eſt impubes, ſecus ſi agens ſit pubes,& patiens impubes: quia tunc cenſeo etiam impuberem puniendum pæna extraordinaria,ex quo delictum eſt conſumatum,& ita intelligo potuiſſe fuſtigari pueros carnaliter cognitos, de quibus loquitur Clar d. q.60. in principio.

553 Si reſpicimus conſtitutiones Regni Neap.extat conſtitutio.minorum iura.quæ generaliter diſponit, quòd maiores xviij annis reputentur ætatis perfectæ: verū ego non extenderem illam conſtitutionem,vt compræhendat etiam iſtum tertium caſum, quando agitur de infligenda pæna:& moueor, quia cum iſta conſtitutio ſit contra ius commune & verſemur in odioſis,nempe in pęnalibus,debet reſtringi quominus lædat ius commune:cogita tamen,quia forſan aliter ſeruaretur:& in caſu,ſuper quo ſcribit Gram. deciſ. 23. dum fuiſſet.nu. 11.& ſeqq.& nu 17.ad fauorem don Cæſaris,ne puniretur pæna ordinaria, erat is Cæſar minor xviij. annis.

554 Si reſpicimus conſuetudinem ducatus Mediolani; concludo idem;quòd maior dicetur, prout de iure cōmuni:nam licet Clar.lib.5.recep.ſent.q 50. in fine principij.loquatur dubitatiue, dicens,quòd defenſio minoris ætatis poſſet fortè ei prodeſſe ad effectum minuendi pænam, tamen pro iſta concluſione loquuntur conſtanter Boſſ.tract.crim.tit de confeſſ.ſub nu.69.& idem Clar. vbi ſupra quæſt. 60. circa principium ibi. aut eſt maior 14 annis.

555 Si reſpicimus motus proprios: concludo ius commune eſſe correctum, ſeu potius declaratum in homicidijs, & correctum in delictis, de quibus in conſtitutione Sixti V. contra bannitos,homicidas &c.ſub dat. Romæ cal.Iulij. 1585.§. duces quoque. nam quantum ad homicidium habemus motum proprium Iulij. II. ibi.ſtatuimus inſuper.fol,mihi 171.qui diſponit, vt homicida dicatur maior, quādo attigerit vigeſimum annum.& motum proprium Pij.IIII.diſponentem, quòd bannitus homicida habeatur pro maiori, ſi exceſſerit annum xiiij. prout iſtos motus proprios conſiderauit etiam Flam.Cart de execut. ſent. capto bann. cap. fin. n.230.& ſeqq.& quantum ad delicta, de quibus loquitur d. conſtitutio Sixti V. is, qui eſt maior xiiij. annis, habetur omnino pro maiori, & propterea ſupra xiiij. annos nulla ætatis ratio haberetur,de qua conſtitutione in iſto propoſito loquitur etiam Flam. Cart. d. cap. fin.ſub num.236.

Circa eiuſmodi ſtatuta,diſponentia de ætate maiori,poteris videre cumulata per Simoncel.trac.de decr. tit.8.inſpect.3.num.23. & ſeqq.fol. 320.

Statuta, diſponentia idem, quod diſponit ius commune, an dicantur Statuta.

Sed,quia ex vna difficultate auulſa, aliæ emergunt, cogor aliam,quam quàndoque habui in facto, referre.
556 Audiſtis quæ ætas dicatur maior ſecundum ſtatuta Vrbis:

Vrbis:scitis pariter,dicta statuta locum sibi vindicare in locis districtualibus;si statuta districtualia non prouident in casibus, in quibus prouident dicta statuta Vrbis,sicut disponunt literæ Gregorij XIII.confirmatoriæ dictorum statutorum: modo extat statutum in aliquo loco districtus; prout scio extare in Abbatia Sublacensi, disponens; quòd casus non determinati in ipso statuto Sublacensi remaneant sub dispositione iuris communis, & de ætate nihil disponit.

Dubium oritur in dicto loco,an ætas minor dicatur secundum ius commune, vel secundum prædicta statuta Vrbis.

Resp.quòd dicitur secundum statuta Vrbis, & non
557 secundum ius commune; † & moueor: quia prædictũ statutũ districtuale de casibus omissis,remãsuris sub dispositione iuris communis, nõ est statutum,sed est ius commune:quia statutũ,disponens idem,quod ius commune sine additione, vel diminutione, dicitur ius commune,& non statutum argumento textus in §. venditæ Instit.de rer.diuis. & scribunt apertè Bal. Perus. tract. de statut.in verbo.ius.num.6.fol. 126. Socc.in l.1. num. 52.vers.septimus & vltimus.ff.ad l.falc.& Foller trac. de censib.vers.vt vides.num.41.fol.160. & nos ex Gomes.retulimus lib.præced.cap.64.sub nu.6. vers.secundo.adde Bal.& Paul.de Castr.in l.ius ciuile.ff.de iustit. & iur.Brun.tract.de augmen. rebusq; additis. concl.4.
558 num.6.vers.pro prædicta.fol.355. † sic quoque ius disponens idem, quod disponebat consuetudo, vt est qñ consuetudo est redacta in scriptis,dicitur consuetudo, & non ius,teste Rocch.Curt.in rub.de consuetud.in præfatione.sub num.7.inter tract. diuers. de statut. fol. 345.vbi testatur hanc esse magis communem.*

Sed statuta Vrbis in hoc corrigunt ius commune,& corrigunt etiam in locis districtualibus: ergo in locis districtualibus non potest obseruari istud ius commune correctum: vel dicamus.

At statuta Vrbis intendunt tollere isto casu ius commune: ergo intendunt tollere etiam statuta districtualia, disponentia idem, quod disponebat ius commune iuxta communem * opinionem, quam sequitur Fely.in cap.1.sub nu.16.vers.solutio licet illi.de rescript.

Nec obstat,quòd contrarium teneant Bar. in l.1.sub num.3.ibi.in contrarium. ff.ad l.falc. Bal.in l.vlt. num. 2. vers. vnde non est. in fine. C. quæ sit long. consuet. And.Barb.tract. de præstan.card.q.1. sub num. 13. ibi. facit etiã.fol.64.in fine.& Henric.Bott.tract. de synod. episc.post par.3.art.1.concl. 10. num. 101. fol. 392. volentes,quòd statutum disponens idem, quod ius commune, dicatur nihilominus statutum.

Quia potest eis responderi,prout respondet Fely.d. cap.1.sub num.15.& 16.vel ipsorum opinio potest habere locum in casibus limitationum, quas ponit Fely. sub d.num.16.vers.limita duodecim modis.quarum limitationum nulla applicatur casui nostro.

Contra tamen illatam consequentiam poteris considerare ea,quæ scribit Socc.in d.l.1. num. 57.vers. circa secundum.& num.58.ff.ad l.falc.& hæc sufficiant.

Filiusfamil.forensis, affinis, vir, vxor & alij quidam an compræhendantur in statuto de compromissis.

559 Quæro de filiofam. an ligetur præfato statuto de compromissis; & an possit compromittere sine consensu patris.

Resp. quòd ego pro nunc remitto vos ad M. Ant. Blanc.tract.de compromiss.3.q.princ.in verbo filiusfamilias.nu. 43. fol. 161. vbi tractat hoc quæsitum:& faciunt,quæ scribit idem,ead.q.3.in verbo pater.nu. 52. fol. 163.

560 Quæro de forẽsi,an ligetur præfato statuto v.g. duo Pistorienses consanguinei litigant Romę,vbi est statutum de compromittendis causis inter consanguineos; Pistorij verò non est.

561 Resp.communem * Doctorum distinctionem esse, vt in ordinatorijs litis attendatur statutum loci,in quo est controuersia: in decisorijs verò statutum domicilij litigantium: quare cum compromissum spectet ad ordinem,vt dixi supra num.526.vers. secundo confirmatur.& non ad decisionem, sequitur, quòd forensis teneatur compromittere, testibus Bal. Perus. Paul. de Castr.& M.Ant.Blanc.quos retuli,& sequutus sum infra nu.651. vers.declara.

Quæro de affine per fornicationem,an comprahendatur in statuto isto,loquente in consanguineis.

563 Resp. quòd non: † quia licet per coitum illicitum contrahatur affinitas cap. discretionem. & ibi Abb. vers.item nota.nu.6.de eo qui cognou. consang. vxor. suæ.tñ est verum solum quoad prohibenda matrimonia,de quibus agit ius canonicum,quod cõsiderat simplicem vnionẽ carnis, & non quoad alios effectus, de quibus agit ius ciuile, quod considerat vnionem carnis,mediantibus nuptijs legitimis,vt declarat Io.And. tract.de affinit.in verbo.ad arborem.sub nu.2. fol.137. & firmãt in terminis huius quæsiti M.Ant.Blanc tract. de compromis.q.3.n.31.fol 157.& Maran.in suo spec. par.6.actu 2.num.33. limit. 17. & faciunt quæ dixi supra in 3.limit.nu.208.& infra quæsit.4.nu. 615. & 616.

564 Si desideras scire quomodo affinitas contracta ex fornicatione dirimat matrimonium solum, quando est in primo,& secundo gradu, & in alijs non; vide concil.Trident. sess.24. in decreto de reformatione matrimonij. cap.4. præterea. & quòd in vlterioribus gradibus matrimonium licitè contrahatur, declarauit Pius V.in bulla super declaratione concilij.

565 Affinis in secundo genere affinitatis an compræhendatur in isto statuto, & qui dicatur affinis in primo genere,& qui in secundo vide infra quæsit. 6. & 7.nu. 619. & 623.

566 Vir,vxor,sponsa,emancipatus, amicus, auctor laudatus, & alij similes an compræhendantur in isto statuto,vide Lanfr.de Orian.tract.de arbitr. diuis.7.q.48. num.96.in fine.fol.223.Blanc.tract. de comprromiss.q. 3.per totam,& Maran.in suo spec.par.6.actu 2.num.2. 3.7. 10. & de procuratore in rem propriam vide, quæ scripsi infra nu.733.vers.secunda cautela, & de cessionario quæ scripsi infra num. 738.

LIMITARET facetus statutum Romanum lib.1.c. 100.de compromittendis causis, vertentibus inter consanguineos vtriusque sexus, vt haberet locum solum in hermaphroditis,quia hermaphroditi sunt,qui habẽt vtrumq; sexum; sicut quidam senex Portugalensis; interpretando c.omnis vtriusque sexus.de pœnit. & remis. quod mandat, omnem Christianũ vtriusque sexus debere saltem semel in anno confiteri propria peccata &c. dicebat, quòd habebat locum solum in hermaphroditis,vt recenset Dec.in cap.ad audientiam. in verbo confessio.nu.30.de rescript.& ex eo Sylu. nupt. lib.5.quomodo iudicandum.sub num.39. fol. 530.

Contra istam limitationem vti iocosam nihil adduco, quia istis ferijs æstiuis recreationis causa conceditur ridiculum aliquod loqui; sed contra Portugalensis interpretationem dico,quòd est temeraria; quia cõtra res fidei nec per iocum aliquid impunè dicere licet, testibus Conr.Brun.tract.de hæret.cap.2. nu. 2. & 13. fol. 71.& copiosius Simanch.de cath. institut. tit. 17. de defens.reor.nu.23.& seqq. fol. 139. vbi ex Gers. refert versum.

Non patitur ludum fama, fides, oculus.

QVAESTIO VI.

Qui eligi non possint in arbitros.

VIdimus hucusque, limitando statutum de compromissis, quæ causæ non sint compromittendæ, & quæ personæ non possint cogi ad compromittendum:nunc;redeundo ad quæstiones principales,intermissas supra sub num.200.quæro quæ personæ non possint eligi in arbitros.

567 Soluendo hãc quæstionẽ;firmo in primis regulam affirmatiuam,quòd quilibet potest esse arbiter,nisi reperiatur prohibitus à iure, prout hanc regulam firmat Tancr tract. de ord.iudic. rub. qui possunt esse arbitri fol.46.& in arbitrio conuentionali Io.Bapt. tract.de arbitr. lib. 4. in præfatione. vers. circa conuentionales.fol.242.& confirmatur ex congestis per Glos. in l. pedius

l. pedius. in verbo. ignominioſus. ff. de recept. arbitr.

568 LIMITA eam primo, vt non habeat locum in ſeruo ead. l. pedius. §. in ſeruum. Io. Bapt. d. lib. 4. cap. 1. fol. 242. vbi extendit hanc limitationē, vt neque poſſit eſſe arbitrator ſuper facto, in quo reperiretur mixtura iuris, & ſublimitat non eſſe veram, ceſſante mixtura iuris; vt puta ſi daretur ei arbitramentum eligendi; quo caſu cum non poſſit peti vlla reductio ad arbitriū boni viri, arbitramentum diceretur conſiſtere in ſolo facto ſine vlla mixtura iuris.

569 LIMITA II. vt non habeat locum in excommunicato, teſte Spec. tit. de arb. & arbitr. §. differt. verſ. item ſecundum eum. num. 10. & hæc eſt opinio communis, * circa quam iude Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 4. cap. 6. fol. 243. vbi impugnando, defendendo, & diſtinguendo adducit multa, quæ breuitati ſtudens non examino, nec refero.

570 Filiusfamilias, clericus, præsbiter ſæcularis, alijque religioſi, deportatus, relegatus, damnatus ad metallum, bannitus, rebellis, accuſatus, inquiſitus, carceratus, hæreticus, apoſtata, ſaracenus, alijque infideles, infamis, vſurarius, mulier, pupillus, adultus, indoctus, furioſus, ſurdus, mutus, cæcus, prodigus, procurator litis, & ſimiles an poſſint eſſe arbitri conuentionales, item arbitratores; vide Tancr. tract. de ord. iudic. rub. qui poſſunt eſſe arbitri. fol. 46. Io. Bap. d. lib. 4. cap. 2. 4. 5. & ſeqq. vſque ad finem. fol. 242. & ſeqq. Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. par. 2. per totam fol. 209. & M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 2. per totam. fol. 146. & ſeqq.

571 Iudex ordinarius, an poſſit eligi in arbitrum, ſeu arbitratorem, vide Abb. in c. cum tempore. n. 5. verſ. nota bene hanc gloſ. de arbitr. Lanfran. de Orian. d. par. 2. ſub num. 11. verſ. tertio quæro. vſque ad num. 15. fol. 209. Blanc. d. q. 2. num. 41. & quæ ſcribunt Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in forma libelli compromiſ. in gloſ. tunc vertentis. fol. 457. & Aſin. in prax. cap. 1. nu. 24. fol. 3.

Secundum ſtatuta Vrbis lib. 1. cap. 100. eligi non debent clerici, vagabundi, & brigoſi, & ſimiles, qui præſumerentur calumnioſe eligi, & ideo eligens, ſi compromiſſum petierit, priuaretur beneficio compromiſſi, ſi verò ſit is, contra quem fuit petitum, priuaretur electione.

QVAESTIO VII.

572 QVAERO vſque ad quem numerum poſſint eligi arbitri.

Reſp. reſolutiuè, in iure non eſſe definitum numerum, & poſſe eligi tam in pari quàm in impari

573 numero; * conſilium tamen eſt, qđ eligantur in impari, vnus ſcilicet, vel tres cap. 1. de arbitr. & ibi Abb. not. 3. ſub num. 1. & Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 6. cap. 13. fol. 254. & regulariter non eliguntur plures, quàm tres Gloſ. in d. cap. 1. in verbo. vnus, & Abb. ſub num. 1.

574 Ratio huius conſilij eſt, quia homines ſunt faciles ad diſſentiendum l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de recep. arbitr. vnde ſi eligantur in numero pari, vt puta duo, ijque omnino diſſentirent, non eſſet dare maiorem partem, & conſequenter fruſtra expectaretur ſententia d. §. principaliter. & præſertim, inquit, Abb. vbi ſupra id euenit, quando eliguntur amici, & confidentes; ſecus eſt quando eliguntur in numero impari, quia tunc ſi non omnes conuenerint, maior tamen pars neceſſe eſt vt conueniat, cui maiori parti neceſſariò ſtandum eſt d. l. item ſi vnus. §. in impari. & cap. 1. de arbitr. extra & in 6. & notant Abb. in d. cap. 1. num. 1. in fine. dicēs, quòd ſicut in iudicibus ſtandum eſt ſententiæ maioris patris, ita etiam in arbitrs, & Io. Bap. d. lib. 6. cap. 13.

575 Circa totam iſtam reſolutionem ſunt aduertenda tria.

PRIMA aduertentia eſt, quòd data æquali diſcordia inter arbitros, poſſunt ipſi arbitri cogi ad eligēdum tertium l. item ſi vnus. §. in impari. ff. de recept. arbitr. Abb. in cap. 1. num. 1. in fine. de arbitr. & Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 6. cap. 14. fol. 254. & vbi arbitri diſcordes ſint in eligendo tertium, iudex eliget, vt ſcribit Io. Bapt. d. cap. 14. verſus finem. & lib. 5. cap. 4. fol. 247.

Praxis circa iſtam aduertentiam eſt, vt tertius eligatur antequàm arbitri proferant laudum, ſeu ſententiam, quia electio, quæ fieret poſt latam ſententiam, non teneret Io. Bap. d. lib. 5. cap. 4. verſus finem. ibi. quid ſi prædicti. fol. 248. & ratio eſt, quia ſententia lata per arbitros diſcordantes eſt nulla, & dicuntur functi officio ſuo Spec. tit. de arb. & arbitr. §. ſequitur. num. 54. verſ. quid ſi ex quatuor. aut ſaltem dubitatur an electio tertij poſt latam ſententiam teneat per ea, quæ ſcribit Abb. in cap. ſuſpitionis. verſus finem. ſub num. 11. ibi. item in arbitris. de offic. & poteſt. iud. deleg. licet ſecus eſſet in arbitratoribus, quia poſſent denuo proferre arbitramentum.

EXTENDE praxim hanc, vt in caſu, quo compromiſſo eſt præfixum tempus arbitris, debeat eligi tertius non ſolum ante latam ſententiam, ſed debet eligi & dicere ſentētiam cum alijs antequàm expiret compromiſſum, quia arbitrorum poteſtas finitur, expirato tempore compromiſſi, vt ex Spec. & Io. Bap. retuli & ſequutus ſum infra num. 717.

Modus procedendi ad electionem tertij eſt, vt pars, quæ laudum deſiderat, ſollicitet arbitros, vt conueniant de laudo ferendo antequàm inſtet lapſus temporis, à quibus cū acceperit, ſe eſſe diſcordes, debet eoſdem ſolicitare vt eligant tertium, in cuius electione, ſi fuerint diſcordes, aut negligentes, poterit adire iudicē, qui eos cogat, vel ut ipſemet iudex; ijs diſcordantibus aut negligentibus, eligat, eoque electo, debet ſolicitare omnes ad pronuntiandum antequàm labatur tempus compromiſſi, vt colligitur ex d. l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de recept arbitr. vel ad tollendas iſtas ambages poſſent partes in ipſo compromiſſo conuenire de tertio in caſu diſcordiæ iuxta ea, quæ ſcribit Io. Bap. tract. de arbitr. lib. 2. cap. vlt. fol. 237. & latius lib. 7. cap. 1. verſ. agitatum eſt. fol. 255.

In foro capitolino ex forma ſtatutorū lib. 1. c. 100 & 185. antequàm expectetur diſcordia, & priuſquam labatur tempus ſtatutarium citatur pars ter ad inſtantiam alterius partis ad dandam liſtam ſuſpectorum, & confidentium, quàm dare tenentur cum inramento, & ſpecificatis nominibus ſuſpectorum: & deinde, data liſta, citatur pars die ſequēti ad videndum extrahi tertium; quòd ſi in liſtis datis reperiatur aliquis nominatus ab vtraque parte pro confidente, is eligitur ſine alia extractione. & liſta non data, iudex eligit x. bonos & doctos uiros, ex quibus vnum ſorte extrahit, & alia fient prout diſponunt dicta ſtatuta.

Coram cōſulibus agriculturæ Vrbis, quando agitur de electione tertij pro extimandis damnis datis, prouident ſtatuta agriculturæ cap. 41 de modo procedendi in damnis datis. vt, facta electione peritorum, eligatur etiam tertius peritus ad voluntatem damnum paſſi, partibus nō ſuſpectus, qui poſſit referre in caſu diſcordiæ.

576 SECVNDA aduertentia eſt, quòd electio tertij facienda in caſu diſcordiæ, vt dictum eſt, loquendo de arbitris, habet locum tam in compromiſſo conuenſionali ſeu voluntario, vt ſcribit Io Bapt. tract. de arbitr. lib. 3. cap. 20. & vlt. fol. 242. lib. 6 cap. 14. fol. 254. & lib. 5. cap. 4. nu. 1. verſus finem. fol. 248. iuncto cap. 9. & probatur ex l. item ſi vnus. §. in impari. ff. de recep. arbitr. quàm etiam in compromiſſo neceſſario, vt ſentit idem Io. Bapt. d. lib. 3. cap. vlt.

TERTIA aduertentia eſt, quòd ſi omnes arbitri, vel ſaltem maior pars cendemnant, ſed diſcordant in quantitate, nihilominus dicentur concordes in minori quantitate; & ideo ſi ex tribus arbitris vnus condemnet in xv. alius in x. & tertius in v. omnes dicentur condemnare in v. quia in maiori ſumma continetur minor l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de recept. arbitr. & cap. 1. de arbitr. in 6. Io. Bap. tract. de arbitr. lib. 9. cap. 15. num. 25. fol. 274. & Lanfr. de Orian. eod. tract. memb. 5. nu. 24. fol. 212. quòd ſi duo condemnent in xv. & vnus in x. præualet ſententia duorum. cap. 1. de arbitr. in. 6. & Io. Bap. vbi ſupra.

Confirmatur iſta aduertentia, quia ſentētiæ, quarum vna condemnat in maiori ſumma, quàm altera dicuntur conformes in illla minori ſumma vt ſcribunt Affl.

decíſ.

decis. 362. fuit maximè num. 3. & Fossanen. decis. 122. tertio procuratore. num. 10. & quòd tres sententiæ non omnino conformes mandentur executioni saltem in eo, in quo sunt conformes refert, & sequitur Gabr. in conclus. lib. 2. tit. de execut. rei iudic. conclus. 1. num. 5. & quòd sententia continens minorem summam sit executioni mandanda, testantur Affl. & Fossan. vbi supra.

Quæsita super quibusdam verbis statutorum.

QVAESITVM I.

Visis limitationibus tàm quoad causas, quàm quoad personas, remanet vt summatim discutiamus nonnullas difficultates occurrentes circa verba statutorum & præsertim statutorum Vrbis.

577 QVAERO igitur qui dicantur consanguinei.

Resp. quòd consanguinitas dicitur quasi sanguinis vnitas à *con* & *sanguine*, quia de communi sanguine descendit, vt describit Io. And. in arbor consang. in principio num. 6. fol. 137. vel describe latius, prout describunt Steph. Cost. num. 9. fol. 132. Prosd. de Comitib. num. 11. 12. & seqq. & num. 16. fol. 141. Io. Cynthel. in principio. fol. 145. & Hier. Mang. cap. 2. in expositione. num. 1. fol. 175. omnes in tract. seu arbor. consangu.

578 Infero ex hac descriptione, quòd etiam coniuncti ex latere materno dicuntur consanguinei: & quòd in materia prælationis ad ius congrui appellatione consanguineorum contineantur etiam coniuncti ex latere materno, scribit Nouel. tract. de iur. prothomis. §. 1.
579 num. 176. fol. 28. † & quòd mater, & auia contineantur appellatione consanguineorum secundum communem vsum loquendi, scribit Bal. in l. suggestioni. vers. sed dubitatur. num. 3. in fine. C. de verb. & rer. signif. quem refert & sequitur Io. Cynthel. vbi supra: & de ista illatione minus posse dubitare videntur qui subijciuntur foro capitolino: quia habent statuta lib. 1 cap 100. quæ loquuntur de consanguineis vtriusque
580 sexus: † fateor tamen quòd proprie loquendo consanguinei dicuntur ij, qui sunt agnati secundum M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q. 3. in verbo. naturalis. sub
581 num. 7. vers. & plus. fol. 154. † & ideo mater & auia, strictè, & proprie loquendo, non comprænhenduntur sub nomine consanguineorum: quia iura sanguinis non sunt apud matrem Bal. vbi supra: Sed quia statuta sunt intelligenda secundum communem vsum loquendi, vt dixi infra nu. 609. & etiam quia ista sunt statuta fauorabilia, vt dixi supra num. 29. ideo stò firmus in illatione.

QVAESITVM II.

582 QVAERO an appellatione consanguineorum comprænhendantur etiam spurij, & naturales non legitimi.

Resp. quòd huic quæsito in terminis huius statuti de quo agimus, sufficienter satisfeci supra limit. 4. num. 214. 233. & seqq. & ideo non replico.

QVAESITVM III.

GRADVS I.

583 QVAERO quomodo computetur gradus in statuto, de quo agimus, mandante causam compromitti inter consanguineos vsque ad talem gradum.

584 Resp. præmittendo, quòd gradus secundum diuisionem quam facit Imperator Instit. de gradib. cognat. est in triplici differentia: primus enim est ascẽdentium: secundus descendentium: & tertius collateralium: & ✻ hanc diuisionem sequuntur communiter * omnes; & est vera in casu successionis, hæreditatumque deferendarum ab intentato, sed in casu compromissi; de quo agimus, commodè resoluitur in duos gradus.

585 Primus gradus dicitur ascendendum, & descendentium; quia vnus non potest constitui sine altero.

Secundus gradus dicitur transuersalium.

Capio primum gradum; & dico, quòd secundum regulam quam tradunt Doctores infra citati, & cõiter ✻ * omnes; numerus graduum sumitur à numero personarum vna dempta: quot enim personæ, vna dempta reperiuntur in linea, vbi quæritur gradus, tot erunt gradus: exẽpli gratia; sunt seu fuerũt filius, pater, auus, pro auus, abauus: dempta persona abaui, remanẽt quatuor personæ, vnde filius & abauus sunt in quarto gradu: nam stipes vacat, & est origo ad principium, & ideo non numeratur; & persona generata est illa, quæ facit, seu adijcit gradum Instit. de grad. cognat. §. hactenus. & c. ad sedem 35. q. 5. Io. And. tract. de consangu. num. 11 fol. 137. late, & ordinate Steph. Cost. tract. de consang. & affin. sub num. 20 & seqq fol. 133. Prosd. de Comit eod. tract. num. 56. & seqq. fol. 142. Io. Cynthel. eod. tract. fol. 147. col. 2. in verbo. regula generalis. Nic. de Vbal. tract. de success. ab intest. in 3. par. nu. 10 in vltimis verbis. & nu. 11. fol. 350. & M. Ant. Cucch. instit. maior. lib. 5. tit. 13 nu. 19. & iuxta hanc regulam ponuntur certi versus, qui sunt relati à Nic. de Vbal. d. 3. par. sub num. 12. fol. 350. & sunt hi.

Personas numera quot sunt tibi, stipite dempto.
Tot gradus remanent, legali iure retento.

Verum ego breuius, & sine ansa dubitandi, vt arbitror, sic regulam constituo: quot sunt generationes, tot sunt gradus: nam si sumamus generationem passiue, prout sumo; stipes non est generatio, ex quo; non numerando generantem; sumimus ipsum vti principium ad generandũ; si verò sumamus actiuè, vltimus generatus non est generatio, quia non numeramus generatum; sicquè habemus regulam breuiorem sine illis verbis, *vna persona dempta*, & sine ansa dubitãdi; quia si numeremus singulas personas, facilè erunt plures personæ, quàm gradus: nam vna ex numeratis potuit habere plures filios, quos tamen quia numeramus vt vnum, ideo arbitratus sum melius dici generationem.

Hæc computatio graduũ seruatur tam de iure cano 586
nico, quam de iure ciuili, vt scribunt Bal. in l. si auie. sub num. 4. vers. in glos. C. de success. ædic. Ant de Rosel. tract. de success. ab intest. num 6. in fine. fol. 359. Nic. de Vbal. & Steph. Cost. vbi supra; & ideo est factus versus, relatus ab eod. Nic. de Vbal. vbi supra.

Per rectum filium concordant vtraquè iura.

GRADVS II.

De iure ciuili.

587 Capio secundum gruadum, transuersalium scilicet, & in eo distinguo inter ius ciuile, & ius canonicum.

Si loquimur de iure ciuili, regula secundum ea, quæ scribunt Glos. Instit. de grad. cognat. in principio. in verbo. à secundo & Aret. ibidem num. 2. in fine. & nu. 3. est, quòd in fratribus non inueniatur gradus, quia stant in linea plana, & in planitie non adest gradus; vnde ad constituendum gradum oportet ascendere de filio ad patrem, qui facient vnum gradum; & deinde quælibet persona, quæ addetur, constituet alium gradum, sicquè frater erit mihi in secundo gradu instar plurium fenestrarum se contingentium: quia ad constituendã vnam fenestram requiruntur duæ columnæ collaterales, sed postea quælibet columna collateralis constitueret aliam fenestram.

Verũ ego firmiorem tradendo doctrinam, constituo duas regulas: prima erit in linea æquali: secunda in linea inæquali.

In linea ęquali regula est, quòd quoto gradu distant personæ à primo communi stipite, toto duplicato distabunt inter se, vt notant Nic. de Vbal. tract. de success. ab intest. in 3. par. sub num. 11. fol. 350. Steph. Cost. tract. de consang. & affin num. 27. fol. 133. & Prosd. de Comit. eod. tract. num. 63. fol. 142.

588 Exemplifica istam regulam in duobus seu pluribus fratribus, & sororibus, natis ex eodem patre: quia sicut quilibet eorum à patre, qui est communis stipes, distabit vnico gradu; sic inter se distabunt duplici gradu, sicquè erunt in secundo gardu, vt patet in num. seq. vers. quomodo.

589 Ex-

589 Exemplifica rurſus in filijs duorum fratrum; quia ſicut vterque eorum ab auo, qui eſt primus communis ſtipes, diſtat in ſecundo gradu; ita inter ſe; duplicato gradu; diſtabũt in quarto gradu; vt patet infra verſ. ſeq.

Quomodo inueniatur gradus communis ſtipitis dixi ſupra nu.585.verſ.capio primum.& quòd fratres, nati ex eodem patre, ſint in ſecũdo gradu, & filij ex duobus fratribus, ideſt patrueles, & ſimiliter conſobrini, nati ex duabus ſororibus, ſint in quarto gradu, vt dixi in exemplificationibus huius regulæ, habes Inſtit.de grad.cognat.§.ſecundo gradu.& §. quarto gradu. & c. ad ſedem.35. q.5.& ſcribunt Bar.in l. iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus.ff.de grad.affin.& in tract.de differ. int.ius can.& ciuil.nu.96.Io.And.tract.ſeu arbor. conſang.num. 14.fol. 137.Steph. Coſt.eod. tract. num.27. fol.133.Io.Cynth.eod.tract.fol.147.col.2.rub.de computatione graduum.Paul.de Caſtr.in l.fin.num.3.C.de ſucceſſ.ædic.Bapt.à S.Blaſ.in contradict.iur.canon.cõtrar.23.fol.185.& M.Ant.Cucch.inſtit.maior. lib.5. tit. 13.nu.20.& 24. & hæc de linea æquali.

590 In linea inæquali regula ſecundum ea, quæ ſcribunt Nicol.de Vbal. tract.de ſucceſſ. abinteſt. in 3. par. ſub num.11.fol.350.Steph.Coſt.tract. de conſang. & affin. nu.30.fol.134.& Io.Cynth.d.tract.de conſang.fol.147. rub.regula ſecundum leges.col.4.eſt,quòd tot ſunt gradus,quot ſunt perſonæ,ſtipite dempto.

Ego verò,vt tollam anſam dubitandi, quam ſubſtuli etiam in regula ſuper gradu aſcendentium & deſcendentium ſic regulam conſtituo: inuento gradu inter æquales, quælibet generatio, quæ addetur conſtituet alium gradum.

591 Exemplifica iſtam regulam in filio nato ex fratre, quia cum ipſi fratres ſint in ſecundo gradu, filius erit patruo in tertio gradu Inſtit.de grad.cogn.§.tertio.

592 Exemplifica etiam in filio fratris mei patruelis ſeu conſobrini:nam cum eius pater & ego ſimus in quarto gradu, ſequitur, quòd filius,qui eſt mihi nepos patruelis,ſit mihi in quinto gradu Inſtit.eod.tit.§.quinto, & hi omnes gradus habentur etiam, & copioſius in l. iuriſconſultus. ff. de grad. affinit.

593 Ratio quare ius ciuile in ſingulis perſonis videatur præfigere gradum, & ſic de perſona ad perſonam eſt, quia conſideat hæreditates, ſucceſſiones,tutelas,& teſtimonia,quæ ſingula proximitatis,ſeu conſanguinitatis effectum conſequi poſſunt in vna perſona, vt conſiderat textus in d.cap.ad ſedem. 35. q.5.

De iure canonico.

594 Si loquimur de iure canonico: concludo, regulam eſſe,quòd tranſuerſales in linea æquali quoto gradu diſtant à communi ſtipite,eodem gradu diſtant inter ſe, vt declarant Io.And.tract.ſeu arb.conſang.nu. 15. fol. 137.Steph.Coſt.eod.tract.ſub nu.26.fol.133. Proſd. de Comit.eod.tract nu.62 fol.142.& Io.Cynth.eod.tract. fol. 147. col 3. rub. regula lineæ æqualis. & Nic. de Vbal.tract.de ſucceſſ.ab inteſt.in 3.par.ſub nu. 11. fol. 350.& communiter omnes:* quare; cum ego diſtem à patre meo in primo gradu; ſequitur quòd eodem gradu diſtem à fratre meo; & ſimiliter cum ab auo meo diſtem in ſecundo gradu, ſequitur quòd alter nepos, qui ſimiliter ab eodem auo diſtat in ſecundo gradu, eodem gradu diſtet à me: & quòd fratres ex eodem patre diſtent primo gradu, & fratres patrueles ſeu conſobrini diſtent ſecundo,ſcribũt Bar.Io.Andr. Steph.Coſt. Io. Cynth. Paul. de Caſtr. Bap. à S. Blaſ. & M. Ant. Cucch. quos retuli & ſequutus ſum ſupra num. 589. verſ.quomodo.

595 In tranſuerſalibus in linea inæquali: quoto gradu alter eorum diſtat à viciniori communi ſtipite,eodem gradu dicetur diſtare à ſuo tranſuerſali: quare cum duo fratres conſobrini, ſeu patrueles diſtent ſecundo gradu ab eorum auo; ſequitur,quòd filius natus ex altero iſtorum conſobrinorum diſtet ab eius patruo tertio gradu: quia eodem diſtat à ſuo proauo, & patruus diſtet ab eo ſecundo gradu, quia ſecundo diſtat ab auo.

596 Ratio huius dinumerationis,quam facit ius canonicum, eſt, quia ius canonicum conſiderat matrimoniũ & matrimonium non poteſt conſiſtere ſine duabus perſonis, quæ reputantur vna; quia erunt duo in carne vna.

597 Ex his duabus regulis iuris ciuilis, & canonici in tranſuerſalibus conſtituo pro maiori breuitate hanc regulam: quoto gradu diſtant ſecundum ius canonicum, eodem duplicato diſtant ſecundum ius ciuile; quia quod ſimplificant canones, duplicant leges; & ideo factus eſt verſus relatus à Nic. de Vbal. tract. de ſucceſſ.ab inteſt. in 3. par.ſub num.12. fol. 350.

Perrectum filium concordant vtraque iura.
Per tranſuerſalem ſuperant legalia iura.

Si cognitionem iſtarum regularum, & graduum fuſius habere deſideras, vide quæ ſcribunt Io. And.& magis ordinatè Steph.Coſt. & Io. Cynth. omnes in ſæpè citato tract. de conſang & affin.

598 Nota obiter in matrimonijs contrahendis,quòd data diſparitate gradus, vt in exemplo patrui & nepotis,de quo dixi ſupra num.595.verſ.in tranſuerſalibus, attenditur gradus remotior, eiuſque expreſſio ſufficit in diſpenſatione, ſicut declarauit Pius V. ſuper expreſſione gradus.&c.die 20.menſis Auguſti.1566. quæ declaratio fuit conformis iuri communi: quia de iure communi quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite,toto diſtant inter ſe vt ſcribit Steph.Coſt.tract.de conſang. & affin.num.29.fol.134. ſeu quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtat & à quolibet per lineam deſcendentium ab eo iuxta c.fin.& ibi not. de conſangu. & affin. & notata per Nic. de Vbal. tract. de ſucceſſ. ab inteſt in 3. par. ſub num. 11. fol. 350.& latius Io.Cynth.tract.de conſang. fol. 147. col. 4. rub. regula lineæ inæqualis.

Nota vltimo, cognitionem graduum eſſe admodum vtilem propter hæreditates,& ſucceſſiones iuxta l. iuriſconſultus. ff.de grad. affin. Gloſſ. in verbo. neceſſarium.Inſtit.de grad. cognat.& Steph. Coſt. tract. de conſang.num.1.fol.132.

Gradus conſanguineorum an ſit computandus ſecundum ius ciuile,vel ſecundum ius canonicum in ſtatuto loquente de gradu.

599 Retenta iſta differentia inter ius ciuile, & ius canonicũ circa graduum numerationem, & accedendo ad tertium quæſitum,de quo ſupra nu.583.

Dubitatur quodnam ius ſit attendendum in ſtatuto loquente de gradibus.

Reſpondeo, ex dictis Doctorum colligi duas opiniones.

600 PRIMA opinio diſtinguit, vt in ſtatutis epiſcopalibus fiat computatio graduum ſecundum ius canonicum:& in non epiſcopalibus, ſeu non eccleſiaſticis fiat ſecundum ius ciuile;dummodo non agatur de gradibus pertinentibus ad matrimonia: hancquè opinionem tenuit Io.And.in addit.ad Spec. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ.ſed an filij.ſub nnm.13. verſ. ſed fuit alia quæſtio. quem referunt, & ſequuntur Ant. de Roſel. tract. de ſucceſſ.ab inteſt.num.101.fol.363. Proſd.de Comit.tract.de conſangu. q. 10. num.74.76. & ſeq.fol. 143.& fidelius Rolan.Paſſeg.tract. de ſucceſ. ab inteſt. ſub num.22.fol.357.

601 SECVNDA opinio eſt,quòd in gradibus, ſpectantibus ad matrimonia,computatio fiat ſecundum ius canonicum;in reliquis verò, videlicet in ſucceſſionibus, delationibus tutelarum, ferendis teſtimonijs contra conſanguineos,compromiſſis faciendis, alijſque, fiat & attendatur computatio ſecundum ius ciuile; ſicut ſcribunt Ant.de Roſel.tract.de ſucceſſ. ab inteſt. num. 7. fol.359.Nic.de Vbal.eod.tract.in 3. par. num. 11. in fine. fol.350. Bar.in d.l.iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus.ff. de grad. affin. & conſ. 224. an fratres. num. primo. lib. primo dicens, quòd fratres ſunt in quarto gradu quoad punitionem maleficiorum, & compromiſſa facienda. Aret. Inſtit.de grad.cognat.§.hactenus. num. 3. ibi. quæro ſi ſtatutum. & Bar. d. conſ. 224. &

Bal. in l. si auiæ. sub num. 4. vers. sed hic quæro. & vers. econtra. C. de success. ædict. dum firmant, quòd statutum de non eligendo consanguineo vsquè ad quartum gradum ad aliquod officium, intelligitur facta computatione gradus secundum ius ciuile Alber. Brun. tract. de statut. art. 5. num. 20. fol. 170. dicens, quòd etiam in terris ecclesiæ computantur gradus secundum ius ciuile in omni materia, præterquàm matrimoniali: &
✻ ista opinio communiter * tenetur, & probatur ex textu in cap. ad sedem. 35. q. 5.

602 Ratio secundum Bar. d. cons. 224. est, quia gradus propriè numerantur à iure ciuili, & non à iure canonico: quia cum gradus sint ad similitudinem scalarum, ius canonicum impropriè numerat gradus per saltum: sed verba statuti sunt strictè & propriè intelligenda, vt dixi infra num. seq.

Alia ratio, quam considerat Aret. vbi supra, est, quia cum statutum sit ius commune illius loci, meritò recipit interpretationem secundum ius commune.

603 EXTENDE hanc secundam communem opinionem, vt procedat etiam si communis vsus loquendi sumeret gradum secundum ius canonicum: quia nihilominus in statuto esset sumendus secundum ius ciuile: & moueor; quia verba statuti sunt strictè & propriè intelligenda ad notata per Alber. Brun. tract. de stat. art. 8. sub num. 42. fol. 199. Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. in princ. sub nu. 6. fol. 207. Rol. à Vall. tract. de dot. quæst. 103. num. 4. fol. 390. & quæst. 106. num. 24. vers. tertio. fol. 393. & Greg. Rhamn. in qq. super affin. num. 36. fol. 183.

604 Confirmatur ista extensio: quia statutum, excludens matrem à successione filij intestati, non habet locum quando filius decessit intestabilis, vt puta quia erat pupillus, furiosus, sub patria potestate, vel in alio statu, in quo non poterat facere testamētum Bal. super vsib. fœud. tit. de success. fœud. sub num. 6. vers. modo quæro. Alber. de Ros. tract. de stat. par. prima. quæst. 44. fol. 8. Anch. in solemni repetit. cap. primi. canonum. quæst. vlt. princip. in verbo. quid dices de patruo. de constit. & multi alij relati per Corn. cons. 336. constat. sub num. primo lib. primo. & per Alber. Brun. tract. de stat. art. 8 quæst. 12. sub num. 42. & 43. ibi. & hanc opinionem. fol. 199. vbi pro ista opin. ex antiquis citat Petr. de Bellap. Rayn. Cyn. & Nic. de Neap. & hanc es-
✻ se magis communem * opin. refert & sequitur Alex. in l. generaliter. in principio. C. de instit. & substit. &
✻ quòd sit magis communis testatur etiam Alber. Brun. d. art. 8. sub num. 45. fol. 200. & esse veram & communem, à qua nemo discrepat testatur Lud. Bologn. in addit. ad Matthesil. tract. de success. ab intest. in 3. membro primi articuli. num. 5. in fine. fol. 323. & multos pro ista confirmatione reperies congestos à Gabr. in conclus. lib. 6. de stat. concl. prima. vers. contrarium. num. 2. 4. & 7. vbi sequitur istam confirmationem.

Ratio huius opinionis ea est: quia verba statuti sunt propriè accipienda, vt scripsi supra num. 603.

605 * sed intestatus, propriè loquendo, intelligitur is, qui cum posset testari: non est testatus. l. prima. ff. de suis & legit. Rolan. Passeg. tract. de success. ab intest. sub nu. primo. fol. 355. Paul. Leon. tract. de substitut. versus finem. num. 437. fol. 317. Bologn. in addit. ad Matthesil. vbi supra. & omnes in diuersis locis.

606 Confirmatur secundo: quia in statutis conditis à iurisperitis verba non sunt accipienda grosso modo; & secundum communem vsum loquendi idiotarum Bal. vbi supra. & facit textus in l. 56. si dictum fuerit. ff. de euict. ibi: *non tamen vt vulgus opinatur.* nec quæras l. legitimi. seu l. deindè. quas citant Rom. & Natt. infra citati: quia incipit. si dictum fuerit. & quòd verba prolata à legis conditoribus, seu à iure intelligantur secundum interpretationem legalem notat Alber. Brun. tract. de statut. art. 6 num. 13. fol. 177.

607 CONTRARIAM sententiam de diametro cōtra præmissam extensionem sensit Bar. cons. 13. quæritur vtrum gradus. num. 3. lib. 2. dicens, quòd si communis vsus loqnendi in Ciuitate Lucana esset, vt gradus intelligeretur secundum ius canonicum non esset fortè absurdum reducere statutum ad intellectum vsus, & consuetudinis.

608 Confirmatur ista contraria sententia contrarijs confirmationibus: nam contra primam confirmationem habemus opinionem contrariam: videlicet, quòd illud statutum, loquens de intestato, habeat locum etiam in intestabili sicut tenuerunt Bar. in d. l. prima. ff. de suis & legit. Rom. cons. 32. visa municipali constitutione. sub num. primo. 2. & 4. vers. quid ergo. dicens opinionem Bartoli contra Bal. esse veriorem. Natt. tract. de stat. q. 4. num. 4. in fine. num. 5. & 6. fol. 257. Campeg. eod. tract. q. 43. num. 189. fol. 269. Addit. ad Rol. Passeg. tract. de succes. ab intest. num. 5. vers. concludo. fol. 355. adde Petr. de Anch. Ang. Petr. de Vrbeueteri. Paul. de Castr. & Bar. in pluribus consilijs, quos omnes citat Alber. Brun. tract. de stat. art. 8. quæst. 12. sub num. 41. ibi. & hanc partem. fol. 199. & sequitur sub num. 45. fol. 200. dicens, quòd putat hanc opinionem tutiorem, & magis amicam veritati. & hanc esse ma-
✻ gis communem * opin. testatur, & sequitur Corn. cons. 75. quanquam. sub num. 5. versus finem. & dicto cons. 336. sub num. primo. col. 4. ibi nec etiam obstat. lib. primo. & certè vrgent pro ista opinione ea, quæ scribit Alber. Brun. d. art. 8. quæst. 12. sub num. 44. & 45. fol. 199. & multos pro hac opin. congerit Gabr. dicto lib. 6. de statut. concl. prima. num. primo. Quare, vt vides, opinio illa adducta in confirmatione, est multum controuersa, & adeo quòd Saly. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. reliquit cogitandum. & Aret. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. relatis opinionibus nihil concludit.

609 Contra secundam confirmationem habemus similiter contrarium, videlicet quòd in statutis debeat attendi communis vsus loquendi, vt scribunt Bar. d. cons. 13. Rom. dicto cons. 32. sub num. 4. ibi secundo quia non est verum. Foller. in pragm. de cens. in verbo. cum misterio. num. 6. fol. 154. & Rol. à Vall. tract. de dot. q. 106. num. 22. & 23. fol. 393. & sentit Lud. Bologn. ad Matthesil. in dicto 3. memb. num. 5. in fine. & num. 6. fol. 323. & alij quos congerit, & sequitur Gabr. dicto lib. 6. de statut. concl. prima. num. 8. vers primo limita. dum in interpretando statuto, loquente de successione intestati, tenet attendendum esse communem vsum loquendi in loco statuti. & quòd sit attendendus vsus & consuetudo loquendi, & non proprietas verborum retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 64. sub num. 6. vers. quid dicendum ex gloss. Bar. Ias. Io. Roy. & alijs. & quòd communis vsus loquendi debeat attendi in statutis, in diuinis scripturis, in priuilegijs, in rescriptis, in cōtractibus, in vltimis voluntatibus in materia exorbitāti, & præualeat omni propriæ significationi, & in statutis, etiam si extaret statutū, vt statuta intelligerentur ad literā, siue vt iacent. copiosè Tiraq. de retraict. lignag. § 2. nu. 5. 6. & 15. fol. 163. & 195.

610 RETENTA extensione pro vera, super qua tamen cogita.

DECLARA restringendo eam primo, vt non procedat quando statutum esset conditum ab idiotis, quia tunc certi iuris est, quòd verba statuti acciperentur secundum communem vsum idiotarum Rom. dicto cons. 32. visa municipali. nu. 4. vers. quid ergo & ita
✻ tenent cōmuniter * omnes, nemine discrepante; quia verba sunt intelligenda secundum mentem proferētis.

611 DECLARA II. vt non habeat locum quando materia est fauorabilis: quia tunc verba extenderentur ad communem vsum loquendi secundum ea, quæ, argumentando in illa quæstione de statuto excludente à successione intestati, scribunt Aret. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. sub num. 5. ibi sed ipse dominus. Alber. Brun. dicto art. 8. quæst. 12. sub num. 43. ibi. sed si essemus in materia fauorabili. fol. 199. vnde cum istud statutum sit fauorabile, vt dixi supra nu. 29. concluderem contra extensionem.

612 Sed ad tollendam istam controuersiam laudabiliter statuta exprimunt quo iure velint computari gradum, sicut exprimunt statutum Vrbis lib. primo cap. 100. & statutum, de quo scribit Blanc. tract. de compromiss. quæst. prima. num. 17. fol. 140. quæ disponunt vt computetur secundum ius canonicum: & pragmat. Regni Neap. odia: quæ inter coniunctos, quæ exprimit vt computetur secundum ius ciuile.

613 EX-

613 EXTENDE II. eandem ſecundam communem opin. de qua ſupra num. 601. verſ. ſecunda. vt habeat locum etiá in inueſtituris, & conceſſionibus emphytheoticis, factis alicui pro ſe & poſteris vſque ad quartum gradum, quia etiam in eis gradus ſumeretur ſecundum ius ciuile etiam ſi eſſet emphytheoſis eccleſiæ, vt refert & ſequitur Aret. Inſtit. de grad. cognat. §. hactenus. ſub num. 5.

614 EXTENDE III. vt habeat locum etiam in promiſſionibus de non offendendo: quia adhuc gradus ſumeretur ſecundum ius ciuile, niſi aliter ſit expreſſum in promiſſione, prout notarij communiter ſolent exprimere gradum computandum de iure canonico: & moueor pro iſta extenſione ex allegatis ſupra in illa ſecunda opin. nu. 601. & in ſpecie ex Bar. in conſ. 224. ibidem citato, dum loquitur de punitione maleficiorum.

Nota obiter, quòd ſtante ſtatuto, vt cauſæ conſanguineorum vſque ad quartum gradum compromittantur, non ſatis eſt ſi teſtes deponerét litigatores eſſe cóſanguineos, niſi declarauerint etiam gradum Tiraq. de vtroque retrac. §. 1. glo. 16. nu. 6. verſ. illi autem.

QVAESITVM IIII.

615 QVAERO, quid ſit affinitas.

Reſp. quòd affinitas ſecundum canones eſt proximitas proueniens ex coitu, carens omni parentela, vt deſcribunt Io. Andr. Steph. Coſt. Proſd. de Comit. & Io. Cynth. citati infra num. ſeq.

Intelligo coitum, vt intelligit Io. Cynth. videlicet tàm maritalem, quàm fornicarium, ſiue monſtruoſum, & ſiue fiat cum dormiente, ſiue cum vigilante, ſiue ſpontè, ſiue coactè, dummodo tamen debito modo, & ordine, videlicet intra clauſtra pudoris, ſecus ſi pollutione, & extra: Dicitur omni carens parentela ad differentiam conſanguineorum, qui habent ſtipitem, à quo deſcendunt, ſed affines non habent aliquem certum ſtipitem præter Adam.

616 Secundum leges affinitas eſt proximitas prouenieńs ex nuptijs, ſeu ex coitu maritali tantum, vt deſcribunt Io. And. tract. de affin. in verbo. ad arborem. num. 1. fol. 137. Steph. Coſt. eod. tract. nu. 1. fol. 134. Proſd. de Comit. eod. tract. nu. 1. 2. & 3. fol. 143. & Io. Cynth. in arbor. conſang fol. 150. col. 1. rub. de diffinitionibus affinitatis. qui recenſet quatuor definitiones, quas non tranſcribo.

QVAESITVM V.

617 QVAERO quomodo computetur gradus affinitatis.

Reſpondeo affinitatem non habere propriã computationem graduum, quia gradus affinitatis computantur ſecundũ gradus conſanguinitatis: quoto enim gradu eſt mihi conſanguineus meus, qui cognoſcit aliquam mulierem, eodem gradu affinitatis erit mihi mulier cognita: item quoto gradu eſt mihi aliqua mea conſanguinea, eodem gradu in affinitate erit mihi ille, qui illam cognoſcit, ſicut declarant Io. And. tract. ſeu arbore affinitatis. nu. 7. fol. 137. Proſd. de Comit. eod. tract. ſub nu. 20. & 28. fol. 144. Steph. Coſt. eod. tract. ſub nu. 5. ibi. quoto gradu. fol. 135. & Io. Cynth. eod. tract. fol. 150 col. 4. rub. de gradibus affinitatis. dicens quòd gradus affinitatis propriè nulli ſunt. & hanc concluſionem tenent communiter * omnes ſine vlla controuerſia: affinitas ergo recipit gradum à conſanguinitate ſicut Luna recipit lumé à Sole: quare ſi frater meus ducat vxorem, illa vxor erit mihi affinis in primo gradu, quia frater meus eſt mihi conſanguineus in primo gradu: vnde verſus.

Mutat nupta genus, ſed generata gradum

618 DECLARA iſtam concluſionem vt licet conſanguinei vnius coniugis efficiantur affines gradatim quilibet in ſuo gradu alteri coniugi; tamen conſanguinei vnius coniugis cũ conſanguineis alterius coniugis nullam contrahunt affinitatem: & ideo pater & filius poſſunt matrem & filiam ducere in vxores, & duo fratres poſſunt ſuſcipere duas ſorores, vt ſcribit Spec. tit. de conſang. & affin. verſ. ad eorum autem. ſub num. 4.

QVAESITVM VI.

619 QVAERO quotuplex ſit genus affinitatis.

Reſp. quòd eſt triplex.

PRIMVM genus eſt quando coniungitur per carnis copulam perſonæ conſanguineæ meæ, vt in caſu præcedentis quæſiti; quia illa perſona efficitur mihi affinis in primo genere affinitatis, ſicque illa perſona, quæ adiungitur, mutat genus attinentiæ, ſed non gradũ: quia remanet in eo gradu, in quo eſt illa, cui adiungitur, ſed iſta erit in attinentia affinitatis iuxta relatum verſum: *mutat nupta genus*. exempli gratia: mea neptis, quæ eſt mihi in ſecundo gradu cóſanguinitatis, coniungitur matrimonio cum Titio: Titius efficitur meus affinis in primo genere affinitatis, & in ſecundo gradu.

SECVNDVM genus eſt: quando vir, qui fuit, vel eſt mihi affinis in primo genere affinitatis; vt in relato exemplo primi generis; coniungitur alicui alteri mulieri: tunc illa altera mulier, quæ adiungitur meo affini, efficitur etiam ipſa mea affinis in ſecundo genere affinitatis.

TERTIVM genus eſt: ſi mulier, cognita à meo affine, cognoſcatur ab alio, tunc ille alius erit mihi affinis in tertio genere affinitatis: quia nupta ſemper mutat genus iuxta illum verſum, relatum ſupra: ſicut hæc tria genera declarant Gl. in c. non debet. in verbo. in ſecundo. de conſang. & affin. Io. And. tract. ſeu arbore affinitatis. nu. 6. ibi. genus affinitatis. fol. 137. Steph. Coſt. nu. 5. & 6. fol. 135. Proſd. de Comit. ſub num. 21. fol. 144. & Io. Cynth. fol. 151. col. prima rub. regula primi generis. & rub. regula ſecundi & tertij generis.

QVARTVM & vlterius genus adderetur, ſi vlterius ab alijs cognoſceretur, vt ſcribit Proſd. de Comit. d. num. 21. in fine.

620 DECLARA extendendo vt prædictæ affinitates, & genera contrahantur non ſolum per copulam matrimonialem, ſed etiam per copulam fornicariam, vt ſcribunt Steph. Coſt. d. tract. de affinit. ſub nu. 6. ibi. quoad ſcdm. fol. 135. & Io. Cynth. d. rub. regula primi generis.

621 NOTA obiter, expedita iam indagatione graduum; quòd licet in matrimoniis contrahendis, data diſparitate graduum, attendatur gradus remotior, vt dixi ſupra nu. 598. verſ. nota obiter. tamen in attinentiis non eſt ita: quia ſi quis haberet plures attinentias cum ea, quam vellet ducere in vxorem, omnes attenderentur, eſſentque exprimendæ.

622 Quòd in vna perſona poſſint cadere plures attinentiæ, patet ex caſu compręhenſo illis verſibus, quos pueriles aiunt, & refert Spec. d. tit. de conſang. & affin. in fine. num. 8.

Nate, nepos, frater, dixit puero ſua mater,
Verum dicebat, ſi quis ſcit ſoluere, ſoluat.

nam erat filius, nepos, & frater genitricis: & genitor erat pater, auus, & auunculus: & caſus eſt iſte. Filius ignoranter habuit acceſſum ad matrem, ex qua ſuſcepta eſt filia: idẽ filius ignoráter duxit illam filiã in vxorem, ex qua natus eſt filius nomine P. mater ergo dicebat: nate, quia erat eius filius: nepos, quia ipſius pater erat frater dictæ matris, cũ ipſa & eius maritus eſſent vterini, nati ex eadem matre, & ideo erat nepos, quia erat filius ſui fratris vterini: frater, quia erant paterni, cum & mater, & P. eius filius eſſent procreati ab eodé patre. Erat iſte genitor pater: erat etiam auus, quia P. erat natus ex eius filia: erat etiã auũculus, quia erat natus ex eius ſorore, cum eſſent vterini, vt dixi. & hæc ſint dicta obiter, & ſufficiant.

QVAESITVM VII.

623 QVAERO: nunquid ſtatutum, diſponens, vt cauſæ compromittãtur inter affines, habeat locum in affinibus in 2. genere affinitatis.

Reſpondeo, quòd Doctores iuerunt in diuerſas opiniones.

Prima opinio, q̃ videtur vti anteſignanus cõſtituiſſe Paul. de Caſtr. in l. qui ſe patris. n. 11. ibi. & iſtud dictũ. C. vnd. lib. quẽ referunt & ſequi videntur Iaſon. in l. 4. §. prætor ait. ibi. & per hoc refert. num. 5. & 6. ff. de in ius voc. & Tiraq. tract. de ceſſante cauſa. in verbo. affinitatis

nitatis.num. 34.verſ.tamen.fol. 3.eſt quòd ſtatutum cõprehendat iſtos affines: quia eſt ſtatutum fauorabile, quod ſicut extẽditur ad agnatos largo modo ſumptos; ita etiam debet extendi ad affines in ſecundo genere affinitatis: & ita refert Paul. de Caſtr. ſe conſuluiſſe: & quòd ſtatutum de faciendis cõpromiſſis inter agnatos ſe extendat ad agnatos largo modo ſumptos, probant Bal. & Paul. de Caſtr. qui eum refert, & ſequitur in d.l. qui ſe patris. num. 10. ex eo, quòd per emancipationem tollitur ius agnationis inter patrem & filium, & à fortiori inter nepotem, qui naſceretur ex filio poſt emancipationem, & tamen ſtatutum præfatum adhuc haberet locum inter eos. 624

Secunda opinio eſt in contrarium, quam videtur tenuiſſe Iaſ. in d.l. qui ſe patris. verſ. item adde. num. 59. dicẽs, quòd ipſe putat, opinionem Pauli de Caſtr. non eſſe veram; quia inquit, dato quòd pater & filius emancipatus ſint agnati impropriè, tamen remanet effectus agnationis inter eos, videlicet quoad legitimam tutelam, & legitimas ſucceſſiones: ſed affinitas in ſecundo genere caret omni effectu etiam reſpectu matrimonij contrahendi; & hanc opinionẽ Iaſonis ſequitur & cõprobat Greg. Rhamn. in qq. ſuper affin. num. 34. & ſeqq. fol. 182. & quòd affinitas in ſecundo genere careat omni effectu etiam quoad matrimonium ſcribunt Gl. in cap. non debet. in verbo. in ſecundo. de conſang. & affin. Io. And. in tract. ſeu arbore affinitatis. verſ. genus affinitatis. nu. 6. fol. 137. Steph. Coſt. num. 12. in fine. fol. 135. Proſd. de Comit verſ. quarto quero. nu. 20. fol. 144. Io. Cynth. fol. 151. col. 1. rub. regula ſecundi, & tertij generis. & Iaſ. d. num. 59. in fine. & eſt caſus in d. cap. non debet. de conſang. & affin. 625

Tertia opinio, quam tenuit M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 3. in verbo. affinis. nu. 30. fol. 157. diſtinguit duas ſpecies, ſeu caſus affinitatis in ſecundo genere. 626

Primus caſus eſt, quando affinitas eſt contracta ex duplici copula: vt puta in vxoribus duorum fratrum, quæ dicuntur affines in ſecundo genere affinitatis, vt ſcribunt Gl. in cap. non debet. in verbo. in ſecundo. & ibidem Abb. num. 10. de conſang. & affin. & M. Ant. Blanc. vbi ſupra; nam vxor fratris mei eſt mihi affinis in primo genere & in primo gradu affinitatis: ergo vxor mea ex quo adiungitur mihi, qui ſum affinis dictæ vxoris fratris mei, erit affinis dictæ vxori fratris mei in ſecundo genere affinitatis: & è contra vxor fratris mei erit affinis vxori meæ in ſecundo genere affinitatis eadem ratione: videlicet, quia vxor mea eſt affinis fratri meo in primo genere & gradu: ergo mulier quæ copulatur affini vxoris meæ, qui eſt meus frater, efficitur affinis vxori meæ in ſecundo genere: Et in iſto caſu M. Ant. Blanc. d. num. 30. verſ. circa hanc. ibi. ſecundo caſu. tenet primam opin. cum Paul. de Caſtr. & ratio eſt; quia licet in iſtis duabus vxoribus ceſſet affinitas propriè ſumpta, tamen militat in eis ratio ſtatuti. 627 628

Confirmatur iſta opinio, & ratio illius; quia vir & vxor ſunt duo in carne vna, & ideo iniuria facta vxori cenſetur facta marito: Ergo litigando vxores eſt ac ſi litigarent mariti. 629

Confirmatur ſecundo: quia procurator in rem ſuam poteſt vti conſanguineus cogere aduerſarium ad compromittendum, licet non poſſet is, cuius eſt factus procurator in rem propriam iuxta cautelam, quam ex Ia. Butr. Alber. de Roſ. Matth. & M. Ant. Blanc. retuli & ſequutus ſum infra num. 734. Ergo à fortiori debent poſſe mariti, qui ſunt tanquam procuratores in rem propriam, cum fortunia & infortunia ſint communia, & ideo vocantur conſortes; & ne mutuo amore ſe ſpolient eſt interdicta eis donatio. 630

Secundus caſus eſt; quando affinitas eſt contracta ex vna copula, vt puta; quia maritus conſanguineæ meæ, mortua dicta mea conſanguinea, duxit aliam vxorẽ, quæ propterea efficitur mea affinis in ſecundo genere affinitatis iuxta declarationem, quam notaui ſupra num. 619. verſ. ſecundum; Et iſto caſu M. Ant. Blanc. dicto num. 30. verſ. circa hanc. tenet opinionem contrariam; quia in iſto caſu ceſſat omnis ratio ſtatuti. 631

Contra hanc Blanci diſtinctionem ſentit Gregor. Rhamn. in dictis qq. ſuper affin. ſub num. 37. 38. & 39. fol. 183. Sed quicquid ipſe dicat, non recedas à præfata diſtinctione: quia eſt vera, æqua, communis, & optimis rationibus fulcita.

QVAESITVM VIII.

Caſus I.

QVAERO; an arbitri electi à partibus cogantur acceptare compromiſſum.

Reſpondeo diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt, quando arbitri ſunt electi ex forma ſtatuti, prout eiuſmodi ſtatuta extant in pluribus locis.

Secundus eſt, quando ſunt arbitri voluntarij electi ſine vlla neceſſitate, ſed ex mera voluntate partium.

Capio primum, quando ſunt electi ex forma ſtatuti: Et iſto caſu concludo, quòd poſſunt cogi ad acceptandum; quia hi arbitri electi habent iuriſdictionem, vt dixi ſupra nu. 6. 7. & 8. & dicuntur veri iudices, vt dixi ibidem. † vnde ſicut munus iudicandi eſt neceſſitas. l. munerum. §. iudicandi. ff. de muner. & honor. ita etiam hoc munus arbitrandi: & hanc concluſionem tenent Felyn. in cap. paſtoralis. num. 7. ibi. eſt alius caſus in arbitris ſtatutarijs. de off. & poteſt. iud. deleg. Benedic. de Vad. in addit. ad Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. in principio ſub num. 16. fol. 207. & M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 1. num. 31. fol. 143. qui citat etiam Imol. & Barb.

Comprobatur iſta concluſio à ſimili: quia arbitri, qui eliguntur reſpectu ſuſpectorum, coguntur acceptare munus arbitrandi Gloſ. in cap. ſuſpitionis. in verbo. ad quos omnia. de offic. & poteſt. iud. deleg. Felyn. vbi ſupra num. 7. ibi. eſt alius caſus in quo arbiter peccat: & M. Ant. Blanc. d. num. 31. verſ. præterea.

LIMITA hanc concluſionem, vt non procedat quoad eum arbitrum, qui ex acceptatione compromiſſi poſſet pati aliquod damnum; quia is compelli nõ debet M. Ant. Blanc. d. q. 1. nu. 32. fol. 143. & Addition. ad Lanfranch. vbi ſupra.

LIMITA II. vt non procedat in vrbe, quia ſtatuta ipſius lib. 1. cap. 100. diſponunt, vt arbitri compromiſſarij cogi poſſint, poſtquàm acceptauerint compromiſſum: ergo à contrario ſenſu ſentiunt, quòd ante acceptationem cogi non poſſint.

Nec obſtat, ſi dicamus, quòd ſumendo iſtud argumentum à contrario ſenſu, induceretur correctio iuris in eo, quòd non poſſent cogi ante acceptationem, cum de iure communi poſſint cogi in caſu ſtatuti, vt dixi ſupra in concluſione.

Quia reſpondeo argumentum à contrario ſenſu poſſe ſumi in ſtatutis etiam ſi ſequatur correctio iuris, quando ſtatutum in ſenſu directo nõ operaretur, quia potius eſt toleranda correctio iuris communis, quàm ſuperfluitas. auth. ex teſtamento. iuncta l. 1. & ibi Doct. C. de collat. Marſ. in rub. num. 19. C. de probat. Crauet. conſ. 201. præſupponitur. ſub num. 13. verſ. ſed verba ſtatuti. & late Albert. Brun. tract. de ſtatut. art. 7. num. 5. fol. 195. ſed hoc ſtatutum eſſet ſuperfluum & ſeruiret de vento, dum diſponit, quòd poſtquam acceptauerint poſſint cogi ad iudicandum: quia arbitri electi ex neceſſitate ſtatuti coguntur de iure ad acceptandum compromiſſum, vt dixi, & multò magis ad iudicandum poſtquam acceptauerint, † imò poſtquam acceptarunt coguntur etiam ſi fuerint arbitri voluntarij ad notata per Abb. in cap. 1. ſub num. primo. de arbitr. Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. cap. 3. ſub num. 1. fol. 247. & Lanfr. eod. tract. in principio num. 16. fol. 207. Ergo debet poſſe ſumi argumentum à contrario ſenſu.

Contra iſtam limitationem facit: quia ſi arbitri non poſſent cogi, ſequeretur hoc vnum magnum inconueniẽs, quòd fruſtra cogeretur pars ad compromittendũ: quia ſemper eligeret arbitrum, quem poſtea rogaret, ne com-

ne compromiſſum acceptaret: & ideo teneo contra iſtam limitationem, quòd etiam in caſu ſtatuti Vrbis poſsint cogi.

632 Non obſtant rationes adductæ pro limitatione: quia reſp. illa verba ſtatuti, ex quibus ſumpſimus argumentum à contrario ſenſu, non ſtare diſpoſitiue, ſed præſuppoſitiuè; ſeu nauatiue ſicut loquendo de alio ſtatuto Vrbis dicit Rot. diuerſ. deciſ. 246. domini pro maiori parte nu. 7. par. 1. & quando ſtatuta operantur in eo, quod principaliter intendunt, ex reliquis quæ circa diſpoſitionem contingéter proferunt, nullatenus ſumendum eſt argumentum: quia non habent vim diſpoſitionis ſtatutariæ. Et quòd verba prolata, quæ ſupponunt aliud nihil diſponant ſuper eo, quod ſupponunt, tenet Rot. deciſ. 23. alias. 346. de procur. in antiq. dicens, quòd ſi quis conſtituat procuratorem ſine poteſtate ſubſtituendi, & poſtea releuet eum & eius ſubſtitutum, vel ſubſtituendum ab onere ſatiſdandi, non cenſetur propterea dediſſe ei facultatem ſubſtituendi: quia iſta verba releuationis loquuntur in ſuppoſito, & ideo non diſponunt in ſe ipſis: hancquè deciſ. referunt & ſequũtur Fely. in cap. ſedes. col. 2. ſub nu. 5. verſ. intellige tripliciter. de reſcript. & Rot. diuerſ. deciſ. 507. propoſita. nu. 2. par. 1.

NON recedo à limitatione, quæ ſeruatur practicabiliter in foro capitolino, & comprobatur ex eiſdẽ ſtatutis cap. 185. de conſultore eligendo. lib. 1. vbi apparet, quòd conſultor electus ex forma, & diſpoſitione dicti cap. 185. & ſimiliter tertius inter arbitros diſcordantes iuncto cap. 100. eod. lib. non cogitur inuitus eſſe arbiter, & tamen eliguntur ex forma ſtatuti.

Caſus II.

633 Capio ſecundum caſum, quando ſunt electi ex mera voluntate partium: Et iſto caſu concludo, quòd arbitri non cogũtur acceptare compromiſſum l. 3. §. tamet ſi. ff. de recept. arbitr. Abb. in cap. 1. ſub nu. 1. de arbitr. Ioan. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. in præfatione. ibi. ſecundum probatur. fol. 247. & hoc non habet difficultatem.

634 RESTRINGE iſtam concluſionem, vt non habeat locum quando iudex videret ex lite futurum aliquod ſcandalum, ſeu malum: quia tunc poſſet ſtringere conſanguineos litigantium ad acceptandum compromiſſum, vt ex Caccialup. Rol. & aliis retuli & ſequutus ſum ſupra q. 1. nu. 19.

QVAESITVM IX.

635 QVAERO quando arbiter dicatur acceptaſſe compromiſſum.

Reſp. acceptationẽ fieri dupliciter, expreſsè ſcilicet, & tacite: expreſsè fit qñ arbiter eſt præſens compromiſſo, & expreſsè ſuſcipit onus arbitrandi: tacite fit: quando compromiſſum fit apud acta, & arbiter electus eſt præſens, & tacet: quia tunc præſumitur acceptaſſe: idem dico ſi fieret extraiudicialiter, & eſſet coniunctus, vel magna amicitia aſtrictus ei, pro quo eſt electus arbiter: quia tunc niſi contradicat, præſumitur acceptare ratione conſanguinitatis, ſeu amicitiæ: vide ad hoc Io. Bapt. tract de arbitr. lib 5. cap. 3 ſub nu. 2. ibi. dicamus ergo. & ſub n. 3. fol. 247. Lanfr. de Orian. eod. tract. ſub nu. 18. verſ. reuertendo & nu. 19. & ſeqq. fol. 207. & M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. inter cõiunct. q. 1. nu. 36. fol. 143. & 144.

QVAESITVM X.

636 POſtremo. Statutum mandat conſanguineos poſſe cogi ad cõpromittendũ, vt de diuerſis ſtatutis ſcripſi ſupra. num. 27. quæro hic à quo, & quomodo ſit facienda iſta coactio.

Reſp quòd fiet ab ordinario per ea, quæ ſcribit Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. cap. 11. fol. 250. dicens ibidem verſus finem, quòd quotidie practicatur in iſtis compromiſsis, vt partes detineantur per iudicem in carceribus, vel palatijs, denegando eis victum, & ſtratum, vel excommunicando eos, vt iſtis remedijs inducant eos ad compromittendum; Ego verò circa iſta remedia ſeu modos cogendi diſtinguerem, vt in caſu, quo deueniendum eſſet ad compromiſſum ex neceſſitate ſtatuti, iudex eligat arbitrum ex officio, prout loquendo de æſtimatoribus ſcribit Io. Bapt. d. cap. 11. in fine. & hoc iure vtimur hic in Vrbe, quia ſi alter cõſanguineus ſit contumax in eligendo arbitrum, iudex eligit ex officio: qui arbitri ſic electi ſine alio compromiſſo poſſunt procedere, & terminare de iure; quia habent iuriſdictionem à ſtatuto; In caſu, quo deueniendum eſſet ad compromiſſum ex diſpoſitione iuris communis ſuper articulo ſuſpitionis, dicerem idem. In cauſu verò quo deueniendum eſſet ad compromiſſum de iure & de facto ſuper tota cauſa iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 18. & 20. vtrobique in fine. iudex poſſet denegare audientiam actori contumaci renuenti, & reo renuenti defenſionem: & quando vterque eſſet contumax poſſet deputare arbitratorem ex officio, vel vti prædictis remedijs mulctatiuis, inchoando ſemper à leuioribus.

Dubia in materia compromiſsi.

DVBIVM I. SPECIES I.

ATtingo modo alia dubia circa materiam compromiſsi, quæ mihi viſa ſunt magis cõmunia, & ideo

637 etiam frequentiora, † & primo ſupponamus, quòd compromiſſum euanuit; quia arbitri non ſententiarunt intra tempus ipſis præfixum ad ſententiandum: altera pars inſtat compromiſſum reiterari: altera renuit reiterari: dubium eſt, an renuens poſsit cogi ad reiterandum compromiſſum.

Reſpondeo, diſtinguendo duas ſpecies compromiſſi.

Prima ſpecies dicitur comprom iſſum voluntarium, Secunda dicitur compromiſſum neceſſarium, quia fit ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti.

Capio primam ſpeciem: & concludo quòd non poteſt cogi ad reiterandum compromiſſum, hancque concluſionem tenet aperte M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 7. num. 42 verſ. limita præmiſſam fol. 184. & eſt indubitanter de mente Baldi in l. vnica nu. 40. q. 4. verſ. dic contra. C. de his, quæ pæn. nom. Soc. conſ. 221. viſa & diligenter num. 4 lib. 2. & Dec. conſ. 93. pro tenui. ſub nu. 3. verſ. 3. quòd. dum firmant, quòd compromiſſo ſemel facto ex diſpoſitione hominis, & expirato, non poteſt pars cogi ad iterum compromittendum: eſt etiam de mente Speculatoris in tit. de arbitr. & arbitr. §. excipitur. verſ. ſed quid ſi fuerit. num. 3. dum firmat, quòd ſi in compromiſſo fuerit actum, quòd dies compromiſſi prorogetur, ſemel tantum, inquit, poteſt prorogari & Speculatorem referunt, & ſequuntur Socc. Dec. & M. Ant. Blanc. in locis ſupra proxime citatis. Alex. conſ. 70. viſo conſilio num. 2. in fine & 3. lib. 2. & Fely. in cap. 2. ſub num. 3. verſ. diſpenſatio ad duo. de treug. & pac.

638 Confirmatur iſta cõcluſio: quia ſi fideiuſſor promiſerit repræſentare reum, & ſemel repræſentauerit eſt liberatus, & non tenetur iterum repræſentare Felyn. in d. cap. 2. ſub num. 7. verſ. licentia de. ingrediendo. ibi. promittens repreſentare. Marſ. in pract. crim. §. quoniam. num. 11. & ſeqq. Boſſ. tract. crim. tit. de carcer. fideiuſ. commit. num. 35. & communiter omnes in diuerſis locis prout de communi * teſtatur Farin. in qq. crim. lib. primo quæſt. 34. de carcer. &

639 carc. ſub num. 153. limit. 14. † imò ſi promiſerit repræſentare toties, quoties requiſitus fuerit, ſeu iudici placuerit, adhuc non tenetur niſi ad duplicem repræſentationem ſecundum opinionem quorundam, de qua ſcribunt Alex. conſ. 145. quoniam abunde num. 2. & 3. lib. 2. & Boſſ. vbi ſupra & ſequitur Marſ. in d. §. quoniam num. 11. in fine, & num. 12. & eſt de mente Baldi. in l. fideicommiſſa §. ſiquis 10. ff. de leg. 3. dum ſcribit, quòd verba multiplicatiua, in infinitum prolata, verificantur in bino actu, vt infinitas euitetur.

640 Sed contra iſtam opin. quæ fuit Angeli tenuerunt Alex.vbi ſupra,& alij citati per Farin. d.q. 34. à num. 161. vſque ad num. 165.vbi concludit,iſtam opin.contra Ang. quòd teneatur in infinitum repręſentare, eſſe magis communem: * ſed ego nihil firmo, quia hic non eſt noſtra materia.

641 Confirmatur deniquè ex regula generali, quòd ſimplex ſermo verificatur in prima vice l. boues §.hoc ſermone,& ibi Doct.& præſertim Tiraq.ff.de verb.ſignif. quam regulam multis caſibus exornant Felyn.in dicto cap. 2. num.2. verſ.tene etiam menti. & nu. 3. & ſeqq. dicens ſe apoſtilaſſe apoſtillantes in d.§. hoc ſermone, quia habebat copiam omnium moderniſſimorum, & apoſtillatorum in ſua bibliotheca, rerum omnium curioſiſſima.Gab.tit.de legib.& conſtit.concluſ.2. num.1. & ſeqq.latè Tiraq.in d. §.hoc ſermone.num.1. & ſeqq. fol.mihi 208.in 4.tom.

642 Secunda concluſio contraria; videlicet quòd poſſit cogi ad iterum compromittendum; ſuadetur duplici argumento:& primo,quia quælibet diſpoſitio hominis dubia recipit interpretationem à iure communi iuxta ea,quæ in alio propoſito ſcripſi infra cap.9.n. 1683.ibi. falſa quoque & nu.1684. & ſeqq. ad eum. & ratio eſt: quia quod eſt definitum in iure,habetur pro iuſto:ergo ad illud eſt recurrendum:ſed ius quando cogit ad compromittendum, cogit etiam ad reiterãdum vt patet ex his,quæ ſcripſi infra nu.672.

643 Secundo, quia compromittere & alienare habent tantam analogiam, quòd valet argumentum ab alienatione ad compromiſſum vt ex Rom.Dec.Pariſ.Rol. à Vall.Menoch & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 284. verſ. confirmatur.

644 Sed res non alienabilis, & ſemel alienata contra prohibitionem teſtatoris remanet perpetuo alienabilis l.pater §.quindecim & ibi Doct.ff.de leg.3.Iaſ. in l.prima ſub num.63. verſ. ſecundo iuxta.ibi.pro qua omiſſis.ff.de offi.eius cui &c.Curt.Iun.tract.de fœud. par.2.quæſt.4.principali verſ. ſecundo adducunt.num. 5.fol.53. Fab.de Mont.tract. de empt. & vendit.quæſt. 4. principali quæſt.22.verſ.quinta concluſio. ſub num. 42. fol. 51. Caſſad.deciſ.8. fuit etiam. ſub num.1. de reſcript. Redoan. tract. de reb. eccleſ. non alien. rub. 33 caſ.6.num.1. & ſeqq. & ad literam ſub num. 4. fol. 455. Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 4. de attent. lite pendente num. 485. fol. 312. Menoch. tract. de arbitr.q.54.num.24.& communiter *omnes in diuerſis locis, ex quo fundamento Doctores citati inferunt ad multas quæſtiones, quas non congruit hic referre.

Ergo res, ſeu cauſa ſemel facta compromiſſibilis debet perpetuo remanere compromiſſibilis, donec ſit terminata.

645 RETENTA prima concluſione, à qua non recedas: EXTENDE eam,vt procedat etiam in compromiſſo,quod ab initio eſt voluntarium, ſed deinde efficirur neceſſarium;& moueor, quia, vt refert & ſequitur Tiraq.in d.§.hoc ſermone.limit.15.n.10.verſ. certè huic. fol.242. ſi ſemel expirauerit compromiſſum,quod hæres fecit in aliqua cauſa ex iuſſu teſtatoris,non cogitur vlterius compromittere.& licet Tiraq.eam afferat rationem, quòd diſpoſitio hominis verificatur in prima vice, ego tamen,inhærendo concluſioni, dicam, quòd licet iſtud compromiſſum fiat neceſſariò ex diſpoſitione teſtatoris, tamen teſtator non cogebatur, & ideo quoad originem, quæ debet attendi, eſt voluntarium.

Species. II.

646 Capio ſecundam ſpeciem, quando compromiſſum eſt neceſſarium: Et concludo, quòd poteſt cogi ad reiterandum compromiſſum, ſicut tenent Bald. in l. veluti.ſub l. ſi quis §. hæc vox.in fin. ff.de eden. & in dicta l. fideicommiſſa §.ſi quis x. in fine ff. de leg. 3. & conſ. 362. primo videndum eſt.num. 2. ibi. ſolutio lib. 5. dicens, quòd ſi primum compromiſſum eſt finitum, debet iterum compromitti, quia non eſt ſatisfactum ſtatuto.Rom.conſ. 504. in caſu propoſitæ.num. 1. & 4. Socc. d. conſ. 221. num. 3. ibi. ſed quando ex diſpoſitione legis. Alex.conſ.70.viſo conſilio.ſub num. 2. ibi. quòd ſi ſtatutum.lib.2.Dec.d.conſ.93.pro tenui.ſub n. 3. ibi tertio quod licet. Felyn. in dicto cap. 2. num. 13.verſ.fallit quinto.de treg. & pac. & alij quos refert & ſequitur M.Ant.Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt. 7.num. 41. fol. 184. & vltra eos Math. in pragm. odia quæ.linea 30. col. 1.ibi.adde quod hæc conſtitutio.fol. mihi 421. Maran. in ſuo ſpec.part.6. act. 2. num. 4. ibi tertio amplia. & Rot.diuerſ. deciſ. 867. romana hæreditatis.num.3 & 4.par.3.lib.3.& ſic iſta opinio eſt proculdubio communis * & ſeruatur in praxi.

Ratio huius opinionis eſt triplex. prima quia non eſt ſatisfactum intentioni ſtatuti, quod intendit dirimere lites inter coniunctos, vt ſcribit Bal. & apertius M. Ant. Blanc. vbi ſupra. ſecunda quia iſtud ſtatutum eſt fauorabile. tertia quia lex ſemper loquitur, vide M. Ant.Blanc.loco citato.

Contra iſtam communẽ opinionem facit;quia iſtud ſtatutum corrigit ius commune, ſiquidem de iure communi partes non coguntur compromittere ſecundum ea,quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 12.

Ergo cum corrigat in hoc uno, quòd cogit ad compromittendum,non debet corrigere in hoc alio, quòd cogat ad geminandum, ſeu reiterandum compromiſſum; quia, vt dixi ſupra, ſtatutum eſt interpretandum,quòd corrigat in vno, & non in duobus.

647 Hoc non obſtante; non recedas à firmata concluſione; quia hoc contrarium procedit, quando ſumus in dubio de mente ſtatuti; ſecus quando ſumus certi de mente ſtatuti ex verbis ipſius, vel ex coniecturis, vt in caſu noſtro: nam ſtatuti intentio eſt tollere lites conſanguineorum in curijs,& palatij; quas non tolleret,niſi cogeret ad reiteranda compromiſſa: item procedit contrarium, quando natura ipſa ſtatuti non repugnat;ſecus qñ repugnat vt in caſu noſtro;nam cũ virtus ſtatutį & legis ſit ſemper loqui l.arriani. C. de hæret.Blanc.vbi ſuprà, & ſit diſponere nõ ſolũ ſuper vno caſu,ſed toties quoties opus fuerit, vt refert,& ſequitur Matth.in dicta pragm.odia quæ.linea 42. & ſeq. nõ poteſt recipere iſtam interpretationẽ, vt ſemel cogat.

648 AMPLIA iſtam concluſionem vt poſſit cogere non ſolum ſemel, bis, aut ter ad renouandum compromiſſum, ſed toties quoties opus fuerit,donec cauſa ſit terminata,& ita eſt de mente præfatorum doctorum, licet his apertis verbis non loquantur, & ita apertè loquutus eſt Maran. d. actu 2. num. 4. dicens, quòd ſi millies expiraret compromiſſum, millies deberet renouari, & iterum compromitti.

649 RESTRINGE nunc firmatam ampliationem vt non procedat ſecundum ſtatuta Vrbis lib.1.cap.100. in fine. in illis verbis: *poſſit autem, & tertio, & non vltra compromiſſum peti*, ex quibus verbis, vt vides, non põt cogi in infinitũ, ſed ſolum vſque ad tres vices.

650 DECLARA iſtam reſtrictionem, vt procedat ſolum in his, qui ſunt ſubiecti foro capitolino, & ad illud trahuntur, ſecus in alijs, qui non ſunt ſubiecti illi foro; & propterea adirent alios iudices; quia iſti nec pro vna vice coguntur ad compromittendum, ex quo ſtatutum de compromiſſis eſt ordinatorium,vt ex Paul. de Caſtr. Corn. Dec. & alijs retuli; & ſequutus ſum ſupra num. 526. ibi. & hoc ſtatutum. Et ſtatutum

651 ordinatorium † ligat ſolum litigantes in foro ipſius ſtatuti ordinatorij, & non alios, qui non litigant in illo foro Bald. Peruſ. tract. de ſtat. in verbo.forum num. 4. fol.115.Paul.de Caſtr. conſ. 320. quòd in cauſa appellationis. num. 5. verſ. præterea. lib. 1. dicens, quòd ſi duo Piſtorienſes conſanguinei litigant Florentiæ, vbi extat ſtatutum de compromittendis cauſis, coguntur compromittere,quamuis Piſtorij non habeant iſtud ſtatutum, & ex Paulo de Caſtr. refert, & ſequitur M. Ant.Blanc. tract.de compromiſſ.q.3.principali.in verbo.clericus.ſub nu.12. verſ.& pro parte. fol. 158. & in verbo.forenſis.nu.45.fol. 161. ſicque ſtatutum Piſtorij non ligat Piſtorienſes in ordinatorijs,ſi litigent in alio foro,& ſtatuta Vrbis quoad proceſſum, & ordinẽ, ſeu modũ procedendi non ſeruãtur niſi in foro capitolinos ſed in alijs tribunalibus Vrbis, & in locis diſtrictus ſeruantur vel ius commune, vel ſtylus, vel ſtatutũ par-

652 ticulare; † & hoc eſt; quod ſcribunt Bar. in l. conſuetudinis. num. 39. verſ. trigeſimo quarto. & Bald. in l.1.num.12. verſ.item dicit C.quæ ſit long. conſuet.

Alb.de

Alb. de Ros. tract.de statut. par.1.q.31.fol.7. & par 2. q.8. fol. 31. Vant. tract.nullit. rub. de nullit. ex defect. process.num.56.fol.415.& alij communiter * in diuersis locis,dũ, præsuppositis tribus diuersis statutis, seu consuetudinibus circa ordinatoria : vna in loco actoris, alia in loco rei,& alia in loco iudicij, resoluunt, attendendam esse eam, quæ est in loco iudicij;& hanc esse omnium * conclusionem, quòd statuta loci iudicij ligent etiam forenses quoad ordinem procedendi, scribit M.Ant.Blanc in d. verbo,forensis.num.45.vers. circa hanc. fol.161. pro qua resolutione facit conclusio, quam tenui infra cap. 5. num. 189. dum firmaui, quòd sunt attendendæ feriæ loci, in quo vertitur lis, ex quo feriæ respiciunt ordinem iudicij, & non decisionem causæ.

653 CAETERVM in decisorijs statutum non ligat forenses litigantes in foro ipsius statuti Achil.de Graf. decis. 1.statutum. num. 4.& 5.de constitut. & Rot. diuers.decis. 673.domini fuerunt. par. 1. quæ & si verbis non loquatur de decisorijs, tamen casus, quem decidit, est in decisorijs, & cùm non liget, attendi debet decisio statuti illius loci, in quo litigantes contraxerunt vt ex pluribus retuli, & sequutus sum infra sub num. 655. vers.confirmatur.seu decisio statuti loci, in quo delictum est commissum si agatur de delicto, seu loci, in quo sita est res, de qua ageretur secundum ea, quæ scribit Alber.de Ros citatus supra & infra sub d.n. 655.vers.confirmatur. & deficiente contractu, seu delicto, attenderetur statutum loci, cui litigans ex origine, seu domicilio est subditus.

654 SVBDECLARA id,quod supra num.651.diximus, attendi, & obseruari statuta ordinatoria loci in quo lis agitur, vt procedat quoad ordinem iudicij, vt sumus loquuti, secus quoad habilitatem, seu inhabilitatem contrahentium, quia attenditur statutum, cui contrahens est subiectus, & ideo si persona contrahensis sit inhabilitata à statuto, cui est subiecta, isque erat ad contrahendum extra territorium, contractus adhuc est inualidus.

Ratio est, quia statuta loquentia in personam afficiunt personam subditam extra territorium Achil. de Graff. decis. 2. statutum num. 3 de constitut. fol. 2. & maximè si statutum sit fauorabile, vt scribunt Paris. cons. 99. inherendo num 56. & 57. lib. 1. concludens, quòd statutum, fauorabile minoribus,est attendendum quamuis minor contraheret extra territorium. Gabr. qui alios citat in conclus. lib. 6. de statut. concl.8.in principio. ponens regulam, quòd statutum fauorabile, inhabilitans personam, habilem de iure communi ad disponendum vel in vltima voluntate,vel inter viuos, operatur etiam si persona prohibita subdita ipsis statuentibus contrahat, vel disponat in vltima voluntate extra territorium ipsorum statuentium.

655 RESTRINGE istam subdeclarationem in eo, quod diximus, attendi statutum, cui est subiectus contrahens, vt non procedat quando illud statutum non inhabilitat personam, sed inhabilitat contractum, qui fieret sine solemnitatibus statuti; quia tunc non attenditur hoc statutum,sed attenditur statutum loci,in quo celebratur contractus secundum ea, quæ scribunt Caputaq. decis.283. donatio.par. 1.quæ est duplicata decis.206. statutum vrbis. par 3. dicens, fuisse in Rota * annullatam donationem, factam in Vrbe à forense sine insinuatione requisita à statuto Vrbis. Cæs de Graf. decis.2.alias 150.num 16.de donat.fol.226.qui referendo, & sequendo communem * opin. scribit, forensem ligari in respicientibus solemnitatẽ contractus. Achil. de Graff.decis.2. statutum.num.4.ibi.sicut quantum.de constitut. fol. 2.dicens, quantum ad contractum attendi locum contractus. Gail in pract. obseruat lib. 2. obseru. 123. qui late ostendit, quòd sufficit in contractu fuisse adhibitas solemnitates loci contractus. & Gabr.d.concl.8. limit 4.nu.22.firmans [pluribus ad id citatis] quòd contractus,celebratus extra territorium sine solemnitate statuti,cui contrahens erat subiectus; est validus.

Cõfirmatur ista restrictio, quia in decisorijs semper attenditur locus seu consuetudo loci contractus secundum ea, quæ scribunt Bar.in l.consuetudinis.num. 39. vers. trigesimoquarto quæro. Bal.in l. 1. num. 12. vers. item dicit C.quæ sit long. consuet Alber. de Ros. tract. de stat. par. 1.q.31. sub num.2.fol 7. & par.2.q.8. num. 2. in fine. fol. 31. Paul.de.Castr.cons.320.quòd in causa appellationis. versus finem.sub num. 5. lib. 1. Socc. cons. 271. in præsenti consultatione.num.7.ibi. qui volunt. lib.2. Vant.tract.null.rub. de nullit. ex defec.process.num.56.fol.415.& communiter * omnes in diuersis locis, & ideo non attenditur statutum fori secundum ea, quæ retuli & sequutus sum supra num. 653. nisi in loco fori sit initius contractus per ea, quæ hic dixi.

Contra istam restrictionem tenet Ruin. quem citat Gabr.d.concl.8. num. 23. & tenet Bertach. tract. de gabel. par.6. princip. q.5. num.9.in fine.fol. 63 dicens se in capitolio Vrbis iudicasse, quòd fœmina de Viturchiano non potuit ire ad conficiendum testamentũ in ciuitate Viterbij sine solemnitatibus statuti Viturchiani,idest sine consensu propinquorum.

RETENTA restrictione.

SVBRESTRINGE eam, vt non sit vera,quando quis iret ad cõtrahendum extra territorium in fraudem, quia talis contractus non teneret secundum ea, quæ refert & sequitur Gabr.d.concl.8. num. 22. & 24. & in terminis huius subrestrictionis potest sustineri sententia, quam protulit Bertach.supra citatus.

656 EXPLICA hoc nomen forensis in casu, de quo loquimur, vt forensis dicatur etiam si forensis possideret bona in loco,vbi litigatur, quia nihilominus in decisorijs non ligaretur statuto illius loci, vbi litigaret secundum ea,quæ refert Crauet.cons. 201.præsupponitur.sub numero. 10. 16.& 18.nisi verba statuti essent directa in rem iuxta ea, quæ scribit Brun. tract.de statut. art.6.num.5. & 6.fol.176.quare, redeundo ad propositum, si statuta ligant forenses quo ad ordinatoria : ergo statuta propria eatenus ligant subditos in ordinatorijs, quateuus in foro proprio litigent, & non aliter.

657 INFERO ex hac declaratione de qua supra nu. 650. quòd & si in aliquo loco districtus desit statutum de compromittendis causis, tamen ille locus non ligatur statuto Vrbis : quia istud statutum de compromissis respicit ordinatoria:Infero etiam quòd si in aliquo loco districtus extat statutum simpliciter de compromissis, tamen quia non ligatur præfato statuto Vrbis ordinatorio, poterit in illo loco peti compromissum vltra tres vices, & in infinitum secundum dispositionem iuris communis.

658 LIMITA eandem declarationem circa compromissum vt non procedat de consuetudine, quia de consuetudine seruatur hic in Vrbe idem,quod est dispositũ per statuta, & sic non solum coram Iudicibus capitolinis, sed etiam coram a ijs iudicibus peti posset compromissum inter sanguine coniũctos, sicque istud statutum meretur potius vocari consuetudo Vrbis redacta in volumine statutorum iuxta illud, quod ex Rocch. Curt. retuli, & sequutus sum supra num. 558. sed illationes illatæ supra num.præced.remanet in suo robore.

659 RESTRINGE II. eandem ampliationem, quã posui supra num. 648. vt non habeat locum in Regno Neapolit. quia ibi fuit per totum Consilium votatum nemine discrepante, vt refert Afflſ. decis. 46. dicit regia prag. num.3. in fine, quòd si bis fuit factum compromissum, & expirauit, non debet iudex tertio compellere partem ad compromissum vigore dictæ pragmaticæ, &,quòd sic seruauerit idem Consilium, testatur ibidem Thom. Gram. in addit. dicens sic seruasse in causa propria ipsius Thomæ Gramm. hancque restrictionem comprobat Vrsill. ibidem in annot.sub nu. 2.ibi. sed dicas. declarans, posse cogi quoties fuerit expiratum compromissum, quando statutum, quod mandat fieri compromissum non præfigit tempus arbitris ad sententiandum, secus quando præfigit tempus, vt præfigit dicta pragmatica odia quę inter coniunctos. quia isto casu secundum eosdem Afflſ. d.decis. 46. & ibidem Vrsil. sub num. 2. non potest cogi, nisi bis.

660 Contra istam restrictionem sentiunt apertè Matth.

d.pragm.

d. pragm. odia quæ inter coniunctos. linea. 30. & seqq. ibi. adde quòd hæc. fol. 421. & Maran. in suo spec. par. 6. actu. 2. sub num. 4. vers. tertio amplia. vbi approbat dictam decisionem Afflicti quatenus habeat vim legis in Regno, sed non aliter, & sic censeo istam restrictionem non esse iuridicam, sed tamen esse seruandam in Regno propter decisionem sacri Consilij.

DVBIVM II.

661 ARbitri tulerunt sententiā intra tempus sibi præfixū in cōpromisso à partibus, seu à statuto: pars condemnata apellat, & petit à iudice causam iterum compromitti: appellatus renuit compromittere, sed instat procedi coram iudice ad quem.

Dubitatur, an causa sit iterum compromittenda.

Resp. videbatur prima facie dicendum, quòd sic maxime si semel tantum fuerit factum compromissum. & moueor pro ista opinione; quia statutum, mandans fieri compromissum, intendit prouidere, ne consanguinei cogantur litigare per palatia M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q. 7. sub num. 41. ibi. prima adducta fol. 184. vel intendit obuiare odijs, quæ ex litibus facile oriuntur: sed si post latam primam sententiam possent adire iudices, & coram eis litigare; intentio statuti redderetur elusoria, quia adhuc cōsanguinei litigarent per palatia, seu adhuc, remanente inter eos lite, possent oriri odia. ergo concludendum est, quòd coguntur rursus compromittere, donec fuerit causa iudicata per tres conformes, vel inducta sit res iudicata.

Contraria opinio est vera, nimirum, quòd vbi lata fuerit vnica sententia super negotio principali, cesset statutum, vt ex Bal. retuli & sequutus sum supra num.
662 60. † & moueor pro ista contraria opinione, quia statutum de compromissis faciendis non habet locum super re, seu negotio claro, & liquidato, testibus Corn. cons. 290. quod fuerit iuste. num. 4. lib. 1. & cons. 65. quoniam præsens consultatio. sub num. 5. ibi. & in specie lib. 4. Abb. infra citatus. Io. Bapt. & M. Ant. Blanc. quos retuli, & sequutus sum infra num. 665. ibi, ✻ & quòd propterea. &, quòd ita communiter * teneant Doctores, testatur M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 4. princip. in verbo. causa clara. sub num. 3. vers. contraria fol. 165. & ratio est aperta; nam si compromissum est inuentum ad breuiandas lites. ergo non debet habere locum in rebus claris, in quibus non
663 potest esse lis. † & hoc in tantum est verum, vt Io. And. in cap. exposita. num. 3. Ant. de Butr. nu. 7. vers. oppono quòd non. Abb. sub num. 3. ibi. & tenuit Host. de arbitr. Alex. cons. 119. queritur ergo. nu. 4. lib. 2. & alij ✻ communiter * in d. cap. exposita. fræti auctoritate illius textus, & Dec. & Becc. à nobis citati supra num. 94. scribant, compromissum factum super rebus decisis per sententiam esse nullum, quia compromissum est transactio quædam, sed transactio fit solum super re dubia, & non super re certa & clara: ergo idem dicendum est in compromisso.

664 Sed res, seu negotium dicitur clarum, & liquidatum, quando est lata sententia: ergo lata sententia non potest pars cogi ad iterum compromittendum: Quòd res dicatur certa, & clara post latam sententiam & hic est difficultas; probatur 1. quia sententia non fertur nisi post instructam causam, & post conclusum, sed, quando causa est instructa, & est conclusum; quæstio remanet solum in puncto iuris, & super quæstione iuris pars non cogitur compromittere, quia in iure omnia sunt liquida, & clara, vt in isto proposito ex Bal. Alex. Maran. & alijs retuli & sequutus sum supra
665 num. 62. † & quòd propterea quis non cogatur compromittere post conclusum in causa: quia tunc res dicitur certa, & liquida, scribunt Corn. cons. 290. quòd fuerit iuste. num. 2. versus finem. vers. his tamen. & num. 4. lib. 1. Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 5. cap. 13. vers. facit etiam fol. 250. M Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 5. vers. publicato processu. num. 4. fol. 176. & in verbo. conclusio in causa. nu. 5. versus finem. fol. 177. & q. 4. princip. sub num. 3. vers. nec obstat. fol. 165.
666 Secundo prbatur: quia probationes post conclusum in causa faciunt notorium iuris, vt ex Ant. de Butr. Abb. Gramm. Affl. Paris. & alijs retuli & declaraui lib. præcedenti cap. 76. sub num. 8. vers. si sumus in secundo. ergo etiam ante latam sententiam dicitur res clara.

Tertio probatur quia, si hęc sunt vera quando est facta conclusio, multò magis sunt vera quando est lata sententia: quia tunc non solum est euidens factum,
667 & remanet propterea articulus iuris, sed est sententiatum super ipso articulo iuris † &, quòd post latam sententiam non possit peti compromissum in causa appellationis, consuluit Paul. de Castr. cons. 320. quòd in causa appellationis. num. 1. & 2. lib. 1. quem referunt, & sequuntur M. Ant. Blanc. d. q. 5. in verbo. in appellatione. num. 6. fol. 177. & Maran. in suo spec. par. 6. actu. 2. limit. 15. num. 31. motus alijs rationalibus, quas poteris videre.

668 Ad adducta pro prima contraria opin. resp. quòd eiusmodi lites, quæ consistunt super puncto iuris, liqui dato facto, non habetur in consideratione, ex quo cito terminari possunt; & ideo dicimus, quòd prefatu statutum non habet locum, quando agitur de instrumento, seu alia scriptura publica, testibus Lanfr. Maran. & Blanc. quos retuli, & sequutus sum supra num. 86. nec attendimus, quòd iudicia, lites, & executiones instrumentorum fiant per palatia.

DVBIVM III.

669 DVbitatur. Compromissum est expiratum, sentētia nō lata: vna partiū instat renouari in persona eorundem arbitrorum; alia pars consentit renouationi, sed in persona aliorum arbitrorum eligendorum.

Dubium oritur, an sit eligendi alij arbitri.

Resp. distinguendo duos casus principales.

Primus est: quando arbirri sunt effecti inhabiles, impediti, seu suspecti.

Secundus est: quando non sunt effecti tales.

Capio primum casum; Et cōcludo, quòd sunt eligendi alij arbitri, & ratio, qua moueor, est duplex. 1. quia etiamsi tempus compromissi non esset lapsum, tamen si arbitri, seu alter eorum efficeretur inhabilis, vt puta quia efficiatur excommunicatus, monachus, diu absens, inimicus, amicus, seu affinis; compromissum anullatur, vt in singulis istis casibus scribit M. Ant. Blāc. tract. de compromiss. q. 7. in verbo. infamia. & seqq. num. 22. 25. & seqq. fol. 183. & 184. & sic intelligo Spec. tit. de arb. & arbit. § fin. vers. sed pone quòd vnus. sub num. 30. dum scribit, quòd si vnus ex arbitris ingrediatur monasterium non cogitur pronunciare: &, quòd compromissum expiret quando arbiter est effectus inhabilis, concludit Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. part. 2. num. 16. & 17. fol. 209. & ratio rationis est, vt per eundē Lanfr. sub d. num. 17. quia compromissum deuenisset ad eum statum, à quò incipere non posset: & quod dixi compromissum annullari, intelligo parte opponente, secus ça tacente, quia valeret, vt scribit Blanc. d. q. 7. nu. 24. fol. 184. vbi testatur de com- ✻ muni * contra Abb. secunda ratio est, quia inhabiles non possunt esse arbitri: ergo non debent denuo confirmari; qui autem sint inhabiles latè tractant Io. Bap. & M. Ant. Blanc. quos citaui supra num. 570. & iste casus non habet difficultatem.

670 CAPIO secundū, quando non sunt effecti inhabiles neque suspecti: Et tunc distinguo alios duos casus.

Primus: quando ptopter negligentiam arbitrorum seu arbitri causa non est expedita, & sententiata.

Secundus est: quando non est expedita propter negligentiam partium, vel propter aliud impedimentum.

Si sumus in primo: concludo honestum esse, quòd eligantur alij arbitri: & moueor; quia negligentia iudicis est iusta occasio, vt causa auocetur ab eo, prout, loquendo de auocatione causæ ab ordinario propter negligentiam ipsius, retuli, & sequutus sum ex Bal. & Menoch lib. præced. cap. 66. num. 12. vbi id esse pluribus legibus municipalibus confirmatum ostendi: & arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt ex Glos. Spe. Ant. de But. & Abb retuli, & sequutus sū inf. n. 674.

retuli

retuli, & ſequutus ſum infra num. 674.

671 Si ſumus in ſecundo, concludo compromiſſum eſſe renouandum in perſona eorundem; & moueor dupli- ci fundamento: primo propter illas rationes, quas tex. in l. 3. §. tametſi. ff. de recept. arbitr. adducit, dum diſponit arbitrum, qui acceptauit compromiſſum, eſ-

672 ſe cogendum: † ſecundo moueor: quia licet ſit expirata, & perempta inſtantia; tamen non erit peremptum compromiſſum, & conſequenter durat iuriſdictio arbitrorum; quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ; vnde ſicut perempta inſtantia coram iudice, durat nihilominus iuriſdictio iudicis, ſic etiam perempta inſtantia coram arbitris, durat nihilominus eorum iuriſdictio, quę non expirat, niſi poſt triginta annos, vt hæc omnia ſufficienter firmaui infra num. 714. 715. & 716. & dato, quòd in compromiſſo ſint talia verba appoſita, per quæ expiret, & ceſſet etiam omnis iuriſdictio arbitri, tamen adhuc cenſeo eſſe renouandum in perſona eorundem, tùm quia ſunt magis informati, tùm quia res facilius reuertitur ad priorem ſuam naturam, cum ei iniuria non fiat, ſi reſtituatur ad priſtinum argumento. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in fine. ff. de pact. & c. ab exordio. 35. diſt. & vtrobiq; Glo.

Ex quo ſecundo fundamento nota, dicendum eſſe, quòd expirauerit inſtantia compromiſſi, ſed non compromiſſum, quod nota, quia Doctores quotidie confundunt iſtos terminos, vt patet in illa quæſtione; an compromiſſo ſemel expirato, quam poſui ſupra nu. 637. in 1. difficultate.

DVBIVM IIII.

673 Dubitatur quanta ſit inſtantia coram arbitris, & arbitratoribus.

Huic difficultati reſpondeo diſtinguendo inter arbitrum, & arbitratorem.

Si loquimur in arbitro, diſtinguenda ſunt iura: aut enim loquimur de iure ciuili, aut de iure canonico, aut de iure municipali diuerſorum locorum; aut verò de iure conuentionali partium.

Loquendo de iure ciuili habemus duas principales opiniones contrarias.

PRIMA opinio eſt Placentini, qui tenuit arbitrum poſſe omni tempore pronuntiare ſecundum relationem, quam faciunt nobis Spec. tit. de arb. & arbitr. §. differt. verſ. item vt infra triennium. ſub num. 14. & Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 13. cap. 2. nu. 2. verſ. quid ſi in compromiſſo. fol. 290. hæcque opinio videtur probari 1. ex textu in l. ſed ſi compromiſſum. in fine. ff. de recep. arbitr. in illis verbis. *omni tempore cogendus eſt ſententiam dicere* 2. ex textu in auth. ſi tamen. verſus finem. C. de tempor & reparat. appell. in illis verbis. *& ſi decies millies pluſquam biennij tranſierit tempus &c.* 3. ex textu in l. ſi ſtichum aut pamphilium. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. vbi ſtipulatio in ſingulos annos intelligitur perpetua.

SECVNDA opinio fuit Azonis, qui tenuit inſtantiam coram arbitro finiti triennio, ſicut finitur inſtantia ciuilis coram iudice, & iſtam inſtantiam incipere à die conteſtatæ litis, ſicut inciperet coram iudice ſecundum relationem, quam de Azone nobis faciũt ijdem Spec. & Io. Bapt. in locis ſupra proximè citatis. Lanfr. de Orian. tract. de arb. q. 19. ſub num. 40. verſ. ego circa arbitrum. fol. 213. Guid. Pap. deciſ. 240. vtrum expiret compromiſſum. ſub num. 1. & Boer. deciſ. 283. & præſuppoſito. ſub nu. 5. qui omnes ſequuntur iſtam opinionem, quam ſequuntur etiam Iacob. de Aren. vt refert idem Blanc. vbi infra; item ſequuntur Abb. in cap. quintauallis. in 14. differentia ſub num. 20. de iureiur. Bapt. de S. Blaſ. tract. de arb. & arbitr. q. 69. num. 26. fol. 305. Aſin. in prax. in principio cap. 3. nu. 53. & ſeqq. & particulariter num 56. & 59. fol. 7. & 8. & hanc eſſe magis veram concluſionem ex Alex. refert, & ſequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 7. verſ. lapſu temporis. ſub num. 36. fol. 184. & eſſe communem * opinionem teſtatur Ant. de Butr. in cap. cum dilectus. verſus finem. verſ. an pereat. num. 16. ibi. communis habet. & Abb. verſus finem num. 21. de arbitr. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. ampl. 5. num. 10. fol. 240. & quòd hæc opinio Azonis ſit verior, putat Guid. Pap. vbi ſupra.

674 Ratio huius communis opinionis eſt, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum l. 1. ff. de recept. arbitr. *compromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur* & l. rem nouam. §. 1. C. de iudic ibi, *uel qui ex recepto ideſt compromiſſo, qui iudicium imitantur.* Gloſ. in eiſdem iuribus. Spec. d. §. differt. num. 11. in fine. verſ. quid de bannito. Ant. de Butr. & Abb. in d. cap. cum dilectus. num. ſupra citatis. rurſus ijdem Ant. de Butr. in d. cap. quintauallis. differentia 18. in fine. nu. 28. & Abb. differentia 14. num. 20. propè finem. de iureiur.

675 † Sed inſtantia iudicij ciuilis, hoc eſt, coram iudice durat triennio à die conteſtatę litis l. properandũ. C. de iudic. & ibi communiter * Bar. Bal. Saly. & alij, & ſcribunt ijdem Spec. Io. Bapt. Lanfr. de Orian. Guid. Pap. Boer. Bapt. de S. Blaſ. Aſin. Ant. de Butr. & Abb. in locis ſupra citatis. Veſtr. in pract. lib. 3. cap. 5. num. 1. & Maran. in ſuo ſpec. par. 5. num. 5. fol. 240.

676 TERTIA opinio fuit Martini de Fano, qui diſſentit à precedenti opinione Azonis quoad initium dicti triennij, exiſtimans triennium inchoare non à die litis conteſtatæ, vt opinatus eſt Azo. ſed à die cauſæ cæptæ, ſicut nobis referunt Io. Andr. in addit. ad Spec. d. § differt. ſub num. 14. in verbo. hoc ſcias. & Ant. de Butr. in d. cap. cum dilectus. verſus finem. verſ. an pereat. num. 16. de arbitr.

677 QVARTA opinio fuit eorum, qui tenuerunt inſtantiam coram arbitris durare vſque ad quinquennium, quorum opinionem notauit M. Ant. Blanc. d. q. 7. num. 36. fol. 184.

678 RETENTA ſecunda opinione, quæ eſt vera, & communis, Reſp. ad textus citatos in contrarium pro prima opin. Ad l. ſed ſi compromiſſum. reſp. quòd debet intelligi, vt arbiter poſſit cogi pronunciare omni tempore, ſcilicet legitimo iuxta ea, quæ in ſimili notant Gloſ. & alij in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. & in l. 2. §. prætor ait. ff. qui ſatiſd. cog. & quæ notauimus nos ſupra num. 518. in fine. verſ. confirmatur. verba enim generalia ſunt reſtringenda ad licitum; alias ſequeretur, quòd arbiter poſſet pronunciare etiam poſt lapſos triginta annos, quod eſt contra communem omnium ſententiam; vel reſp. vna cum Lanfr. quem citaui infra ſub num. 680. quòd loquitur ille textus, quando lis non eſt conteſtata.

679 Ad auth. ſi tamen. reſpondeo, quòd illa auth. dicit ſolum, quòd biennij tempus datum appellanti à lege ad proſequendam appellationem, non currit quandiu litigatur coram arbitris, quia totum illud tempus litis coram arbitris detrahitur ex biennio incæpto coram iudice appellationis; & licet textus in d. auth. dicat, quòd illud tempus detrahitur etiam ſi decies millies exceſſerit biennium; tamen reſp. quod eſt hyperbole, ſeu modus quidam dicendi; vel quòd erit verum quando plura compromiſſa renouarentur, ſeu in compromiſſo eſſet appoſitum tempus longiſſimum, quo caſu nunqnam currit biennium, etiam ſi compromiſſa abſorberent tempus quinquaginta annorum, & eò amplius, & has reſponſiones ante nos dedit Io. Bapt. d. lib. 13. cap. 2. ſub num. 2. verſ. ad iura contraria fol. 290. & ante eum ad dictam auth. ſi tamen. dedit Spec. in d. §. differt. verſ. item vt infra triennium num. 14. in fine.

680 Sed quæſo nota obiter circa allatam ſecundam reſponſionem, quòd diſpoſitio dictæ auth. ſi tamen. habet locum ſolum in fatalibus, prout loquitur, ſed non in inſtantia; quia inſtantiæ tempus nec per compromiſſum poteſt prorogari ſecundum Spec. tit. de iudic. deleg. §. reſtat. verſ. ſed nunquid de tempore num. 11. & ibi. Io. Andr. in addit. in verbo. contradicunt. Rom. conſ. 174. ampliſſime doctor. ſub num. 6. ibi ſecundo quia. Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. diuiſ. 7. q. 49. n. 97. fol. 223. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. verſ. an autem poſſit num. 24. fol. 242. & hanc eſſe communem * opin. late refert, & ſequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 6. in verbo. ſecundus effectus. verſ. contrarium. ſub num. 22. fol. 180. & hoc idem ſentit eodem tract. q. 7. in verbo. lapſu temporis num. 37. fol. 184. dum ſcribit, quòd illud tempus, quo litigatum eſt coram ordinario,

rio, cõtinuaretur in instantia coram arbitris, quod nos
681 retulimus etiam infra num. 985. † & , quòd partes non possint prorogare triennium instantiæ, quia respicit publicam vtilitatem firmat etiam Glos. in l. properandũ.
682 in verbo. triennij. C. de iudic. † & ratio diuersitatis, quare in causa appellationis possit prorogari instantia, idest fatale, & non in causa principali, idest in 1. instantia, redditur à Io. Andr. vbi supra & benè. aliam tamen rationem assignat M. Ant. Blanc. d. q. 6. sub num. 22. vers. non tamen fol. 180. quam poteris uidere.

Ad textum in l. si stichum aut pamphilium, respõdet idem Io. Bapt. quòd nihil facit: sed tu responde vna cum Io. Andr. in addit ad Spec. tit. de arb. & arbitr. §. differt. num. 14 in fine. in verbo, arbitris. quòd stipulationes non habent triennium diffinitum, sicut habent lites; & ideo stipulatio incerta intelligitur perpetua.

683 DECLARA nunc istam secundam, & communem opinionem, vt illud triennium incipiat currere à die litis contestatæ, seu habitæ pro contestata, alias, lite non contestata, nunquam incipit currere, & consequenter posset tota instantia casu, quo lis non contestatur, protrahi vsquè ad xxx. annos, sicut scribunt Azo. Spec. Io. Bapt. & Guid. Pap. quos citaui, & sequutus sum supra numero 673. in d. 2. opin. & sic intelligo quod scribit Lanfr. de Orian tract. de arbitr. q. 19. sub num. 40. fol. 213. dum dicit, quòd si lis non est contestata, arbiter poterit perpetuo arbitrari; sic declarans textum in d. l. sed si compromissum. addens hoc amplius, quòd iudex posset cogere partes ad statuendum certum terminum, quod additum non probo, quia nec ipse aliqua ratione, vel auctoritate probat, & hoc est, quod Iacob. de Aren. Blanc. Asin. & Io. Bapt. quos retuli & sequutus sum infra num. 716. dicunt instantiam expirare triennio, sed compromissum, & potestatem arbitrandi durare perpetuo, seu triginta annos.

684 SVBDECLARA amplius istam declarationem, vt si lis contestaretur coram arbitro post 27. annum vt puta propè finem trigesimi anni ita, quòd remanerent solum sex menses, aut soli duo dies ad perficiendos annos triginta, soli illi reliqui sex menses, seu duo dies remanerent pro instantia.

685 SVBDECLARA II. vt in triennio, quo perficitur instantia coram arbitro à die contestatæ litis, vt dixi supra, sit computandum totum illud tempus quo litigatum esset coram iudice ordinario, quia illud tempus continuatur coram arbitris, & sic si coram iudice esset litigatum per biennium remaneret solus annus coram arbitro, vt refert, & sequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 7. in verbo. lapsu temporis. nu.
686 37. fol. 184. † quia prima instantia non põt esse longior triennio, neque partes possunt eam per compromissum prorogare secundnm Spec. Io. Andr. Rom. & Maran. quos retuli, & sequutus sum supra nu. 680.

Instantia de iure canonico est perpetua etiam coram arbitris.

687 Loquendo de iure canonico, instantia est perpetua etiam coram arbitris, vt scribunt Ant. de Butr. in cap. cum dilectus. versus finem. vers. an pereat. num. 16. in fine. de arbitr. dicens propterea, quòd inter clericos, vel suppositos iurisdictioni clericorum instantia non finitur triennio. & ibidem Abb. num. 21. in fine. dicens à fortiori non debere perire coram arbitro, cum non pereat coram iudice, rursus idem Ant. de Butr. in cap. quintauallis. differentia 18. in fine. num. 28. de iureiur. Abb. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. sub num. 19. in 1. repetit. de constitut. Corn. cons. 210. visis nonnullis. in fine num 6. lib. 4. Bapt. de S. Blas. tract. de arbitr. & arbitrat. q. 69. num. 26. fol. 305. Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 13. cap. 2. sub num. 2. fol. 290. Guid. Pap. decis. 240. Maran. in suo spec. par. 5. limitatione 1. num. 13. fol. 240. Cassad. decis. 5. num. 4. vt lit. pend. fol. mihi 300. Crescen. decis. 17. alias 239. in fin. nu. 8. de caus. poss. & propriet. Vestr. in pract. lib. 3 cap. 5. sub. num. 1. Bar. Bal. Saly. & alij in l. properandum. C. de iudic. & hanc esse communem * opinionem testatur Hier. Zannet. tract. de different. iur. ciuil. & can. differentia 30. nu. 43. fol. 201. dicens, quòd de iure canonico secundum communem opinionem vna causa potest durare mille annos. & Asin. in prax. iudic. in principio cap. 3. sub num. 21. & 22. vbi latius, & Grauat. in annot. ad Vestr. d. cap. 5. num. 6. & probatur ista communis opinio in cap. penult. venerabilis. de iudic. sed licet re vera ille textus non videatur multum stringere, tamen à communi opinione recedendum non est.

Instantia secundum diuersa statuta quanta sit coram arbitris.

688 Loquendo de iure municipali locorum, dico, quòd in Vrbe instantia coram arbitris durat solum per mensem, quia sic disponunt statuta lib. 1. cap. 100. cuius mensis quindecim primi dies dantur vtrique parti ad probandum, & probatum habẽdum per omne genus probationis: quinque sequentes dantur ad reprobandum: reliqui decem præfiguntur arbitris ad terminandam causam.

689 In Regno Neap. durat tres menses, quia sic disponit pragm. odia quæ inter coniunctos. quorum trium mensium duo assignantur arbitris electis, & tertius assignatur tertio eligendo in casu discordiæ: & in alijs locis extant diuersæ leges municipales.

Instantia conuentionalis in compromisso quanta esse possit.

690 Loquendo de iure conuentionali partium, dico instantiam durare tanto tempore, quanto partes conuenerunt in compromisso, quia partes possunt prorogare instantiã corã arbitris, dummodo non excedat tẽpus triennij, si sumus in prima instantia, sicut declarat etiã M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 6. in verbo. secundus effectus. vers. sed iam prædicta. sub nu. 22. fol. 180. secus si sumus in secunda, idest in instantia appellationis; quia tunc partes possunt in compromisso prorogare instantiam quantum volunt, sicut notaui obiter supra num. 679. sed de istis instantijs, & fatalibus, & eorum prorogationibus dicemus; fauente Deo, lib. seq.

An seruandum sit ius canonicum vel ius ciuile.

691 Supposito, quòd arbitris nec à statuto, nec à partibus sit in compromisso præfixum tempus instantiæ. Dubitatur, quod ius sit attendendum.

Resp. quòd hic in curia seruatur ius canonicum, sicut testatur Vestr. in pract lib. 3. cap. 5. sub. num. 1. reddens triplicem rationem: prima est quia sumus in curia ecclesiastica, & pontificia, vbi maximè lex pontificia seruanda est: secunda quia in curia propter multitudinem causarum Iudices sunt multum occupati: tertia, quia causæ sacri Palatij, vt plurimum sunt causę forensium, qui non nisi sero possunt testes, & iura extrahere, & causam instruere.

692 Neque huic iuri canonico, & obseruantiæ illius repugnant statuta Vrbis lib. 1. c. 81. de instantijs, dum disponunt, instantiam finiri per biennium. Quia respond. illud statutũ in ordinatorijs seruari solum in foro capitolino, & ideo in ordinatorijs non ligat, nisi litigantes in eo, vt pluribus ostendi supra num. 650. & seqq. ad eum. & dixi etiam supra num. 454.

Non obstant pariter eadem statuta lib. 1. cap. 7. dum mandant, quòd Senator debeat iurare se obseruaturum iura ciuilia in casibus, in quibus non disponunt statuta, & demum iura canonica in casibus, in quibus nec statuta, nec iura ciuilia disponerent.

Quia resp. illud statutum sibi locum vendicare solum in foro capitolino, ex quo loquitur restrictiue in Senatore.

Minus obstat, quòd illa statuta sint confirmata à Papa, qui habet potestatem ligandi omnes litigantes tàm in foro capitolino, quam in tribunali Auditoris Cameræ, & Rotæ.

Quia resp. quòd confirmatio non alterat naturam rei confirmatæ, sed dat solum robur, & validitatem; vnde

de cum ſtatuta etiam validiſſima non ligent in ordina-
torijs litigantes in foro diuerſo, ſequitur quòd nec li-
gent etiam ſi ſint confirmata ab omnibus principibus
mundi. Quòd præfatum ſtatutum, diſponens de inſtan
tia, ſit ordinatorium, próbatur dupliciter, & 1. quia
ſtatutum præfigens terminum ad proſequendam appel
lationem, ſicque diſponens de fatalibus dicitur ordi-
natorium vt ex Abb.retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.
457. ſecundo quia, quodcumquè ſtatutum circa dila-
tiones dicitur ordinatorium, vt ex Alber.retuli, & ſe-
quutus ſum ſupra num.458.verſ. tertio.

693 Seruandum quoquè eſt iſtud ius canonicum indi-
ſtinctè in quolibet foro eccleſiaſtico, & in oĩbus terris
ſubiectis eccleſiæ, vt dicit Maran.in ſuo ſpec.par.5.li-
mit.1.ſub n.14.& ſentit Corn conſ.210.viſis nonnullis.
in fine. num. 6. lib. 4. concludens, quòd in Nurſia de-
bet ſeruari ius canonicum,& conſequenter, quòd non
obſtat lapſus triennij,ex quo eſt de terris eccleſiæ.

Inſtantia coram arbitratore.

694 Si loquimur in arbitratore: quanta ſit inſtantia vide
Doct. in cap. quintauallis. de iureiur. Bapt. de S. Blaſ.
tract.de arb.& arbitr. q. 69.verſ.ſed quid coram arbi-
bitratore.num.27.fol.305.Io.Bapt.tract. de arbitr. lib.
13.cap.2.nu.3.fol.290.Lanfr.de Orian.eod.tract.mem
br.5.num.41.fol.213.& Maran.d.par.5.num.11.

DVBIVM V.

695 EſT factum compromiſſum in arbitro voluntario ſi-
ne præfixione inſtantiæ,ideſt tẽporis ad ſententian
dum: ſtatutum determinat quanta ſit inſtantia in com-
promiſſis,ſeu arbitris neceſſarijs, & quanta ſit inſtantia
in litibus coram iudicibus ordinarijs.
Dubium oritur,an ſit attendenda inſtantia,quam ſta
tutum præfigit arbitris neceſſarijs;an inſtantia, quam
præfigit iudicibus ordinarijs,an vero ſit attendenda
inſtantia iuris communis coram iudicibus,ordinarijs,
quæ eſt triennij,vt dixi ſupra num.675.
Reſp.prima facie videtur dicendum,quòd ſit atten-
696 denda inſtantia iuris communis,† & ratio eſt,quia ca-
ſus omiſſus in ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris
communis l. commodiſſimè. ff.de liber. & poſth. Bar.
in l.omnes populi.num.60. ff.de iuſt. & iur. Paul. de
Caſtr.conſ. 106. incipiendo à ſecundo.num. 2. in fine.
lib. 2.Rom.conſ. 23.neſcio quid dubitationis. ſub nu.
1.Alex.conſ.42.in cauſa & lite.ſub num 3.ibi. pro quo
etiam.lib.3.Natt. tract.de ſtatut.q.2.num.22.& q.4. nu.
151.Campeg.eod.tract.q 40. num. 178. Laur. de Palat.
eod.tract.nu.165.& 173.Alc.tract.de præſumpt. reg.3.
præſumpt.36.num.13.Petr. Peck. tract. de teſtam.mar.
lib.5.cap.1. num.2.Crauet.conſ.15. ſub num. 6. & Rot.
diuerſ.deciſ.522.num.1.par.1.& dixi lib. præced. cap.
32.num.17 verſ.accedat.
Sed iſte caſus in quo dubitamus de inſtantia coram
arbitro voluntario,eſt omiſſus à ſtatuto.ergo venit de-
cidendus ſub diſpoſitione iuris communis.
697 Secundo videtur dicendum,quòd ſit attendenda in-
ſtantia, quam ſtatutum præfigit arbitris electis ex ne-
ceſſitate ſtatuti; quia ſtatutum recipit interpretatio-
nem potius à ſe ipſo, hoc eſt ab alio ſtatuto, quam à
iure communi vt dixi infra num. 699. & 701. & reci-
piendo eam à ſe ipſo debet eam recipere potuis ab ea
parte,in qua diſponit de inſtantia coram arbitris,quàm
ab ea,in qua diſponit de inſtãtia coram iudice ordina-
rio:nam in habentibus ſimilitudinem ſeu, vt aiunt,
ſimbolum facilior eſt tranſitus, vt ſcribunt Bar. in l.
ſ.adonem.§. qui iura.in fine. ff.de excuſ. tut. in vltimá
lectura. Abb.in cap. præſentata.ſub num. 6.de teſtib. &
atteſtat.pulchrè Lancell.Gall.tract.de ſtatut.ſeu in con
ſuet. alex. in verbo.legare.q.7.nu.30.fol.318.Dec.conſ.
301.in cauſa quæ.num. 8. & in cap. cauſam quæ. num.
20.ibi. adde tamen.de reſcript.& Arnul. Ruz. tract. de
iur. reg priuil. 16. num. 13. fol. 370. & communiter *
omnes ſcribentes in diuerſis locis, & probatur argu-
mento textus in l.in rem,§.item quæcũque ff.de rei ven
dic.& in alijs iuribus citatis per Abb. & Lancell. Gall.
vbi ſupra:nam omne ſimile appetit ſuum ſimile, vt di-
cit Philoſ. & innuit. Ouid. in 2. de Ponto.

Scilicet ingenijs aliqua eſt concordia iunctis.
Et ſeruat ſtudij foedera quiſquè ſui.

& demum omne ſimile citius conuertitur in ſuum ſi-
mile, quàm in ſibi contrarium, vt hæc omnia retulit
Gall.vbi ſupra n.31.& 32. innuunt etiã Plaut.in Mene.

Ruſticus agricolam,miles fera bella gerentem.
Rectorem dubiæ nauta puppis amat.

Horat.lib.1.epiſt.

Oderunt hilarem triſtes,triſtemque iocoſi.
Sedatum celeres,agilem,gnauumque remiſſi.

698 Contraria ſententia eſt vera; nimirùm, quòd ſit at-
tendenda inſtantia, quam ſtatutum præfigit in cauſis
coram iudice ordinario loci; hancque ſententiam fir-
mauit etiam M.Ant.Blanc.tract.de compromiſſ.q.7.in
verbo.lapſu temporis.num.38.fol.184 dicens, quòd ſi
compromiſſum fiat per duos ciues Patauinos ſimpli-
citer,& non ex diſpoſitione ſtatuti, cum non ſint pro-
prinqui, inſtantia, inquit, durabit per tantum tempus
quantum durat inſtantia ſtatutaria, quæ, vt præmittit,
eſt ſex menſiũ in cauſis ordinarijs,& quatuor in ſuma-
rijs,nequè ſecundum ipſum attenditur inſtantia,quam
ſtatutum præfigit arbitris neceſſarijs,hoc eſt electis ex
neceſſitate ſtatuti:quia dixiſſet attendi debere inſtan-
tiam 40. dierum, quæ eſt inſtantia coram arbitris ele-
ctis ex neceſſitate ſtatuti, vt dicit idem Blanc.eod. ver
bo.lapſu temporis.num.37.in fine. fol.184.
699 Probatur iſta ſententia, quia quando caſus eſt omiſ
ſus in iure communi, & in ſtatuto, & proptərea debet
recipere interpretationem à ſimili caſu,deciſo differen
ter per ius cõe,& per ſtatutũ; eã debet recipere potius
à caſu,deciſo in ſtatuto,quàm à caſu deciſo in iure cõi
per ea,quæ notant Bar. Ang.& alij in l.hæredes mei.§.
cũ ita.ff ad ſenatuſc.trebell.vbi opinãtur, quòd volũtas
teſtatoris, ſeu teſtamentũ in dubio recipiat potius in-
terpætationem à ſtatuto, quàm à iure cõmuni; hanc-
* què eorum opin.eſſe magis communem refert & ſequi
tur Socc.conſ.51. viſa facti.num. 33. verſ. nec obſtant.
lib.4.nam ſtatutum dicitur ius commune ipſius ciuita-
tis,cum quo præſumitur teſtator voluiſſe ſe conforma-
re, quia illud eſt ſibi notum, & ſecundum illud vixit,
vt ex Doctoribus in d.§. cũ ita. refert, & ſequitur Rot.
diuerſ.deciſ.775. quoad primam. num.6. verſ.nam ſta-
700 tutum. par.1. † & omnium ciuium diſpoſitiones in
dubio cenſentur potius referri ad ſtatuta, & conſue-
tudines, quibus reguntur,& viuunt,quàm ad ius com-
mune, ſicut ex eiſdem Doctor.in dicto §. cum ita.re-
fert, & ſequitur M.Ant. Blanc. d.tract. de compromiſ.
q.1. in verbo. de iure.ſub num. 20.verſ. præterea om-
701 nes fol.141.† quare ſtatutum recipit potius interpreta
tionem à ſe ipſo, hoc eſt ab alio ſtatuto, quàm à iure
communi Anch. conſ. 94.iſta domina. ſub num.3,verſ.
non obſtat, Dec. in cap.cauſam quæ. num.20.ibi adde
tamen.de reſcript.& in conſ.301.num.8. Alex.in l.cen
turio.num.29.ff.de vulg.& pupill. Curt.Iun.conſ.6. n.
12.Crauet.conſ.118.in hac cauſa.ſub nu.4. & Lancel.
Gall.tract.de ſtatut.in con ſuet.alex.in verbo.maritus.
q. 1.num.39.& 40.fol.297. & ratio eſt ſecundum Dec.
in locis ſupra proximè citatis, quia in habentibus ſym
bolum facilior eſt tranſitus.
Ad adducta in contrarium reſp.quòd caſus omiſſus
remanet ſub diſpoſitione iuris communis; ſed quando
diſponit etiam ſtatutum,debet recurri potuis ad ſtatu-
tum, quod etiam poteſt vocari ius commune ipſius ci-
uitatis,vt dixi.
702 Ad illud de tranſitu in habentibus ſymbolum, reſp.
quòd inſtantia coram arbitro voluntario habet maio-
rem diſſimilitudinem cum inſtantia coram arbitro ne-
ceſſario, quàm cum inſtantia coram iudice ordinario,
nam coram arbitro neceſſario litigant ſolum conſan-
guinei, ſed coram iudice ordinario litigant etiam
non conſanguinei, ſicut coram arbitro voluntario, &
deniquè quæ maior diſſimilitudo poteſt aſſignari,
quàm iſta contrarietas; quòd vna inſtantia eſt coram
voluntario, & alia coram non voluntario? conueniunt
igitur magis inſtantia coram iudice ordinario,& inſtan
tia coram arbitro voluntario, quia non habent iſtam
repugnãtiam: adde quòd breuitas inſtantiæ coram ar-
bitro neceſſario eſt inducta fauore conſanguinitatis:
ergo

ergo ceſſat iſta breuitas, vbi non eſt conſanguinitas.

DVBIVM VI.

703 Dubitatur quos effectus pariat peremptio inſtantiæ præſertim coram arbitris.

Huic dubio ſatisfacere lib.ſeq. vbi copioſè, & ordinatè agemus, fauente Deo, de iſta materia inſtãtiarum, & fataliũ, de eorũ pro rogationibus, de peremptionibus & de alijs articulis ad materiam pertinentibus, nihilominus nõ deſinam hic neceſſariam ſolutionem afferre; pro qua præmitto, quòd hic ago ſolum de peremptione inſtantiæ per lapſum temporis, & non de peremptione, quæ induceretur alijs modis, qui conſiderantur à Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in 3. q. ſub nu. 49. fol. 246. & continentur inter ea, quæ nos ſub diuerſis terminis ſcripſimus lib. præced. cap. 91. num. 9. & cap. 93. ſub nu. 3. verſ. reſolutiuè. quo præmiſſo concludo, quòd lapſus inſtantiæ inducit multos effectus; de quibus habetur tractatus per Doct. in l. properandum. C. de iudic. & nos agemus lib. ſeq. inter alios autem enumerantur hi tres.

704 PRIMVS effectus eſt, quòd eò ipſo, quòd eſt lapſum tempus inſtantiæ, pereunt omnia acta ad relata per Maran. d. par. 5. num. 55. verſ. iſtis præſuppoſitis., & de iſto effectu dicemus lib. ſeq.

705 SECVNDVS effectus eſt, quòd iudex, perempta inſtantia, non poteſt ſententiam ferre; quia eſſet ipſo iure nulla, & nullum haberet effectum Gloſ. in l. properandum. in verbo. triennij. circa finem. ibi. item quid ſi ſententia C. de iudic. & ibidem Bar. ſub num. 6. Bal. Saly. & alij. Alex. conſ. 136 in cauſa & lite. ſub n. 1. lib. 2. Affl in conſtitut. hac lege. ſub n. 5. lib. 1. Maran. in ſuo ſpec. p. 5. nu. 58. verſ. alius effectus ſequitur. fol. 248. Carauit. ſuper ritu 245. nu. 6. & cõiter * oẽs in diuerſis

706 locis, † & ratio concludit ſine alia auctoritate: nam ſi, perempta inſtantia, pereunt libellus, litis conteſtatio, & alia acta ordinatoria, prout pereunt iuxta ea, quæ ſuppoſui in præcedenti effectu; ergo ſententia non poteſt eſſe valida, teſte Alber. qui ſic argumentantur tract. de ſtatut. par. 1. q. 56. num. 1. in fine. & 2. fol. 10.

707 LIMITA iſtum effectum, vt procedat ſolum in inſtantia iuris communis, qua perempta, iudex nulliter proferret ſententiam diffinitiuam, ſecus in inſtantia breuiori, præfixa à ſtatuto, vel à partibus; quia ſententia lata poſt peremptam inſtantiam ſtatutariam ſed intra inſtantiam iuris communis, eſſet valida ſecundum Mar. de Fano, quem referunt, & ſequuntur Spec. tit. de iud. deleg. §. reſtat. verſ. quid ſi in ſtatuto. num. 12. & Affl. in conſtitut. hac lege. ſub num. 5. verſus finem. lib. 1. hanc eandem limitationem tenuit Gandin. tract. de maleſ. rub. de multis quæſtionibus dependentibus à ſtatutis &c. num. 10. verſ. item pone in ſtatuto fol. mihi 362.

708 Contra iſtam limitationem faciunt vrgenter, quę in contrarium adducũt Alber. de Roſ. tract. de ſtatut. par. 1. q. 56. ſub num. 1. 2. & 3. fol. 10. & Affl. d. num. 5. & ſunt iſta duo: primum, quia ſi, perempta inſtantia, pereunt acta ordinatoria, libellus, litiſconteſtatio, iuramentum calumniæ, & ſimilia: ergo ſententia non poteſt eſſe valida. & hanc rationem adducit Alber. ſecunda, quàm adducit Affl. eſt, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur; & hoc pluribus oſtendi infra c. 9. nu. 752. & ſeqq. ad eum: ergo cum inſtantia ſtatutaria ſubrogetur in locum inſtantiæ iuris communis, debet ſapere illius naturam.

709 Quid dicendum? Omiſſis opinionibus, & diſtinctionibus, quæ Alber. in d. q. 56. per totam. & præſertim num 6. refert ex Iac. de Beluiſ. Oldr. Iac. de Aren. & Cyn. diſtinguo duos caſus principales.

Primus eſt, quando ſtatutum, ſeu partes præfigunt inſtantiam iudici.

Secundus eſt, quando præfigunt inſtantiam cauſæ, ſeu iuriſdictioni, vel cauſæ, & iudici, vel parti.

Capio primum caſum: & concludo, limitationem in qua diximus, ſententiam poſſe ferri, perempta inſtantia, eſſe veram; ſicut diſtinguendo ſcribunt Bal. ſeu Io. Andr. in addit ad Spec. d. §. reſtat ſub. num. 12. in verbo. de fano. Bal. Peruſ. tract. de ſtatut. in verbo. ſententia. ſub num. 13. fol. 142. & latius in verbo. terminus. num. 2. & 3. fol. 150. Paul. de Caſtr. conſ. 16. ſi ponderarentur. verſ. item opponitur tertio. ibi. ſi ſtatutum dicit. lib. 1. Alex. in l. properandum. verſ. item iuxta prædicta num. 22. C. de iudic. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. ſub num. 58. verſ. alius effectus. in fine fol. 248. Carauit. ſuper ritu 245 ſub num. 6. ibi. ſi verò præfigatur iudici tantum. & quòd hæc opinio ſit multum in vſu, & communiter * approbetur, ſcribit Bal. Peruſ. in d. verbo. terminus. ſub num. 2. & quòd iſta diſtinctio videatur ſatis bona, ſcribit Carauit. vbi ſupra. & probatur ex textu, quem citant omnes in iſto articulo, in l. vnica. §. ſciant autem. C. vt omnes iudices tàm ciuiles, quàm militares. per quem textum apparet, quòd ſi iudex non terminauerit cauſam infra viginti dies; punitur, ſed cauſa adhuc poterit terminari; Et quòd cauſa ſyndicatus poſſit expediri etiam lapſo tempore præfixo, vide Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. an contra officialem. ſub num. 4. fol. 284.

710 Nota iſtum caſum pro ſtatutis Vrbis. lib. 1. cap. 81 quo cauetur, vt inſtantia duret per biennium, & imponit pœnam iudici non expedienti cauſam: nam quatenus imponit pænam iudici, præfigit inſtantiam iudici, ſed quia prius dixerat, quòd inſtantia periret: ideo ad tollendum omne dubium, vt intelligamus aperte inſtantiam eſſe præfixam iudici; declarauit, quòd nihilominus iudex teneatur expedire cauſam ad inſtantiam partis, non obſtante lapſu biennij, & incurſu pœnæ.

711 Nota etiam caſum tu, qui vidiſti forſan ſtatuta Abbatiæ Sublacenſis lib. 1 cap. 6. quo cauetur, vt iudex illius curiæ debeat terminare cauſas ciuiles ordinarias infra tres menſes, ſummarias infra vnum, criminales infra duos, ſi cauſæ præfatę ſint incœptæ coram ipſo, alias, ſi ſint incœptæ coram præceſſore; mandat, vt breuiori tempore determinet, & contra faciendo imponit pœnam.

712 Capio ſecundum, & concludo contrarium, videlicet, quòd, lapſa inſtantia, ſententia eſt nulla, teſtibus iiſdem. Io. Andr. Bal. Peruſ. Alex. Maran. Alber. & Carauit. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 709. ſed præſertim ſcribunt Alber. Bal. Peruſ. in d. verbo. terminus. ſub num. 3. & Socc. in cap. venerabilis. verſ. circa decimumquintum. ſub num. 35. de iudic. inter tract. diuerſ. fol. 98. in fine.

713 Nota iſtum caſum pro conſtitutione Marchiæ lib. 6. cap. 9. dum loquendo de inſtantia in cauſis appellationum, diſponit, quòd, prædictis temporibus fatalibus elapſis, cauſa intelligatur omnino deſerta.

714 TERTIVS effectus eſt, quòd iudex poteſt, perempta inſtantia, ferre abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, & condemnare actorem in expenſis ad relata per Maran. in ſuo ſpec. par. 5. num. 59. verſ. intellige. & Foller. in addit. ad eum ibidem fol. 248 & non inſiſto pluribus ſuper iſto effectu, quia de eo opportunius erit agendum lib. ſeq.

715 AMPLIA iſtum effectum, vt habeat locum etiam in iudice compromiſſario, ſeu arbitrario; quia licet ſit expiratum tempus triennij, ſeu aliud tempus inſtantiæ, tamen poterit ipſe abſoluere reum ab obſeruatione iudicij, & condemnare actorem in expenſis; dummodo non ſint elapſi triginta anni, & ratio eſt, quia licet inſtantia compromiſſi expiret per trienium, vt ex Azon. Spec. Io. Bapt. Lanfr. de Orian. Guid. Pap. Boer. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra

716 in quarta difficultate. in 2. opin. num. 673. † tamen compromiſſum, & poteſtas arbitri non expirat, ſed durat vſque ad triginta annos, vt ex Iacob de Aren. in l. item ſi vnus. §. ſi multo. ff. de recep. arbitr. referunt, & ſequuntur M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 7. in verbo. lapſu temporis. ſub num. 36. fo'. 184. & Aſin. in prax. in principio. cap 3. num. 58. in fine & num. 59. fol. 8. & ſcribit etiam. Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 13. cap. 2. ſub nu. 2. verſ. alij tamen. fol 290.

717 RESTRINGE iſtam ampliationem, vt non procedat, quando compromiſſo eſſet aſſignatum tempus limitatum, & præfixum, vt puta quia partes dixerint, compromiſſum velle valere per tres mẽſes, ſeu quòd, elapſis tribus menſibus, ſit nullum; quia tunc, elapſo

elapſo tempore compromiſſi, expirat etiam totaliter
iuriſdictio adeo, quòd arbiter nec poſſet abſoluere ab
obſeruatione iudicij, nec condemnare actorem in ex-
penſis;& moueor ex textu in l.non diſtinguemus.in fi-
ne.ff.de recept.arbitr.in illis verbis. *arbiter nihil extra
compromiſſum facere poteſt; & ideo neceſſarium eſt adijci
de die compromiſsi proferenda*. & ſic intelligo Spec. tit.
de arbit. & arbitr. §.finitur.nu.1.dum ſcribit,quòd ar-
bitrium finitur per lapſum diei,in compromiſſo appo-
ſitæ. & in §. ſeq. excipitur. in fine principij. verſ. item
quòd lapſa die.& Io.Bapt.tract.de arbitr. lib.7. cap. 2.
fol.256.dum ſcribit planum eſſe quòd uulliter pronun
tiaretur poſt lapſum tempus appoſitum in compromiſ
ſi. & ita videmus ſeruari in praxi; quæ praxis confir-
matur ex alia praxi renouandi compromiſſum expira-
tum iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra in 1.difficultate n. 637.
ſufficeret enim,quòd renouaretur inſtantia, vt renoua-
tur corã iudice ordinario iuxta ea,quæ, ſi ſummo Deo
benefactori placuerit,dicam lib.ſeq.& non eſſet neceſ
ſarium, quòd toties renouaretur,& hoc videtur ſenti-
re Iacob.de Aren.in d.l.item ſi vnus.§.ſi multo. ff. de
recept.arb.quem referunt,& ſequuntur.M.Ant. Blanc.
& Aſin. quos citaui & ſequutus ſum ſupra nu. præced.
dum ſcribit non eſſe inconueniens, quòd partes perpe
tuo debeant ſtare ſub arbitro, quia, inquit, imputandũ
eſt parti, quæ terminum non appoſuit. Et, quod dixi-
mus in præcedenti ampliatione, procedit quando fie-
ret cõpromiſſum ſimpliciter,& in eo diceretur, quòd
arbiter deberet expedire cauſam infra tot menſes, ſeu
diceretur, quòd inſtantia cauſæ compromiſſæ duraret
pro tot menſes;& nota diligenter iſta.
718 RESTRINGE II. vt non procedat, quando com-
promiſſum eſſet factum ex neceſſitate ſtatuti, & ſtatu-
tum apponeret tempus compromiſſo, annullando il-
lud poſt elapſum tẽpus,ſicut facit ſtat.Vrb.lib.1.c.100.

DVBIVM VII.

719 DIximus ſupra in 4.dubio num. 673.verſ.ſecun-
da opinio.& plenius nu.683. quòd inſtantia
coram arbitro incipit currere à die litis conteſtatæ;
ſed ſupponamus nunc,quòd ſtatuta, ſeu partes in præfi
genda inſtantia præfixionem dirigãt cauſæ, diſcordiæ,
differentiæ,& ſimilibus, vt puta quia dicant: volumus
tamen, quòd arbitri teneantur definire, ſeu terminare
diſcordiam,ſeu differentiam infra duos menſes.
Dubitatur in iſto præſuppoſito, quãdo incipiat cur-
rere inſtantia, ſeu terminus præfixus duorum mẽſium.
Reſp.eſſe ponderanda verba ſtatutorum,ſeu partiũ;
quia ſecundum eorum ſignificationem incipiet inſtan-
tia, ſicut, ſoluendo hanc ipſam difficultatem, ſcripſit
Socc.in cap.venerabilis.ſub num.26.verſ.ſed quæro.&
num.27.de iudic.inter tract.diuerſ. fol. 98. de quorum
verborum ſignificatu remitto me ad ea, quæ ſcripſi ſu-
pra.num.43.& ſeqq. ad eum.
720 DECLARO iſtam reſponſionem dupliciter: & pri-
mo quòd non procedit; quando terminus apponitur
ſimpliciter compromiſſo;quia tunc indiſtinctè incipit
à die acceptati compromiſſi, quo caſu finito termino
expirat non ſolum dies inſtantiæ,ſed dies compromiſ-
ſi,vt dixi ſupra num. 718.verſ. reſtringe.
721 DECLARO II. vt terminus appoſitus compromiſ
ſo,& multò magis præfixus inſtantiæ, cauſæ, & ſimili-
bus nunquam incipiat currere,niſi à die,quo fuerit ac-
ceptatum compromiſſum;quia non antea dicitur arbi-
ter,aut compromiſſum iuxta ea, quæ benè conſiderat
Lanfr.de Orian.tract.de arbitr.in princ. nu. 16. in fine.
& num.17.fol. 207.dicens, quòd aliter dicere eſſet ri-
diculum.& latius M.Ant.Blanc. tract. de compromiſſ.
num.34.verſ.ſub hoc verbo. fol. 143.

DVBIVM VIII.

722 QVando in compromiſſo faciendo cum minori
requiritur decretum iudicis iuxta ea, quæ di
cebamus ſupra nu.531.& 532.& minor ſub-
eſt vni iudici ratione originis, vni alteri ratione domi-
cilij,& alij ratione rei, de qua eſt controuerſia.
Dubitatur à quo iudice ſit interponendum decretũ.

Reſp. quòd iſta difficultas poteſt habere varias opi-
niones; quia valet argumẽtum à compromiſſo ad alie-
nationem, vt ex Rom. Dec. Pariſ. & alijs retuli & ſe-
723 quutus ſum ſupra num.284.& 643.† ſed in decreto in-
terponendo ſuper alienatione rerum minoris circum-
ferũtur variæ opiniones quas collegit Simoncell.tract.
de decr.tit.1.inſpect.prima. per totã.fol.294. ergo eæ-
dem poſſunt circumferri in iſto interponendo ſuper
compromiſſo:addo ſolum,quòd pro prima opinione
quam ipſe refert, poteſt vltra allegatos per ipſum ad-
duci etiam Crauet. conſ. 30. in contractu matrimonij,
ſub nu.1.verſ.quarto videmus. qui ſcribit in alienatio-
ne prædij minoris requiri decretum iudicis loci, vbi
ſitum eſt prædium.Ego hic nihil firmo.

DVBIVM IX.

724 VTraque pars, quæ compromiſit cum pæna,con
trauenit compromiſſo:dubitatur an pœna mu-
tua compenſatione remittatur, vel altera pars tantum
teneatur ſoluere dictam pœnam.
Reſp.conſiderando duos caſus.
PRIMVS eſt;quando vtraque pars ſimul contraue-
nit,& non vna prius quàm altera;Et iſte caſus ſecundũ
meum diſcurſum nõ facilè datur;ſi tamen daretur, con
cludo,quòd pœna compenſaretur, ſicque euaneſceret
ſecundum ea,quæ,loquendo in pœna pacis ruptæ,ſcri
bit Corn.conſ.51. in hac conſultatione. num. 5. ibi. &
hinc eſt.lib. 1.
Confirmatur cõcluſio huius primi caſus ex his, quæ
congerti Tiraq.tract.de pęn.temper.cauſ.62. num.1.&
2.tom.5.fol.121.concludens, quòd ſi duo ſe mutuo vul
nerarunt,nec conſtat, quis eorum prouocauerit; neu-
ter inquit punietur; idemque concludit ſi duo fecerũt
pacem,vel promiſerunt ſe ſub pœna non offendere,
& poſtea ſe inuicem offenderunt, nec conſtat quis eo-
rum prius offenderit neuter inquit tenebitur de pace
rupta.
725 SECVNDVS eſt, quando vna pars contrauenit
priuſquam altera:Et in iſto caſu concludo,quòd ſola
pars, quæ prius contrauenit tenetur ſoluere pœnam,
726 & non pars,quæ cõtrauenit poſtea: † & moueor; quia
ſi duo fecerint pacem,& vnus rumpit pacem,alius po
ſtea rumpens non tenetur ad pęnam Io.Andr.in addi-
tion.ad Spec.in rubr. de treg. & pac. verſus finem. di-
cens,quòd ſi A.& B.fecerint pacem ſub certa pęna, &
A.vulnerauit B.& poſtea B. vulnerauit A. quòd B. non
tenetur ad pęnam;quia ex quo pax fuerat rupta per A.
non poteſt rumpi per B.& ita ſecundum veras, & ma-
* gis communes * concluſiones in caſu magis dubitabi-
li latè conſuluit Alex.conſ.115.viſo themate. verſ. alia
ratione.num. 7.lib.4. &, quòd ita omnium conſenſu ſit
admiſſum,ſcribit Vulp.tract.de promiſſ de non offend.
q.103.ſub nu.1. fol. 417. & multorum auctoritate cor-
roborat Moron tract.de fid.treg.& pac.q.126. nu. 1. &
ſeqq.fol.441.
727 AMPLIATVR iſta concluſio, vt procedat etiamſi
eſſet appoſita clauſula, rato manente pacto, ſeu com-
promiſſo;quia nihilominus ſecundo contraueniens nõ
incideret in pęnam ſtipulatam inter ipſos compromit
728 tentes; † & moueor quia dicta clauſula cenſetur appo
ſita in fauorem eius,qui adimpleuit ſecundum Petr.de
Anch.conſ.141.ſuper prædicto. ſub nu. 1. qui loquitur
in concordia,& apertius Bal. in l.cum proponas. la.2.
verſ.nota quod pact.ſub n.1.C.de pact d. Corn. conſ.
51.in hac conſultatione.ſub num.5.ibi.nec obſtat ſi eſt
adiecta clauſula.lib.1, Vulp.d.q.103.ſub num.3.verſ.ve
rum.& num.4. fol.417.& Moron.vbi ſupra q.127.num.
1.& ſeqq fol.441.qui plures citat, & loquuntur in pę-
na ſtipulata pro pace cum dicta clauſula,rato manen-
te pacto.& quòd iſta clauſula cenſeatur appoſita in fa
uorem ſeruantis contractum, & in odium non ſeruan-
tis, aduertit etiam Fran.Marc.deciſ.413.& ideo is, qui
contraueniſſet compromiſſo.& ſoluiſſet pęnam non
propterea poſſet dicere, vt obſeruetur contractus
Abb.in cap. dilecti filij. ſub num. 17. de arbitr.
729 EXTENDITVR iſta ampliatio, vt habeat locum
etiam in parte pęnę, quæ in caſu contrauentionis eſt
ſtipulata pro fiſco; quia nec ad eam tenetur ſecundo

contrauenienſ ſecundum ea, quæ conſiderat Corn. d. conſ.51.ſub num.5.ibi.dubitabam tamen. qui loquitur, vt dixi,in pęna pacis ruptæ, quo caſu & ſi contrarium ſequi videantur Vulp d q.103.ſub nu. 4.verſ. ſed rectè. & Moron.d.q.127.num. 1.in fine, & ſeqq. tamen in caſu compromiſſi,de quo loquimur,cenſeo extenſionem eſſe veram;quia percuſſiones, & offenſiones ſonant in delictum,etiam ſi nō rumpatur pax, & ideo difficilius remittitur pęna;ſecus eſt in contrauentione compromiſſi,cuius contrauentio nōn ſonat in delictum.

730 RESTRINGE nunc ampliationem, vt non ſit vera, quando primo contraueniens ſoluiſſet pęnam; quia ſi altera pars contraueniat poſtea,etiam ipſa incidit in

731 pœnam: † quia ſatisfactio pœnæ ęquiparatur obſeruantiæ contractus,vt ex Petr.& Cyn.refert & ſequitur Bal.in d.l.cum proponas.num.1.in fine.verſ crederem. & ex Bal.refert,ſed non firmat Corn.de conſ.51. ſub n. 5.prout nec ego firmo;& ideo cogita.

CAVTELAE.

NOTA obiter duas cautelas ad obtinendum compromiſſum ex forma ſtatuti etiam in cauſa, in qua ſtatutum forſan non haberet locum, & etiam inter non conſanguineos.

732 PRIMA cautela eſt, vt,replicante parte contra petitum compromiſſum, & dicente iſtam cauſam non comprænhendi ſub ſtatuto,petas fieri compromiſſum ſuper iſto articulo; an cauſa ſit comprænhenſa ſub ſtatuto; quia iſte articulus erit compromittendus, vt ex Socc. Capic. & M. Ant. Blanc. retuli & ſequutus ſum ſupra num. 199.

733 SECVNDA cautela eſt,vt tuus clientulus inueniat aliquem conſanguineum aduerſarij, eumque conſtituat procuratorem in rem ſuam, qui ſuſcipiat iudiciũ animo nouandi;quia tunc poterit adſtringere aduerſarium ad faciendum compromiſſum,ſicut ex Ia.Butr.in l.plautius.ff. de procur. refert, & ſequitur Alber.de Roſ.tract.de ſtat.par.2. q.202. fol.53. & ex Alber. de Roſ. referunt etiam Matth.in pragmat. odia quæ inter coniunctos. col. 1. linea 61. fol. mihi. 421. & M. Ant. Blanc.tract.de compromiſſ.inter coniunct. q.3. in verbo.ceſſionarius.ſub num.51.verſ.ſed pone.fol.163. qui notant iſtam cautelam pro eripienda cauſa è manibus iudicis ſuſpecti.

734 HINC infertur,quòd venditor,ſi ſit conſanguineus agentis contra emptorem,poſſet cogere ipſum agentẽ ad compromiſſum vigore ſtatuti, mandantis, cauſas compromitti inter conſanguineos,quia venditor dicitur procurator in rem ſuam;& hæc eſt opinio communis,* & magis communis,quam referunt,& ſequuntur M.Ant.Blanc.tract.de compromiſſ.q. 3. in verbo. aſſumens.num.49.verſ.vt vides.fol.163.Caball. tract. de euict.§.3.nu.126.& ſeqq.fol 88. & 89. reiecta opinione Baldi & Salyc.in contrariũ in l.1.C.vbi in rem.act.

735 Huic illationi multum videtur aduerſari alia communis * opinio, quæ vult, vt clericus auctor laudatus non poſſit trahere actorem ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, ſed teneatur ipſe clericus defendere emptorẽ coram iudice ſæculari, coram quo ipſe emptor moleſtatur;de qua communi teſtatur idem Caball.eod. §.3. q.2.ſub num.119.& 120.ibi & hæc opinio. fol. 88. ſed nihilominus non recedas ab illatione.

736 HINC quoque eſt, quòd procurator in rem ſuam admittitur ad compenſandum ſuum proprium debitũ mediante credito ſui principalis l.in rem.ff.de compenſat.Tynd.tract.de compenſ.art.7.num.3.& 6.& Sebaſt. Medic.eod tract.q. 11.num.6. & tamen ſi eſſet ſimplex procurator non poſſet compenſare debitum ſuum cũ creditore ſuo,& debitore ſui principalis d.l. in rem.& l eius.C.eod.Tynd.d.art.7. nu.2. vbi ponit exemplum, & declarat nu.6.& Sebaſt.Medic.eod. tract. q. 1. & ii, qui vtrobiquè teſtatur de communi.* † Et qui dicatur

737 procurator in rem ſuam vide Paul de Caſtr.in l non ſolum.num.4.ff.de procur.& Io.de Graſſ.tract. de ſubſtant. procur. in verbo. & quæ per quemlibet fol. 473. col.3.in fine.& quid poſſit procurator in rem ſuam, & quæ ei conueniant vide Spec.& Addit.ad eum.tit.de procur.§.vltimo ſequitur.

738 HINC quoquè oritur controuerſia:An ceſſionarius poſſit virtute ſtatuti cogere aduerſarium, conſanguineum cedentis ad faciendum compromiſſum:In qua controuerſia Affl.deciſ.74.fuit excitatum. ſub nu.3. & Maran.in ſuo ſpec.par.6.actu 2.num.24.quos retuli,& ſequutus ſum lib.præced. cap. 62. ſub num. 19. tenent quòd non poſsit:quia eſt mutata qualitas,hancquè eandem controuerſiam ſic negatiue dirimunt Aret. Inſtit. de except.ſub n.19.ibi.ex quo infertur.& M.Ant.Blan. tract.de comprom.inter coniunct.q.3.in verbo.ceſsionarius.num.50.fol.163.

739 DECLARA deciſionem huius controuerſiæ, vt ſit vera in terminis,in quibus loquitur,videlicet in ceſsionario petente compromiſſum contra conſanguineum cedentis;ſecus eſt,ſi conſanguineus cedentis petat cõpromiſſum contra ceſsionarium;quia poſſet cogere ceſsionarium ad compromittendum ſecundum Cuman.in l ſi poſt diuortium.ff.ſol.matr.& Marſ.ſing.135. communiter in ciuitatibus.

740 SVBDECLARA, & reſtringe iſtam declarationẽ, vt procedat ſolum, quando ſtatutum de compromiſſo faciendo loqueretur in rem,puta quòd fiat compromiſſum de re conſanguineorum: ſecus ſi loqueretur in perſonam, vt puta quòd fiat compromiſſum de lite ſeu differentia vertente inter conſanguineos; quia iſto caſu conſanguineus cedentis non poſſet cogere ceſsionarium, ſicquè declaratio iſto caſu non eſt vera, teſte Alex.in d.l.ſi poſt diuortium.ſub num. 2. verſ. puto tamen. vbi ſic aduertit contra Cuman. ſupra citatum: hancque eandem ſubdeclationem ſequitur M. Ant. Blanc dicta.q.3 ſub num. 51.

741 In iſta controuerſia ſatis diſputabili, concluderem indiſtinctè,vel eſſe locum; vel non eſſe locum ſtatuto de compromiſſo; ſiuè ceſsionarius petat, ſiue conſanguineus cedentis,& ſiue ſtatutum loquatur in rem ſiue non; & ratio huius concluſionis eſt,quia ſtatutum mouetur ad euitandas lites, & odia, quæ ex litibus inter conſanguineos oriuntur,vt dixi ſupra n.29. & 661. ſed iſta ratio vel militat ſemper, vel ceſſat ſemper; & quæ conſiderant Doctores citati in declaratione, & ſubdeclaratione ſunt ſubtilitates, quæ non reſiſtunt in plena diſputatione.

De dilationibus ad probandum.

SVMMARIVM.

Dilationes ad probandum aſſignantur poſt præſtitum iuramentum calumniæ num. 1. Opponitur de ſtylo curiæ rom. vbi aſsignantur infra terminum ad articulandum num.5.Soluitur oppoſitio num. 6.

Dilationes ad probandum non conceduntur poſt ſeruatos terminos,inſtructamquè cauſam ſub num.5.

Dilationes ad probandum non dantur ante litem conteſtatam num.2.

Probationes non recipiuntur ante litis conteſtationem num. 3.

Dilatio ad comparendum, & aliæ ſimiles quæ dantur ante litem conteſtatam non tractantur in iſto libro, niſi incidenter, & vbi ſit earum materia num.4.

Termini ſubſtantiales in Rota cur fuerint inuenti num. 6. & 286.

Dilatio in genere quid ſit num.7.

Dilationum ſpecies ſunt tres num.8.vel ſunt quatuor num. 20. vel ſecundum alios ſunt xxviij. circiter ibidem verſ. alias.

Dilatio legalis,quæ ſit num.9.

Conuentionalis num. 10.

Iudicialis num.11. eiuſdemque diuiſio in ſeqq. ſeptem ſpecies num.12.

Cotatoria num. 13.

Deliberatoria num. 14.

Recuſatoria num. 15.

Probatoria num. 16.

Allega-

Allegatoria num. 17.

Diffinitiua num. 18.

Iudicatoria num. 19.

ilatio probatoria est peremptoria, & ideo datur vnica & semel num. 21. Ampliatur 1. etiam si in assignatione dilationis non sit expressum, quòd assignatur peremptoriè num. 22. Ampliatur 2. etiamsi fuerit assignata ante contestationem litis ad probãdum aliquod emergens num. 23. Ampliatur 3. etiam si iudex in eius assignatione dixisset assigno pro prima dilatione num. 24. Ampliatur 4. etiam si fuerit assignata sine comminatione quod procedetur ad vlteriora nu. 25 Ampliatur 5. in dilatione data reo ad excipiendum num. 26. Ampliatur 6. etiam in causis summarijs nu. 27. Ampliatur 7. vt procedat in dilatione assignata ab ipsa lege num. 29. Ampliatur 8. in dilatione assignata absenti num. 30. Ampliatur 9. in terminis & dilationibus extraiudicialibus num. 37. Ampliatur 10. in regno Neap. &c. num. 38. & quid in duello num. 39. Limitatur postea multipliciter num. 67. 85. 88. 89. 91. 96. 97. 99. 100. 102. 105. & seqq.

Dilatio data absenti est peremptoria num. 30. Contrarium num. 31. Retinetur primum & restringitur vt dilatio nõ incipiat currere nisi postquam fuerit notificata absenti num. 32. Declaratur vt debeat notificari personaliter, vel ad domum cum expressione peremptorij &c. num. 33. Declaratur 2. vt debeat notificari etiam quantitas dilationis num. 34. Subdeclaratur, vt notificatio relatiua non sufficiat num. 36.

Dilationes & Termini } sunt angustandi in causis summarijs num. 28.

Denuntiatio Notificatio seu Intimatio } rei vendendæ facienda vicinis habentibus ius congruum debet continere certam scientiam tàm contractus perfecti quàm pretij num. 35.

Nuntiatio noui operis debet esse clara sub nu. 35.

Intimatio litis motæ facienda venditori per emptorem debet fieri cum inserto tenore libelli. sub num. 35.

Intimatio facta inquilino per dominum domus de domo vendenda nisi sit specifica non arctat sub nu. 35.

Expressum dicitur id, quod exprimitur per relationem ad expressum, sed non sufficit eiusmodi expressio, si expressio requiratur pro forma, aut requiratur certitudo cum expressione sub nu. 35. vers. ratio huius.

Dilatio probatoria non debet excedere tres menses si documenta poscantur ex prouincia in qua agitur lis num. 40. Si ex prouincijs continentibus, &c. indulgentur sex menses num. 41. Si ex regione transmarina seu vltra montes non indulgentur plures quàm nouem nu. 42. In Rota tamen aliter fuit seruatum num. 43.

Dilatio secunda assignata sine causa non tenet num. 44. Contrarium nu. 46. & quid si prima fuerit manca nu. 47. & seqq.

Processus & Probationes } facti intra secundam dilationem assignatam sine rationabili causa sunt ipso iure nulli num. 44.

Dictio negatiua præposita verbo potest *denotat impossibilitatem num. 45.*

Dilatio secunda potest assignari etiam sine causa quando prima fuit manca nu. 47. Contraria opinio nu. 48. Concordantur vt prima procedat quando ius aduersarij non est effectum deterius, secunda verò quando est effectum deterius num. 50. Concordantur rursus vt prima procedat quando durante prima, petitur altera; secunda verò opinio quando petitur post finitam primam. num. 51. Declarantur per ampliationem, & restrictionem num. 53. & seqq. & num. 56. & 57.

Dilatio est arbitraria quoad abbreuiationem, sed non quoad prorogationem num. 49.

Dilationum materia debet amputari num. 49. vers. ratio.

Ius aduersarij quando dicatur effectum deterius et quando non num. 50.

Ius quæsitum parti non dicitur quando non est expirata dilatio, secus si sit expirata num. 52.

Dilatio secunda non potest dari etiam si ius aduersarij non sit effectum deterius num. 53.

Dilatio ad faciendas positiones an sit concedenda post lapsam primam dilationem datam ad probandum num. 54. & 55.

Dilatio non potest prorogari si fuerit assignata integra num. 56. Fallit si producerentur instrumenta, vel articularetur materia, quæ nuper venisset ad notitiam articulantis, iusq; aduersarij non esset effectum deterius: quia posset etiam de nouo dari num. 57.

Dilationes non sunt de substantia iudicij num. 58.

Probationes aliaque inde sequuta recepta sine dilatione ad probandum sunt validæ num. 58. etiam si statutum habens clausulam irritantem mandaret iudici vt præfigeret dilationes num. 59. Fallit 1. vt in num. 62. Fallit 2. vt in num. 64. confutaturque dictum Castrensis num. 63.

Dilationes sunt media causæ concernuntque ius partis et non constitutionis sub num. 58.

Sententia lata sine dilationibus valet num. 58. in fine. & 66. Restringitur nu. 60. vers. exemplifica. & n. 61. et 62.

Iudex tenetur ex officio dare dilationes miserabili personæ stante statuto quòd iudex præfigat dilationes n. 60.

Sententia lata sine probationibus, & non assignata dilatione est nulla nisi sit absolutoria ab obseruatione iudicij num. 65. secus si fuerit assignata dilatio: quia posset ferri diffinitiua etiam sine probationibus num. 66.

Dilatio secunda potest concedi si in prima extiterit impedimentum sub num. 67. & dummodo constet in specie de qualitate impedimenti, quia impedimentum debet esse efficax. sub num. 71. & concurrant alia, de quibus num. 74. & 109.

Impedimentum euenisse in prima dilatione probatur solo iuramento impediti nu. 68. quòd stetur arbitrio iudicis an impedimentum probetur solo iuramento num. 69. & sub n. 71. quòd impedimentum de longinquo probetur solo iuramento secus si sit impedimentum de proximo num. 70. item non probatur solo iuramento si persona iurantis sit alias suspecta num. 71. hæcque probatio impedimenti per iuramentum recipit probationem in contrarium num. 72.

Impedimentum ad obtinendam secundam dilationem probatur per literas iudicis num. 73.

Impedimentum ad obtinendam secundam, & tertiam dilationem præsumitur nu. 135.

Dilatio secunda ad examinandos testes non datur, si in prima dilatione fuit examinatus congruus numerus testium, hocque procedit etiam si probaretur extitisse impedimentum in prima dilatione num. 74.

Dilatio secunda, quæ conceditur propter impedimentum, quod euenit in prima datur ad mensuram impedimenti num. 75. ideoquè si quis fuit impeditus per duos dies, duo dies conceduntur num. 77. Contrarium num. 78. Retinetur primum num. 79. Restringitur 1. vt non procedat de consuetudine, quia conceditur denuo integra eod. num. 79. Restringitur 2. quando impedimentum in parte abstulisset commoditatem totius num. 80. Restringitur 3. quando prima dilatio fuisset assignata non integra num. 81.

Testes, quos quis sua negligentia non fecit examinari in prima dilatione, non potest facere examinari in secunda nu. 76. Fallit si ignoranter non fecisset examinari quia ignorabat eos num. 82. & 83. Fallit etiam si iudex eos admitteret parte non contradicente nu. 84.

Renuntiatio probationis non nocet respectu testium, quos renuntians ignorabat habere num. 83.

Dilatio secunda potest assignari si prima non fuit integraliter assignata, & quomodo assignetur nu. 85. Extenditur etiam si prima dilatio fuisset assignata à iure sine ministerio iudicis num. 86.

Dilatio data à iure an & quando possit prorogari seu abbreuiari à iudice num. 87. & num. 144. & seqq.

Dilatio secunda, & vlterior potest dari partibus acceptantibus num. 88. idem si litigatori superueniant noua probationes num. 89. idem si in prima dilatione fuerit impeditus facto aduersarij num. 91. idem si in iudicio emergeret aliqua noua exceptio seu aliud incidens num. 96. idem si litigatur in concistorio principis num. 97. dummodo causa ad principem deuoluta non sit per viam consultationis num. 98. idem si statutum mandet dari plures dilationes num. 99. idem de consuetudine num. 100. idem in curia rom. si articuli sint de materia dantis nu. 102. & præcipuè si sint articuli rei defensoris n. 103. secus si essent articuli obiectiui n. 104.

Probationes quòd nouiter superuenerint probatur iuramento num. 90.

Dilatio seu Terminus non currit quandiu impeditur illius vsus nu. 91. 92. & 95. & dicitur impediri etiam per contumaciam partis num. 94.

Dilatio seu Terminus ad producendum articulos si detur, & postea detur terminus ad probandum euitatur difficultas an &c. nu. 93.

Dilatio ad probandum non currit donec pars cessat respondere positionibus nu. 94.

Dilatio expectatoria ad veniendum non est peremptoria num. 105.

Dilatio ad agendum ex l. diffamari. non est peremptoria num. 106. Contrarium ibidem. vers. falsa.

Dilationes aliæ, quæ non sunt peremptoriæ num. 108.

Monitiones duæ requiruntur intra dilationem præfixam diffamanti ad agendum num. 107.

Dilatio ad probandum quibus interuenientibus, & cum qua causæ cognitione debeat concedi nu. 109.

Dilatio potest assignari non petenti ad instantiam aduersarij sub nu. 110. vers. primus. | Ratio redditur nu. 111.

Dilatio non potest ex officio assignari nõ petenti n. 112. Secunda opinio in contrarium num. 113. Tertia opinio quòd possit, si vtraque pars est præsens num. 114. Retinetur prima num. 115.

Citatio an sit necessaria in assignanda dilatione nu. 116.

Dilationes ad probandum non possunt dari plures quàm duæ nu. 117. Secunda opinio quòd possint dari tot, quot emergunt impedimenta num. 118. Tertia opinio, quòd possint dari quatuor dilationes num. 119. Quarta opinio quòd possint dari tot dilationes, quot emergunt impedimenta vt in secunda opinione, sed non concedantur plures quàm quatuor productiones nu. 120. hæcq; vltima opinio approbatur pro vera in puncto iuris nu. 121. declaraturque multipliciter num. 123. & seqq. de consuetudine tamen dantur tres dilationes, & quarta cum solemnitate nu. 134. & illæ tres dantur etiam non probato impedimento num. 135.

Dilatio secunda ad probandum requirit maiorem cognitionem, quàm prima: tertia, quàm secunda, & sic deinceps sub num. 119.

Dilatio quarta ad probandum non datur sine solemnitate iuris sub nu. 119. Contrarium quòd detur sub n. 120.

Productiones testium non conceduntur nisi quatuor, & quarta cum solemnitate iuris sub nu. 120. & 125. Declaratur, quæ sit ista solemnitas iuris sub d. num. 120. Declaratur etiam nu. 129. 130. & 131. Limitatur nu. 132. & 133.

Dilatio ad probandum non conceditur post quartã productionem testium num. 123. multo minus post didicita testificata n. 124. & 128. Declaratur primo, vt nihil intersit an plures productiones sint factæ infra vnã dilationem, vel infra plures nu. 126. Declaratur secundo vt in prædictis sub nomine productionis debeat intelligi etiam examen, quia sola productio potest concedi non solum quarta vice sed quinta, & vlterior num. 127. Declaratur 3. nu. 128. Declaratur 4. nu. 129. Declaratur 5. num. 130. Declaratur 6. nu. 131.

Producendi testes praxis sub nu. 126.

Procurator non potest præstare iuramentum, quod requiritur ad petendam quartam productionem, nisi habeat mandatum speciale num. 129.

Iuramentum requisitum in petitione quartæ productionis potest à parte tacitè remitti num. 130. & etiam expresse num. 131.

Testificatis didicitis, nõ conceditur productio testiũ n. 128.

Productio testium conceditur etiam quarta vice sine solemnitate iuris, quando inter tres productiones non intercessisset tantum spatium temporis, vt volens producere potuisset discere testificata num. 132.

Productiones testium de consuetudine conceduntur plures, & pluries vltra quatuor & quare num. 133.

Dilatio ad examinandos testes vltramarinos, seu commorantes in longinguis partibus non conceditur nisi cum remedijs & cautelis, de quibus nu. 136. & seqq. & nu. 141. & seqq.

Iurare tenetur qui petit dilationem pro examinandis testibus de longinguo sub nu. 136. ver. primum. & n. 141.

Salarium pro testibus examinandis quando sit deponendum num. 137. & quomodo in regno Neap. num. 140.

Dilationem petens calumniosè potest mulctari num. 138. & quomodo puniatur in regno Neap. nu. 139. & 143. & quomodo in foro capitolino nu. 142.

Dilatio ad probandum potest assignari breuior, sed nõ longior ea, quæ est taxata à iure nu. 144. Contrariũ, quòd possit ex causa assignari etiam longior nu. 145. & 146. præsertim quando statutum disponit, quòd dilationes sint arbitrariæ; quia tunc etiam causa non expressa possunt abbreuiari, & elongari n. 147. prout dispositum est in regno Neap. nu. 148. Declaratur num. 149.

Dilatio probatoria quamuis præfigi possit arbitrio iudicis, tamen debet præfigi cum causæ cognitione nu. 149.

Dilatio ad probandum debet esse breuior in summarijs, & præsertim in causis alimẽtorum, quàm in ordinarijs num. 150. Item breuior quando præfigitur iuueni, quàm seni nu. 151. Item breuior vicinioribus num. 152.

Dilatio ad probandum in causa rei, quæ est tempore peritura debet esse breuis sub nu. 150.

Dilatio prima ad probandum debet esse longior secunda, & secunda longior 3. num. 153.

Dilatio secunda negatur ei, qui in prima non procurauit aliquid facere. sub nu. 153.

Dilationes ad probandum definitæ à statuto non possunt à iudice minui aut augeri nu. 154. secus si non sint definitæ num. 155.

Dilationis tempus est continuum num. 156. Limitatur quando maior pars dilationis esset feriata nu. 157. Limitatur in dilatione assignata à statuto num. 158. Limitatur in dilatione terminorum substantialium num. 159.

Dilatio assignata à iure seu statuto non exigit ministeriũ iudicis num. 160. Exemplificatur in x. diebus datis ad appellandum nu. 161. Exemplificatur in v. diebus, de quibus in stat. vrbis num. 162. Limitatur in dilatione probatoria assignata à pragm. regni Neap. num. 163. & quæ sit vtilitas si dilatio est assignata à iure, seu statuto num. 164.

Dilatione pendente, officium iudicis conquiescit nu. 165. siue sit dilatio iuris, siue cõuentionalis, siue sit assignata à iudice, ideoque processus factus dilatione pendente est ipso iure nullus num. 167. & similiter sententia num. 168. etiam si processus & sententia ratificarentur de communi consensu nu. 169. Restringitur quando iudex in præfixione dilationis reseruasset sibi facultatem sententiandi quandocunque num. 170. Limitantur hæc num. 171. & seqq.

Remissoria quando concedatur sine retardatione processus sub num. 170.

Dilatione pendente, iudex potest exercere actum in executionem dilationis num. 171. Potest procedere pro eo, ad cuius fauorem concessa est dilatio num. 172. Potest pendente dilatione vnius termini substantialis alium conculcare num. 173. Potest concedi compulsoria generalis nu. 177. Potest procedere, pendente termino ad recipiendos apostolos nu. 178. Contrarium nu. 179. Potest procedere ad capturam, pendente termino citatorio ad respondendum inquisitioni num. 180. Quibus alijs casibus possit procedere, remissiuè num. 181. vers. limitationes.

Captura rei citati ad respondendum inquisitioni quomodo possit euitari pendente termino citationis nu. 181.

Termino 60. dierum ad comparendum pendente, possunt seruari alij tres termini num. 174. Item pendente termino ad articulandum potest fieri citatio ad sententiam num. 175.

Termini substantiales Rotæ, malè tenti, seu nulliter & præposterè conculcati, possunt omnes reiterari & sanari vnico contextu sub vnica citatione num. 265. & 267. & tàm in causis summarijs, quàm in ordinarijs num. 268. & 282. & ista sanatio potest fieri sub eamet citatione, quæ fit ad sententiam num. 269. & potest fieri etiam ab A.C. num. 270. & à quolibet iudice, & in qualibet causa num. 271. sed quomodo verùm sit, posse fieri istam sanatoriam sub vnico contextu declaratur num. 176. & possunt reiterari & sanari etiam si fuissent tenti ab asserto procuratore seu contra assertum procuratorem de cuius mandato non constaret n. 266. secus si essent omnino omissi nu. 272. & 273.

Dilatio ad probandũ poteſt aſſignari quinq; modis. n. 182.

*Teſtes iurati infra terminum datum ad probandum poſ-
ſunt examinari poſt lapſum terminum n. 182. verſ. ca-
pio primum | Contrarium, quòd non poſſint examinari,
niſi appareat de diligentia examinandi infra termi-
num num. 185. Retinetur primum num. 186. Declara-
tur infra quantum tempus poſt terminum poſſint exa-
minari num. 187. Reſtringitur dubitatiuè, quando di-
latio eſt aſſignata à lege ſine miniſterio hominis num.
190. verſ. reſtringe.*

*Depoſitio teſtis retrotrahitur ad tempus præſtiti iuramen
ti. num. 183.*

Iuramentum teſtis eſt radix depoſitionis, ſub nu. 183.

*Miles, receptus ad iuramentum, dicitur ad totum rece-
ptus ſub num. 183. verſ. comprobatur.*

*Citatio fit ad videndum iurare teſtes, & non ad viden-
dum eos examinari num. 184.*

*Teſtes iurati infra terminum datum ad producendos te-
ſtes, poſſunt examinari poſt terminum num. 186. De-
claratur vt tempus ad examinandum poſt terminum
non debeat durare quantum durat inſtantia, & quæ
ſit cautela in regno Neap. contra moroſum in exami-
nandis ſuis teſtibus n. 187. & quæ praxis obſeruetur in
regno Neap. num. 188.*

*Terminus ad examinandos teſtes iuratos debet præfigi,
parte inſtante, ſed tamen, etiam eo elapſo, poſſunt exa-
minari, dummodo examinentur donec res eſt integra
ſub num 187.*

*Res integra in Regno Neap. dicitur ante aperturam pro-
ceſſus, & quando dicatur de iure communi. remiſſiuè
num. 187. in fine.*

*Publicatio proceſſus quomodo fiat in regno Neap. quando
vnus litigantium inſtat pro examine teſtium iurato-
rum in termino, & alter inſtat pro publicatione pro-
ceſſus num. 188. eademque praxis ſeruatur quando te-
ſtes fuerunt ſolum citati infra terminum num. 189.*

*Teſtes iurati infra terminum aſſignatum ad recipien-
dum & examinandum poſſunt examinari etiam poſt
terminum, ſi in termino fuerit facta aliqua diligentia
vt examinarentur num 190. Reſtringitur dubitatiuè
quando dilatio eſt aſſignata à lege ſine miniſterio ho-
minis ibidem. verſ. reſtringe.*

*Teſtes licet iurauerint infra terminum datum ad probã-
dum, & probatum habendum tamen non poſſunt exa-
minari poſt terminum num. 191. Idem ſi datus eſt ter-
minus ad producendum teſtes & faciendum illos exa-
minari nu. 193. Idem ſi eſt datus ad deponendum, ſeu
ad oſtendendum de iure ſuo, ſeu ad probandum per
verba præteriti temporis num. 194. & multò magis ſi
eſt datus ad probandum, & probatum habendum per
omne genus probationis num. 195. Reſtringuntur hæc
omnia vt non procedant quando &c. nu. 198. & ſeqq.*

*Terminus ad probandum, & probatum habendum ha-
bet vim concluſionis in cauſa num 192. & ſimiliter
terminus ad probandum, & probatum habendum
per omne genus probationis num. 196 & ſub num. 197.
verſ. ſed terminus.*

*Inſtrumenta recipi non poſſunt poſt lapſum terminum da
tum ad probandum, & probatum habendum nu. 197.*

Inſtrumenta & Scriptura } *poſſunt recipi vſque ad concluſionem in
cauſa & non poſtea ſub num. 197. verſ.
confirmatur.*

*Teſtes, qui non poſſent recipi poſt lapſum terminum, poſ-
ſunt recipi, ſi ex negligentia iudicis vel ob aliud impe-
dimentum citra producentis negligentiam non fuerunt
examinati num. 198. Idem ſi teſtes eſſent in longinguis
partibus num. 200 Idem ſi teſtes producerentur à mu-
liere, pupillo, eccleſia, & fiſco, quibus &c. num. 203.*

*Terminus octo dierum præfixus excipienti ad probandã
excõicationem contra actorem nõ currit, ſi per excipien
tem non ſtetit quominus probaret. ſub nu. 198. & 199.*

*Terminus datus ad probandũ, & probatum habendũ non
extenditur ad teſtes commorantes in longinguo n. 200.*

*Inſtantia trium menſium non ſe extendit ad cauſam, in
qua petitur dilatio ad examinãdos teſtes vltramari-
nos, ſeu exiſtentes in longinguis partibus nu. 201. dum-
modo inſtantia ſit præfixa liti, ſecus ſi ſit præfixa iuriſ-
dictioni num. 202.*

*Inſtantia breuis non currit, durante dilatione data ad
examinandos teſtes de longinguo. ſub num. 201. ſed eſt
verum ſi inſtantia eſt præfixa liti, ſecus ſi eſt præfixa iu
riſdictioni num. 202.*

*Sententia quando poſſit validè ferri poſt inſtantiam. nu.
201. in fine. & nu. 202.*

Mulier, Pupillus, Eccleſia & Fiſcus } *habent primum, & ſecundum beneficiũ
ad pinguius probãdum, ideoque poſſunt
probare etiam lapſo termino ad proba-
tum habendum nu. 203.*

*Dilatio debet aſſignari prius actori, & deinde reo n. 204.
& 232. & ſi iudex cõem actori & reo aſſignet, reus põt
petere, quòd prius aſſignetur actori nu. 207. Limitatur
in cauſis ſummarijs, & beneficialibus, quia aſſignatur
cõiter vtrique. ſub nu. 224. verſ. limita | Limitatur in
foro capitolino etiam in cauſis ordinarijs n. 225. Limi-
tatur quando ex cauſa veniret aſſignanda prius reo
quàm actori n. 226. Limitatur in quæſtionibus præiudi
cialibus, quia admittũtur prius probationes rei. n. 227.
Limitationes aliæ. remiſſiuè eo. n. 227. verſ. alios caſus.*

*Probationes actoris recipiuntur prius, quàm probationes
rei num. 205.*

*Reus non adſtringitur ad ſe defendẽdum, niſi actor prius
probauerit ſuã intentionẽ, alias reus eſſet fatuus n. 206.*

*Dilatione aſſignata actori, etiam reus poteſt vti, ſi velit
num. 208.*

*Dilatio aſſignata vni parti efficitur cõis alteri num. 209.
Ratio redditur nu. 210. Dantur exempla num. 211. &
ſeqq. Extenditur etiam ſi pars, cui efficitur communis,
non potuiſſet illam habere n. 215. Exemplificatur ex-
tenſio quando, lapſo termino dato ad probatum haben-
dum vtrique parti, altera earum per viam reſtitutio-
nis in integrũ propter iuſtũ impedimentũ obtinet aliã
dilationem, quia altera pars poterit intra eandem di-
lationem probare nu. 216. Extenditur ſecundo etiam ſi
pars, cui cõceſſa eſt dilatio, renũtiaret dilationi n. 217.
& 220. idq; procedit etiã ſi res eſſet integra nu. 218. ſed
contrariũ n. 219. Reſtringitur n. 221. Subdeclaratur n.
222. Reſtringitur 2. nu. 223. Exemplificatur nu. 224.*

*Actor, qui nihil probauit in termino ſibi præfixo, poteſt
probare in termino præfixo reo nu. 211.*

*Terminus ad articulandum eſt communis vtrique parti
nu. 212. & 229.*

*Termini ſubſtantiales Rotæ ſunt communes vtriquè par-
ti, ideoque ſufficit eos ſeruari ad inſtantiam vnius par-
tis nu. 213. & 229.*

*Citatio ad ſententiam efficitur communis vtrique parti.
ſub num. 229.*

*Fatalia ſunt communia appellanti & appellato, ideoque
appellatus poteſt proſequi appellationem ſub nu. 214.
verſ. adde.*

Commiſſio ſeu Reſcriptum } *quo committitur cauſa appellationis, ef-
ficitur cõis vtrique parti. ſub num. 214.
verſ. extende iſtam. et n. 216. verſus finem | efficiturque
commune ſtatim atque eſt præſentatum num. 220.*

*Appellatio iuuat etiã partem non appellantẽ. ſub nu. 214.
verſ. extende rurſus. & ſub num. 216. verſus finem.*

*Dilatio, quæ eſt communis vtrique parti, deſinit eſſe com-
munis ei, qui illi renuntiauit nu. 221. Item non eſt com
munis, ſi ſit aſſignata diſtinctè actori & reo num. 223.
Exemplificatur hoc num. 224.*

*Dilatio aſſignata vni efficitur neceſſariò communis alte-
ri in ſummarijs, ſed in ordinarijs non efficitur commu-
nis, niſi volenti nu. 222.*

Dilatio & Terminus ſubſtantialis Rotæ } *quam habeant differen-
tiam num. 228. & ſeqq.*

*Termini ſubſtantiales ſunt adeo neceſſarij, vt ſententia ſi-
ne eis lata ſit nulla nu. 230. & 239. & quare ſint adeo
neceſſarij num. 240. eſtq; nulla ſententia etiam ſi fuerit
omiſſus vnus ſolus num. 253. & ſeqq.*

Termini ſubſtantiales ſunt ſemper peremptorij num. 231.

*Dilationes ad probandum quomodo in praxi aſſignentur
nu. 232. & 233. & quomodo in Abbatia Sublacen. nu.
234. In regno Neap. remiſſiuè nu 235. 187. & 188. In
foro capitolino num. 236. In Rota nu. 236. verſ. retento.
& num. 237*

*Praxis aſſignandarum dilationum, de qua teſtatur Spec.
hodie non ſeruatur nu. 233.*

*Termini ſubſtantiales cauſæ beneficialis, ſeu aliter ſum-
mariæ, qui ſeruantur in Rota, & coram A. C. in cauſis*

supra ducatos 200. auri de camera quot, & qui sint nu. 237. 239. 262 & 264. & seruantur vnus post alium num. 238. et ex eorum præposteratione processus redderetur inualidus num. 252.

Terminorum substantialium quatuor cur sint omnino necessarij in causis summarijs n. 240 et reliqui quare non sint necessarij num. 241. ideoque possunt omitti etiam parte opponente & appellante num. 260. reiecta opin. Egidij num. 261.

Libellus & Litis contestatio } non sunt necessarij in causis summarijs num. 241.

Termini substantiales, qui sunt omnino necessarij in causis beneficialibus, & summarijs sunt quatuor num. 239. & 244. hique quatuor sunt necessarij etiã si posset procedi terminis non seruatis, & sola facti veritate inspecta num. 242. possunt tamen isto casu breuiari num. 243. & 244. sed tempore Egidij solum tres termini erãt necessarij num. 264.

Termini substantiales possunt breuiari, quando potest procedi, terminis non seruatis, seu sola facti veritate inspecta num. 243. Ampliatur in causa prophana num. 244. Ampliatur 2. si procedatur contra absentem dummodo &c. num. 245. Extenditur hæc 2. ampl. etiam in causa prophana nu. 246. Ampliatur 3. si procederetur sola facti veritate inspecta num. 247. Restringitur hæc ampliatio vt non sit vera in causa prophana, quia non possent breuiari num. 248. nisi esset causa viduarum, vel pupillorum actorum, aut &c num. 249. Item non possunt breuiari quando esset procedendum per audientiam contradictarum contra absentem num. 250.

Termini substantiales corum A. C. in causis mercatorum curiæ & notariorum sui tribunalis sunt quatuor, & possunt breuiari num. 251.

Terminorum substantialium præposteratio inducit nullitatem num. 252.

Terminus ad articulandum, Terminus ad producendum omnia } si omittatur, processus est nullus num. 254. & seqq. num. 257.

Citatio ad videndum admitti articulos non supplet defectum termini ad articulandum num. 265.

Citatio ad dicendum contra iura producta non supplet terminum ad producendum omnia num. 257. supplet tamen terminum ad dicendum contra producta num. 258. supplet similiter terminum ad dicendum contra articulos num. 259.

Termini substantiales oẽs sunt seruandi in causa prophana etiam si esset commissa vt procederetur terminis nõ seruatis, vel abbreuiatis num. 263.

Termini substantiales qui nec benè nec malè fuerunt seruati non possunt sanari, seu reiterari sub vnica citatione nu. 272. etiam si ordinatè exprimerentur omnes in citatione num. 273.

Termini substantiales soliti seruari in curia licet non fuerint seruati extra Curiam, tamen ille processus factus extra curiam delatus ad curiam est validus nu. 274. & procedit etiam si processus esset fabricatus coram iudice delegato à Curia num. 275.

Stylus curiæ, in qua cognoscitur causa, attenditur num. 274. & non stilus curiæ delegantis num. 275.

Termini substantiales causæ ordinariæ, qui seruantur in Rota quot & qui sint num. 276. 283. 284. & 285.

Stylus curiæ Rom. modo est albus & modo niger num. 277.

Termini substantiales, qui seruantur in prima instantia, non eodem modo, & non omnes seruantur in secunda & tertia, & quomodo seruentur num. 278.

Dies termini computatur in termino substantiali nu. 279.

Termini, qui seruantur contra nolentem contestari litem qui sint num. 280.

Litem contestari in Rota litigator cogitur sub pœna excõicationis sub num. 280. Contrarium ex nostra sententia num. 281. vbi quomodo procedatur contra nolentem contestari.

Summariè procedi conceditur passim à Signatura nu. 283.

Termini substantiales, qui seruantur coram Auditoribus Rotæ, seruantur coram alijs Prælatis delegatis num. 287.

Sententia lata tempore feriato, vel terminis omissis est nulla, non obstante constitutione reijciente nullitates præter tres prouenientes ex defectu iurisdictionis, mandati, & citationis num. 288. & 289. & quare sententia omissis terminis sit nulla num. 290. 291 & sub num. 293. vers. resp. rur. us.

Iurisdictio iudicis dicitur suspensa tempore feriato n. 289.

Sententia, quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoriè iniusta, ideoque dicitur etiam nulla, talisque nullitas potest allegari, etiam si habeamus constitutionem, quæ reijciat omnes nullitates præter nullitatem ex defectu mandati, citationis & iurisdictionis num. 292.

Nullitas, quæ apparet ex facie actorum, non censetur sublata à statuto tollente nullitates sub num. 293. vers. resp.

Dies est duplex naturalis scilicet, & artificialis nu. 294. & qui dicatur dies naturalis num. 295. & quòd secundum morem romanum incipiat à media nocte, & finiat in seq. media nocte num. 303. & apud Babilonios, & Persas incipiat ab ortu solis vsque ad sequentẽ ortũ solis nu. 304. apud Athenienses ab occasu ad occasum num. 305. apud Vmbros & Arabes à meridie ad meridiem num. 306. apud quosdam definitum est per statuta, quando incipiat & finiat nu. 355. & quæ sint partes diei naturalis num. 356.

Annus ex quot mensibus & diebus constet num. 296. & 301. ex quot mensibus constaret olim secundum constitutionem Romuli num. 297. apud quosdam annus constituebatur sex mensibus 298. apud Archades & Caldæos tribus mensibus nu. 299. apud Aegiptios senio Lunæ num. 300.

Mensis ex quot diebus constet num. 302.

Dies festikus, Indulgentia &, Diuinum officium &c. } incipiunt à vespere vigiliæ vsque ad vesperas sequentis diei festiui num. 307. & 357. Fallit quando agitur de puniendo delicto commisso in die festiuo, quia nox non dicitur dies 358.

Dies artificialis seu Dies ciuilis } durat ab ortu solis vsque ad occasum, & vnde dicatur num. 308. & 309 quot horis expleatur, & quare dicatur expleri duodecim horis num. 310 & 311.

Dies vniformis incipit ab ortu solis vsque ad occasum num. 312.

Dies difformis, Dies emergens seu Dies legalis } quomodo incipiat & finiat nu. 313. & 314 vbi quòd currit de momento ad momentum, & quòd sic sumitur in literis patentalibus commissariorum.

Dies totius hebdomadæ quomodo singuli nuncupentur num. 315.

Planetæ quot, & quo ordine sint firmamento affixi. sub num. 315.

Dies dominica quare sic vocetur nu. 316.

Dies Sabbathi vnde dicatur num. 317.

Dies quomodo sit sumendus in lege, seu statuto loquente de die nu. 318. & seqq. 330. & seqq. 345. & seqq. & 357. & seqq.

Dies vigiliæ seu quiuis alius, in quo ex præcepto ecclesiæ abstinendum est ab esu carnium, incipit à media nocte, & durat ad mediam noctem nu. 319.

Ieiunium diei incipit à media nocte, & durat ad mediam noctem num. 320.

Notarius, conficiens instrumentum de nocte, potest scribere fuisse confectum tali die, & non incurrit falsum num. 321.

Creditor tenetur recipere solutionem etiam de nocte, licet debitor promiserit iureiurando soluere tali die nu. 322. & 325. Declaratio colligitur num. 324.

Dies in contractibus incipit à media nocte, & desinit in sequenti media nocte num. 323.

Debitor, qui est obligatus soluere tali die sub pœna quartæ, si soluat ante mediam noctem seq. euitat pœnam n. 325 & 326.

Fideiusso carcerati est recipienda etiam in media nocte num. 327.

Bannitus cum reseruatione tot dierum ad comparendum potest comparere ante mediam noctem vltimi diei num. 328.

Appellatio potest recipi etiam de nocte nu. 329.

Dies in actibus iurisdictionis contentiosæ non progreditur vltra horam, pro qua pars citatur ad illum actum num. 330.

Sententia non potest ferri de sero, seu de nocte ante auroram num.

num.331. 332.& 333. Limitatur vbi consuetudo est in contrarium num 336.Contrarium num.337.Retinetur limitatio ibidem. vers. retinendo. | Limitationes aliæ habentur sub nu.344.

Actus expediendi parte citata non possunt expediri de nocte.sub num. 331.& seqq.Limitatur quando consuetudo est in contrarium num. 336.& coram quibus iudicibus seruetur hæc consuetudo num 338.& seqq.Limitatur etiam coram iudice delegato, quia cum non habeat tribunal posset statuere horam &c.num.342.Contra istam limitationem num. 343.Concordantur num. 344. Limitatur 3. in sententia arbitratoris seu arbitri compromissarij, secus in sententia arbitri necessarij Limitatur 4.quando expiraret iurisdictio.Limitatur 5. in sententia interlocutoria. Limitatur 6.quando fertur de consensu partium:hæc omnia sub d.num. 344.

Iudicium incipit in mane & terminatur in fine diei ante tenebras noctis num.332.

Testium depositio & examen potest recipi de nocte,sed iuramentum solum de die nu.333.

Citatus tenetur comparere solum de die num.334.

Lucem odit, qui male agit nu. 335.

Tenebræ sunt aptæ ad fabricandum falsum num.335.

Iurisdictio exercetur de nocte à prælatis, alijsque magnis dominis, qui occupantur multis negotijs nu.338. Item ab A. C.num. 340. A iudicibus pedaneis,similibusque qui cognoscunt causas pauperum operariorum num. 341. & an & quando à iudice delegato num. 342. & seqq.

Statutum, puniens delictum commissum de nocte, sumit necessario diem artificialiter num. 345. 357. & 358. idque verum est in qualibet dispositione loquente de die ad differentiam noctis num. 346.

Statutum,puniens delictum commissum de die fæstiuo,intelligitur de die artificiali quando sol est super terram nu.357 & 358.

Delictū cōmissum in aurora ante ortū solis,vel in crepusculo post occasum solis intelligitur commissum de nocte nu. 347. Secunda opinio quòd intelligatur commissum de die num. 348.Tertia opinio quòd relinquatur arbitrio iudicis num.349 Quarta opinio quòd intelligatur commissum tempore medio inter diem & noctem num. 352.

Aurora & Crepusculum } attribuuntur nocti. sub num. 347. immò sunt medium tempus inter diem, & noctem nu.352.vide etiam sub nu.356.

Interdiu dicitur tempus indifferens inter noctem & diem.
Pœnæ sunt legum interpretatione mollienda.
Dubitans debet sequi humaniorē viam num. 351.
Absoluere potiusquam condemnare debemus in iudicijs.
Sero est aliud quam nox.
Fiscus potius,quàm reus in dubio condemnandus.
} sub num. 348.

Hermaphroditus iudicatur in eo sexu, in quo præualet num.350.

Nox est vmbra &c.quæ nox in insula Thulæ non est &c. num.354.

Dies naturalis quas partes habeat
Gallicinium.
Diluculum.
Mane.
Meridies.
Occiduum.
Occasus solis.
Vespera.
Crepusculum.
Anteluculum.
Diluculum.
Sero.
} quid sint num.356.

Mensis emergens habet tot dies,quot habet mensis, in quo incipit emergens nu.359. Limitatur in Vrbe propter statuta disponentia quemlibet mensem debere intelligi xxx.dierum num.360.

Menses fuerunt diuisi in dies à Numa Pompilio. sub num.360.

Annus naturalis seu Annus emergens } incipit à quolibet die num. 361.

Annus vsualis incipit à prima die ianuarij.
Legitimus incipit ab aprile secundum lunationes.
Ce rimonialis à fæsto ad fæstum.
Emergens à die quo aliquod magnū emergit.
} nu.361.

Annus quando incipiat apud Latinos, quando apud Hebræos & Græcos, quando olim apud Romanos, & quando apud Christianos sub num. 361.

Ianuarius dicitur eò quòd est ianua anni.sub num. 361.

Citatio partis non est necessaria quando recipitur probatio vltima die termini,dati ad probandum num. 362. hocquè est verum in quauis hora vltimi diei recipiatur num 393.

Citatio partis non est necessaria in recipiendis probationibus quando fuit antea monita vt assisteret singulis diebus, & horis num 364.Restringitur vt ista monitio non se extendat vltra duos dies num. 365. & quid si pars.habitaret in longinguo num.366.

CAPVT III.

1 PRAESTITO iuramento calumniæ solent assignari dilationes ad probandum, vt scribunt Io.à Grass.in arbor. iudic. in 4.principali. 4. ram. num. 7. fol.24.Iacob. Gentil.tract.de ord.iudic.sub num. 15. fol.41.Maran.in suo spec par.6. actu 3.nu.1.Mascar. tract. de probat.q.17. sub nu.31. lib.1 & communiter * omnes.† & nunquam assignantur ante contestationem li-
2 tis: quia dilatio ad probandum datur ad faciendas probationes, † & probationes non recipiuntur ante con-
3 testationem litis iuxta, quæ ex Ias. in l.admonendi. in 2. repetit. num.76.ff.de iureiur. retuli & sequutus sum lib.præced. cap. 34. num.40. & de istis dilationibus ad probandum agemus.
4 De reliquis dilationibus, quæ dantur ante contestationem litis,quales sunt dilationes ad comparendum, ad opponendum exceptiones dilatorias, & ad deliberandum, de quibus loquuntur decretales in tit. de dilat. vt notat Goffr. quem referunt, & sequuntur Abb. in rub. dicti tit.de dilat.& Mar. Soc.sub nu.1. cuius lecturam habeo in princ.sui tract. de citat.nos non agemus,nisi incidenter forsan.

Retenta communi theorica, quòd dilationes assignentur post præstitum iuramentum calumniæ, vt dixi supra nu 1.

5 Oppono contra istam communem theoricam de stylo Rotæ Rom. in qua non assignantur dilationes statim post præstitum iuramentum calumniæ, sicut deberent assignari secundum istam theoricam,&c assignantur de generali consuetudine in alijs Curijs Italiæ;sed assignantur infra terminum ad articulandum, si petantur, vt dicit Rot.diuers.decis. 9.num.2. par.3. lib. 1. & sentiunt Cassad. decis.2.dubitatum.num.2. de dilat. & Vestr.in pract lib.4.cap.1. sub num. 2. vers. sed & hæc dilatio.dum scribunt,dilationem esse petendam ante terminum ad articulandum: quia post istum terminum benè, rectequè seruatum, denegatur: Ergo secundum ipsos potest peti intra ipsum terminum antequàm sit seruatus: vel est petenda dilatio infra terminum ad dicendum contra iura producta, quia alias, si sint seruati termini, & causa sit instructa,dilationes non conceduntur, teste eadem Rot.diuers.d.decis.9.n.1.in fine par. 3.lib.1.& decis.49 par.3.lib.2.
6 Resp huic oppositioni, quòd iste stylus Rotæ Rom. non repugnat ullo modo præfatæ theoricæ, seu iuri communi, quia ius commune non præcipit,vt dilatio detur antequàm procedatur ad terminum ad articulandum,minusue prohibet, assignari infra ipsum terminum ad articulandum: neque repugnat stylo generali aliarum Curiarum, quia etiam terminus ipse ad articulandum, qui seruatur post præstitum iuramentum

calumniæ, est dilatio; & ideo petendo dilationem infra terminum ad articulandum est proprie petere prorogationem, quæ prorogatio conceditur, vt declaraui infra num.51. vers. quarta. vnde stylus Rotæ Romanæ non differt à stylo aliarum curiarum quoad dilationes, & tempus petendi eas, sed differt quoad ordinem terminorum, quos Rota Romana, vti magistra ordinauit, vt esset aliquis ordo causarum, & lites abbreuiarentur vt dixi infra nu.286.

Diffinitio dilationis.

7 DILATIO in genere est tempus à iudice moderatum, vt ex quibusdam refert Cyn. in l. 1. vers. quæro primo.num.1 C. de dilat & ex Cyn. referunt Io.And. in addit.ad Spec.tit.de dilat.in principio in verbo detur & Abb. in c.1.vers.sed pro intellectu.n. 15. eod. tit. & ante istos omnes Petr de Bellaper. in l. in pecuniarijs.num.10. vers.modo veniam ff.de fer. vel & melius secundum eosdem Cyn.& Abb. vbi supra est facultas cuiusque agendi intra tempus moderatum à lege, vel à iudice, vel partium consensu: hancque definitionē sequitur Sebast.Med.tract. de definit. def. 36. n.5.fol.30.. existimās bonā esse: quia conuertatur cum suo definito, & fuit ista definitio originaliter Petri de Bellaper. vbi supra. licet de eo mentionem nemo faciat. Sed Io.And.vbi supra arbitratur istam etiam posse impugnari: & aduerte, quia illud verbum agendi sumitur in genere, prout significat facere.

Diuisio dilationis.

8 DIVIDITVR dilatio; attenta ista definitione in tres species secundum Petr. de Bellaper. in d.l.in pecuniarijs. num.11.Cyn.in d. l.1.nu. 2. & Abb. d.num.15.& sunt istæ.

9 Legalis, quæ datur simpliciter, & determinate ab ipsa lege, qualis est dilatio decem dierum ad appellandum: viginti ad respondendum libello; quadriennij ad petendam restitutionem in integrum, & aliæ similes, de quibus infra num. 14. & 19.

10 Conuentionalis, quæ competit ex conuentione partium.l cedere diem.ff.de verbo.& rer.signif.

11 Iudicialis, quæ datur à iudice suo arbitro l. 1. §. expilatores.ff.de effract.

12 DILATIO iudicialis secundum Abb.d. cap. 1. sub nu.15 de dilat. diuiditur rursus in septem species, & sunt istę.

13 Prima dicitur dilatio citatoria; & est illa, quę assignatur in ipsa citatione ad comparendum, de qua nos egimus lib.pręced. cap.3..num.17. cap. 39. num. 8. & cap.91.num.3..& de ista dilatione assignanda in citatione contra actorem citantem habes in auth qui semel. C. quom. & quan. iud. & nos diximus eod. lib. præced. cap. 93. sub num. 3. vers. si vero lis. & vers.& apertius.

14 Secunda dicitur deliberatoria, quæ datur reo, oblato libello per actorem; ad deliberandum super petitis, de qua loquitur auth.offeratur C.de lit. contest. & ista secūdum Petr.de Belapert.in d.l in pecuniarijs. vers.secunda dilatio.num.16.ff de fer.potest à iudice minui, & augeri.

15 Tertia dicitur recusatoria; & est illa, quæ datur ad proponendas omnes exceptiones declinatorias, seu dilatorias, vt in cap.pastoralis.de except.

16 Quarta dicitur probatoria; quando scilicet dantur termini, seu terminus ad probandum, & de ista loquuntur l.1.C.de dilat.l.fin.ff.eod.& cap. induciæ §. spatium 3.q.5.

17 Quinta dicitur allegatoria, quæ datur ad allegandum in causa, seu vt dicit Paul.de Castr. in rub.num.3. C.de dilat. ad proponendas exceptiones dilatorias, vel peremptorias, seu, vt dicit Petr.de Bellaper. in l in pecuniarijs vers. tertia.num.17.ff.de fer.datur reo, si veniat ad iudicium vt possit allegare exceptionem recusatoriam, vel pacti de non petendo ad tempus.& quæ aliæ dilationes dicantur allegatoriæ, vide per eundem Petr.de Bellap.ibidem. vers.est alia.& vers. est dilatio. num.7.& 21.

18 Sexta dicitur diffinitiua, quæ datur ad finiendum, & decidendum negotium.l.ad peremptorium.ff.de iudic. & cap.consuluit.de offic.deleg.

19 Septima dicitur iudicatoria, quæ datur iudicatis, & condemnatis, vt in l.debitoribus.ff.de re iud.& in cap. quoad consultationem.eod.tit.de qua nos diximus lib. præced cap.6..num.18.

Has dilationum species ponunt Abb. vt dixi. & Io. And.in addit.ad Spec.tit.de dila.in principio in verbo. uideamus, qui addit octauam speciem dilationis iudicialis, quæ dicitur litigatoria, & omnes videntur eas sumpsisse à Petr.de Bellaper.in d.l in pecuniarijs. num. 12.vers.& diuiduntur.ff.de fer.licet de eo nullam mentionem faciant.

20 DIVIDITVR dilatio in genere aliter secundū Lanf. de Ariad.tract.de dilat.num. 1. fol. 102. etenim secundū ipsum aliæ sunt expectatoriæ, de quibus in d. auth. qui semel C. quom.& quan.iud.aliæ ad excipiendum, de quibus in l.titia ff.de accusat.aliæ ad reprobandum, de quibus in l. si ea. C. qui accus.non poss.aliæ probatoriæ, de quibus in d. l. 1.C.de dilat. & in d. l. fin. ff. de fer.

Alias diuisiones si libeat videre, legito Spec.tit. de dila. §. 1. in principio, qui, nulla diuisione considerata, enumerat circiter xxviij. species dilationum. Bar. sed imperfectè in l.cessante.num. 6. C. quom & quan. iud.Paul.de Castr.in d rub num.3. C.de dilat Tancret. de ord. iud. lib 3. rub. de dilationibus quæ dantur ab homine.fol.57. Io.de Grass. tract. de substant. procur. in verbo.dilationes cuiusque generis nu. 1.fol.370. & Caball.ad constit. March.lib.5. cap. 16. in glos. terminus.nu.3.quicquid enim sit de sufficientia, & bonitate diuisionum, quas tradunt, ipsi viderint; quia nihil ad nos in isto loco, vbi intendimus solum agere de dilationibus ad probandum.

QVAESITVM I.

21 HIS generaliter præmissis pro faciliori intelligētia, quæro 1. an dilatio probatoria sit peremptoria de sui natura.

Resp. quòd sic, quia datur vnica tantum, & semel l. 1 & ibi.Bar. in principio, & cæteri Doctores C. de dilat.l.oratione.& l fin. & vtrobique Bar.& Paul. de Castr. ff.de fer.Petr. de Bellaper.in d.l.fin. in pecuniarijs. sub nu.7.vers.opponitur.ff.de fer.Bar. in l.cessante num. 6. C. quom. & quan. iud. & in auth.at qui semel. num.4.C.de probat Bal. in d. l.fin.not.2.n.1.& 6. vers. secundo incidenter quæro.ff de fer.Abb.in cap.1 versus finem num 16. vers. probatoria.de dilat.Fely. in cap. pastoralis.num.2.de except.Lanfr.de Ariad.tract. de dilat.nu.1.in fine. fol.102.Glos ad constitut. Regni Neap. in const. in pecuniarijs.fol.170.col.1.lin. 7.& in cōnst.lite legitimè contestata.fol.164. col.1.lin.vlt.lib. 2.Franc. Marc. decis. 36. quæritur super.num.4.Natt. cons.251.super nouo & cons.252.clarissimè.vtrobiquē num.1.Maran.in suo spec.par.6.actu.3.num.2.Carauit. super ritu 198. n.2.Ioseph. Cum. super.rit.Sicil.post c. 76.de modo &c.num.112.fol.392.Grauat.in annot. ad pract.Vestr.Lib.5.cap.4.nu 8.Cabal.ad constitut. Marchiæ lib.5.cap 16.in glos. terminus sub num.3. & communiter * omnes ut referunt, & sequuntur Ias. in d. l. fin num 6.ff.de fer.Gail.in pract.obseru.lib.1.obseru. 91.num.1.& Thom.Triuis.decis 37. num. 1.lib.1.& est conclusio firma, quam supposui etiam infra num.121.

22 AMPLIA istam cōclusionem, vt procedat etiam si in assignatione dilationis non sit dictum, quòd assignatur peremptoriè; quia adhuc intelligitur peremptoria Spec.tit. de dilat.§.videndum.num.7. vers.quid si data est Bar. in l.1. in principio. vers.nota vltimo.C. de dilat.Paul de Castr.in l.oratione num.1.& 3.ff.de fer.& in l. 1.num.6.C.de dilat.Ias.in l.fin. num 6.ff. de fer.Abb.in cap.1.in fine. num.16. de dilat.Fely in cap. vltra tertiam.num.6.de testib. & in cap.pastoralis. nu. 2.ibi.dum dicit abb.de except.Affl.in constitut.si quem nostrorum.not.8.num.13.lib. 2. Capic.decis. 81. num. 1.& decis.90.Carauit. super ritu 149. num.1. & super ritu.198. num. 2.Natt. d. cons. 251. num. 1. Maran. in suo spec. par. 6. actu. 3.num. 2.& Hier. de Mont. tract.

tract.de finib. regun.cap.49. num. 4. qui duo postremi testantur de communi.*

23 AMPLIA II. vt procedat non solum in dilatione assignata post litis contestationem, quo casu nemo contradicit, teste Ias. in l. fin. num. 7. ff. de fer. & videtur supponere Affl. in d. constit. si quem nostrorum sub num. 13. not. 8. lib. 2. & confirmatur ex his, quæ scripsi lib. præced. cap. 91. num. 28. vbi dixi quòd post litis cōtestationem omnes termini censentur peremptorij, sed etiam in dilatione assignata ante litis contestationem ad probandum aliquod emergens, vt scribunt Bar. in d. l. fin. num. 9. Bal. num. 6. vers. secundo incidenter quæro. ff. de fer. Paul. de Castr. in l. oratione. sub num. 2. ff. eod. & Ias. in d. l. fin. num 7. dicens, ita esse tenendum quicquid ex alijs referat Spec. & videtur probari ex textu in d. l. fin. in illis verbis. *singulis causis* idest vt ibi per Bar. num. 8. & Ias. vbi supra. singulis capitulis: regulariter enim dilatio semel tantum indulgetur vt scribit Spec. tit. de dilat. §. videndum. num. 19. ibi. in summa.

24 AMPLIA III. vt procedat etiam si iudex in assignatione dilationis dixisset: assigno pro primo termino, seu pro prima dilatione, quia & si prima dicatur respectu secundæ, tamen iudex non potest dare secundam dilationem, nisi ei constiterit prius de legitimo impedimento in prima dilatione: quoniam non potest mutare dispositionem legis l. 1. in fine principij. ff. de fer. vide ad hanc ampliationem Bar. in d. l. fin. num. 6. ff. eod. & in cons. 97. in quæstione. num. 3. lib. 1. qui ad saluandam eiusmodi assignationem ait intelligi primam respectu secundæ secundum formam illius legis videlicet, si de iusta causa doceatur, & Paul. de Castr. in eadem l. fin. sub num. 5. in fine, vbi limitat, vt non procedat in statuto, ex quo illud potest derogare iuri communi, & ideo si statutum assignaret terminum probatorium pro prima dilatione, deberet postea assignari secunda. vide etiam ad hanc tertiam ampliationem Ias. in d. l. fin. num. 8. & Addit. ad Bar. in ead. l. fin. imò si iudex assignaret secundam dilationem sine causa; dilatio, & probationes intra eam factæ non tenerent iuxta ea, quæ scripsi infra q. 3. num. 44.

25 AMPLIA IIII. vt procedat etiam si dilatio sit assignata sine comminatione, quòd procedetur ad vlteriora: quia adhuc diceretur peremptoria, vt benè contra Bar. ostendit, & firmat Ias. in d. l. fin. in tertia limitatione. nu. 17. in fine. ff. de fer.

26 AMPLIA V. vt procedat etiam in dilatione data reo ad excipiendum: quia adhuc censebitur peremptoria, vt refert & sequitur Ias. in. d. l. fin. n. 9. vide etiam Alex. Stiat. in prax. iudic. cap. 7. num. 9.

27 AMPLIA VI. vt non solum procedat in causis ordinarijs, sed à fortiori in summarijs sicut per ea, quę scribit Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. figura iudicij. sub num. 12. scribit Ias. in d. l. fin. num. 11. & licet ista ampliatio non iustificetur aperte ex ijs, quæ scribit Bar. citatus; tamen tenent eam aperte Bar. cons. 97. in quæstione. num. 1. & 2. lib. 1. Rom. cons. 226. vltra pridie. num. 5. & confirmat Grauat. in annot. ad pract. 28 Vestr. lib. 5. cap. 4. in fine. & est verissima: †quia dilationes & termini sunt angustandi, & restringēdi in summarijs, vt scribit Bar. in d. extrauag. ad reprimendum. in verbo. summariè. num. 3. & deciditur in clem. sæpe. de verb. signif. & notaui lib. præced. cap. 53. sub. nu. 11. & 14. & infra q. 5. num. 150.

29 AMPLIA VII. vt procedat non solum in dilatione assignata à iudice, sed à fortiori in assignata à lege: vide Ias. in d. l. fin. num. 12. ff. de fer.

30 AMPLIA VIII. vt habeat locum non solum si dilatio sit assignata præsenti, sed etiā si fuerit assignata absenti secundum Bar. & Paul. de Castr. in d. l. fin. num. 12. vbi soluendo contrarium glosæ infra citandæ scribit, quòd procedit in dilatione expectatoria & non in probatoria.

31 Contra istam ampliationem videntur sentire Glos. magna in d. l. fin. & ibidem Bal. sub num. 8. vers. & expo nitur. & vers. ex hac. ff. de fer. rursus Bal. in auth. iubemus. num. 3. vers. oppono dicitur. C. de iudic. licet non loquatur aperte. Fely. in cap. pastoralis. in additione num. 3. de except. & Ias. in d. l. fin. sub num. 10. ff. de fer. qui allegant alios contra Bar.

32 RETENTA ampliatione pro vera, si placet. RESTRINGE eam vt dilatio data absenti non incipiat currere, nisi à die, quo fuerit absenti intimata, & ille dies, quo intimatur, non numeratur Maran. in suo spec. par. 6. actu. 3. limit. 8. num. 14. Hier. de Mont. tract. de fin. regun. cap. 49. num. 5. & Marches. tract. de commiss. par. 1. commis. 6. cap. 1. nu. 30. fol. 178. scribens dilationem non currere nisi à die habitæ notitiæ, vel citationis, vel intimationis.

33 DECLARA istam intimationē debere fieri personaliter: quia; si fieret ad domum, requireretur adhuc expressio peremptorij, vel requirerentur tres citationes, vt declarat Bal. in auth. ei qui appellat. sub nu. 8. vers. aut assignatur absenti. C. de tempor. appellat. quem referunt & sequuntur Ias. in d. l. fin. ampl. 5. num. 10. versus finem. ff. de fer. & Lanfr. de Ariad. tract. de dilat. sub nu. 9. fol. 102.

34 DECLARA II. debere fieri cum tanta specificatione vt intimatus possit habere certam scientiam quantitatis dilationis præfixæ secundum ea, quæ scribit Alex. Stiat. in prax. iudic. cap. 7. num. 2. 3. & 4.

35 Confirmarur ista 2. declaratio 1. quia denuntiatio rei vendendę, facienda vicino, debet continere certā & plenam scientiam tàm contractus perfecti, quàm prætij, alias vti inualida non posset habere effectum excludendi vicinum à iure congrui Bal. tract. de iur. prothomis. vers. his sic premissis. sub num. 18. fol. 19. Affl. eod. tract. §. 2. vers. sed vlterius. sub num. 3. fol. 7. Iacob. Nouel. eod. tract. §. 7. num. 11. & seqq. fol. 44. Tiraqu. de vtroque retract. §. 36. glos. 2. num. 30. 31. 32. & seqq. fol. 385. & num. 2. vers. hic autem. fol. 380. & num. 8. vers. cogita. fol 381. & quòd requiratur scientia certi prætij, scribit vltra præfatos Doctores Mascar. tract. de probat. conclus. 1401. sub nu. 3. vers. qua communi & num. 4. & seqq. lib. 3. loquendo super statuto Iannuæ. & Constit. Greg. xiij. de. ædific. & iure congr. num. 8. apertè disponit, loquendo intra Vrbem Romæ. Secundo quia denuntiatio noui operis debet esse clara, & non obscura; textus est in l. aut qui aliter. in principio. vers. si quis se. ff. quòd vi aut clam. Tertio, quia intimatio litis motę facienda venditori per emptorem debet adeo certiorare venditorem, vt debeat fieri cum inserto tenore libelli dati contra ipsum emptorem secundum communem * opin. de qua testatur Cabal. tract. de euict. §. 3. num. 34. & 39. fol. 85. & quam nos amplexi sumus lib. præced. cap. 30. num. 9. Quarto quia intimatio facta inquilino per dominū domus de domo vendenda nō arctat nisi sit facta in forma specifica, de qua loquitur decretū camerale Caputaq. decis. 250. p. 1. & Constitutio Greg. sup. citata.

36 SVBDECLARA istam secundam declarationem, extendendo eam, vt non sufficeret notificatio relatiua; quia deber exprimi in ipsa intimatione, & non per relationem ad acta.

Ratio huius subdeclarationis est; quia licet Doct. quos congessit Tiraqu. tract. de legib. connub. glos. 7. in verbo. contracter. vers. duodecimum genus. num. 182. & seqq. fol. 334. in diuersis casibus scripserint, expressum dici etiam illud, quod refertur ad aliud expressum, tamen, vbi expressio est de forma, non sufficeret ista expressio per relationem ad aliud, teste eod. Tiraqu. d. glos. 7. sub nu. 187. & 188. vers. & ideo. minus sufficeret, quando requireretur expressio, & certitudo simul, teste eod. Tiraqu. d. glos. 7. num. 198. vers. intelliges secundo.

Sed in casu huius subdeclarationis requiruntur expressio & certitudo, vt sensisse videri potest Alex. Stiat. citatus supra num. 34. & suadet ratio: quia si est absens, non conuenit vt ei notificetur per relationem: ergo quantitas dilationis debet exprimi in ipsa intimatione & non per relationem ad acta.

37 AMPLIA IX. vt habeat locū etiā in terminis, & dilationibus extraindicialibus: quia etiā istæ intelliguntur peremptoriæ, vt scribit Ias. l. fin. nu. 14. ff. de fer.

38 AMPLIA X. vt in Regno Neap. habeat locum etiam ex dispositione constitut. lite legitime cōtestata. lib. 2. vt notat ibidem Affl. num. 21. sed tu poteris videre pragmat. comparente reo. cum duabus seqq. in qui-

quibus habes dilationes assignādas in causis ciuilibus.

39 AMPLIANT non nulli, vt habeat locum etiam in duello; in quo si duo pugnarent à mane vsque ad serum, & nullus ex ipsis appareret victor [quia semper fuissent pares] non assignaretur secundum eos alius dies ad pugnandum, nisi aliter pactum esset inter partes, vel aliter consensissent, seu consuetudo in contrarium extitisset. sed ista ampliatio seruiat tibi solum pro confirmatione conclusionis & aliarum ampliationum, alias quoad se sit tibi syrtis euitāda, cum duellum sit aperre prohibitum per concil. Triden. sess. 25. c. 19. vt aduerti etiam supra cap. 1. num. 170.

QVAESITVM II.

40 QVAERO nunc circa istam conclusionem, sic ampliatam, quanta debeat esse ista dilatio probatoria.

Resp. distinguendo tres oras seu regiones, ex quibus probationes petuntur iuxta l. 1. C. de dilat.

Aut enim personæ, seu instrumenta poscuntur ex ea prouincia, vbi lis agitur, & tunc non indulgentur amplius, quàm tres menses.

41 Aut poscuntur ex prouincijs continentibus, quæ vel nullo, vel modico freto distinguuntur, vt explicat Glo. in d. l. 1. & tunc indulgentur sex menses.

42 Aut poscuntur ex regione transmarina, seu vltra montes; & tunc non indulgentur plures, quàm nouem menses: & totam hanc distinctionem, & resolutionem referunt ex d. l. 1. Bar. ibidem num. 3. Petr. de Bellapert. in l. in pecuniarijs. vers. est quædam. num. 20 ff. fer. Ant. de Butr. in cap. vltra tertiam. vers. quæro an dilatio. nu. 11. & Fely. not. 2. sub. num. 5. de testib. Franc. Marc. decis. 36. quæritur super. in principio. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 91. num. 13. & ex cap. fin. 3. q. 3. Thom. Triuis. decis. 37. sub nu. 1. lib. 1.

Dubium remanet circa istam l. 1. C. de dilat. quando pars habet probationes in omnibus tribus locis, de quibus in d. l. 1. an tunc debeat habere tempus de per se integraliter pro quolibet loco ita, vt habere debeat xviij. menses. vel potius maior dilatio absorbeat minorem ita, vt intra dilationem 9. mensium contineantur reliquę, & intra dilationem 6. mensium contineatur dilatio 3. mensium.

Solutio. Innoc. in cap. vltra tertiam. sub num. 2. vers. prudenter. de testib. tenet primam partem dubij, quòd debat habere xviij. menses, nisi aduersarius, contra quem petitur dilatio ad probādum fecerit perquiri, an velit producere de vltra mare vel de cōtinētibus prouincijs, quo casu secundū ipsum assignabitur dilatio secundum qualitatem loci, vnde vult habere probationes, & aliam dilationem non habebit, alias non facta ista perquisitione, poterit habere menses 18. vt dixi. & hanc opinionem Innocentij sequitur Franc. Marc. decis. 39. sub nu 4.

Contrarium indistinctè, quòd debeat solum habere ix. menses eò, quòd materia dilationum est amputanda, tenuit Petr. de Bellaper. in l. in pecuniarijs. vers. pone iudex. sub num. 20. ff. de fer. quem refert, & sequitur Cyn. in l. 1. num. 7. vers. iuxta hoc potest dubitari. C. de dilat. ego nihil pro nunc determino.

43 In Rota fuit dictum, quòd citra montes dentur dilationes duorum mensium, vltra montes quatuor mensium Caputaqu. decis. 261. alias 4. par. 1. sed aduerte, quia dictum Rotæ non aperit, an loquatur in dilatione citatoria, vel in probatoria.

Medicina contra istam dilationem calumniose forsan petitā, quæ sit, vide infra q 4. n. 136. & seqq. ad eum.

QVAESITVM III.

44 QVAERO an valeat secunda dilatio, quam iudex assignaret sine rationabili causa.

Resp. quòd non valet: quare processus, & probationes, quæ intra eam fierent essent ipso iure nullæ Bar. in l. fin. num. 7. & Paul. de Castr. num. 6. ff. de fer. ponderando verba illius l. *plusquam semel tribui non posse* rursus Bar. in cons. 97. in quæstione. num. 4. lib. 1. Paul. de Castr. in l. 1. sub num. 6. C. de dilat. Ias. in d. l. fin. ampl. 4. sub num. 9. & nu. 23. & seqq. Io. de Amic. cons. 108. super dubio. nu. 14. Alex. Stiat. in prax. iudic. cap. 7. num. 16. hancquè opinionem late defendit & firmat pro regula Ias. vbi supra num. 35. & est communis, * de qua testatur Rip. in l. 2. num. 32. ff. de re iudic. quam refert, & sequitur Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 4. sub num. 9. & quòd secunda dilatio, quam iudex assignaret sine causæ cognitione, sit nulla, notat etiam Franc. Marc. decis. 36. sub num. 4.

45 Ratio huius communis opin. est, quia illa negatiua præposita verbo *potest* in d. l. fin. importat impossibilitatem, vt dicunt Glos. in cap. 1. de reg. iur. in 6. Abb. cons. 64. videtur primo. num. 2. lib. 2. & alij, quos refert & sequitur Ias. in d. l. fin. nu. 24.

46 Contrariam opinionem: quòd iudex possit pro sui animi motu dare secundam dilationem: tenet Bal. in ead. l. fin. sub num. 7. vers. iuxta hoc quæritur secunda dilatio. in fine. ff. de fer. quem refert, & sequitur Aret. Instit. de action. §. si minus. num. 15. vers. quærit bal.

Confirmatur ista contraria opinio ex his, quæ scribit Bar. in ead. l. fin. sub nnm. 5. vers. puto etiam. in fine. ibi. præterea. dicens, quòd is, cui denegaretur secunda dilatio, debet nihilominus admitti ad probandum in causa appellationis: vnde inquit æquitas non dictat, quòd iste condemnetur, vt postea debeat appellare;

Confirmatur 2. quia si probatio valet, quando nulla fuit assignata dilatio, vt dixi infra q. 4. num. 58. ergo debet valere etiam quando dilatio non fuit ritè assignata; sicut argumentatur Aret. vbi supra.

47 RETENTA prima opinione, quæ est communis, Dubium oritur circa eam: an sit limitanda, quando prima dilatio, quam iudex assignauit, fuit minor spatio trium mensium, qui conceduntur à iure, quia possit iudex isto casu supplere in secunda dilatione solum illud spatium, quod deficit in prima.

Resp. quòd Doctores in isto dubio discordant, & ex eorum discordantia colligo quatuor opiniones.

PRIMA opinio est, quòd iudex possit assignare secundam dilationem eo ipso, quòd prima est manca & non integra; & hanc opinionem tenuit Innoc. in cap. vltra tertiā. de testib. quem refert & sequitur Bar. in l. 1. sub num. 3. & ex Bar. refert & sequitur ibidem Paul. de Castr. sub num. 6. C. de dilat. & ita tenet etiam Rom. cons. 226. vltra pridie. nu. 5. ibi. quoad secundum. eandem opin. ex Innoc. refert & videtur sequi Franc. Marc. decis. 36. sub. nu. 4.

48 SECVNDA opinio est contraria, nimirum, quòd iudex non possit, quamuis prima dilatio fuerit manca: & hanc opinionem tenet idem Bar. cons. 97. in quæstione. sub num. 1. lib. 1. & aperte in d. l. fin. sub nu. 5. ff. de fer. & in l. 2. ff. de re iud. quem Ias. refert & sequitur in d. l. fin. num. 37. & in d. l. 2. q. 4. sub num. 36. ibi. istam opinionem. Abb. in cons. 64. videtur primo. num. 3. versus finem ibi. vltimo ad dictum. lib. 2. Fely. in cap. vltra tertiam sub not. 5. sub num. 6. de testib. & quòd ista opinio contra Inno. videatur tutior, scribit Ias. in d. l. 2. sub num. 36.

49 Ratio huius secundæ opinionis est; quia dilatio est arbitraria ad breuiandum, sed non ad prorogandum, idest, est arbitraria, dummodo non excedat tres menses seu aliud tempus præfixū in iure vt declarant Abb. vbi supra. Ias. in d. l. 2. sub num. 36. ff. de re iud. & Franc. Marc. decis. 36. num 1. & est de mente Cyn. in l. 1. num. 6. versus finem. C. de dilat. & quòd dilationes abbreuientur arbitrio iudicis, & quæ sint iustæ causæ vt dilationes possint moderari enarrat Abb. in cap. 1. sub nu. 7. ibi. istæ igitur. de dilat. ergo; si dependet ab arbitrio; nunquam dicetur manca, & consequenter cessat suppositum & fundamentum primæ opinionis: & quòd ita seruetur de consuetudine in istis partibus perhibet testimonium Bar. loco proximè citato supra: & quòd hodie ex communi iudiciorum vsu termini iuris decurrentur, testatur etiam Abb. d. num. 3. in vltimis verbis & faciunt quæ dixi infra limit. 2. num. 85.

Ratio huius rationis est: quia materia dilationum debet amputari, vt notant Cyn. in l. 1. in principio. vers. no. ex hac. C. de dilat. & Franc. Marc. d. decis. 36. sub num. 1.

50 TERTIA opinio concordat cum prima, quòd possit

poſſit concedere ſecundam ad ſupplendam primam,
ſed cum diſtinctione, quando ſcilicet ius aduerſarij
non dum eſt effectum deterius, ſed ſunt omnia integra:
verbi gratia; actor petit ſecundam dilationem ad pro-
bandum aliquid, aduerſus quod reus poteſt æquè ho-
die facere ſuas defenſiones, ſicut potuiſſet antea, ſi
actor probaſſet in prima dilatione; ſecus per oppoſi-
tum, ſi ius aduerſarij eſſet effectum deterius: exempli
gratia: teſtes quos reus habebat ad probãdas exceptio-
nes, & ſe defendendum, durante prima dilatione,
non habet amplius in iſta ſecunda; quia iſto caſu iu-
dex non poſſet concedere ſecundam dilationem Bar.
in d.l. fin.ſub. num.5. ibi.puto etiam. & ibidem Paul.
de Caſtr. ſub num.5. ibi.quarto finita.ff.de fer. & cum
iſta diſtinctione cõcordat etiam Aret.Inſtit.de action.
§. ſi minus. verſ.aduertas etiam.num. 13 ibi. requiritur
& aliud. dicens, quòd actori petenti ſecundam dila-
tionem, conceditur, ſi ius rei non ſit effectum deterius
vt puta quia reus habeat eoſdem teſtes ad faciendam
defenſionem, quos habebat in prima dilatione, ſecus
ſi ſit effectũ deterius, vt puta quia illos non habeat. con
cordat etiã Egid decis. 39. articuli. de iniurijs. ſub n.1.
ibi. cum quia nõ multũ. & apertius deciſ. 744. cõcluſio.
n.2. de reſtit. in integr. dicẽs, quòd articuli dati poſt ter-
minum non ſunt admittendi, quando læderetur pars
in eo, quòd non poſſet facere examinari teſtes, quos
potuiſſet facere examinari, ſi articuli fuiſſent dati in
termino, ſecus inquit, ſi nõ læderetur pars, quia tũc ad-
mitterentur ẽt poſt terminũ, quia res diceretur integra.

51 QVARTA opinio ſimiliter diſtinguit: aut enim
petitur extenſio, durante prima dilatione: & tunc iu-
dex poteſt dare aliam dilationem, ideſt extendere, &
prorogare primam, quia eſt prorogatio, & non noua
conceſſio: aut petitur poſt finitam primam dilationem;
& tunc iudex non poteſt, teſtibus Spec. tit. de dilat. §.
nunc videamus. num.4. verſ. & ſunt hęc. Paul. de Caſtr.
in l. fin. num.7. ff. de fer. & in l. 1. ſub num.8. C de dilat.
Iaſ. in d.l fin' ſub num.42. verſ. quinto notabiliter limi-
ta. Lanfr. de Aria d. tract. de dilat. num. 18. fol. 102. Ti-
raqu. tract. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. nu. 30. verſ.
& ſimile. fol. 452. Io. de Amic. conſ. 108. ſuper dubio.
num. 15. & videtur ſequi Grauat. in annot. ad pract. Ve-
ſtr. lib. 5. cap. 4. num. 11. eamquè defendit Iaſ. vbi ſupra
contra Fulg. & Alex.

52 Ratio huius opinionis eſt; quia quando durat prima
dilatio, non dicitur adhuc quæſitum ius parti, & ideo
iudex poteſt prorogare, Spec. vbi ſupra. Paul. de Caſtr.
dicta l. 1. ſub nu.8. C. dilat. Iaſ. d.l. fin. ſub num. 42 &
Io. de Amic. d. conſ. 108. num. 16. ſed quando non du-
rat, ſed eſt finita, tunc dicitur quæſitum ius parti,
quod iudex nõ poteſt illi auferre argumento textus in
l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. iur. Spec.
Paul. de Caſtr. Iaſ. & Io. de Amic. in locis ſupra pro-
ximè citatis, & Rom. conſ. 226. vltra pridie. ſub nu. 1.

53 RETENTA iſta quarta opinione.

AMPLIA ſecundam partem diſtinctionis, dum
dicimus ſecundam dilationem non poſſe dari quando
eſt finita prima dilatio, vt ſit vera etiamſi ius aduerſa-
rij non eſſet effectum deterius: ſicquè ex iſta amplia-
tione reijcimus conſiderationem præcedentis tertiæ
opinionis, an ius aduerſarij ſit effectum deterius, vel
non, ſicut totam eandem conſiderationem, quæ fuit
Bartoli & tenebatur communiter, reijciunt & benè
Iaſ. in d.l. fin. verſ. tertio facit. ſub num. 39. ff. de fer. &
Natt. conſ. 251. ſuper nouo. nu. 1.

54 Infero ex eadem ſecunda parte, quòd is, cui fuit aſ-
ſignata dilatio probatoria, non poſſet poſt eam fini-
tam habere aliam ad faciendas poſitiones, & faciendo
eas, aduerſarius non teneretur illis reſpondere, teſti-
bus Spec. tit. de dilat. §. fin. num.9. verſ. item quid ſi da-
tus. Paul. de Caſtr. in l. fin. num.6. ff. de fer & in l. 1. nu.
6. C. de dilat. & Iaſ. in d.l. fin. num. 13. quia poſitiones
ſunt ſpecies probationis.

55 Contra iſtam illationem tenui lib. præced. cap. 60. n.
9. & infra cap. 7. nu. 13.

56 RESTRINGE nũc primam partem huius quar
tæ retentæ opinionis; quando ſcilicet dilatio adhuc
durat; vt non procedat ſi dilatio fuit integra iuxta diſ
poſitionem iuris: quia iudex tunc non poteſt eam pro-
rogare: & ſic intelligo quæ ſcribit Gail. in pract. obſer.
lib. 1. obſeru. 91. num. 2. dum ſcribit in Camera ob-
ſeruari, quòd nec prima, nec ſecunda, aut vlterior
dilatio prorogetur: hoc enim poteſt procedere de iure,
quando dilatio eſt integra ſecundum diſpoſitionem
iuris.

57 RESTRINGE nunc ſecundam partem eiuſdem
quartæ opinionis; qñ ſcilicet dilatio eſt finita; vt non
procedat, ſi producerentur inſtrumenta, vel articu-
laretur materia, quæ nuper veniſſet ad notitiam arti-
culantis, cum ei fuiſſet anteà incognita, & ius aduer
ſarij non eſſet effectum deterius: quia iſto caſu iudex
poſſet prorogare etiam finitam; ſicquè concedere ſe-
cundam dilationem; ſicut declarando Bartolum ſcri-
bit Natt. conſ. 251. ſuper nouo. num. 1. in fine & num.
2. & conſ. 252. ſub n. 1. an tamẽ probatio per inſtrumen
ta poſſit recipi etiam poſt lapſam dilationem aſſignatã
ad probandum, & probatũ habendũ vide infra nu. 197.

QVAESITVM IIII.

58 QVAERO an valeant probationes, & ſenten-
tia inde ſequuta; ſi probationes fuerint fa-
ctæ, nulla aſſignata dilatione ad probandũ.
Reſp. quòd valent, Bar. ſed remiſſiuè in l. 1. num. 4.
C. de dilat. & aperte in l. fin. n. 14. ff. de fer. & in l. in cri-
mine. ff. ad l. iul. de adult. ad quem ſe remitit. Abb. in
cap. 1. num. 16. de dilat. idem tenent Bal in l. ſi quando.
verſ. item. not. & in l. cum à nobis. verſ. ſecundo not. ſub
num. 1. C. de dilat. & in l. fin num. 8. verſ. iuxta prædicta
quæro. ff. d fer. Paul. de Caſtr. in rub. num. 1. C. de dilat.
& in l. oratione. num. 5. ff. de fer. Alex. conſ. 181. num. 5.
lib. 6. Iaſ. in d.l fin. num. 52. ff. de fer. Ant. de Butr in
cap. licet cauſam. nu. 11. ibi primo an valeat. & ibidem
Felyn. ſub num. 14. verſ. ex iſtis. de probat. M. Ant.
Blanc. tract. de indit. & tort. num. 340. Maran. in
ſuo ſpec. par. 6. actu 3. num. 13. Affl. deciſ. 55. in fi-
ne. & Vant. tract. null. rub. de nullit. ex defec. pro-
ceſſ. num. 42. firmans, dilationes eſſe media cauſæ,
& concernere ius partis, & non conſtitutionis & pro-
pterea ſentẽtiam ſine ipſis latam valere ſiue fuerint pe
titæ, & non conceſſæ, ſiue nullatenus fuerint petitæ, &
✻ hæc opinio eſt communis.*

59 EXTENDE iſtam communem opinionem in eo,
quod diximus, probationes receptas ſine dilatione
eſſe validas etiam ſi dilationes non fuerint petitæ, vt
ſit vera etiamſi ſtatutum mandaret iudici, vt daret di-
lationes, eſſetquè iſtud ſtatutum cum clauſula irritãti:
quia nihilominus probationes receptæ ſine præfixone
dilationis, non petitæ, eſſent validæ: & ratio eſt: quia
ſtatutum dirigit verba præfigendæ dilationis ad iudi-
cem, & iudex non tenetur officium impartiri, niſi pe-
petentibus Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 10. nu.
7. qui loquitur in ſtatuto antiquo Vrbis, quod diſpone-
bat iuxta iſtam extenſionem.

60 RESTRINGE hanc extenſionem, vt non pro-
cædat in perſona miſerabili, quia iudex tenetur ei etiã
non petenti præfigere dilationem ſecundum eundem
Luc. Pæt. vbi ſupra, qui mouetur ex theorica, quam
tradit Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 2. ff. de
damn. infect.

EXEMPLIFICA iſtam reſtrictionem in reo
conuento pauperrimo, ſeu aliter miſerabili, qui ad-
uerſus fundatam intentionem actoris nihil probauit:
nam ſi iudex proceſſerit ad ſententiam contra iſtum
reum, ei non aliter pręfixa dilatione ad probandum,
illa ſententia & proceſſus eſſent nulli in terminis præ-
fati ſtatuti.

61 ADVERTE ad duo in iſta reſtrictione: primum,
quòd non procederet quando vtraque pars eſſet miſe-
rabilis: ſecundum: quòd in caſu huius exemplificatio-
nis annullarentur proceſſus, & ſententia, ſed non pro-
bationes, & alia acta præcedentia.

62 LIMITA nunc eandem communem opinionem,
dum diximus, probationes receptas ſine dilatione
eſſe validas, quamuis dilatio fuiſſet petita, vt non pro-
cedat in caſu ſtatuti habentis clauſulam irritantẽ: quia
tunc proceſſus, & probationes eſſent nullæ ſecundum
eundem Luc. Pęt. vbi ſupra.

63 Nota

63 Nota obiter & consecutiuè, quòd attenta communi opinione, quòd probationes possint fieri etiam sine dilatione de qua supra num 58. frustra Paul. de Castr. in l. si quando. num. 4. C. de dilat. notat, ibi esse casum in quo probationes possunt fieri sine dilatione; nam inuenire casum vti singularem denotat regulam & conclusionem in contrarium.

64 LIMITA modo simpliciter eandem conclusionem, in qua dicimus valere probationes; non assignatis dilationibus; vt non procedat in dilationibus termi norum substantialium Rotæ: quia non seruatis terminis substantialibus cum eorum dilationibus, processus & sentẽtia essent nulli vt scripsi infra n. 230. 239. & 253.

65 Difficultas suboritur incidenter circa eandem conclusionem, quando nec dilatio fuit assignata, nequè probationes fuerunt factæ; nunquid tunc sententia diffinitiua, quæ ferretur sine dilatione & sine probationibus, esset valida.

Resp. quòd sententia esset nulla: quia posset solum ferri sententia ab obseruatione iudicij vt scribũt Paul. de Castr. in l. oratione. sub num. 5. & Ias. in l. fin. sub num. 53. ibi. adde quòd etiam. ff. de fer. Corn. cons. 89. visis actis. num. 3. lib. 1. & hæc est conclusio communis, pro qua faciunt quæ dixi lib. præced. cap. 93. sub num. 3. vers. si verò lis. & dicam. fauente Deo lib. seq. cap. num. & ratio est: quia dicitur potius non actitatum, quàm non probatum.

66 Cæterum si dilationes fuerint assignatæ, tunc posset ferri sententia diffinitiua absolutoria, quamuis nihil esset probatum: quia tunc intrat regula: actore non probante reus absoluitur, vt scribunt ijdem Paul. de Castr. & Ias. in locis supra proximè citatis, quicquid in contrarium scripserit idem Paul. de Castr. sibimet contrarius in rub. num. 1. C. de dilat. dicens, quòd data dilatione ad probandum, & nõ factis probationibus, sententia. diffinitiua non valeret: quia posset solum ferri absolutoria ab obseruatione iudicij: nam vt vides, nostri Doctores, quamuis grauis armaturæ sint, exercent tamen facile istam artem desultoriam.

Limitationes conclusionis primi quæsiti.

67 FIrmaui supra num. 21. conclusionem; quòd dilatio probatoria debeat vnica, & semel assignari; eamquè multis modis ampliaui, nunc eam limitabo

LIMITA igitur primo vt non procedat, quando necessitas, & litigantium gratia, seu rationabilis causa postularet, vt concederetur secunda dilatio l. oratione. ff. de fer. & l. 1. in fine. C. de dilat.

EXEMPLIFICA istam limitationem, quando probaretur impedimentum primæ dilationis iuxta ea, quæ scribunt Glos. in l. fin. & ibidem Bar. num. Paul. de Castr. num. 4. & Ias. num. 23. & 35. in fine. & & 36. ff. de fer. rursus Paul. de Castr. in d. l. oratione. sub num. 3. ff. eod. Glos. ad constitution. Regni Neap. in constit. in pecuniarijs. lib. 2. fol. mihi 170. col. 1. lin. 1. Maran. in suo spec. par. 6. actu. 3. num. 5. Hier. de Mon. tract. de finib. regun. c. 49. n. 5. Grau. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 4. num. 9. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru 91. num. 4. & est opinio communis, de qua testatur Ias. d. num. 35. in fine.

68 RETENTA ista exemplificatione in impedimento.

DECLARA eam multipliciter; & 1. vt ad probandum impedimendum in prima dilatione sufficiat iuramentum asserentis, se fuisse impeditum: quia esset standum eius iuramento. vt scribunt Fed de Sen. cons. 114. super puncto. sub num. 1. Paul. de Castr. in d. l. oratione sub n. 3. ibi. secunda verò ff. de fer. & latius in l. fi. n. 11. ff. eod. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 91. n. 5. ad de alios, si placet, quos adducit Mascar. tract. de probat. concl. 885. impedimentum. num. 1. lib. 2. licet is loquatur in genere.

69 Diuersam opinionem tenuit Abb. vers. 64. videtur primo. sub num. 2. ibi. sed mihi plus placet. lib. 2. dicens relinquendum esse arbitrio iudicis, si sit standum iuramento vel non: motus ex eo, quia sic tenent Arch. & Io. Andr. in cap. 1. de dol. & contum. in 6. loquentes de contumace, qui vult proprio iuramento probare iustam causam, seu iustum impedimentum ad euadendam condemnationem expensarum.

RETENTA declaratione; quamuis opinio Abba-
70 tis sit magis expedita, & cadat in practica.

SVBDECLARA restringendo istam declarationem primo, vt sit vera in impedimento de longinguo; quo casu propter difficultatem probationis staretur iuramento, secus in impedimento de præsenti, quod facile posset probari: quia deberet probari aliter quàm per iuramentum, teste Aret. Instit. de actio. §. si minus. sub num. 12. motus ex his, quæ scribit Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de appellat. §. nunc breuiter. vers. quid ergo num. 6. in fine. in verbo. pronuntiari. lib. 2. qui, commendando iussionem Clementis, de qua loquitur Speculator; ait quòd in curia difficile, & impossibile esset ducere testes ad curiam, conscios infirmitatis appellatoris, qui propter infirmitatem non potuit prosequi appellationem, & ideo sentit standum esse eius iuramento: sed in alijs curijs inferioribus, vbi facilis esset probatio, probatio, inquit, per iuramentum non esset sufficiens.

SVBDECLARA II vt sit vera, dummodo persona iurantis non sit alias suspecta Alber. Ang. & Fulg. quos refert, & sequitur Ias. in l. fin. num. 48. ibi circa
71 tertium. ff. de fer. Lanfr. de Ariad. tract. de dilat. nu. 7. fol. 102. & dũmodo ei non obstent alia, de quibus late per Mascar. tract. de probat. d. concl. 885. per totam. & dummodo exprimatur in specie qualitas impedimenti quia posset esse tale impedimentum, quod non mereretur dilationem, teste Ias. vbi supra, &, quòd impedimentum debeat esse efficax, aduertit etiam Gail. dicta obseru. 91. num. 4 & hæc sunt clara de per se: sicquè ex ista secunda subdeclaratione vides confirmari opinionem Abbatis: quia an impedimentum sit tale vt mereatur dilationem, potest etiam supponi arbitrio iudicis: quando non est euidenter magnum, vel euidenter minimum.

SVBDECLARA III. vt licet sit standum iura-
72 mento asserentis impedimentum, tamen poterit probari contrarium, vt scribunt Grauat. in annot. ad prac. Vestr. lib. 6. cap. vlt. nu. 24. & Mascar. tract de probat. conclus. 885. impedimentum. num. 11. lib. 2.

73 DECLARA II. vt impedimentum possit probari etiam per literas iudicis delegati ad examinandos testes: quia crederetur ei attestanti per literas de impedimento secundum stylum Cameræ Imperialis, de quo testatur Gail. in pract. obseru. lib 1. obseru. 91. nu. 6. hæcq. declaratio non habet difficultatem.

74 DECLARA III. eandem exemplificationem in impedimento, vt solum impedimentum non sufficiat ad obtinendam secundam dilationem; quia vltra impedimentum requirerentur ea omnia, quæ requiruntur ad obtinendam primam dilationem, de quibus, & de alijs dixi infra num. 109. q. 1. & poteris videre quæ scribit Aret. Instit. de action. §. si minus vers. aduertas etiam. num. 13 requiritur etiam vltra impedimentũ, quòd in prima dilatione nõ sit facta sufficiens productio testium: quia si in prima esset examinatus congruus numerus testium, frustra allegaretur impedimentum, cum plures testes examinari non debeant Gl. vlt. in in cap. vltra tertiam. de testib. item si essent dicta testificata: quia non concederetur alia dilatio iuxta ea, quæ scripsi infra num. 128.

75 DECLARA IIII. vt probato impedimẽto; nõ cõcedatur dilatio integra eiusdẽ spatij, qualis erat prima, sed detur tanti spatij, quãti fuit impedimentũ ad effectum, vt possit probari solum id, in quo cessauit negligentia, vt scribunt Iacob. de Aren. & Bar. in l. fin num. 4. Bal sub num. 11. vers. sed quæro. & Paul. de Castr. nu. 10. ff. de fer. rursus Bar. in l. admonendi. num. 8. ff. de iureiur. Rom cons. 496. primus consultationis num. 9. & 10. Aret. Instit. de action. §. si minus. vers. aduertas tamen. sub num. 12. Fely. in cap. vltra tertiam. sub num. 6. not. 6. de testib. Lanfr. de Ariad. tract. de dilat. num.
✻ 11. &, quòd hæc sit communis * concludo testatur Ias. in 2. repetitione d. l. admonendi. sub n. 11. ff. de iureiur.

76 EXEMPLIFICA istam declarationem primo cum Bar. Bal. & Aret. vbi supra, quando actor in prima dilatione fecit citari duos testes; & quia nõ veniebant

bant, fecit eos aggrauari, & fecit quicquid potuit in
iſta prima dilatione; certè in ſecunda dilatione dabi-
tur ei ſolum terminus ad producendum illos duos te-
ſtes, in quorum productione fuit diligens, & ſolici-
tus in prima dilatione; & per cõſequens ſi vellet alios
teſtes inducere non audiretur; quia admittitur ſola illa
probatio, in qua ceſſauit negligentia.

77 EXEMPLIFICA II. vna cum Rom. Aret. Fe-
ly. Lanfr. & Iaſ. in locis ſupra proximè citatis quando
impedimentum conſtitiſſet, ſeu inquam retardaſſet ſo-
lùm per duos dies: quia ſolum illi duo dies eſſent aſſi-
gnandi in ſecunda dilatione.

78 Contra iſtam declarationem ſentiunt Affl. deciſ. 50.
ſub num. 6. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 6. cap.
vlt. num. 26. & Alex. Stiat. in prax. iudic. cap. 7. num. 12.
& multa, loquendo in terminis contra Bartolum, &
præcedentem communem opinionem, opponit Iaſ. in
ſecunda repetit. d. l. admonendi. ſub num. 11. ibi. quam-
uis iſtud. & firmat Salyc. in l. 1. n. 10. verſ. quæro quanti
tẽporis. C. de dilat. ſcribẽtes, qđ ſi pendẽte dilatione ſu
perueniat impedimentũ, tota dilatio debet reintegrari.

79 RETENTA declaratione pro vera.
RESTRINGE eam primò, vt non ſit vera de
conſuetudine, teſte Bal. in d. l. admonendi. ff. de iureiur.
quem ibidem refert Iaſ. ſub d. num. 11. ibi licet Bal. di-
cat quòd iudices de facto aliter obſeruant. & in l. fin.
verſ. venio ad ſecundum. ſub num. 36. ff. de fer. pro qua
reſtrictione faciunt quæ dixi infra limit. 9. num. 100.

80 RESTRINGE II. vt non procedat, quando ſu
perueniens impedimentum in parte dilationis præfixæ
abſtuliſſet commoditatem totius dilationis; quia tunc
reintegraretur dilatio à capite, vt ſcribunt Bal. in d. l. fi.
ſub num. 11. verſ. ſed quæro propter impedimentum. &
ibidem Paul. de Caſtr. num. 10. ff. de fer. Rom. d. conſ.
496. nu. 10. & Fely. in cap. vltra tertiam. not. 6. in ſecun-
da limitat. ſub num. 6. de teſtib. & ſufficeret ratio natu-
ralis.

81 RESTRINGE III. vt habeat locum ſolum in
dilatione determinata à iure, & aſſignata à iudice
integraliter; quia tunc non conceditur alia, ſed ſolum
reintegratur prima ad totum tempus impedimenti; ſe-
cus quando dilatio fuit aſſignata manca, & minor ea,
quæ conceſſa eſt à iure; quia tunc iudex poteſt dare
aliam, & alias dilationes, donec veniat aſſignatum to-
tum illud tempus, quod conceſſum eſt à iure; etiam ſi
nullum interueniat impedimentum iuxta ea, quæ dixi
infra num. 85. limit. 2.

82 RESTRINGE IIII. eam in ſecunda exem-
plificatione de admittendis ſolum teſtibus productis
ſeu probatione, à qua fuit excluſa negligentia; vt non
procedat, quando petens aliam dilationem non produ
xit, nequè fecit citari alios teſtes, quia illos ignorabat:
quia iſto caſu daretur ei dilatio ad producendum etiã
illos alios teſtes, vt ex Saly. in l. 1. verſus fin. ſub n. 11. C.
de dilat. refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. admonendi. ſub n.
11. ibi. & ꝓpterea dixi multũ in ꝓpoſito. ff. de iureiur.

83 Confirmatur iſta reſtrictio; quia renuntiatio proba-
tionis non nocet reſpectu teſtium, quos renuntians
ignorabat habere, teſte Paul. de Caſtr. in auth. qui ſe-
mel. ſub num. 3. C. de probat.
Confirmatur etiã ex his, quæ dixi infra limit. 4. n. 89.
dum dixi, admittendas eſſe nouas probationes ſuper-
uenientes etiam poſt lapſam dilationem. & ex his quæ
ſcripſi lib. præced. cap. 101. num. 12. de admittenda
exceptione ſuſpitionis etiam poſt litis conteſtationem
quando ignoranter fuiſſet omiſſa.

84 RESTRINGE iterum, ſi placet, cum Iaſ. in eadem l.
admonendi. ſub num. 11. verſus finem. ibi. adde etiã. vt
non procedat quando iudex, parte non opponente, ad-
miſiſſet alios teſtes vltra eos, in quorum productione
ceſſauit negligentia, quia talis admiſſio teneret, & eo-
rum probatio ex iſto capite eſſet valida.

85 EXPEDITA prima limitatione poſita ſupra nu. 67.
LIMITA II. vt non procedat quando tempus di-
lationis eſſet determinatum præcisè à lege, tàm reſpe-
ctu longitudinis, quàm reſpectu breuitatis. & iudex il-
lud conceſſiſſet breuius ſine cauſa; quia tũc poſſet mul
tiplicare tot dilationes, donec reintegraret totum illud
tempus, conceſſum à iure; & moueor pro iſta limita-

tione ex ijs, quæ ſcribũt Iaſ. in l. 2. verſ. tertio quærit. n.
33. ff. de re iud. & fuſius & apertius Abb. in cap. quoad
conſultationem. ſub num. 14. verſ. ſed ego reuoco. nu.
15. & 16. ibi. ego diſtinguerem ſic. de ſent. & re iud. di-
cens, quòd, ſi iudex moderatur ſine iuſta cauſa dilatio-
nem iure dandam cum miniſterio iudicis; oportet
tunc appellare; etiam ſi ius diceret, non minorem dila-
tionem dandam: modo ex his colligo conſequentiam,
quòd iudex poſſit reuocare grauamen quod intulit;
præfigendo minorem dilationem ea, quæ conceditur à
iure; quia ſi non poſſet illud reuocare fruſtra daretur
appellatio: nequè eſt neceſſarium, quòd reuocetur à iu
dice appellationis, ſi vult reuocare iudex à quo; quia
præfigere dilationes ad probandum eſt ſententia in-
terloquutoria, quam poteſt reuocare idemmet iudex,
qui eam protulit, vt, fauente Deo, dicam lib. ſeq.

86 EXTENDE iſtam limitationem, vt habeat locum
etiam ſi eſſemus in dilatione aſſignata à iure ſine mini-
ſterio iudicis; quia tunc aut iudex moderatus eſt iſtam
dilationem ſine cognitione cauſæ; & iſto caſu ſatis eſt
contradicere, ſeu non ſpontè recipere; quia lex imme-
diatè ſupplet: aut moderatus eſt, adhibita cauſæ cogni
tione, & iſto caſu oportet ſimiliter appellare; quia tunc
ſententia non eſt contra ius commune, ſed eſt contra
ius litigatorum, ſicut totam hanc theoricã tradit Abb.
in d. cap. quoad conſultationem. ſub num. 16. vnde, ſi
datur appellatio, infero eandem conſequentiam, quã
deduxi ſupra num. præced. quòd iudex poſſit reuocare
grauamen, & concedere tempus determinatum à iure.

87 Occaſione huius limitationis, & extenſionis ſi uis vi
dere, an, & quando iudex poſſit prorogare, & abbre-
uiare tempus datum à lege, remitto te ad ea, quæ ſcri-
bunt Bar. in d. l. 2. ff. de re iud. & ibidem Paul. de Caſtr.
num. 4. Alex. n. 5. verſ. in gl. Iaſ. n. 2. 33. & 35. Abb. in cap.
quo ad conſultationem. num. 14. & ſeqq. de ſent. & re
iud. Guid. Pap. deciſ. 429. procedi debet. verſ. item quę-
ritur. num. 5. Franc. Marc. deciſ. 37. quæritur an dilatio.
nu. 1. Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. & modo. nu. 2.
fol. 237. Bermon. Chouer. tract. de concub. in verbo. ſpa
tio trium menſium. num. 3. fol. 165. Profd. de Comit.
tract. de differ. iur. ciu. & can. n. 31. fol. 192. Creſc. deciſ.
11. alias. 148. num. 2. & 5. tit. de dilat. & quæ nos dixi-
mus lib. præced. cap. 97. num. 39. conſtituo tamen regu
lam eſſe, quòd iudex non poſſit ſine iuſta cauſa proro-
gare aut abbreuiare tempus datum à lege ſine miniſte-
rio iudicis, & quòd, ſi iudex aſſignaret maiorem dila-
tionem, quàm taxatam à conſtitutione, illa dilatio re-
ſtringeretur ad eam, quæ eſt aſſignata à conſtitutione,
ſeu à iure. refert & ſequitur Gloſſ. ad pragmaticas Re-
gni Neap. in pragm. comparente reo. fol. mihi. 413. nu.
60. adde tamen huic num. quæ dixi ſupra num. 14. 49. &
infra num. 144.

88 LIMITA III. vt non procedat, quando ſecun-
da, ſeu vlterior dilatio daretur partibus acceptãtibus,
ſeu præſentibus, & non contradicentibus, quia valerẽt
dilatio, & probationes intra eam receptæ Iaſ. in l. fin. li
mit. 1. & 9. num. 15. & 46. ff. de fer. Maran. in ſuo ſpec.
par. 6. actu. 3. limit 7. num. 12. & Hier. de Mon. tract. de
fin. regun. cap. 49. ſub nu. 5. fol. 344. quare, vt refert Iaſ.
d. num. 15. inoleuit ſtylus, vt pars, quæ non vult conſen-
tire, contradicat, & ſcribatur in actis; præſente parte,
& contradicente, & proteſtante.

89 LIMITA IIII. vt non habeat locum, quando,
elapſa prima dilatione, ſuperueniſſent litiganti nouæ
probationes; quia tunc daretur alia dilatio, Bar. in l. ad-
monendi. num. 2. & 3. ff. de iureiur. Iaſ. in d. l. fin. limit. 2.
ſub num. 36. ff. de fer. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 3.
num. 6. Hier. de Mon. d. cap. 49. num. 5. Grauat. in annot.
ad pract. Veſtr. lib. 5. cap. 4. num. 9. & pro iſta limitatio-
ne ſentiebant domini de Rota, vt in deciſ. 2. alias. 30.
fuit dubitatum & per me. ſub num. 1. de ſequeſ. poſſeſſ.
& fruct. in nou. & comprobatur iſta limitatio ex his
qui ſcripſi ſupra num. 82. verſ. reſtringe quarto.

90 DECLARA iſtam limitationem, vt ad probandum,
ſuperueniſſe nouas probationes, ſufficiat iuramentum
ipſius petentis nouam dilationem. cap. paſtoralis.
& ibi Fely. nu. 6. ibi. tene contrarium. de except. Bar. in
l. admonendi. nu. 4. ff. de iureiur. & Iaſ. in d. l. fin. num.
36. ff. de fer.

91 LIMITA V. vt non procedat, quando is, qui habuit dilationem, fuiſſet in ea impeditus facto aduerſarij, vt puta; ſi, dato termino actori ad probandum, reus oppoſuerit exceptiones, ſuper quibus orta ſit controuerſia, eaque pendente, lapſus ſit terminus: quia iſto caſu daretur nouus terminus, ſeu potius datus diceretur non cucurriſſe quandiu durauit controuerſia ſuper exceptionibus Alex. conſ.72. videtur. num. 1. & 2. lib. 3. latè Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. num. 12. & 13. & ſeqq. ff. ſi quis caution. &c. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 3. limit. 4. num. 8. Hier. de Mon. tract. de fin. regun. cap. 49. num. 5. fol. 344. Veſtr. in pract. lib. 6. cap. vlt. nu. 3 litera 1. & ibi Grauat. in annot. nu. 25. & ſeqq. Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 91. num. 8. in fine, & num. 9. Myſing. cent. 2. obſeru. 99. & tenent communiter * omnes.

Confirmatur iſta limitatio ex eo, quòd impedito, etiam ſine culpa & facto aduerſarij; non currit tempus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra limit. 1. num. 67. verſ. exemplifica.

92 INFERO ex hac quinta limitatione ſequentes illationes.

PRIMA illatio eſt, quòd terminus datus actori ad probandum non currit quandiu pendet diſputatio ſuper admiſſione articulorum, ſeu capitulorum Gl. & Gemin. in cap cupientes. §. quòd ſi. in verbo. videbitur. de elect. in 6. Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. verſ. ſexto adde. ſub nu. 16. ff. ſi quis caution. &c. Par. de Put. tract. de ſynd. verſ. an ſi. num. 4. col. prima fol. 271. Affl. ſuper conſtit. lite legitime conteſtata. ſub nu. 20. lib. 2. Carauit. ſuper ritu. 69. in primis. ſub num. 5. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 6. cap. vlt. num. 27. Myſing. cent. 2. obſeru. 99. & communiter * omnes.

93 Cautela tamen, ne oriatur difficultas, ſi; pendente diſputatione ſuper articulis; currat terminus datus ad ad probandum; eſt vt detur prius terminus ad producendum articulos, & deinde terminus ad probandum, vt ex Ant. de Butr. Bar. & Alex. referunt Affl. in d. conſtit lite legitimè conteſtata. num. 20. lib. 2. & Carauit. d. ritu. 69. ſub num. 5. & ita ſeruari in curia epiſcopali diœceſis Salernitanæ & eſſe de iure canonico teſtatur idem Carau. vbi ſupra. & ita videmus etiam ſeruari in Rota, & in cauſis non exequitiuis coram A. C. & corã iudicibus delegatis hic in Vrbe: quia ſeruatur coram eis terminus ad articulandum & dicendum contra, de quo dixi infra nu. 237. & 239. Sed in Regno Neap. non ſeruatur, quia datur vnicus terminus ſeu vnica dilatio, intra quam dantur articuli, & fiunt probationes, vt referunt ijdem Affl. & Carau. vbi ſupra.

94 SECVNDA illatio eſt, quòd terminus ad probandum non currit, durante contumacia partis in reſpondendo poſitionibus Gloſſ. in clem. ſæpè. in verbo. poſt dationem. in fine. de verb. ſignif. Bal. in l. fin. ſub num. 11. verſ. iuxta prædicta quæro aſſignatus. ff. de fer. Aret. Inſtit. de action. §. ſi minus. verſ. quæro an terminus. num. 21. Alex. conſ. 72. videtur. ſub nu. 2. lib. 3. Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. not. 4. num. 14. ff. ſi quis caution. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 6. cap. vlt. ſub num. 27. & Myſing. cent. 2. obſeru. 99. & Paul. de Caſtr. in d. l. fin. num. 9. ff. de fer. qui ſentit hanc illationem eſſe veram, quando dilatio ad probandum eſſet aſſignata poſt poſitiones, quo caſu, inquit ipſe, non incipit currere terminus ad probandum, niſi poſt reſponſionem aduerſarij, vt videat quas poſitiones debeat probare, & quas non; ſecus inquit ſi dilatio eſſet aſſignata antea, vt quotidie videmus aſſignari poſt litis conteſtationem vtrique parti, quia tunc debet infra terminum deferri facere etiam iuramentum teſtibus, quos poſtea, vbi viderit poſitiones eſſe negatas, poterit facere examinari etiam poſt terminum: ſed ego non video bonam rationem quare conſtituat iſtam differentiam.

95 TERTIA illatio eſt; quòd ſi cauſa debet expediri infra certum tempus, illud tempus non currit ei, qui facto aduerſarij impeditur, vt ſcribit Catald. tract. de ſynd. num. 44. & an poſſit poſtea expediri vide Bal. in auth. clericus. verſ. ſed iuxta hoc quæritur. num. 9. C. de epiſc. & cler.

Ratio generalis huius v. limitationis & illationum ad eam eſt, quia non valenti agere nõ currit præſcriptio, teſtibus Balb. tract. de præſcript. in prima par. 6. partis. caſ. 21. nu. 15. fol. 102. Rot. diuerſ. deciſ. 47. dubitaui. nu. 15. par. 2. & Rot. coram R. P. D. Ortembergh. in vna rom. de roncionib. die lunæ 21. Aprilis. 1603. inferentibus filiofam. non currere præſcriptionem in aduentitijs, quamdiu eſt ſub patria poteſtate.

96 LIMITA VI. quando in iudicio emergeret aliqua noua exceptio, vel aliud incidens; quia ſuper eo poſſet peti noua dilatio, vt ſcribunt Iaſ. in l. fin. limit. 10. num. 47. ff. de fer. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu. 3. limit. 6. num. 11. Hier de Mon. tract. de finib. regun. cap. 49. num. 5. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 91. num. 12. & ratio huius limitationis eſt, vt aiunt præfati; quia quæ de nouo emergunt; nouo indigent auxilio l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. action.

97 LIMITA VII. quando cauſa examinaretur in conciſtorio principis; quia tunc darentur nouæ dilationes. l. in offerendis. & ibi Bar. num. 4. C. de appellat Iaſ. in d. l. fin. limit. 6. num. 43. Maran. d. actu. 3. limit. 3. num. 7. Hier. de Mon. vbi ſupra. & Gail d. obſeru. 91. num. 11.

98 RESTRINGIT iſtam limitationem Bar. vbi ſupra, quem refert Iaſ. loco citato, vt non procedat, quando cauſa deuolueretur ad principem per viam conſultationis.

99 LIMITA VIII. vt non procedat, quando ſtatutum mandaret dari duas ſeu plures dilationes, quia tunc darentur illæ dilationes abſque eo, quòd fuerit impeditus in prima, ſeu alia dilatione, Paul. de Caſtr. in l. fin. ſub nu. 5. verſ. vltimo limita. & ibi. Franc. Curt. in apoſtil. ad eum. ff. de fer. & ibidem Iaſ. limit. 4. num. 42. rurſus idem Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 8. ibi. ſimiliter. C. de dilat. ſicquè iſto caſu dilatio non eſt peremptoria; & ita practicatur, ſicut teſtatur etiam Paul. de Caſtr. in d. l. fin. ſub num. 5. & eiuſmodi ſtatutum extat Paduæ vt teſtatur Iaſ vbi ſupra. & extat hic Romæ lib. 1. cap. 59. & tu Sublacenſis habes in lib. 2. cap. 4.

100 LIMITA IX. vt non procedat de conſuetudine; ſecundum quam dantur tres dilationes, & quarta cum ſolemnitate, vt ſcribit Iacob. Butrig. tract. de teſtib. verſ. & in primis. num. 5. fol. 61. & repetij infra num. 134.

101 DECLARA iſtam limitationem, vt procedat etiam nullo probato impedimento iuxta ea, quæ ſcripſi infra q. 3. in fine & q. 12.

102 LIMITA X. in curia Romana, vbi articuli etiam in cauſa merè ciuili, qui ſint de iure dantis, & alias pertinentes in materia, & dati in forma admitti debent de æquitate Palatij etiam poſt terminum ad articulandum, ſed ante concluſionem. Egid. deciſ. 744. concluſio. num. 1. de reſtit. in integr. Rot. deciſ. 9. alias. 101. omnes. de teſtib. in nou. & deciſ. 21. alias. 449. nota quòd omnes. eod. tit. in antiq. & Rot. diuerſ. in practicabilibus. num. 23. par. 2. fol. 160. de rigore tamen iuris non deberent admitti, teſte ead. Rot. vbi ſupra: & ratio eſt; quia in cauſis prophanis requiritur litis conteſtatio, & proceditur ſeruato ordine iuris, & poſt conteſtationem litis omnes termini ſunt peremptorij, vt retuli & ſequutus ſum lib. præced. cap. 91. nu. 28. & propterea olim Domini de Rota ſæpè ibant in diuerſas ſententias vt patet ex relatis per Egid. deciſ. 439. articuli dati. & Rot. deciſ. 2. alias. 30. fuit dubitatum & per me. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. in nou.

103 EXTENDE iſtam limitationem, vt præcipuè habeat locum in articulis rei defenſoris; quia partes rei ſunt fauorabiliores, & non tenetur eſſe paratus, vt tenetur actor; & ideo facilius debent admitti ſecundum ea quæ ſcribit Compilator ad Rot. d. deciſ. 2. alias. 30. ſub num. 3.

104 RESTRINGE iſtam limitationem, vt non procedat in articulis obiectiuis & criminoſis, quia non admitterentur poſt terminum iuxta ea, quæ retuli & ſequutus ſum infra cap. 7. num. 336. & 337.

105 LIMITAT Iaſ. in d. l. fin. limit. 2. nu. 16. ff. de fer. vt non procedat in dilatione expectatoria, quæ datur abſenti citato ad veniendũ: qa dilatio expectatori nõ é perem-

peremptoria, teſtibus Bar.in l.1.nu.1.C.de dilat. Paul. de Caſtr.in l.oratione.ſub nu.2.ff. de fer. & in rub. ſub nu.3.C.de dilat.Abb.in cap.1.num. 15.in fine.de dilat. Fely.in cap.paſtoralis.nu.3.de except.Lanfr de Ariad. tract.de dilat.num. 1. in fine. fol.102. Affl.in conſtit. ſi quem noſtrorum.not.8.ſub num.13.lib.1.& Carau. ritu 198.num.1.

Verum iſta limitatio non facit ad propoſitum noſtrum: quia nos loquimur de dilatione probatoria.

106 LIMITAT ſimiliter Iaſ.in d.l fi. n.18.vt nō procedat in dilatione aſſignata ad agendum iuxta l. diffamari. C. de ingen. & manum . quia illa dilatio ſeu terminus datus ad agendum, non eſt peremptorius ſecundum Ang.quem citat.

Sed iſta quoque limitatio non facit ad propoſitum: quia nos loquimur de dilatione probatoria, vt dixi,& iſta eſt dilatio ad agendum.

Falſa præterea eſt iſta limitatio: quia ſufficit vnica dilatio,ſeu termini aſſignatio ad agendum,vt ſcribunt Iaſ.vbi ſupra,Fely.in c.paſtoralis.ſub nu.3.& 4. de except.& ſentit Pariſ.conſ.99.num.8.lib.4.quos retuli & ſequutus ſum lib.præced.cap 34.nu.37.

107 Verum tamen eſt,quòd infra dilationem aſſignatam ad agendum requiruntur binæ monitiones,alias diffamans non excluderetur à iure agendi,quamuis eſſet lapſus terminus,teſtibus Iaſ.in d.l.fin.limit.4.ſub nu. 19. ibi.& ita tenendo.ff.de fer.& Affl. deciſ. 264. quidam. ſub num.3.& ſic intellige quæ dixi d. cap.34. num. 37. ſic quoque intelligas Luc.Pæt.in pract capitol. lib.2.c. 1.nu.3.in fine.loquentem de duobus terminis. & Marcheſ.tract.de commiſ.par.1.commiſ. 6 cap. 1.num.31. loquentem promiſcuè de duobus terminis, & monitionibus.

108 LIMITAT etiam idem Iaſ.in d.l.fin.nu.20.22.44.& 45.ff.de fer.in dilatione,ſeu termino ad allegandum:in termino aſſignato arbitratori, vel arbitro ad laudandum: item quando fieret additio ad libellum: item quando cumularetur noua actio.

Sed iſtas omnes omitto:quia ſunt etiam ipſæ impertinentes ad dilationem, de qua agimus.

Quæſtiones ad dilationem probatoriam.

QVAESTIO I.

109 QVAERO an dilatio ad probandum ſit concedenda ſine vlla cognitione cauſæ.

Reſp. quod non: quia non debet concedi, niſi concurrant iſta quatuor,ſuper quibus iudex debet adhibere cognitionem & videre ſi concurrant: primo requiritur,quòd ſit petita, quia non petenti non datur: ſecundo,quòd non petatur calumnioſè:tertio,quòd nō inſtet lapſus inſtantiæ:quarto,quòd materia probanda ſit pertinens ad cauſam: hæc ſunt quæ colliguntur ex his,quæ ſcribunt Cyn.in l.1.ſub nu 6.ibi.de qua videamus.C.de dilat.Bar.in l.fin.num.3.Bal. ſub num. 5. ibi. primo enim.& Paul.de Caſtr.n.3.ff.de fer. rurſus Paul. de Caſtr.in l.oratione.ſub nu 3.ff.eod. Fely. in cap. vltra tertiam.not.5.ſub n.6.de teſtib. & Lanfr. de Ariad. tract.de dilat.nu.5 fol.102.licet loquantur cum aliqua diuerſitate, ſed iſta omnia requiſita præter primum continentur in ſecundo;& ideo,loquendo breuius,dicerem cum Fely.vbi ſupra,quòd cognitio adhibenda debet verſari circa duo: primum erit,nunquid petatur euidenter calumnioſè;nam ſub iſta cognitione calumniæ compræhenduntur alia duo:videlicet nunquid inſtet lapſus inſtantiæ, & aſſumptum probandum faciat ad cauſam:ſecundum erit circa diſtantiam loci,quanta ſit;& iſta cognitio dicitur leuis cognitio cauſæ iuxta ea,quæ dixi infra nu.119.verſ tertia.vbi dixi in aſsignatione primæ dilationis ſufficere leuem cauſæ cognitionem.

110 Retentis iſtis duobus requiſitis.

Dubium oritur, an iudex poſſit ex officio dare dilationem ad probandum,vel requiratur petitio partis,vt dicebam ſupra in primo requiſito: nam ſi requiritur petitio partis, iſta cognitio reſtricta ad duo, videretur manca.

Reſp. diſtinguendo duos caſus principales.

Primus eſt,quando dilatio petitur ſaltem ab aduerſario,inſtante, vt dilatio aſſignetur aduerſario: Et iſto caſu concludo, quòd iudex poteſt vni aduerſario aſſignare dilationem ad inſtantiam alterius aduerſarij, vt tènet Bal. in l.fin.num.7. verſ.iuxta prædicta. ff. de fer. & iuxta hanc concluſionem habemus praxim capitolinam,vt reus poſſit facere, vt iudex præfigat dilationes actori iuxta ea, quæ ſcripſi infra num.236. verſ. in ordinarijs.

111 Ratio huius concluſionis eſt; quia intereſt aduerſarij vt præfigantur eius aduerſario: nam ſi actor non probaret, & non eſſet ei aſſignata dilatio, reus non poſſet abſolui, niſi ab obſeruatione iudicij, ſed ſi eſſet aſſignata dilatio, poſſet abſolui diffinitiuè ab impetitis, vt dixi ſupra num.65.verſ.difficultas. & num.66.

112 Secundus caſus eſt;quando dilatio à neutra parte petitur:Et in iſto caſu occurrit diſcordantia inter Doctores,ex qua diſcordantia colligo tres opiniones.

Prima opinio eſt negatiua, quòd iudex non poſſit, niſi eſſemus in cauſa, in qua iudex poſſet de facto ſupplere,vel in qua iudex poſſet procedere ex offitio: & hanc opinionem tenuit Iac.Butr.quem refert & ſequitur Bal.in d.l. fin.ſub nu. 7.ff.de fer.

113 Secunda opinio eſt affirmatiua, quòd poſſit dilationes præfigere ex mero offitio, etiam nemine petente: & hanc ſecundam opinionem tenent Franc.de Aret.in cap.licet cauſam.verſ. ſecundo collige. num. 12. de probat.qui loquitur ſimpliciter. Mar. Socc.in cap. venerabilis.ſub nu.48.verſ circa 26.de iudic. inter tract. diuerſ.fol.100. dicens,quòd iudex poteſt partibus etiā non petentibus aſsignare terminum ad probandum, vt poſsit expedire cauſam antequàm inſtantia pereat. & Aret.Inſtit.de action.§. ſi minus. verſ.quæro an nemine.ſub num.16.ibi.in hoc tamen. dicens,quòd ſi ſumus in caſu, quo inſtantia eſt præfixa iudici, poteſt ex offitio præfigere dilationes, & idem tenet, ſed non ſic firmiter; quando eſt præfixa cauſæ; & eſt de mente Bartoli in l.1. C.de dilat.quem ibidem refert,& ſequitur Paul.de Caſtr.num. 3. & in l. à procedente.num.3. C.eod.dum ſcribunt,quòd iudex poteſt ex offitio dare dilationes, quādo uidet imminere lapſum inſtantiæ,&

✲ de communi * opinione teſtatur Socc. conſ.47.in præſenti conſultatione. verſ. ex qua concluſione.ſub num. 13.ibi.& licet.lib. 4.quod confirmatur ex his, quæ ſcripſi infra cap.5.caſ.2.n.35.& ſeqq.vbi oſtendi,ob imminentem lapſum inſtantiæ concendi, quod alias denegaretur.

Contra iſtam ſecundam opinionem facit quod ſcripſi ſupra.ſub nu.109.dum dixi, dilationem debere peti antequàm inſtet lapſus inſtantiæ:quia ſi petatur,imminente lapſu inſtantiæ, videretur peti calumnioſè.

114 Tertia opinio eſt; quò iudex poſsit ex offitio præfigere dilationes, quando procedit vtraque parte præſente;ſecus ſi altera pars eſſet contumax; quia contra illam partem contumacem non proceditur ad aliquid ſine inſtantia partis; & hanc tertiam opinionem tenuerunt Bar.in l.vnica ſub n.2.C. vt quæ deſ. aduoc. part. iud. ſuppl. & Lanfr. de Ariad. tract. de dilat. num. 6. fol. 102.

115 Ex his opinionibus primam, quæ eſt negatiua, video ſeruari in praxi; quia iudices, parte non petente, non præfigunt dilationem; ſed in puncto iuris cogita.

QVAESTIO II.

116 QVAERO an iſta dilatio probatoria poſſit aſſignari, parte non citata.

Reſp.quòd Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de citat.concluſ.1. ampl.19. nu. 105. adducit quòd requiratur citatio, quia requiritur cauſæ cognitio, & poſtea limit. 2.num.108. ait, quòd ſi dilatio datur abſenti, ſufficit intimatio, & non eſt neceſſaria citatio: ego pro nunc non aliter diſcutio.

117 Retenta prima, vel alia limitatione simili; quòd elapsa prima dilatione; possit concedi alia dilatio ex causa iuxta ea, quæ dixi supra nu. 67. & 89. in prima 4. & 5. limitatione.

QVAESTIO III.

QVAERO quot dilationes poterunt alicui dari ad probandum in casibus dictarum limitationum primæ. 4. & 5.

Resp. colligendo prius opiniones.

PRIMA opinio est; quòd non possint dari nisi duæ: & hanc opinionem tenuerunt Remig. de Gonny. tract. de charit. subsid. q. 32. nu. 6. fol. 176. & Lanfr. de Ariad. tract. de dilat. num. 2. fol. 102. qui alios citant: scribunt enim, dilationem esse semel dandam, & ex causa iterũ.

118 SECVNDA opinio est, quòd ex singulis, & successiuis impedimẽtis possint dari plurimæ dilationes, quoties opus fuerit, sicquè poterit dari quinta, sexta, & vlterior dilatio, quoties apparebit de impedimento in præcedenti: & hanc opinionem tenuerunt Bal. in l. fin. sub num. 9. vers. & vt articulus. ff. de fer. & Paul. de Castr. qui eum citat ibidem. nu. 4. & in l. oratione. sub nu. 3. ff. eod. dicens, quòd sic dictat ratio naturalis.

119 TERTIA opinio est; quòd possint dari quatuor dilationes, sed singulæ cum causæ cognitione: nam in prima requiritur leuis causæ cognitio, quæ leuis causæ cognitio consistit in illis quatuor, seu duobus, de quibus egi supra in prima q. n. 109. in secunda dilatione requiritur maior cognitio. & similiter in tertia: quia vltra dicta quatuor seu duo, requiritur hoc aliud, quòd probetur impedimentum, illiusquè ratio exquiratur: quia secunda, & tertia dilatio non conceduntur nisi propter impedimentũ in præcedenti, vt declarat Paul. de Castr. in l. oratione. sub num. 3. ff. de fer. in quarta verò requiritur maior cognitio; quia requiritur solemnitas iuris, qua non seruata, non datur quarta dilatio; & hanc opinionem, quòd dentur quatuor dilationes; tenẽt Gl. magna in l. fi. ff. de fer. Aret. Instit. de actio. §. si minus. vers. quæro quot. num. 23. Lanfr. de Ariad. tract. de dilat. nu. 16. fol. 102. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 91. num. 2. & seqq. & num. 5. & ista opinio videtur communiter * teneri, & seruatur de generali consuetudine secundum Iac. Butr. citatum à nobis supra limit. 9. num. 100. & ita seruari de facto, scribunt Gloss. vltima. in fine. in cap. in causis. de testib. & Franc. Marc. decis. 36. quæritur super. num. 3. in fine. & id tenendum esse scribit Io. And. quem ibidem refert Abb. sub nu. 1. nam Gl. intelligit vt illud capitulum loquens de productione intelligatur de dilatione; & sic etiã cõiter * intelligi textum in Auth. de testib. § quia verò. coll. 7. & in auth. at qui semel. C. de probat. scribit Aret. sub d. num. 23.

120 QVARTA opinio concordat cum secunda, & discordat ab ista tertia: est ergo quarta opinio, quòd possint dari dilationes, quoties apparebit de impedimento; sicque si in tertia fuerit impedimentum dabitur quarta sine solemnitate iuris Abb. in d. cap. in causis. sub num. 1. ibi. finge enim. & ibi. & infero. sed productiones testium non conceduntur nisi quatuor, quarum vltima conceditur cum solemnitate iuris, quæ est, vt volens quarta vice producere testes iuret, quòd non intendit vti illa productione malitiosè, seu dolosè, & quòd non didicit testificata cap. in causis, & cap. vltra tertiam. de testib. & Auth. de testib. §. quia verò. coll. 7. & auth. at qui semel. C. de probat. quæ loquuntur apertè de productione: & hanc opinionem tenẽt Abb. in d. cap. in causis. sub num. 1. per totum. de testib. & Lanfr. de Orian. tract. de testib. sub num. 43. fol. 183. dicens quòd in præsenti materia non intelligit de dilatione, prout verba, quibus loquitur, sonant, sed intelligit pro examinatione, subdens, quòd multiplicitas examinationum excludit testium productiones, & non numerus dilationum. & quòd ista iura, loquentia de productione testium, & cõcedentia quartam productionem sint intelligenda de productione, vt loquuntur, sentiunt Franc. Marc. d. decis. 36. num. 3. & Paul. de Castr. in d. auth. at qui semel. nu. 16. ibi. alia opinio. C. de probat. dicens, quòd, si intelligerentur, vt loquerentur de dilatione, ista iura corrigerent. l. fin. ff. de fer. & l. 1. C. de dilat. in quibus habetur quòd dilatio probatoria conceditur semel tantum; quia est peremptoria: subdens etiam ipse, quòd non attenditur vnitas vel pluralitas dilationum, sed productionum.

Quid dicendum? nam Spec. tit. de teste. §. qualiter aũt. sub. n. 6. & 7. vers. quod totum. & n. 8. recitat opiniones, loqtur promiscuè & confusè, & nihil determinat.

Facio duas conclusiones principales: vnam in puncto iuris, & alteram de consuetudine.

121 CONCLVDO in puncto iuris non esse recedendum ab ista vltima opinione: & pro maiori intelligentia facio ex ea tres conclusiones, & in prima retrogredior ad originem.

CONCLVSIO I. est: quòd dilatio ad probandum est peremptoria, & ideo datur vnica & semel tantum iuxta conclusionem, quam firmaui supra num. 21. vers. his generaliter.

122 CONCLVSIO II. est, quòd ex causa possunt dari plures dilationes, & non solum quatuor, aut quinque, sed sex & plures, toties, quoties constabit de legitimo impedimento iuxta secundam opinionem, sicque reijcio tertiam.

123 DECLARA istam conclusionem, restringendo eam, vt non procedat quando fuisset facta tertia, aut quarta productio testium in prima, aut alia sequenti dilatione; quia tunc post quartam productionem non daretur secunda, aut vlterior dilatio, quamuis constaret de legitimo impedimento Paul. de Castr. in l. oratione. sub. num. 3. & in l. fin. sub num. 4. ff. de fer.

124 DECLARA II. vt multò minus procedat quando constaret, quòd petens dilationem didicisset testificata; quia tunc denegaretur ei vlterior productio, vt dixi infra num. 128. ergo à fortiori denegaretur dilatio, quæ est propter producendos testes.

125 CONCLVSIO III. est; quòd non possunt concedi, nisi tres productiones, & quarta cum solemnitate iuris, vt in iuribus citatis in quarta opinione: sicquè concludo quòd doctores æquiuocant, sumendo productionem pro dilatione; quæ æquiuocatio toleranda non est. tum, quia iura apertè loquuntur de productionibus, & non de dilationibus: tum quia in productionibus potest considerari timor subornationis, qui non potest considerari in dilationibus.

126 RETENTA ista tertia conclusione iuxta præcedentem quartam opinionem.

DECLARA I. non esse constituendam differentiam an plures productiones fiant infra vnicam dilationem, vel infra plures dilationes: nam quòd iura prohibentia multitudinem productionum habeãt locum, quando multæ productiones fierent intra vnicam dilationem, sentiunt Glo. vlt. in d. auth. at qui semel. in verbu. productionem. C. de probat. vbi relatis duabus opinionibus; sequitur primam, vti veriorem; quæ tenet vt infra eandem dilationem dicantur fieri plures productiones. Paul. de Castr. ibidem. sub n. 15. & sub n. 17. Abb. in c. in causis. sub nu. 1 ibi & ideo credo. de testib. sentiens contra Host. quòd non solum in eadem dilatione non possint fieri vltra tres productiones, vt sentit Host. sed neque in tota causa. Papien. in pract. in forma opponendi contra testes post publicationem. in gl. suntque publicatis. sub nu. 15. fol. mihi 319. & apertius Lanfr. de Orian. tract. de testib. sub nu. 43. fol. 183. confirmatur; quia de iure vnica tantum est concedenda dilatio, vt dixi supra in prima conclusione; & per accidens conceduntur plures, videlicet propter impedimentum, vel aliam iustam causam, vt dixi supra in limitationibus: ergo iura prohibentia multiplicitatem productionum, sunt intelligenda vt loquantur principaliter de productionibus infra unicam dilationem, & per accidens de ijs, quę fierent infra plures dilationes; quia ius, loquens de productione testium, correspectiuatur ad ius loquẽs de dilatione pro examine testium: Confirmatur rursus, quia ratio prohibitionis, ne admittatur multitudo productionum est propter timorem subornationis, vt dixi infra num. seq. & ista ratio militat etiam si multitudo productionum fieret in vnica dilatione: & ideo Spec. qui est pater practicæ in tit. de teste. § qualiter aũt. n. 6. vers. iudex ergo. & Papien. vbi sup. firmãt hãc praxim producẽdi testes pluribus vicib.

in ea

in eadem dilatione: iudex dabit vnam dilationem plurium dierum puta x.dierum: infra quam prima vel ſecunda die pars producet & exhibebit coram iudice duos vel tres teſtes,dicendo;domine iudex, hos teſtes vobis exhibeo, & produco examinandos pro prima vice, deinde quarta vel quinta die producet totidem vel plures,aut pauciores,&dicet;domine iudex;ecce alios teſtes,quos vobis exhibeo,& produco pro ſecunda vice,& idem faciet alia vice: & hanc opinionem, quòd iſta reiterata productio deberet fieri ſubvna dilatione, tenuit Goffr.relatus per Spec. vbi ſupra. & Hoſt. relatus per Abb.vt notaui ſupra, & eſt de aperta mente Petri de Bellaper.in l.in pecuniarijs verſ.dico ſic.nu.8. ff.de fer.vbi,ſoluendo oppoſitionem,ſcribit, quòd in cauſis pecuniarijs non datur niſi vnica dilatio, infra quam iudex poteſt concedere vnam productionē, vel duas,vel tres & ſub num.20.in fine. verſ. quæritur. dicens,quòd poteſt habere quatuor productiones dummodo contineantur intra vnam dilationem integram, & ſi non poſſunt expediri infra vnam,tunc inquit,opus eſt noua dilatione. & hæc opinio eſt iuridica ſecundū Papien.vbi ſupra.Quòd illa iura adaptētur etiam multitudini productionum, quæ fierent intra plures dilationes,ſentit Abb.vt retuli ſupra,& comprobatur,quia in productionibus,quæ fiunt intra plures dilationes,militat maior ratio timoris ſubornationis,ex quo intercedit longius ſpatium,ſicut conſideraui infra num. 132.

127 DECLARA II. productionem teſtium, de qua loquimur,ſumi à nobis pro productione ſimul cum examinatione: quia ſi teſtes ſolum producerentur ſeu nominarentur,& non examinarētur, talis productio,etiā ſi eſſet quarta,quinta, & ſexta,non eſſet prohibita; ex quo in ſola nominatione, & productione ſine examinatione ceſſat timor dídicitorum teſtificatorum & ſubornationis Bar.Paul.de Caſtr.in auth.at qui ſemel.ſub nu. 16.C.de probat.& Abb.in cap.in cauſis.ſub nu. primo. ibi.& ex hac ratione.de teſtib.& Lanfr.de Oria. tract. de teſtib.ſub num.43.fol.183. ſciendum enim eſt, quòd quarta productio teſtium nō eſt ob aliam cauſam prohibita,niſi eo quòd petens tot productiones præſumitur,quòd agnouerit teſtificata, noritquè ſe defeciſſe in probatione;vnde timor eſt ne ſubornet teſtes,quos intendit producere Auth.de teſtib.§.quia verò. coll.7. & auth.at qui ſemel.C.de probat.cap in cauſis.& cap.vltra tertiam.de teſtib.& ibi Io. Andr.Ant.de Butr.Abb. & Fely.

128 DECLARA III. vt ſi conſtiterit aliquem didiciſſe teſtificata primæ productionis, non admittatur ad ſecundam ſeu ad vlteriorem productionem propter timorem ſubornationis d.auth.at qui ſemel.C.de proba. & ibi Bar.Bal & Paul.de Caſtr.omnes in principio. & quòd didicitis teſtificatis vlterius examen non conceditur propter timorem ſubornationis latè proſequemur,fauente Deo lib. ſeq. dum agemus de publicatione proceſſus.interim poteris videre Mar.Socc.in cap. fraternitatis. ſub num. 24. de teſtib. inter tract. diuerſ. fol 191.Lanfr.de Orian.eod tract.de teſtib. ſub nu.41. verſ.tamen licet fol.182.Affl.deciſ. 216. & Odd. tract. de reſtit.in integ. q.65.art.11. num.51.

129 DECLARA IIII. vt procurator volens petere quartam productionem non admittatur ad iurandum, niſi habeat ſpeciale mandatum: quia iuramentum requirit ſpeciale mandatum,cum in eo agatur de faciendo incidere principalem in periuriū: & ita ſentit Gail. & ait ſeruari in Camera in pract.obſeru lib.1. obſeru. 91.ſub num. 18. & 19. licet loquatur in petente quartam dilationem.

130 DECLARA V. vt iſta ſolemnitas iuris, requiſita pro obtinenda quarta productione, poſſit à parte tacitè remitti: nam parte non opponente concederetur quarta productio ſine ſolemnitate iuris ſecundum cō- ✠ munem * opin.quam refert & ſequitur Fely. in cap. in cauſis.ſub num.4.de teſtib.licet loquatur in dilatione & Felynum refert & ſequitur Gail.d. obſeru. 91. ſub num. 6.

131 DECLARA VI. vt poſſit remitti etiam expreſſe; quia ſecundum Gail.vbi ſupra poteſt partium conſenſu omitti,ſicut poteſt remitti iuramentum teſtibus, ſed iuramentum poteſt expreſsè teſtibus remitti, vt dixi infra c.8.n.430.in fine.& nu.561.ergo Gail.intelligendus eſt,vt loquatur de conſenſu expreſſo.

132 LIMITA nunc firmatam tertiam concluſionem poſitam ſupra nu. 125.vt non procedat, quando inter tres productiones non interceſſiſſet tantum interuallū temporis, quòd producens veriſimiliter potuiſſet diſcere teſtificata: quia tunc concederetur quarta productio ſine ſolemnitate iuris ſecundum ea,quę ſcribunt Paul. de Caſtr.in auth.at qui ſemel.ſub num.17. ibi. & hoc ſi interuallum.C.de probat.& Abb.in cap.in cauſis. ſub num.1.ibi.idem ſi fuerunt examinati. de teſtib. dicens, quòd ſi feci iſtas productiones in actu continuo ita quòd non potui ſcire dicta illorum, ceſſat prohibitio quartæ productionis.

Sed ego non video caſum,in quo quis non poſſit diſcere teſtificata teſtium ſecundo productorum dum examinantur tertij teſtes: concurrente veriſimilitudine,quod quis non faceret tot productiones, niſi didiciſſet teſtificata.

133 LIMITA II. de conſuetudine, ſecundum quam teſtes nominantur pluries, & pluries, & diuerſis productionibus, & vicibus etiam vltra tertiam, & quartam vicem producuntur & examinantur quandocunque ſubeſt habilitas;quia teſtes non poſſunt de facili haberi & ſimul examinari tùm propter impedimentum ipſorum teſtium,tum propter impedimentum notariorū, qui deputantur ad examinandum, & quandoque propter impedimentum cauſidicorum,& interpretū, quibus vtuntur litigantes hic Romæ: vnde facilè poſſent cauſæ periclitari, ſi quis hodie faceret examinari vnū teſtem,cras alterum,& alia die alium, & vlterius non admitteretur: & de hac conſuetudine propter iſtas rationes inducta teſtatur Paul.de Caſtr.in auth.at qui ſemel.ſub num.17.C.de probat.ſicquè textus in Auth. de teſtib.§.quia verò.coll.7. auth. at qui ſemel. C. de probat.cap. in cauſis. & cap. vltra tertiam. de teſtib.cum ſua materia de non admittenda quarta productione teſtium,niſi cum ſolemnitate iuris, de conſuetudine non ſeruantur, & receſſerunt à Palatijs & Curijs.

Infero ex iſta limitatione, validam eſſe depoſitionem teſtis, recepti intra quartam productionem factam ſine ſolemnitate iuris.hæcquè illatio eſt contra Nepot.à Montealb. tract. de except. contr. teſtes. art. 19.num.58.fol.116 qui tenet non eſſe validam.

134 CONCLVDO de conſuetudine dari tres dilationes ad probandum,& quartam cum ſolemnitate iuris, vt ex Iacob.Butr.retuli & ſequutus ſum ſupra limit. 9. num.100. ſicquè ea, quæ iura diſponunt in productionibus teſtium, conſuetudo recepit in dilationibus: & de hac inueterata cōſuetudine teſtatur etiam Papien. in pract in forma opponendi contra teſtes poſt publicationem.in gl. ſuntquè publicatis.ſub nu. 15. ibi. alia eſt opinio.fol.319.

135 DECLARA iſtam concluſionem,extendendo eam, vt tres dilationes dentur, etiam non probato impedimento, quia præſumitur;ſicquè corriguntur à conſuetudine iura in l. fin. ff.de fer.& in l.1. C.de dilat. quæ concedunt vnicam tantum dilationem.

Comprobatur iſta concluſio, eiuſq; declaratio ex his, quæ ſcripſi circa praxim aſſignandi dilationes in. fra q.12.num.232.& 233.

QVAESTIO IIII.

Caſus I.

136 QVAERO quod remedium poſſit adhiberi contra malitiam aduocati, ſeu partis, quæ ad protelandam litem petit dilationem pro examinandis teſtibus vltramarinis, ſeu morantibus in longinguis partibus.

Reſp.diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt:quando teſtes ſunt intra iuriſdictionem iudicis,à quo petitur dilatio.

Secundus eſt; quando ſunt extra eius iuriſdictionem.

Capio primum caſum: & concludo in eo poſſe dari triplex remedium.

Primum remedium est, vt iudex exigat ab eo iuramentum, quòd non petit illam dilationem calumniosè & animo differendi iudicium iuxta ea, quæ scribunt Glos. in cap. statutum. §. penult. in verbo, expensas. de rescrip. in 6. Paul. de Castr. in l. iudices. num. 3. C. de fid. instr. Affl. in constit. causas alias, not. 6. sub nu. 8. lib. 1. & Glos. ad pragmaticas Regni Neap. in pragm. post prædictas. lin. 55. col. 1. ibi. tertia. fol. 415. hocquè iuramentum dicitur iuramentum malitiæ, vt dixi supra cap. 1. num. 41.

137 Secundum remedium est, vt iudex offerat se daturum dilationem, ex expectaturum; sed dicat ei, vt deponat salarium pro expensis testium in eundo, veniendo, & stando, quod si pars noluerit deponere, dilationem non concedat, sed expediat causam Glos. in d. cap. statutum §. penult. in verbo. expensas. in fine. Abb. in cap. constitutus. sub num. 8. de fideiuss. Fely. in cap. vltra tertiam. not. 2. sub num. 5. de testib. Ias. in l. 1. num. 27. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Glos. ad dictam pragm. post prædictas. fol. 414. col. 4. lin. 64. ibi. tu autē iudex. & Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 5. num. 23.

138 Tertium remedium est, vt iudex faciat ei præceptum pœnatum, & comminetur, quòd soluet tantam mulctam, si non probauerit, quia potest de iure facere istam comminationem, & mulctam imponere, vt scribunt Ias. vbi supra & Glo. ad dictam pragm. post prædictas. fol. 415. col. 1. lin. 5. ibi. secunda.

139 In Regno Neap. iuxta hoc tertium remedium est prouisum per pragmat. si quis petierit. vt is qui petierit dilationem vltram marinam, eaque vsus non fuerit, puniatur pœna vnius vnciæ, si fuerit principalis; si fuerit procurator sine speciali mandato ad eam petendam puniatur pœna duplicata.

140 Alia prouisio est inducta per ritum 140. qui eum, qui petit dilationem ad examinandos testes extra Regnum, obligat ad deponendam pecuniam necessariam pro examine testium, & ad specificandum eorum nomina, & ad iurandum, quòd non petit dilationem calumniosè: quem ritum esse in viridi obseruantia testatur Affl. in d. constitutione. causas alias num. 8. in fine. super quo ritu poteris uidere ea, quæ scripserunt Cauens. & Carau. qui vlterius explicat, scribens sub num. 2. hæc habere locum, quando petens dilationem, vult vt testes veniant ad deponendum coram iudice.

CASVS II.

141 Capio secundum casum, quando testes sunt extra iurisdictionem; quo casu secundum remedium cessat, quia testes cogi non possunt, vt veniant iuxta ea, quæ scripsi infra: Et in isto casu concludo, quòd potest adhiberi primum vel tertium remedium, prout de primo loquitur Paul. de Castr. in d. l. iudices. num. 3. C. de fid. instrum. loquens contra eum, qui petit literas remissorias. & hæc de iure communi.

142 In Vrbe tu, qui forsan versaris in foro capitolino, habes stat. lib. 1. cap. 76. quo disponitur, quòd literæ remissoriales debeant concedi pro examinandis testibus existentibus vltra districtum; dummodo in primis exprimantur nomina testium examinandorum, & locorum & designentur probationes faciendę, & secundario deponantur penes notarium pignora valoris ducatorum auri vigintiquinquè assignanda Camerę pro medietate & pro alia parti casu, quo non fecerit examinari testes intra dilationem assignatam, vel [si examinati sint] de causa nihil probauerint: quòd si notoriè constet non peti calumniosè, mandat dictum depositum non fieri.

143 In Regno Neap. habes similem pragm. aliqui &c. quæ mandat fieri depositum quindecim ducatorum, quando allegantur testes extra Regnum, & casu, quo non examinentur, mandat depositum diuidi inter Curiam, & partem: hancquè pragm. recesét, & testatur practicari Carau. super ritu. 140. num. 6. sed ille ritus 140. imponit pœnam 50. florenorum auri, applicandam curiæ; vide Carau. ibi. nu. 3. & seqq.

Simile decretū Serenissimi Principis sub tit. de gl'articoli probatorij &c. §. & perche i rei. &c. quo cautū ē, vt; petens dilationē multorū dierū, qua possit testes existentes in remotissimis regionibus examinari facere, nominet illos testes, & iuramentum præstet calumniæ, & satisdet se pœnam soluturum, in qua condemnabitur, ac ratione damnorum & interesse partis; refert Menoch. tract. de recuper. posses. remed. 15. nu. 335.

QVAESTIO V.

De iure communi.

144 QVAERO quanta debeat esse dilatio probatoria; loquendo tam de prima, quàm de secunda, seu vlteriori dilatione.

Resp. distinguendo duo iura.

Si loquimur de iure communi: concludo, dilationem esse vnicam, & peremptoriam, vt dixi supra nu. 21. vers. his generaliter. eamquè dico non posse assignari longiorem ea, quæ est definita in l. 1. C. de dilat. & à nobis relata supra q. 2. num. 40. sed breuiorē dico posse assignari arbitrio iudicis iuxta ea, quæ scripsi supra q. 3. vers. ratio. num. 49. Quo ad secundam, aut vlteriorem dilationem concludo, quòd; si datur propter impedimentum primæ, debet regulariter cōmensurari impedimento iuxta ea, quę scripsi supra in prima limit. declaratione 4. num. 75. quòd si dari debeat propter emergentes nouas probationes; dico, eam esse arbitrariam; quia de eius quantitate nihil est determinatum in iure.

145 Contra istam conclusionem in eo, quod dicimus non posse longiorem assignari, & esse commensurandam impedimento, quando propter impedimentum primæ datur secunda, videntur sentire Glos. vlt. in cap. præterea. de dilat. Bar. in l. 2. ff. de re iud. Dyn. in cap. indultum. ibi. item quia iure cauetur. de reg. iur. in 6. Abb. in cap. 1. sub num. 7. versus. finem ibi. & idem dico: de dilat. Cassad. decis. 3. num. 1. tit. de dilat. Vestr. in prax. lib. 4. cap. primo. in fine. & lib. 6. cap. primo. sub num. 13. ibi. & cum quæstio. Menoch. tract. de recuper. posses. remed. 15. num. 331. & apertius Caball. ad constitut. March. lib. 5. cap. 16. in glos. terminus. num. 1. & Hier. de Mon. tract. de finib. regun. cap. 49. num. 2. fol. 344. & alij communiter in diuersis locis, qui omnes simpliciter scribunt, dilationem probatoriam, & consimiles esse arbitrarias; & possunt etiam allegari Carauit. super ritu 69. in primis &c. sub num. 3. & Alex. Stiat. in prax. iudic. cap. 7. num. 17. & alij communiter * dum scribunt, iudicem in assignanda dilatione debere considerare distantiam loci, qualitatem causæ, & personarum. & vrgentius potest indu ci Abb. d. cap. 1. num. 1. in fine. de dilat. dum ex Bar. refert & sequitur, quòd iudex possit; existente causa abbreuiare, & elongare dilationes in iure expressas, & à iure assignatas sine ministerio iudicis: & cōtra eandē conclusionem adduco in terminis Petr. de Bellaper. in l. in pecuniarijs. vers. dico ista. sub num. 20. ff. de ferdum scribit, iudicem posse minuere, & augere dilationem de qua in d. l. 1. C. de dilat.

146 Sed istis potest responderi, quòd respectu dilationis abbreuiandæ non sunt contra conclusionem; & respectu dilationis prorogandæ respondeo, quòd iudex non potest prorogare, nisi existente iusta causa, teste eodem Abb. d. num. 7. in fine. & faciunt quæ dixi supra in 2. limit. num. 87. vbi nolui terminare hanc quęstionem; si iudex possit abbreuiare, vel elongare dilationem determinatam à iure sine ministerio iudicis: si ergo requiritur præexistentia iustæ causæ, quæ etiam debet exprimi, sequitur quòd in elongatione non sit arbitraria, aut non ita arbitraria, sicut est in abbreuiatione, quia si abbreuiaretur non requireretur expressio causæ, cum præsumatur causa.

147 RETENTA conclusione.

LIMITA eam, vt non procedat, stante statuto, quòd dilationes sint arbitrariæ, seu præfigantur tres dilationes iuxta causarum importantiam, & difficultatem illarum, sicut disponit stat. Vrbis lib. 1. cap. 59. quia tunc iudex posset, nulla expressa causa, abbreuiare, & elongare dilationes, quæ essent determinatæ à iure & plures concedere iuxta statuti dispositionem absquè

què eo, quòd in prima fuerit impedimentum, quia hoc ſtatutum corrigeret ius commune.

148 In Regno Neap. habes ſimilem diſpoſitionem ex ritu. 69.& ritu 245. quibus cautum eſt vt dilatio detur competens iuxta materiam cauſæ, & diſtantiam locorum arbitrio iudicis moderanda ſecundum tempus inſtantiæ.ſed de dilationibus, aſſignādis in Regno Neap. vide infra nu.154.187.& 188.

149 DECLARA præfatam concluſionem, & limitationem, vt iſtæ dilationes, quamuis ſint arbitrariæ; præfigi tamen debeāt cum cauſæ cognitione, quæ cauſæ cognitio poteſt verſari circa plura, quæ congeſſit Abb.in cap.1 ſub nu.1.ibi.& cauſæ harum dilationum moderandarum.de dilat.

Pro explicatione iſtius declarationis conſtituo quatuor regulas, ſeu concluſiones, quarum 1. reſpiciet cauſas: ſecunda perſonas: tertia loca; & quarta numerum dilationum.

150 Prima regula eſt, quòd iudex debet breuiores dilationes præfigere in cauſis ſummarijs, quàm in ordinarijs argumento textus in clem. ſæpè.de verb. ſignif. & breuiores in cauſis alimentorum, vt ſcribunt Abb. d. cap.1.ſub num.7. ibi. item & ſeptima. Gig. tract. de penſion.eccleſ. q. 51,num.23.& Surd.tract.de alimen. tit. 8.priuil. 2.num.6 & ſimiliter in modicis & breuioribus Abb vbi ſupra.& Corſet.tract. de minim. par.1. num. 13. item quando eſſet quæſtio de equo, qui intra dilationem magnā comederet plus quàm valeret. Abb. vbi ſupra: item quando res, de qua agitur, eſt tempore peritura. Abb. vbi ſupra.

151 Secunda regula eſt, quòd iudex debeat præfigere breuiorem dilationem iuueni, quàm ſeni. Abb.d. cap. 1.ſub num.1. ibi. nam maior.de dilat.

152 Tertia regula eſt; quòd iudex debet conſiderare diſtantiam locorum: nam ſi duo Mediolanenſes litigarent hic in Vrbe pro negotio contracto Mediolani; & duo Senenſes pro negotio contracto Senis, Mediolanenſibus longior, quàm Senenſibus dilatio præfigenda eſſet: & quòd iudex debeat conſiderare diſtantiam locorum ſcribunt Abb. in cap. 1. num.7. verſ. venio ad. de dilat. Carau. ſuper d. ritu 69. num.3. Alex. Stiat. in prax. iudic. cap.7.num.17.& Grauat.in annot.ad prax. Veſtr lib.7.cap.vlt.nu.28. & eſt regula communis, * à qua nemo unquam diſceſſit.

153 Quarta regula eſt; quòd prima dilatio ſit longior ſecunda, & ſecunda longior tertia, vt ſcribit Luc.Pet. in pract.capitol.lib.2.c.10.n.3. motus per ea, quę habentur de fatalibus in l.2.& in auth.ei qui.C.de tempor.& repar.appell. eiuſquè motiuum cōfirmatur ex vſu terminorum ſubſtantialium, quorum dilationes longiores ſunt in prima inſtantia, quàm in ſecunda, & longiores in ſecunda quàm in tertia, vt ſcripſimus infra n.278.cōfirmatur etiam ex eo quòd in conceſſione ſecundæ requiritur maior cognitio cauſæ, quàm in conceſſione primæ, & in conceſſione tertię maior quàm in conceſſione ſecundæ iuxta ea, quæ dixi ſupra nu. 119. ſuadetur etiam ratione: quia ſecunda & tertia dilatio ſe habent per modum additionis, item quia cū quis habuit primā dilationē, tunc aut in ea aliquid egit, & egeret minori dilatione: aut nihil penitus egit, & tunc videretur calumnioſè petere: & ideo ei qui nihil procurauit facere in prima dilatione, negatur ſecunda dilatio, vt referunt & ſequuntur Beninten. decis 45.in cauſa vertente.num. 4.& Alex. Stiat.in prax. iudic.cap.7. num.15.

Fallit tamen iſta regula, quando iudex conceſſiſſet primam nimis breuem; quia tunc deberet concedere ſecundam longiorem.

De iure municipali.

154 Si loquimur de iure locali ſeu municipali: conſtituo duas concluſiones.

Prima concluſio eſt: quòd iudex debet illius diſpoſitionem ſeruare tàm circa quantitatem dilationis, quā circa numerum dilationum, ſi diſpoſitio eſt clara, & determinata, prout eſt illa, quam habent Neapolitani in pragm. poſt prædictas. & prout eſt illa, quam ſeruant domini de Rota, qui licet poſſint ſanare terminos ſubſtantiales male ſeruatos; tamen non poſſunt illos minuere iuxta ea, quæ ſcripſi infra nu.176 & 248.

155 Secunda concluſio eſt: quòd ſi ſtatutum ſeu alia lex municipalis præfigit ſimpliciter dilationem ad probandum, tunc iudex poteſt eam dilationem abbreuiare, & elongare, prout poteſt abbreuiare & elongare dilationem iuris communis: quia ſtatuta recipiunt interprætationem paſſiuam à iure communi, quicquid ſcribat Franc.Marc. deciſ.37. quæritur an dilatio, num. 3. dicens dilationem ſtatuti non poſſe abbreuiari vel augeri. ſed quomodo iudex poſſit abbreuiare ſeu elongare dilationem probatoriam iuris communis dixi ſupra num.47.& ſeqq.& num.144.iſtud enim ſtatutum corrigeret ſolum ius commune in quantitate dilationis, quæ de iure communi eſt trium, ſex, & nouem menſium prout declaraui ſupra num.40,41.& 42.& ita intelligas Speculatorem in tit. de dilat. §. videndum reſtat.num. 13.verſ.ſed nunquid.

QVAESTIO VI.

156 QVAERO an tempus dilationis ſit continuum, vel vtile.

Reſp. quòd eſt continuum, & ideo in eo computantur etiam dies ſolemnes, & feſtiui l. ſiue pars.in fine C.de dilat.& ibi. Bal. in principio.& Paul. de Caſtr.num. 7. Gloſ. in cap. fin. in verbo. quibus. de fer. Innoc. in cap. vltra tertiam. num. 3. verſ. incipit autem.de teſtib. Io.And.in addit.ad Spec. tit. de dilat. §.1.num.15.in verbo, proinde.Franc.Marc. deciſ. 35. quæritur an tempus.num. 1. & ita communiter * concludunt omnes. &, quòd dilatio in dubio debeat iudicari continua, ſcribunt Bolan. tract.de reſtit. in integr. cap.41.num.13. 125.fol.Balb.tract.de præſcript q. 6.& vlt. num.7. fol.72.Lanfr.de Orian.tract.de dilat. num. 13.fol.102.& Caball.ad conſtit.March.lib.5.cap. 16. in gl.vtilium.

157 LIMITA iſtam communem concluſionem, vt non procedat, quando dies feſtiui, & ſolemnes abſorberent totam vel maiorem partem dilationis: quia tunc iſtæ ferię tollerentur de medio & remanerent dies non feriati Bal.in l. ſi quando. verſ. quarto quæritur. nu.6. C.de teſtib. Paul. de Caſtr.vbi ſupra.Maran. in ſuo ſpec. par.6.actu.3. ſub nu. 18. Grauat.in annot. ad prax.Veſtr.lib.5.cap.4. nu.7.&, quòd iſta limitatio ſit veriſſima, ſcribit Lanfr.de Ariad.tract.de dilat. num. 13.fol. 102.

EXTENDE iſtam limitationem, vt habeat locum etiam in dilatione, quam ſtatuta Vrbis lib. 1. cap.100. præfigunt ad probandum coram arbitris, quia ſi arbitri v.g.die ante hebdomandam ſanctam acceptauerint compromiſſum, illi xv.dies ſequētes feriati non computantur, & alij xv. ſequentes poſt octauam paſchatis intelligerentur aſſignati à ſtatuto ad probandum

Comprobatur hæc extenſio alio fundamento ſumpto ex ſeq.limitatione.

Contra iſtam extenſionem facit, quia quando cauſa debet expediri breuiſſimo tempore, tunc poteſt procedi tempore feriato in honorem Dei, vt in cauſa ſyndicatus ex Amod.retuli & ſequutus ſum infra cap. 5. nu.25.& 39.

Teneo extenſionem, quia, quod ſcribit Amod. eſt controuerſum, vt patet ex his quæ ſcripſi d. c.5. nu.24. & dato illo pro vero, reſp. quod procedit in cauſa ſyndicatus ex eo, quia in cauſa ſyndicatus vna cum iuriſdictione perit inſtantia; ſed in caſu compromiſſi non perit inſtantia, quia cauſa remanet in eiſdem terminis coram iudice ordinario; huiuſq; reſponſionis veritas probatur ex his, quę ſcripſi dicto cap. 5. num. 39. & ſeqq. ad eum.

158 LIMITA II. vt non procedat in dilationibus aſſignatis à ſtatuto, ſeu conſtitutione, ſed ſolum in dilationibus aſſignatis à iure Bal. in d. l. ſiue parſ. verſ. quarto quæ ſit ratio.num. 3.in fine. & num. 4. C. de dilat. & in l.2.verſ.ſed nunquid.num.8. C. de ædil. action. quem referunt & ſequuntur Bertach. tract. de epiſc.lib.2. quæſ. 6. num. 6. fol. 302.& Gloſ.ad pragm. Neapolit. in pragm. poſt prædictas. in principio. fol. 414. di-

414.dicens eſſe menenti tenendum; quia faciet honorem,& ſeruiet ad intellectum omnium conſtitutionum & pragmaticarũ:quia ſemper intelligentur de tempore vtili,& non de continuo;ſed ego non firmo iſtam limitationem;quia non dum aſſigno rationem.

159 LIMITA III. vt non procedat in terminis ſubſtantialibus, qui ſeruantur in Rota Romana: quia dies dictorum terminorum intelliguntur vtiles,& continui, teſte Rot.deciſ. 1. alias. 135.ſi mandetur. de dilat. in nou.quam refert, & ſequitur Vant.tract. nullit. rub. de null.ex defec.proceſſ ſub num 37.verſ.in tertia.fol.416. & ratio huius limitationis poteſt eſſe, quia,cum termini ſubſtantiales ſint introducti de ſtylo, eſt ac ſi eſſent introducti à ſtatuto.

QVAESTIO VII.

160 QVAERO an in dilatione, quæ datur à lege, ſeu à ſtatuto, requiratur miniſterium iudicis, vel cenſeatur aſſignata ipſo iure.

Reſp. quòd non requiritur, quia ſufficit, quòd ſit conceſſa à lege Spec. tit.de dilat.§.1.verſ.ſed nunquid. num. 14. Bal.in l. 2. ſub nu. 2. verſ. in text. in fine.C vt intra cert. temp. crim. quæſt. term.Io.Andr.in cap.pia. ſub num.4. in verbo. octo dierum.de excep. in 6. Lanfr. de Ariad.tract.de dilat. num.10. fol.102.& Gloſ. ad pragmat.Neapol.in pragmat.comparente reo.fol.413. col.2. lin.73. & ſeqq. & ita cæteri Doctores videntur communiter* concludere.

161 EXEMPLIFICA iſtam communem concluſionem in termino decem dierum,qui dantur à iure ad appellandum, & in termino, de quo in cap. pria. de excep.in 6.

162 EXEMPLIFICA II. in termino quinque dierum vtilium,de quo loquitur ſtat.Vrbis.lib.1.cap.78.de teſtium publicatione.

163 LIMITA iſtam concluſionem,vt non habeat locum in pragmat.Regni Neap.poſt prædictas.quia licet præfigat terminum quindecim dierum. eumque præfigat ſine miniſterio iudicis ad probandũ; tamen practica omnium cũriarum aliter obſeruat; quia terminus nunquàm intelligitur datus ipſo iure, niſi concedatur per iudicem,teſte Carau. ſuper ritu.69.nu.3.in vltimis verbis.& nu.4.

164 Vtilitas huius quæſtionis eſt magna: quia ſi dilatio intelligitur data ſine miniſterio iudicis, poterit ferri ſententia abſolutoria diffinitiua, quamuis nihil eſſet probatum, ſecus ſi non intelligitur data ſine miniſterio iudicis,& iudex non aſſignet,quia tunc,ſi nihil fuerit probatum,poterit ferri ſolum abſolutoria ab obſeruatione iudicij iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra q 4.verſ.difficultas.n. 65.& 66.

QVAESTIO VIII.

165 QVAERO an,dilatione pendente, poſſit aliquid fieri.

Reſp.quòd non, quia, pendente dilatione, officium iudicis conquieſcit l. ſiue parſ. C. de dilat. & ibi.Bar. Bal. & alij.cap.ſignificante.& ibi. Franc.num. 15. de appell. Rot. deciſ. 37.alias.406.nu. 2. de appell. in antiq. Maran. in ſuo ſpec.par. 4.diſt. 16.num. 68. & ibi Foller.in addit.Gabr. in concluſ. lib. 2. tit.de dilat. concl.1.num.1. & Lancel. tract.de attent.par.1. cap.7. de attentatis dilatione pendente.nu. 1. fol. 341. & hæc eſt regula generalis, quam ſciunt omnes,& de qua teſtatur etiam Farinac. in qq.crim.lib.2.q.39.nu.8.

166 AMPLIA iſtam regulam, vt procedat non ſolum in dilatione iuris, ſed etiam in dilatione conuentionali,& in dilatione aſſignata à iudice,prout ampliat Lancel.d.cap. 7.nu.6.7.& 8.

167 INFERO ex hac regula, quòd proceſſus,& omnia acta, facta, dilatione pendente, ſunt ipſo iure nulla Mil. in reper. in verbo. iuriſdictio ſicut ſuſpenditur. fol.194.Gabr.d.concl.1.num.3.Lancel. d.cap.7.num.2. fol.341.& Grauat.in annot.ad prax.Veſtr.lib. 5.cap. 9. ſub.nu. 2.

168 EXEMPLIFICA iſtam illationem in ſententia,quæ, ſi ſit lata, pendente dilatione, eſt nulla, vt ſcribunt Pariſ.conſ.106.nu.14. lib. 4. Vant. tract. nullit. rub.de null. ex defec. iuriſd. nu. 157. fol. 391. Veſtr. in prax. lib. 7.cap. 1. num. 15.& Grauat. in annot. ad eum lib. 5. cap.9. nu.3. & Lancel. tract.de attent. par.1. cap.7. nu.3. fol.341. & ratio eſt ſecundum Vant. vbi ſupra quia pendẽte dilatione exercitium iuriſdictionis remanet in ſuſpenſo.

169 EXTENDE præfatam illationem eiuſquè exemplum vt procedat etiam ſi acta ratificarentur de communi partium conſenſu; quia adhuc eſſent nulla, ſi eſſent facta dilatione pendente,vt ſcribunt Gabr.in concluſ. lib.2.tit.de dilat. concl. 1.nu.4. Lancel.d cap.7.n. 5.& Alex. Stiat.in prax.iudic.cap.7.nu.7.

170 RESTRINGE præcedentem exemplificationem, vt non procedat, quando iudex in aſſignatione dilationis reſeruaret ſibi poteſtatem quandocunquè & interim iudicandi, quam Patres in Rota ſibi ſoliti erant reſeruare, quando contra petentem dilationem vigebat aliqua ſuſpitio calumniæ,vt referunt Seuerol.trac. de remiſſ. cap.27.verſus finem.& Lancel. d.cap. 7.nu. 28.fol. 342.eandem poteſtatem ſub diuerſis verbis ſolent ſibi reſeruare Iudices maleficiorũ R.P. D. Gubernatoris Vrbis, quando delictum eſt notorium, in quo nulla poteſt cadere defenſio, quia concedunt reo terminum ad ſe defendendum trium dierum cum clauſula, *& plus & minus arbitrio iudicis.* vt recenſet Farin. in qq.crim. lib.2. q.39.num.11.& 12.&, quòd remiſſoria cõcedatur ſine retardatione proceſſus, quando pro parte illam petentis eſt ſuſpitio calumniæ; quia poſtquàm conceſſa eſt, illam relaxare dependet ab arbitrio dominorum,ſcribunt Caputaq.deciſ. 38.ſeu 9.nu. 1.& 2.par.3.& Seuer. vbi ſupra.

171 LIMITA nunc regulam 1.vt non procedat ſi iudex exerceret actum in executionem datæ dilationis, quia tunc poſſet,pendente dilatione, vt ſcribunt Paul. de Caſtr in l.ſiue parſ. nu.3.in fine.& nu.4. C. de dilat. & Lancel.d.cap.7.nu.12.

172 LIMITA II. quando iudex procederet pro eo, ad cuius fauorem conceſſit dilationem Grat. conſ. 77. duo principaliter.num.21. Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de dilat.concl. 1.nu. 13.& Lancel.d.cap.7.nu.14.& 15. limi.5.dicens,quòd is,qui habuit dilationẽ,poteſt comparere, & facere acta in iudicio,quia non prohibetur innouari per eum.

173 LIMITA III. vt non habeat locum in dilationibus terminorum ſubſtantialium, qui ſeruantur hic in Rota; quia, pendente dilatione vnius, poteſt cumulate procedi ad alium:dummodo poſtea ante ſententiã ſequatur ſub vnica citatione reiteratio omnium, ſicut pluries tenuit Rot.infra citata,& latius retuli,& ſequutus ſum infra n.265.verſ.aduerte.

Ratio eſt, quia Auditoribus Rotæ conceſſa eſt facultas ab Innocentio ſanandi terminos male, & nulliter ſeruatos,ſicut retuli infra d.nu 265.

174 EXEMPLIFICA primo iſtam tertiam limitationem in termino 60.dierum ad comparendum; quia ſi, eo pendente, fuerint ſeruati hi tres termini: *ad dicendum contra commiſſionẽ:ad libellandum: & articulandum.*& poſtea ſeruatis alijs terminis fuerit pronuntiatum, ſententia eſt valida, ſicut tenuit Rot. in vna lugdunen. ſeu burgen. prioratus mantuani coram Hier. Veral. die 20. Decembris. 1540. quam refert & ſequitur Mandos.in tract.de commiſſ.comm.16.iteratoria terminorum. verſus finem. verſ. quæro an in vim.fol.93.

175 EXEMPLIFICA II. quando durante termino ad articulandum, qui eſt ad xij.ſeu xv. diem, fit citatio ad ſententiam, quia ſententia adhuc valebit,ſi termini fuerint reiterati ſub vnica citatione, ſicut fuit reſolutum in vna auximana dotis coram R.P.D.Seraphino.die 5.Maij. 1581.

176 DECLARA iſtam tertiam limitationem in eo, quod dixi, ſub vnica citatione, audientia,& vnico contextu poſſe ſanari omnes & ſingulos terminos male, nulliter, & conſultate ſeruatos, vnum ſcilicet, pendente alio: eſſe veram; dummodo à die introductionis cauſæ vſquè ad ſententiam intercedat tot audientiæ, vt potuerint ſeruari,ſicut tenuit Rot.ſupra proximè citata coram R.P. D. Seraphino: & pro iſta declaratione poteſt adduci etiam Caſſa.deciſ. 8.in fine.de reſcri-dum

dum admonet Auditorem; vt ſit diſcretus in iſta ſanatione, quia, quando termini ſunt nulliter & male ſeruati debet expectare reum tanto tempore, quantum eſt neceſſarium ad obſeruandum terminos ſubſtantiales ſine præcipitatione, quod ait eſſe notandum pro interpretatione Innocentianæ.

177 LIMITA IIII. vt non procedat reſpectu compulſoriæ generalis, quia ea poteſt peti & decerni, etiã pendente dilatione, vt ex Rot. & Mandoſ. retuli, & ſequutus ſum infra cap. 11. nu. 831. veſ. extende.

178 LIMITA V. vt non procedat in termino iuris, vel hominis ad recipiendos apoſtolos: quia iudex à quo poteſt, eo pendente, procedere & proceſſus tenet ſecundum Boer. deciſ. 256. dico vnico. ſub num. 7. qui ſcribit hanc eſſe communem * opin. quam referunt Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de dilat. concl. 1. nnm. 28. & Foller. ſed corrupte ſub deciſ. 159. in addit. ad Maran. diſt. 16. num. 70. in fine. fol. 221. qui etiam videtur eam ſequi; & hanc partem tenet Rota ſecundum Egid. deciſ. 621. proceſſus. num 1. licet tempore ſuo tenuerit etiam contrarium, vt refert ibidem, & Vant. trac. nullit. rub. de null. ex defec. iuriſd. num. 159. fol. 392. vbi relata præfata varietate Rotæ ſcribit, eam tenere, quòd valeat.

479 Contra iſtam limitationem tenuerunt Capel. Tholos. deciſ. 323. & alij, quos refert & ſequi videtur Gabr. d. num. 28. verſ. contrarium. ſed ego nihil firmo: quia hæc limitatio mihi videtur multum dura; & quid ſentiam firmabo ſuo loco lib. ſeq.

180 LIMITA VI. vt non procedat in termino, & dilatione, quæ ſolet apponi per Criminaliſtas in citatione contra reum ad comparendum, & reſpondendum inquiſitioni, quia reus poteſt capi & carcerari etiam pendente illo termino, vt ſcribunt Boſſ. tract. crim. tit. de captura. ſub num. 10. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 31. in fine. & Lancel. tract. de attent. par. 1. cap. 7. limit. 18. num. 31. fol. 342. & ita ſeruatur paſſim, cum iſtę citationes fiant hodie in defectum capturæ: & ideo iudex procedendo ad capturam videtur etiam procedere ad executionem ipſius dilationis.

181 Cautela tamen, ne reus citatus caperetur, pendente termino præfixo in citatione, eſſet ſecundum Clar. vbi ſupra. quòd reus offerret fideiuſſionem de comparendo infra terminum: quia, ſtante iſta fideiuſſione, tolleretur decretum capturæ.

Limitationes alias exararunt Gabr. in conclſ. lib. 2. tit. dilat. concl. 1. & Lancell. d. c. 7. quos poteris videre.

QVAESTIO IX.

Modus I.

182 QVAERO quot modis poſſit aſſignari dilatio ad probandum.

Reſp. quòd quinque modis ſecundum Ant. de Butr. in cap. licet cauſam. num. 12. verſ. quæro an poſt. & Abb. ibidem. col. 6. verſ. vlterius quæritur. num. 20. de probat. quorum ego duos tantum aſſumam.

Primus eſt, quando aſſignatur ſimpliciter ad probandum.

Secundus eſt, quando aſſignatur ad probandum, & probatum habendum iuxta doctrinam Decretaliſtarum, quam ſequitur communis practica, vt ſcribit Papien. in pract. in forma opponendi contra teſtes poſt publicationem. in gloſ. ſuntquè publicatis. ſub. num. 16. fol 319.

Capio primum modum: quando aſſignatur ſimpliciter ad probandum: Et concludo, qd ſufficit teſtes iuraſſe infra terminum ſeu dilationem; licet non fuerint examinati, quia poterunt examinari poſt terminum, Rot. deciſ. 3. alias 345. de dilat. in antiq. Ant. de Butr. in cap. licet cauſam. ſub num. 12. ibi. ſi terminus eſt ſtatutus. de probat. Papien. in pract. in forma opponendi contra teſtes poſt publicationem. in gloſ. ſuntquè publicatis. ſub num. 16. & ibi. Maſuer. in addit. ad eum in verbo. examinati. ſub aſteriſco. Alber. de Malet. trac. de teſtib. cap. 7. nu. 79. fol. 275. Guid. Pap. deciſ. 125. practicatur. num. 1. Affl. in conſtit. lite legitimè conteſtata. ſub num. 21. ibi. quia teſtes. lib. 2. Maran. in ſuo ſpec, par. 6. actu 3. ſub num. 19. Io. de Amic. conſ. 108 num. 1. & 8. Carau. ſuper ritu 69. in primis detur. not. 3. num. 6. Hier. de Mont. tract de finib. regun. cap. 49. num. 6. fol. 344. & hanc ſententiam vti veriorem diſputãdo firmat & ſequitur Rom. conſ. 443. quoad primum. n. 5. & ſeqq. & hanc eſſe communem * opin. teſtatur Fely. in d. cap. licet cauſam. num. 19. limit. 16. in fine. & quòd teſtes qui iurarunt in termino poſſint examinari poſt terminum probationis, ſcribit etiam Petr. Andr. Gamb. tract. de auctor. legat. lib. 10. num. 85. fol. 225.

183 Ratio huius opinionis eſt: quia depoſitio teſtis retrotrahitur ad tempus iuramenti pręſtiti, vt ſcribit Ant. de Butr. in d. cap. licet cauſam. ſub num 12. ibi. quia dictum teſtis. & ex alijs refert & ſequitur Io. de Amic. d. conſ. 108. ſub. num. 1. & aſſignatur communiter * & in qua pulchre loquitur Bal. in l. ſi quando. verſ. ſexto dubitatur. ſub num. 8. C. de teſtib. dicens, quòd fides, & auctoritas teſtimonij procedit à iuramento, tanquam à radice, & ſicut mors procedit à vulnere, & trahitur retro. & quòd depoſitio teſtis retrotrahatur ad diem præſtiti iuramenti, ſcripſimus infra cap. 5. caſ. 10. num. 73.

Comprobatur iſta ratio 1. ex l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſtam. mil. vbi dicitur, quòd miles receptus ad ſacramentum ad totum videtur receptus.

184 Comprobatur 2. quia pars citatur ſolum ad videndum iurare teſtes, & tamen deberet etiam citari ad videndum examinari, niſi examen retrotraheretur ad iuramentum, ſicut ſubtiliter conſiderauit Bal. in d. l. ſi quando. nu. 8. verſus finem. & refert ex eo Franc. de Aret. in d. cap. licet cauſam. ſub num. 47. ibi. prima ratio. quem poteris videre: quia refert omnes rationes huius opinionis.

185 Contrariam opinionem; quòd non ſufficiat, teſtes iuraſſe infra terminum, niſi fuerit adhibita etiam diligentia, quòd teſtes examinarentur; tenuerunt Bar. in l. damna. §. ſabini ff. de damn. infect. & Abb. in d. cap. licet cauſam. ſub num. 20. verſ. tertio caſu principali. quos refert, & ſequitur vocando hanc opinionem communem * Franc. de Aret. eod. cap. licet cauſam. ſub num. 49. 50. 51. & 53. qui refert etiam rationes huius contrarię opinionis, & diſſoluit contrarias; eandemque opin. diſputando videtur firmaſſe Crot. tract. de teſtib. par. 7. limit. 3. num. 66. verſus finem. fol. 219.

186 RETENTA prima opinione, quæ ſeruatur in praxi.

EXTENDE eam vt fortius procedat, quando eſt datus terminus ad producendos teſtes; quia huic termino eſt ſatisfactum, ſi teſtes iurauerint infra terminum etiam vltima die termini, vt ſcribunt Spec. tit. de teſte. §. qualiter autem. verſ. is quoquè. ſub num. 13. Arch. in cap. pria. verſ. probauerit clare. num. 9. de except. in 6. Ant de Butr. d. cap. licet cauſam. ſub num. 12. verſ. ſecundus. & Abb. ibidem. ſub num. 20. verſ. tertio caſu principali.

187 DECLARA iſtam communem retentam opin. in eo, quod diximus poſſe examinari poſt terminum: quia debet intelligi poſt terminum de tempore congruo, & non de tempore, quod duret, quantum durat inſtantia; & ideo iudex debet ad inſtantiam partis præfigere terminum ad examinandos teſtes iuratos, vt ſcribit Affl. d. conſtit. lite legitimè conteſtata. ſub num. 21. ſubdens, quòd hodie cauti procuratores, elapſo termino dato ad probandum, ſtatim impetrant citationem ad publicandum, & iudex ſtatuit terminum xv. dierum ad examinandum teſtes citatos, & iuratos & infra eoſdem xv. dies datur copia depoſitionum, ijſquè xv. diebus elapſis, fit publicatio, ſicquè illa facultas examinandi poſt terminum reſtringitur: ſed hic ſtylus procedendi ad hanc publicationem ſeruatur in Regno Neap.

SVBDECLARA iſtam declarationem in eo, quod dixi, iudicem debere ad inſtantiam partis præfigere terminum ad examinandos teſtes, qui iurarunt infra dilationem, quæ fuerat data ad probandum, vt ſi labatur etiam iſte alius terminus, & teſtes non fuerint examinati, nihilominus poſſunt adhuc poſtea examinari, vt, diſputando & attendendo ęquitatem, firmat

Ang.

Ang. de Perus. in addit. tract. de testib. in verbo. quæstio talis est. num. 1. & seqq. & sub num. 18. fol. 76. & dummodo examinentur: dum res est integra, seu inquàm antequàm ius aduersarij sit effectum deterius vt scribit post Andr. de Iser. Affl. in d. constitut. lite legitime contestata. sub num. 22. declarans, in Regno rem integram dici vsquè ad aperturam processus. sed quando dicatur res integra de iure communi, vide quæ scripsi supra num. 50. vers. tertia opinio. & Egid. decis. 744. num. 1. & 2.

188 Ex istis duabus declarationibus colligitur praxis in Regno Neap. ad imponendum finem liti, & altercationi litigantium, quando vnus eorum instat pro publicatione processus, & alter pro examinatione testium, qui iurarunt intra terminum: & praxis est ista, vt tunc iudex faciat publicationem cum termino xvj. dierum ad accipiendum copiam processus si voluerint, & infra eundem examinandi testes citatos, & iuratos: quorum xvj. dierum octo intelliguntur dati ad accipiendam copiam, & octo ad percunctandum, sicut totam hanc praxim ex Affl. vbi supra colligit Carau. super ritu 69. not. 3. sub num. 6 dicens, sic seruari, & practicari in omnibus curijs Regni.

189 EXTENDE relatam praxim, vt habeat locum etiam si testes non iurauerint infra terminum, sed solum fuerint citati; quia possent adhuc examinari, ac si iurassent, vt scribit Carau. d. ritu 69. sub num. 6. ibi. & ne dum pro testibus. & ritu 149. num. 3. & pro hac extensione facit limitatio, quam ponit Crot. tract. de ✲ testib. par. 7. num. 63 fol. 219. dicens ex communi* opin. quòd testes possunt examinari, & recipi etiam lapso termino, si res est integra & ius aduersarij non est effectum deterius.

190 AMPLIA ista, quæ dixi de termino dato ad probandum; vt habeant locum etiam in termino dato ad recipiendum, & examinandum, pro vt ita dari solet terminus in remissione, quæ fit ad partes pro testibus examinandis; quia sufficit, quòd recipiantur testes omnes infra terminum, & quòd fiat aliqua diligentia, vt infra idem tempus examinentur, sicut scribit Rot. decis. 3. alias 73. de testib. in nou. & & decis. 1. eod. tit. in antiquior. vbi plenius.

RESTRINGE nunc communem opinionem, positam supra sub num. 182. & 186. & præcedentem ampliationem, vt non sint veræ quando dilatio ad probandum assignatur à lege sine ministerio iudicis, quia tunc debent iurasse & deposuisse infra dilationem secundum Nell. à S. Gemin. tract. de testib. sub num. 70. fol. 82. & Crot. eod. tract. de testib. par. 7. fallen. 2. sub 66. fol. 219. hæcquè restrictio videtur benè probari ex cap. pia. de except. in 6. vbi excommunicatio debet probari intra terminum præfixum à iure, & non sufficeret testes esse iuratos iuxta ea, quæ in alijs terminis latius scripsi infra num. 198. nisi tu respondeo illi textui diceres, istam restrictionem esse veram in casu illius cap. quia agitur de probando excommunicationem, quæ est de articulis obiectiuis, qui sunt odiosi, possesquè contra hanc restrictionem insistere ex eo, quòd mitius agitur cum lege, quàm cum homine, sicut scribit etiam Nell. vbi supra qui propterea loquitur contra se ipsum, & multum intricatè: & ideo cogita.

Modus II.

191 Capio secundum modum, quando dilatio est data ad probandum, & probatum habendum: Et in isto modo concludo, quòd testes non examinati infra terminum non possunt examinari postea, quamuis iurassent intra terminum Ant. de Butr. in cap. licet causam. sub num. 12. versus finem. vers. quintus casus. de probat. & late ibidem Fely. num. 22. vers. tertius casus. Salyc. in l. si quando. nu. 8. in fine. ibi. & hoc est. C. de testib. Socc. cons. 47. in præsenti consultatione. sub num. 12. vers. ex qua conclusione. lib. 4. Papien. in pract. in forma opponendi contra testes post publicationem. sub num. 16. fol. 319. & ibi Additio. Alex. cons. 101. viso processu. sub num. 3. & 4. lib. 2. Maran. in suo spec. par. 6. actu 3. num. 19. in fine. Carau. ritu. 69. nu. 7. in fine. & plenius ritu 152. sub nu. 1. Crot. tract. de testib par. 7. fallen. 4. sub. num. 67. fol. 219. Hier. de Mont. tract. de finib. regun. cap. 49. nu. 7. fol. 344. Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 10. num. 6. & 8. & hanc esse com- ✲ munem * opinionem scribunt Abb. eod. cap. licet causam. sub nu. 20. vers. quarto casu. & Io. de Amic. cons. 108. super dubio. num. 5. & 9. &, quòd hæc opinio sit æqua, & practicetur Papiæ scribit Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 7. nu. 80. in fine. fol. 175. & hanc opinionem sub verbo fortè sequutus est Spec. tit. de teste. §. qualiter autem. vers. is quoquè. sub nu. 13.

192 Ratio huius conclusionis secundum Ant. de Butr. Alex. Io. de Amic. vbi supra. & Carau. d. ritu 152. nu. 2. est; quia lapsus termini habet vim conclusionis in causa.

193 EXTENDE istam conclusionem, vt habeat locum etiam in termino dato ad producendum, & faciendum illos examinari secundum Spec. loco supra proximè citato. & ita disputando, & distinguẽdo firmat Ant. de Butr. in d. cap. licet causam. sub num. 12. ibi. conclusio sit.

194 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in termino dato ad deponendum Bal. in d. l. si quando. vers. sexto dubitatur. sub nu. 8. ibi. & hon verum nisi. C. de testib. dicens, quòd notarius habet de necessitate isto casu scribere diem depositionis, quia non sufficeret scripsisse diem iuramenti. & Salyc. ibidem. nu. 8. in fine.

EXTENDE III. vt habeat locum, quando est statutus terminus ad ostendendum de iure, quia non sufficeret eos iurasse in termino Crot. tract. de testib. par. 7. fallen 5. sub. nu. 67. fol. 219.

EXTENDE IIII. vt habeat locum in quouis termino dato ad probandum per verba præteriti temporis, vt puta assigno terminum x. dierum, infra quos debeas probauisse Cort. d. par. 7. fall. 3. nu. 67.

195 EXTENDE V. vt multo magis habeat locum, quando esset datus terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis Ant. de Butr. in d. cap. licet causam. sub nu. 12. vers. quintus casus. Abb. sub. num. 20. vers. quinto & vltimo. & Fely. nu. 23. vers. quartus casus. de probat. Alex. d. cons. 101. sub n. 3. & 4. lib. 2. Io. de Amic. d. cons. 108. in principio & nu. 5. & Luc. Pæt d. lib. 2. cap. 10. num. 4. & 5.

196 Ratio istius extensionis secundum Ant. de Butr. Abb. Alex. & Io. de Amic. in locis supra proximè citatis est, quia iste terminus habet vim conclusionis in causa quo ad probationes facti, nõ quo ad allegationes iuris.

197 SVBEXTENDE istam tertiam extensionem, vt post lapsum terminum non solum nõ possint examinari testes, sed neque recipi instrumenta, testibus Bal. in cap. cum dilectus. num. de fid. instr. Fely. in cap. licet causam. nu. 23. vers. quartus casus. de probat. Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. c. 10. num. 4. & 5. in fine. & Io. de Amic. d. cons. 108. nu. 6. ibi. immò dico. hæcquè ✲ subextensio est communis;* quia confirmatur sequenti communi ratione.

Confirmatur ista subextentio; quia instrumenta aliæquè scripturæ possunt recipi vsquè ad conclusionem in causa, & non postea cap. cum dilectus. de fid. instr. & ibi. Io. And. num. 3. Ant. de Butr. not. 2. num. 2. Abb. num. 3. vers & primo. Spec. tit. de instrum. edit. §. ✲ nunc dicamus. in principio. & ita tenent communiter omnes, & faciunt quæ dixi infra cap. vlt. quæst. secunda num. 16.

Sed terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis habet vim conclusionis in causa, vt scribũt Ant. de But. Alex. Io. de Amic. & Carau. quos retuli, & sequutus sum supra num. 191. vers. capio secundum. & nu. 192. ver ratio huius. Ergo.

198 RESTRINGE nunc præcedentem conclusionem, & eius extensiones, quam, & quas firmaui supra num. 191 & seqq. vt non procedant, quando examen non fuisset completum, seu testes non fuissent examinati propter negligentiam iudicis, vel ob aliquod aliud impedimentum citra negligentiam partis, cui fuit assignatus terminus; quia adhuc examinarentur post terminum; sicut, declarando textum in cap. pia. de except. in

cept.in 6.[qui obijcienti excommunicationem contra
actorem præfigit octo dies ad probandam excommu-
nicationem apertissimis documentis]sentiunt Io.And.
in d. cap. pia.sub num. 4. in verbo. octo dierum. refe-
rens, & sequens, quòd ille terminus non currit, si non
stetit per excipientem, sed per iudicem, vel partem
aduersam, & ibidem Arch.num.8. in fine, dum sentit,
debere excipientem instare apud iudicem, vt exami-
net testes, alias, inquit, non esset satisfactum illi lite-
ræ, quæ probationem requirit, & faciunt quæ scribit
Ant.de Butr.in cap. licet causam. sub num.12.vers.ter-
tius casus. ibi, si ad producendos. de probat. dicens,
quòd, dato termino ad producendum & examinãdum,
oportet, quòd testes iurauerint, & fuerint examinati
infra terminum, nisi steterit per iudicem, & parti non
possit imputari negligentia, vel saltem ostenderit ali-
quam diligentiam, hæcquè eadem limitatio est de men
te Bartoli. Abb. & Franc. de Aret. quos retuli supra
num.185. vers. contrariam. dum applicant eam casui,
quo datus esset terminus simpliciter ad probandum:
nihil enim interest, quòd eorum opinio in eo casu
sit reiecta, quia dico, quòd restrictio esset bona.

199 Confirmatur hæc restrictio ex his, quæ in casu dicti
cap.pia. de excep. in 6. scribit Spec. tit. de dilat. §. 1.
vers. sed quid si intra, num.15. & 16. ibi. tu dic. con-
cludens, quòd licet dictum cap. mandet, excommuni-
cationem probari apertissimis documentis infra viij.
dies, tamen dicitur probatum, & satisfactum dispo-
sitioni dicti cap. si testes fuerit examinati infra viij. dies
quamuis eorum dicta non fuerint publicata, neque
fuerit pronuntiatum super obiecta exceptione ex-
communicationis, & ratio secundum eundem Spec.
d. num. 16. & alios est, quia pars fecit, quod in ea
fuit; sed publicari, & pronuntiari non est in ea, sed est
in iudice.

200 RESTRINGE II. vt non procedat respectu
testium, qui sunt de longinguo, quia terminus, datus
ad probandum, & probatum hbendum, non exten-
ditur ad eos ratione imposibilitatis, testibus Papien.
in pract. in forma productionis instrumentorum. in
glos. in termino. num. 3.& 4. fol. 326. Masuer. in ad-
dition. ad eum. in forma opponendi contra testes post
publicationem, in glos. suntquè. publicatis. in verbo.
examinari. fol. 323. col.4.& Carau. super ritu 152. sub
num.4.

201 Confirmatur ista restrictio, quia instantia trium
mensium, seu alterius temporis, præfixa causæ, non
se extendit ad eam causam, in qua peteretur dilatio ad
examinandos testes vltramarinos, seu existentes in
longissimis partibus: durante enim dilatione, non cur
rit illa instantia, seu terminus præfixus Bal. in l. si cum
ipse. ff.de excus. tut. Franc. Cur. in vlt. addit. ad pract.
Papien. in forma productionis instrumentorum. in
glos. in termino. litera.a.fol.326. & Glos. ad pragmat.
Neap. in pragm. post prędictas. fol. mihi 415.col.1.lin.
67: vers. adde quòd. seu, vt loquitur Maran. in suo spec.
par. 5.num. 18. instantia non perit, vel sententia potest
202 validè ferri etiam post peremptam instantiam; †
hancquè confirmationem declarat Bal. vbi supra esse
veram, quando instantia est præfixa liti, secus si sit
præfixa iurisdictioni, quia tunc iurisdictio non potest
prorogari, nisi vtraquè parte consentiente.

203 RESTRINGE III. vt non habeat locum in
muliere, pupillo, ecclesia, & fisco, quibus concedi-
tur primum, & secũdum beneficium ad pinguius pro-
bandum secundum ea, quæ scribnnt Affl. decis. 114. in
sententia. & ibi. Vrsil. in annot.& Carau. super. ritu 71.
& ritu 152.num.3.

QVAESTIO X.

204 QVAERO an dilatio sit assignanda prius actori
quàm reo, vel debeat assignari communiter
vtriquè.

Resp. quòd iudex debet assignare dilationem prius
actori ad probandam intentionem, & deinde reo ad
probandam exceptionem, sicut scribũt Addit. ad Dyn.
in cap. non licet actori. vers. item opponitur. in fine. li-
tera.a. de reg. iur. in 6. Bal. qui Dynum refert, & sequi-
tur in l. fin. sub num. 12. vers. sexto quæritur. ff. de fer.
& in l. frustra. C. de probat. Aret. Instit. de action. §. si
minus. vers. quæro quomodo debeat assignari. num. 19.
Affl. in constitut. lite legitime contestata. sub num. 19.
lib.2. Vestr. in prax. lib.5. cap. 4. in fine. Caputaq. de-
cis. 58. seu. 9. sub num. 4. & 5. par. 3. & hec est conclu-
sio conmmunis, * quæ non habet difficultatem.

205 Ratio huius conclusionis est: quia prius recipiun-
tur probationes actoris, & postea probationes rei vt
scribit Dyn. in d. cap. non licet actori. vers. item oppo-
nitur. in fine. & prius recipi & examinari debent testes
actoris super sua petitione, quàm rei super sua defen-
sione Spec. tit. de probat. §. probare. vers. sed vbi vter-
què. sub num. 17. & Mascar. tract. de probat. concl. 37.
num.1.& seqq. lib.1. concludens etiam, quòd prius pro-
bat actor; & postea reus.

206 Ratio rationis est; quia reus nõ astringitur ad se de-
fendendũ, nisi actor prius probauerit suã intentionẽ l.
exceptionẽ. C. de prob. & l. si quidẽ. C. de except. Guid.
de Suzar. tract. de iudic. n.99. & 100. fol. 37. Rot. dec. 25.
alias 509. de iudic. in antiq. & Mascar. d. concl. 37. nu. 2.
& seqq. lib. 1. & faciendo aliter, astringendo se ad pro-
bandum, esset fatuus, vt scribunt Glos. in clem. sæpè
in verbo. partes. de verb. sign. Spec. tit de teste. § quali-
ter autem. num. 20. dicens, tunc demum opponendam
esse exceptionem peremptoriam, postquàm actor
suam intentionem fundauerit, imò inquit fatuus est,
qui ante publicatas attestationes actoris, & antequam
sciat illum suam intentionem probasse, exceptionem
peremptoriam probat Rot. decis. 2. alias 30. sub num.
4. de seques. posses. & fruct. in nou. & Ios. Cum. in
ritib. Sicil. post. cap. 76. tit. de mod. proceden. in caus.
ordin. num. 78.

207 EXTENDE istam conclusionem, vt in tantum
sit vera, quòd si iudex assignaret dilationem commu-
nem actori, & reo; possit reus contradicere, & pete-
re, vt prius assignetur actori, & deinde sibi, vt scribit
Bal. in d. l. frustra. versus finem. C. de probat. & sentit.
Rot. decis. 25. alias 509. de iudic. in antiq. dicens,
reum non compelli recipere terminum datum actori,
sed posse petere alium terminum ad probandum exce-
ptiones, & defensiones suas.

208 DECLARA restringendo eandem conclusienem
vt quamuis dilatio assignetur prius actori, vt dixi in d.
concl. num. 204. tamen reus potest etiam ipse vti illa
209 dilatione, si voluerit vti; † & moueor pro ista de-
claratione; quia dilatio, assignata vni parti, est com-
munis vtriquè argumento text. in l. petendæ. & ibi. Bal.
vers. vltimo nota. num. 5. & seqq. C. de temp. in integr.
restit. Spec. tit. de dilat. §. videndum. num. 14. vers.
in summa. & in tit. de teste. §. qualiter autem. sub num.
20. Paul. de Castr. in l. fin. num. 8. & Ias num. 33. ff de
fer. Aret. Instit. de action. §. si minus. vers. quæro data
est dilatio. num. 20. Fely. in cap. prudentia. num. 1. in
fine. ibi. volens quòd dilatio. de mut. petit. Affl. in
constitut. lite legitimè contestata. not. 13. num. 19. lib.
2. Maran. in suo spec. par. 6. actu 3. nu. 18. Seuer. tract.
de remiss. cap. 25. num. 3. & latius Ios. Cum. in ritib.
Sicil. post cap. 76. tit. de mod. proceden. in caus. ordin.
num. 74. & 76. dicens, quòd iste terminus in tantum
intelligitur communis, quòd vnusquisquè potest quo-
tidie facere sua incumbentia, & non intelligitur datus
continuatiuè ita, vt, expleta prius actoris intentione,
successiuè intelligatur concessus reo.

210 Ratio quare dilatio, assignata actori, sit communis
etiam reo, si illa voluerit vti, est, vt lites breuientur,
sicut scribit Spec. d. tit. de teste. §. qualiter autem. sub
num. 20. dicens, quòd si reus ante apertas attestatio-
nes actoris velit probare suam exceptionem, hoc be-
ne potest, & hoc inquit communiter obseruatur gra-
tia dirimendarum litium, vt tàm actor, quam reus offe-
rant articulos, & simul infra eundem terminum suas
probationes super illis inducant.

211 EXEMPLIFICA istam declarationem vna
cum Bal. in l. vlt. sub num. 12. vers. septimo quæro. ff. de
fer. & Aret. Instit. de action. §. si minus. vers. quæro data
est dilatio. num. 20. quando dilatio est assignata actori,
& actor nihil probauit, & postea assignatur dilatio
reo, quia actor poterit probare suam intentionem

intra

intra dilationem aſſignatam reo,ex quò eſt communis.

212 EXEMPLIFICA II. in termino ad articulandum, qui intelligitur communis actori & reo, vt ſcribit Caputaqu.deciſ. 149.ſeu 3.nu.3.par.3.& ſentit.Spec. loco ſupra proximè citato.

213 EXTENDE iſtam ſecundam exemplificationem vt procedat in omnibus terminis ſubſtatialibus Rotæ, quia omnes efficiuntur communes : vnde ad validitatem proceſſus ſufficit, eos fuiſſe ſeruatos ad inſtantiam unius partis : & ideo ſententia poteſt valide ferri pro citato contra citantem ; vt quotidie videmus in praxi.

214 EXEMPLIFICA vltimo in dilationibus, de quibus loquitur ſtat Vrbis lib 1.cap.59.& nos mentionem plenam facimus infra nu. 236.

ADDE ſi placet, exemplum, de quo agemus, fauente Deo, lib.ſeq. in termino fatalium,quem lex præfigit appellati ad proſequendam appellationem;quia ille terminus erit communis etiam appellato.

EXTENDE iſtam additionem, vt ſicut appellatus poteſt vti eodem termino, ita etiam poteſt vti commiſſione impetrata pro parte appellantis, quaſi communi, vt ſcribunt Rot. deciſ. 47. alias 507. nota quòd ſi appellatus.de appellat. in antiq.& Veſtr.in pract.lib.7. cap.vlt. nu.

EXTENDE rurſus, ſeu declara melius eandem additionem vt commiſſio appellationis infra decem dies iuuet aduerſarium, quamuis non appellauerit Caputaq.deciſ.56.nu.4.par.2.

215 EXTENDE nunc eandem declarationem, in qua dicimus dilationem conceſſam vni parti effici communem etiam alteri, vt procedat etiam ſi pars, cui efficitur communis, non potuiſſet per ſe habere illam dilationem, quia nihilominus dilatio erit communis; & ratio eſt, vt ſeruetur æqualitas in iudicijs Spec. tit. de dilat. §.videndum. verſ. in ſumma. nu.14.

216 EXEMPLIFICA iſtam extenſionem, quando partibus eſt datus terminus peremptorius ad probandum, intra quem vna pars producit teſtes; altera verò legitimè impedita non producit, ſed per viam reſtitutionis in integrum propter iuſtum impedimentum obtinet aliam dilationem ad probandum : nam iſto caſu etiam altera pars poterit inducere alios teſtes, & probare intra eandem dilationem,non obſtante primo termino peremptorio,vt ſcribit Spec.vbi ſupra.dicens, ſe ſic obtinuiſſe per l.petẽdæ C.de temp.in integ. reſt.

ADDE, ſi placet, aliud exemplum, de quo, fauente Deo, erit agendum lib. ſeq. quando quis ſecundo prouocauit & ideo tertio prouocare non poteſt : quia poterit tamen in hærere appellationi aduerſarij,& producere iura ſua,ac ſi ipſemet appellaſſet quia quælibet appellatio eſt communis vtriquè parti, vt refert, & ſequitur Maran. in ſuo ſpec par. 6 actu 2. principali. in verbo. & quandoque appellatur. verſ. venio ad ſecundum. num. 282.fol. mihi.501.

217 EXTENDE II. eandem declarationem, vt ſit vera etiam ſi pars, cui conceſſa eſt dilatio, renuntiaret illi dilationi, quia nihilominus altera pars poſſet in hærere, & vti illa dilatione, vt benè reſoluit Spec. d. §. videndum. verſ. quid ſi reus.num.16 & firmat latius Bal. in d. l.petendæ.verſ quæro dicitur.num. 6 dicens, quòd conceſſa dilatione vni parti eſt acquiſitum ius vtriquè parti, &, quòd ideo vna pars non poteſt renuntiare in præiudicium alterius, & hanc eſſe communem * opinionem ſcribunt Bal. in l. fin. ſub num. 12. verſ.ſeptimo quæro.ff.de fer.& Dec.in l. fin. verſ. & licet.nu.9.C.qui admit.

218 SVBEXTENDE iſtam extenſionem, vt procedat etiam ſi res eſſet integra : quia adhuc non poſſet eum,qui dilationem obtinuit, pœnitere,& renuntiare in præiudicium partis aduerſæ,teſte Bal.loco ſupra proximè citato.

219 Contra iſtam ſubextenſionẽ tenent Bar.& Saly.in d. l.petẽdæ.in vlt.q.ſub n.6.C.de tẽp.in integr.reſtit.quos refert, & ſequitur Aret.Inſtit.de action.§.ſi minus.verſ. quæro data eſt dilatio.num.20.vbi videas;quia nihil firmo pro nunc.

220 Infero ex præcedenti ſecunda extenſione, quòd ſi quis impetrat reſcriptum contra me, ſtatim, quòd eſt præſentatum iudici,eſt commune; & licet impetrans velit renuntiare reſcripto, tamen non poteſt in præiudicium meum Bal. in d. l.petendæ. nu.6.in.fine.

221 RESTRINGE nunc eandem declarationem,in qua dicimus dilationem conceſſam vni parti intelligi communem etiam alteri parti, vt non procedat, ſi iſta altera pars renuntiaſſet dilationi, quia tunc non poſſet gaudere dilatione,conceſſa parti aduerſæ,teſte Bal.in auth. iubemus. not. 2.ſub num. 1.C. de iudic. quem refert,& ſequitur Fely.in c.de teſtibus.ſub n.1. verſ. nota etiam.in fine.de teſtib.

222 SVBDECLARA eandem declarationem in eo, quod diximus, reum poſſe vti, ſi velit, dilatione conceſſa actori, vt procedat in cauſis ordinarijs,ſed in ſummarijs tenetur ea vti, quia dilatio in ſummarijs eſt communis ex neceſſitate,& non ex voluntate per ea, quæ dixi infra limit.ſeq.

223 RESTRINGE II. vt non procedat, quando diſtinctè aſſignatur terminus actori, & reo, quia tunc dicitur prouiſum vnicuique de proprio termino, & ideo terminus vnius non eſt communis alteri, ſed eſt communis alteri, quando vni ſimpliciter aſſignatur,vt declarat Dec.in l. fin. verſ. & tenendo. ſub nu.9. C.qui admit. quem refert, & ſequitur Ioſ. Cum. ſuper ritib. Sicil. poſt cap.76. de modo procedendi in cauſis ordinarijs ſub nu.76.

224 EXEMPLIFICA iſtam reſtrictionem in terminis ſeu dilationibus, quæ præfiguntur ſecundum praxim, quam ex Spec. retuli infra num. 232. & in caſu ſtatuti Sublacenſis, de quo ſcripſi infra nu.234.

LIMITA nunc concluſionem, in qua ſupra num. 204.diximus dilationem eſſe prius aſſignandam actori & deinde reo, vt non procedat in cauſis ſummarijs & beneficiarijs,quia in eis ex quò proceditur ſũmariè datur in ſimul vtriq; parti dilatio, ſeu terminus ad ponẽdũ,& articulandũ Gl.in clem.ſæpe. in verbo. partes. de ver.ſignif.Rot.deciſ.25 alias.509.de iudic.in antiq. Bal. in l.fruſtra.verſ.modo quæro hic C.de.probat.Aret.Inſtit de action.§. ſi minus. verſ.quæro quomodo debeat aſſignari.n. 19.in fine.Veſtr.in prax.lib.5.cap.4.nu. 4.& Addition.ad Dyn.in cap.non licet actori.in litera. a. de reg.iur.in 6. dicens, quòd hodie in Regno Franciæ plebiſcitatur, & admittuntur actor,& reus ad probandum & qui melius probat ille obtinet, ſicut in cauſis ſummarijs;ſicquè in cauſis ſummarijs dilationes ſunt communes ex neceſſitate ; ſed in ordinarijs ſunt communes ex voluntate, ſicut ſentit etiam Rot. dicta deciſ 25. de iudic. in antiq. dum conſiderat differentiam inter cauſas ordinarias, & cauſas ſummarias quo ad dilationes.

225 EXTENDE iſtam limitationem, vt habeat locum etiam in cauſis ordinarijs, quæ aguntur in foro capitolino; quia dantur tres dilationes,quæ ſunt communes vtrique parti,vt patet in ſtat. Vrbis. lib. 1. cap. 59. de libellis &c. ibi teneatur tamen iudex. & poſtea publicatis teſtibus, datur copia cum termino quinque dierum vtilium ad opponendum, vt in eod. ſtat. lib. 1. cap. 78. & pro iſta extenſione vide quæ ſcripſi infra num. 232.

226 LIMITA II. vt non habeat locum, quando ex cauſa dilatio veniret cõcedenda prius reo, quam actori; quia tunc iudex poſſet eam præfigere prius reo, & ei concedere remiſſoriam antequam actor probet, vt refert,& ſequitur Caputaq. deciſ. 58.nu.8 par.3.

227 LIMITA III. vt non habeat locum in quæſtionibus præiudicialibus, quia in eis admittuntur prius probationes rei, vt ex Spec.tit.de prob at.§ probare ſub num.17.in fine.refert,& ſequitur Maſcar. tract. de probat.concl.37.in fine.lib. 1.

Alios caſus, in quibus recipitur prius probatio rei, quam actoris, videto apud Maſcar. tract. de probat. concl.37. nu.10.in fine.nu. 11.& ſeqq. lib. 1.

QVAESTIO XI.

228 QVAERO quæ ſint differentiæ inter dilationes & terminos ſubſtantiales,quos Rota Rom. ſeruat in proceſſu cauſarum.

Reſp.tres ſunt differentiæ,quas cenſeo notandas.

Prima

Prima differentia eſt; quòd dilatio in cauſis ordina-
rijs datur prius actori, vt dixi ſupra q. præced. nu. 204.
& in cauſis ſummarijs datur ſimul vtiquè parti, vt dixi
229 eadem q. præcedenti. nu. 222. verſ. limita. † ſed termini
ſubſtantiales ſunt indiſtinctè communes vtriquè parti
tàm in cauſis ſummarijs, quàm in cauſis ordinarijs; &
ideo ſufficit eos ſeruatos eſſe ad inſtantiam vnius par-
tis pro validitate proceſſus & ſententiæ: & quòd ter-
minus ad articulandum ſit communis actori & reo, ſcri
bit Caputaq. deciſ. 149. ſeu 3. nu. 3. par. 3. & quòd cita-
tionis terminus ad ſententiam ſeruiat citanti, & cita-
to; & ideo ſententia poſſit validè ferri etiam contra
ipſum citantem dixi ſupra n. 213. & quòd termini ſub-
ſtantiales ſint communes manifeſtatur, ex formula ci-
tationis, qua ſeruantur: citamus enim ad articulandum
articulariquè videndum. ad conteſtandum conteſtari-
que videndum. ad libellandum libellarique videndum.
& adiurandum iurarique videndum de calumnia.

Secunda differentia eſt; quòd dilationes non ſunt de
ſubſtantia iudicij, & ideo proceſſus & ſententia ſunt
230 validi ſine dilationibus, vt dixi ſupra q. 4. nu. 58. † ſed
termini ſunt de ſubſtantia adeo quòd proceſſus, & ſen-
tentia ſunt nulli ſi non fuerint ſeruati termini ſubſtan-
tiale, vt dixi infra num. 239. 253. & ſeqq. ad eum.

231 Tertia differentia eſt; quòd termini ſubſtantiales vt
termini ſubſtantiales ſunt ſemper peremptorij, & ideo
ſi ſemel fuerint ritè rectequè ſeruati, amplius non ſer-
uantur, nequè prorogantur, ſecus eſt in dilationibus:
quia ſæpius conceduntur, vt dixi ſupra num. 100. limit.
9. & prorogantur.

QVAESTIO XII.

232 QVAERO, qualis ſit praxis curiarum in aſſignan
dis his tribus dilationibus.

Reſp. hic in curia ſcdm Spec. tit. de dilat. §. vi
dendum. verſ. & nota. nu. 6. prius datur dilatio ſeu ter-
minus actori ad ponendum, vel ad dandum articulos:
deinde datur alius terminus, qui actori erit ſecundus,
& reo erit primus: rurſus datur ſecundus terminus ſoli
reo: vltimo datur tertius terminus vtriquè communi-
ter peremptorius.

233 Iſta praxis quæ ſeruabatur tẽpore ipſius Spec. hodie
non ſeruatur; quia quantum ad terminum ad dandum
articulos, dixi iam ſupra num. 229. quòd iſte terminus,
ſicut & alius quilibet terminus ſubſtantialis, eſt com-
munis vtriquè parti, & non prius ſeruatur ad inſtantiã
vnius, quàm ad inſtantiam alterius, ſed ſeruatur ad in-
ſtantiam eius, qui vult ſeruari terminos ſubſtantiales,
quia intendit procedere ad expeditionem cauſæ. quan
tum verò ad dilationes, quæ conceduntur intra termi-
num ad articulandum vt dixi ſupra nu. 5. in princ. cap.
dico, eas concedi petentibus ſeu petenti arbitrio iudi-
cis, habita conſideratione diſtantiæ loci, & importan-
tiæ cauſæ iuxta ea, quæ ex glo. Bar. Dy. Abb. Caſſad. &
alijs retuli & ſequutus ſum ſupra q. 5. nu. 145. verſ. con
tra iſtam. & dato, quòd ſeruaretur illa praxis, tamen iu-
dicium valeret, etiam ſi non fuiſſet ſeruata, quia ex
præpoſteratione dilationum non oriretur nullitas.

234 In Abbatia Sublacenſi ex diſpoſitione ſtatutorum
lib. 2. c. 4. poſt præſtitum iuramentum calumniæ datur
actori terminus quinque dierum pro prima dilatione
ad probandum, &, eo elapſo, datur eidem ſecũdus ter-
minus aliorum quinque dierum pro ſecunda dilatio-
ne, qui ſit terminus communis etiam reo pro prima di
latione ad probandum, &, hoc elapſo, datur alius ſimi
liter quinquè dierum communis etiam vtriquè, actori
ſcilicet pro tertia, & reo pro ſecunda dilatione, &, iſto
elapſo, datur reo alius terminus quinquè dierum pro
tertia dilatione; quo elapſo, fit publicatio.

235 In Regno Neap. quomodo aſsignetur dilatio habes
in prag. poſt prædictas. & quæ dixi ſupra n. 187. & 188.

236 In foro capitolino, & in cauſis ſummarijs ex diſpo-
ſitione ſtat. Vrbis lib. 1, cap. 89. de generali &c. iudex
debet dare partibus [ſi altera petierit,] terminum die-
rum quinquè vtilium ad probandum, quo elapſo, de
bet expedire cauſam.

In ordinarijs ex diſpoſitione eorundẽ ſtat. Vrbis lib.
1. cap. 59. iudex, ſi altera pars petierit, tenetur dare tres
dilationes partibus ad probandum de eorum iure, cõ-
petentes iuxta cauſarum importantiam, & difficultatẽ
illarum; videlicet duas ad probandum, & tertiam ad
probatum habendum per omne genus probationis, &
perfecti examinis, ſicut annotauit etiam Vant. tract. nul
lit. rub. de null. ex defec. proceſ. nu. 68. fol. 416. & praxis
in aſſignandis iſtis tribus dilationibus pro eo, qui vult
properare ad expeditionem cauſæ ſiue is actor ſit, qui
habeat probationes in promptu, ſiue reus, qui videns,
actorẽ nihil poſſe probare, velit eum excludere à ter-
mino probatorio, eſt, vt parte citata ad videndum præ-
figi primã dilationem ſtatutariam, & illius contumacia
accuſata, ſi non compareat; petat præfigi primam dila-
tionẽ ex ſtatuto lib. 1. c. 59. & idem ſeruabitur in ſecun
da, & tertia dilatione, ſicut ſcribit Luc. Pæt. in pract. ca-
pitol. lib. 2. c. 10. nu. 1. & ſeq. nam quòd iudex poſsit aſsi-
gnare dilationes vni parti ad inſtantiam alterius partis
aduerſæ retuli & ſequutus ſum ex Bal. ſupra num. 110.
verſ. primus eſt.

QVAESTIO XIII.
Species I.

DE ſtylo Rotæ Romanæ dilationes petuntur
priuſquam termini ſint ſeruati vt dixi in prin-
cip. cap. num. 5. & terminis non ſeruatis proceſſus eſt
nullus, vt dixi ſupra nu. 230.

237 Quæro igitur qui ſint termini ſubſtantiales, qui ſer-
uantur in Rota.

Reſp. diſtinguendo duas ſpecies cauſarum.
Prima ſpẽs eſt cauſa beneficialis ſeu aliter ſũmaria.
Secuuda ſpecies eſt cauſa ordinaria.

Capio primam ſpeciem, videlicet beneficialem, ſeu
aliter ſummariam: & concludo in ea ſeruandos eſſe
octo ſequentes terminos.

i ad dicendum contra commiſſionẽ } hi duo ſingu-
ij ad libellandum } li ad primam
iij ad articulandum) iſte tertius ad duodecimam.
iiij ad dicendum contra articulos } his tres ſinguli
v ad producendum omnia } ad ſecundam
vi ad dicendum contra producta }
vij ad declarandum, } hi duo poſtremi ſin-
viij ad iurandum de calumnia } guli ad primam.

ſicut declarant Vant. & Veſtr. locis infra proximè cita
tis, Formular. termin. rot. in principio. & A. M. Pap. in
addit. ad Rot. dies. 2. alias. 33. quando committitur. n.
11. & 12. de reſcrip. in nou. dicens, quòd iſti duo vltimi
termini reputantur pro vno.

238 Et ſeruantur vnus poſt alium iuxta ordinem præſcri
ptum, & in prima inſtantia, ſicut declarant Vant. tract.
nullit. rub. de null. ex defec. proceſ. num. 57. fol. 416. &
Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 3.

239 DECLARA reſtringendo iſtam concluſionem; vt in
Rota ex præſcriptis octo terminis quatuor tantum re-
putentur neceſſarij, & ſubſtantiales, qui ſunt iſti.

i ad articulandum }
ij ad dicendum contra articulos }
iij ad producendum omnia }
iiij ad dicendum contra producta }

qui ſi omitterentur, proceſſus, & ſententia eſſent nulli
ſecundum ea, quæ ſcribunt Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 2.
num. 1 & ſub num. 2. Vant. d. rub. de null. ex defec. pro-
ceſ. n. 59. fol. 416. Caſſad. deciſ. 8. num. 6. de reſcrip. &
Caputaqu. deciſ. 249. ſeu 1. par. 3. & latius Formul. ter
min. rot. verſ. item terminus aſsignatus: reliqui verò
tres, ſeu quatuor bonum eſt, quòd ſeruentur propter
ſtylum; ſi tamen omittantur, non vitiatur proceſſus,
teſtibus ead. Rot. deciſ. 2. alias 33. ſub num. 1. licet ip-
ſa loquatur in cauſa commiſſa, vt procedatur terminis
non ſeruatis, ſola facti veritate inſpecta. A. M. Pap. in
addit. ad eam ſub num. 12. Vant. d. rub. de null. ex de-
fec. proceſ. ſub num. 59. verſ. reliqui. & Veſtr. d. lib. 5.
cap. 2. ſub n. 2. & latius Formul. termin. rot. vbi. ſup.

240 Ratio, quare iſti quatuor ſint neceſſarij ita, vt eorum
omiſsione vitietur proceſſus, eſt, quia reſpiciunt co-
gnitionem cauſæ, & defenſionem partium, vt re-
fert, & ſequitur Vant. d. num. 59. & ratio quare
241 reliqui poſsint omitti, eſt, † quia libellus, &
litis conteſtatio non ſunt neceſſarij in cauſis ſum-

marijs,

marijs, teſtibus Caſſad. deciſ 8.num. 7.Veſtr. & Vant. in locis ſupra proximè citatis;& probatur ex his, quæ ſcripſi lib.præced.cap.53.nu.11.& cap.vlt. num. 11. & ſufficienter ex tex.in clem. ſæpè. de verb.ſignif. nequè eſt neceſſarium iuramentum calumniæ,niſi ſit petitum etiam ſi eſſet cauſa ordinaria iuxta ea, quæ firmaui ſupra cap.7. num. 49. meritò igitur poſſunt omitti.

242 EXTENDE iſtam declarationem in eo,quod dicimus,iſtos quatuor terminos eſſe neceſſarios, vt procedat etiam ſi cauſa eſſet commiſſa, vt procederetur, terminis non ſeruatis,ſola facti veritate inſpecta: quia iſti quatuor termini adhuc eſſent neceſſarij ſecundum ea,quæ ſcribunt Rot d.deciſ.2. alias 33. ſub num. 1. de reſcrip.in nou & deciſ.15. alias 488. nota quòd quando eod.tit.in antiq.& Rot.diuerſ. deciſ. 8. in vna cæſarauguſt.lib.2. par. 3.

243 SVBDECLARA iſtam extenſionem,vt licet ſint adhuc neceſſarij iſti quatuor termini; tamen poterunt abbreuiari,vt ſcribunt Rot. d. deciſ. 15. alias. 488. & d.deciſ.2.alias.33.ſub num.1.& ſub num.4.verſ. quia nonnulli.quare terminus ad articulandum poterit aſſignari 8.vel 10.dierum ſecundum Rot.d.deciſ.2. & deciſ. 15.

244 AMPLIA iſtam ſubdeclarationem 1.vt procedat etiam in cauſa prophana,quæ de ſui natura ſine reſcripto Principis non eſſet ſummaria; quia nihilominus ſi eſſet commiſſa.vt procederetur,terminis non ſeruatis, ſola facti veritate inſpecta;dico quòd ſeruarentur ſolũ iſti quatuor termini, & poſſent abbreuiari arbitrio Auditoris,vt ſentit Rot.d.deciſ.2.alias 33.nu.5.de reſcrip. in nou. dicens quòd ſeruetur modus procedendi vt in cauſis beneficialibus ſupradictis.

245 AMPLIA II. vt procedat etiam ſi proceſſus fieret contra abſentem, dummodo de eius abſentia eſſet facta mentio in commiſſione.Rot.ead. deciſ.2. ſub nu. 4.verſus finem.ibi.ſi verò vna partium.

246 SVBAMPLIA vt procedat etiam in cauſa prophana,vt ſentit Rot.ead.deciſ.2.ſub num.5. circa principium.ibi.ſeruata ſemper diſtinctione de præſentia, vel abſentia partium.

247 AMPLIA III. vt procedat etiam ſi cauſa committeretur, vt poſſet procedi ſola facti veritate inſpecta: quia adhuc termini poſſent abbreuiari Rot.deciſ. 25.alias.451.nota domini.de reſcrip.in antiq.& d.deci. 2.alias 33.ſub num. 4. in fine. ibi. ſi verò vnum. dicens quòd termini poſſunt abbreuiari ad arbitrium iudicis, quãdo cauſa beneficialis eſt commiſſa vno ex duobus modis;puta quòd, ſola facti veritate inſpecta, vel terminis non ſeruatis,procedatur.& ratio eſt;quia in cauſa beneficiali viderentur ſtare otioſa dicta verba. *ſola facti veritate inſpecta*. cum cauſæ beneficiales de ſui natura ſint ſummariæ vt dixi lib.præced. cap. 53. difficult.9.num. 13.

248 RESTRINGE propterea iſtam ampliationem, vt non procedat in cauſa prophana,quæ ſi ita committeretur,poſſet procedi ſummariè,ſimpliciter, & de plano &c.ſed omnes termini Palatij, in proceſſu ſummario ſeruari conſueti, eſſent ſeruandi ſine vllius abbreuiatione;vt ſcribit Rot.d.deciſ.2.alias 33.ſub nu.5. ibi. ſi verò committeretur.

249 SVBRESTRINGE iſtam reſtrictionem,vt nõ procedat in cauſis viduarum,vel pupillorum,cuiuſcunque ſummę,ſeu valoris ſint;nequè in cauſis infra quingentos florenos auri;quia iſtæ cauſæ ſunt ſummariæ in Rota ex diſpoſitione Innocentij, & notarunt Veſtr.in pract.lib.5.cap.1.nu.1.& cap.4.ſub nu.3. & A. M. Pap. in addit.ad Rot.d.deciſ.2.alias 33.nu.15. de reſcrip. in nou. & ideo ſi committantur vt ſupra, poterunt dicti quatuor termini abbreuiari.

Intellige iſtam ſubreſtrictionem quoad viduas & pupillos, vt proceſſus ſit ſummarius ſi agant, ſecus ſi ſint rei:Item ſi velint eſſe ſummarium, ſecus ſi nolint, quando excedit ſummam florenorum 500. vt declarat Veſtr.d.cap.4. ſub nu 3.

250 LIMITA nunc generaliter præmiſſam ſubdeclarationem,de abbreuiatione terminorum,vt non procedat quando vna partium eſſet abſens ita, quòd eſſet procedendum per audientiam contradictarum; quia tunc eſſent ſeruãdi omnes termini Palatij,vt moris eſt, Rot.ead.deciſ.2.alias.33.ſub n.4.verſus finem.ibi.alioquin omnes termini. & aduerte quòd ego intelligo de præfatis quatuor terminis, & non de alijs, ſi cauſa eſt ſummaria,vel eſt commiſſa vt ſummariè procedatur.

251 Infero ex his,quòd coram Auditore Cameræ in cauſis infra ducentos ducatos auri de camera, & in cauſis mercatorum Curiæ, & notariorum ſui tribunalis procedetur iuxta dictam ſubdeclarationẽ; videlicet, ſeruatis ſolum illis quatuor terminis, quos Auditor Cameræ poterit etiam abbreuiare:quia in iſtis cauſis habet facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta, & ſine obſeruatione terminorum, vt legitur in eius facultatibus.verſ. eas videlicet.nu.10.

252 EXTENDE II. eandem declarationem,de qua ſupra num. 239. vt ſicut præſcripti quatuor termini non poſſunt omitti,ita nequè eorundem ordo poteſt præposterari, teſte Vant.tract.nullit.rub. de null. ex defec. proceſ.ſub num.59.fol.416.

253 EXTENDE III. in eo.quod diximus,eorum omiſſione vitiari proceſſum;vt procedat, etiam ſi vnus eorum omitteretur,vt ſcribit Caſſad.deciſ. 8. ſub num.6. de reſcrip.

254 Probatur iſta extenſio primo: quia ſi omittatur terminus ad articulandum, iudicium vitiatur, vt ſcribit Caputaq.deciſ.252.ſeu 4.terminus.nu. 1. & 2. par.3.& ſententia redditur nulla ipſo iure,vt ſcribunt Egid.deciſ.27.de iudic.& Caſſad.d.deciſ.8.nu.6.quos refert,& ſequitur Caputaq.deciſ. 149.ſeu 3.ſententia. nu.1. & 5. par. 3.

255 Probatur ſecundo: quia ſi omittatur terminus ad producendum omnia,proceſſus,& ſententia vitiantur, ſicut mordendo, & ſaluando Egidium in d. deciſ. 27. ſcribit A.M.Pap.in addit.ad Rot. deciſ.2. alias 33.nu. 37.de reſcrip.in nou.& tenent Rot. deciſ.31.alias 806. ſciendum eſt.de iudic.in antiq.& Caſſad.deciſ.2.memini.ſub num.1.de iudic.

256 SVBEXTENDE iſtam tertiam extenſionem quoad terminum ad articulandum iuxta primam probationẽ; vt procedat etiam ſi fuiſſet facta citatio contra partem ad videndum admitti articulos:quia iſta citatio nõ ſuppleret dictum terminum ad articulandum,& ideo non ſuffragaretur,teſte Caputaq.d.deciſ.149.ſub n.1. par.3.

257 SVBEXTENDE etiam quoad terminum ad producẽdum omnia:quia nec iſte terminus ſuppleretur per citationem ad dicẽdum contra iura producta;& ideo, eo omiſſo,ſententia eſſet nulla, quamuis pars fuiſſet citata ad dicendum contra iura producta, vt ſentit Caſſad.d.deciſ.2.ſub nu.1.de iudic.

258 RESTRINGE eandem ſubextenſionẽ,vt non procedat quoad terminum ad dicendũ cõtra producta: quia licet iſte terminus omitteretur, tñ ſi poſtea pars citaretur ad dicendũ cõtra iura producta, terminus haberetur proſeruato,& ſententia validè ferretur,Caſſ.ead. deciſ.2.ſub n. 1.de iudic.Caputaq.d.deciſ. 149.n.2. p.3.

259 RESTRINGE rurſus,vt nõ procedat quoad terminũ ad dicendũ cõtra articulos: qa citatio ſuppleret illũ terminũ,vt ſentit idẽ Caſſad.d.deciſ.2. ſub n.1.de iudi.

INTELLIGE iſtas duas reſtrictiones; dũmodo intercedat in toto proceſſu tm̃ tẽpus,quantũ requiritur i obſeruatione terminorũ iuxta ea,quę ſcripſi ſup.n.176.

260 EXTENDE IIII. eandem declarationẽ in eo, qd dicimus, reliquos terminos vltra illos quatuor poſſe omitti,& proceſſum,& ſententiã remanere validos; vt procedat etiam ſi pars opponat,& appellet ab eorũ nõ obſeruatione:quia adhuc proceſſus erit validus,& ſententia validè feretur, vt ſcribit A. M. Pap. in addit. ad Rot.deciſ.2.alias 33.ſub nu.11.de reſcrip. in nou.

261 Contra iſtam extenſionem tenebat olim Egid.deciſ. 27.termini palatij.quẽ refert,& ſequitur Aſin. in prax. §. 15. cap. 3. num. 5. ſed A. M. Pap. vbi ſupra teſtatur, quòd hoc dictum Egidij de appellatione parum hodie ſeruatur.

262 EXTENDE V. eandem declarationem, dum dicimus, reliquos terminos poſſe omitti; vt procedat etiam ſi agatur coram Auditore Cameræ de cauſa ſupra ducentos ducatos auri de camera: quia coram eo, quando cauſa excedit ſummam ſeu valorem ducentorum ducatorum, poteſt procedi, ſeruatis terminis, & alias ſummariè, & prout in beneficialibus, ſicut

ſicut legitur in eiuſdem facultatibus. verſ. eas videlicet nu.10.in fine.

263 LIMITA nunc eandem declarationem poſitam ſupra nu.239.vt nō procedat qñ cōmitteretur cauſa prophana cū ſola clauſula, quòd procederetur, terminis nō ſeruatis, vel abbreuiatis; quia tunc nō ſolū eſſent ſeruādi illi octo, ſeu ſeptem termini, ſed eſſent ſeruandi omnes termini in cauſa prophana ſeruari conſueti, qui ſolum poſſent abbreuiari ad arbitrium Auditoris, vt ſcribit Rot.deciſ.2.alias.33.ſub n.5.ibi.ſi vero conceditur. de reſcript.in nou.& ratio eſt: quia cauſa prophana de ſui natura non eſt ſummaria; nequè vi dictæ clauſulæ intelligitur commiſſa ſummariè.

264 RETENTA ea declaratione, quòd in cauſis beneficialibus, ſeu alias ſummarijs ſufficiant pręſcripti quatuor termini.

ADVERTE, quòd tempore Egidij Bellam. termini ſubſtantiales, quibus omiſſis, ſententia erat ipſo iure nulla in cauſis beneficialibus, ſeu aliter ſummarijs, erāt hi tres; videlicet: ad ponendum & articulandum: ad producendum omnia: ad audiendam ſententiam, ſicut teſtatur ipſe Egid.deciſ.27.termini palatij.quem in hoc referunt Formular.termin.rot.in principio. verſ. item terminus.A.M.Pap.in addit.ad Rot.d.deciſ.2. alias 33. ſub num.11.Veſtr.in prax.lib.5.c.2.in fine.principij.& Aſin.in prax.iudic.§.15.cap.3.nu.5. ſed Veſtr. non fideliter refert, & volui ſcribere iſtam aduertentiam, ne decipiamini; quia hodie ſunt quatuor, de quibus egi ſupra num. 236.

265 ADVERTE II. quòd licet præfati quatuor termini non poſſint omitti; tamen ſi fuerint malè, inculcatè, ſeu nulliter tenti, poſſunt omnes reiterari vnico contextu, ſub vnica citatione, & vnica audiētia, quia Auditores Rotę habent hanc facultatem reiterandi, & ſanandi ab Innocentio viij. ſicut aduertunt Caſſad.deciſ. 8. fuit etiam nu. 10.de reſcript. Formular. termin. rot. in principio.verſ.item terminus aſſignatus. A. M. Pap. in addit.ad Rot. deciſ. 2.alias 33.ſub num. 9.& 10.eod. tit. in nou. Vant. tract. nullit.rub. qual. ſenten.& proceſ.&c. num.89. fol 425. Veſtr.in pract. lib. 5. cap. 13. in principio. & num. 1. Caputaqu.deciſ.121. ſeu 8.nu. 4. in fine. & num.5.deciſ.250.ſeu 2.num. 1.in fine.& n. 2.& num.2.deciſ.251. par.3.& Mandos.tract. de commiſſion. commiſ. 16. iteratoria terminorum. verſus finem.verſ.quæro an in vim.fol. 93.& hæc eſt concluſio trita, quia quotidie practicatur.

266 EXTENDE iſtam ſecundam aduertentiā, vt procedat etiam ſi iſti termini fuiſſent tenti ab aſſerto procuratore, de cuius mandato non conſtet, ſeu contra aſſertum procuratorem rei, quia nihilominus per principales, vel veros procuratores poſſent vt ſupra vnico contextu reiterari, & ſanari, vt ſcribit Caſſad.d.deciſ.8. ſub num.10 de reſcript.

267 EXTENDE II. vt habeat locum etiam ſi eſſent prępoſtero ordine inculcati: quia adhuc poſſent ſanari, vt loquuntur Formular.termin.rot. vbi ſupra, & Veſtr. in pract. lib.5. cap.13.in fine.principij, & vt loquuntur facultates Auditoris Camerę, citatę infra num. 270.

268 EXTENDE III. vt iſta reiteratoria, ſeu ſanatoria terminorum habeat locum non ſolum in cauſis ſummarijs, in quibus loquimur, ſed etiam in cauſis ordinarijs, de quibus agemus poſtea, & iſta extenſio benè probatur ex literis Pij iiij.citatis infra nu.271.quæ loquuntur in omnibus cauſis.

269 EXTENDE IIII. vt hæc reiteratio, & ſanatio terminorum poſſit fieri in citatione ad ſententiam, ſicut aduertunt Veſtr.in pract.lib.7.cap.1. nu.5.& A. M. Pap.in addit.ad Rot.deciſ.2.alias 33.nu.42.de reſcrip. in nou.& ita ſeruatur.

270 EXTENDE V. vt iſta ſanatio, & reiteratio poſſit fieri etiam ab Auditore Cameræ in vim ſuarum facultatum, in quibus verſ.eiſdemquè terminis. num.11.diſponitur, vt Auditor Cameræ poſſit vnico contextu citatione, & audientia reiterare omnes terminos, nulliter, præpoſtere, & confusè tentos.

271 EXTENDE VI. vt iſta ſanatio poſſit fieri à quolibet iudice, & in qualibet cauſa ex diſpoſitione literarū Pij.iiij.ſuper reformatione Signaturę iuſtitię.verſ. ſimiliter quilibet iudex.æditarum anno.1562. cal. Ian.

272 RESTRINGE nunc eandem ſecundam aduertentiam, vt non procedat, qñ termini ſunt omnino omiſſi, & ideo non ſunt ſeruati nec benè, nec malè; quia iſto caſu nō poſſunt reiterari, ſeu ſanari, teſte Caputaq. deciſ.149.ſeu 3.ſententia.verſus finem.nu.7.par.3. vbi teſtatur, ita fuiſſe tentum in Rota pro nullitate ſententię.

273 EXTENDE iſtam reſtrictionem, vt procedat etiam ſi in citatione reiteratoria terminorum exprimerentur ordinatè ſinguli termini; quia niſi poſt hanc citationē expectentur tot audientiæ, quibus ſinguli poſſent ſeruari, ſententia adhuc eſſet nulla per ea, quæ dixi ſupra num.176.

274 ADVERTE III. quòd Auditores Rotæ, & Auditor Cameræ debent attendere obſeruationem iſtorū terminorum in proceſſu, qui inſtruitur, & fabricatur corā ipſis; ſecus in proceſſu inſtructo, & fabricato in partibus coram alio iudice, & ad eos in prima inſtantia, aut in ſecunda per viam appellationis delato; quia in eiuſmodi proceſſu debent attendere, an ſit fabricatus ſecūdum ſtylum loci, vnde ad eos eſt delatus Rom. conſ. 367.circa primum.verſ.cæterum defectus terminorū. ſub nu.10.& nu.11. dummodo enim ille ſtylus ſeu conſuetudo loci, vnde defertur, non immutet ſubſtantialia iudicij, debet tolerari & admitti, vt ſcribit Rot.deciſ.4. alias 20.anno domini. in fine. de appell. in nou. quam refert & ſequitur Rot.diuerſ.in practicabilib. in fine 2.par.rub.de terminorum vſu. num.3.fol. 166. & ſi aliquis terminus non fuiſſet in partibus ritè, rectequè ſeruatus ſecundum ſtylum illius loci, crederem, quòd coram iſtis dominis Auditoribus poſſet reiterari, & ſanari: & quòd ſententia lata extra curiam cum terminis malè ſeruatis non ſit nulla, quia rarò extra curiam termini exactè ſeruantur; tenuit Rota, vt ſcribit Caputaq. deciſ. 249. ſeu 1. termini omnes. ſub num. 2. par.3. & ideo quamuis ſummariè non procederetur, tamen terminorum coarctatio extra palatium contra morem palatij, vel omiſſio concluſionis non vitiant ſententiam, vel proceſſum Egid.deciſ. 277. etiam vbi. quem refert & ſequitur Rot.diuerſ.d.rub.de terminorum vſu.num. 2. in fine. fol. 166.

Ratio huius aduertentiæ eſt, quia vbi ſunt lateres, & lutea cæmenta, latericia, & lutea conſtruuntur ædificia.

275 EXTENDE iſtam aduertentiam; dum dicimus in proceſſu de partibus non eſſe attendendum ſtylum Curiæ Romanæ, vt procedat etiamſi ille proceſſus eſſet factus coram iudice delegato à Papa; & ratio eſt: quia non attenditur ſtylus Curię delegātis, teſte Vant.tract. nullit.rub.de null.ex defec.proceſ num.67. fol. 416.& hæc de prima ſpecie cauſarum.

Species II.

276 Capio ſecundam ſpeciem: quando cauſa eſt ordinaria: & in ea ex ſentētia Vantij tract.nullit.rub. de null. ex defec.proceſſ.ſub num.57.verſ.in cauſis. fol.416. & Veſtr.in pract.lib.5.cap.4. concludo requiri ſequentes hos decem terminos, quorum vltimus tantum contingens eſt, reliqui autem nouē ſunt de ſubſtantia iudicij.

i ad dicendum contra commiſſionem) ad primam
ij ad libellandum
iij ad reſpondendum libello) ad octauam
iiij ad conteſtandam litem } hi tres ſinguli ad primam.
v ad iurandum de calumnia
vj ad articulandum) ad decimamquintam
vij ad dicendum contra articulos
viij ad producendum omnia } his tres ſinguli ad ſecundam
ix ad dicendum contra producta
x ad declarandū, & iurandū de calūnia) ad primā.

addit Veſtr.alium terminum contingentem, & erit vndecimus, videlicet: ad dicendum contra declarationes ad primam: dicit eſſe contingentem: quia eſt neceſſarius ſi declarationes dentur facto, & in ſcriptis, ſecus ſi dentur verbo tantum, quia non ſeruaretur.

Contra iſtorum ſententiam ſentit A.M Pap.in addit. ad Rot, deciſ.2. alias 33.quando committitur. num.13. & 14.de reſcrip.in nou.dicens, tertium, quartum, & vndecimum receſſiſſe ab aula, & nunquam ſeruari.

Contra eorundem ſententiam in termino ad articulandum ad decimamquintam ſentit idem Pap.ad dictã deciſ.2.alias 33.nu.33.dicens,ſe ſemper vidiſſe ſeruari iſtum terminum ad duodecimam, ſicut ſeruatur in beneficialibus & ſummarijs; imò olim ſecundum conſtitutiones Io.xxij.reo inſtante, & petente in cauſa prophana dabantur 40.dies,& actori dabantur 30.ad ponẽdum,& articulandum,vt refert Rot.deciſ.2.alias. 30.num.3.in vltimis verbis.& nu. 4. de ſequeſ. poſſ. & fruct.in nou.

277 Verum quia ſtylus Curiæ Rom. recipit in dies varietatem,& modo eſt albus,& modo niger,vt ſcribunt Lap.alleg.51. Caſſad.deciſ.7.contingit in vna.nu.4. de reſcript.& deciſ.9.quæ eſt vlt.n.15.& 16.in fine. & 17. de cauſ.poſſ.& propr.& A.M.Pap.in addit.ad Rot. deciſ.2.alias.33.nu.8.in fine.& num.9. de reſcrip.in nou. ideo non oportet de eo exarare multas paginas; præſertim hodie,quo habemus iteratoriam & ſanatoriam terminorum,de qua dixi ſupra n.265.& ſeqq. ad eum.

Prædictos terminos ſeu citationes, & decreta per extenſum ponit Formul.term. rot.

278 ADVERTE nunc nonnulla,& primo, quòd iſti termini ſubſtantiales non ſeruantur in ſecunda, & tertia inſtantia, ſicut ſeruantur in prima: nam in cauſis ſummarijs in ſecunda, & tertia inſtantia terminus ad ponendum & articulandum ſeruatur ad ſecundam diem: reliqui verò termini ſeruantur vt in prima inſtantia ſicut ſcribit Rot.deciſ.2.alias 33.quando committitur. ſub nu.4. ibi. in ſecunda verò.de reſcript.in nou.In ordinarijs non ſeruantur tertius,& quartus; videlicet ad reſpondendum libello,& ad litem conteſtandam:reliqui verò ſeruantur,ſed ſinguli ſeruãtur ad primam, excepto ſexto ad articulandum, qui ſeruatur ad octauã, vt ſcribit Veſtr.in pract.lib.5.cap.4.ſub nu.2.verſ.in ſecunda:& in tertia inſtantia ſeruatur ad ſextam, vt admonet Formular.term.rot.in principio.rubricella.in tertia inſtantia. ſed materia huius primæ aduertentiæ ſpectat ad ſeq. librum, ideo pluribus in ea non inſiſtã.

279 ADVERTE II. quòd in iſtis terminis ſubſtantialibus dies termini computatur in termino, vt puta citatio ad articulandum fit prima die menſis;illa dies connumeratur, & connumeratur vltima dies termini, vt admonet A M.Pap.d.deciſ.2.alias 33.num.34. licet ſecus ſit in alijs dilationibus.

280 ADVERTE III. quòd ſi reus nolit litem conteſtari,poteſt cogi ad eam conteſtandam obſeruatione horum quatuor terminorum:ad conteſtandam litem,primo ſimpliciter.ſecundo;ad primam diem;tertio,ad primam diem etiam;addita comminatione pœnæ excommunicationis.quarto & vltimo; ad primã etiã, ſed addita clauſula,alias ad videndum ſe delarari;in quo obtinebitur declarari.vt ſcribunt Vant.tract.nullit.rub.de null.ex defec.proceſ.ſub nu.57.verſ.in cauſis. fol. 416. & Veſtr.in pract.lib.5.cap.4.nu.2.

281 Contra iſtam aduertentiam cenſeo ſtilum eſſe vt cõtra nolentem conteſtari litem non debeat deueniri ad excommunicationem;& moueor, quia ad excõicationem non eſt deueniendum, niſi in ſubſidium, quando deficiunt alia remedia vt dixi.

Sed contra contumacem,nolentem conteſtari litem non deficiunt pinguia remedia tàm in cauſis prophanis,quam in cauſis beneficialibus, de quibus remedijs egi lib.præced.cap.96.nu.3.vbi egi de remedio in cauſa prophana.& nu. 14. vbi egi de remedio in cauſa beneficiali;& ideo forſan A.M.Pap. à nobis citatus ſupra nu. 276. verſ. contra.dixit terminum ad conteſtandam litem non ſeruari.

ADVERTE IIII. quòd termini ſubſtantiales ſunt cões,vt alias dixi ſupra nu.213. & 229.loquendo in ſummarijs, & ideo ſeruati ad inſtantiam vnius partis ſeruiunt etiam alteri; Nequè obſtat,quod ſolemus dicere,reum non cogi ad accipiendum terminum datum actori;quia poteſt habere alium in cauſis ordinarijs.

Quia reſpondeo id eſſe verum in dilationibus & terminis,qui non ſunt ſubſtantiales,& neceſſarij ad validitatem proceſſus iuxta ea, quæ declarando ſcripſi ſupra num.229. verſ.ſecunda.& nu.230.

282 ADVERTE V. quòd iteratoria,ſeu ſanatoria terminorum,de qua ſcripſi, loquendo in ſummarijs ſupra n. 265.268. & ſeqq. æquè locũ habet in cauſis ordinarijs: quia bulla Innocentij,literæ Signaturæ iuſtitiæ, & facultates Auditoris Cameræ, quæ illam concedunt loquuntur generaliter,& ſimiliter Doctores, qui de ea mentionem faciunt;& hoc non habet dubium, & ſeruatur quotidie ſine vlla hæſitatione.

283 ADVERTE VI. quòd ſi in iſtis cauſis ordinarijs non ſeruarentur ſinguli enarrati decem termini, ſed ſeruarentur ſolum illi ſeptem,ſeu octo,qui erant ordinati in cauſis beneficialibus.ſeu aliter ſummarijs, crederem quòd adhuc proceſſus ſuſtineretur pro valido: & moueor pro iſta aduertentia ex duabus rationibus. Prima, quia Signatura, vt teſtantur Caſſad. deciſ. 7. contingit.num.1.in vltimis verbis.& nu.2. & ſeq: de reſcript.& Veſtr.in pract.lib.5.cap.1. ſub nu.1. concedit paſſim procedi ſummariè omnibus petẽtibus:adeo quòd ſi Regens Cancellariæ nollet apponere verbum *ſummariè*, nihilominus Rota ſaluaret proceſſum ſummariè factum;ſed iſta ratio concludit, quando proceſſus eſt petitus ſummarius: Secunda ratio, quæ concludit,etiam non petito proceſſu ſummario; eſt, quia terminus ad libellandum ſeruatur ad primam, & terminus ad articulandum ſeruatur ſimiliter ad duodecimã ſicut in beneficialibus;vt ſcribit A. M.Pap.in annot. ad Rot.deciſ.2.alias 33.quando committitur.nu.32.& 33. de reſcript.in nou. & illi termini ad reſpondendum libello,litem conteſtandam, & ad dicendum contra declarationes,receſſerunt ab aula,& nunquam ſeruãtur, teſte eod.A.M.Pap.ad eandem deciſ.2. num. 14. quem in eodem propoſito retuli, & ſequutus ſumus ſupra num. 276. verſ. contra iſtorum. hacquè abbreuiatione, & diminutione terminorum attenta;talis remanet proceſſus in cauſis ordinarijs, qualis eſt in cauſis beneficialibus, & ſummarijs, quando ſeruantur etiam termini non ſubſtantiales.

284 Contra iſtam aduertentiam faciunt quæ ſcribit Caſſad.deciſ.9.frequens eſt.nu.1.de reſcript. dicens eo caſu fuiſſe concluſum pro nullitate ſententiæ,quia non fuerat ſeruata tela, prout requirebatur in cauſis prophanis,ſed fuerat ſeruata,prout ſeruatur in ſũmarijs.

285 RETINENDO aduertentiam; reſpondeo dupliciter ad hanc deciſ. & primo, quòd forſan erant ſeruati ſolum illi quatuor termini ſubſtãtiales, qui hodie ſunt neceſſarij in cauſis ſummarijs. ſecundo reſp. quòd eo tempore forſan ſtylus erat, vt ſeruarentur illi decem termini, qui hodie non ſeruantur.

286 ADVERTE VII. quòd termini ſubſtãtiales,qui ſeruantur in Curia Rom.fuerunt inuenti, vt eſſet aliquis ordo cauſarum,cũ antiquitus nullus eſſet ordo,& vt lites abbreuientur,vt ex Egid.refert & ſequitur Rot.diuerſ.in practicabilibus.rub.de terminorũ vſu, & qualitate,n.1.par.2.fol.166.& quòd Papa Vrbanus VI. inuenerit ſtylum terminorum in cauſis ſummarijs ad imponendum celerem finem litibus, ſcribit Rot. deciſ.2. alias.33.num.2.de.reſcript in nou.

287 ADVERTE VIII. quòd coram Prælatis hic in Vrbe,quibus cauſæ delegantur à Papa,ſeruantur iſta omnia,quæ diximus de proceſſu, & terminis ſubſtantialibus ſeruandis corã Auditoribus Rotæ:nam iſti iudices delegati debent attẽdere ſtylũ Curiæ Romanæ, in qua iudicant,& ſtylum Rotæ, quæ eſt tribunal Papæ delegantis; & ita ſeruatur ſine vlla hæſitatione.

De terminorum obſeruatione poſt primam inſtantiã in cauſis appellationum,grauaminum, nullitatum, attentatorum,deſertionis appellationis, & ſimilium hic non agemus, ſed lib.ſeq. fauente Deo.

QVAESTIO XIIII.

288 QVAERO an ſentẽtia,lata die feriato,vel terminis non ſeruatis,poſſit defendi à nullitate propter motum proprium Pij Quarti, loquentem in curia capitolina & inſertum ad finem voluminis ſtatutorum Vrbis fol. 46. & propter conſtitutionem S.D. N. Papæ Clementis VIII de nullitatibus alias quàm &c.mandantes non habendam eſſe in conſideratione nullitatem,niſi proueniat ex defectu iuriſdictionis,vel citationis, vel mandati.

Reſp.quòd non poteſt defendi:nam ſententia,lata tempore

289 tempore feriato, eſt nulla ex defectu iuriſdictionis: †
quia iuriſdictio iudicis eo tempore eſt ſuſpenſa, & li-
mitata, ſicut refert, & ſequitur Vant.tract.nu.lit.rub.de
null.ex defec.iuriſd.num 128.& ſeqq.fol.330. vide pro
corroboratione, & declaratione quæ ſcripſi infra cap.
5. num. 36. & 40. & ſententia lata, terminis ſubſtan-
tialibus non ſeruatis, eſt nulla, & notoriè nulla, &
nullitas eſt inſanabilis: & ideo alias valdè ſcandaliza-
tus fui de quodam iudice, qui;attendendo verba dictæ
conſtitutionis S.D. N. Clementis VIII. eâquè non in-
telligendo, ſententiam latam ab alio iudice ſine vllis
actis, præter citationem ad ſententiam, declarauit eſſe
validam;quia dicebat, in ea non deficere citationem,
& eſſe latam à iudice habente iuriſdictionem, & inter
perſonas habentes legitimum mandatum:quia erat la-
ta inter principales, & non inter alias perſonas, in qui-
bus potuiſſet deficere mandatum.

290 RATIO; quare iſta ſententia ſit nulla, eſt;quia ſicut
domus non poteſt conſiſtere in aere ſine fundamentis,
& filius non poteſt dari, niſi ſit genitus; ita nequè ſen-
tentia poteſt conſiſtere, & ſtare ſine terminis ſubſtan-
291 tialibus, & ſine actis: † quia termini, & acta ſunt ba-
ſes, & fundamenta ſententiæ, & ſunt generatiua ſen-
tentiæ.

292 EXTENDITVR iſta ratio, vt nequè ſufficiant
ſimpliciter acta, ſed requiruntur talia, quibus iuſtifice-
tur ſententia;alias ſententia diceretur notoriè iniuſta,
vt tenuit Rota, relata per Caputaq. deciſ. 120. ſeu 7.
ſententia par. 2. & ſi diceretur notoriè iniuſta, conſe-
quenter etiam diceretur nulla, vt ſcribunt Pariſ. conſ.
100.contractus.num 41.lib.1.& conſ. 107. non obſtat.
num.9.& 11.lib.4.Rol.à Vall.conſ.76.pluribus. nu.27.
lib.1.Caputaq.deciſ.248. num.3 par. 2 & Rot. diuerſ.
deciſ.361.nu.4.& 5.& deciſ.6 4.num.1.par.1.

Nec dicatur, quòd ſicut ſtatutum poteſt diſponere,
vt in examine teſtium poſſit omitti citatio iuxta ea,
quæ ſcripſi infra cap.8.limit.15.num.391. ita etiam po
teſt diſponere, quòd ſententia & proceſſus ſint validi,
quamuis in eo non ſint ſeruati termini ſubſtantiales.

Quia reſp.iſtam ſimilitudinem non procedere dupli
ci ratione:& prima quia ſi illa conſtitutio hoc diſpo-
neret, videretur inducere monſtrum, imò impoſſibi-
293 litatem per ea, quæ dixi ſupra num. 290. verſ. ratio. †
Secunda ratio eſt, quia iuſtitia magis necatur nulli-
tate actorum, & deficientia probationum, quàm nulli-
tate citationis:nam; ſi deficiunt acta, & probationes;
omnia deficiunt:igitur ſi conſtitutio permittit opponi
nullitatem citationis ſaltem ad ſententiam: à fortiori
permittet, opponi nullitatem actorum.

Reſp.rurſus, falſum eſſe ſuppoſitũ obiectionis: quia
illa conſtitutio non diſponit quòd poſſint omitti termi
ni ſubſtantiales, ſed ſolum remouet nullitates, & remo
uendo nullitates, non cenſetur remouere eam, quæ ap-
paret ex facie actorum iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præ-
ced.cap.50.ſub n.6.& c.97.ſub nu.32.34. & 192.

QVAESTIO XV.

294 QVAERO quot modis ſumatur ſeu dicatur
dies.

Reſp. ſumi quinque modis ſecundum
Paul.de Caſtr.& Iaſ.in l.more romano. nu.1. ff. de fer.
ſed nos, attendentes quòd omnis bona diuiſio debet eſ
ſe bimembris, ſumemus eum dupliciter: alter enim di-
citur dies naturalis, & alter dicitur dies artificialis; vt
notant Gloſ.1.in d.l.more romano.& ibi Bar.Bal.Paul.
de Caſtr.& Iaſ.Glo.in l.2.in verbo. cuiuſquè diei. ff.de
verb. & rer. ſignif. & Tiraq. tract. de vtroq. retrac. §.
1.gloſſ.11.num.1.

295 DIES NATVRALIS dicitur is, qui expletur ſpa-
tio xxiiij.horarum, vt ſcribunt Gloſ.in cap.quadrageſi-
ma.in verbo.dies.diſt.5.de conſecr.Glo. in d.l.more ro
mano, & ibidem Bar.Bal.Paul.de Caſtr. & Iaſ. Gloſſ.in
d.l.2.ff.de verb.& rer.ſign. Iacob. de Caſtil. tract. de
duel.lib.3.cap.5.num.1.& Thom.de Marin.tract. de
fœud.ex pact & prouid.antiq.tit.2.verſ. conſtitutio.n.
58.fol. 128. & ita ſine hæſitatione concludunt omnes;
& quòd vulgus ſic accipiat diem naturalem teſtatur
Tiraq.tract.de vtroq. retrac. §.1. glo. 11.ſub num.5.&
7.fol.124.ſicque à nobis ſumetur quicquid, circundu-
cta vulgi acceptione, ſcripſerit idem Tiraq.ead.glo.11.
ſub nu.1.3.& 5.fol.123.vbi ex Cenſorino ad Q. Cerel-
lium refert diem naturalem dici illud tempus ab oriẽ-
te ſole ad occaſum ſolis, aſſerens diem hunc, qui ex-
pletur ſpatio xxiiij. horarum, vocari diem ciuilem, &
erranter appellari naturalem.

296 Probatur iſta communis concluſio primo ex nume-
ratione dierum in anno:nam dicimus, quòd annus, qui
hodie eſt duodecim menſium, expletur diebus tricen-
tis, & ſexaginta quinque, & horis ſex circiter, l. cum
hæres.§.ſtichus ſi hæredi.& ibi Bar. num. 3. ff. de ſtatu
lib.cap.quadrageſima.de conſecr.diſt.5.& ibi Gloſſ. in
verbo.dies.Arch.in cap.ſi propter.in verbo.anni. nu. 3.
de reſcript.in 6.Mandos.in annal.caſib.ſub num. 1. fol.
209.& Plin. natur. hiſtor.lib.18. cap.25. Sed dum iſtis
tricentis & ſexagintaquinque diebus explemus an-
num, curſumque ſolis, numeramus quemlibet diem
ſpatio xxiiij. horarum. ergo.

297 Aduerte hic obiter, quòd annus aliter, & alio ſpatio
conſtituebatur olim à maioribus noſtris:nam ex conſti
tutione Romuli explebatur ſpatio decem menſium,
Ouid. 1. faſtor. & primus menſis erat martius, & vl-
timus december: & ita aſtrologi etiam hodie initiant
annum à menſe martij, vt retuli infra cap.11.nu. 1204.

298 Apud quoſdam erat ſex menſium: ſicquè apud eos
vnus annus erat æſtas, & alter erat hiems, vt recenſet
Plin.d.lib.7.cap.48.

299 Apud Archades annus erat trium menſium, ſicut re-
cenſent Plin.natur.hiſtor.lib.7. cap.48. & Mandoſ. vbi
ſupra.num.2.fol.210.

Apud Caldæos erat eiuſdem ſpatij trium menſium,
vt refert idem Mandoſ.

300 Apud Aegiptios annus conſtituebatur ſenio lunæ vt
recenſet Plin.eod.loco; & quòd antiquitus viginti no-
uem dies cum quibuſdam horis conſtituerent annum
lunarem, quia accipiebatur annus pro anno lunari ab
vna ad alteram coniunctionem, recenſet Mandoſ. vbi
ſupra.

301 Sed nos habemus annum diuiſum in duodecim mẽ-
ſes ex ordinatione Numæ Pompilij, vt ex Macrob. re-
fert & ſequitur Ayma.Riual.tract.de hiſtor. iur. ciuil.
lib.2.num.33. fol.6.

302 Probatur ſecundo eadem communis concluſio ex
numeratione dierum in mẽſe, qui eſt duodecima pars
anni, & conſequenter quilibet menſis ſecundum veri-
tatem continet triginta dies, & horas decem cum di-
midia:quia;ſic computando; duodecim menſes conſti-
tuunt dies 365. & horas 6. vel ſecundum opinionem
quorundam, qui conſiderant quatuor hebdomadas in
quolibet menſe, continet dies viginti & octo, vt recen-
ſet Bermon. Chouer. infra citatus. vel ſecundum opi-
nionem iuridicam continet dies triginta iuxta textum
in auth.iubemus.C.de iudic.& notãt Alex. in l.fin.not.
2.C.de iur.delib.& conſ.114.viſa ſcripturarum.col.vlt.
verſ.quomodo ergo.nu.12.& 13.lib.5.Alc.in l.cum bi-
ſextus.ff.de verb.& rer.ſignif.& Bermon.Chouer.tract.
de publ.concubin.in verbo. ſpacio trium menſium.nu.
4.fol. 165. qui refert eiuſdem opinionis eſſe medicos,
hæcque opinio eſt canonizata a ſtat. Vrbis lib 1. cap.
fin.& quouis modo ſumatur menſis;dies, qui eum con-
ſtituunt, ſunt xxiiij.horarum.

303 Dies naturalis, qui, vt dixi, eſt xxiiij.horarum incipit
ſecundũ morẽ romanũ à media nocte, & finit in ſequẽ-
ti media nocte l.more romano.& ibi Bar. Bal. Paul.de
Caſtr.& Iaſ.in principio.ff.de fer.& annotauit Plin. na
tur.hiſtor.lib.2.c.77.dicens qđ ſacerdotes Romani, &
qui diem definiere ciuilem, obſeruarunt à media no-
cte in mediam noctem. & ratio huius initij & finis red
ditur à Tiraq.tract.de retra.ligna.§.1 gl.11.n.2.fol.123.

304 Babilonij & Perſæ aliter obſeruarunt initiũ diei: nã
ſecundum eos incipit ab ortu ſolis vſque ad ſequen-
tem ortum ſolis.

305 Athenienſes obſeruarunt ab occaſu ad occaſum.

306 Vmbri & Arabes à meridie ad meridiem, ſicut refe-
runt Plin.natur.hiſtor.lib.2.cap.77.Gl. 1. in l more ro-
mano.ff.de fer. Tiraq. de vtroq. retrac. §. 1.glo. 11.ſub
nu.1.fol.123. licet aliter referat Claud.Bertazz. in ad-
dit.ad conſ. crimin. patris. conſ. 131. lib.1.

307 Dies feſtiuus,ſeu indulgẽtiæ,diuina officia, venera-
tio,& cultus diei feſtiui incipiunt à veſpere vigiliæ,&
durant vſquè ad veſperas ſequentis diei feſtiui, vt,lo-
quendo de indulgentijs, notant Paul. de Caſtr. in d. l.
more romano.ſub nu.2.ibi,eſt & quinta.& Iaſ. ſub nũ.
1.verſ.quinta eſt dies.ff.de fer.& Tiraq.d.§.1.gloſſ. 11.
nu.13.verſ.poſtremo dies:& loquendo de celebratione
diuinorum officiorum Glo.in cap.vlt. in verbo. aſſum-
ptionis.de ſent.excomm.in 6. & de diuinis officijs, qđ
idem eſt, Archid.in eod.cap.vlt.ſub n.4.Paul. de Caſtr.
vbi ſupra. Fely.in cap.conſuluit.ſub nu.6. verſ. tertia
concluſio.de offic.& poteſ.iud.deleg. & Io.de Lign. in
tabula remiſſoria ſuper tract.de cenſur.eccleſ.verſ.de-
cimonono fol. 337. & de veneratione & cultu diei cũ
abſtinentia ab omni opere illicito loquitur textus in
cap.1.de fer.& quòd de iure canonico dies ſumatur à
veſpere ad veſperas ad differentiam iuris ciuilis, quod
ſumit à media nocte vſquè ad mediam noctem ſcribit
Alber.de Malet.tract.de teſtib.cap.7.num.116.fol.176.
308 DIES ARTIFICIALIS, ſeu ciuilis dicitur dies lu-
cis, ſeu lux, nam dicitur dies a *dian.* quod eſt lux ſeu
claritas,vt ſcribit Io. Andr.in c.ſi perfodiens. ſub num.
2 de homic. & ideo durat ab ortu ſolis vſquè ad occa-
ſum,vt ſcribunt vtraque Gloſſ.in d. l. more romano. &
ibidem cæteri,videlicet Bal.nu.1.& 3.Paul.de Caſtr.&
Iaſ.ſub nu. 1. & Alber.de Roſ.tract. de ſtat.par.2.q.19.
num.6. fol. 32. & quòd omne vulgus ita diem accipiat
ſcribit Plin.d lib.2.cap.77.& benè ſic accipit: quia ſol
diſtinguit diem à nocte ſecũdum ea, quæ ſcribunt Fed.
de Sen.conſ.44.factum tale eſt.num.2.Bar. in l. aut fa-
cta.§.tẽpus.n.2.ff.de pœn. Alber.vbi ſupra.Io.de Imol.
in l.titius §.lucius ff.de lib.&poſth. Ang.trac.de malef.
in verbo.de nocte.nu.1.Affl.in conſtitutione.multæ le-
ges.ſub nu.14.lib.1.Bertaz.& eius filius in addit. ad eũ
conſ.crim.131.num.3. lib. 1. & probatur ex textu in c.
ſi perfodiens. de homic. & ideo dicitur: ſol eſt ſuper
terram:ergo dies eſt.& probatur etiam ex hymno bea-
ti Ambroſij. *Lucis creator, &c. & mane iunctum veſpe-
ri diem vocari præcipis*. & ex principio veteris teſta-
309 menti, *& factum eſt veſpere & mane dies vnus.* † Et di-
citur dies artificialis non quia hominis artificio conſi-
ſtat, ſed quia artificio iuris applicatur ad actus homi-
num,vt ſcribit Bal.in d.l.more romano.ſub nu. 2. ſicq;
ſumemus nos diem ciuilem,ſeu artificialem,quicquid,
circumducta vulgi appellatione, in contrarium ſcri-
pſerit Tiraq.quem retulimus ſupra ſub num. 295.
310 Iſte dies,quicquid diſſentiat circa nomen Tiraq. vbi
ſupra,quandoque expletur pluribus, & quandoque
paucioribus horis; prout plus, & minus manet ſol ſu-
per terram; facta tamen mutua compenſatione inter
diem,& noctem totius anni:credo vtriquè remanere
duodecim horas; & ſic poſſumus intelligere Alber. de
Roſ.d.q.19.num.8.& Bertaz.d.conſ.131.nu.2.lib.1. dũ
ſcribunt,quod dies continet duodecim horas. & ſacrã
ſcripturam, dum in ea dicitur: *non ne duodecim ſunt
horæ diei?* ſed Iaſ.in d.l.more romano.ſub nu.1.arbitra-
tur ideo dici,quòd dies continet duodecim horas;quia
conſideratur dies æquinoctialis,qñ dies,& nox ſunt æ-
quales.addo ego veriſimile eſſe,quòd Deus quãdo crea
311 uit lucẽ & tenebras,creauerit eas æquinoctiales: † ſed
vtcunquè ſit,dies artificialis non habet certas determi
natas horas,teſtibus Paul.de Caſtr.& Iaſ.in d.l.more
romano.ſub num. 1.ff.de fer.
312 Dies artificialis diuiditur in duas ſpecies: quidam
enim dicitur dies vniformis: & quidam dicitur dies
difformis,ſeu emergens ſecundum Bal.in d.l. more ro-
mano. num. 3.
Vniformis incipit ab ortu Solis, & durat vſque ad
Solis occaſum,vt dixi ſupra num.308.
313 Difformis ſeu emergens incipit à diuerſis partibus
diei, & in eiſdem diuerſis partibus,prout incipit,finit.
Bal.in d.l.more romano.ſub nu. 3.dicens, quòd incipit
ſecundum quod occurrit de facto. & Auguſt. ad Ang.
tract.de malef.in verbo. de nocte. ſub num. 2. & benè
applicantur quæ dixi de menſe emergenti infra num.
359.& expletur xxiiij. horis.
314 Hic dies emergens ſecundum Paul. de Caſtr. in ea-
dem l.more romano. num. 2. ibi. eſt & alia. & Iaſ. ſub
num.1. verſ. tertius. vocatur legalis, & currit de mo-
mento ad momentum, & de iſto die currenti de mo-
mento ad momentum loquitur Gloſſ.vlt.in fine. in d.l.
more romano. & quando dies currat de momento ad
momentum vide Gl. & Iaſ.vbi ſupra.& tu,qui vadis in
birraria, ſeu commiſſione cum literis patentalibus, vt
pro quolibet die ſoluantur tibi ſcu. 2. ſic debes ſume-
re diem,vt incipiat eo momento, quo ad locum perue
neris,actumquè tibi commiſſum explicare incæperis,
& eodem momento diei ſequentis finiat ita, vt xxiiij.
horis expleatur,& ſi non credis,vide banna Illuſtriſſi-
mi Cardinalis Camerarij,quæ ſic declarant diem Cõ-
miſſariorum accedentium ad exigenda datia & vecti-
galia Cameræ Apoſtolicæ.
315 Dies tàm naturales,quàm artificiales quotquot ſunt
numerantur proprijs, & diuerſis nominibus vſque ad
ſeptimum diem, quo expletur hebdomada, & hebdo-
madis expletur menſis,& menſibus expletur annus, vt
dixi ſupra num.303.& iſti ſeptem dies ſumpſerunt nu-
merum, & nomina à ſeptem planetis: nam primus
dies, quem nos vocamus diem dominicum, vocare-
tur dies ſolis, ſecundus dicitur dies lunæ; tertius dies
martis, quartus dies mercurij, quintus dies iouis, ſex-
tus dies veneris,& ſeptimus,quem nos vocamus diem
ſabbathi, vocaretur dies ſaturni; ſed planetę ſunt
alio ordine affixi firmamento:habent enim hunc ordi-
nem deſcenſiuum:ſaturnus,iuppiter, mars, ſol, venus,
mercurius, luna;vt ſcribit Glo.in l. omnes iudices. in
verbo.die ſolis.C.de fer. quare; demptis die domini-
co, & die ſabbathi, reliqui habent nomina planetarũ,
316 vt aduertit Glo. vbi ſupra: † & ratio quare nos voca-
mus diem dominicum eſt; quia eſt dedicatus ad vene-
317 rationem Domini, † & vocamus diem ſabbathi à *ſab-
ba*,quod idem eſt, quod requies: & ideo iudæi ceſſant
ea die ab omni opere,vt ſcribit Abb. in cap. quoniam.
in fine.de fer. dicens, quòd nos chriſtiani tantò magis
debemus ea die operari,ne videremur iudaizare;quod
tu intelligas vſque ad veſperas,& non vltra per ea,quę
dixi ſupra num. 307.verſ.dies feſtiuus,& ratio quare
diei ſabbathi ſit impoſitum nomen,ſignificãs requiem,
eſt quia Deus ſex diebus compleuit creationem mun-
di, & ſeptima diei requieuit, vt legitur in principio
teſtamenti veteris.

QVAESTIO XVI.

318 QVAERO ſucceſſiuè quomodo intelligatur
dies in diſpoſitione legis, vel hominis.
Reſp. non poſſe dari vniformem ſolutio-
nem; & ideo conſtituo regulam & declarationes.
REGVLA erit; quòd intelligatur dies naturalis,
prout continet xxiiij. horas, inchoandas à media no-
cte vſquè ad mediam noctem iuxta textum in l.more
romano.ff.de fer. & quæ diximus ſupra in præced.q.n.
295. verſ. dies naturalis.& nu. 296.pro corroboratio-
ne iſtius regulæ poſſent adduci ea omnia, quibus re-
ſpondere ſolemus pro natura,& pro ijs, quæ naturalia
ſunt,& particulariter concluſio illa; quòd verba ſunt
intelligenda naturaliter,& non ciuiliter;ſed ea omnia
omitto, & venio ad particularia.
319 Comprobatur iſta regula: primo, quia lege prohi-
bente eſum carnium in die veneris,vel alio die,prohi-
bitio incipit à media nocte vſque ad mediam noctem,
vt ſcribunt Gloſſ.in cap. 2. in verbo.prius incipere. &
Abb.ſub num.4. de fer.Iaſ.in d.l.more romano.num.4.
ibi.quo autem ad eſum. & Fely. in cap. conſuluit. ſub
num.6. verſ.quarta concluſio.de offic.& poteſt. iudic.
deleg. varias tamen opiniones in hoc collige ex his,
quæ ſcribit Tiraq.de vtroq. retrac. §.1. gloſſ. 11. num.
14.verſ.quantum.
320 Comprobatur ſecundo,quia lege mandante ieiuniũ
in aliquo ſeu aliquibus diebus: ieiunium ſeu ille dies
durat à media nocte vſque ad mediam noctem,teſte
eod. Fely. vbi ſupra.
321 Comprobatur tertio: quia notarius, conficiens in-
ſtrumentum de nocte, poteſt ſcribere, quòd fuit con-
fectum tali die, & non tamen incurrit falſum, teſte
Innoc. in cap. conſuluit. in fine. de offic. & poteſt.
iud.deleg. quem referunt, & ſequuntur Bal.in d.l mo
re romano. not.3.num. 2. & Iaſ. num. 15. Paul. de
Caſtr.

Caſtr. in l. non minorem.nu. 2. C.de tranſact. & latius Fely. in d. cap. conſuluit. num. 6. verſ. prima concluſio. & Tiraq.de vtroq.retrac.§.1.gloſ.11.n.8.verſ.& huc pertinet.fol.124.

322 Comprobatur quarto.quia debitor, qui iureiurando promiſiſſet ſoluere tali certo die, poſſet ſoluere vſque ad mediam noctem illius diei, & ſoluendo in media nocte diceretur ſoluiſſe illo die promiſſo,& creditor teneretur illam ſolutionem recipere etiam in media nocte, niſi eſſet paratus prorogare diem ſolutionis in diem ſequentem iuxta ea, quæ ſcribunt Felyn. dicto capitulo. conſuluit. ſub num. 6. verſ. ſecunda conclusio. & Rebuff. tract. de nominat. q. 16. princip. ſub num. 2. fol. 329.

323 ✠ &, quòd in contractibus dies incipiat à media nocte & duret vſquè ad mediam noctem,ſcribunt Gloſ. in cap. quoniam.in verbo.prius incipere. & Abb. num. 3. in fine. ibi. quoad contractus. de fer. & refert, & ſequitur Claud.Bertaz. in addit.ad conſ. crimin. patris conſ. 131. lib. 1. ex Simon. de Pret.conſ. 94.num. 11. & Decian. conſ. 65. num. 22. lib. 2.

324 Nequè obſtat, quòd Bal. in d. l. more romano. ſub num.3. verſ. quartus actus. & Iaſ.ſub n.11.verſ.in glo. ff.de fer. videantur ſentire contrarium; dum ſcribunt, quòd creditor non tenetur recipere ſolutionem de nocte: quia poſſet eſſe periculum, ſi aperiret oſtium tempore noctis, vel poſſet eſſe locus inſidioſus, vel poſſet de facile decipi in qualitate pecuniæ, &, quòd propterea nequè locator roncini tenetur eum recipere de nocte.

Quia reſp. quòd poſſunt hæc ſimul ſtare: quòd creditor propter aliquam ex prædictis cauſis non teneatur recipere ſolutionem de nocte: &, quòd debitor excuſetur ſi velit ſoluere de nocte eo, quia de die non habebat; vtrique tamen conſultum eſſet, ſi debitor teneretur ſoluere die immediate ſequenti dum ſol eſt ſuper terram.

325 Cautelam ſume ex iſta comprobatione tu, qui es obligatus penes acta ſoluere ſub pœna quartariæ, & times,ne creditor reproducat obligationem: quia licet pecuniam non habeas, tamen poſſes in media nocte adhibitis tecum duobus teſtibus accedere ad oſtiũ creditoris, & pulſare; dicendo, quòd ſurgat, & recipiat ſolutionem ſui crediti; nam veriſimile eſt, quòd creditor audiens tempus inſolitum ſolutionis & propterea timens aliquam proditionem,nolit eam recipere, vel dormiens non reſpondeat, ſicquè non poſſet die ſequenti reproducere obligationem.

326 Comprobatur quinto: quia ſi carceratus pro pœna pecuniaria veniat ex forma ſtatuti puniendus pœna corporali,niſi pœnam ſoluerit infra tot dies, poteſt ſolutionem facere etiam in media nocte,vt ſcribit Bal. in d. l. more romano. ſub num. 3. verſ. ſecundus eſt actus. & iſta comprobatio eſt eadem com præcedenti.

327 Comprobatur ſexto, quia ſi carceratus velit dare fideiuſſionem in caſu, quo debet relaxari ſub fideiuſſione, iudex tenetur recipere illam fideiuſſionem etiam in media nocte, ſi ſit periculum in mora, alias poteſt differre vſquè ad mane, quia non tenetur de nocte facere copiam ſui Bal. vbi ſupra. & ibidem Iaſ. nu. 11.ſed iſta comprobatio non facit ad propoſitum.

328 Comprobatur ſeptimo: quia bannitus cum reſeruatione tot dierũ ad comparendum, poteſt comparere vſquè ad mediam noctem vltimi diei ſecundum ea, quę ſcribunt Bal. in d.l. more romano. ſub nu. 3. verſ. primus eſt actus.& Iaſ.num.9. verſ.ex prima.ff.de fer. & clarius ibidem Paul. de Caſtr. ſub num. 5. referens & ſequens ex Ang. quòd iudex debebit deſcendere de ſua camera ad ſuum tribunal, vt recipiat præſentationem, & conficiatur publica ſcriptura ne incidat in pęnam banni.

Contra iſtam comprobationem facit, quod ſcribit Fely. in cap. conſuluit.ſub num.6.verſ. vltima concluſio.de offic. & poteſt.iud. del. dicens,quòd citatus ad comparendum infra aliquem terminum poteſt comparere vſque ad mediam noctem,ſi ſine culpa ſua prius comparere non potuiſſet, ſecus ſi fuit in culpa, nimis ſe arctando: ſed ego non recedo à comprobatione.

329 Comprobatur octauo:quia appellatio poteſt recipi etiam de nocte,vt refert & ſequitur Iaſ.in d.l. more romano.verſ.vltimo adde.nu. 13.

330 DECLARA nunc iſtam regulam,poſitam ſupra num. 318. vt in actibus iuriſdictionis contentioſæ, qui exercentur parte citata & habent determinatam horam audientiæ & executionis actuum, dies non progrediatur vltra illam determinatam horam, quæ ſolet eſſe de die.

331 Probatur iſta declaratio in ſententia, quę non poteſt ferri de nocte ante auroram, vel de ſero, teſtibus Spec. tit. de ſent. & de his, quæ ipſam ſequuntur. §. iuxta.verſ.ſed nunquid.ſub num.7.in 2. par. Bal.in d. l. more romano. ſub num.3. verſ.tertius eſt actus.& Iaſ. nu. 12.verſ. in eadem.ff.de fer.& melius ibidem Paul. de Caſtr. ſub num.5.dicens, quòd citatus ad ſententiam cenſebitur citatus ad horam, qua dantur ſententię.Fely. in cap. conſuluit.ſub num. 18.verſ.aduerte.de offic. & poteſt. iud.del. dicens, quòd actus expediendi parte vocata non poſſunt expediri de nocte, M.Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 9. princip. de ſenten. &c.q. 14.ſub num. 47. verſ. contrarium tenet.& verſ. quantum verò.vtrobiquè in fine.fol.195. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in 3. & vlt. par. in verbo. & demum fertur ſententia.n.89.&.92.fol mihi 444. & de communi ✠ opin.M.Ant.Blanc.vbi ſupra.

332 Probatur deniquè,& generaliter ex textu in cap.conſuluit.de offic.& poteſt.iud.deleg.in illis verbis.*ne verò iudicium eccleſiaſticum exerceatur in tenebris. quia &c.* & ex his quæ ſcribunt Gloſ.in cap. quoniam.in verbo. prius incipere. & Abb. ſub num. 3. de fer. dum aiunt, quòd iudicium incipit in mane, & terminatur in fine diei ante tenebras noctis. & Fely. in cap. conſuluit.ſub nu. 13. dicens, loquendo generaliter,quòd actus expediendi,iudice ſedente pro tribunali,non poſſunt expediri de nocte.

333 Hinc eſt, quòd teſtium examen, & depoſitio poteſt recipi de nocte:quia eſt actus, qui exercetur, parte non citata & ſine certa hora audientiæ, ſed eorum iuramenta non poſſunt recipi de nocte, quia debent recipi, parte citata, Fely. loco ſupra proximè citato.

334 Ratio ſecundum Fely. vbi ſupra eſt, quia citatus non tenetur comparere de nocte, ſed tu dic melius, rationem eſſe, quia introductus eſt ſtylus, vt curiæ non regantur, & audientiæ non pręſtentur in cauſis, niſi certis horis de die, adeo,quòd citatus intelligitur citatus pro hora audientię:vnde, attẽto iſto ſtylo, dicimus rationẽ eſſe,qa executioni,ſeu exercitio actus contentioſæ iuriſdictionis, qui exercetur;parte citata, eſt limitatus dies, & hora; & ideo etiam ſi compareret intra diem artificialem & ante tenebras, tamen ſi audientia eſſet abſoluta, non diceretur eſſe in tempore; & ita ſeruatur.

335 Ratio,cur ſit introductus iſte ſtylus,eſt, quia qui male agit odit lucem, vt in iſtomet propoſito dicit textus in cap. conſuluit. de offic.& poteſt. iud. deleg. vnde ſumptus eſt iſte ſtylus: & ideo Gloſ. ibidem in verbo. odit lucem. ſcribit, tenebras eſſe aptas ad fabricandum falſum.

336 LIMITA iſtam declarationem in eo, quod dicimus, actus contentioſæ iuriſdictionis, qui expediendi ſunt, parte citata, eſſe expediendos de die ante tenebras noctis, vt non procedat in loco, vbi de conſuetudine curia & audientia regeretur de nocte: quia tunc poſſet iudicium exerceri de nocte, ſicut,loquendo in ſententia,ſcribunt M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ.q.9. princip.de ſententijs &c. q.14. n.51. verſ. quarto fallit.nu.196. & Maran. in ſuo ſpec. par.6. in 3. & vlt.par.in verbo. & demum fertur ſententia.ſub nu. 92. fol. 444. Iaſ. in l. more romano. ſub num. 12. verſ. ſexto limita. & Paul. de Caſtr. ſub n.7. verſ. in gloſ. ff. de fer.& in l.non minorem.num.3.C.de tranſact.

337 Contra iſtam limitationẽ ſentit Fely.in cap. conſuluit. ſub nu.6. verſ. quarto fallit. de offic.& poteſt.iud. del.dicens, quòd iſta conſuetudo non eſt rationabilis, quia eſt contra textum in d. cap. conſuluit: & quando conſuetudo non eſt rationabilis, non valet cap.fin. de conſuetud.

Retinendo limitationem, reſp. ad Fely. dupliciter: & primo quòd textus in d. c.conſuluit.non declarat, quòd

quòd processus non teneat, teste Glos. in eod. cap. in verbo tenebras. Secundo respondeo, quòd consuetudo introducta ex aliqua rationabili causa, dicitur rationabilis, & valet; quamuis sit contra ius canonicum, præsertim, quando versatur extra peccatum, vt declaraui supra cap. 1. nu. 131. & 133.

338 EXEMPLIFICA istam secundam limitationem in curijs Regum & in magnis dominis, vel prælatis, qui occupantur in pluribus, quia apud istos plus in iudicijs proceditur in tenebris, quàm in luce, & verificant illud Iob. xvij. *noctem verterunt in diem*. vt scribit Io. Andr. in addit. ad Spec. d. §. iuxta. sub num. 7. in verbo de nocte. in fine. quem refert, & sequitur, loquendo de sententia, Paul. de Castr. in d. l. more romano. sub nu. 7. ff. de fer.

339 RESTRINGE istam exemplificationem, vt non procedat, quando in citatione esset expressa certa hora, qua citatus deberet comparere, vel domini isti haberent de stylo certam horam ante tenebras noctis, quia isto casu non possent procedere de nocte, quamuis essent magni principes, domini, & occupati multis negotijs; imò nec possent procedere extra illam horam, quāuis procederēt de die: & ratio est, quia procedēdo deinde, dicerentur procedere sine citatione, & sine citatione processus non tenet etiam si esset processus factus coram principe iuxta ea, quæ retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 88. n. 2. & 18. procedit ergo exemplificatio, quando nec in citatione est expressa hora, neque habent certum stylum, idest certam horam sedendi; & pro hac restrictione adduco M. Ant. Blanc. tract. de compromis. quæst. 9. princip. de sententijs &c. q. 14. sub num. 47. ibi. contrarium. fol. 195. vbi ex Paul. de Castr. refert, & sequitur quòd sententia, lata de nocte à iudice ordiario, qui habet certum locum pro tribunali & certas horas, in quibus debet sedere, est nulla, quod extendit esse verum etiam si esset de die, dummodo esset lata extra solitam horam.

340 EXEMPLIFICA II. in Auditore Cameræ tempore brumæ; quia tunc temporis coram eo ob breuitatem diei, & multitudinem causarum leguntur citationes, seruantur termini, & fiunt decreta etiam de sero, & de tempore noctis.

341 EXEMPLIFICA III. in vicarijs, iudicibus pedaneis & damnorū datorum qui audiunt causas pastorum, & similium operariorum, qui die coguntur ligonizare vt quærant victum, & de sero redeunt, & comparent coram iudice pedaneo circiter mediam horam noctis, hæcquè consuetudo est rationabilis, quia est inducta, ne pauperes dum litigarent fame perirent.

342 LIMITA II. eandem declarationem, vt non procedat coram iudice delegato, qui non habet stylum circa horam seruandi terminos & procedendi; quia is posset deputare horā de nocte ad sui libitum vsque ad mediam noctem secundum Paul. de Castr. in l. non minorem. sub num. 3. C. de transact. quem refert, & sequitur M. Ant. Blanc. d. q. 14. sub num. 47. ibi. contrarium. num. 195. & hanc opinionem videtur sentire Glos. in cap. consuluit. in verbo. tenebras. de offic. & potest. iud. del. dicens, quòd ille textus non dicit, quòd si fuerit processum de nocte, non valeat, quia inquit Glos. multa fieri non debent, facta tamen valent.

343 Contra istam limitationem & Paul. de Castr. tenet Fely. in d cap. consuluit. sub num. 6. vers. quarto fallit.

344 Pro concordia distingue: si delegatus habet legitimum impedimentum, seu iustam causam; teneo limitationem: si non habet legitimam, & vrgentem causam; teneo contrarium cum Fely. quia temerarius videtur iudex, qui recedit ab eo, quod sacri canones iudicant congruum, & seruandum: & recedendo sine causa, teneo, quòd processus non valeret: & ita intelligo & concordo opiniones recitatas à dicta Glos. Hic in Vrbe delegati reddūt ius hora solita causarum, quæ cognoscuntur ab ordinarijs.

Sed an stetur assertioni iudicis, dicentis se esse impeditum de die, vel habere aliam legitimam causam, hic non definio.

LIMITA III. loquēdo etiā de sententia, vt nō procedat in sñtia arbitratoris, seu arbitri assumpti de iure & de facto, quia potest eam ferre de nocte vt refert, & sequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromis. q. 9. princip. q. 14. num. 49. vers. secundo fallit. fol. 196.

EXTENDE istam limitationem vt sit vera in sententia arbitri compromissarij, idest voluntarij, quia valet etiam si feratur de nocte, vt distinguendo scribit Blanc. d. q. 14. sub num. 47. vers. quantum vero. fol. 195.

RESTRINGE istam limitationem, eiusque extensionem vt non sint veræ in arbitro necessario, idest electo ex forma statuti, quia eius sententia lata de nocte non valeret, ex quo is arbiter assimilatur iudici ordinario, vt distinguendo firmat Blanc. sub d. nu. 47. vers. quantum verò fol. 195.

LIMITA IIII. quando expiraret iurisdictio Blanc. d. q. 14. num. 48. vers. limita tamen. fol. 196.

LIMITA V. in sententia interlocutoria Blanc. d. q. 14. nu. 52.

LIMITA VI. quando ferretur de nocte de consensu partium Blanc. ead. q. 14. n. 50.

345 DECLARA II. restringendo eandem regulam, vt non habeat locum in lege, seu statuto, aut alia dispositione augente pœnam pro delicto, cōmisso de nocte; quia isto casu certum est, quòd dies non intelligitur naturaliter, sed artificialiter. & ratio est, quia nox distinguitur die artificiali.

346 DECLARA III. restringendo, vt non habeat locum in dispositione loquente de die, ad differentiam noctis, quia quotiescunquè dispositio facit differentiā inter diem, & noctem, necesse est, quòd intelligatur dies artificialis.

Delictum commissum in aurora, vel in crepusculo an iudicetur commissum de die vel de nocte.

347 Retenta præcedenti secunda declaratione.

Dubium oritur; an delictum commissum in aurora ante ortum solis, vel in crepusculo post occasum solis, sicquè dum sol non est super terra, dicatur commissum de die, vel de nocte.

Resp. quòd in isto dubio concurrunt quatuor opiniones.

PRIMA opinio erit, quòd intelligitur commissum de nocte; quia dies artificialis, propriè loquendo, incipit ab ortu solis vsquè ad occasum, vt ex pluribus retuli & sequutus sum supra num. 308. & hanc opinionem tenuerunt Bar. in l. aut facta. §. tempus ff. de pœn. loquens de delicto in aurora, & Paul. de Castr. in l. more romano. sub num. 3. vers. in glos. ff. de fer. dicens quòd tàm aurora, quæ est ante ortum solis, quàm crepusculum, quod est post occasum solis, attribuitur nocti, hancquè opinionem cōmunem * esse scribit Alex. in d. l. more romano. num. 5.

348 SECVNDA opinio est, quòd censeatur commissum de die, & hanc opinionem tenuerunt Bal. in l. titius. §. 1. ff. de lib. & posth. quem ibidem refert, & sequitur Paul. de Castr. num. 2. versus finem. Alber. de Ros. tract. de stat. par. 2. q. 19. deinde. num. 1. & seqq. fol. 42. loquens de ferita facta in sero. Bal. Perus. eod. tract. in verbo. cognoscere. num. 4. fol. 98. loquens de delicto commisso tempore indifferenti, quod vocatur interdiu.

Rationes istius opinionis secundum Alber. vbi supra sunt, quia interpretatione legum pœnæ sunt molliendæ: in dubijs humaniorem sententiam eligimus: promptiores esse debemus ad absoluendum, quàm ad condemnandum; aliud est sero quàm nox: quia si essent idem non nuncuparentur diuersis nominibus: & est recurrendum ad vulgi opinionem, secundum quam aliud est sero, quàm nox: in dubijs contra Fiscum.

349 TERTIA opinio est, quòd relinquatur arbitrio iudicis, qui considerabit an esset tanta claritas, quæ possit attribui diei, vel nocti; & hanc opinionem tenent Io. And. in cap. si perfodiens, sub num. 2. ibi. puto primo. & Abb. sub nu. 2. de homic. Affl. in constit. multæ leges. sub num. 14. lib. 1. Io. de Selu. tract. de benef. par. 3.

par.3, q.17.sub num.11. & 12.fol.80.Clar.lib.5.recept. sent.q.82.stat.9.vers.quæro quomodo.& alij,quos refert, & sequitur Claud. Bertaz.ad cons. crim. sui patris. cons. 13.. in litera. c. lib. 1. & hanc esse communem * opinionem Canonistarũ scribit Abb. vbi supra. & ex eo refert August. ad Ang. tract.de malef.in verbo de nocte, sub num. 2.& ex August refert Clar.vbi supra. & hanc opinionem sequuti sunt in iudicando tres Doctores in regia Camera Summariæ, vt testatur Affl.vbi supra,hæcquè opinio comprbatur ex textu in d.cap.si perfodiens.

350 Ratio huius communis oprinionis est: quia sicut hermaphroditus iudicatur in eo sexu, in quo magis incalescit, ita illa hora attribuetur diei, vel nocti, prout alteri eorum magis adhęrebit, vt cõsiderat Abb. vbi supra.

351 RETENTA ista tertia opinione; vt relinquatur arbitrio iudicis.

DECLARA eam,vt in dubio sit eligenda mitior pars secundum eosdem Io.And.Abb.Affl.& Clar.in locis supra proximè citatis.

352 QVARTA opino est; quòd aurora, & crepusculum sit quodam medium tempus inter diem, & noctem: nam non est propriè dies, quia non est sol super terram,qui verè distinguit noctem à die,vt superius dixi,
353 nequè est proprè nox; * quia nox nihil aliud est secundum philosophos, quam vmbra terræ,obiecta soli, vel est spatium tenebrarum iuxta id, quod habetur in principio testam. vet. *diuisit lucem à tenebris*, seu est priuatio lucis: sed,adueniente aurora, cessat illa vmbra, cessantq; pariter tenebræ iuxta illud poeticum. *humentẽq; aurora polo dimouerat vmbrã.* & illud aliud.*fulget, tenebris aurora fugatis.* hancq; mediam opinionem amplexa est Rota Mantuana; vt refert, Natt. cons. 469. extat decretum. in fine. dicens, quòd ille inquisitus de percussione no fuit punitus tauquàm si percusuisset de nocte, nequè tanquàm si percussisset de die, sed media quadam pœna inter vtramquè, hæcquè opinio non est aspernenda;quia in isto conflictu,& dubio,prudenter mediam viam eligimus.

354 Dubium istud cessat in delictis quæ committũt incolæ Thule, quę est insula, in qua; si credimus Plinio natur. histor. lib. 4 cap. 16. num. 10. solstitio, cancri signum sole transeunte,nullæ sunt noctes, nulliquè contra per brumam dies.

355 Cessat pariter, quando lege municipali est declaratum, quando incipiat nox, & quando incipiat dies; vt puta ad signum campanæ; sicut declarant Io. Andr. Abb Paul.de Castr.& Clar.in locis supra proximè citatis,& Tiraq.de vtroq.retract.§.1.glos. 11. num. 4. vers. hic tamen.fol.124.

Diei partes quæ sint.

356 Diei naturalis partes sunt istæ: prima dicitur mediæ noctis inclinatio, idest, quando incipit media nox, tunc est principium diei: secunda pars dicitur gallicinium, quando galli cantant: tertia dicitur conticinium, quando galli conticescunt, & homines incipiunt quiescere: quarta dicitur diluculum, quando incipit dies aliqualiter dignosci, & tunc dicitur cœlum albescere: quinta dicitur mane, quanpo dies iam est clara: sexta dicitur meridies: septima dicitur occiduum, quando sol vadit ad occasum: octaua dicitur suprema tempestas seu solis occasus: nona & vltima dicitur vespera à stella.vt ex Macrob. refert, & sequitur Ias.in l.more romano. num. 1. ff. de fer.

Vesperum, & crepusculum sunt partes noctis post occasum solis, & vicinæ diei: antelucculum, & diluculum sunt partes noctis vicinæ diei ante ortum solis Affl. d.consltit. multæ leges.sub nu.13.lib.1.

Mane, quando dicatur,quando meridies,& quando sero,vide quæ scribit Bertaz.in cons.crim.cons. 131. n. 1. lib. 1.

Continuantur declarationes ad regulam.

357 DECLARA IIII. restringendo eandem regulã positã supra sub n.318.vt non habeat locum in statuto, seu alia dispositióne aggrauante pænã delicti, cómissi in aliquo die,vt puta in die S. Laurentij;quia eiusmodi statutum seu dispositio intelligitur de die artificiali, & ideo si quis committeret delictum in nocte sequenti diem Sancti Laurentij non punietur pœna statuti: primo,quia,vt dixi,intelligitur de die artificiali, & non de die naturali:secundo, quia in vespere est finita festiuitas, & pœna fuit aucta propter festiuitatem; vt scribit Fed.de Sen. cons.44. factum tale est, quem referunt,& sequuntur Paul. de Castr. in l.more romano. num. 4.& Ias.num.6. ff.de fer.& ita tenent communiter * omnes.

358 EXTENDE istam declarationem, vt procedat etiam si delictum esset commissum in nocte præcedenti; quo casu magis vrget dubium, quia festiuitas incipit à vespere vsquè ad vesperas, vt dixi supra nu.30. vers. dies festiuus.& ratio huius extensionis est, quia in odiosis & penalibus intelligitur dies artificialis, & non naturalis Feder. de Sen. Paul. de Castr. & Ias. vbi supra.

DECLARA V. eandem regulam, in qua diximus diem incipere à media noctę, vt non procedat in casibus, in quibus dies currit de momento ad momentum, prout currit Commissarijs, qui mittuntur ad exigenda datia & vectigalia Cameræ apostolicæ iuxta ea quæ scripsi supra sub num. 314.

QVAESTIO XVII.

359 QVAERO quot dies habeat mensis emergens, vt puta die sexta februarij assignatur dilatio tibi vnius mensis ad probandum, vel ad soluendum, vel ad quid simile.

Resp. quòd attenditur numerus dierum illius mensis emergentis, in quo incipit dilatio, seu terminus: quare si tibi die sexta februarij assignata est dilatio vnius mensis, tu habebis xxviij. dies, & si erit bisextus, habebis xxix.& ideo mensis semper finiet eadem die mensis sequentis: quòd si mensis emergens, in quo tibi assignatur dilatio, habeat dies xxxj. tu habebis dilationem xxxj. dierum, & hæc est communis * opinio, quam refert, & sequitur Thom. de Marin. tract. de fæud. ex pact. & prouid. antiq. tit. 2. num. 57.fol.128.

360 LIMITA istam communem opionem vt non habeat locum in Vrbe propter statuta lib. 1. cap. vlt. quo est prouisum vt quilibet mensis intelligatur triginta dierum. scias obiter, quòd singuli menses fuerunt diuisi in dies à Numa Pamplio vt ex Macrob.refert,& sequitur Ayma.Diual. de histor.iur.ciuil.lib. 2.nu.33.fol. 6.& retuli infra infra cap.5.sub nu.1.

QVAESTIO XVIII.

361 QVAERO quando incipiat annus.

Resp. distinguendo plures species anni: Annus naturalis incipit à quolibet die secundum Arch.infra citatum, sed, attenta distinctione dierum, & mensium, nos dicimus, quòd deberet vocari annus emergens: Annus vsualis incipit à prima die ianuarij, qui dicitur ianuarius,quia est ianua anni cap. ieiunium,dist. 76. & iste apud latinos: Legitimus incipit ab aprile in alium aprilem secundum lunationes, & iste apud hebræos,&gręcos:Cerimonialis incipit de festo ad festum, & iste apud omnes gentes: Emergens ab ea die, in qua fit aliquod magnum, & dicitur emergens, quia aliquid noui emergit; vnde iudæi, & græci computant annum à prima olimpiade.Romani olim ab Vrbe condita, & nos christiani ab incarnatione Christi; Arch. in cap si propter. num. 3. de rescript. in 6. quem refert, & sequitur Thom. de Marin. tract. de fæud. ex pact. & prouid. antiq. tit.2. num. 56. fol. 128. adde quæ de anno inchoando ab incarnatione vel natiuitate Domini nostri Iesu Christi scripsi infra cap.11. nu.1200.& si quæ alia circa annum videnda occurrant vide Mandos.in annal.casib.

QVAE-

QVAESTIO XIX.

362 QVAERO, an vltima die termini,dati ad probandum,poſſit recipi probatio ſine citatione partis.

Reſp.quòd ſic Bal.in l.ſi quando.verſ.iuxta hoc quæro. ſub num.4. C. de teſtib.Paul. de Caſtr. in l. 13. qui ante calendas.num.4. Iaſ.num. 8. verſus finem. ff. de verb.oblig. Affl.deciſ. 47.fuerunt latæ.ſub num.5.verſ. quoad ſecundum.Alber. de Malet. tract. de teſtib. cap. 7. num.33.fol. 174.Campeg. eod.tract. reg.164.fallen. 12.fol. 99. Fely. in cap. in nomine. num.29. verſ. fallit ſecundo.de teſtib. Maran.in ſuo ſpec. par. 6. memb. 1. ſub nu.18.Aſin.in prax.§.7.cap.5.limit.21.fol. 72. & limit.50.nu.4.fol.77.Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib. 6.cap.2.ſub.nu.30.verſ.vndecimo.& Maſcar.tract.de probat.concl.682.limit.16.nu.38.lib.2. & hæc eſt concluſio communis,* & ſine contradictione.

363 EXTENDE iſtam communem concluſionem, vt poſſit recipi in quacunquè hora vltimi diei; quia non eſt expectanda vltima extremitas illius diei Bal.in d.l. ſi quando.nu.4.in fine,quem refert, & ſequitur Alber. de Malett.vbi ſupra.

364 Cautela,vt probatio poſſit recipi ſine citatione partis non ſolum vltima die termini, dati ad probandum; ſed quandocunque intra dilationem,eſt vt volens probare faciat moneri partem,vt aſſiſtat ſingulis diebus & horis,vt aduertit Bal.in d.l. ſi qn.verſ.iuxta hoc quæro. n.4.in fine.C.de teſtib.quem referunt,& ſequuntur Fely.d.cap.in nomine.verſ.fallit tertio.num. 30. de tiſtib. Alber. de Malet.d.cap.7.ſub num.33.fol.174.& Caputaqu.deciſ.108.num.2.par.1.& ex Alber. de Malet.refert, & ſequitur Campeg.tract.de teſtib. reg.164. fall. 5.fol.99.quos omnes citaui etiam infra cap.8.num.128. verſ. cautela. & quòd ita practicetur ſcribit Felyn. vbi ſupra.

365 RESTRINGE iſtam cautelam,vt non operetur niſi per duos dies;quia eiuſmodi citatio,vti nimis vaga debet reſtringi ad duos dies Rot.diuerſ.deciſ.311.num. nu 3.par.1.

366 EXTENDE iſtam reſtrictionem, vt habeat locum, etiam ſi pars, contra quam fiet probatio, habitaret de longinguo;quamuis Bal.& Alber.ſupra citati faciant vim in iſta habitatione de longinguo.

De dilationibus ad probandum in cauſis criminalibus, & hereticalibus.

SVMMARIVM.

Dilationes in cauſis criminalibus quomodo aſſignentur accuſatori num. 1. & 2. & quomodo reo carcerato num. 3.

Dilatio aſſignatur prius accuſatori, quàm reo nu.4.

Dilatio debet aſſignari accuſatori,alias non dicitur iudici liquere de cauſa nu.5.

Dilatio aſſignata accuſatori efficitur communis etiam reo, qui eadem propterea poterit vti num.6. & quid ſi fuerit aſsignata reo, iſquè poſtea illi renuntiet num. 7. & quòd non efficiatur communis reo, quando proceſſus fit ex officio ſine adhærentia inſtigatoris num. 8.

Dilationes in cauſis capitalibus aſsignantur duæ accuſatori, & tres reo num. 9. Extenditur hoc etiam in cauſis non capitalibus,& in cauſis damni dati nu.10.Contra extenſionem ſentiunt multi num.12. Retinetur extenſio,& declaratur,vt reo exiſtenti in carcere poſsint aſsignari plures dilationes quàm tres arbitrio iudicis, ſed accuſatori non concedatur tertia niſi præſtita fideiuſsione &c. num.13.Fallit,quando probatur impedimentum,quia tunc accuſatori conceditur tertia,& reo quarta num. 16.

Intellectus ad l.fin.ff.de fer.
Pars poteſt poni pro toto. } *num.11.*

Dilationes prædictæ in cauſis criminalibus aſsignantur, non adhibita alia cauſæ cognitione quàm diſtantia loci num. 14.

Dilatio ſecunda aut vlterior ſi conceditur à iure, conceditur etiam non probato impedimento in prima num. 15.

Defenſionem rei iudex tenetur inueſtigare ex officio & etiam poſt ſententiam ſub num. 16. Reprehenduntur propterea iudices, quærentes amputare defenſiones rei num. 17.

Dilatio in crimine adulterij non datur niſi vnica num. 18. Contrarium ſeruatur de conſuetudine, quia dantur plures num. 21. & 39. vbi ſoluuntur contraria.

Adulterium eſt delictum immane, & graue, quia continet in ſe plura genera delictorum nu.19. & producit innumera mala & quomodo fuerit punitum in alio ſæculo.ſub num.20.

Adulterium facit ſuccedere filios putatiuos, qui non debent ſuccedere nu. 19. in fine.

Adultera ſeu
Impudica } *mulier præſumitur venefica nu. 20.*

Adultera quadã nobilis & adulter quæ pæna fuerint puniti in alio ſæculo.remiſsiuè nu.20.in fine.

Dilatio deliberatoria non datur in cauſis criminalibus nu.22.ideoque non datur mulieri accuſatæ de adulterio. ſub nu. 39.Contrarium, quòd detur in criminalibus num. 23. & ſeqq. Retinetur primum num. 29. Ampliatur quando proceditur ex officio ſine querela partis nu.30.Limitatur quando reus conuenitur ex facto alieno nu. 31.Limitatur de conſuetudine quorundã locorum nu.32.Limitatur quando proceditur ciuiliter ſuper crimine nu.33.

Dilatio xx.dierum,quæ conceditur reo,cui offertur libellus,conceditur etiam ad alios effectus,quàm ad deliberandum & conteſtandam litem nu. 24. & 25.

Actor oblaturus libellum debet promittere ſe conteſtaturum litem infra duos menſes nu.25.

Dilatio tertia non datur inquiſito de hæreſi nu.34. Contrarium nu.36. & ſeqq.

Inſtantia in cauſis ſummarijs non debet aſcendere ad tres menſes nu.35.

Dilationes plures concedi debent in cauſis criminalibus quàm in ciuilibus nu.37.

Dilatio ad ſe defendendum debet offerri,& aſsignari conuicto & confeſſo de hæreſi.ſub num.37.

Intellectus ad l. in crimine.ff.ad l.iul.de adult.nu.39.

Dilatio in quæſtione filiationis cõceditur filio impuberi vſque ad pubertatem, ſed non conceditur matri accuſatæ de adulterio ſub nu.39.

Dilatio ad probandum debet concedi longior in criminalibus, licet inſtantia ſit breuior in criminalibus nu 40.

Clem.ſæpe.de verb.ſignif.mãdans in cauſis ſummarijs abbreuiari dilationes non habet locum in cauſis criminalibus ſummarijs num. 41.

CAPVT. IIII.

1 STYLVS aſſignãdi dilationes in cauſis criminalibus ſecundũ praxim, quam ſcribit Clar. lib. 5. recept. ſent. q.48. in principio,eſt iſte. Perfecto proceſſu informatiuo ex parte iudicis,reoq; examinato, factiſq; debitis repetitionibus, & confrontationibus teſtium, ſolet pars offenſa citari ad ſubminiſtrandum, ſi quid habet contra ipſum reum, præſertim vbi adeſt querela, & etiam eodem contextu citatur ad videndum fieri publicationem proceſſus.

2 Retenta iſta praxi, ſi accuſator comparet in termino dictæ citationis, & petit ſibi ſtatui dilationem ad probandum, iudex tenetur ei aſſignare dilationem, & ſuperſedere à publicatione proceſſus, & ita vbiquè indiſtinctè ſeruatur, vt ſcribit Clar.d. q. 48. verſ. ſed pone. & ſi petierit ſecundam dilationem, tenetur ſimiliter concedere, vt dixi infra nu.9.

3 Expletis dilationibus accuſatoris,publicatur proceſſus;de qua publicatione dicam fauẽte Deo lib.ſeq,eodemq; contextu decernitur reo copia proceſſus,vt dixi lib.præced.c.100.ſub n.11.verſ.ſi vero teſtes.iſque,ſi eſt carceratus, ponitur ad largam,& aſſignatur eidem terminus

minus,ſeu dilatio ad ſe defendendum, eiquè,expleta prima dilatione, conceditur ſecunda, & tertia dilatio, ſi eas petierit,vt dixi infra nu.6. & nu.13.in fine.

DIFFICVLTAS. I.

4 Circa iſtas dilationes aſſignandas occurrunt plures difficultates.

Prima difficultas eſt, cui prius aſſignetur dilatio accuſatori,an reo.

Reſp. aſſignandam eſſe prius accuſatori, & denuntiatori ad probandum de iure ſuo, & poſtea, finita illa dilatione, debet aſſignari accuſato ad defenſam ſuam, vt ſcribit Vital. tract. de maleſ. rub. de probatione & quot ſunt genera probationum. num. 19. fol. mihi 405.dicens hoc non obſeruari ab ignaris iudicibus, & aſſeſſoribus, qui vtriquè parti terminum aſſignant ad probandum, & quandoquè prius accuſato, quàm accuſatori, quod non eſt de ordine iuris; & iſta eſt concluſio certa & communis; * quòd prius aſſignatur accuſatori; quia certa & communis * eſt etiam in ciuilibus, quòd prius aſſignatur actori, vt dixi cap.præced.num. 204.& in hoc non reperitur differentia inter cauſas ciuiles,& cauſas criminales,& concordat cum praxi, quam ex Clar. retuli ſupra nu. 2. & faciunt quæ ſcribit Cic.in 1. oratione pro P.Quintio fol.mihi.11.

5 EXTENDE iſtam concluſionem, vt in tantum ſit vera, quòd ſi iudex omiſerit dare dilationes accuſatori,non dicetur ſibi liquere de cauſa ſecundum Perus. in cap.dilecto. de appell. quem refert,& ſequitur Boſſ. tract.crim. tit.de ſenten.nu.73.&74.& faciunt quæ dixi cap.præced. nu.65.&.66.

6 DECLARA eandem concluſionem, vt licet dilatio ſit aſſignanda prius accuſatori, vt dixi, tamen erit communis etiã reo, ſi ea vti voluerit; & moueor quia dilatio aſſignata vni efficitur communis etiam alteri, vt ſcribunt Iaſ.in l. fin.num. 33. ff. de fer.& Clar. d. q. 48. in fine. & ſentit Paul. de Caſtr. in d. l. fin. num. 8. verſ. in tex. dicens, quòd ſi reo fuiſſet data tertia dilatio, accuſator poſſet illa vti, & intra eam facere probationes: & hanc eſſe communem * opin.contra Signorol.conſ.160. ſcribit Clar. d. q.48, in fine, hæcquè declaratio ſatis probatur ex his; quę dixi cap.præced. num.209.& 210.

7 An reus, cui eſſet aſſignata tertia dilatio, poſſet illi renuntiare in præiudiciũ accuſatoris,qui propter iſtam renuntiationem dilatione vti non poſſit Paul. de Caſtr. in d. l. fin. num.8. non reſoluit, remittens ſe ad notata per Doctores in l. petendæ. C. de temp. in integr. reſtit.ſed tu vide quæ ſcripſimus nos,loquendo in in cauſis ciuilibus cap. præced. num. 217. verſ. extende. 2.

8 SVBDECLARA prefatam declarationem, vt procedat in terminis, in quibus loquitur, videlicet in proceſſu, qui fieret, inſtigante accuſatore; ſecus in proceſſu, qui fieret ex offitio, quia in eo nunquàm vidi in praxi admitti reum ad probandum,donec eſt in probãdo Fiſcus;qui probat ſine aſſignatione dilationis & cum credit,ſe probaſſe,quod poteſt probare;admittitur reus ad probandum;aſſignando ei terminum,vt dixi ſupra num.4.& infra.q. ſeq. in fine.

DIFFICVLTAS II.

9 Dubitatur:quot dilationes ſint aſſignandæ accuſatori & quot reo accuſato.

Reſp.quòd in cauſis capitalibus aſſignantur duæ dilationes accuſatori,& tres reo,vt dicit textus in l.fin.ff. de fer.& in hoc nulla eſt controuerſia.

10 EXTENDE illam l.fin.loquentem in cauſis capitalibus,vt habeat locum etiam in alijs cauſis criminalibus non capitalibus quibuſcunquè etiam pecuniarijs, deſcendentibus tamen ex crimine, & criminaliter intentatis ſecundũ Glo.magnam in d.l.fin.dum loquitur de cauſa ciuili,& de cauſa criminali;&, quòd ita ſentiat Gloſ. notant ibidem Bar. num. 11. Paul. de Caſtr.ſub num. 3. Alex.num. 22 & Iaſ. num. 50. Clar. lib. 5. recept. ſent. q 48.verſ.quæro quot dilationes & eſt opinio cõis,* vt poſt Clar.teſtatur etiam Farinac.in qq. crim. lib.2. q.39. ampl. 3. num. 5. & hanc opin. tenuit Azo in ſumm.de dilat.num.3. & 4. cum loquatur ſimpliciter in cauſis criminalibus, ſicut loquitur Gloſ. ſupra citata, ſicquè eum aperte citat Cyn. in l. 1.num. 9. verſ. vnum reſtat. C. de dilat. & iſta extenſio ſeruatur in practica, & de conſuetudine, vt ſcribunt ijdem Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. Clar. & Farin. in locis ſupra proximè citatis. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu. 3.num.2. in fin. & Lanfr. de Ariad. tract.de dilat.num. 3. fol.102. dicens, quòd propterea in cauſis damnorum datorum dantur accuſatori duæ dilationes,& tres accuſato,ſubdens ſe ſic de facto feciſſe obſeruari.

11 Retinendo iſtam extenſionem.

Reſp.ad dictam l.fin. loquẽtem in cauſis capitalibus, quòd ibi ponitur pars pro toto: nec eſt nouum, quòd in iure poſſit poni pars pro toto; maximè pars nobilior, teſtibus Bar. in l.32.vxori.num. 1. ff. de leg. 3. & Iaſ. in l. pater tuus. num. 5. C. de hæred. inſtit. eſt enim figura ſynecdoche, qua ſcriptores omnes gratia ornatus loquutionis vti poſſunt iuxta ea, quæ in genere de verborum figuris, & pręſertim de metaphora ſcripſit Io. Corras. de iur. ciuil.in art. redigen. par. 4.cap.2.fol.75.

12 Contra iſtam extenſionem ſentit Gul. de Cun. cui tàm Bar. in d.l.fin.num. 11. quàm alij multi videntur adhærere, intelligentes illam l. vt procedat ſolum in cauſis capitalibus, in quibus loquitur,alijsquè habentibus coerctionem corporis, ideſt pœnam corporalem, ſicut referunt Paul. de Caſtr. ibidem ſub num. 3. Alex. ſub d. num. 22. & Iaſ. ſub num. 50. vbi teſtatur, hunc intellectum eſſe de iure veriorem ſecundum omnes, * & idem quodamodo videtur teſtari Bar. d. num. 11. &, quòd iſta opinio ſit verior de iure, ſcribit Lanfr. d. tract.de dilat. num. 3, fol. 102. hancquè opin.tenuit Iac.de Aren.& ſalua pace Azonis ſequitur & veriorem exiſtimat Cyn.in d. l. 1.num. 9. in fine. C. de dilat.

Confirmatur iſta opinio contra extenſionem: quia cauſa, in qua non agitur de pœna corporis afflictiua, ſed de pœna pecuniaria, dicitur cauſa ciuilis, quamuis deſcendat ex delicto, vt retuli & ſequutus ſum lib. præced.cap. 6. num.2. ergo in iſtis ſunt aſſignandæ dilationes, quæ aſſignantur in cauſis pecuniarijs ciuilibus.

13 RETENTA extenſione,quæ ſeruatur in praxi.

DECLARA eam, vt reo, præſertim exiſtenti in carcere, poſſint aſſignari non ſolum tres dilationes,vt dixi, ſed plures arbitrio iudicis; quia iſto caſu materia dilationum eſt arbitraria: ſed accuſatori non defacili conceduntur plures, quàm duæ iuxta dictam l. fin. ff. de fer. præſertim reo exiſtente in carcere, quo caſu accuſatori non cõceditur tertia dilatio,niſi prius præſtet fideiuſſionem de omnibus expenſis verſus partem caſu, quo non probet, teſte Clar.qui totam hanc declarationem ſcripſit lib. 5. recept. ſent. q. 48. verſ. quæro quot. & ego ſine vlla diſcordantia ſequor, quia eſt in omnibus multum æqua.&, quòd reo exiſtenti in carcere ſint aſſignandæ plures dilationes, quàm conceſſæ à iure, exquo ceſſat in eo ſuſpitio calumniæ, ſicquè poſſint aſſignari quatuor dilationes,ſequitur Farinac.in qq.crim.lib.2.q. 39.ſub num. 5.& 6. ſed vltra quartam non concederem, quando ageretur de executione pœnæ corporalis, quia poſſet præſumi, peti tot dilationes ad retardandam executionem,cum miſeri rei ſemper ſperent; quòd ſi iſta pręſumptio ceſſet, quia verè conſtet de aliquo impedimento, eſſet adhuc concedenda alia dilatio.

EXTENDE iſtam declarationem de concedendis reo pluribus dilationibus, vt procedat etiam in dilationibus ante torturam, ſicut videtur loquutus Farin. in d. q. 39.ſub num. 4. & 5. ideoque in cauſa, in qua poſſet inferri tortura ad eruendam veritatem,aſſignarentur ei ſex dilationes.

RESTRINGE eandem declarationem, & extenſionem ipſius, vt ſint veræ, quando dilationes petuntur, ſed ſi non petantur, tunc in praxi aſſignatur vnus terminus ante torturam,& alius ante condemnationem ad faciendas defenſiones.

DIFFICVLTAS III.

14 AN prædictæ dilationes aſſignentur ſine cognitione cauſæ.

Reſp. quòd in earum aſſignatione non requiritur cognitio cauſæ, niſi circa diſtantiam loci: quia dilatio debet aſſignari ſecundum diſtantiam loci, ſed non requiritur cognitio circa impedimentum, ſi petatur ſecunda dilatio ab accuſatore, vel tertia à reo; & in hoc conſiſtit ſpecialitas dilationum in cauſis criminalibus; quia ſecunda, & tertia dilatio conceduntur abſquè eo, quòd probetur impedimentum in prima dilatione Gloſ. ſecundum Bar. in d. l. fin. ſub num. 11. ibi. ſed vult. ff. de fer. Paul. de Caſtr. ſub nu. 11. dicens, quòd iſte eſt bonus intellectus; licet in libro meo corrupte legatur, & Iaſ. ſub nu. 50.

15 Comprobatur: quia iſte numerus dilationum conceditur à iure; & quando conceditur à iure non eſt neceſſarium quòd in prima fuerit impedimentum, vt concedatur alia iuxta ea, quæ; loquendo de pluribus dilationibus conceſſis à ſtatuto, ſcripſi cap. præced. nu. 99. limit. 8.

Non obſtat, quòd Petr. de Bellaper. in l. d. fin. in pecuniarijs. verſ. opponitur quarto. num. 9. & Cyn. in l. 1. num. 8. verſ. modo veniamus. C. de dilat. dixerint, quòd iſtæ dilationes ad probandum dantur cum cauſæ cognitione.

Quia reſp. quòd ſunt intelligendi, vt loquantur, prout aperte loquitur Cyn. de alia leui cauſæ cognitione cauſarum ciuilium, de quibus dixi cap. præced. num. 109. in qua prima dilatione non poteſt adhiberi cognitio circa impedimentum, vel non impedimentum.

DIFFICVLTAS IIII.

16 AN accuſatori, probanti impedimentum circa ſecundam dilationem, concedatur tertia, & reo, probanti impedimentum circa tertiam, concedatur quarta.

Reſp. quòd ſic; ſicut ſentit etiam Bar. in l. fin. ſub nu. 11. ff. de fer. dices, ſe non credere, eſſe verum intellectum Gloſſæ in ead l. fin. ſentientis, quòd, elapſis duabus, ſeu tribus dilationibus, vlterior non concedatur dilatio, etiam ſi doceatur de impedimento; ſubdens Bar. quòd ipſe putaret, dandas eſſe dilationes vlteriores ex cauſa; & poſtea ſubdit, quòd Gloſ. non habuit hunc intellectum. & cum Bar ſentiunt etiam Paul. de Caſtr. ibidem ſub num. 11. & Iaſ. ſub num. 50. qui dicunt, quòd relatus intellectus Gloſſæ non eſt bonus, nec verus, & præſertim in dilationibus concedendis reo; pro quo, etiam ſi appareret conuictus, & dilationem non peteret, ſcribunt quòd iudex ex offitio deberet quærere defenſiones etiam poſt ſententiam Bar. & Paul. de Caſtr. vterquè ſub d. num. 11. & alij, quos citat, & ſequitur Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 3. num. 3. dicens, in fine, quòd non peccat iudex, qui quandocunquè ante ſententiam concederet reo in criminalibus dilationem ad ſe defendendum; imò ſecundum Bal. Peruſ. tract. de ſtatut. in verbo. terminus. num. 8. fol. 150. & alios communiter iudex debet concedere terminum reo confeſſo, etiam ſi illum non petat; quia quando peteret, & non concederetur, iudex erraret, & non poſſet ſubſtineri, quod faceret.

17 Sed quidam canes, ſeu lupi potius, quàm iudices nominandi, quærunt amputare reo defenſiones, & contriſtantur ſi veniat dimittendus, quaſi eorum officium conſiſtat in ſola præda, neſcientes miſeri, quòd; dum primum aut ſecundum ſanguinem ſitiunt, & prædam anhelant; fiunt ipſi ſanguis & præda Diaboli, & dum alijs defenſiones in hoc ſæculo negant, ſe in alio condemnant: ſinite ergo ambire munus iudicandi, ne iudicemini.

DIFFICVLTAS V.

18 VTRVM in crimine adulterij ſint aſsignandæ dilationes, ſicut aſſignari debent in alijs criminibus.

Reſp. quòd de iure videtur dicendum, in hoc crimine aut nullam prorſus, aut vnicam tantum eſſe aſſignandam dilationem, Gloſ. in l. in crimine. ff. ad l. iul. de adult. & in l. fin. ff. de fer. & ibidem Iaſ. num. 51. & & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 48. verſ. ſed nunquid. & alij communiter * in diuerſis locis propter dictam l. in crimine. quæ ait non eſſe dandam dilationem, niſi vt perſonæ exhibeantur, & aliam non eſſe concedendam niſi cauſa cognita.

19 Ratio ſecundum omnes eſt propter immanitatem tanti ſceleris: nam adulterium eſt grauius cæteris criminibus, quia continet fornicationem ratione illegitimi coitus, adulterium propter matrimonium, ſacrilegium ratione ſacramenti, periurium, violationem fidei, & tranſgreſſionem voti promiſſi ratione iuramenti & promiſsionis, præſtiti, & factæ in faciem ecclefiæ: continet etiam raptum: quia adulteri ſeducunt rationem, & continet multa alia delicta, vt ſcribit Io. Randel. tract. de diſpenſat. verſ. in his omnibus caſibus. num. 1. fol. 172. continet etiam furtum, vt ſcribit Foller. tract. de cenſib. num. 171. fol. 134. & propter illud quandoquè veri filij, & hæredes non ſuccedunt, adulteriniquè admittuntur ad ſucceſsionem non veri patris ſed putatiui; vt recenſet M. Rauau. in ſpec. 20 iudic. num. 61. fol. 86. ✝ adeoquè eſt magnum ſcelus vt maiores noſtri mulierem, quam impudicam iudicauerant, veneficij quoque damnatã exiſtimarent; quia neceſſe eſt, eam, quæ ſuum corpus addixit turpiſsimæ cupiditati, timere permultos; virum ſcilicet, & parentes, ad quos videt ſui dedecoris infamiam pertinere; vnde eos, quos tantopere timet, neceſſe eſt, vt quoquomodo poſsit veneficio petat: nam quam nulla potuit honeſti ratio retinere, quam magnitudo peccati facit timidam & interperantia audacem, neceſſe eſt, vt natura faciat eandem inconſideratam, vt aduertit Cic. reth. nou. lib. 4. quem refert etiam Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 9. cap. 10. nnm. 4. citans illud Auſonij ad oſtendendam coniecturam veneficij.

toxica Zelotipio dedit vxor moecha marito.

denique ex tanto ſcelere innumera proueniunt mala, de quibus latè Foller. d. tract. de cenſib. num. 170. & ſeqq. & nulla eſt excuſatione dignum, teſte eodem. & de grauibus pænis illius latè ſcribunt idem Foller. vbi ſupra & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. caſ. 419. & de pæna, qua miles, & nobilis quædam mulier adulteri fuerint puniti in alio ſæculo, legite chronicam Antoninam par. 3. tit. 18. §. 3. & Petr. Lenauder. qui eam refert, tract. de priuil. doctor. par. 4. q. 49. num. 81. fol. 14.

21 Contra iſtam firmatam communem opinionem tenent Petr. de Bellapert. & Cyn. quos citaui & ſequutus ſum infra ſub nu. 39. & hæc opinio ſeruatur de conſuetudine; quia etiam in crimine adulterij dantur dilationes ad probandum, ſicut in alijs criminibus, vt ſcribit Bal. in dicta l. fin. verſ. ſed contra. ſub num. 14. ff. de fer. quem refert, & ſequitur Clar. d. q. 48. verſ. ſed nunquid.

Tenendo iſtam contrariam opinionem, quæ ſeruatur de conſuetudine, ad l. in crimine. in qua fundatur opinio contraria, habes reſponſionem infra num. 39. verſ. ad primum.

DIFFICVLTAS VI.

22 NVNQVID accuſato detur dilatio deliberatoria, ſicut datur reo in ciuilibus poſt oblatum libellum.

Reſp. colligendo duas opiniones.

Prima erit opinio negatiua, quòd non ſit danda, ſed ſit ſtatim cogendus præciſe reſpondere, prout tenent Bal. in l. cum falſum. not. 2. ff. de acquir. hæred. vbi loquitur generaliter. & in l. fin. verſ. ſed contra. ff. de fer. vbi loquitur in crimine adulterij. Paul. de Caſtr. in auth. offeratur. num. 11. C. de litis conteſt. Ang. tract. de malef. in verbo. comparuerũt dicti inquiſiti, & confitentur totum. num. 6. & hanc eſſe communem * ſcribit Auguſt. ad Ang. vbi ſupra quam refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recep. ſent. q. 45. verſ. ſed hic quæro. referens & ſequens hanc ſeruari de conſuetudine.

23 Contrariam opinionem affirmatiuam, quòd dilatio ſit danda, tenent Gloſ. in auth. offeratur. in verbo. ad iudicium. C. de litis conteſt. Iod. in pract. crim. cap. 31. num.

posset gaudere ferijs num. 159. Idem dicimus de teste num.160. Limitatur 2. in causis summarijs num. 171. prout sunt causæ locationum num. 172. & locationes operum num. 173. item causæ beneficiales, matrimoniales, & vsuraria num. 86. & 174. Limitatur 3. in causis publicis, & Fiscalibus num. 175. Limitatur 4. in causis furnariorum num. 176. Limitatur 5. in Regno Neap. num. 177. Limitatur 6. de iure longobar. nu. 178. Limitatur 7. in causis executiuis nu. 87. & 179. Limitatur 8. sed cum distinctione in testibus nu. 180. Limitatur 9. in oblatione libelli num. 181. Limitatur 10. in causis criminalibus num. 182.

Dies dominicus dicebatur dies solis &c. & debet esse in præcipua veneratione nu. 17.

Dies, feriati in honorem Dei, non comprehenduntur in commissione, qua datur facultas procedendi etiam diebus feriatis num. 27.

Debitor, bannitus pro debito, potest capi die feriata in honorem Dei num. 29. & etiam durante tempore treguæ num. 31.

Fideiussio pro relaxatione carcerati potest stipulari etiã die feriata in honorem Dei. sub num. 33.

Debitor suspectus de fuga & carceratus, si relaxetur & timeatur de futura fuga, potest capi etiam die feriata in honorem Dei num. 34.

Necessitas excusat ab obseruatione festiuitatis nu. 36.

Contestatio litis ad interrumpendam præscriptionem potest fieri etiam die feriato in honorem Dei, si illa die perficeretur præscriptio num. 37.

Præscriptio interrumpitur sola citatione. sub nu. 37.

Sententia non potest ferri die feriata in honorem Dei, quando illa die expiraret sola iurisdictio nu. 38. 39. & 40. secus est in die feriata ad vtilitatem hominum num. 41. Item secus est quando vna cum iurisdictione expiraret instantia, quia posset ferri etiam die feriata in honorem Dei num. 42.

Appellatio, Recursus & Restitutio in integrum } lapsu temporis imminente, possunt interponi & peti etiam die feriata in honorem Dei, sub num. 42.

Causæ summariæ quæ sint num. 172. 173. & 174.

Causæ piæ quæ sint num. 44. 47. 57. 58. 66. 75.

Pauperum causa dicitur pia nu. 44.

Dotis causa dicitur pia num. 58.

Carcerati causa dicitur pia num. 66.

Scholaris causa dicitur pia num. 75.

Studij causa dicitur pia num. 57.

Alimentorum causa dicitur pia num. 47. sed si sit alimentorum de præterito minus est summaria de sui natura. sub num. 49. in fine.

Magistrorum discordia, quæ inter eos oritur eò, quòd voces confunduntur propter vicinitatem scholarum, determinari potest etiam tempore feriato in honorem Dei num. 53. Idem dicitur de discordia scholarium propter contiguitatem camerarum nu. 54. & quæ sit ratio num. 56. & 57. Idem dicimus de differentia inter doctorem seu scholarem, & fabrum propter rumorem, &c. nu. 55.

Pietas secundum communem vsum loquendi sumitur pro actibus misericordiæ nu. 67.

Ecclesia, & Carceratus } possunt vti, & non vti ferijs solemnibus in eorum causis nu. 70.

Latro insignis non gaudet ferijs solemnibus num. 71.

Iuramentum testis potest deferri etiam tempore feriato in honorem Dei, vrgente necessitate actus nu. 74.

Iuramentum, quod apponitur die feriata in honorem Dei super contractu, seu instrumento, est nullum, ideoque iurans potest contrauenire sine absolutione à iuramento: fallit tamen si esset appositum super actu pietatis, vel actu necessario, &c. sub nu. 108. vers. aduerte.

Libellus potest offerri tempore feriato in honorem Dei nu. 79. Contrarium num. 80. Declaratur vt possit offerri si ex eius oblatione nullus sequatur effectus, secus si sequatur nu. 82. Sequitur effectus ex libello super l. fin. C. qui admit. num. 83. Item quando petitur deserui tunc citationem super libello num. 84.

Primordia subsunt dispositioni primordiati nu. 81.

Possessio bonorum ex l. fin. C. qui admit. non potest peti tempore feriato in honorem Dei nu. 83.

Libellus potest offerri tempore feriato ad vtilitatem hominum num. 85.

Causæ beneficiales, Matrimoniales, Vsurariæ & Executiuæ } possunt cognosci tempore feriato ad vtilitatem hominum, sed non tempore feriato ad honorem Dei n. 86. Idem dicitur de executiuis nu. 87.

Executio sententiæ & rei iudicatæ quomodo possit fieri tempore feriato ad vtilitatem hominum num. 88. 89. & 90.

Executio sententiæ non potest fieri tempore feriato in honorem Dei nu. 91. idquè in die dominico est verum indistinctè num. 92. sed in alijs diebus potest fieri pignoratio sola num. 93. incantationes verò & subhastationes non possunt fieri num. 94. Concluditur, reiecta distinctione inter diem dominicum & alios, quòd executio non potest fieri tempore feriato in honorem Dei, num. 95.

Pontifex Summus dicitur sanctus nu. 137.

Feriæ repentinæ & Feriæ in honorem Dei } æquiparantur num. 141.

Renuntiatio specifica feriarum inductarum ad vtilitatem hominum operatur vt ijs ferijs, quibus renuntiatum est, possit procedi sub nu. 160 & 161.

Renuntiatio simplex feriarum quando extendatur ad ferias præsentes, & futuras num. 162. & quando extendatur solum ad præsentes nu. 163.

Renuntiatio est strictissimæ naturæ, ideoquè in ea non veniunt nisi expressa.
Renuntiatio dubia declaratur in eam partem, quæ renuntianti magis prodest, & minus nocet.
Renuntians instrumento debiti non censetur renuntiare debito in eo contento.
Renuntiatum vt quid non dicatur qualibet leuissima causa sufficit.
Renuntiatio simplex sine pacto non extenditur ad futura.
} sub num. 163.

Renuntiare ferijs non dicitur is, qui citatus comparet, easquè allegat num. 164. vers. primus | Idem est si citatus non compareret, nec eas allegaret num. 165. Secus est si comparet, respondet, & eas non allegat num. 166. & sufficit quòd compareat in aliquo actu num. 167. fallit quando in alijs actibus allegat ferias, quia tunc vlterius procedi non potest num. 168.

Procurator an possit renuntiare ferijs, remissiuè num. 169.

Renuntiatio feriarum facta à principali an noceat fideiussori. remissiuè num. 170.

Locationis causa dicitur summaria num. 172.

Salarij causa dicitur summaria num. 173.

Salarij & Mercedis } retentio quantum sit prohibita num. 63.

Peccatum incurritur quandoque etiam si actus remaneat validus num. 109.

Mercatus non potest fieri tempore feriato in honorem Dei num. 112.

Pauperes si pro suis necessitatibus se immisceant operibus seruilibus tempore feriato in honorem Dei non peccant num. 117.

Scholares possunt studere diebus festiuis sine peccato, num. 121.

Doctores quando possint consulere diebus festiuis nu. 122. & seqq.

Actus, facti tempore feriato in honorem Dei, sunt nulli num. 126. & similiter si sint facti tempore feriato in vtilitatem hominum num. 164. vers. primus & nu. 165.

Festa non obseruans qua pœna puniatur, & quomodo sint puniendi executores, qui executantur die festiuo in honorem Dei num. 127.

Dies feriati, quibus non redditur ius in curia capitolina, qui sint, & qui sint dies feriati secundum constitutiones Marchiæ, & qui secundum constitutiones Regni Neap. num. 129.

Statutum generale, quòd possit procedi diebus feriatis in honorem Dei non est validum, secus si sit limitatum ad aliquas causas &c. nu. 130.

Feriæ messium quando incipiant & finiant num. 183. & quando in foro capitolino num. 184. & quid si messes propter euentualem aeris mutationem accelerentur vel dilatentur num. 187.

Feriæ vindemiarum quando incipiant, & quando finiãt nu. 183. & quando in foro capitolino nu. 184. & quid si vna citius, aut tardius fiãt matura propter pluuias, vel magnos calores num. 187.

Feriæ rotales durant ferè per tres menses æstiuos, & quomodo indicantur num. 185.

Signatura gratiæ coram Sanctiss. solet fieri semel in hebdomada, sed durantibus ferijs æstiuis fit bis in mense num. 186.

Signatura iustitiæ fit semel in hebdomada, sed durantibus ferijs æstiuis fit semel in mense nu. 186.

Feriæ Rei, & non actoris attenduntur nu. 188. immò attenduntur feriæ fori, vbi lis agitur nu. 189. sed ante motam litem, sicque in prima citatione attenduntur feriæ Rei num. 190.

Testes coguntur venire ad se examinandum tempore feriato ad vtilitatem hominum, si in causa potest procedi, etiam altera parte inuita nu. 191. secus si in causa potest procedi, solum partibus consentientibus nu. 192. & testes sint rurales, alias possent adhuc cogi nu. 193.

Dies iuridici qui sint de iure communi nu. 194. qui secundum constitutiones Regni Neap. num. 195. qui secundum constitutiones Marchiæ num. 196. & qui in Rota num. 197.

CAPVT. V.

1 FERIAE, vt quibusdam placuit, dicuntur à verbo, quod propriè ignauiam, & desidiam significat, quia tẽpore in honorem Dei dicato desistere debemus à iudicij exercitio, & ab operibus seruilibus, vt dicam inferius, & tempore feriato ad vtilitatẽ hominum debemus desistere ab exercitio iudicij, seu dicuntur à feriẽdis victimis, vt placet Ambros. Calep. Festo lib. 6. & Fossan. qui eum refert & sequitur decis. 39. ferijs. num. 11. vel vt scribunt Abb. in rub. versus finem de fer. & Mandos. de commiss. commis. 13. ferijs non obstantibus. in verbo. ferias. fol. 74. & communiter omnes in diuersis locis, dicuntur feriæ à ferendis victimis & holocaustis, quæ ferebantur, & offerebantur quibusdam solemnibus diebus: nam antiquitus, vt recenset Aym. Riual. de histor. iur. ciuil. lib. 2. nu. 33. fol. 6. postquàm Numa Pompilius diuisit annum in menses, & menses in dies, & rursus dierum quosdam fecit festos, quosdam intercisos, & reliquos profestos; diebus festiuis, qui Dijs dedicati erant, ferebantur epulæ, offerebantur victimæ, & sacrificia, & agebantur Ludi,
2 & ideo illi dies dicebãtur feriæ: † quare sicut gentiles vocabant ferias illos dies, quibus prędicta superstitiosè, & per idolatriam agebant, sic nos Christiani ferias vocamus dies, quibus per latriam & duliam Deo, & Sãctis offerimus sacrificia, & orationes. & sicut illi offerebant epulas, & faciebant ludos, sic hodie in nonnullis locis, adueniente aliqua solemni festiuitate alicuius Sãcti, fiunt quædam publica conuiuia, adhibitis sonu, & cantu, nonnulla offeruntur munera in Ecclesijs, & athletico certamine, & cursu fiunt ludi ad gaudium, & honorem illius Sancti, sed ritus iste vsque ad quem modum possit tolerari habes in sacrosancto Cõcil. Trid. sess. 25. de inuocatione, &c. vers. illud vero; †
3 & de istis conuiuijs & commessationibus abrogandis habes in cap. commessationes. distin. 44. † hinc forsan
4 habes etiam rationem, quare Sancta mater Ecclesia quemlibet diem vocet feriam, vt puta diem lunæ feriã secũdam; diem martis feriam tertiam, & sic deinceps: videlicet; quia quolibet die continuè offert & fundit præces Deo; quãmuis aliter sentiat Abb. in dicta rub. de fer. dicens, quòd S. Mater Ecclesia dies vocat ferias à fando, quia Deus in creatione mundi quolibet die loquebatur; dicendo: fiat lux: fiat firmamentum; Et hæc dicta sint pro cognitione nominis & intelligentia ethimologiæ: si quid aliud diligentius videre desideras adito præfatos, quos citauimus.

5 FERIARVM genera apud antiquos multa extiterunt, quæ si libeat agnoscere, adito inter alios Ayma. Riual. vbi supra num. 33. & seq. Mandos. d. commis. 13. ferijs non obstantibus. in verbo. ferias. fol. mihi. 74. & 75. & alios quos refert Fossaneñ. d. decis. 39. num. 4. nos enim agendo de ijs, prout nostro seruiunt instituto, dicemus vna cum Abb. in cap. fin. num. 8. de fer. & Tancret. tract. de ordin. iudic. lib. 2. rub. de fer. fol. 57. tres esse species feriarum: quasdam enim vocabimus solemnes: quasdam repentinas: & quasdam publicas; hancquè diuisionem approbat Marches. tract. de commiss. par. 1. commiss. 8. derogationis feriarum cap. 1. nu. 3. contra Mandos. d. commiss. 13. vers. feriarum. fol. mihi 75. qui tamen si rectè perpendatur non discordat in effectu, licet ex Azon. referat prius duo genera feriarum. Cauens. super ritu 116 num. 2. addit quartam speciem; quæ scilicet inducuntur per statutum in arbitramentis, in quibus debet silere arbitrator; quæ nobis videtur superflua.

SOLEMNES ferias vocabimus omnes dies fe-
6 stiuos, & solemnizatos ad honorem Dei & beatæ Ma-
riæ Virginis, & sanctorum. † dico festiuos, & solemni-
7 zatos, quia non satis est esse dies sanctorum, nisi sint
festiui, & solemnizati iuxta ea, quæ scribit etiam
Abb. in cap. licet. sub num. 1. & cap. fin. not. 2. sub num.
8 2. de fer. † & in hoc est obseruanda etiam consuetudo
locorum, ad not. per Abb. in cap. quoniam. not. 2. sub
9 num. 1. & num. 6. de fer. † & dicuntur feriæ ad hono-
rem Dei etiam dies festiui ad honorem Sanctorum,
quia veneramur Dominum in sanctis suis clemen. si
dominum., de reliqu. & vener. sanctor. & notat Abb.
10 in cap. fin. not. 1. sub num. 2. eod. tit. † sed qua ratione
hi dies festiui, dedicati ad honorem Dei, vocentur à nobis fæsta, à Doctoribus, quos viderim, non est apertum, præterquàm ab Arch. in cap. vlt. num. 4. de sent. excomm. in 6. qui arbitratur, quòd sicut illud lignum, quod est in summitate domus, & ad quod cætera ligna diriguntur, & in eo conueniunt, appellatur lignum festum, sic etiam isti dies vocantur festa, seu dies festiui; quia in eis homines, quiescentes à negotijs, omnes conueniunt ad solemnitatem illorum dierum.

11 REPENTINAS vocamus illas, quæ à Princi-
pe ob publicam gratulationem indicuntur, quales sunt in Vrbe dies creationis, & dies coronationis Papæ quoad viuit singulis annis: item dies, in quibus aliquod præclarè gestum succederet, vt puta dies alicuius victoriæ, & similiter dies natalitij maximarum Vrbium, l. omnes dies. C. de fer. Azo. in summ. C. eod. num. 2. Gloss. in clem. sæpè. in verbo. ob necessitates. de verb. signif. Abb. in cap. fin. num. 8. de fer. Fossanen. decis. 39.
22 num. 6. † & natalitius dies Vrbis est vigesimus primus Aprilis, vt dicunt statuta antiqua Vrbis lib. 4. cap. 27. & nouæ reformationes. lib. 1. cap. 58. versus finem, sed, an statutum loquatur de prima fundatione Vrbis, quæ fuit sub Libra; an vero de secũda fundatione, quæ fuit sub signo Leonis, nõ definio, prout nec definit Mandos. infra citatus: item in statu. vbi est Princeps secularis, repentinæ feriæ dicerentur dies, in quo Princeps vxorem duceret, & in quo filium susciperet: & dicuntur repentinę, quia repente indicuntur, cum casus pro-
13 sperè euenerit. † Qui alij dies sint de ferijs repentinis in foro capitolino habes ex stat. d. lib. 1. cap. 58. De his ferijs repentinis adde, si placet, quæ scribit Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs nõ obstantibus. vers. feriarum hodie. fol. mihi 75.

14 PVBLICAS vocamus eas, quæ statuuntur causa messium, vindemiarum, & quietis inter feruores æstiuos Innoc. & Abb. in cap. fin. de fer. alter num. 3. & alter nu. 8. & Marches. de commission. par. 1. commiss. 8. cap. 1.
15 num. 18. 32. & 33. † Quæ sint feriæ publicæ in foro
16 capitolino habes ex lib. 1. statut. d. cap. 58. † & hæ feriæ alijs nominibus vocantur cereales, & vindemiales, vt post alios licet videre apud Fossaneñ. decis. 39. sub num. 7. vers. aliud genus.

Ponamus modo conclusiones in singulis enarratis ferijs, & apparebit etiam quomodo inter se conueniant, & differant.

CON-

poſſet gaudere ferijs num. 159. Idem dicimus de teſte num. 160. Limitatur 2. in cauſis ſummarijs num. 171. prout ſunt cauſæ locationum num. 172. & locationes operum num. 173. item cauſæ beneficiales, matrimoniales, & vſuraria num. 86. & 174. Limitatur 3. in cauſis publicis, & Fiſcalibus num. 175. Limitatur 4. in cauſis furnariorum num. 176. Limitatur 5. in Regno Neap. num. 177. Limitatur 6. de iure longobar. nu. 178. Limitatur 7. in cauſis executiuis nu. 87. & 179. Limitatur 8. ſed cum diſtinctione in teſtibus nu. 180. Limitatur 9. in oblatione libelli num. 181. Limitatur 10. in cauſis criminalibus num. 182.

Dies dominicus dicebatur dies ſolis &c. & debet eſſe in præcipua veneratione nu. 17.

Dies, feriati in honorem Dei, non comprehenduntur in commiſſione, quæ datur facultas procedendi etiam diebus feriatis num. 27.

Debitor, bannitus pro debito, poteſt capi die feriata in honorem Dei num. 29. & etiam durante tempore treguæ num. 31.

Fideiuſſio pro relaxatione carcerati poteſt ſtipulari etiã die feriata in honorem Dei. ſub num. 33.

Debitor ſuſpectus de fuga & carceratus, ſi relaxetur & timeatur de futura fuga, poteſt capi etiam die feriata in honorem Dei num. 34.

Neceſſitas excuſat ab obſeruatione feſtiuitatis nu. 36.

Conteſtatio litis ad interrumpendam præſcriptionem poteſt fieri etiam die feriato in honorem Dei, ſi illa die perficeretur præſcriptio num. 37.

Præſcriptio interrumpitur ſola citatione. ſub nu. 37.

Sententia non poteſt ferri die feriata in honorem Dei, quando illa die expiraret ſola iuriſdictio nu. 38. 39. & 40. ſecus eſt in die feriata ad vtilitatem hominum num. 41. Item ſecus eſt quando vna cum iuriſdictione expiraret inſtantia, quia poſſet ferri etiam die feriata in honorem Dei num. 42.

Appellatio, Recurſus & Reſtitutio in integrum } lapſu temporis imminente, poſſunt interponi & peti etiam die feriata in honorem Dei, ſub num. 42.

Cauſa ſummaria quæ ſint num. 172. 173. & 174.

Cauſa pia quæ ſint num. 44. 47. 57. 58. 66. 75.

Pauperum cauſa dicitur pia nu. 44.

Dotis cauſa dicitur pia num. 58.

Carcerati cauſa dicitur pia num. 66.

Scholaris cauſa dicitur pia num. 75.

Studij cauſa dicitur pia num. 57.

Alimentorum cauſa dicitur pia num. 47. ſed ſi ſit alimentorum de præterito minus eſt ſummaria de ſui natura. ſub num. 49. in fine.

Magiſtrorum diſcordia, quæ inter eos oritur eò, quòd voces confunduntur propter vicinitatem ſcholarum, determinari poteſt etiam tempore feriato in honorem Dei num. 53. Idem dicitur de diſcordia ſcholarium propter contiguitatem camerarum nu. 54. & quæ ſit ratio num. 56. & 57. Idem dicimus de differentia inter doctorem ſeu ſcholarem, & fabrum propter rumorem, &c. nu. 55.

Pietas ſecundum communem vſum loquendi ſumitur pro actibus miſericordiæ nu. 67.

Eccleſia, & Carceratus } poſſunt vti, & non vti ferijs ſolemnibus in eorum cauſis nu. 70.

Latro inſignis non gaudet ferijs ſolemnibus num. 71.

Iuramentum teſtis poteſt deferri etiam tempore feriato in honorem Dei, vrgente neceſſitate actus nu. 74.

Iuramentum, quod apponitur die feriata in honorem Dei ſuper contractu, ſeu inſtrumento, eſt nullum, ideoque iurans poteſt contrauenire ſine abſolutione à iuramento: fallit tamen ſi eſſet appoſitum ſuper actu pietatis, vel actu neceſſario, &c. ſub nu. 108. verſ. aduerte.

Libellus poteſt offerri tempore feriato in honorem Dei nu. 79. Contrarium num. 80. Declaratur vt poſſit offerri ſi ex eius oblatione nullus ſequatur effectus, ſecus ſi ſequatur nu. 82. Sequitur effectus ex libello ſuper l. fin. C. qui admit. num. 83. Item quando petitur decerni tunc citationem ſuper libello num. 84.

Primordia ſubſunt diſpoſitioni primordiati nu. 81.

Poſſeſſio bonorum ex l. fin. C. qui admit. non poteſt peti tempore feriato in honorem Dei nu. 83.

Libellus poteſt offerri tempore feriato ad vtilitatem hominum num. 85.

Cauſæ beneficiales, Matrimoniales, Vſuraria & Executiua } poſſunt cognoſci tempore feriato ad vtilitatem hominum, ſed non tempore feriato ad honorem Dei n. 86. Idem dicitur de executiuis nu. 87.

Executio ſententiæ & rei iudicatæ quomodo poſſit fieri tempore feriato ad vtilitatem hominum num. 88. 89. & 90.

Executio ſententiæ non poteſt fieri tempore feriato in honorem Dei nu. 91. idquè in die dominico eſt verum indiſtinctè num. 92. ſed in alijs diebus poteſt fieri pignoratio ſola num. 93. incantationes verò & ſubhaſtationes non poſſunt fieri num. 94. Concluditur, reiecta diſtinctione inter diem dominicum & alios, quòd executio non poteſt fieri tempore feriato in honorem Dei, num. 95.

Pontifex Summus dicitur ſanctus nu. 137.

Feriæ repentinæ & Feriæ in honorem Dei } æquiparantur num. 141.

Renuntiatio ſpecifica feriarum inductarum ad vtilitatem hominum operatur vt ijs ferijs, quibus renuntiatum eſt, poſſit procedi ſub nu. 160 & 161.

Renuntiatio ſimplex feriarum quando extendatur ad ferias præſentes, & futuras num. 162. & quando extendatur ſolum ad præſentes nu. 163.

Renuntiatio eſt ſtrictiſſimæ naturæ, ideoquè in ea non veniunt niſi expreſſa.
Renuntiatio dubia declaratur in eam partem, quæ renuntianti magis prodeſt, & minus nocet.
Renuntians inſtrumento debiti non cenſetur renuntiare debito in eo contento.
Renuntiatum vt quid non dicatur qualibet leuiſſima cauſa ſufficit.
Renuntiatio ſimplex ſine pacto non extenditur ad futura.
} ſub num. 163.

Renuntiare ferijs non dicitur is, qui citatus comparet, eaſquè allegat num. 164. verſ. primus | Idem eſt ſi citatus non compareret, nec eas allegaret num. 165. Secus eſt ſi comparet, reſpondet, & eas non allegat num. 166. & ſufficit quòd compareat in aliquo actu num. 167. fallit quando in alijs actibus allegat ferias, quia tunc vlterius procedi non poteſt num. 168.

Procurator an poſſit renuntiare ferijs, remiſſiuè num. 169.

Renuntiatio feriarum facta à principali an noceat fideiuſſori. remiſſiuè num. 170.

Locationis cauſa dicitur ſummaria num. 172.

Salarij cauſa dicitur ſummaria num. 173.

Salarij & Mercedis } retentio quantum ſit prohibita num. 63.

Peccatum incurritur quandoque etiam ſi actus remaneat validus num. 109.

Mercatus non poteſt fieri tempore feriatò in honorem Dei num. 112.

Pauperes ſi pro ſuis neceſſitatibus ſe immiſceant operibus ſeruilibus tempore feriato in honorem Dei non peccant num. 117.

Scholares poſſunt ſtudere diebus feſtiuis ſine peccato. num. 121.

Doctores quando poſſint conſulere diebus feſtiuis nu. 122. & ſeqq.

Actus, facti tempore feriato in honorem Dei, ſunt nulli num. 126. & ſimiliter ſi ſint facti tempore feriato in vtilitatem hominum num. 164. verſ. primus & nu. 165.

Feſta non obſeruans qua pœna puniatur, & quomodo ſint puniendi executores, qui executantur die feſtiuo in honorem Dei num. 127.

Dies feriati, quibus non redditur ius in curia capitolina, qui ſint, & qui ſint dies feriati ſecundum conſtitutiones Marchiæ, & qui ſecundum conſtitutiones Regni Neap. num. 129.

Statutum generale, quòd poſſit procedi diebus feriatis in honorem Dei non eſt validum, ſecus ſi ſit limitatum ad aliquas cauſas &c. nu. 130.

Feriæ meſſium quando incipiant & finiant num. 183. & quando in foro capitolino num. 184. & quid ſi meſſes propter euentualem aeris mutationem accelerentur vel dilatentur num. 187.

Feriæ vindemiarum quando incipiant, & quando finiãt nu. 183. & quando in foro capitolino nu. 184. & quid ſi vuæ citius, aut tardius fiãt maturæ propter pluuias, vel magnos calores num. 187.

Feriæ rotales durant ferè per tres menſes æſtiuos, & quomodo indicantur num. 185.

Signatura gratiæ coram Sanctiſſ. ſolet fieri ſemel in hebdomada, ſed durantibus ferijs æſtiuis fit bis in menſe num. 186.

Signatura iuſtitiæ fit ſemel in hebdomada, ſed durantibus ferijs æſtiuis fit ſemel in menſe nu. 186.

Feriæ Rei, & non actoris attenduntur nu. 188. immò attenduntur feriæ fori, vbi lis agitur nu. 189. ſed ante motam litem, ſicque in prima citatione attenduntur feriæ Rei num. 190.

Teſtes coguntur venire ad ſe examinandum tempore feriato ad vtilitatem hominum, ſi in cauſa poteſt procedi, etiam altera parte inuita nu. 191. ſecus ſi in cauſa poteſt procedi, ſolum partibus conſentientibus nu. 192. & teſtes ſint rurales, alias poſſent adhuc cogi nu. 193.

Dies iuridici qui ſint de iure communi nu. 194. qui ſecundum conſtitutiones Regni Neap. num. 195. qui Secundum conſtitutiones Marchiæ num. 196. & qui in Rota num. 197.

CAPVT. V.

1 FERIAE, vt quibuſdam placuit, dicuntur à verbo, quod propriè ignauiam, & deſidiam ſignificat, quia tēpore in honorem Dei dicato deſiſtere debemus à iudicij exercitio, & ab operibus ſeruilibus, vt dicam inferius, & tempore feriato ad vtilitatē hominum debemus deſiſtere ab exercitio iudicij, ſeu dicuntur à feriēdis victimis, vt placet Ambroſ. Calep. Feſto lib. 6. & Foſſan. qui eum refert & ſequitur deciſ. 39. ferijs. num. 11. vel vt ſcribunt Abb. in rub. verſus finem de fer. & Mandoſ. de commiſſ. commiſ. 13. ferijs non obſtantibus. in verbo. ferias. fol. 74. & communiter omnes in diuerſis locis, dicuntur feriæ à ferendis victimis & holocauſtis, quæ ferebantur, & offerebantur quibuſdam ſolemnibus diebus: nam antiquitus, vt recenſet Aym. Riual. de hiſtor. iur. ciuil. lib. 2. nu. 33. fol. 6. poſtquàm Numa Pompilius diuiſit annum in menſes, & menſes in dies, & rurſus dierum quoſdam fecit feſtos, quoſdam interciſos, & reliquos profeſtos; diebus feſtiuis, qui Dijs dedicati erant, ferebantur epulæ, offerebantur victimæ, & ſacrificia, & agebantur Ludi,
2 & ideo illi dies dicebātur feriæ: † quare ſicut gentiles vocabant ferias illos dies, quibus prędicta ſuperſtitioſè, & per idolatriam agebant, ſic nos Chriſtiani ferias vocamus dies, quibus per latriam & duliam Deo, & Sāctis offerimus ſacrificia, & orationes. & ſicut illi offerebant epulas, & faciebant ludos, ſic hodie in nonnullis locis, adueniente aliqua ſolemni feſtiuitate alicuius Sācti, fiunt quædam publica conuiuia, adhibitis ſonu, & cantu, nonnulla offeruntur munera in Eccleſijs, & athletico certamine, & curſu fiunt ludi ad gaudium, & honorem illius Sancti, ſed ritus iſte vſque ad quem modum poſſit tolerari habes in ſacroſancto Cō-
3 cil. Trid. ſeſſ. 25. de inuocatione, &c. verſ. illud vero; † & de iſtis conuiuijs & commeſſationibus abrogandis
4 habes in cap. commeſſationes. diſtin. 44. † hinc forſan habes etiam rationem, quare Sancta mater Eccleſia quemlibet diem vocet feriam, vt puta diem lunæ feriā ſecūdam; diem martis feriam tertiam, & ſic deinceps: videlicet; quia quolibet die continuè offert & fundit præces Deo; quamuis aliter ſentiat Abb. in dicta rub. de fer. dicens, quòd S. Mater Eccleſia dies vocat ferias à fando, quia Deus in creatione mundi quolibet die loquebatur; dicendo: fiat lux: fiat firmamentum; Et hæc dicta ſint pro cognitione nominis & intelligentia ethimologiæ: ſi quid aliud diligentius videre deſideras adito præfatos, quos citauimus.
5 FERIARVM genera apud antiquos multa extiterunt, quæ ſi libeat agnoſcere, adito inter alios Aymar. Riual. vbi ſupra num. 33. & ſeq. Mandoſ. d. commiſ. 13. ferijs non obſtantibus. in verbo. ferias. fol. mihi. 74. & 75. & alios quos refert Foſſanen. d. deciſ. 39. num. 4. nos enim agendo de ijs, prout noſtro ſeruiunt inſtituto, dicemus vna cum Abb. in cap. fin. num. 8. de fer. & Tancret. tract. de ordin. iudic. lib. 2. rub. de fer. fol. 57. tres eſſe ſpecies feriarum: quaſdam enim vocabimus ſolemnes: quaſdam repentinas: & quaſdam publicas; hancquè diuiſionem approbat Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 8. derogationis feriarum cap. 1. nu. 3. contra Mandoſ. d. commiſſ. 13. verſ. feriarum. fol. mihi 75. qui tamen ſi rectè perpendatur non diſcordat in effectu, licet ex Azon. referat prius duo genera feriarum. Cauens. ſuper ritu 116 num. 2. addit quartam ſpeciem; quæ ſcilicet inducuntur per ſtatutum in arbitramentis, in quibus debet ſilere arbitrator; quæ nobis videtur ſuperflua.
6 SOLEMNES ferias vocabimus omnes dies feſtiuos, & ſolemnizatos ad honorem Dei & beatæ Ma-
7 riæ Virginis, & ſanctorum. † dico feſtiuos, & ſolemnizatos, quia non ſatis eſt eſſe dies ſanctorum, niſi ſint feſtiui, & ſolemnizati iuxta ea, quæ ſcribit etiam Abb. in cap. licet. ſub num. 1. & cap. fin. not. 2. ſub num.
8 2. de fer † & in hoc eſt obſeruanda etiam conſuetudo locorum ad not. per Abb. in cap. quoniam. not. 2. ſub
9 num. 1. & num. 6. de fer. † & dicuntur feriæ ad honorem Dei etiam dies feſtiui ad honorem Sanctorum, quia veneramur Dominum in ſanctis ſuis. clemen. ſi dominum. de reliqu. & vener. ſanctor. & notat Abb.
10 in cap. fin. not. 1. ſub num. 2. eod. tit. † ſed qua ratione hi dies feſtiui, dedicati ad honorem Dei, vocentur à nobis fæſta, à Doctoribus, quos viderim, non eſt apertum, præterquàm ab Arch. in cap. vlt. num. 4. de ſent. excomm. in 6. qui arbitratur, quòd ſicut illud lignum, quod eſt in ſummitate domus, & ad quod cætera ligna diriguntur, & in eo conueniunt, appellatur lignum feſtum, ſic etiam iſti dies vocantur feſta, ſeu dies feſtiui; quia in eis homines, quieſcentes à negotijs, omnes conueniunt ad ſolemnitatem illorum dierum.
11 REPENTINAS vocamus illas, quæ à Principe ob publicam gratulationem indicuntur, quales ſunt in Vrbe dies creationis, & dies coronationis Papæ quoad viuit ſingulis annis: item dies, in quibus aliquod præclarè geſtum ſuccederet, vt puta dies alicuius victoriæ, & ſimiliter dies natalitij maximarum Vrbium. l. omnes dies. C. de fer. Azo. in ſumm. C. eod. num. 2. Gloſſ. in clem. ſæpè. in verbo. ob neceſſitates. de verb. ſignif. Abb. in cap. fin. num. 8. de fer. Foſſanen. deciſ. 39.
12 num. 6. † & natalitius dies Vrbis eſt vigeſimus primus Aprilis, vt dicunt ſtatuta antiqua Vrbis lib. 4. cap. 27. & nouæ reformationes. lib. 1. cap. 58 verſus finem. ſed, an ſtatutum loquatur de prima fundatione Vrbis, quæ fuit ſub Libra; an vero de ſecūda fundatione, quæ fuit ſub ſigno Leonis, nō definio, prout nec definit Mandoſ. infra citatus: item in ſtatu, vbi eſt Princeps ſecularis, repentinæ feriæ dicerentur dies, in quo Princeps vxorem duceret, & in quo filium ſuſciperet: & dicuntur repentinę, quia repente indicuntur, cum caſus pro-
13 ſperè euenerit. † Qui alij dies ſint de ferijs repentinis in foro capitolino habes ex ſtat. d. lib. 1. cap. 58. De his ferijs repentinis adde, ſi placet, quæ ſcribit Mandoſ. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs nō obſtantibus. verſ. feriarum hodie. fol. mihi 75.
14 PVBLICAS vocamus eas, quæ ſtatuuntur cauſa meſſium, vindemiarum, & quietis inter feruores æſtiuos Innoc. & Abb. in cap. fin. de fer. alter num. 3. & alter nu. 8. & Marcheſ. de commiſſion. par. 1. commiſſ. 8. cap. 1.
15 num. 18. 32. & 33. † Quæ ſint feriæ publicæ in foro
16 capitolino habes ex lib. 1. ſtatut. d. cap. 58. † & hæ feriæ alijs nominibus vocantur cereales, & vindemiales, vt poſt alios licet videre apud Foſſanen. deciſ. 39. ſub num. 7. verſ. aliud genus.

Ponamus modo concluſiones in ſingulis enarratis ferijs, & apparebit etiam quomodo inter ſe conueniant, & differant.

CONCLVSIO I.

De ferijs ad honorem Dei.

17 IN ferijs indictis ad honorem Dei,& præcipuè in die dominico,qui dicebatur dies ſolis(quia ſicut Sol eſt primus planeta;ſic eſt iſte dies inter alios;)abſtinẽdum eſt non ſolum ab exercitio iudicij, ſed etiam ab opere ſeruili cap.licet.& cap.fin. de fer. l. omnes iudices. & l. dies feſtos C. eod. vbi in diebus dominicis prohibentur etiam ſpectacula,& ludi.

Iſta concluſio habet duas partes:prima pars reſpicit actus iuriſdictionis:ſecunda reſpicit actus ſeruiles, & operarios.

Capio primam partem circa actus iuriſdictionis, quæ ſimiliter eſt duplex:contentioſa ſcilicet:& voluntaria.

18 Expediamus primo concluſionem hanc circa iuriſdictionem contentioſam.

AMPLIA ergo iſtam concluſionem, vt nec de partium conſenſu poſſit iudicium exerceri cap. vltimo. verſus finem.& ibi Abb.nu.9 in fine.de fer. Spec.tit.de fer.§.nunc videamus.in principio.Bar.in l.ſi feriatis n. 2.verſ item nota.ff.de recept.arbitr.Paul.de Caſtr in l. omnes la 2 nu.3.C.de fer. Abb.in cap.fin.ſub nu. 16.de iudic. Aret.Inſtit.de except.§.appellantur.ſub num.29. verſ.an autem cõmiſſio.Iaſ.in l.1.nu.4.ff.de fer.Maran. in ſuo ſpec.par.4.diſtinct.16. num.83.Mandoſ.tract. de commiſſ.com 13.ferijs non obſtantibus.verſ feriarum. ibi.alijs enim.fol. mihi 76. & nos diximus lib. præced. cap.46.ſub nu.13.qui omnes ſcribunt,iſtis ferijs renun✻tiari non poſſe,& de communi * opin.teſtatur Gail. in pract.obſeru.lib.1.obſeru.53.num.16.

19 EXTENDE iſtam ampliationem,vt procedat etiam ſi fieret compromiſſum in arbitrum;quia adhuc partes non poſſent renuntiare iſtis ferijs Abb. in cap. fin. nu. 10.de fer.Iaſ.in l.1.ſub nu 4. ff.eod. &, quòd coram eo non poſſit procedi tempore feriato in honorem Dei, ſcribunt Abb.in cap. quintauallis. verſ. ſecunda differentia num.9.de iureiur.Ioan.Bapt.tract.de arbitr. lib. 11.cap.10.fol.283.Lanfr.de Orian. eod.tract.par. 7. q. 6.num.7.fol.215.Bap.de S.Blaſ.eod.tract.q 48. nu. 88. fol.303.& Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q. 30.

20 RESTRINGE hanc extenſionem, vt non procedat in arbitratore, qui poteſt procedere etiam tempore feriato in honorem Dei,vt tradunt ijdem Abb.d.cap.fin. nu.10.de fer & Iaſ.vbi ſupra Lanfran.de Orian.d. par. 7.q 6.ſub nu.7.fol.215.Bapt.de S.Blaſ d q.48.n.89.Menoch.dicta q.30.nu.17.& benè Paul.de Caſtr. in l. omnes.la 2.nu.6.C.de fer. Addit.ad Abb.infra citatum, & ✻ iſtam reſtrictionem tenent omnes * vt ſcribit Io. Bapt. d.lib. 11.cap. 10. in principio.

21 DECLARA iſtam reſtrictionem,vt procedat quantum ad validitatem actus;quia valebit;ſed non quantũ ad peccatum:quia tàm arbitrator,quàm partes peccãt, niſi ex laudo ferendo ſequatur aliqua pax,ſeu concordia,vt declarat Abb.in cap.quintauallis.differentia 13. nu.22.de iureiur. quem refert & ſequitur Io.Bap.tract. de arbitr.lib.11.cap. 10.fol. 283. & faciunt quæ ſcripſi infra nu.109. & 110.

22 DECLARA II. vt non procedat, quando laudum non poſſet ferri ſine citatione, quia citatio non poſſet fieri die feriato in honorem Dei, cum eo die ſileſcat horrida vox præconis: ſimiliter non procederet quando arbitrator eligeret viam procedendi iudicialiter ſecundum ea,quæ ſcribit Bapt.de S.Blaſ. d. tract. de arb.& arbitr.q.48 ſub nu.89.fol.303.

23 AMPLIA II. vt habeat locum etiamſi eſſemus in cauſis ſummarijs, & in quibus procederetur ſine figura iudicij, & ſolemnitate iuris; quia adhuc non poſſet procedi tempore feriato in honorem Dei, teſtibus Gl. in clem.ſæpè.in verbo. ob neceſſitates. de verb. ſignif. Papien.in pract.in form.libell.actio.real.in gloſſ. ſummariè.nu.5.in fine.& num.6.fol.118.Felyn. in cap.dilecti.verſ.ſed quæro.nu.7.Dec.verſ. ſecundo infertur. n. 22.de iudic.Maran.in ſuo ſpec.par.4.diſt.16.ſub nu.96. & Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.4.cap.1.ſub num. 5. & ✻ iſta eſt communis * opinio,quam tenui etiam lib.præced.cap.53.nu.23. immò eſt vera etiam ſi procedi poſſet ſola facti veritate inſpecta, vt dixi ibidem num. 38. verſus finem.& iſta opinio eſt vſu recepta, vt teſtatur etiam Luc.Pæt.d.lib.4 cap. 1.nu.5.in fine.& in foro capitolino ſeruaretur ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis lib.1.cap.88.in fine.

24 EXTENDE iſtam ampliationem, vt habeat locum etiam in cauſa ſyndicatus, quia minus in ea procedi poteſt tempore feriato in honorem Dei Amod. tract. de ſyndic.nu.220.& Par.de Put.eod.tract. in verbo. feriæ.fol.268.

25 Contra iſtam extenſionem; quòd etiam diebus feriatis in honorem Dei poſſit procedi;tenent Bal. tract. de ſynd.q.10.n.40. Catald.eod.tract.ſub nu.22.verſ.ad de quod contra. Amod. ſibimet contrarius dicto tract. de ſyndic.nu.182.in fine & ſeruatur,vt dixi,de conſuetudine,& eſt diſpoſitum apertè in conſtitutione Picœna lib.2.cap. 40.

26 AMPLIA III. vt procedat etiam in cauſa alimentorum præteritorum, vt dixi infra nu. 49.

27 AMPLIA IIII. vt procedat etiam ſi eſſemus in cauſa,quæ eſſet commiſſa cum facultate procedendi ſingulis diebus,& horis,feriatis,& non feriatis;quia adhuc in ea cauſa non poſſet procedi diebus feriatis in honorem Dei. Mandoſ. tract. de commiſſ. comm. 13.ferijs non obſtantibus. verſ.feriarum. ibi. ſecundus caſus.fol.mihi 76.& Marcheſ.eod.tract. par.1. cõmiſſ. 8.derogationis feriarum.cap.1.nu.48.& 52.& ratio huius ampliationis eſt;quia verba ſunt intelligenda quominus corrigãt ius cõe,& vbi poſſunt intelligi,vt corrigant in duobus,& corrigãt, in vno,debẽt intelligi,vt corrigant in vno, vt loquẽdo de ſtatuto corrigente ius cõe retuli,& ſequutus ſum ſupra c.1. ſub nu. 167 verſ. nam pro.& infra cap 8. num. 411. ſed ſi commiſſio intelligeretur,vt poſſet procedi diebus feriatis in honorem Dei corrigeret ius commune dupliciter; primo quoad ferias generales, ſecundo quoad ferias in honorem Dei:ſed ad tollendas difficultates laudabiliter Dominus Referendarius addet illi facultati iſtam reſtrictionem, *præterquàm feriatis in honorem Dei*, ſicut aduertit Marcheſ.d.nu.52.

Caſus in quibus exerceri poteſt iuriſdictio contentioſa tempore feriato in honorem Dei.

28 LIMITA nunc illam concluſionem, vt non procedat multis caſibus, qui tamen omnes reducuntur ad duos: videlicet ad caſum neceſſitatis, & hic ſit primus;& ad caſum pietatis,& hic hic ſit ſecundus, ſicut ex Paul.de Caſtr.refert,& ſequitur Iaſ.in l.1.§.ſed excipiuntur.ſub num.1.ff.de fer. ex quibus duobus colligo explicitè plures ſequentes.

PRIMVS eſt in captura debitoris ſuſpecti de fuga; quia poteſt capi,& carcerari etiam tempore feriato in honorem Dei,vt ſcribunt Bar.in l.fi.verſ.nota ſecundũ. n.1.& Paul.de Caſtr.in fin. C. de fer. Bal.tract. de carcer.c.1.verſ.circa ſecundum.nu.9 fol.201. Abb.in cap. fin.n.22.verſ.ſed ſi executio.& Felyn.num.14. ibi propter periculum moræ. de iudic.Iaſ. in l. 1. §. ſed excipiuntur.not.5.num.9.ff.de fer. & in l. vinum. ſub num. 3.ibi.quarto iſtud.ff.ſi cer. pet. Mil. in ſuo repert. in verbo.feriatis diebus etiam ad honorem Dei.Maran in ſuo ſpec.par.4. diſt 16. num. 92. verſ. ſimiliter limitatur. fol. mihi 223.& par.6. actu 10. num. 45. verſ.ſexto limita. fol. 417. Mandoſ. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus. verſ. decimo quæro. fol. mihi 78. Beninc. tract. de pauper. & eius priuileg. q.8.ſpeciali 8. num.6.7.& 8.fol.152. Carau. ſuper ritu 80. num.3.Surd.tract.de alim.tit.8.priuil.2.num. 12.& Proſp. Farinac.in qq.crimin.lib.1.q.27.num. 107. verſ. limita primo.& nos diximus lib.præced. cap.37. num. ✻ 15. & hæc eſt communis, * de qua teſtantur Maran. d. num.43.Surd.& Farin. vbi ſupra, quam communem teneas; quicquid in contrarium viſus ſit ſentire Foſſanen. deciſ. 39. ſub num. 7. & pro iſta communi poteſt etiam allegari Gl.in d. l. fin. in verbo.fideiuſſionis. C.de.fer.dum ait, poſſe exigi fideiuſſionem tempore feriato in honorem Dei, ſi timeatur de illius receſſu,&

quòd feriæ non prosint debitoribus,qui volunt fugere
cum pecunia aliena,notat Bal.in l. si vt proponis. la 1.
29 vers.quæro an feriæ.nu.3.C.quom. & quan. iud. † &,
quòd debitor, bannitus pro debito, possit capi die fe-
riata in honorem Dei, exquò omnis bannitus habetur
pro fugitiuo,scribit Bal.in l.1.vers. quæro nunquid sit
vera. nu.12. versus finem.C. qui bon.ced. poss.& quòd
debitor fugitiuus possit capi diebus festiuis in hono-
rem Dei sine incursu pœnæ,est dispositum in constitu-
tione March.lib.6.cap.23.
30 AMPLIA istum casum, vt sit verus etiamsi essemus
in solemnissimis festiuitatibus, videlicet in diebus na-
tiuitatis,& paschatis Domini Nostri;quia adhuc debi-
tor suspectus de fuga posset capi, vt scribunt Bal.in c.
fin.col. vlt.de fer.Ias.Beninc.Surd.& Fely.vbi supra.li-
cet Fely.dubitet de ista ampliatione; &, quòd fugitiui
possint capi in præfatis solemnissimis ferijs, scribunt
Socc.cons.101.quia per suprascriptos.vers. non habet.
nu.2.lib.4.& latè Asin.in pract.§.31.cap.2,ampl.13.nu.
2. fol.171.
31 Confirmatur ista ampliatio; quia tpa treguarum nō
prosunt fugitiuis, & ideo debitor fugitiuus potest ca-
pi,etiam durante tempore treguæ, vt ex Bal. in cap.1.
de treg.& pac.refert,& sequitur Ias.in l. 1. §. sed exci-
piuntur.nu.10. ff. de fer.
32 RESTRINGE nunc præfatum casum, & am-
pliationem,vt non procedant in recommendatione,&
sequestratione personæ,iam carceratæ; quia,cum sit in
carceribus,cessat suspitio fugæ,vt sentit Bal.in auth. ei
qui iurat. vers. quæro pone dicit statutum. num. 12. &
vers.quid ergo.num. 13.C.de bon.auth.iud. possid. quē
referunt,& sequuntur Alex.cons.159.circa primum,
vers.quantum verò ad secundum.ibi. tamen nō potest.
sub num.7.lib.2.Ias.in d.§. sed excipiuntur. sub nu. 11.
Fely.in cap.vlt.vers.limita etiam ista.num.30 de iudic.
Mars.in pract.crim.§.attingam.nu.35.& Prosp. Far. in
qq. crim. lib.1.q.27.num.108.& ista restrictio commu-
niter * tenetur.
33 Contrariam opinionem;quòd possit recommendari
etiam die feriata in honorem Dei,si fuerit captus pro-
pter suspitionem fugæ; censeo de iure veram: & mo-
ueor;quia iste debitor potest,præstita fideiussione,rela
xari etiam die feriata in honorem Dei,& similiter ip-
sa fideiussio potest stipulari die feriata in honorē Dei,
vt scribit Ias. vbi supra: Ergo debet posse recommen-
dari eadem die,qua veniret relaxādus, seu posset rela
xari;quia ex ipsamet relaxatione reuiuiscit suspitio fu
gæ;& recommendatio debet sumere initium tempore
habili,videlicet cum est relaxandus; & istam contra-
riam opin. videtur amplexus Addition. ad Bal. vbi su-
pra in verbo. die feriato.
34 Confirmatur; quia relaxatus,& dimissus posset de-
nuo capi etiam die feriata in honorem Dei,sicut sentit
ipsemet Bal.vbi supra,admonens debitorem,vt sit cau-
tus,ne relaxatus capiatur sub prætextu futuræ fugæ:er
go debet posse recommendari antequàm relaxetur, si-
cut dicimus de eo,qui est iniustè carceratus,quia si di-
missus,esset incontinenti denuo carcerandus,nō dimit-
titur iuxta regulam: malè captus,benē retentus: de qua
scripsimus lib.præced.cap.94.sub num.1. vers.neque
obstat.&certè ita est tenendū;quia restrictio est trussa.
35 SECVNDVS casus est,quando res est tempore pe-
ritura, quia tunc potest expediri etiam tempore feria-
to in honorem Dei,cap.fin.& ibi Glo. in verbo. neces-
sitas.& Abb.sub nu.13.& 14.de fer.Ias.in l.1.§. sed ex-
cipiuntur.vers.not.1.n.3.ff.eod.latè Abb. in cap.fin.sub
nu.17.vers.secundo dicit. de iudic. & ibidem Fely. nu.
27.versus finem. ibi, aliquando verò quod sit commis-
sio.& Par. de Put. tract. de syndic. in verbo. feriæ. fol.
268.Mandos.tract.de commiss.comm. 13. ferijs non
obstantibus.vers.vndecimo quæro.fol.78.in fine,& 79.
Gail.in pract.obseruat.lib.1.obseruat.53.sub nu. 13.&
est communis * sententia;& in istis etiam ferijs, indu-
ctis in honorem Dei,intelligo,vt loquatur Bar.in l. di-
uus.sub n.2.ff.de fer.dum scribit, quòd, si res esset alias
36 tempore peritura,potest expediri diebus feriatis: †.&
ratio huius secundi casus est;quia,si res est tempore pe
ritura, intrat necessitas, quæ excusat, vt innuit nobis
Dominus Luc.14.vbi arguens iudeos dixit: *si asinus ca-*
det in puteum in die sabbathi,quis ex vobis continuò non
extrahet illum?& faciūt quæ scripsi infra n.117.declar.
2.dum firmaui, quòd propter necessitatem potest exer
ceri opus seruile tempore feriato in honorem Dei.
37 Exempla huius casus possunt sumi ex l.2. & 3. ff. de
fer.vt etiam aduertit Gloss. loco citato, & ego refero
vnum principale: quando præscriptio interrumperetur
per litis contestationem,& ab illo die, & non antea,
quia tunc, si instaret tempus conficiendæ præscriptio-
nis,iudex ad instantiam actoris posset cogere reum ad
contestandam litem etiam tempore feriato in honorē
Dei,ne alias actori periret actio,& excluderetur præ-
scriptione; quamuis illud exemplum hodie videatur
euanescere, exquò ad interrumpendam præscriptionē
sufficit forsan sola citatio,vt tradit Gloss.penult. in l.1.
ff.de fer. Poteris etiam videre exemplum in casu, quē
refert in causa sua propria Mandos. vbi supra, sed ad-
uerte,quia illud exemplum,prout allegabatur ab ipso,
qui erat passus damnum,non est bonum, sed esset bo-
num, quando allegaretur ab aduersario, id est ab eo,
qui damnum dedisset.

Si iurisdictio est tempore peritura, an poterit procedi tempore feriato, &c.

38 Quæro hic, nunquid iudex possit procedere tem-
pore feriato in honorem Dei, quando iurisdictio es-
set tempore peritura: vt puta citatio ad sententiam,
cadit in die feriata, & per totam illam diem feriatam
durat iurisdictio iudicis: nunquid iudex poterit senten
tiam proferre illa die feriata antequàm expiret iu-
risdictio?
39 Resp.istum casum habere difficultatē; quia Docto-
res in eo non multum clarè loquuntur: nam Ias. in l. 1,
§.sed excipiuntur.nu.3.& seqq.ff de fer.& Maran.in
suo spec.par.6. actu 10. num. 45.non exemplificando
aliter istud quæsitum,respondent simpliciter, quòd po
test,quod etiam sensisse videtur Amod. tract. de synd.
nu.182.in fine.fol.344.dicens,quòd in causa syndicatus
potest procedi tempore feriato in honorem Dei, ex
quo syndicatori datur iurisdictio ad tempus & causa
debet expediri breuissimo tempore. Gloss.vlt.in fine
in cap.fin.de iudic. non declarando in quibus ferijs lo-
quatur,ait simpliciter,quòd si finiretur iurisdictio iudi
cis tempore illo;quòd tunc posset procedi, ne iudicia-
lis instantia euanescat.Abb. quoque in cap. fin. sub nu.
13. & 14. de fer. nec apperit clarè in quibus ferijs lo-
quatur,nec dicit:quando iurisdictio,sed quando res est
tempore peritura; quo casu secundum ipsum sub d.nu.
13.possunt partes compelli ad veniendum in iudicium
saltem vt litem contestentur. sed Felyn.in cap. fin. nu.
32. vers.item prædicta. de iudic. videtur sentire, quòd
tunc possit procedi etiam tempore feriato in hono-
rem Dei, quando vna cum iurisdictione iudicis peri-
ret etiam instantia, dicens quòd si simul cum iurisdi-
ctione periret instantia,vt puta quia instantia esset præ-
fixa etiam iurisdictioni; tunc dictum Abbatis, volen-
tis, posse procedi tempore feriato,haberet pro indu-
bitato; quia tunc verum est dicere, rem perituram,
& ita loquitur Abb.in d.cap.fin.num.22. in fine. & nu.
23. de iudic. totam enim vim constituunt in perem-
ptione instantiæ; quo casu potest procedi etiam tem-
pore feriato, secus quando periret sola iurisdictio
iuxta ea, quæ benè dixit Gloss. in cap. placita. in ver-
bo. orationibusquè.15.q. 4. & clarius in hoc loquitur
Mil.in suo repert. in verbo. feriatis diebus etiam in
honorem Dei procedi. dicens, quòd istis diebus po-
test procedi, quando res est tempore peritura, & in-
quit, non dicitur peritura, quando perit sola iurisdi-
ctio,sed quando perit res ipsa, vel ipsum, de quo agi-
tur, vel actio,vel probatio.
40 Ex quibus, soluendo quæsitum, facio tres conclu-
siones.
Prima conclusio est contra Ias. & Maran. quòd non
posset procedi tempore feriato in honorem Dei, quan
do expiraret sola iurisdictio, & in hoc sentio cum Fe-
lyn. & Mil. vbi supra.

41 Secunda conclusio est, quòd posset procedi tem-
pore feriato in vtilitatem hominum, quando expira-
ret etiam sola iurisdictio, & dummodo iudex non fue-
rit in culpa, teste Fely. vbi supra.

42 Tertia conclusio est, quòd, si vna cum iurisdictione
iudicis expiraret instantia, seu aliter periret ius partis
seu probatio; tunc posset procedi etiam tempore fe-
riato in honorem Dei, vt sentiunt Abb. Fely. & Mil. su
pra citati. & cũ hac 3. conclusione concordat constitu-
tio March. lib. 6. cap. 23. dum disponit, vt nullus actus
siue sit iurisdictionis contentiosæ, siue voluntariæ, re-
cipiatur diebus festiuis, ibi enumeratis in honorẽ Dei
sub pęna nullitatis &c. excepta interpositione appella
tionum, nullitatum, recursus, & restitutionum in inte-
grum, quæ in extremitate, & lapsu decem dierum
loborarent, quo casu permittit vt notarius solummodò
se roget de interpositione ipsa, & non vltra; exce-
ptis etiam actibus, qui fierent pro carcerato constitu-
to in periculo personæ, seu uitę, item contra debitorem
suspectum de fuga.

Continuantur casus.

43 TERTIVS casus est in causis debilium, seu mise-
rabilium personarum, quia in operibus misericordiæ
non est habenda distinctio dierum Glos. vlt. in cap. fin.
de fer. & ibi. Abb. sub num. 14. fall. 6. & nu. 15. Beninc.
tract. de pauper. & eius priuileg. q. 4. sub num. 28.
fol. 143. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 53. sub
num. 13. Et probatur ex eo, quia vbi pietas suadet, pro-
cedi potest etiam tempore feriato in honorem Dei di-
44 cto cap. fin. de fer. † sed causa pauperum dicitur pia, vt
disputando concludit secundum veriorem opinionem
Beninc. dicto tract. de pauper. q. 5. n. 40 fol. 145. ergo se-
45 quitur, vt in ea procedi possit. † & quòd in causis pijs
possit procedi etiam tempore feriato in honorem Dei
sentit Io. Andr. d. cap. fin. in vltimis verbis, referens hos
duos versus Prosperi lib. Epigr.

Non recto seruat legalia sabbatha cultu.
Qui pietatis opus credit in his vetitum.

quos eosdem versus ex Io. And. refert Addit. ad Gl. vlt.
in d. cap. fin. de fer.

46 QVARTVS est in causis alimentorum, quia vt con-
stituantur potest procedi etiam die feriata in honorem
Dei, vt colligitur ex textu in l. 2. ff. de fer. & dilat. & sen
tiunt Spec. tit. de fer. §. sequitur. vers. porrò. & num. 7. in
fine. Bar. in l. diuus. sub num. 2. ff. de fer. & dilat. clare
Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs non ob-
stantibus. vers. octauo quæro. fol. mihi 78. & Surd. trac.
de aliment. tit. 8. priuil. 2. num. 10. in fine. & hæc est
✲ opinio communis, * quæ probatur ex textu in cap. fin.
de fer. vbi per modum exceptionis conceditur proces-
sus in causis pijs; quicquid contra eam sentiat, &
firmare videatur Tiraqu. tract. de priuileg. caus. piæ.
priuil. 156. referens, quòd pleriq; omnes intelligunt pos
47 se solum procedi in ferijs ad vtilitatem hominum, †
sed causa alimentorum est pia, vt probatur ex textu
in l. mela. ff. de alim. & cib. leg. ibi. *pietatis intuitu.* &
notant Socc. in l. quæ conditio. num. 17. ff. de condit. &
demonstr. Ias. in l. 1. §. sed excipiuntur. not. 4. num. 7. ff.
de fer. Dec. in l. captatorias. n. 26. C. de testam. mil. Affl.
decis. 252. num. 8. Beninc. dicto. tract. de pauper. q. 8. nu.
17. fol. 149. & Surd. d. priuil. 2. num. 10. in fine. Ergo. &c.
& teneas istum quartum casum, quicquid sine distin-
ctione incidenter dixerit in contrarium Nouel. tract.
de dot. par. 9. priuileg. 13. fol. 243. dicens, in causa ali-
mentorũ non posse procedi tẽpore feriato in honorem
Dei, quamuis causa alimentorum celeritatẽ desideret.

48 DECLARA istum casum, vt habeat locum in ali
mentis, quæ deberentur pauperi; alias si deberentur di-
uiti, cessaret pietas, vt concordando opiniones tradit
Surd. vbi supra nu. 12. in fine.

49 DECLARA rursus in alimentis, quæ deberentur in
futurum, secus in illis quæ deberẽtur de præterito, quia
in illis cessat ratio pietatis Ias. in l. 1. §. sed excipiuntur.
d. nu. 7. ff. de fer. & refert ex pluribus, & sequitur Surd.
dicto tit. 8. priuileg. 2. num. 14. inferens vna cum Dec.
in l. de alimentis. num. 10. C. de transact. quòd omnia
priuilegia, attributa alimentis, habent locum solum
in alimentis præsentibus, & futuris; & non in præte-
ritis: & sic intelligas Pontan. qui generaliter loquitur,
tract. de alimen. cap. 2. in fine. & hinc erit, quòd in ali-
mentis præteritis non procedetur summarie, nec tem-
pore feriato ad vtilitatemhominum.

50 DECLARA III. in alimentis, quæ debentur offi-
cio iudicis, qualia sunt alimenta præstanda filijs, paren
tibus, vxori, & similibus, quos alere tenemur officio pie
tatis, secus si debeãtur ex cõtractu, seu aliter iure actio
nis; quia tunc in eis nõ posset procedit tempore feria-
to in honoremDei, teste eod. Ias. in d. §. sed excipiuntur.
sub nu. 7. ibi. secundo intellige.

51 Contra istam declarationem firmat Surd. d. priui-
leg. 2. num. 15. in fine, & 16. quando alimenta debentur
pauperi, quia tunc potest procedi tempore feriato in
honorem Dei, quamuis debeantur iure actionis.

52 QVINTVS erit in causis, quæ celeritatem deside-
rant; quia in eis poterit procedi etiam diebus festiuis
in honorem Dei, & sic intelligo Abb. in cap. fin. sub nu.
14. in 5. fallentia. de fer. & Maran. in suo spec. par. 6.
actu 10. num. 41. dum scribunt, quòd feriæ non obstant
causæ, quæ desiderat celeritatem: intelligo enim, vt
loquantur etiam de ferijs in honorem Dei; sic etiam
intelligo Fely. in cap. vlt. num. 29. ibi. propter pericu-
lum. & num. 32. ibi. item prædicta. de iudic. & Sebast.
Medic. tract. de furtuit. casib. par. 2. q. 12. nu. 7. fol. 224.
dum loquuntur quando periculum est in mora; & hic
casus non patitur difficultatem tùm quia si desiderat
celeritatem intrat necessitas, propter quam procedi po
test etiam tempore feriato in honorem Dei, vt dixi su-
pra num. 36. cas. 2. tum quia si desiderat celeritatem,
periculum est in mora, propter quod conceditur simi-
liter exercitium iudicij, vt sentiunt Fely. & Medic. vbi
✲ supra. & sentiunt communiter * omnes Doctores in di
uersis locis.

EXEMPLIFICA istum casum in l. 1. ff. de damn.
infect.

53 EXEMPLIFICAT II. etiam Abb. in d. cap. vlt. nu.
24. ibi. extra glos. de iudic. quando magister conduxit
scholas iuxta scholas alterius magistri, & voces ad in-
uicem confunduntur, & primus expellit vltimum; quo
casu posse procedi etiam tempore feriato scribũt Host.
in summ. tit. de fer. §. & an ferijs. vers. quid si magister.
& Spec. tit. de fer. §. sequitur. vers. sed si magister. nu. 4.
& licet hi Doctores non exprimant de tempore feria-
to in honorem Dei, tamen de eo sentiunt, & præsertim
Abb. qui loquitur in causa, quæ desiderat celeritatem.

54 EXEMPLIFICAT III. Ias. in l. 1. §. sed excipiuntur.
num. 2. ff. de fer. quando duo scholares, habent ca-
meras contiguas, & vnus impedit alium studere pro-
pter strepitus, quos facit, vel clamores, vel quia alta
voce legit, quo casu scribit Ias. vbi supra posse cogi
officio iudicis aut tacere, aut recedere, & talem cau-
sam expulsionis posse tractari die feriata etiam in ho-
norem Dei.

55 EXEMPLIFICAT IIII. etiã Abb. vbi supra, quan-
do faber conduxit hospitiũ iuxta scholas, vel iuxta do
mum Doctoris, seu scholaris, quem impedit mallean-
do, quia istæ causæ possent cognosci etiam tempore
feriato.

Aduerte circa secundam exemplificationem de
duobus magistris, quam retulimus ex Abb. quia Host.
& Spec. in ea citati non considerant in ea celeritatem.

56 Aduerte rursus quòd ratio tam in 2. quàm in 3. & 4.
exemplificatione potest esse duplex: prima, quia ex
illa mutua confusione vocum, & impedimento facile
possent oriri rixa & contentio, & rixæ & contentioni
est obuiandum etiam tempore festiuo in honorẽ Dei:
potest enim timeri, ne veniant ad arma; & attenta
ista ratione, posset procedi die feriata solum quoad
momentaneam possessionem, illiusq. sequestrationem,
suspẽso negotio principali, quia iam esset occursum ti-
mori futurę rixę: Secũda ratio est, quia causa scholariũ
est pia, vt dixi infra in 11. cas. sed ista ratio militaret so
57 lum in 3. exemplificatione, & non in 4. respectu fa-
bri, & Doctoris: † concludo ergo, rationem esse, quia
causa studij est pia, cum respiciat publicum fauorem,
& consequenter potest procedi in prefatis exemplifi-
cationibus tempore feriato in honorem Dei, & quòd
pro-

pro pter publicam vtilitatem possit in 3. exẽplificatione procedi tempore feriato in honorem Dei, cõsiderauit Ias.supra in ea citatus.

58 SEXTVS erit in causa dotis: & ratio est, quia causa dot is dicitur causa pia l.cum is.§. si in ea. ff de cond. ict.indeb.ibi.*pietatis causa.* & scribunt Ias. ibidem in §. si mulier. Dec.in l. captatorias.num.25.C.de testam. milit. & de communi * testatur Bal. Nouel. tract. de dot.in 5.par.principali.sub num. 3. & 4.fol. 191. sed in causis pijs potest procedi diebus feriatis in honorem Dei,vt ostendi supra in 4. casu sub nu.46. ergo.

Contrarium ; quòd non possi agi tempore feriato in honorem Dei , sed solum tempore feriato propter vtilitatem hominum;tenet Nouel.tract. de dot. par. 9. priuileg.13.fol.243.

Retenta conclusione casus.

59 DECLARA istum casum esse verum in proposito nostro,quando dos esset relicta, seu consignanda mulieri pauperi ; quia tunc dicitur causa pia iuxta ea, quæ refert Beninc. tract.de pauper. & eius priuileg. q. 5.num.5.& 6.& ita distinguẽdo tradunt Ias.& Bal.Nouel.in locis allegatis,qui Nouel. benè totã materiã amplectitur,& declarat, & sic procedant quæ refert Surd. tract.de alimen.tit.8 priuileg.2.sub n.7.& sic procedat dictum eorum,qui volunt causam alimentorum æquiparari causæ dotis ad tradita per Beninc. vbi supra q. 8.num.14.

60 EXTENDE istam declarationem, vt habeat locum etiã in dote,quę esset promissa seu constituta ab extraneo, quia si mulier,cui est promissa,est pauper, adhuc diceretur causa pia: & moueor ex his, quæ firmaui supra in alimẽtis cas.4.declar.3.n.51.& ita teneas;quãuis contrarium sentire videatur Ias. in l.1. §.sed excipiuntur.sub num.7.& nu.8.ibi.& per ista infertur. ff. de fer. dum , arguendo ab alimentis ad dotem, arbitratur, quòd sicut in causa alimentorum non potest procedi die feriata in honorem Dei, si alimenta petantur iure actionis , & ex contractu ; ita etiam possit inferri in causa dotis.

Nam ego resp.quòd sicut nos tenuimus contra Ias.in alimentis supra dicta declar. 3.num. 50.& 51.ita etiam tenemus hic in dote: & ex his concludo quòd mulier pauper potest agere pro dote die feriata in honorẽ Dei siue agat contra patrem, matrem, fratrem , qui possũt cogi officio iudicis,siue agat contra extraneum ex con tractu,& iure actionis.

61 SEPTIMVS erit in causa salarij,quod debetur famulo pauperi;quia in eo potest procedi etiam tempore feriato in honorem Dei , vt sentiunt Bal. in l. eadem. col.2.sub num. 1. vers. in textu. ff. de fer. Alex. in l. 1. num. 5. ff. eod.Bonacoss.tract. de seru. & famul.q.222. fol.129.Surd.tract.de alimen.tit.8. priuil. 2.n.7.in fine. Caroc.in tract.locat.& conduc.p.6.remed.41.excep.1. nu.4.fol.259. dum scribunt, quòd feriæ non obstant famulo pauperi, petenti salaruim , & non habenti vnde se alimentet: etenim , dum sic loquuntur , necessariò sentiunt etiam de ferijs ad honorem Dei, quia illud salarium succedit in locum alimentorum,quorum causa dicitur pia, & consequenter potest tractari, & cognosci etiam diebus feriatis ad honorem Dei iuxta ea,quæ scripsi supra cas.4. & , quòd salarium stet loco alimentorum , deducit Beninc. tract. de pauper. & eius priuileg.q. 7.in 8.speciali num.16.22.& 23.fol. 161.& iste casus seruatur in praxi in Curia Reuerendiss. Domini Gubernatoris.videmus enim in ea præsertim tempore messium multas copias rusticorum tàm diebus dominicis , quàm alijs festiuis,& eis tunc ius reddi in causa mercedis, & salarij.

Confirmatur iste casus ex his,quæ dixi infra in.2.extens.nu.53.ibi.quia deuteron.

62 EXTENDE istum casum,vt habeat locum etiam in foro Capitolino,non obstante statuto Vrbis lib.1.cap. 88.in fine,dum prohibet,in causis mercedum posse procedi diebus festius.indictis in honorem Dei; quia resp. quòd istud statutum intelligitur,vt habeat locũ in causis mercedum, quæ non deberentur loco alimentorum etenim qui negat alimenta,dicitur necare,& ideo esset statutum iniquum.

63 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in causa mercedis,& salarij de pręterito, quod non staret loco alimentorum : nam adhuc dicendum est,quòd super eo agi possit tempore feriato in honorem Dei : quia Deuteron.5. habetur.*non retinebis mercedem mercenarij tui vsque ad mane*; quasi , completa opera , statim mercedem præstare tenearis.Benincas. vbi supra num. 15. in fine , & leges multum fauent causæ mercedis iuxta not. per Bal.& alios in auth. nisi breuiores. C. de sentent.ex pericul. recitan.& iste fauor est conformis iuri diuino : habetur enim Matth. 20. *voca operarios , & redde singulis mercedem suam* ; & alibi Iacob. in 5. contra retinentes mercedem operariorum : *Ecce merces operariorum,qui messuerũt regiones vestras,quæ fraudata est à vobis , clamat , & clamor eorum in aures Domini sabbaoth.* & hinc apud Hom.lib.21.Illiad.legitur; licet sit figmentũ pœticum; propter mercedem Neptuno , & Apollini retentam in constructione murorum Troiæ, illius destructionem prouenisse; sicut hæc omnia recenset Lancel.Gall tract. de statut,q. 8. num. 10. & 11. ad idem vide Asin. in pract. §. 3. cap. 31. num. 35. & 36. vbi refert etiam illud , quòd & si operarijs debeatur merces in fine diei , debetur tamen ante occasum solis.

64 Contrariam opinionem arbitror veram ; vt in causa mercedis, & salarij , nisi agatur cum mercenario paupere , non possit procedi tempore feriato in honorem Dei; Et moueor primo ex eo,qđ Doctores supra citati, dum scribunt , mercenarium , seu famulum posse diebus festiuis in honorem Dei indictis petere salarium ; loquuntur in famulo , & mercenario paupere. igitur , cessante paupertate , cessat istud priuilegium.Secundo moueor , quia non alia ratione conceditur hoc priuilegium causis mercedum , & salarij , nisi quia merces, & salarium habent naturaturam alimentorum , vt dixi supra num. 61. ergo si mercenarius , seu famulus non est pauper ; non habent naturam alimentorum , quia habent vnde aliunde viuant.

65 OCTAVVS casus est,quando ageretur causa alicu ius carcerati : & ratio , quare isto casu possit procedi etiam tempore feriato in honorem Dei, est ; quia in causis pijs potest procedi die feriata in honorem Dei cap, fin. & ibi Glos.& Doctor. de fer.& faciunt quæ di xi supra num.28.vers.limita & cas. 4.num.46. & 47. ✝
66 sed causa carceratorum dicitur causa pia , quia carcer est mala , mansio , & , si sit perpetuus , æquiparatur morti , vt dixi lib. præced.cap.86. sub num. 7. vers.& maximè. & est species seruitutis Clemen. de patr. potest. cap.vlt. num. 33, Cucc.de morat.præscript. num. 21. & Vitall. de clausul. tit.an possit renuntiari beneficio cessionis. num.4.fol.469 vnde qui intendit excarcerationi intendit actioni pię,quia piũ est ab his malis hominem eripere , & defendere : pium quoquè dicitur alere incarceratum Par. de Put. tract. de syndic. in verbo. an carcerarius. num. 3. fol. 252. ✝ & se-
67 cundum communem vsum loquẽdi pietas sumitur pro actibus misericordiæ , & ideo Deus dicitur pius , vt ait D. Thom. 2.2. q. 101. art. 1. sed visitare incarceratos est opus misericordiæ : Ergo dicitur opus pium : si visitare est opus misericordiæ ; à fortiori expedire , & liberare : Et si est opus misericordię , sequitur , quòd in eius exercitio , & vsu non sit adhibenda distinctio dierum iuxta ea , quæ dixi supra num.43. in 3. casu,& de istis ferijs intelligo , vt loquantur Ias. in l. diuus. num. 4. ff. de fer. Maran. in suo spec. par. 6. actu. 10. num. 48.& alij communiter in diuersis locis, dum scribunt , quòd in causis carceratorum potest procedi etiã die feriato: & qđ fideiussio possit stipulari die feriata in honorem Dei pro relaxatione carcerati , retuli , & sequutus sum ex Ias. supra num. 33. vers. contrariam opin.

68 Contrarium ; quòd in causis carceratorum possit solum procedi tempore feriato in vtilitatem hominum & non tempore feriato in honorem Dei ; sentiunt Matth.Brun. in tract. de cession. bonor. q. 14. principali fol.197.& Carauit.super ritu 44. item seruat nu.1.

69 RETENTA priori opinione , vt possit procedi etiam tempore feriato in honorem Dei , quæ est vera.

70 DECLARA eam; vt sit vera, si procedatur ad vtilitatem carcerati , sicquè carcerato volente, vt procedatur ;

datur, alias carcerato nolente, non poſſet procedi, ne inducta in fauorem retorqueantur in odium, & ita, loquendo in ferijs inductis ad vtilitatem hominum, refert, & ſequitur ex Ang. Paul. de Caſtr. in d.l.diuus. in principio. ff. de fer. dicens, quòd in cauſa carcerati poteſt procedi tempore feriato, ſi ipſe vult: &, loquendo in eccleſia, ſcribit Fely. in cap. vlt. verſ. nota ſemper. num. 11. de iudic. dicens, quòd feriæ non impediunt cauſas eccleſiæ, quia eccleſia poteſt non vti iſtis ferijs.

71 RESTRINGE iſtam declarationem; vt non procedat, quando procederetur contra inſignem latronem; quia tunc poſſet cōtra eum procedi ad eius incommodum; & ipſo nolente iuxta ea, quæ ſcripſi infra cap. ſeq. nu. 10. limit. 2.

72 NONVS erit appellatio, quæ poteſt interponi quocunquè tempore Bar. in l.diuus. ſub num. 2. ibi. & hoc fallit. ff. de fer. & dilat. Abb. in cap. fin. ſub num. 13. in 1. fallent. de fer. Fely. in cap. vlt. in 6. declaratione. num. 10. de iudic. Mil. in repert. in verbo. feriatis diebus. & hoc ſcribit eſſe clarum Paul. de Caſtr. in l.1. in principio, C. de fer. vbi reddit rationem. Maran. in ſuo ſpec. par. 6, memb. 3, num. 21. limit. 2. & actu, 10. num. 37. Veſtr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 25. & Mandos. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus. verſ. decimo quarto. fol. 80.

73 DECIMVS erit in examine teſtium, qui iurauerint die non feſtiua, quia poterunt examinari poſtea etiam tempore feriato in honorem Dei, vt ſcribunt Gloſ. 1. in clem. 1. de off. & poteſt. iud. deleg. Spec. tit. de fer. §. ſequitur. verſ. quid ſi tunc teſtis. num. 6. Bar. in l.ſi quando. n. 2, & 10, C. de teſtib. Papien. in pract. in form. opponen. cont. teſt. poſt publicat. in gloſ. ſuntquè publicatis. num. 16, in fine. fol. 319. Abb. in cap. 1. num. 9. de fer. Fely. in cap. licet cauſam. ſub num. 19. de probat. Guid. Pap. deciſ. 125. practicatur. ſub num. 1. & 2. & deciſ. 215. an executio. num. 3, Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu. 10. limit. 4. num. 40. Cauens. ſuper ritu 149. num. 1. & Carauit. ſuper ritu 148. Mandos. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus. verſ. quarto quæro. fol. 77. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 30. num. 15. Addition. ad Papiens. vbi ſupra. in litera. f. qui duo poſtremi alios allegant, & eſt omnium communis * & practicata ſententia, & ratio eſt, quia depoſitio teſtium refertur ad tempus iuramenti iuxta ea, quæ dixi in ſimili propoſito ſupra c. 3. nu. 183. & ſic intelligo Fed. de Sen. conſ. 144. diffinitiua. verſ. hinc eſt. num. 4. dum ſcribit, examinationem teſtium, in qua non adhibetur cauſæ cognitio, poſſe fieri etiam in die dominico, citantem Speculatorem vbi ſupra.

74 EXTENDE iſtum caſum, vt in caſu neceſſitatis teſtes poſſint etiam iurare diebus feriatis in honorem Dei, vt ſcribunt Spec. tit. de fer. §. ſequitur. verſ. item ſit. num. 3. & apertius verſ. quid ſi teſtis. num. 6. verſus finem. Abb. in cap. 1. ſub num. 9. de fer. & Mandoſ. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus. verſ. quarto quero fol. mihi 77. verſus finem. qui loquuntur in teſtibus valetudinarijs, ſeu abfuturis, ſenibus, & alijs, de quorum morte timetur.

75 VNDECIMVS poſſet forſan conſtitui in cauſa ſcholaris; quia priuilegia, conceſſa cauſis pijs, perferuntur cauſæ ſcholarium, vt latè oſtendit Hor. Lut. de priuileg. ſcholar. priuileg. 1. fol. 71. Et in cauſis pijs iam diximus poſſe procedi tempore feriato in honorem Dei, Sed reſtringe in terminis alimentorum & emptionis librorum, vt ſe arctando concludit Horat. Lut. dicto priuileg. 1. in fine.

76 DVODECIMVS caſus ſecundum. Bal. in margarita ad Innoc. in verbo. feriæ. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 10. limit. 7. num. 44. eſt in confeſſione partis, quia poteſt recipi etiam tempore feriato; & licet nec Bal. nec Maran. exprimant de tempore feriato in honorem Dei, ſed dicant ſimplicitur de feriato; tamen intelligo eos, vt loquantur de feriato in honorem Dei, & præſertim Maran. qui in illis limitationibus, quas incipit num. 27. loquitur de tempore feriato in honorem Dei, &, quādo vult loqui de alijs ferijs, exprimit, vt facit in limit. 12. n. 49. & ratio ſuadet; quia in cōfeſſione ſpōtanea non requiritur cauſæ cognitio.

77 DECIMVSTERTIVS erit in cauſa ſindicatus per ea, quæ dixi ſupra ampliat. 3. nu. 25.

78 QVARTVSDECIMVS eſt de conſuetudine in cauſis criminalibus; ſed de iſto egi ſeparati cap. ſeq.

Diſcutiuntur non nulli alij caſus, an poſſit in eis procedi tempore feriato in honorem Dei.

79 Supereſt, vt diſcutiamus non nullos alios caſus.

PRIMVS erit in libello, nunquid libellus poſſit præſentari die feriato in honorem Dei.

Hunc caſum latè proſequitur Abb. in cap. fin. num. 17. verſ. examinemus nunc. & Fely. ſub num. 16. verſ. nota ex ea. & num. 17. verſ. prima declaratio. & ſeqq. de iudic. & poſt eos Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 3. num. 19. ad quem locum ſe remittit. actu 10. num. 37. & prima facie videtur dicendum, quòd poſſit præſentari ex eo, quòd libelli porrectio non eſt de proceſſu iudicij; ſed eſt de exordio iudicij, vt dixi lib. præcedenti cap. 8. ſub num. 13. & propterea ſicut alij actus extraiudiciales poſſunt expediri die feriato in honorem Dei; ita & iſta productio, ſeu præſentatio libelli, vt arguit Maran. d. memb. 3. nu. 20.

80 Contraria opinio; quòd non poſſit præſentari die feriata in honorem Dei; eſt magis communis, * à qua magis communi non eſt recedendum in iudicando, teſte Maran. dicto memb. 3. num. 19. in fine, & ſub num. 20. & ex eo refert, & ſequitur Mandos. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus. verſ. ſecundo quæro. fol. 77. quam opin. ego comprobo primo, quia libelli præſentatio, vt dicitur ex aduerſo, eſt ſaltem de primordijs iudicij, † & nos habemus, quòd diſpoſitum in re, cenſetur diſpoſitum in primordijs rei l. oratio. ff. de ſponſal. cum ergo iudicium exerceri non poſſit, minus poterit præſentari libellus: Secundo, quia omnes actus, in quibus requiritur cauſę cognitio, & ſunt iudiciales prohibentur tempore feriato Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 30. num. 9. & ſcripſi lib. præced. cap. 32. num. 9. & ratio eſt, quia non debet abſtrahi animus a rebus diuinis, et à veneratione feſtiuitatis, vt conuertatur ad contentiones; ſed in porrectione libelli iudex adhibet cauſæ cognitionem iudicialem; quia debet conſiderare, an ſit ineptus, vel aptus, cum ineptum debeat dentibus lacerare, & ſuper eo non concedere citationem iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 8. ſub nu. 11. & cap. 50. nu. 5. in fine.

82 Nec obſtat, quòd Ant. de Butr. & Abb. in dicto cap. fin. ſub num. 17. de iudic. & ibidem Fely. ſub num. 18. in 2. declaratione, & Mil. in ſuo repert. in verbo. feriæ non impediunt. num. 6. Aſin. in prax. iudiciorum. §. 5. cap. 3. num. 3. & alij communiter * teneant, hanc libelli productionem, quæ fieret iudici tantum abſquè citatione partis, poſſe fieri etiam tempore feriato in honorem Dei.

Quia reſp. hanc communem * opin. eſſe veram ſolum, quando oblatio libelli remanet in meris finibus productionis, & nullus emanat ex ea effectus iudicialis; ſecus ſi productio non remanet in meris finibus productionis, ſed emanat aliquis effectus; quia tunc non poteſt offerri die feriata in honorem Dei iuxta theoricam Baldi in l. 1. ſub num. 7. verſ. & ideo dic. C. qui admit. ad bonor. poſſ. quam refert, & ſequitur Fely. in d. cap. fin. in 3. declaratione. nu. 9.

83 EXEMPLIFICA iſtam productionem libelli, quæ non remanet in meris finibus productionis, in petenda bonorum poſſeſſione iuxta l. fin. C. qui admitt. ſicut declarat Bal. in d.l. 1. ſub nu. 6. ibi. nam petitio. & d. nu. 7. verſ. ſed quinto opono. & Fely. in. d. declarat. 3. nu. 9.

84 EXEMPLIFICA etiam, quando ex eo die productionis interponeretur decretum de citando aduerſarium.

85 LIMITA præfatam communem opin. vt non procedat quoad ferias in fauorem hominum, quia poteſt in eis dari libellus, vt concludit Mandoſ. vbi ſupra & Maran. d. memb. 3. num 19.

86 SECVNDVS caſus eſt in cauſis beneficialibus, matrimonialibus, & vſurarijs.

In istis causis concludo, quòd potest procedi solum tempore feriato ad vtilitatem hominum, id est, ferijs rusticis, secus tempore feriato in honorem Dei, quia tunc non potest procedi. Glos. in clem. sæpè. in verbo. ob necessitates. de verb. signif. Mil. in repert. in verbo. feriatis diebus. & sic intelligas quæ scribit Abb. in cap. fin. sub num. 14. vers. extra glos. de fer. prædictæ enim causæ sunt quidem summariæ. clem. dispendiosa. de iudic. & notaui lib. præced. cap. 53. sub num. 13. sed in istis summarijs potest procedi solum tempore feriato ad vtilitatem hominum, vt disponit d. clem. sępè. de uerb. signif. & notaui d. cap. 53. nu. 11.

87 TERTIVS est in causis, habentibus executionem paratam, & in executione sententiarum.

In istis cōcludo similiter, quòd pōt procedi, & fieri executio tempore feriato ad vtilitatem hominum Bar. in l. omnes dies. num. 1. & 2. & ibidem Paul. de Castr. num. 8. C. de fer. quid loquuntur in executione sententiæ, & instrumentorum, habentium paratam executionem, & de executione sententiæ testantur etiam Fed. de Sen. cons. 144. diffinitiua Bal. in sua margarita ad Innoc. in verbo. executio sententiæ. Guid. Pap. decis. 215. an executio. sub num. 1. & Mil. in repert. in verbo. feriatis diebus potest fieri. Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defec. iurisdict. num. 131. fol. 391. & latè Alex. cons. 130. in causa strazzarolorum. num. 2. lib. 4. & latius Asin. in pract. §. 31. cap. 2. ampliat. 13. sub num. 2. & 3. fol. 171. quem uideas; &, quòd excutio contra debitorem ex causa instrumenti, vel ex alia, & contra bona possit fieri die feriata propter vtilitatem hominum, vt tempore messis, vel vindemiæ, tenet communiter* Doctores, vt scribit Carau. rit. 172. sub num. 4. & quòd executio sentetiæ possit fieri tempore feriato in vtilitatem hominum diximus nos etiam lib. preced. cap. 46. n. 13. versus finem.

88 AMPLIA hanc communē opinionem vt sit vera non solum quoad pignorationem faciendam, sed etiā quoad subhastationes, & adiudicationes, quę fieri poterunt secundum ea, quæ firmat Guid. Pap. d. decis. 215. sub nu. 5. ibi. si vero.

89 RESTRINGE eandem com. opin. secundum Abb. in cap. fin. nu. 20. de iudic. ex mente Federici de Sen. vbi supra & videtur sentire etiam Fely. eod cap. fin. num. 28. vers. & dum dicitur. vt habeat locum solum in executione rerum iudicatarum in sententia; secus quoad res non iudicatas, quia in earum executione requiritur causæ cognitio.

90 RESTRINGE II. vt habeat locum solum quoad terminos executionis, & subhastationis, quæ fieri possunt, vt dixi, sed non quoad præceptum de exequendo, quia illud fieri non potest iuxta ea, quæ, sic distinguendo, referunt, & sequuntur Abb. d. cap. fin. sub num. 20. de iudic. & Mil. in d. verbo. feriatis diebus potest fieri.

91 Remanet difficultas an executio sentētiæ possit fieri etiam tempore feriato in honorem Dei.

Breuiter agēdo, & loquēdo de iure, concludo, qđ nō, testibus ijsdem Bar. Paul. de Castr. Mil. Vant. & Asin. in locis supra citatis, & Guid. Pap. d. decis. 215. num. 2. & hæc est communis* opinio, de qua testantur Vant. trac. nullit. rub. de nullit. ex defec. iurisdict. nu. 131. fol. 391. & Asin. vbi supra. sub nu. 3. vers. concludendum. & hæc communis opinio habet locum etiam in ferijs repentinis secundum opin. quam tenui infra nu. 135.

92 DECLARA istam communem opinionem secundū Guid. Pap. d. decis. 215. n. 2. vt in die dominico sit indistinctè vera.

93 DECLARA rursus secundum eundem Guid. Pap. ibidem, vt in alijs diebus feriatis etiam in honorem Dei sint distinguendi duo status executionis.

Primus est ipsa executio; idest pignoratio; & istā cēset ipse posse fieri; & ita intelligit opinionem Vincentij, tenētis executionem sententiæ posse fieri die feriata in honorem Dei; & ratio, quam adducit, est, quia in isto actu non est necessaria cognitio causæ.

94 Secundus status sunt incātationes, idest, subhastationes: & executionem in isto statu ait non posse fieri; quia requiritur cognitio causæ.

95 Verum ego censeo communem* esse opin: quòd nulla sit constituenda differentia inter diem dominicum, & alios festiuos in honorem Dei, & sic reijcio istam, secundam declarationem: & hæc sufficiant circa actus iurisdictionis contentiosæ.

Ferijs ad honorem Dei existentibus iurisdictio voluntaria, potest exerceri.

96 NVNC eandem primam conclusionem positam supra num. 17. expedio circa actus iurisdictionis voluntariæ, quales sunt emancipatio, manumissio, adoptio, datio tutoris, & curatoris, decretum super alienatione, item contractus omnes inter partes: † & pro expedi-
97 tione reuoco eam in dubiū, & quæro, nunquid ista possint fieri, & expediri tempore feriato in honorem Dei.

Resp. prima facie videtur dicendum, quòd non arg. textus in cap. 1. de fer. quem in isto proposito ponderat Abb. in cap. fin. sub num. 18. eod. dicens, quòd si per illud cap. prohibetur, ne pręstentur iuramenta extraiudicialiter, uidentur etiam inhiberi actus voluntariæ iurisdictionis; vnde, inquit, in veteri testamento prohibebatur iudæis in sabbatho itinerare vltra milliare ob reuerentiam Dei.

98 Contrarium censeo esse verum: nimirum quòd singuli enarrati actus possint expediri etiam tempore feriato in honorem Dei: & moueor, quia actus voluntariæ iurisdictionis possunt expediri etiam tempore feriato in honorem Dei l. actus. & ibi Bar. Bal. Paul. de Castr. & Sal. C. de fer. ijdem Bar. in l. diuus. sub num. 2. ff. eod. Tancr. tract. de ord. iud. lib. 2. rub. de fer. in fine fol. 58. Abb. in cap. fin. sub num. 16. & 17. in fine de fer. Aret. Instit. de excep. §. appellantur. num. 29. vers. an autem commissio. in fine. Maran. in suo spec. par. 4. dist. 16. num. 86. vers. prædicta tamen. & par. 6. actu. 10. limit. 3. num. 39. & hæc est conclusio communis. & similiter possunt expediri omnes actus, quibus exercetur pietas. cap. fin. de fer. & dixi supra cas. 4. num. 46.

Sed singuli actus enarrati sunt iurisdictionis voluntariæ, vel saltem respiciunt pietatem, vt modo, singulos discurrendo, ostendam. Ergo.

99 EMANCIPATIO, quòd vti actus voluntariæ iurisdictionis possit expediri etiam tempore feriato in honorem Dei, scribūt Tancr. Sal. & Maran. vbi supra. Spe. tit. de fer. §. sequitur. vers. porrò. num. 7. Foller. in tract. de contract. cens. in verbo. nicolaus. nu. 139. fol. 132. & Menoch. tract. de arbitr. iud. q. 30. nu. 4. & comprobatur ex d. l. actus. C. de fer.

100 MANVMISSIO quòd possit expediri, scribunt ijdem Spec. Tancr. Sal. Foller. & Menoch. in locis supra citatis. & probatur etiam ex eo, quòd est actus pietatis.

101 ADOPTIO quòd possit fieri, scribunt Spec. & Maran. vbi supra.

102 TVTORIS datio quòd possit expediri etiam tempore feriato in honorem Dei, scribunt ijdem Spec. d. §. sequitur. num. 8. vers. quòd autem dixi. Maran. d. actu. 10. num. 39. & Foller. vbi supra num. 140. vbi loquitur etiam de datione curatoris: & licet Bal. in dicta l. actus. vers. quæro nunquid. num. 3. restringat hoc dictū, dicens, tutorem & curatorem posse dari quolibet die, si non dentur ex inquisitione, & posse eadem die confici inuentarium, & decerni tutori administrationem per decretum iudicis; licetquè hanc opinionem ex Bar. Iac. de Are & Saly. referat & sequatur Aret. Instit. de except. §. appelantur num. 31. vers. an autem tali die, & esse communem * testetur, & sequatur Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs non obstantibus. vers. sexto quæro. fol. 78. tamen ego intelligo istud dictum, vt procedat indistinctè etiam si darentur per inquisitionem, & moueor, tum quia est actus voluntariæ iuris-
103 dictionis, tum quia est actus pius, & fauorabilis: † & ideo ex hac secūda ratione inferoqđ quāuis esset actus iurisdictionis contentiosæ, vt puta quia quis cogeretur inuitus suscipere tutelam, seu curam; tamen posset expediri tempore feriato in honorē Dei, sicut sentit Bar. in d. l. diuus. sub num. 2. ff. de fer. quem, dum dationem tutoris censet esse actum iurisdictionis contentiosæ; intelligo vt loquatur in casu predicto, quando quis inuitus cogitur.

Nec

datur, alias carcerato nolente, non posset procedi, ne inducta in fauorem retorqueantur in odium, & ita, loquendo in ferijs inductis ad vtilitatem hominum, refert, & sequitur ex Ang. Paul. de Castr. in d. l. diuus. in principio. ff. de fer. dicens, quòd in causa carcerati potest procedi tempore feriato, si ipse vult: &, loquendo in ecclesia, scribit Fely. in cap. vlt. vers. nota semper. num. 11. de iudic. dicens, quòd feriæ non impediunt causas ecclesiæ, quia ecclesia potest non vti istis ferijs.

71 RESTRINGE istam declarationem; vt non procedat, quando procederetur contra insignem latronem; quia tunc posset cõtra eum procedi ad eius incommodum; & ipso nolente iuxta ea, quæ scripsi infra cap. seq. nu. 10. limit. 2.

72 NONVS erit appellatio, quæ potest interponi quocunquè tempore Bar. in l. diuus. sub num. 2. ibi. & hoc fallit. ff. de fer. & dilat. Abb. in cap. fin. sub num. 13. in 1. fallent. de fer. Fely. in cap. vlt. in 6. declaratione, num. 10. de iudic. Mil. in repert. in verbo. feriatis diebus. & hoc scribit esse clarum Paul. de Castr. in l. 1. in principio. C. de fer. vbi reddit rationem. Maran. in suo spec. par. 6. memb. 3. num. 21. limit. 2. & actu. 10. num. 37. Vestr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 25. & Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs non obstantibus. vers. decimo quarto. fol. 80.

73 DECIMVS erit in examine testium, qui iurauerint die non festiua, quia poterunt examinari postea etiam tempore feriato in honorem Dei, vt scribunt Glos. 1. in clem. 1. de off. & potest. iud. deleg. Spec. tit. de fer. §. sequitur. vers. quid si tunc testis. num. 6. Bar. in l. si quando. n. 2. & 10. C. de testib. Papien. in pract. in form. opponen. cont. test. post publicat. in glos. suntquè publicatis. num. 16. in fine. fol. 319. Abb. in cap. 1. num. 9. de fer. Fely. in cap. licet causam. sub num. 19. de probat. Guid. Pap. decis. 125. practicatur. sub num. 1. & 2. & decis. 215. an executio. num. 3. Maran. in suo spec. par. 6. actu. 10. limit. 4. num. 40. Cauens. super ritu 149. num. 1. & Carauit. super ritu 148. Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs non obstantibus. vers. quarto quæro. fol. 77. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 30. num. 15. Addition. ad Papiens. vbi supra. in litera. f. qui duo postremi alios allegant, & est omnium communis * & practicata sententia, & ratio est, quia depositio testium refertur ad tempus iuramenti iuxta ea, quæ dixi in simili proposito supra c. 3. nu. 183. & sic intelligo Fed. de Sen. cons. 144. diffinitiua. vers. hinc est. num. 4. dum scribit, examinationem testium, in qua non adhibetur causæ cognitio, posse fieri etiam in die dominico, citantem Speculatorem vbi supra.

74 EXTENDE istum casum, vt in casu necessitatis testes possint etiam iurare diebus feriatis in honorem Dei, vt scribunt Spec. tit. de fer. §. sequitur. vers. item fit. num. 3. & apertius vers. quid si testis. num. 6. versus finem. Abb. in cap. 1. sub num. 9. de fer. & Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs non obstantibus. vers. quarto quero fol. mihi 77. versus finem. qui loquuntur in testibus valetudinarijs, seu absuturis, senibus, & alijs, de quorum morte timetur.

75 VNDECIMVS posset forsan constitui in causa scholaris; quia priuilegia, concessa causis pijs, perferuntur causæ scholarium, vt latè ostendit Hor. Lut. de priuileg. scholar. priuileg. 1. fol. 71. Et in causis pijs iam diximus posse procedi tempore feriato in honorem Dei, Sed restringe in terminis alimentorum & emptionis librorum, vt se arctando concludit Horat. Lut. dicto priuileg. 1. in fine.

76 DVODECIMVS casus secundùm Bal. in margarita ad Innoc. in verbo. feriæ. & Maran. in suo spec. par. 6. actu 10. limit. 7. num. 44. est in confessione partis; quia potest recipi etiam tempore feriato; & licet nec Bal. nec Maran. exprimant de tempore feriato in honorem Dei, sed dicant simpliciter de feriato; tamen intelligo eos, vt loquantur de feriato in honorem Dei, & præsertim Maran. qui in illis limitationibus, quas incipit num. 37. loquitur de tempore feriato in honorem Dei, &, quãdo vult loqui de alijs ferijs, exprimit, vt facit in limit. 12. n. 49. & ratio suadet; quia in cõfessione spõtanea non requiritur causæ cognitio.

77 DECIMVSTERTIVS erit in causa sindicatus per ea, quæ dixi supra ampliat. 3. nu. 25.

78 QVARTVSDECIMVS est de consuetudine in causis criminalibus; sed de isto egi separati cap. seq.

Discutiuntur non nulli alij casus, an possit in eis procedi tempore feriato in honorem Dei.

79 Superest, vt discutiamus non nullos alios casus.

PRIMVS erit in libello, nunquid libellus possit præsentari die feriato in honorem Dei.

Hunc casum latè prosequitur Abb. in cap. fin. num. 17. vers. examinemus nunc. & Fely. sub num. 16. vers. nota ex ea. & num. 17. vers. prima declaratio. & seqq. de iudic. & post eos Maran. in suo spec. par. 6. memb. 3. num. 19. ad quem locum se remittit. actu 10. num. 37. & prima facie videtur dicendum, quòd possit præsentari ex eo, quòd libelli porrectio non est de processu iudicij; sed est de exordio iudicij, vt dixi lib. præcedenti cap. 8. sub num. 13. & propterea sicut alij actus extraiudiciales possunt expediri die feriato in honorem Dei; ita & ista productio, seu præsentatio libelli, vt arguit Maran. d. memb. 3. nu. 20.

80 Contraria opinio; quòd non possit præsentari die feriata in honorem Dei; est magis communis, * à qua magis communi non est recedendum in iudicando, teste Maran. dicto memb. 3. num. 19. in fine, & sub num. 20. & ex eo refert, & sequitur Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs non obstantibus. vers. secundo quæro. fol. 77. quam opin. ego comprobo primo, quia libelli præsentatio, vt dicitur ex aduerso, est saltem de primordijs iudicij, † & nos habemus, quòd dispositum in re, censetur dispositum in primordijs rei l. oratio. ff. de sponsal. cum ergo iudicium exerceri non possit, minus poterit præsentari libellus. Secundo, quia omnes actus, in quibus requiritur causę cognitio, & sunt iudiciales prohibentur tempore feriato Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 30. num. 9. & scripsi lib. præced. cap. 32. num. 9. & ratio est, quia non debet abstrahi animus a rebus diuinis, et à veneratione festiuitatis, vt conuertatur ad contentiones; sed in porrectione libelli iudex adhibet causæ cognitionem iudicialem; quia debet considerare, an sit ineptus, vel aptus, cum ineptum debeat dentibus lacerare, & super eo non concedere citationem iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 8. sub nu. 11. & cap. 50. nu. 5. in fine.

82 Nec obstat, quòd Ant. de Butr. & Abb. in dicto cap. fin. sub num. 17. de iudic. & ibidem Fely. sub num. 18. in 2. declaratione, & Mil. in suo repert. in verbo. feriæ non impediunt. num. 6. Asin. in prax. iudiciorum. §. 5. cap. 3. num. 3. & alij communiter * teneant, hanc libelli productionem, quæ fieret iudici tantum absquè citatione partis, posse fieri etiam tempore feriato in honorem Dei.

Quia resp. hanc communem * opin. esse veram solum, quando oblatio libelli remanet in meris finibus productionis, & nullus emanat ex ea effectus iudicialis; secus si productio non remanet in meris finibus productionis, sed emanat aliquis effectus; quia tunc non potest offerri die feriata in honorem Dei iuxta theoricam Baldi in l. 1. sub num. 7. vers. & ideo dic. C. qui admit. ad bonor. poss. quam refert, & sequitur Fely. in d. cap. fin. in 3. declaratione. nu. 9.

83 EXEMPLIFICA istam productionem libelli, quæ non remanet in meris finibus productionis, in petenda bonorum possessione iuxta l. fin. C. qui admitt. sicut declarat Bal. in d. l. 1. sub nu. 6. ibi. nam petitio. & d. nu. 7. vers. sed quinto opono. & Fely. in d. declarat. 3. nu. 9.

84 EXEMPLIFICA etiam, quando ex eo die productionis interponeretur decretum de citando aduersarium.

85 LIMITA præfatam communem opin., vt non procedat quoad ferias in fauorem hominum, quia potest in eis dari libellus, vt concludit Mandos. vbi supra & Maran. d. memb. 3. num 19.

86 SECVNDVS casus est in causis beneficialibus, matrimonialibus, & vsurarijs.

In

In istis causis concludo, quòd potest procedi solum tempore feriato ad vtilitatem hominum, id est, ferijs rusticis, secus tempore feriato in honorem Dei, quia tunc non potest procedi. Glos. in clem. sæpè. in verbo. ob necessitates. de verb. signif. Mil. in repert. in verbo. feriatis diebus. & sic intelligas quæ scribit Abb. in cap. fin. sub num. 14. vers. extra glos. de fer. prædictæ enim causæ sunt quidem summariæ, clem. dispendiosa. de iudic. & notaui lib. præced. cap. 53. sub num. 13. sed in istis summarijs potest procedi solum tempore feriato ad vtilitatem hominum, vt disponit d. clem. sepè. de uerb. signif. & notaui d. cap. 53. nu. 11.

87 TERTIVS est in causis, habentibus executionem paratam, & in executione sententiarum.

In istis cõcludo similiter, quòd pôt procedi, & fieri executio tempore feriato ad vtilitatem hominum Bar. in l. omnes dies. num. 1. & 2. & ibidem Paul. de Castr. num. 8. C. de fer. quid loquuntur in executione sententiæ, & instrumentorum, habentium paratam executionem, & de executione sententiæ testantur etiam Fed. de Sen. cons. 144. diffinitiua Bal. in sua margarita ad Innoc. in verbo. executio sententiæ. Guid. Pap. decis. 215. an executio. sub num. 1. & Mil. in repert. in verbo. feriatis diebus potest fieri. Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defec. iurisdict. num. 131. fol. 391. & latè Alex. cons. 130. in causa strazzarolorum. num. 2. lib. 4. & latius Asin. in pract. §. 31. cap. 2. ampliat. 13. sub num. 2. & 3. fol. 171. quem uideas; &, quòd executio contra debitorem ex causa instrumenti, vel ex alia, & contra bona possit fieri die feriata propter vtilitatem hominum, vt tempore messis, vel vindemiæ, tenet communiter* Doctores, vt scribit Carau. rit. 172. sub num. 4. & quòd executio senteтiæ possit fieri tempore feriato in vtilitatem hominum diximus nos etiam lib. preced. cap. 46. n. 13. versus finem.

88 AMPLIA hanc communẽ opinionem vt sit vera non solum quoad pignorationem faciendam, sed etiã quoad subhastationes, & adiudicationes, quę fieri poterunt secundum ea, quæ firmat Guid. Pap. d. decis. 215. sub nu. 5. ibi. si vero.

89 RESTRINGE eandem com. opin. secundum Abb. in cap. fin. nu. 20. de iudic. ex mente Federici de Sen. vbi supra & videtur sentire etiam Fely. eod. cap. fin. num. 28. vers. & dum dicitur. vt habeat locum solum in executione rerum iudicatarum in sententia; secus quoad res non iudicatas, quia in earum executione requiritur causæ cognitio.

90 RESTRINGE II. vt habeat locum solum quoad terminos executionis, & subhastationis, quæ fieri possunt, vt dixi, sed non quoad præceptum de exequendo, quia illud fieri non potest iuxta ea, quæ, sic distinguendo, referunt, & sequuntur Abb. d. cap. fin. sub num. 20. de iudic. & Mil. in d. verbo. feriatis diebus potest fieri.

91 Remanet difficultas an executio sentẽtiæ possit fieri etiam tempore feriato in honorem Dei.

Breuiter agẽdo, & loquẽdo de iure, concludo, qđ nõ, testibus ijsdem Bar. Paul. de Castr. Mil. Vant. & Asin. in locis supra citatis, & Guid. Pap. d. decis. 215. num. 2. & hæc est communis* opinio, de qua testantur Vant. trac. nullit. rub. de nullit. ex defec. iurisdict. nu. 131. fol. 391. & Asin. vbi supra. sub nu. 3. vers. concludendum. & hæc communis opinio habet locum etiam in ferijs repentinis secundum opin. quam tenui infra nu. 135.

92 DECLARA istam communem opinionem secundũ Guid. Pap. d. decis. 215. n. 2. vt in die dominico sit indistinctè vera.

93 DECLARA rursus secundum eundem Guid. Pap. ibidem, vt in alijs diebus feriatis etiam in honorem Dei sint distinguendi duo status executionis.

Primus est ipsa executio; idest pignoratio; & istã cẽset ipse posse fieri: & ita intelligit opinionem Vincentij, tenẽtis executionem sententiæ posse fieri die feriata in honorem Dei; & ratio, quam adducit, est, quia in isto actu non est necessaria cognitio causæ.

94 Secundus status sunt incãtationes, idest, subhastationes: & executionem in isto statu ait non posse fieri; quia requiritur cognitio causæ.

95 Verum ego censeo communem* esse opin: quòd nulla sit constituenda differentia inter diem dominicum, & alios festiuos in honorem Dei, & sic reijcio istam, secundam declarationem: & hæc sufficiant circa actus iurisdictionis contentiosæ.

Ferijs ad honorem Dei existentibus iurisdictio voluntaria, potest exerceri.

96 NVNC eandem primam conclusionem positam supra num. 17. expedio circa actus iurisdictionis voluntariæ, quales sunt emancipatio, manumissio, adoptio, datio tutoris, & curatoris, decretum super alienatione, item contractus omnes inter partes: † & pro expedi- 97
tione reuoco eam in dubiũ, & quæro, nunquid ista possint fieri, & expediri tempore feriato in honorem Dei.

Resp. prima facie videtur dicendum, quòd non arg. textus in cap. 1. de fer. quem in isto proposito ponderat Abb. in cap. fin. sub num. 18. eod. dicens, quòd si per illud cap. prohibetur, ne pręstentur iuramenta extraiudicialiter, uidentur etiam inhiberi actus voluntariæ iurisdictionis; vnde, inquit, in veteri testamento prohibebatur iudæis in sabbatho itinerare vltra milliare ob reuerentiam Dei.

98 Contrarium censeo esse verum: nimirum quòd singuli enarrati actus possint expediri etiam tempore feriato in honorem Dei: & moueor, quia actus voluntariæ iurisdictionis possunt expediri etiam tempore feriato in honorem Dei l. actus. & ibi Bar. Bal. Paul. de Castr. & Sal. C. de fer. ijdem Bar. in l. diuus. sub num. 2. ff. eod. Tancr. tract. de ord. iud. lib. 2. rub. de fer. in fine fol. 58. Abb. in cap. fin. sub num. 16. & 17. in fine de fer. Aret. Instit. de excep. §. appellantur. num. 29. vers. an autem commissio. in fine. Maran. in suo spec. par. 4. dist. 16. num. 86. vers. prædicta tamen. & par. 6. actu. 10. limit. 5. num. 39. & hæc est conclusio communis. & similiter possunt expediri omnes actus, quibus exercetur pietas. cap. fin. de fer. & dixi supra cas. 4. num. 46.

Sed singuli actus enarrati sunt iurisdictionis voluntariæ, vel saltem respiciunt pietatem, vt modo, singulos discurrendo, ostendam, Ergo.

99 EMANCIPATIO, quòd vti actus voluntariæ iurisdictionis possit expediri etiam tempore feriato in honorem Dei, scribũt Tancr. Sal. & Maran. vbi supra. Spe. tit. de fer. §. sequitur. vers. porrò. num. 7. Foller. in tract. de contract. cens. in verbo. nicolaus. nu. 139. fol. 132. & Menoch. tract. de arbitr. iud. q. 30. nu. 4. & comprobatur ex d. l. actus. C. de fer.

100 MANVMISSIO quòd possit expediri, scribunt ijdem Spec. Tancr. Sal. Foller. & Menoch. in locis supra citatis. & probatur etiam ex eo, quòd est actus pietatis.

101 ADOPTIO quòd possit fieri, scribunt Spec. & Maran. vbi supra.

102 TVTORIS datio quòd possit expediri etiam tempore feriato in honorem Dei, scribunt ijdem Spec. d. §. sequitur. num. 8. vers. quòd autem dixi. Maran. d. actu. 10. num. 39. & Foller. vbi supra num. 140. vbi loquitur etiam de datione curatoris: & licet Bal. in dicta l. actus. vers. quæro nunquid. num. 3. restringat hoc dictũ, dicens, tutorem & curatorem posse dari quolibet die, si non dentur ex inquisitione, & posse eadem die confici inuentarium, & decerni tutori administrationem per decretum iudicis; licetquè hanc opinionem ex Bar. Iac. de Are & Saly. referat & sequatur Aret. Instit. de except. §. appelantur num. 31. vers. an autem tali die, & esse communem* testetur, & sequatur Mandos. tract. de commiss. comm. 13. ferijs non obstantibus. vers. sexto quæro. fol. 78. tamen ego intelligo istud dictum, vt procedat indistinctè etiam si darentur per inquisitionem, & moueor, tum quia est actus voluntariæ iuris-
103 dictionis, tum quia est actus pius, & fauorabilis: † & ideo ex hac secũda ratione infero qđ quãuis esset actus iurisdictionis contentiosæ, vt puta quia quis cogeretur inuitus suscipere tutelam, seu curam; tamen posset expediri tempore feriato in honorẽ Dei, sicut sentit Bar. in d. l. diuus. sub num. 2. ff. de fer. quem, dum dationem tutoris censet esse actum iurisdictionis contentiosæ; intelligo vt loquatur in casu predicto, quando quis inuitus cogitur.

Nec

quia licitum eſt interpretari ius naturale, & ius diuinum, ſicut in ſimili loquendo de conſuetudine contra ius diuinum dixi ſupra dicto cap. 1. n.134. & infra c. 9.num.380. & 390. & ita diſtinguendo tenet Bal.conſ. 166.ſtatuto. in fine.lib. 5. & cum hac diſtinctione,
✻ quæ eſt communis, * procedant, quæ in iſto paſſu non ſic explicitè ſcripſerunt Bar.in l. filiusfamilias.num. 5. ff. de donat.Paul.de Caſtr. in l. quadraginta C. de fer. Bal. Peruſ. in regulis generalibus ſtatutorum. in principio. in verbo. ſtatutum per quod tolluntur. fol. 153. col. 1. Maran. in ſuo ſpec. par.4.diſtinct.16.num.87.& ſeqq. Carauit. ſuper rit. 80. nu.6.& 7. Menoch.de arbitr. iudic.lib.1. q. 30. num. 10. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 27. ſub num. 106.

Sed quid dicendum de conſtitutione Regni baiulos & omnes. lib.1.quæ, exceptis diebus natiuitatis Domini,paſchalibus,atquè dominicis, ac beatæ virginis, & apoſtolorum, feſtiuitatibus dedicatis, mandat in cæteris alijs diebus procedi: nunquid valeat, cum in qualibet ſpecie cauſarum, & in quolibet loco mandet in effectu procedi feſtiuitatibus dedicatis alijs ſanctis. Ego pro nunc nihil determino. cogita.

CONCLVSIO II.

De ferijs repentinis.

131 IN ferijs repentinis abſtinendum eſt ab exercitio iudicij l. 1. & l. omnes dies.C.de fer.

132 Amplia concluſionẽ iſtã, vt procedat etiã ſi partes renuntiarent: & ratio huius ampliationis eſt, quia eis de conſenſu partiũ renuntiari non poteſt. Gl. in clem. ſæpè. in verbo. ob neceſſitates in fine. de verb.ſignif. Spec. tit. de fer.§. nunc videamus. in principio.Bal.in l.1. in fine.verſ. ſecundo quæro.num.3.C.de fer. Paul. de Caſtr.in dicta l.omnes dies. num.3. & in l.1. §. ſed ſi prætor. num.3.ff. eod.Abb. in cap. fin. num.11. de fer.Mil.in repert.in verbo.feriatis diebus. Aret. Inſtit. de except.§. appellantur. num.33. verſ. eſt ſecundum genus. Martin. de Carazijs. tract. de princip. q. 410. fol. 210. Foſſanen. deciſ.39. num. 7. & Marcheſ. de commiſſio. par. 1. commiſſ. 8. derogationis feriarum. c.1.n.51.& quòd hęc ſit vera opinio teſtatur Glo.in d. clem.ſępè.in verbo.ob neceſſitates.in fine.& probatur iſta ampliatio ex eo,quòd feriæ ad honorẽ Dei,&feriæ repentinæ æquiparantur,vt dixi infra in 4.difficultate.

133 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi eſſemus in cauſis ſũmarijs; quia adhuc in eis non poſſet procedi, Gl.ind.cle.ſępè.in ver.ob neceſſitates.ibi.ſed q.d dices.

Difficultates circa prædicta.

134 PRIMA difficultas;nunquid in iſtis ferijs repentinis poſſit fieri executio ſententiæ, vt in ferijs inductis ad vtilitatem hominum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu.87. verſ. tertius.

Reſp. in iſta difficultate occurrere duas opiniones.

Prima opinioeſt, quòd executio poſſit fieri; & ita tenuerunt Abb. in cap. fin. ſub num.20.de iudic. Mil. in repert. in verbo. feriatis diebus poteſt fieri executio. fol.136. in principio.

135 Contrariam opin. quòd non poſſit fieri, cenſeo eſſe veram: & moueor,quia feriæ repentinæ,& feriæ inductæ in honorem Dei æquiparantur, vt dixi infra num. 141. in 3. difficultate, ſed in ferijs inductis in honorem Dei non poteſt fieri executio iuxta ea, quæ dixi ſupra verſ. remanet. num. 91. ergo nequè in iſtis repentinis;& in hanc contrariam opin. videtur iuiſſe Abb.ſibimet quodammodo contrarius in cap.conqueſtus. ſub nu. 20. de fer. verſus finem. ibi. ſed de ferijs repentinis.dicens,quòd ſicut non poteſt fieri executio citationis in die feriata ad honorem Dei, ita nec in ferijs repentinis, quia ſicut tempore feriato in honorem Dei non debet quis per citationem prouocari ad iram,ita nequè in ferijs repentinis, quia debent ſeruari cum lætitia; in hanc eandem opinionem videtur iuiſſe Foſſan.deciſ.39.ſub nu. 7. dicens,quòd ferijs repentinis ſuſpenditur quælibet exequutio.

136 SECVNDA difficultas eſt: nunquid ferijs repentinis ſit abſtinendum ab opere ſeruili, ſicut in ferijs ad honorem Dei.

Reſp. ſi loquimur de illis repentinis, quæ non ſunt ad honorem Pontificis,ſed alterius Principis, vel alicuius præclari facti, dico ſine vlla hæſitatione, quòd non:Si loquamur aũt de indictis ad honorem Pontificis:concludo ęquidem idem;& ſic obſeruat conſuetudo;quia nec artifices,nec alij deſiſtunt ab operę ſeruili:verum habemus hic aliquam dubitandi occaſionẽ:
137 quia Summus Pontifex dicitur ſanctus, quia præſumitur ſanctus cap.1.& ibi Gl.in verbo.quis enim.diſt.40. imo dicitur ſanctiſſimus; quia in terris gerit vices Dei argumento textus in cap.ſacroſanctæ.diſt.22. & notat Mandos.tract. de commiſſ.cõm.13. ferijs non obſtantibus.verſ. feriarũ. verſus finem. fol.mihi 76.verſ. finẽ. &,quòd vocetur Vicarius Dei, dixi lib. præced. c.11. nu.8.& ideo dicebamus eod.lib.cap.12.ſub nu.24.cultum, & honorem duliæ, ſeu hiperduliæ deberi etiam Pontifici; & hinc totus populus Chriſtianus genibus flexis honorat Pontificem;vnde ſicut ferijs inductis ad honorem Dei eſt abſtinendum ab opere ſeruili, ita videbatur dicendum in ferijs indictis ad honorem ſui
138 Vicarij:Huic difficultati reſpondeas; quòd vltra diem feſtum requiritur etiam ſolemnizatio indicenda per Eccleſiam ad hoc,vt ſit abſtinendum iuxta ea, quæ dixi ſupra nu.6. & 7. quare extant dies natalitij plurium ſanctorũ, tamen non abſtinemus à litibus & alijs operibus, quia non ſunt ſolemnizati ab Eccleſia; ſic dico in diebus, & ferijs repentinis ad honorem Pontificis; quia non ſunt de præcepto ſanctæ matris Eccleſiæ.

139 TERTIA difficultas:nunquid;ſignata commiſſione, vt procedi poſſit ſingulis diebus, & horis feſtiuis, & non feſtiuis; poſſit procedi tempore feriarum repentinarum, quæ ſunt in honorem Pontificis.

140 Reſp. in iſta difficultate poſſe formari opiniones: nam,quòd poſſit procedi,ſuadetur ex eo,quòd eſt differentia inter ferias in honorem Dei, & ferias repentinas, vt patet ex his, quæ dixi in præcedenti 1. & 2. difficultate:& multa pro iſta opinione adducit Mandos. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus.verſ.feriarum.ibi. ſecunda verò. fol.mihi 76.

141 Contraria opinio: quòd non poſſit procedi, ſuadetur ex eo, quòd feriæ repentinæ, & feriæ in honorem Dei æquiparantur,vt ſcribunt Spec.tit.de ferijs.§. nũc videamus.in principio.& ibi.Addition.ad eũ.in verbo. renuntiari.Papien.in pract.in form.libel.act.real. in gl.ſummariè.nu.6.in fine. fol.118. Bal.in l. ſi vt proponis.verſ. & nota quòd ſententia.nu.2.C.quom.& quando iud.Aret.Inſtit.de except.§.appellantur.n.34. verſ. ex quo ſequitur.& Felyn. in cap. vlt. num.17.verſ. prima declaratio.in fine.de iudic.& iſta contraria opinio ſeruatur de conſuetudine,vt teſtatur idem Mandoſ.vbi ſupra,quem refert, & ſequitur Marcheſ. de commiſſ. par.1.comm.8. derogationis feriarum cap.1.ſub num.
✻ 48.qui etiam teſtatur ſic ſeruari de conſuetudine.*

142 QVARTA difficultas eſt; an iſtis ferijs repentinis, mediante partiũ renuntiatione, poſſit valide procedi.

Reſp.quòd non;quia partes non poſſunt renuntiare, & conſequenter proceſſus non teneret:&,quòd partes non poſſint renuntiare, firmaui ex Spec. Bal. Paul. de Caſtr.& alijs ſupra nu.132.in ſecunda concluſione.

Et comprobatur ex eo; quia feriæ repentinæ ſunt æquiparatæ ferijs inductis in honorem Dei, vt in præced.difficultate retuli,& ſequutus ſũ ex Spec. Papien. & Bal. ſed ferijs inductis in honorem Dei non poteſt renuntiari, teſtibus Spec. Bar. Paul. de Caſtr. & alijs, quos retuli,& ſequutus ſum ſupra concl.1.nu.18.comprobatur demum ex eo; quia feriæ repentinæ non ſunt inductæ ad fauorem ſubditorum;ſed ſunt inductæ in honorẽ Principis;ergo ſubditi non poſſunt renuntiare.

143 EXTENDE iſtam ſententiam,vt habeat locum tàm in ferijs inductis in honorem Papæ,quam in alijs inductis in honorem alterius Principis,& in memoriam alicuius præclari facti, vel natalitij diei Ciuitatis.

CONCLVSIO III.

De ferijs ad vtilitatem hominum.

144 IN ferijs inductis ad vtilitatem hominum, quales ſunt feriæ meſſium, & vindemiarũ abſtinendum eſt ſolum ab exercitio iuriſdictionis contentioſæ l. 1. &

ibi Iaſ.nu.1.ff. de fer. & l. omnes dies.& ibi Paul. de Caſtr.num. 2.C.eod.& eſt concluſio communis: * quia proceſſus non valeret iuxta ea, quæ dixi infra nu. 164.
145 AMPLIA eam,vt habeat locum non ſolum in locis,in quibus recolligitur frumentum, & vinum, ob quorum recollectionem ſunt inductæ iſtæ feriæ ; ſed etiam in locis , in quibus non recolliguntur , teſtibus Bal.in margarita ad Innoc.in verbo.feriæ.& Iaſ.in l.1. ſub num.1.ff.de fer.qui ait, eas habere locum etiam in locis,in quibus nec meſſes,nec vindemiæ fiunt;quia eo tẽpore homines occupantur aliunde perquirere, & Felyn.in cap.fin.num.12. ibi. proſunt iſtæ feriæ. de iudic. referente ex Bal.quòd homines , qui non recolligunt, niſi caſtaneas, vtuntur iſtis ferijs , quod etiam retulit Iaſ. vbi ſupra.
146 RESTRINGE ſeu declara iſtam ampliationem reſpectu feriarum ob vindemias, vt non habeat locum in partibus, in quibus vinum non bibitur , vt in Hibernia ſecundum Bal.in d.magarita ad Innoc.in verbo.feriæ.& Abb.in cap.fin.in 4.q.num.24. de fer. item apud populos occidentales , quibus quoque eſt ẽbietas fruge madida,fitquè iſte potus ex fruge,& eſt in vſu Galliæ,& Hiſpaniæ,eumque ceruiſam nominant, vt refert Plin.natur.hiſtor.lib.14.& 22. vtrobique cap.vlt. in fine , & hæc eſt communis * ſententia ſecundum Abb. vbi ſupra , quam ego intelligo eſſe veram ; dummodo ad conficiendum eiuſmodi potum & ceruiſam non requireretur aliquod tempus particulare vltra tempus meſſium.
147 AMPLIA II. vt habeat locum non ſolum in ruſticis,& agricolis;ſed etiam in doctoribus , militibus, burgenſibus,clericis, alijſquè perſonis,qui vindemijs, ſeu meſſibus non occupantur Spec.tit.de fer.§.1.num. 8. verſ. item nota. Innoc. & Abb. in cap. vlt. in vlt. q. num.25.& ibi Addition.ad Abb.de fer.Fely.in cap. vlt. ſub. num. 10. de iudic. & hæc eſt communis * opinio:
148 † & licet Bar.in l.1.num.1.C.de agric. & cenſ. lib. 11. tenuerit contrarium; tamen ſecundum Bertach. tract. de epiſc.lib.1.rub. de cauſ.effic. nu.20.fol.303.poſſunt conciliari,vt communis opinio habeat locum,quando ſunt occupati per alios,colonos ſcilicet & factores; & dictum Bartoli procedat in his,qui nec per ſe, nec per colonos ſeu factores ſunt occupati,quales ſunt hi, qui nihil habent , vel nulla immobilia poſſident , ſicut, ſequendo relatam diſtinctionem Bertachini,ſcribit Foſ-
149 ſan.deciſ.39.num.10.† ſed iſta conciliatio non placet; quia etiam is,qui non habet vineam , neque prædium, gaudet iſtis ferijs, vt dixi infra ampl. 5. ideo ſolue aliter:& dic,Bartoli ſententiam eſſe reijciendam,quia licet prædictæ perſonæ non ſint ipſæ occupatæ per ſe, nec per alios circa ferias ; tamen poſſunt eſſe occupati aduocati,vel procuratores , vel ſolicitatores , vel teſtes,vt tradit Abb.vbi ſupra;& ideo,vt dicebat Ang. in l.præſides.ff.de fer.relatus ab Addition.ad Abb. vbi ſupra.prædictæ feriæ indicuntur tempore,quo eſt prouidendum de grano,& vino reponendo, & iſta ſolutio confirmatur ex ſeq. ampliatione.
150 AMPLIA III. vt habeat locum etiam ſi principales litigãtes eſſent de longinguis partibus; quia adhuc gauderent ferijs propter procuratores , qui eſſent de loco curiæ,vel de loco vicino, vel propter teſtes , qui; occupati vindemijs , ſeu meſſibus ; nollent venire, ſeu non poſſent ipſi litigantes ita liberè habere aduocatos, ſeu alias perſonas neceſſarias Abb. d. cap. vltimo in fine. de fer.

ADVERTE circa iſtas ſecundam , & tertiam ampliationem , quòd illa ratio ; quia dicantur impediti aduocati , & procuratores ; vt retulimus , non videtur tuta,cum etiam aduocati,& procuratores ſint doctores,& ſic ex illis perſonis,quas in ſecunda ampliatione præſupponimus vindemijs & meſſibus non occupari;immo ſi ſunt aduocati, & procuratores intendent litibus,quæ ſunt eorum meſſes,& vindemię, quando ſunt valentes aduocati,& procuratores, & patrocinium preſtant in Ciuitatibus magnis , & habent
151 iudices,& Rotæ auditores amicos : † ratio igitur vera eſt vtraque illarum , videlicet quia ſunt impediti per alios,vt retulimus ex Bar. nam prædictæ perſonæ occupantur domi,vbi intendunt famulis,& operarijs occupatis vindemijs,& meſſibus : vel quia ſunt impediti ſolicitatores, ſeu teſtes.
152 RESTRINGE iſtam tertiam ampliationem, vt non procedat quando ceſſaret impedimentum meſſium , ſeu vindemiarum tàm in ipſis principalibus , quàm in alijs perſonis neceſſarijs , teſte Abb. in cap. vlt. in fine de fer.& in cap.vlt.nu.18.de iudic. ſed iſta limitatio uix poteſt verificari, quia ſemper poteſt conſiderari aliquod impedimentum.
153 AMPLIA IIII. vt habeat locum etiam in eo , qui non habet vineam, ſeu fundum , quia adhuc gaudebit ferijs.Felyn.in cap.fin.num.12 . de iudic.
154 AMPLIA V. vt habeat locum etiam in cauſa mota contra Vniuerſitatem,quia licet Vniuerſitas non occupetur meſſibus,ſeu uindemijs,ex qno poteſt ſe defendere per ſyndicum;tamen occupantur ſyndicus ipſe, aduocati,teſtes, ſeu aliæ perſonæ neceſſariæ Paul.de Caſtr.in l.1.num.4.ff.de fer.Abb. poſt Innoc. quem allegat in cap. vlt. num. 17. verſus finem de iudic. ibidẽ Fely.ſub num. 10.poſt ſextam declarationem & Mil.in repert.in verbo.feriatis diebus.
155 RESTRINGE iſtam ampliationem , vt procedat in Vniuerſitate conuenta,ſecus in Vniuerſitate agente pro cauſa publica , quia poſſet agere non obſtantibus iſtis ferijs Aret.Inſtit.de except.§.appellantur. ſub nu. 35.verſ. ſed aduertas.& comprobatur ex limit. 3. infra num. 175.

Quando & in quibus caſibus poſſit procedi tempore feriato ad vtilitatem hominum.

156 LIMITA nunc tertiam concluſionem poſitam ſupra num. 144. vt non procedat ; quando partes renuntiaſſent ferijs ; quia tunc poteſt procedi in cauſa cap.vlt.in fine.de fer.& ibi.Abb.num.11.in fine. Gloſſ. in clemen.ſæpè.in verbo.ob neceſſitates.de verb.ſigni. Paul.de Caſtr.in l.omnes.la 2.num.3.C.de fer. Iaſ. in l. 1.num.3.ff.eod.Mil. in repert. in verbo.feriatis diebus. Maran.in ſuo ſpec.par.4.diſt.16.num.83. Foſſanen deciſ.39.num.1.& ſub num.7.verſ.aliud genus. & nos diximus lib.præced.cap.46.ſub num.13.& iſta eſt limitamitatio , quæ tenetur communiter ſine cõtradictione.
157 DECLARA iſtam limitationem,vt non ſufficiat renũtiatio vnius partis, ſed requiratur renũtiatio vtriuſque,vt loquuntur textus in d.cap.vlt.de fer.& in l.ſi feriatis.ff. eod. & in hoc neminem vidi dubitaſſe.
158 EXTENDE iſtam limitationem, vt habeat locum non ſolum in renuntiatione, quam partes facerent expreſsè,ſed etiam in ea,quam facerent tacitè,vt puta ; quia actor agat, & reus conuentus ſe defendit , & non obijcit de ferijs,Iaſ. vbi ſupra Cauenſ. ſuper ritũ. 116. num, 5. & omnes communiter ſine controuerſia.
159 RESTRINGE generaliter iſtam limitationem,vt quamuis partes renuntiauerint expreſsè,vel tacitè iſtis ferijs , tamen iudex non cogitur ius reddere in cauſis ciuilibus;& ideo poſſet ſine rubore dicere litigãtibus; ſi vos renuntiaſtis;ego non renuntio;uide Foſſan.d.deciſ.39.ſub nu. 3. uerſ. aduertendum . hæcquè reſtrictio habet præcipuè locum hic in tribunali Auditorum Rotæ, cum illæ feriæ concedantur etiam RR. PP. DD. de Rota,ut iam diuturnis laboribus defeſſi, æſtiuis caloribus poſſint quieſcere.
160 RESTRINGE II. ut iſta renuntiatio facta à partibus non noceat teſtibus iuxta ea,quæ dixi infra n.191.

De renuntiatione feriarum expreſſa.

Pro intelligentia huius limitationis videndum eſt q̃ñ ferijs dicatur renuntiatum expreſsè,& quando tacitè, & quò facilius procedam , conſidero utramque ſpeciem renuntiationis de per ſe.
161 Capio renuntiationem expreſſam , & in ea conſidero duos caſus principales.

Primus eſt:quando renuntiãt ſpecificè , ut puta quia renuntiãt ſolum ferijs meſſium, uel ferijs præſentibus, uel præſentibus & futuris : Et in iſto caſu concludo, quòd in ijs ferijs poterit procedi , quibus eſt renũtiatũ, & non

& non alijs ſecundum theoricam Aret. Inſtit. de except. §. appellantur.num.39.uerſ. tene menti.

162 Secundus eſt; quando renuntiat ſimpliciter: & in iſto diſtinguo alios duos caſus.

Primus eſt, quando renuntiat extra tempus feriarũ; vt puta ſi renuntiet in contractu per pactum, & contractus ſit factus extra tempus feriarum: & iſto caſu concludo cum Saly. in l. omnes. verſus finem. ſub. nu. 4. C. de fer. & Aret. d. §. appellantur. ſub num. 40. verſ. ſed dubium eſt. quòd intelligatur renuntiatum non ſolum ferijs proximis, ſed etiam remotis.

Ratio ſecundum Aret. vbi ſupra eſt: quia ſicut eſt incertum, quando creditor, futurusq; actor voluerit agere, eiuſquè voluntas agendi poteſt oriri nõ magis proximis, quàm remotis ferijs; ita quoquè renũtiatio, quæ voluntati creditoris correſpectiuatur, debet intelligi tàm de ferijs proximis, quàm de remotis.

163 Secundus caſus eſt, quando renuntiat intra tempus feriarũ: & iſto caſu concludo, quòd renuntiatio intelligitur ſolum de illis ferijs, intra quas renuntiat, & nõ de ferijs futuris: quia renuntiatio eſt de iure ſpeciali contra ius commune, & ideo reſtringenda: item quia ſatis habet in quo præiudicet de preſenti, ideo ad futura non debet extendi. Salyc. in d. l. omnes. nu. 4. & Aret. d. §. appellantur. num. 39. verſ. tene menti.

Comprobatur concluſio huius ſecundi caſus, quia renuntiatio eſt ſtrictiſſimæ naturæ adeo, quòd in ea nõ veniunt niſi ea, quæ exprimuntur Cald. conſ. 5. an habens titulum. in fine. de præben. Dec. conſ. 495. viſo eleganti. nu. 20. Becc. conſ. 111. nu. 31. lib. 1. & Rot. diuerſ. deciſ. 242. præſuppoſitis. num. 1. par. 2. & eſt doctrina communis, vt patet ex ſeqq. corroborationibus.

Corroboratur primo iſta comprobatio, quia renuntiatio dubia declaratur in eam partem, quæ renuntianti magis prodeſſet, & minus noceret, vt ex Grat. conſ. 17. num. 46. lib. 1. referunt, & ſequuntur Becc. vbi ſupra & Rot. d. deciſ. 242. num. 2.

Corroboratur ſecundo, quia renuntians inſtrumento debiti cenſetur renuntiare ſolum probationi, & executioni paratæ, quæ concederetur vigore inſtrumẽti, & non cenſetur renuntiare contractui; ideſt debito, contento in inſtrumento Fely. in cap. cum venerabilis. ſub nu. 25. verſ. tribus modis. de except. Dec. conſ. 17. viſo puncto. ſub nu. 3. Tiraq. de retraict. lignag. §. 2. glo. 1. nu. 2. fol. mihi. 192. & Maſcar. tract. de probat. concl. 1263. nu. 11. lib. 3. & pro iſta corroboratione facit quod ſcripſi de inſtrumento vitiato infra cap. 11. ſub num. 1093. verſ. ratio.

Corroboratur tertio, quia in renuntiationibus quælibet leuiſſima cauſa ſufficit, vt quid non dicatur renuntiatum Tiraq. de retract. §. 36. glo. 2. nu. 50. & Rot. d. deciſ. 242. nu. 11. par. 2.

Corroboratur quartò, quia ſi nos loquimur de ſimplici renũtiatione ſine pacto, habemus claras deciſiones in iure, quòd renuntiatio non extenditur ad futura l. 1. & ibi Doct. C. de pact. vnde Neapod. in conſuetud. Neapol. ſi quis emit domum. nu. 12. & 13. rub. de iure congrui. fol. 328. tenet quòd licentia vendendi, data à coniuncto, non extenditur ad futuram venditionem, de qua re vide latius Tiraq. de retract. §. 1. gloſſ. 9. num. 111. & ſeqq. fol. 72.

De renunciatione feriarum tacita.

164 Capio renuntiationem tacitam: & in ea conſidero quinque caſus.

Primus eſt; quando citatus comparet, & allegat ferias: & iſto caſu non dicitur renuntiare ferijs; & ideo non poteſt procedi, & ſi procedatur proceſſus eſt nullus, vt ſcribit Aret. Inſtit. de except. §. appellantur. nu. 35. verſ. eſt & tertium. ibi. idem ſi comparuit. & ita procedat tertia concluſio, quam præmiſi ſupra nu. 144.

165 Secundus caſus eſt; quando eſt contumax, & nunquam comparet: & iſto etiam caſu, vt in præcedenti; non diceretur renuntiaſſe ferijs, & conſequenter proceſſus eſſet ipſo iure nullus, vt ſcribit Aret. d. §. appellantur. ſub num. 35. verſ. eſt & tertium. ibi. quod patet. & ſic renuntiatio non oritur ex contumacia.

166 Tertius eſt, quando comparet, reſpondet libello, conteſtatur litem, aliosquè actus facit, & non opponit ferias: & iſto caſu dicitur tacitè renuntiaſſe ferijs: & ita procedat limitatio, & extenſio, de quibus ſupra num.

167 Quartus caſus eſt; quando comparet, reſpondet libello, conteſtatur litem, & poſtea in alijs actibus efficitur contumax: & iſto caſu dico idem, quod in præcedenti: quia intelligitur ab initio renuntiaſſe ferijs, & cenſetur in eadem voluntate durare niſi voluntatis mutationem declaret.

168 Quintus & vltimus caſus eſt, quando citatus comparet, libello reſpondet, litem conteſtatur, & alium actũ facit, & poſtea in alio actu allegat ferias: & iſto caſu concludo, quòd vlterius procedi non poteſt; quia non præiudicauit ſibi, quin in reſiduo proceſſus potuerit opponere ferias Bal. in l. 1. §. ſed excipiuntur. ſub num. 1. not. 2. ff. de fer. & Aret. Inſtit. de except. §. appellantur. ſub num. 36.

169 Procurator an poſſit renuntiare ferijs, vide Aret. d. §. appellantur. nu. 38. verſ. quæro an procurator.

170 Renuntiatio feriarum facta à principali an noceat fideiuſſori, vide eundem Aret. eod. §. appellantur. n. 41.

Continuantur limitationes intermiſſæ ſupra ſub num. 156.

171 LIMITA II. vt non habeat locum in cauſis ſummarijs, quia in eis proceditur tempore feriato ad utilitatem hominum clem. ſæpè. & ibi Glo. de verb. ſignif. Guid. Pap. de reſcript. nu. 10. Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. feriæ. num. 1. fol. 268. & dixi lib. præced. cap. 46. ſub nu. 13. & maximè in foro capitolino ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis. lib. 1. cap. 58. in fine.

172 EXEMPLIFICA iſtam limitationem 1. in cauſis locationum, quæ dicuntur ſummariæ, vt ſentit Bal. in l. edem. verſ. tertio quæro. C. loc dum ſcribit, quòd iudex audit querelas locationũ ſine libello, & ſcribunt apertè Gramm. conſ. ciuil. 54. in cauſa. nu. 1. & Caroc. tract. de loc. par. 6. remed. 41. except. 1. nu. 1. fol. 259. & maximè in foro capitolino ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis lib. 1. cap. 88.

173 EXTENDE iſtam exemplificationem, vt habeat locum etiam in conductione operum, & laborum, vt puta quia agatur de ſalario & mercede alicuius, qui locauerit operas ſuas; quia dicetur cauſa ſummaria, vt ſcribunt Afin. in pract. §. 3. cap. 31. num. 35. & Caroc. d. except. 1. nu. 3. fol. 259. ſed ſi iſte locator ſit pauper dicetur etiam cauſa pia, vt dixi ſupra caſ. 7. num. 61.

174 EXEMPLIFICA II. in cauſis beneficialibus, matrimonialibus, & vſurarijs, vt declaraui ſupra nu. 86.

EXEMPLIFICA III. in cauſis poſſeſſorijs, in quibus poteſt procedi etiam tempore feriarum, quia ſunt ſummariæ Bellamer. deciſ. mihi. 664. de reſtit. ſpol. fol. 127. & Achil. de Graſ. deciſ. vnica. alias 100. de fer. fol. 48. & maximè in foro capitolino ex diſpoſitione ſtatutorum lib. 1. cap. 58. in fine, iuncto cap. 91.

Reliqua exempla potes per te colligere ex his, quæ ſcripſi lib. præced. cap. 53. num. 13.

175 LIMITA III. in cauſis publicis & fiſcalibus l. publicas. C. de fer. Mil. in ſuo reper. in verbo. feriatis diebus ob neceſſitatem hominum.

176 LIMITA IIII. in cauſis furnariorum d. l. publicas. & ibi Gl. C. de fer. & ibidem notant Doctores omnes: & quòd in cauſis publicis, ſeu inquàm fiſcalibus non ſeruentur feriæ notat etiam Boſſ. tract. crim. tit. de fiſc. & priuileg. eius num. 20.

177 LIMITA V. vt non habeat locum in Regno Neapolitano, quia ibi non ſeruantur feriæ meſſium, nec vindemiarum Affl. in conſtitution. baiulos & omnes. n. 84. in fine lib. 1. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 10. num. 49. limit. 12. & dixi lib. præced. cap. 46. ſub. num. 13. & probatur ex dicta conſtitutione. baiulos & omnes. poſtquàm illa conſtitutio excipiens tempus, quo vult vt ius non reddatur, non excipit tempus meſſium, & vindemiarum; quod ibi notauit Gloſſ. in verbo. natiuitatis Domini. verſus finem. & confirmatur etiam ratione; quia ſi in Regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ, vt dixi eod. lib. præced. cap. 50. num. 34.

ſequitur, vt in omnibus procedi poſſit tempore feriato ad vtilitatem hominum.

178 LIMITA VI. vt non habeat locum de iure longobar. teſte Gloſ. in d. conſtitut. baiulos.

179 LIMITA VII. vt non habeat locum in cauſis executiuis, quales ſunt cauſæ inſtrumentorum in forma Cameræ, ſeu guarintigiæ ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis libro 1. cap. 58 in fine, & erat diſpoſitum in antiquis lib. 4. cap. 28. & in obligationibus formæ Cameræ confirmatur ex eo, quòd ſecundum eius formulam contrahentes renuntiant dictis ferijs, & eſt de iure cōmuni in omnibus cauſis executiuis; quia ſi id procedit in ſummarijs, à fortiori procedit in executiuis, in quibus dilationes debent eſſe breuiores, & in quibus ordo iudiciarius magis relaxari debet; & pro iſta limitatione, quòd in cauſis habētibus executionem paratam, & in executione ſententiæ poſſit procedi tempore feriato ad vtilitatem hominum ſufficienter firmaui ſupra nu. 87. verſ. tertius eſt. & maximè in foro capitolino ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis lib. 1. cap. 58. in fine.

180 LIMITA VIII. vt non habeat locum in teſtibus, ſed cum diſtinctione, de qua dixi infra in 4. difficultate.

181 LIMITA IX. vt non habeat locum in oblatione libelli, quia libellus poteſt offerri tempore feriato ad vtilitatem hominum, ſicut limitando dixi ſupra nu. 85.

182 LIMITA X. vt non habeat locum in cauſis criminalibus, quia in eis proceditur non obſtantibus iſtis ferijs iuxta ea, quæ dixi cap. ſeq. num.

Difficultates circa prædictas ferias.

183 PRIMA difficultas eſt, quando incipiant feriæ meſſium, & vindemiarum, & quantum durent.

Reſp. feriæ meſſium incipiūt octauo calendas iulij, & durant vſque ad calēdas auguſti, & feriæ vindemiarum incipiunt decimo calendas ſeptembris, & durant vſquè ad idus octobris, vt tradunt Spec. tit. de fer. §. 1. Paul. de Caſtr. in l. præſides. nu. 1. ff. de fer. quos etiam refert, & ſequitur Additio. vltima ad Abb. in cap. fin. de fer. ſicquè de iure cōmuni duo menſes ſunt feriati, alter ſcilicet, qui eſt menſis meſſium, & alter vindemiarum, vt annotauit Mandoſ. tract. de commiſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus. verſ. feriarum hodie. fol. mihi 76. circa principium. Verum quia fruges, & vuæ non vno eodemquè tempore maturæ fiunt in omnibus locis, ſed in vno citius & in alio tardius; ideo ſeruanda eſt conſuetudo cuiuſquè loci, vt dicit textus in d. l. præſides. & ibidem notat Paul. de Caſtr. & Gloſ. in l.

184 omnes dies. in verbo. menſibus. C. de fer. † & in multis locis eſt prouiſum per ſtatuta, ſicut in Vrbe, vbi feriæ meſſium incipiunt poſt octauam diem iulij, & durant vſquè ad vigiliam aſſumptionis B. Mariæ Virginis, & feriæ vindemiarum conceduntur iudicis arbitrio, ſi litigator alter iureiurando teſtetur, ſe vel eius procuratorem eſſe impeditū in vindemijs, vt diſponitur in ſtatut. lib. 1. cap. 58. verſus finem, & iſtæ ſeruantur in cu-

185 ria capitolina. † ſed in tribunali Rotæ ſeruantur non ſolum feriæ meſſium, & vindemiarum, ſed etiam caloris æſtiui iuxta verba textus in l. omnes dies. C. de fer. & ideo regulariter indicūtur à decimo die iulij vſquè ad calendas octobris, ſi dies ille eſt dies lunæ, mercurij, vel veneris, alioquin ad vnū ex dictis diebus proximiorem, vt refert Mandoſ. tract. de commiſſ. comm. 13. ferijs non obſtantibus. verſ. feriarum hodie. fol. 75. in fine. ſicquè iſtæ feriæ rotales ſunt trium ferè menſium, ſicut annotauit Mandoſ. ſupra citatus fol. 76. circa principium, quas ferias ſolet indicere in Palatio Reuerendiſſ. pro tempore Vicecancellarius, vel eius Vicemgerens, ſicut refert Veſtr. in pract. lib. 3. cap. 5. in fine, & ordo indicendi eas eſt, vt; dum propè eſt dies 10. iulij; in Signatura gratiæ, aſſiſtente S. D. N. antiquior ex Cardinalibus ibidem conſiſtentibus petat à S. S. veniam; ſi ſic ei placebit, vt indicantur feriæ generales, & habito Sanctiſſ. aſſenſu, R. P. D. Cancellariæ Regens deinde edictum proponit, quod affigitur in valuis ſacræ Rotæ

186 Auditorij, & alijs locis ſolitis, † & in iſto tempore Signaturæ coram Sanctiſſ. vbi temporibus non feriatis ſolent fieri ſemel in hebdomada, & interdum bis, prout Sancti. S. placet, fiunt bis tantum in menſe: & Signatura iuſtitiæ, quæ alias fit ſemel in hebdomada die iouis iuridica, vt etiam dixi lib. præced. cap. 64. ſub num. 20. verſ. qua citatione; durantibus iſtis ferijs, fit ſemel in menſe, nec vocatur Signatura, ſed Cōgregatio ſignaturæ; prout hæc omnia ante nos retulit Marcheſ. de com miſſ. par. 1. comm. 8. derogationis feriarum. cap. 1. num. 33. & ſeqq.

187 SECVNDA difficultas: euenit quandoquè, vt vel propter pluuias dilatentur meſſes, vel propter aliam inordinatam temporis qualitatem vuæ vel citius, vel tardius fiant maturæ ita, vt feriæ ſtatutariæ non inſeruiant; an tunc ſint mutandæ feriæ.

Reſp. Bal. in addit. ad Spec. tit. de ſentent. in verbo. non valet ſententia. quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. 1. ſub nu. 1. ibi. pro limit. ff. de fer. tenet, quòd non ſint mutandæ; Ego tamen cenſerem contrarium argumento. l. præſides. ff. de fer. & eorum, quæ dixi ſupra num. 183. in prima difficultate, vel ſaltem eſſent duplicandæ feriæ.

188 TERTIA difficultas: nunquid in obſeruatione feriarum ſint attendendæ feriæ loci, vnde eſt actor, vel loci, vnde eſt reus, vel loci, vbi ius redditur, vel loci, in quo ſita eſt res, de qua controuertitur.

Reſp. in hoc articulo poſſe pro quolibet loco argumentari, ſicut argumentatur Spec. tit. de fer. §. 1. verſ. ſed pone. nu. 5. qui reſidet in opinione, quòd ſint attendendæ feriæ Rei; quare ſi prius incipiant feriæ in loco rei, quàm in loco actoris, vel fori, attendi debent feriæ rei.

189 Contrariam concluſionem: quòd debeant attendi feriæ loci, in quo mouetur lis, tenent Alber. de Roſ. tract. de ſtatut. par. 1. q. 31. num. 2. fol. 7 Spec. eod. §. 1. in fine nu. 11. Bal in margarita ad Innoc. in verbo. feriæ. Abb. in cap. vlt. num. 23. in 3. q. de fer. dicens hanc eſſe communem * concluſionem, vt attendatur forum iudicis; quia feriæ reſpiciunt ordinem iudicij, & in ordinatorijs attenditur locus iudicij, & ita refert in facto Papā pronūtiaſſe; &, quòd in ordinatorijs attendi debeat ſtatutum, quod eſt in loco iudicij, & non ſtatutum actoris, ſeu Rei, retuli, & ſequutus ſum ex pluribus & ex communi opin. ſupra cap. 2. num. 653.

190 LIMITA iſtam communem concluſionem, vt non procedat ſi eſſemus in prima citatione, & ſic ante cæptum iudicium; quia tunc attenderentur feriæ loci, vnde eſt reus, ſicut tenet Spec. d. §. 1 nu. 5. in fine. qui ſic eſt declarandus, ne ſibimet videatur contrarius, & conſequenter ſi in loco, vndè eſt reus, eſſent feriæ, & citaretur ad curiam, in qua non eſſent feriæ, citatio non arctaret. teſte Foller. in pract. crim. in verbo. vel eos verbaliter citari faciat. num. 36. & de hoc extat ritus 116. item ſeruat dicta curia quòd citatio. & ibi Carauit. num. 3.

191 QVARTA difficultas: nunquid in cauſa, in qua poſſet procedi tempore iſtarum feriarum meſſium, & vindemiarum poſſint teſtes compelli ad veniendum in iudicium, vt deponant teſtimonium veritatis.

Reſp. diſtinguendo: Aut poteſt procedi propter naturam cauſæ, vt puta quia ſit ſummaria, ſeu executiua, ſeu propter reſcriptum Principis: & concludo, quòd iſto caſu poſſunt compelli indiſtinctè, non obſtantibus ferijs, vt ex pluribus refert, & ſequitur Foſſan. deciſ. 39. ſub num. 2. verſ. fallit.

192 Aut poteſt procedi, quia partes renuntiarunt expreſsè, vel tacitè ferijs; & iſto caſu Bal. in l actus. num. 2. verſ. nota quod partes. C. de fer. Abb. in cap. 1. in fine de fer. Aret. Inſtit. de except. §. appellantur. ſub nu. 40. verſ. & aduertas. in fine. & communiter * omnes tenent, quòd non poſſint cogi, prout de communi teſtatur Foſſan. d. deciſ. 39. num. 2.

193 RESTRINGE iſtam communem opin. vt procedat in teſtibus ruralibus; ſecus in alijs, quia poſſent cogi ſecundum Rebuff. quem refert, & ſequitur Foſſan. vbi ſupra.

De diebus iuridicis.

194 Dies iuridici ſunt reliqui omnes, qui ſuperſunt, demptis diebus feriatis; & qui ſint dies feriati ſecundum ius

ius commune declarauimus supra; & cõsequenter habes qui sint iuridici secundũ idẽ ius cõe: nunc volo vt scias quòd in multis locis extant leges seu consuetudines municipales, quæ augent, vel minuunt dictas fe-
195 rias:† nam in Regno Neapol.ex dispositione constitutionis. baiulos. lib. 1. omnes dies sunt iuridici præter dominicos, aliosquè quosdam in honorem Dei, ibi enumeratos.

196 IN locis, vbi seruantur constitutiones Marchiæ, vltra ferias, quæ considerantur secundum ius commune, & vltra eas, quæ sunt inductæ ab ipsis constitutionibus lib. 6. cap. 20. & 23. est dispositum, quòd dies veneris non sit iuridicus, & ideo non currat in metis causarũ, vt habes lib. 5. cap. 23. earundem constitutionum.

197 IN sacro Palatio Apostolico vltra ferias, de quibus diximus supra, non redditur ius, nisi his tribus diebus hebdomadæ, videlicet die lunæ, die mercurij, & die veneris: reliqui iuridici non sunt, testibus Vestr. in pract. lib. 3. cap. 5. nu. 5. & Marches. tract. de commiss. par. 1. commiss. 8. derogationis feriarum cap. 1. num. 34. & vbi velis videre omnes ferias & dies, quibus non redditur ius in tribunalibus Vrbis, poteris emere paginam intitulatam, *festa obseruanda, &c.* quam emes vt dicit Vestr. vno nummo, & hæc sufficiant.

De ferijs in causis criminalibus, & hæreticalibus.

SVMMARIVM.

Ferijs inductis in honorem Dei pendentibus, quiescit iudicium criminale num. 1. Ampliatur ex dispositione constitutionum Marchiæ nu. 2. Ampliatur 2. præsertim respectu condemnationis ad mortem nu. 3. Ampliatur 3. respectu executionis, à qua est abstinendum num. 4. Ampliatur 4. in tempore quadragesimæ nu. 5. Ampliatur 5. in ferijs repentinis, & in ferijs inductis ad vtilitatem hominum num. 7.

Limitatur nunc quando carceratus instat pro processu nu. 8. & 9. Limitatur 2. in executione contra insignẽ latronem nu. 10. & 15. Ratio redditur nu. 11. Extenditur hæc 2. limitatio vt multò magis procedat quoad capturam nu. 12. Extenditur 2. quoad inquisitionem, processum & torturam nu. 13. Extenditur 3. in alijs delinquentibus insignibus, aut repertis in flagranti crimine nu. 16. Declaratur eadem 2. limitatio de consuetudine nu. 17. Limitantur 3. omnia, vt non procedant de consuetudine, secundum quam indistinctè proceditur etiã tempore feriato in honorem Dei nu. 19. præterquam in executione sententiæ sanguinariæ num. 20. Ampliatur ista limitatio, vt multò magis procedat in ferijs publicis, & repentinis nu. 21. Extenditur hæc ampliatio vt in foro capitolino, & Regno Neap. procedat etiam ex lege municipali num. 22. Extenditur. 2. vt in crimine hæresis procedat etiam de iure. num. 23.

Quadragesima constat ex. xxxxvi. diebus, sed detractis diebus dominicis, quibus non ieiunatur remanẽt xl. in quibus &c. & ratione decimæ fuissent solum xxxvi. num. 6.

Deo sacrificium facit is, qui facinorosos punit nu. 11.

Celeritas requiritur in processu, & punitione latronum, grassatorum, & similium, & quare num. 14.

Executio sententiæ capitalis de consuetudine non fit tempore feriato in honorem Dei nu. 17. & 20. & quare nu. 12. Fallit in crimine hæresis num. 25. 26. & 27.

Sententia contra hæreticum, seu Relaxatio hæretici in posse brachij sæcularis. } debet fieri tempore iuridico num. 24. Contrarium quòd fiat tempore feriato in honorem Dei num. 25. 26. & 27.

CAPVT. VI.

A præsenti materia me breuiter expediam; quia nunquam, aut raro solet disputari de ferijs in causis criminalibus:

1 Concludo ergo, quòd iudicium criminale non debet exerceri diebus festiuis in honorem Dei cap. 1. & ibi Glo. in verbo. ad mortem. de fer. & ibidem Abb. nu. 2. faciunt etiam textus in cap. fin. in principio. eod. & in l. fin. C. eod. & sic tenuit, clarè loquendo, Ang. in tract. de malefic. in verbo. inchoata. nu. 12. dicens, quòd omnes feriæ, quæ obstant in causis ciuilibus, obstant etiam in criminalibus, & hæc est vera & communis * conclusio de iure.

Probatur ista conclusio: quia in causis ciuilibus non proceditur diebus festiuis, ne personæ diuertantur à diuinis, vt scripsi cap. præced sub nu. 81. sed ista ratio militat etiam in criminalibus; quia personæ diuerterentur à diuinis, cũ in causis criminalibus requiratur maior cognitio causæ, quàm in ciuilibus, exquò agitur de maiori præiudicio: ergo &c. & ad ea, quæ in contrarium possent adduci, sufficienter respondet Abb. in d. cap. 1. num. 6. de fer.

2 AMPLIATVR I. ista conclusio, vt sit vera etiam secundum constitutiones Marchiæ lib. 6. cap. 23.

3 AMPLIATVR II. vt præcipuè habeat locum respectu cõdemnationis ad mortem per textum apertum in d. cap. 1. de fer.

4 AMPLIATVR III. vt procedat etiam respectu executionis, à qua tempore feriato in honorem Dei est abstinendum, sicuti scribunt Bar. in l. omnes dies. C. de fer. Abb. in cap. fin. nu. 20. de iudic. Ang. tract. de malef. in verbo. inchoata. n. 12. & ibi August. ad eum, & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 97. vers. quæro etiam, & comuniter omnes. *

5 AMPLIATVR IIII. vt habeat locum etiam in tempore quadragesimæ per textum clarum in l. quadragin-
6 ta. C. de fer. † & licet tempus quadragesimæ sint dies quadraginta sex; tamen; detractis sex diebus dominicis; remanent solum quadraginta, in quibus abstinendum, & ieiunandum est: & fuissent ratione decimæ solum triginta sex, sed vt facer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noster suo sacro ieiunio consecrauit, quatuor dies prioris hebdomadæ adiunguntur, vt habetur in cap. quadragesima. de consecrat. dist. 5. & aduertit Dec. in cap. ad audientiam. nu. 20. de rescrip. dicens, quòd Ecclesia Mediolanensis, nõ accepit illos quatuor dies, & sic dico, quòd l. quadraginta. considerauit solum dies abstinentiæ, & ieiunij: quia diebus dominicis non ieiunatur.

7 AMPLIATVR V. vt procedat etiam in ferijs repentinis & indictis ad vtilitatem hominum, quia militat ratio, quæ militat in ciuilibus.

8 LIMITA nunc conclusionem primo, vt non procedat, quando reus esset carceratus, & ipse instaret pro processu, & expeditione; quia tunc ob pietatem posset procedi iuxta ea, quæ dixi cap. præcedenti cas 8. n. 70. & videtur concordare constitutio Marchiæ lib. 6. cap. 23. versus finem.

9 Infero ex ista limitatione; quòd fideiussiones pro excarceratione rei, & quælibet alia acta ad ipsius fauorem facientia possunt admitti, & recipi omni tempore, etiam feriato in honorem Dei; secus est in illis, quæ sunt contra reum. In Regno tamen quid seruetur ex dispositione ritus 44. retuli lib. 1. cap. 62. num. 4.

10 LIMITA II. vt executio contra insignem latronẽ possit fieri etiam diebus quadragesimæ, & Paschatis, alijsquè diebus festiuis in honorem Dei. l. prouinciarum. &. ibi Bar. Bal. & Paul. de Castr. C. de fer. Abb. in cap. 1. num. 6. in fine eod. Ang. tract. de malef. in verbo. inchoata. num. 12. & Aug. ad eum. Marc. decis. 409. num. 2. ibi. nec obstat Maran. in suo spec. par. 6. actu. 10. num. 38. limit. 2. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 97. vers. quæro etiam. & communiter * omnes.

11 Ratio prima huius limitationis est; quia in istis delictis, in qbus agitur de salute plurimorũ, vt mox dicam, nullum maius sacrificiũ fieri põt Deo, quàm eos, qui in

suam,& aliorum perniciem diuagantur,competenti ri
gore compesci: Vnde & Seneca in tragedijs ait, nullã
pinguiorem victimam Deo mactari posse, quàm reum
iniquũ;& totam hanc rationem & Senecæ dictum re-
censet Paul.de Castr.in dicta l.prouinciarum.vbi eun-
dem refert,& sequitur positio casus:idem dictum scri-
psit idem Paul.de Castr.in l.nemo.nu.4.C.de episc. au-
dien. & huic limitationi benè applicatur illud dictum
Euangelij; *beati qui faciunt iustitiam omni die*, sicut
aduertit Marc.d.decis. 409. sub nu.2.

Ratio secunda huius secundæ limitationis est,quia
complices, & alij delinquentes, viso, seu audito ce-
leri supplicio socij, magis deterrentur, & exanimen-
tur, & facilior subinde eorum fugatio, & persecutio
redditur, & consequenter purgantur viæ, & redditur
tuta salus.

12 EXTENDE istam limitationem,vt multò magis ha-
beat locum respectu capturæ pro delicto graui; quia
posset decerni,& fieri etiam tempore feriato in hono-
rem Dei,vt scribunt Bal.in tract.de carcer.c.1.vers. cir
ca secundum.nu.9.ibi.in criminalibus autem. fol. 201.
& in l.fin.vers.& ego.nu.2.C.de exhiben.reis. dicens,
quòd iudex quolibet tempore potest dare licentiam
alijs,qui capiant malefactorẽ,ne obnoxius fugiat. Fol-
ler.in pract.crim.in verbo.notatos capiat de persona.
num.5.& Farin.in qq.crim.lib.1.q.27.num. 109.& 110.

Ratio huius extensionis est duplex:prima quia ex ca
ptura facinorosorũ hominum sequitur purgatio pro-
uinciæ, & salus plurimorum iuxta textum in d. l. pro-
uinciarum.C.de fer.& ista ratio militat in facinorosis,
quales sunt publici latrones, & grassatores viarum,&
similes:secunda quia reus delinquens semper est suspe
ctus de fuga, præsertim si delictum est graue iuxta ea,
quæ scripsi lib.præced.c.42.sub n.5.sed suspectus de fu
ga etiam in causa ciuili,vt puta si sit debitor,potest ca
pi tempore feriato in honorem Dei, vt dixi c. præced.
num.28.vers.primus. ergo, &c.

13 EXTENDE II. vt etiam multò magis habeat locũ
14 respectu inquisitionis, processus, & torturæ: † quia
iudex debet cito examinare, inquirere, & procedere
etiam ad torturam contra latrones ad effectum scien-
di,& capiendi eorum complices, & fautores, qui ad-
huc insidiantur in publicis vijs in multorum perniciẽ,
& ne interim;dum iudex moraretur, vt laberẽtur dies
festiui; fugam arriperent, & sic loquitur textus in d. l.
prouinciarum.quem Doctores cõmuniter intelligunt,
vt dixi, habere locum etiam in punitione.

15 Ratio huius extensionis est,quia inquisitio,examen,
& processus nõ sunt spectacula horrenda,&,cum fiant
in secreto, populus non diuertitur à diuinis,nec vllum
concipitur scandalum; & quòd contra famosos delin-
quentes, qui fuerunt exitium plurimorum possit pro-
cedi diebus etiam pascalibus, & quadragesimalibus
refert & sequitur Mil.in repert.in verbo. feriatis die
bus etiam pascalibus.

16 EXTENDE III. eandem secundam limitationem,
vt habeat locum etiam in alijs insignibus delinquen-
tibus, quales sunt nocturni depopulatores, & in quo-
cunque reperto in flagranti crimine magno,vt tradunt
Paul de Castr.in d.l.prouinciarum.C.de fer.& August.
ad Ang. tract. de malefic. in verbo. inchoata. num. 12.
Marc.d.decis.409.sub nu.2.& Clar. lib.5. recept. sent.
q.97. vers.quæro etiam.

DECLARA modo prædictam secundam limitatio-
17 nem,quæ loquitur in executione; vt de consuetudine
non seruetur apud iudices timoratæ conscientiæ, qui
executionem sententiæ continentis pænam sanguinis
differre solent in diem non festiuam;nam executio sen
18 tentiæ sanguinariæ est horrendum, & miserabile spe-
ctaculum,quod pius animus abhorrere videtur præser
tim tempore,in quo abstinemus etiam ab opere serui-
li iuxta textum in l fin.C. de fer. & de hac consuetudi-
ne testatur Clar.dicto vers. quæro etiam.

LIMITA III. generaliter tàm conclusionem,quàm
19 omnes illius ampliationes de consuetudine,secundum
quam indistinctè proceditur in causis criminalibus sin
gulis diebus & horis, festiuis, & non festiuis tàm in
vtilitatem hominum,quàm in honorem Dei;& in par-
ticulari,quòd l.quadraginta. C.de fer. non seruetur de

consuetudine testantur ibidem Gloss.& Paul.de Castr.
Marc.decis.409.sub nu.1.ibi. quinimo tempore quadra
gesimæ.& Clar.lib.5.recept.sent.q.50 vers. pariter: &
quòd circa ferias sit standum consuetudini loci testa-
tur Abb.in cap.vltimo num.7.in fine. de fer.

20 EXCIPE tamen ab ista limitatione executionem
sanguinariam,quæ non fit diebus festiuis dicatis ad ho
norem & cultum diuinum, quare hic Romæ fieri solet
in die sabbathi, & in die mercurij non festiuis: & ra-
tionem habes supra num. 17. & 18.

21 AMPLIA nunc istam tertiam limitationẽ, vt mul-
tò magis habeat locum in ferijs publicis, & repenti-
nis;quia in eis nulli dubium est, quòd proceditur in
causis criminalibus,& fiunt processus,& executiones;
prout de executionibus testantur Abb. in cap. vlt. sub
num.20.de iudic.& Clar. lib. 5. recept. sent.q. 97. vers.
* quæro etiam. vbi testatur, quòd de hoc nemo * du-
bitat.

22 EXTENDE istam ampliationem vt in foro capito-
lino procedat non solum vigore relatæ consuetudinis,
sed etiam vigore statutorum lib.1.cap.58.in fine; & in
Regno Neap. exquò ibi non seruantur feriæ cereales,
& vindemiales.

23 EXTENDE II. in crimine hæresis; quia
in eo non seruarentur, etiam inspecto iure, cum in
eo procedatur summariè fauore causæ, vt sæpius dixi,
& in summario processu non attendantur istæ feriæ ad
vtilitatem hominum iuxta ea,quæ dixi cap.præceden-
ti num.171.limit.2.

De sententia eiusquè executione in causis fidei.

24 Nunc quæro in specie:an sententia in causa hæresis,
& pariter relaxatio hæretici brachio sæculari sit fa-
cienda die iuridica, vel potius festiua.

Resp.Eymer. in direct. Inquisit. par. 3. rub. de nono
modo terminandi processum fidei. sub nu. 197. & rub.
forma ferendi sententiam contra eum, qui in hæresim
est relapsus,&c.nu.200.in fine fol.550.tenet, eiusmodi
sententiam, & consignationem faciendam esse die iu-
ridico in aliqua platea, seu loco publico extra eccle-
siam, quam Eymerici sententiam confirmo ex his quæ
dixi supra num. 1.3. 4.& 17.vers. declara.

25 Contrariam opinionem, quòd sententia & relaxa-
tio prædicta sint proferendæ die festiuo; vti fidei nego
tio magis expedientem amplectitur Pegn.in commen.
ad Eymer.dicta par.3. commen. 45. §.verumtamen. &
seqq.fol.551 quam opinionem, vt idem quoquè retu-
lit, approbauit Instructio Madruliana de anno 1561.
26 cap. 77. cuius instructionis verba ibidem recenset: †
& aduerte,quòd eodem die,quo profertur sententia
vna cum relaxatione, est etiam facienda executio di-
ctæ sententię iuxta ea,quę scribunt Simanc.de cath.in-
stitut.tit.60.de sent. nu. 11. & post eum Pegn.dicta
par 3.comm.42. §. sin autem impænitens. dum aiunt,
quòd si hæretici persistunt in pertinacia,& impæniten
tia, legenda est sententia, & confestim à Iudice sæcu-
lari capiendi sunt,& ad ignem damnandi, & protinus
concremandi, & in conspectu populi, vt addit Pegn.
vbi supra.

Nec obstant quæ pro consuetudine contraria dice-
bam supra dicto num.17.vers. declara. quia aut diuer-
sa,aut saltem longè maior ratio militat in punitione
27 hæreticorum:† nam cum hæresis delictum latius. quã
alia se diffundat,ac difficilius curetur, sitq; veluti scin-
tilla apta ad comburendum totũ orbem; vnde in eo di
citur versari periculum totius status Reip. christianæ
iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap.59. num.1.& 19,
meritò quoquè punitio debet latius, quàm aliæ puni-
tiones patere;& omnibus innotescere,vt quemadmo-
dum hæreticorum hæresis potuisset vniuersum Reip.
statutum labefactare; ita quoquè eorum punitio eidẽ
æquam possit adhibere medelam; sed latè patebit, si
puniantur die festiuo in aliquo loco publico, vt be-
nèconsiderauit etiam Pegn. ad direct. Eymer. par. 3.
comm.45.§.verumtamen & §.ingenuè fatebor.

Cæterum

Cæterum vbi extaret conſuetudo ſententiandi diebus iuriſdicis, poterun Inquiſitores illam ſeruare, ſicuti admonuit etiam Pegn. vbi ſupra. §. quantum.

An eiuſmodi ſentētiæ ſint proferēdæ in eccleſia, ſeu extra eccleſiā, vt dicit Eymer. & quo ordine ſint proferendæ dicemus, Deo fauente, lib. 3. & nonulla diximus lib. præced. cap. 98. ſub num. 4. verſ. ſi eſt ſola.

SI curioſus quis ſatageret cur hic de ferijs egerimus, dico vt ſequerer ordinem Iuriſconſulti, & Imperatoris. ff. & C. quia feriæ ſunt dilationes quædam, & cum ſupra egerim de dilationibus; congruè videbatur poſtea agendum de ferijs.

De poſitionibus & articulis.

SVMMARIVM.

Poſitiones quomodo tractentur in iſto cap. num. 1.

Poſitiones non poſſunt fieri ante conteſtationem litis num. 2. Contraria opinio nu. 3. & 4. concordantur vt prima opinio ſit vera, reſpiciendo factum principale. num. 5. & ſeqq. Secunda verò, reſpiciendo exceptiones num. 10.

Poſitiones debent fieri intra dilationes aſſignatas ad probandum nu. 11.

Poſitiones poſſunt fieri tàm ante examen teſtium, quàm poſtea nu. 12.

Teſtes examinati ante conteſtationem litis non probant num. 8.

Inſtrumentum, ſeu Scriptura. } producta ante conteſtationem litis non probant niſi reproducātur poſt litis conteſtationem nu. 9.

Litis conteſtatio ſecundum aliquos eſt neceſſaria in qualibet exceptione ſub num. 10. verſ. ad rationes.

Poſitionibus reſponderi debet etiam poſt lapſum terminum num. 13.

Articuli non poſſunt produci poſt lapſum terminum de rigere iuris, ſecus de æquitate, & dummodo ſint de iure dantis, & ante concluſum in cauſa nu. 14.

Poſitiones poſſunt admitti vſquè quo concludatur in cauſa, ſed non poſtea. num. 15. Fallit in cauſis ſummarijs num. 16. ideoquè in regno neap. fallit in omnibus cauſis num. 17. Fallit 2. reſpectu iudicis, qui ex officio poteſt interrogare etiam poſt concluſum in cauſa num. 18. & etiam ſuper nouo capitulo nu. 19. fallit 3. quando æquitas ſuadet vt admittantur poſt concluſum in cauſa num. 20.

Poſitiones Articuli ſeu Capitula } non ſunt de ſubſtantia iudicij num. 21. & ſeqq. & num. 27. In iudicio tamen ſummario poſſunt eſſe de ſubſtantia contingenter ſub n. 28. verſ. ſi nos loquimur. | De ſtylo cur. rom. terminus ad articulandum eſt de ſubſtantia iudicij num. 29.

Poſitiones in aliquibus locis non fiunt nu. 22.

Probatio facta ſuper libello ſine articulis valet num. 23.

Articuli, quare fuerint inuenti ſub num. 23.

Articuli ſeu poſitiones de conſuetudine ſemper formantur & quare num. 24. & à quo tempore cœperit iſta conſuetudo num. 25. & formantur in curia Rom. num. 26.

Principales poſſunt facere poſitiones nu. 30. 35. & 37.

Iudex poteſt facere poſitiones num. 31. Contrarium nu. 33. & 35.

Aduocatus non poteſt facere poſitiones num. 37. poſſunt tamen partes vti in earum confectione eius conſilio num. 39. eaſdemquè poſſunt præſentare per aduocatum num. 40.

Poſitiones & Interrogationes } an differant num 31. & 36.

Iudex non poteſt ſupplere in facto num. 34.

Iudex poteſt interrogare num. 32.

Poſitiones fiunt ſuper facto & non ſuper iure nu. 33. quamuis tangant ius ſub nu. 34.

Aduocati munus eſt circa ius non circa factum num. 37. in fine.

Poſitiones faciunt hi, qui iurant de calumnia num. 38.

Procurator poteſt facere poſitiones ſi habet mandatum ſpeciale: idē ſi habet ſimplex ſeu generale n. 41. Contrariū, quòd non poſſit facere poſitiones niſi habeat mandatum ſpecialiſſimum num. 42. Fallit in procuratore in rem ſuam nu. 43. De conſuetudine præſertim Vrbis procuratores faciunt eas indiſtinctè & ita ſeruatur num. 44.

Poſitiones & Articuli } formantur ex libello ſeu petitione, & natura actionis num. 45. & quare ex libello num. 51. Declaratur id eſſe verum in articulis formandis ab actore: ſecus in formandis à reo num. 52.

Poſitiones vnde dicantur num. 46.

Articulos facere debent procuratores experti, ſeu aduocati antiqui num. 47.

Articulorum ethymologia num. 47. in fine. & 48.

Articuli ſuper dominio num. 49.
ſuper actione publiciana nu. 49.
ſuper rei vendicatione.
ſuper promiſſione ex cauſa mutui.
ſuper repetitione depoſiti
ſuper remotione ab eccleſia
ſuper confirmatione ſuæ electionis } nu. 49. & 50. remiſſiuè

Forma ſeu Rubrica } poſitionum quæ ſit num. 53. alia num. 54. alia num. 55. hodierna num. 56. & de proteſtatione facienda ne detur earum copia num. 57.

Citatio requiritur in productione poſitionum num. 58. in curia capitolina requiritur ex diſpoſitione ſtatutorum num. 59. Contrarium, quòd citatio non ſit neceſſaria nu. 60. & ſeq. Concluditur praxim eſſe, vt requiratur, eiuſquè formula ponitur nu. 63.

Citatio eius, quo inuito poteſt actus expediri, non eſt neceſſaria num. 61.

Citatio non eſt neceſſaria, quando agitur de modico præiudicio ſub num. 61.

Proteſtatio præmittenda contra poſitiones ante quàm reſpondeatur num. 62.

Citatio requiritur in productione articulorum ſub num. 64. verſ. ſi ſumus | & præſertim in curia num. 65. Declaratur vt ſufficiat terminus ad dicendum contra articulos num. 66.

Citatio requiritur in admiſſione articulorum ſaltem quādo index pronuntiat expreſſe eſſe admittendos num. 67. Contrarium num 68. In praxi præmittitur citatio nu. 69. & quomodo in Vrbe nu. 70. & præſertim requiritur quando producuntur vt ſuper eis examinentur teſtes, & quæ ſit formula huius citationis ſub num 82. verſ. ſecunda eſt.

Poſitiones ſint ne, vel non admmittendæ diſcutitur ſi detur earum copia num. 71. ſed ſi copia non detur pars, dum ſuper eis examinatur, poteſt opponere contra eas num. 72.

Pars, ſi ſit præſens in iudicio, poteſt moneri à iudice vt reſpondeat poſitionibus ſub nu. 73. ſed iudices hoc non ſeruant nu. 74. ſi verò non ſit præſens in iudicio, vel &c. fit monitorium nu. 75.

Monitorium ad reſpondendum poſitionibus quomodo fiat ſub num. 75. & quomodo in tribunali Rota num. 76. & quomodo ſecundum ſtatuta Vrbis, & pragm. Regni Neap. ſecundum conſuetudinem &c. num. 78. & 79.

Contumax in non reſpondēdo poſitionibus quādo non habeatur pro confeſſo num. 77. & latius nu. 477. & quando habeatur num. 476.

Arma non ſunt ſumenda de domo rei nu. 80.

Reus quare cogatur reſpōdere poſitionibus actoris, & actor non cogatur edere inſtrumenta ſub num. 80.

Poſitiones oēs regulariter ſunt admittendæ nu. 83. & ſeqq. fallit tamen multis caſibus nu. 91 & ſeqq.

Poſitiones ſeruiunt loco probationum nu. 84.

Probationum facultas non eſt anguſtanda nu. 85.

Poſitiones niſi ſint expreſſe prohibitæ cenſentur permiſſæ num. 86.

Regula in dubio adhærendum eſt nū. 87.

Poſitio in dubio debet admitti ſaltem cum clauſula: ſaluo iure &c. nu. 88.

Superfluum admittere melius eſt, quàm omittere neceſſarium ſub nu. 88.

Prohibito & Permiſſio } ſi concurrant circa idem, prohibitio debet attendi num. 89.

Inter-

Interlocutoria non est necessaria in admissione positionum sub num.90.

Positiones, nõ admittendæ, sunt sequentes usque ad sequentem manum.

- Impertinens nu.91.93.94.& 493.
- Superflua num. 173. & seqq.
- Obscura num.180. & seqq.
- Continens factum alterius num.183.& seqq.
- Generalis in genere generalissimo nu.190.& seqq.
- Multiplex & implicita nu.196.& seqq.
- Iuris nu.203.& seqq.
- Continens impossibile nu.224.& seqq.
- Continens id, quod est decisum &c.nu.227.
- Criminosa nu.229.& seqq.
- Contraria alteri positioni nu.268.& seqq.
- Continens factum iam probatum num. 278.& seqq.
- Cõtinens litem cui aduersarius iam cessit n.279.& seq.
- Captiosa num.281.& seqq.
- Alternatiua num.288.& seqq.
- Contines ius possessoris conuenti num. 292. & seqq.
- Continens emergens, de quo principalis verisimiliter non potuit instruere procuratorem &c. nu.297.

Positiones sequentes an sint admitendæ:

- Negatiua num.298.
- Obiectiua num. 314.
- Continens ius tertij nu.349.

Positiones debent fieri in loco iudicij num.443.& seqq.

Actor dans positiones an debeat esse præsens in iudicio &c. num.445.

Positiones possunt fieri per verbum credulitatis num.446. Contrarium seruatur in praxi, quia fiunt per verba assertiua num. 447. Restringitur hoc contrarium ut sit verum quoad positiones consistentes in facto proprio num.449.

Positiones & Articuli in quibus differant num.450.& seqq.

Ponens excipiendo cum negatiua præcedenti non fatetur num.451.& 458.vers.non.obstat.

Ponens sub conditione non fatetur nu.452.

Excipiens non declarat dubiam probationem aduersarij num.453.

Iudicium non debet claudicare num.455.

Claudicans est vitiosum nu. 456.

Effectus verborum & non cauillatio debet attendi num.457.

Positio an sit affirmatiua vel negatiua ex effectu verborum cognoscitur nu.457.

Excipiens licet non fateatur intentionem aduersarij num. 452.453.fatetur tamen intentionem suam num. 454. 465.& 458. vbi adducitur casus | Item fatetur intentionem aduersarij, si eam expresse acceptet num.459. Exemplificatur acceptatio expressa nu.460.Idem si acceptet tacitè num. 461. Contra hoc de tacita acceptatione num.463. Retinetur primum, quòd fateatur, si tacite acceptet num.464.Extenditur etiã si tacita acceptatio haberet præcedentem negatiuam in responsione data ad libellum eod.nu. 464.vers.extende.

Priuatio præsupponit habitum nu. 462.

Positinnes & Interrogationes differunt, quia interrogans non fatetur num.466.Restringitur non esse verum si interrogatio fiat sub iuramento calumniæ nu.467.Declaratur restrictio, vt procedat in interrogatione data dispositiuè nu.468.

Interrogationes fiunt etiam post litis contestarionem num. 469. Declaratur hoc esse verum indistinctè quando interrogat iudex ex officio num. 470. secus quando interrogat pars, quia possunt fieri solum ad declarationem actorum num. 471. Exemplificatur nu.472.

Interrogationes super negotio principali non possunt fieri à parte post litis contestationem nu.473. Fallit in causis summarijs nu.474.

Interrogationes & Positiones in quibus conueniant remissiuè num. 475.

Contumax in non respondendo positionibus in curia capitolina habetur pro confesso, nisi eamet die postquàm est habitus pro confesso, responderit nu.476.

Contumax in non respõdendo positionibus potest de iure ciuili haberi pro confesso sub nu.477.vers.primum est | Et etiam de iure canonico num. 478. Ampliatur vt procedat in positionibus ante litem contestatam num. 481. Limitatur vt non habeat locum si positiones fiant super negotio principali ante litis contestationem num. 482.& 521.

Contumax in non respondendo libello non potest haberi pro confesso nu.479.Ratio redditur nu.480.

Contestatio litis non inducitur ex responsione data positionibus nu.483.vers.nam.

Contumax in non respondendo positionibus vt possit declarari pro confesso quæ requirantur num.484.& seqq. & nu.495 quibus non adhibitis processus factus super ficta confessione esset nullus nu.496.

Contestatio litis requiritur antequàm cõtumax possit declarari pro cõfesso in negotio principali, secus si nõ agatur de negotio principali num.484.in fine.485.& 495.

Monitio contra contumacem ad respondendum positionibus debet fieri in faciem ipsius contumacis per iudicemmet, alias non potest haberi pro confesso nu. 486. Declaratur satis esse si fuerit sic monitus procurator num.487.

Monitio, quam nuntius de mandato iudicis facit parti, vt respondeat positionibus, non operatur, vt, si sit contumax, haberi possit pro confesso num. 488. secus in Reg. Neap. quando transmitteretur copia positionum cum comminatione &c.quod secundum aliquos procedit etiam de iure communi num. 489. secundum nostram sententiam de iure communi non procedit num. 490. & 588.

Contumax in non respondendo aliquibus positionibus non habetur pro confesso in alijs, quibus respondit nu. 491.

Contumax in non respondendo positionibus datis post &c. an habeatur pro confesso nu.492.

Contumax in non respondendo positionibus, quibus vel non tenetur respondere, vel legitima causa impeditus non potest, non habetur pro confesso num.493.

Iurare debet is, qui dat positiones nu.494.

Iuramentum calumniæ est necessarium ad hoc, vt contumax in non respondendo positionibus possit haberi pro confesso num.497.vers. primus est. | Contrarium quòd non sit necessarium n. 498. Quòd neque sit necessarium in eo, qui dat positiones num. 499. Contrarium num. 500.Retinetur primum num. 501.si tamen fuerit præstitum non erit necessarium nouum iuramentum, quod alias esset necessarium eod. nu.501.

Contumax in non respondendo positionibus seruata forma debita habetur pro confesso, & nunquã pro negante nu. 502.Ratio redditur nu.503.& 508.

Contumax in non respondendo interrogationibus habetur pro confesso seu negante, prout ei deterius erit n.504.regulariter tamen habetur pro negante, & quare num. 506. & 508. & hæc dummodo sit seruata forma &c. num.507.

Tacens cum contumacia habetur pro consentiente &c. num.505.

Aequiuoca interpretantur ad fauorem facientis nu. 509.

Contumax in non respondendo positionibus non habetur pro confesso in casibus notatis infra, quamuis fuerit seruata forma &c. num. 510. In causis spiritualibus, & in beneficialis eod.num. 510.& 511.vbi redditur ratio. | Declaratur vt in sui præiudicium habeatur pro confesso, sed non propterea probatur intentio ponentis num. 512. | In causis criminalibus num. 513. | In positione falsa, scienter data num. 514. | Quando libellus est ineptus num.516. & 517.vbi redditur ratio | Quando causa agitur inter personas, inter quas non potest esse iudicium num 520. | In positionibus super negotio principali, datis ante litis contestationem num. 521.

Declaratoria confessionis contra contumacem est necessaria, quia ipso iure non habetur pro confesso num.522. Extẽditur vt si contumax responderit ante declaratoriam non possit declarari nu.523.

Declaratoria confessionis contra contumacem potest fieri sine citatione num.524. Contrarium est verum quando in monitione ad respondendum non fuisset comminata pœna confessi num.525.Requiritur citatio etiam in alijs declaratorijs. eod.nu.525.in fine.

Contumax in non respondendo positionibus dicitur tàm si nullatenus respondeat, quàm si respondeat sed obscurè nu.526.& seq.

Con-

Reſpondere obſcure & non reſpondere paria ſunt nu. 527.

*Reſpondere oportet clare, & aperte interrogationibus num.*528.

Reſponſio obſcura, ſeu incerta quæ dicatur num. 529. 530. 532. 539. & 540.

*Reſponſio obſcura admittitur quando interrogatio eſt obiectiua nu.*531.

Appellatio aquè dicitur admiſſa ſi iudex dicat. admitto ſi & in quantum; *ſicut ſi dicat* : non admitto niſi &c. *num.*533.

Reſponſio: non credo niſi appareat : *eſt incerta, ideoquè non admittitur num.*632. *Contrarium num.* 534. *unde ſi apparuerit per teſtis; reſpondens modo prædicto dicetur conuictus & confeſſus num.* 535. *Retinetur primum cum declaratione vt ſi eiuſmodi reſponſio fuerit admiſſa reſoluatur in confeſſionem ſi aliter fuerit probatum num.* 537. *Extenditur vt præfata reſponſio non ſit admittenda ſi ſtatutum mandaret reſponderi ſimpliciter num.*538. *Extenditur rurſus etiam ſi reſponſio ſe reſtringeret ad acta num.*539.

Reſponſio credo quod ponitur, ſi apparet ſcriptura, de cuius tenore ponitur. *nõ addmittitur n.*540. *Contrarium nu.*541. *Retinetur primum, & extenditur vt præcipuè ſit verum mandante ſtatuto reſponderi præciſe nu.*542. *Reſtringitur non eſſe verum, ſi poſitio eſſet relatiua ad inſtrumentum nu.*543.

Reſpõſio clara, ſeu certa in poſitionibus dicitur iſta. credo vt ponitur: nõ credo vt ponitur. *in Camera tamen Imperiali non admittitur num.*544. *& ſub nu.* 709.

*Appellatio conceditur ei, qui fuit declaratus pro confeſſo eò quòd non reſponderit poſitionibus nu.*545. *Limitatur in foro capitolino nu.*546.

*Sententia, qua quis fuit declaratus pro confeſſo propter contumaciam, reuocatur in cauſa appellationis, ſi declaratus doceat de legitimo impedimento nu.*545.

Actor & Reus } *vterquè poteſt facere poſitiones, & poſſunt ſimul eas facere, alias prius actor num* 547.

*Procurator contumax in non reſpondendo poſitionibus habetur pro confeſſo nu.*487. & 494.

*Principalis an dicatur reſpondiſſe poſitionibus, ſi reſponderit eius procurator nu.*548.

*Principalis & non Aduocatus, ſeu procurator debet reſpondere poſitionibus nu.*549. *poteſt tamen principalis vti eorum concluſio in reſpondendo num.* 551. *Contrarium, quòd non poſſit vti nu.*552. & 553.

Procurator ſimpliciter conſtitutus non poteſt reſpondere poſitionibus num. 548. *verſ. ſi procurator. & nu.* 549.

Procuratoris confeſſio præiudicat domino num. 487. *verſ. extende. & nu.*550. & 597.

*Aduocatus non debet aſſiſtere principali reſpondenti poſitionibus num.*553. *Limitatur primo quando principalis eſſet ſimplex, & groſſulanus nu.*544. *Reſtringitur limitatio, vt non procedat quando principali eſſet conceſſa copia poſitionum num.* 555. *Limitatur* 2. *vt licet non poſſit aſſiſtere; poteſt tamen antea conſulere num.* 556. *Limitatur* 3. *vt licet non poſſit aſſiſtere in conſpectu, tamen poteſt ſtare propè extra conſpectum nu.*557.

Procurator habens mandatum ſpeciale ad reſpondendum poſitionibus poteſt reſpondere, & vbi reſponderit, principalis non cogitur reſpondere nu. 558. *& quid ſi pars opponat num.*559. 560. 561. & 562. *vbi retinetur opinio, quòd cogatur reſpondere principalis.* | *Limitatur hæc opinio quando principalis eſſet ſimplex & groſſulanus num.*564. *Limitatur* 2. *in vniuerſitate, in infante, & ſimilibus num.* 565. *Limitatur* 3. *in foro caſtelino, ſi principalis abſit per* 40. *milliara num.* 566. *& quid dicendum ſi reſponderit procurator in rẽ ſuam vel ceſſionarius nu.*567. *remiſſiuè.*

*Mandatum ſpeciale ad reſpondendum poſitionibus quod dicatur nu.*653.

Procurator, habens mandatum ſpecialiſſimum ad reſpondendum poſitionibus, ſi reſponderit, principalis non cogitur reſpondere num. 568. *& eſt verum etiam parte opponente num.*570. & 571. *reprobato contrario nu.* 569. *Ampliatur etiam ſi principalis eſſet in ciuitate, ſeu iudicio num.* 572. *Ampliatur* 2. *in Regno Neap. num.*573.

Mandatum ſpecialiſſimum ad reſpondendum poſitionibus dicitur quando continet inſertas reſponſiones num. 570. *verſ. ratio. ibi. nam mandatum.*

Procurator non admittitur in cauſa criminali num. 572. *verſ. non obſtat. ibi. imò in cauſa.*

*Expenſæ pro examinando principali abſente tanquàm legaliori ſuper poſitionibus, quibus procurator reſponderit, ſunt ſoluendæ ab ipſo abſente num.*574. 575. & 576. *Ampliatur* 1. *quando abſens non reliquiſſet procuratorem plenè inſtructum num.*577. *Ampliatur* 2. *quando emerſiſſet nouus articulus, ſuper quo procurator inſtrui nen potuiſſet num.*578. *Ampliatur* 3. *etiam ſi principalis abſens eſſet perſona egregia, ſeu priuilegiata nu.* 579. *Contra iſtam ampliationem, quòd mittatur expenſis communibus num.* 580. *Concordantur num.* 581. *Retinetur ampliatio num.* 583. *Limitatur nunc* 1. *quando mittitur pro iuramento deciſiuo, quia mittitur expenſis communibus num.* 584. *Declaratur limitatio vt non ſit vera, ſi abſens petat iurari, & aduerſarius remittat ei iuramentum, quia abſens tenebitur ad expenſas nu.*585. *Limitatur* 2. *quando principalis miſiſſet mandatum ſpecialiſſimum ad ſic & ſic reſpondendum nu.*587.

Dilatio conceditur procuratori ad conſulendum principalem, quando emergit nouus articulus nu. 578.

*Priuilegium non debet eſſe damnoſum tertio, aut operari vltra effectum, ad quem eſt conceſſum num.*582.

*Expenſæ actus ſunt ſoluendæ ab eo, qui petit actum num.*586.

Confeſſionem ſeu Poſitionem } *reuocare non licet nu.* 589. *Ampliatur* 1. *in confeſſione poſt litẽ conteſtatam num.* 593. & 594. *Ampliatur* 2. *vt neque poſt ſententiam, neque ante ſententiam poſſit reuocari num.* 594. *Ampliatur* 3. *non ſolum in poſitione ſcripta, ſed etiam in non ſcripta num.* 595. *Ampliatur* 4. *in confeſſione procuratoris num.*596. *Declaratur hæc ampliatio vt ſit vera in procuratore habente mandatum expreſſum ad ponendum, vel &c. num.*597. | *Reſtringitur hæc eadem ampliatio vt de ſtylo non ſit vera nu.* 598. *Habet locum iſta reſtrictio etiam ſi confeſſio eſſet geminata num.* 599. *Habet* 2. *locum etiam in principali, qui poteſt reuocare confeſſionem procuratoris nu.* 600. *Habet* 3. *locum etiam in confeſſione reſultante ex productione ſcripturæ num.* 603. *Habet* 4. *locum etiam ſi errauerit in iure num.* 604. *Habet demum locum tota hæc reſtrictio tàm in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus, quàm in prophanis num.* 605. *vbi reſpondetur etiam contrarijs* | *Declaratur tota eadem reſtrictio vt non procedat in procuratore cum mandato ſpecialiſſimo nu.*608. *Ampliatur vltimo, vt non liceat reuocare, quando poſitio eſſet probata in actis eod. num.* 608. *verſ. amplia. & nu* 684.

Limitatur modo 1. *in poſitione, ſeu confeſſione erronea, quia põt reuocari n.*609. & 655. *dummodo doceatur de errore n.*610. *Extenditur hæc limitatio etiã ſi poſitio eſſet iurata nu.*611. *& etiam ſi eſſe ſcripta n.* 612. *ſi eſſet acceptata num.*613. *etiam hæres poteſt reuocare num.* 614. *etiam ſi eſſet confeſſio deliberata num.* 615. *ſi eſſet geminata num.*616. *etiam ſi ſit lata ſententia, ſed tunc &c. num.*617. *Sublimitatur hæc prima limitatio, vt non ſit vera poſt concluſum in cauſa & in ead. inſtantia, quia tunc &c. num.* 621. *Sublimitatur* 2. *vt ſit vera ſolum in poſitione, quæ habet iuſtum errorem num.* 622. *& qui dicatur error iuſtus in iſto propoſito, qui iuſtiſſimus, & qui iniuſtus declaratur num.* 625. *& ſeqq.* 634. & 636. *& ſeqq. Impugnantur hæ prima & 2. ſublimitationes, quia qualibet confeſſio erronea debet indiſtinctè poſſe reuocari num.* 648. & 649. *Soluuntur impugnationes num.* 650. *& ſeqq. Extenditur ſecunda ſublimitatio etiam ſi poſitio eſſet iurata per iuramentum credulitatis num.* 623. *Reſtringuntur iſtæ ſublimitationes vt non procedant quando confeſſio erronea contineret impoſſibilitatem, quia poſſet ſemper & indiſtinctè reuocari num.* 624. & 651. *Sublimitatur* 3. *vt procedat in cauſis, quæ non creſcunt per inficiationem num.* 658. *ſecus in cauſis quæ creſcunt per inficiationem num.* 659. *Diſtinctio noſtra in iſta ſublimitatione num.* 660. *Declaratur hæc* 1. *limitatio in quibus caſibus procedat num.*662. 663. & 664. *Limitatur* 2. *in con-*

in confeſſione, quæ reuocatur ante litis conteſtationem & dummodo aduerſario non emerſerit captio nu. 665. & quando dicatur emerſiſſe captio.nu. 666. Limitatur 3. in confeſſione, cuius falſitas eſt nota aduerſario, eiuſq; culpa poteſt aſcribi num. 667. Limitatur 4. in confeſſione, quæ reuocatur incontinenti num.668. & quando dicatur reuocari incontinenti nu. 669. & ſeqq. Extenditur hæc limitatio etiã ſi eſſet redacta in ſcriptis & effecta de actis num.677. Limitatur 5. in poſitione, quæ nondum eſt effecta de actis num. 678. Limitatur 6. in confeſſione, quam aduerſarius confitentis impugnaſſet nu. 679. Limitatur 7. in confeſs ione pupilli, furioſi, & ſimilium num.680. Limitatur indiſtinctè in qualibet confeſsione nõ iurata &c. n. 681. & 682. & etiã in iurata, ſi ſit iurata ſolũ à procuratore non habente ſpecialiſsimum mandatum n.683. Reſtringitur iſta limitatio, vt non ſit vera, ſi confeſsio eſſet probata in actis num.684.

Confeſsio an ita contineatur in capitulis & articulis, ſicut continetur in poſitionibus nu.685. & ſeq.

Capitulans non fatetur præſertim in cauſis criminalibus num.685.

Articulans contraria non incidit in periurium, ſecus eſt in ponente num.686.

Articulans contraria repellitur vti contrarius, ſicut repellitur is, qui ponit contraria nu. 687.

Articulãs cum iuramento ita prohibetur reuocare articulata, ſicut ponens prohibetur reuocare poſita ſub num.687.

Confeſsio contenta in precibus, & in libello an, & quando poſsit reuocari num.688. remiſsiuè.

Poſitio, quæ in qualitate rei poſita eſt partim vera, & partim falſa, poteſt licitè tota negari num. 689. & 703. vbi habetur etiam exemplum | Idquè præſertim eſt verum, ſi negetur res poſita, prout eſt poſita n.709. & quid ſi ſit partim vera & partim falſa in quantitate num. 690. & ſeqq.

Poſitio partim vera & partim falſa in quãtitate rei, ſeu ſummæ, poſita non poteſt tota negari n.690. & ſeqq. Contrarium quòd poſsit tota negari num. 695. & ſeqq. & num. 698. & ſeqq. & præſertim ſub num. 702. cautela ideo eſt, quòd ponens addat: & ſi non credit de tanta quantitate dicat de quanta &c. num. 708. Contraria cautela datur reſponſuro, vt neget poſita prout ponuntur num.709.

Interrogatus de toto fundo tenetur reſpondere etiam de parte num. 691. eſt verum ſi fuit interrogatus etiam de parte num. 705.

Moroſus dicitur qui non ſoluit debitum, licet ab eo ſit petitum plus debito nu.692. procedit quando petens obtulit ſe recepturum etiam partem nu.705. verſ. ad ſecundum. & num 708.

Sententia, continens plura capita ſeparata, poteſt in vno eſſe valida, & in alio nulla num. 693. & 706. ſecus ſi contineat vnam ſummam num.701. & d. num.706.

Exceptio rei iudicatæ, quæ obſtat petenti totum, obſtat etiam petenti partem num. 694. & quare & quomodo num.707

Libellus, ſeu Petitio } quãdo poſsit totus negari eò quòd ſit petitum plus debito nu.696. & ſeqq.

Debitor poteſt negare totum debitum, ſi creditor petierit plus debito num. 696. Contrarium eſt verum nu. 697. actori, tamẽ petenti plus debito, non impiè negatur debitum num.700.

Falſa oratio in vno reputatur falſa in toto, ſi oratio ſit vniuerſalis nu.699.

Sententia, quæ non valet in tota ſumma, non valet in parte nu.701. & 706.

Falſa depoſitio teſtis in vno reputatur falſa in toto etiam ſi capitula depoſitionis ſint ſeparata num. 702.

Vtile per inutile quando vitietur ſub num. 702.

Debitor licet ſit condemnatus ad ſoluendum debitum, tamen non tenetur ad expenſas litis, ſi creditor petiiſſet plus debito num.704.

Libellus ſeu Petitio } quomodo ſit formandus, quando eſt ſoluta ſeu adimpleta pars eius, quod petitur num.710.

Reſponderi poteſt poſitionibus per verba credulitatis nu. 711. & an per verba dubitatiua num.712. remiſsiuè.

Minor an, & quando cogatur reſpondere poſitionibus, & poſsit eſſe teſtis num.713. & ſeqq. vſquè ad num. 746

Infans non doli capax non cogitur reſpondere poſitionibus neque iurare num. 713. & qui dicatur infans non doli capax num. 718. 719. & ſeqq. & quid de doli capace, ſed impubes an cogatur reſpondere nu.728.

Infans repellitur à teſtimonio nu. 714.

Infans vnde dicatur nu.715.

Infans dicitur is, qui loquitur ſine diſcurſu, licet articulatè loquatur num.716. Dicitur etiam is, qui in adminiſtranda cura non habet facultatem loquendi, etiam ſi ſit maior xxv. ann. nu. 717.

Infantes cur appellentur filij Regis, viuente Rege eorum patre aut primogenito ſub nu.717.

Loqui ſine diſcurſu non eſt propriè loqui num. 716. in fine.

Impoſſibilium nulla eſt obligatio nu.715. in fine.

Puer quinquè annorum iurans, deteſtãs, & blaſphemans fuit à Diabolo raptus nu.719.

Infans doli capax dicitur proximus pubertati ſub num. 720. & ab anno vij. excluſiuè vſquè ad xiiij. in maſculo, & xij. in fœmina relinquitur arbitrio iudicis num.721.

Pubertati proximus puer quando dicatur, relinquitur arbitrio iudicis num.722. ſecundum alios dicitur quando explexit annum x. cum dimidio n.725.

Pueri quibus in locis ſint verſuti ſub nu.723.

Homines vnius prouinciæ et homines alterius prouinciæ ſolent moribus & qualitatibus differre ſub nu.723.

Minor annis x. cum dimidio delinquens non punitur in Vrbe num.724.

Mentecaptus, Furioſus } & ſimiles non examinantur nu.726.

Confeſſio pupilli non doli capacis, item confeſſio furioſi, ſeu mente capti non valet nu. 727.

Impubes ſed proximus pubertati, doliquè capax non poteſt eſſe teſtis, nec poteſt iurare num.728. Contrarium num.729.

Pubes cogitur iurare, & reſpondere poſitionibus nu.730.

Minor, Impubes et Pubes } dum cogerẽtur reſpondere poſitionibus, non eſt neceſſaria auctoritas tutoris ſeu curatoris num. 731. Contrarium, quòd ſit neceſſaria num.733. Diſtinguitur vt diſcuſsio an ſit examinandus, & ſimiliter reſponſio ipſa fieri debeat cum tutore, ſecus in qualitate reſponſionis num. 734. vbi refertur etiam dictinctio contraria | Deducitur noſtra diſtinctio, vt auctoritas ſit neceſſaria in cauſa, in qua minor non habet legitimam perſonam num. 735. & ſeq. etiã ſi minor careret tutore n.737. ſed in cauſa in qua minor habet legitimã perſonam, et eſt pubes, non eſt neceſſaria num. 738. ſed ſi ſit impubes, & cauſa ſit ſpiritualis, ſeu beneficialis, eſt neceſſaria num.739. at in cauſa nõ beneficiali, nec ſpirituali, ſi non habet tutorẽ, non eſt neceſſaria, ſecus ſi habet nu.740. & quid in infante nu.741. & hæc in cauſis ciuilibus, ſed quid in criminalibus & hæreticalibus nu.742.

Infans non poteſt ſtare in iudicio, neque confiteri &c. num.741.

Confeſsio pupilli, facta cum auctoritate tutoris, non præiudicat num.743. & 744. Contrarium.nu.746.

Impuberis teſtimonium facit aliquale inditium nu. 744.

Impubes minor annis x. cum dimidio quomodo puniatur pro delicto ex forma ſtat. Vrb. nu.745.

Eccleſia & Vniuerſitas } coguntur reſpondere poſitionibus, & quomodo num.747. & ſeqq.

Abbas, Prior, ſeu Prælatus } eccleſiæ reſpondent poſitionibus cum iuramẽto & vna cum Capitulo ſeu maiori parte n. 748. eorumquè confeſsioni potius ſtatur quàm contrariæ confeſsioni ſyndici num.751. & quando confeſsio prælati præiudicet eod. num.751. verſ. declara.

Oeconomus ſeu Syndicus } reſpondet poſitionibus ſine iuramento num.749. & 750. in fine.

Priores, Conſeruatores, ſeu Supra conſiliarius } debent reſpõdere poſitionibus n.750.

Confeſsio facta in reſponſione ad poſitiones parte abſente, regulariter non præiudicat confitenti, niſi iudex mandaſſet reſponderi, non obſtante abſentia partis num. 752. Contrarium ſeruatur de conſuetudine, & ex diſpoſitione ſtat. Vrb. quia præiudicat num.753.

Negans poſitionem veram efficitur periurus, & debet puniri pœna extraordinaria num.754. Contrarium quòd nulla pœna puniatur in foro fori num. 755. Ampliatur ſiue ſit actor qui negat, ſiue ſit reus n.758. Ampliatur 2. vt habeat locum etiam in eo, qui ponit falſum n.759. Reſtringitur modo vt non procedat quando iudex præcipit reſponſuro, vt dicat verum ſub tali pœna, ſed in praxi non ſeruatur nu.760.

Reus reſpondendo inquiſitioni non punitur de periurio num.756.

Redimere proprium ſanguinem cuilibet eſt licitum num.757.

Negans poſitionẽ in facto proprio, ſi poſtea probetur, tenetur ad omnia damna, & expenſas nu.761. & quid ſit diſpoſitum in ſtat.Vrb.nu.762. quod neque videtur ſeruari num.763.

Negans poſitiones & poſtea priuſquàm probetur acceptās nō incidit in pœnam ſtatuti contra negantes poſitiones num.764.

Iuramentum examinandi ſuper poſitionibus non eſt neceſſarium, ſi is iurauerit de calumnia nu.765. In praxi tamen adhuc iurat nu.766.

Poſitiones an & quando poſſint fieri in cauſis mixtis, & in cauſa ſpolij, & damni dati nu.767.

Poſitionum copia an ſit concedenda ante reſponſionem nu. 768. remiſſiuè.

Proteſtatio ſeu Exceptio opponenda ab eo, qui citatur ad dicendum contra poſitiones, nu.769.

Proteſtatio facienda per eum, qui citatur ad dicendum contra articulos, & videndum iurare teſtes num.770. & quæ ſit forma proteſtandi contra teſtes nu. 771. hæcque proteſtatio contra teſtes poteſt fieri quandocunque ante publicationem atteſtationum num.772. & ſub nu. 775. verſ. aduerte. | & quibuſdam caſibus poteſt excipi contra perſonas teſtium etiam poſt publicatas atteſtationes. ibidem | ſed de conſuetudine ſolet præmitti initio interrogatoriorum, quæ dantur contra teſtes n.773. & præſeruat facultatem excipiendi in ſpecie in qualibet parte iudicij etiam parte opponente nu. 774. & ſub nu.775. verſ. quia reſp.

Proteſtatio ſeu Exceptio contra teſtes, quæ reſeruat proteſtanti facultatem reprobandi teſtes poſt publicationem, non admittitur ſine conſenſu partis aduerſæ, & iudicis, & quare num.783. nihilominus proteſtans poterit in vim huius proteſtationis reprobare teſtes ante dedicta teſtificata nu. 784. ſed ſi proteſtetur expreſsè, ſe velle reprobare teſtes, proteſtatio eſt admittenda ſine conſenſu partis, & ſine conſenſu iudicis, & quare num.785.

Exceptio, ſeu Proteſtatio generalis vti obſcura non admittitur parte opponente, ſecus ea tacente nu.775. Fallit in exceptione reſeruatiua contra teſtes, & in quibuſdam alijs caſibus. ibidem. verſ. quia reſp.

Exceptio an debeat dari in ſcriptis nu.776. vbi deducitur pro & contra, & concluditur non eſſe neceſſarium in ſummarijs, ſed in ordinarijs nil firmatur.

Articulorum copia datur, & dari debet etiam in Regno Neap. nu.777. Contrarium in Regn. Neap. num.778. & quare ſit concedenda ſub nu.782.

Articuli de directo contrarij non dantur nu.779. Contrarium eſt verum nu.780. Tolluntur adducta ex aduerſo num.782.

Reſtitutio in integrum aduerſus publicationem proceſſus ad ponendum eadem, & contraria articulis alterius partis datur minoribus, aliiſque perſonis priuilegiatis num.781.

Iudiciorum vſus eſt omnino neceſſarius propter hominum malitiam nu.782.

Proteſtationis ſpecies contra teſtes ſunt duæ nu.783. verſ. prima & verſ. ſecunda | & quæ earum ſit vtilior n.786. 788. in fine. & ſeqq. | concluditurque primam eſſe magis vtilem nu.792.

Teſtes poſſunt probare etiam ad fauorem eius, qui ſibi facultatem reprobandi eos reſeruauit, ſi voluerit nu.786. verſ. reſp.

Exceptiones, inducta in odium teſtium, poſſunt opponi contra teſtes etiam poſt publicatas atteſtationes ſaltem præſtito iuramento &c. quamuis nulla ſit præmiſſa proteſtatio excipiendi contra eos; ſed inducta in fauorem proteſtantis non poſſunt opponi poſt publicatas atteſtationes, & quæ ſint iſtæ exceptiones num. 787. ſecus eſt ſi fuerit præmiſſa aperta proteſtatio excipiendi contra eos, quia tunc poſſunt omnes opponi & tàm ante, quàm poſt publicatas atteſtationes num. 783. verſ. ſecunda. & num.789. ſed hæc proteſtatio operatur etiam contra proteſtantem num. 790. & inducit ſuſpitionem, ne teſtes deponant falſum ad fauorem proteſtantis nu. 791. ideoque hæc proteſtatio reputatur minus vtilis num.792.

Exceptiones contra teſtes poſſunt opponi etiam poſt publicatas atteſtationes, ſi iuretur, quòd non opponuntur malitiosè, ſeu &c. nu.788.

Negans poſitionem impertinentem non incidit in pœnam ſtatuti contra negantem poſitionem nu.92.

Poſitio notoriè impertinens non admittitur ſtante etiam ſtatuto quòd poſitio impertinens admittatur num. 93. & ſtante etiā ſtatuto generale, quòd reſpondeatur quibuſcunque poſitionibus num.94. & etiam ſi admitteretur cū clauſula, ſaluo iure &c.166. & etiā ſi ſtatutum mandaret admitti poſitiones cum præfata clauſula n. 170. Declarantur iſta 1. vt non ſint vera, quando non apparet manifeſte de impertinentia num. 95. Cautela vt poſitio quæ videtur impertinens admittatur nu. 96. Declarantur 2. vt non procedant quando poſitio non eſſet omnino impertinens nu.97.

Iudex, cui pars loquitur ad aurem, redditur ſuſpectus, niſi &c. ſub nu.96.

Poſitio non omnino impertinēs, ideoque admittenda dicitur quando ſaltem coniecturaliter, vel incidenter, per indirectum, ſeu coniuncta cum alijs adminiculis facit ad cauſam nu.97.

Poſitio quòd tu olim fuiſti dominus, ſeu poſſeſſor talis rei admittitur ad probandum, te hodie eſſe dominum, ſeu poſſeſſorem dicta rei ſub num.97. verſ. exemplifica.

Filius præſumitur eſſe dominus eius rei, cuius fuit dominus eius pater num.97. verſ. exemplifica.

Articulus proprietatis ſeu dominij admittitur in interdicto retinendæ, & ad quem effectum admittatur nu.98. & 100. Contra nu. 103. & ſeqq. Declaratur non admitti contra reum poſſeſſorem nu.113. Ampliatur & reſtringitur num. ſeqq. & præcipuè num. 128. vbi conciliatur contrarietas.

Interdictum retinendæ intentatur quando vtraque pars prætendit ſe poſſidere nu.99.

Titulus ſeu Dominium iuuat ad obtinendū in interdicto retinēdæ data paritate probationis ſuper poſſeſſione num.99. & ſub nu.100 & 128.

Poſſeſſio cum titulo eſt fortior poſſeſſione ſine titulo num.100.

Articulus de dominio præſentatus à reo in interdicto recuperandæ poſſeſſionis non dicitur impertinens num.101. ideoque ſi reus excipiat de dominio, & iudex reijciat, reus poteſt appellare num.102. Contra num. 105. & nu. 134. vbi concluditur, quòd reus, ſicque ſpoliator non poteſt opponere exceptionem dominij | Ampliatur et declaratur multipliciter num.135. & ſeq.

Proprietas nihil commune cum poſſeſſione num.103.

Exceptio dominij nō admittitur in poſſeſſorio retinendæ n. 104. & 113. Ampliatur iſta concluſio 1. etiam ſi offeratur incontinenti eius probatio num. 114. Ampliatur 2. ſi agens hoc interdicto retineat ſolam ciuilem poſſeſſionem num. 115. Ampliatur 3. quando retineat & ciuilem & naturalem, ideoque ageretur pro ceſſatione inquietationis num. 119. Ampliatur 4. etiam ſi exceptio dominij probetur per inſtrumentum publicum num. 120. Ampliatur 5. etiam ſi exceptio dominij ſit cauſata ab actore num. 121. Ampliatur 6. quando excipitur de dominio alicuius tertij num. 123. Extenditur hæc ampliatio vt habeat locum etiam in petitorio num. 124. Ampliatur 7. etiam ſi allegetur exceptio defectus proprietatis, & dominij num. 125. Extenditur iſta ampliatio vt habeat locum etiam in petitorio nu.126.

Reſtringitur modo cōcluſio, vt non procedat quando poſſeſſor patitur fieri probationes ſuper dominio num. 127. Reſtringitur 2. quando non conſtat quis eorum ſit in poſſeſſione num. 128. & quando dicatur non conſtare num. 129. & quando conſtare num. 130. Reſtringi-

ſtringitur 3. quando poſſeſſor daret de dominio num. 131. Extenditur vt debeat docere de titulo, quando poſſidere non poteſt ſine titulo ibidem. verſ. reſtringe 4. | Declarantur iſtæ reſtrictiones vt exceptio admittatur ad effectum colorandi poſſeſſionem, & non vt feratur ſententia ſuper proprietate num. 132. Extenduntur eædem reſtrictiones vt procedant etiam ſi non doceatur incontinenti de dominio nu. 133.

Agens rei vendicatione fatetur aduerſarium eſſe in poſſeſſione ſub nu. 130.

Exceptio dominij ſeu proprietatis non admittitur in ſpolio etiam ſi ſit ſpolium ſine violentia num. 105.

Articulus & / Exceptio } dominij probandi incontinenti admittitur in interdicto adipiſcendæ num. 106. Limitatur ideo quando non probatur incontinenti nu. 107. Reſtringitur hæc limitatio, vt procedat in contradictore reo num. 108. Subreſtringitur hæc reſtrictio, vt non ſit vera, ſi actor patiatur ſeu conſentiat probari iſtam exceptionem num. 110. Extenditur ſubreſtrictio vt procedat tàm in conſenſu expreſſo, quàm in tacito num. 112.

Exceptio dominij difficilius admittitur in poſſeſſorio recuperandæ, quàm in poſſeſſorio adipiſcendæ num. 111.

Poſſidens ciuiliter poteſt agere interdicto retinendæ num. 116.

Exceptio dominij poteſt opponi ab eo, qui poteſt dicere: dolo petis quod reſtiturus es nu. 117. eſt falſum in interdicto recuperandæ num. 118.

Exceptio dominij non admittitur contra agentem interdicto recuperandæ num. 134. & 162. Ampliatur iſta regula 1. etiam ſi offeratur probatio incontinenti num. 135. Ampliatur 2. in exceptione defectus proprietatis num. 136. Declaratur iſta ampliatio num. 137. remiſſiuè.
Limitatur regula 1. quando actor conſentit, vt reus excipiat de dominio num. 138. & 165. Extenditur hæc limitatio vt procedat etiam in conſenſu tacito num. 140. Exemplificatur extenſio num. 141. & quis ſit effectus huius extenſionis num. 147. Limitatur 2. quando reus eſt paratus probare dominium per inſtrumentum publicum num. 150. Ratio redditur num. 151. Reſtringitur iſta limitatio vt non procedat de iure communi n. 153. Impugnatur reſtrictio de ſuperfluitate num. 154. 158. Extenditur hæc 2. limitatio vt habeat præcipuè locum in inſtrumento habente paratam executionem num. 155. Reſtringitur denuo limitatio, & extenſio, vt non ſint vera, quando opponitur aliquid validi contra inſtrumentum num. 156. & 157. vbi redditur ratio | Limitatur 3. quando conuentus de ſpolio habet dominium & poſſeſſionem ſine vitio num. 159. & ſeqq. Contra iſtam limitationem num. 162. & 163. Reſtringitur limitatio, vt procedat ſolum quando habet titulum ab ipſo actore nu. 164. Reſtringitur 2. quando actor patitur, fieri probationes ſuper dominio num. 165.

Articulus de dominio reijcitur in iudicio recuperãdæ etiã ſi detur à ſpoliato agente ſub nu. 166. verſ. extende | Contrarium. ibidem verſ. contra. & n. 108. & 109.

Articuli omnino impertinentes non admittuntur etiam cum clauſula, ſaluo iure &c. n. 166. & iudex admittendo faceret litem ſuam num. 169. Dicuntur omnino impertinentes ſi dentur in cauſa appellationis ab interlocutoria num. 167. ſi dentur ad probandum contrariũ eius, quod iuramento dantis eſt iam probatum num. 168. item quando conſtat, ex illius probatione nullum effectum reſultare num. 171. ideoquè in iudicio rei vendicationis articulus ſuper mutuo, ſuper depoſito &c. dicitur impertinens num. 172. item dicitur poſitio impertinens, ſi detur ſuper petitorio, & procedatur ſuper poſſeſſorio, ſuſpenſo petitorio eod. num. 172. verſ. exemplifica etiam.

Dolus compenſatur cum dolo inter ponentem falſum, & inter contumacem non reſpondentem n. 514.

Scientia falſæ poſitionis in ponente quomodo probetur num. 515.

Contumax non reſpondens poſitioni de mutuo licet habeatur pro confeſſo, tamen, ſi poſitio non deſignat tempus mutui, non poteſt condemnari nu. 518. contrarium num. 519.

Confeſſus habetur pro iudicato nu. 590.

Confeſſio contenta in poſitionibus difficilius alijs reuocatur num. 591.

Confeſſionis reuocandæ materia eſt longa, & implicita num. 592.

Iuramentum procuratoris in poſitionibus, & articulis, per ipſum datis, eſt de credulitate, & non de veritate num. 601. idem generaliter dicitur num. 607.

Errorum, & confeſſionum reuocatio ſecundum praxim fit in calculo ferendæ ſententiæ antequàm fiat citatio ad ſententiam nu. 602.

Iurare in productione articulorum & intimare iuramentum præſtitum eſt vtile ad obuiandum cauillationibus & protelationibus litis num. 606.

Periurus non dicitur principalis qui iurat falſum quod credit verum num. 611. in fine.

Reſtitutio in integrum eſt neceſſaria ei, qui vult reuocare confeſſionem erroneam poſt latam ſententiam num. 617. etiam ſi allegetur error iuſtiſſimus num. 618. Declaratur vt procedat in ſententia habente rem iudicatam num. 619. Reſtrictiones habentur num. 620. remiſſiuè.

Error iuſtus qui dicatur num. 625. & 626. exemplificatur quando error eſt commiſſus in facto alieno num. 627. Reſtringitur vt non procedat quando illud factum erat notorium num. 628. v. g. ſi quis contraxiſſet cum eo, cui erat notoriè prohibitum contrahere num. 629. Reſtringitur 2. quando quis errauit in eo, quod debebat diligenter inueſtigare nu. 630. Reſtringitur 3. quando error eſt commiſſus per ignorantiam craſſam num. 631. Reſtringitur demum in alijs quibuſdam caſibus nu. 633. remiſſiuè.

Error ſeu / Ingnorantia } non præſumitur, quando eſt error iniuſtus ſeu ignorantia craſſa nu. 632.

Error iuſtiſſimus dicitur is, qui caret etiam leuiſſima culpa n. 634. Exemplificatur ibidem. verſ. exemplifica. | ſed ſi non careat omni culpa, poteſt dici ſolum iuſtus num. 635.

Error iniuſtus dicitur qui habet annexam culpam num. 636. Exemplificatur in errore iuris. ibidem & nu. 637. Exemplificatur 2. in errore iuris gentium num. 643. Exemplificatur 3. in errore commiſſo in facto proprio num. 644. Reſtringitur hæc 3. exemplificatio, vt non procedat in errore negotij implicitì num. 646. Reſtringitur demum quoties daretur probabilis ignorantia num. 647.

Soluens indebitum de iure ciuili, ſed debitum naturaliter non repetit ſolutum num. 637. ideoquè hæres ſoluens integra legata, non retenta falcidia, non repetit eam à legatarijs num. 638. ſimiliter vniuerſitas ſoluens x. pro annuo cenſu ſcu. 100. iuxta ſuam obligationem non repetit quod ſoluit vltra ſeptem cum dimidio nu. 639.

Confeſſio erronea iuris non reuocatur ex quò error iuris dicitur iniuſtus num. 622. in fine. & 636. verſ. exemplifica | Reſtringitur iſta concluſio vt non procedat, quando errans eſſet ſequutus opinionem alicuius notabilis doctoris num. 642. Contra concluſionem quòd confeſſio erronea iuris ſemper reuocetur num. 648. & ſeqq. & nu. 657.

Confeſſio erronea iuris circa validitatem teſtamenti nocet nu. 640. Contrarium nu. 641.

Confeſſio erronea reuocatur, & quare nu. 648. & quando hoc non procedat nu. 656.

Confeſſio / Poſitio ſeu / Probatio } impoſſibilis reijcitur, & quæ dicatur impoſſibilis nu. 649. 651. & 657.

Confeſſio habens errorem iuris expreſſum non præiudicat, ſecus ſi non habet expreſſum: ſed confutatur hæc diſtinctio num. 650.

Confeſſio, cui aduerſatur facti impoſſibilitas manifeſta, non probat, ideoquè poteſt non ſolum reuocari, ſed reuocatione non eget num. 651. Ampliatur etiam ſi error non appareat manifeſtè, dummodo poſſit oſtendi per rei euidentiam, quia poterit reuocari nu. 652. Exemplificatur ampliatio num. 653. Ampliatur 2. in confeſſione reſultante ex productione ſcripturæ nu. 654.

Confeſſio, cui non aduerſatur facti impoſſilitas manifeſta, ſed habet errorem latentem, poteſt reuocari, ſi error ſit iuſtus, ſecus ſi ſit iniuſtus nu. 655. & quare non reuocetur, ſi habet errorem iniuſtum nu. 656.

Con-

Confeſſio erronea iuris diſponentis poteſt ſemper reuocari, & quare nu.657.
Error iuris conſumatus quando noceat irreuocabiliter n. 657.verſ.retenta | & ita procedunt adducta nu. 656. 637.& ſeqq.
Confeſſio erronea an, & quando poſſit reuocari in cauſis, quæ creſcunt per inficiationem n.658.& ſeqq.
Expenſæ ſunt reficiendæ ab eo,qui vult reuocare confeſſionem nu.662.verſ.declara.
Confeſſio erronea ſemel tantum poteſt reuocari num.663.
Confeſſionis error poteſt probari ſolum vſquè ad concluſionem in cauſa num. 664.
Dolus non debet auctori patrocinari ſub num.656.
Spoliatus agens de ſpolio poteſt dare articulos de proprietate ad colorandam poſſeſſionem ſub num.108.& 166. verſ.contra.| ſpoliator tamen non poteſt nu.109.
Petitorium & Poſſeſſorium } poſſunt à ſpoliato cumulari num.109.
Incontinenti reuocare confeſſionem dicitur qui eam reuocat priuſquàm ſit ſcripta in actis nu.669.Contrarium quòd etiam antequàm ſit redacta in ſcriptis dicatur non reuocari incontinenti nu.670.& ſeqq. Diſtinguitur vt confeſſio aduocati facta ſciente clientulo, poſſit reuocari infra triduum, confeſſio verò principalis ſolum eodem die num. 675. aut infra triduum nu. 676.
Confeſſio acceptata à parte non poteſt reuocari etiam ſi incontinenti reuocetur nu. 671.
Confeſſio poteſt reuocari die ſequenti num.672.
Confeſſio aduocati; facta in iudicio poſt litem conteſtatam, præſente clientulo, poteſt reuocari vſquè ad triduum; ſecundum alios poteſt reuocari eadem die: ſecundum alios donec fiat aliud in cauſa &c.num. 674.
Teſtis poteſt corrigere ſuam depoſitionem antequàm alloquatur partem, vel ſaltem antequàm eam ſubſcribat num.673.
Tutor ſeu Curator } cogitur interponere ſuam auctoritatē minori reſpondenti in iudicio nu.732.
Iuratur in litem pro damnis & expenſis,quas quis paſſus eſt in probanda poſitione negata ſub nu.761.
Spoliator ſi dederit exceptiones concernentes dominium, conſentiente ſpoliato, illudquè non probauerit ſuccumbet nu.139.
Replicatio ita ſe habet ad exceptionem, ſicut exceptio ſe habet ad actionem num.142.
Probationes factæ ſuper dominio per ſpoliatorem in iudicio recuperandæ, contradicente ſpoliato, ſunt nullius roboris num. 143.& ſufficit ſimplex contradictio ſine proteſtatione num. 144. ſecus ſi iudex procederet, declarando ſuper contradictione, quia requiretur appellatio, alias tenerent probationes num.145.& 146.
Spoliatus non reſtituitur,ſi ſpoliator,conſentiente ſpoliato, probauerit dominum nu.147.& 149.
Petitorium præualet poſſeſſorio num.148.
Spoliatus non reſtituitur, ſi notoriè conſtet de non iure ſpoliati num.151.
Inſtrumentum facit notorium &c. nu.152.Fallit quando ei obijcitur &c.num.157.
Inſtrumentum de iure communi non habet executionem paratam,ſed habet paratam probationem nu.153.
Spoliatus non recuperat poſſeſſionem, à qua cecidit facto proprio, & eius cauſam aduerſarius habet ab ipſo ſpoliato num.160.Item non recuperat poſſeſſionem à tertio, qui poſſidet iuſto titulo,& bona fide num.161. ſed in hoc contrarium dicitur nu.162.& ſeq.
Spoliatus recuperat poſſeſſionem etiam à tertio,qui poſſidet bona fide,& iuſto titulo num.163.

CAPVT VII.

1 SVPERIORI lib.cap.60,& 61.egimus de poſitionibus,& articulus in ordine ad initiandum proceſſum,& iudicium in cauſis ſummarijs:hic agemus de eiſdem in ordine ad proſequendū proceſſum & iudicium initiatum, & quæ illic diximus tā circa deſcriptionem poſitionum quàm circa alia, hic non repetemus.

Difficultates proceſſus poſitionalis.

DIFFICVLTAS I.

2 Occurrit difficultas,quando ſeu in qua parte iudicij poſſint fieri poſitiones.

Reſp. conſiderando duplicem ſtatum, ſeu tempus. PRIMVM eſt ante conteſtationem litis; & in iſto ſunt opiniones; nam vna opinio eſt, quòd poſitiones non poſſint fieri ante conteſtationem litis, quam opin. tenuerunt Odofr.verſ. ſexto. num. 7. fol.2. Iacob. de Aren.ſub num.15. verſ.poſitiones. fol.4. Vber.de Bob. num.8.fol.8. omnes in tract. de poſit.& Vrſil. in annotat.ad Affl.deciſ.7.num.10. in fine: & hæc opinio probatur primo ex textu in cap.vnico de litis conteſt. ſecundo probatur ratione; quia poſitionibus reſpondetur ſub iuramento de calumnia iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 1. q. 2. num. 38. & latius infra q. 29.num.765 ſed iuramentum calumniæ præſtatur poſt conteſtatam litem, vt dixi eod. cap. 1. num. 1. ergo poſitiones non debent fieri ante conteſtationem litis.

3 Contrariam opinionem; quòd poſitiones poſſint fieri etiam ante conteſtationem litis; tenuerunt Gloſ. in cap. 1.in verbo.ſtatuimus col.2.num.20.40.& ſeq.de confeſſ.in 6. Spec.tit.de poſit.§. tertio. in fine principij & §.quarto. in principio Cyn.in auth. principales. §.quod obſeruari.ſub n.18.verſ.ſeptimo quæritur. ibi. niſi de his fiant. C.de iureiur.prop.calum.Abb. in cap. fin. ſub num. 5. de confeſſ.extra. & eſſe communem * opin ſentit Curt.tract.de poſit.n.10.fol.10. dicēs præfatam Gloſ. eſſe communiter approbatam;& ratio hu-
4 ius opinionis eſt, † quia poſitiones ſunt inuentæ loco probationum, meritò vbicumquè poſſunt fieri probationes debent poſſe fieri etiam poſitiones: Igitur vbi probationes poſſunt fieri ſuper exceptionibus ante conteſtatam litē, debent poſſe fieri etiam poſitiones

5 Concordo,& facio duas concluſiones,

Prima concluſio eſt,quòd ſuper facto principali non poſſunt fieri ante conteſtatam litem,ſed ſolum poſtea, vt declarant Spec. d. §. quarto. in principio. & Gail. in pract. obſeru. lib.1.obſeru.79.ſub num.3.verſ. quod tamen.& ita procedat prima opinio.

6 Probatur iſta concluſio: quia poſitiones ſucceſſerunt cauſa facilioris probationis, & ideo vbi poſſunt fieri probationes, poſſunt etiam fieri poſitiones, vt admittunt * omnes: † ſed probationes non poſſunt
7 fieri ante conteſtationem litis ſuper facto principali;
8 † & ideo teſtes, examinati ante conteſtationem litis, non faciunt fidem. cap. quoniam frequenter.& ibi Gl. in verbo.ciuiliter. Abb. num. 5. & alij Doctores communiter. * vt lit. non conteſt.& in cap. ſignificauit. de teſtib.Bar. in auth. ſed & ſi quis ab aliquo.& ibidem pulchrè Bal. ſub num. 2. C. de teſtib. Abb. in cap.veritatis.ſub num. 19.de dol. & contum. Alex. conſ. 71. in cauſa & lite. num. 1. lib.7. Nep. à Mon. Alban. tract. de teſtib. num. 155. fol. 60. Io. Mar. Monticel. eod.tract. rub.lite non conteſt.fol.251.col. 2. Maſcar. tract. de probat. concluſ.1367. num. 1. lib. 3. Maran. Marſ. Foller. Boſſ.Galles.Clar. Simanc Gail. & Flam. Cart. quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap.
9 86. ſub ſub num. 54. † Imò nec inſtrumenta, nec aliæ ſcripturæ productæ ante conteſtationem litis fidem faciunt, niſi reproducantur poſt litis conteſtationem, teſtibus Fed.de Sen.Ant.de Butr.Alex.Fely.Foller.Neuiz.& Maſcar.quos retuli & ſequutus ſum infra cap.11 num.4.verſ.amplia iſtam. ergo nec poſſunt fieri poſitiones.

10 Secunda concluſio eſt; quòd ſuper exceptionibus, & emergentibus poſſunt fieri etiam ante conteſtationem litis, vt declarant Gloſ.in d.cap.1.in verbo.ſtatuimus. num. 50. Spec. vbi ſupra & Gail. d. obſeru. 79. num.4. & ita loquitur Cyn.pro hac ſecunda opinio.citatus,& tenent communiter * omnes.

Ad rationes adductas pro prima opinione reſpondet Spec. d.§.4. verſ. ſed cum.num.1.primò reſpondet, quòd aliqui tenent ſuper qualibet exceptione eſſe conteſtandam litem;& ſic ceſſaret difficultas:2.reſpondet,

quod alij tenent non iurari super exceptionibus; sed tu dicas, iuramentum calumniæ præstari etiam ante litem contestatam, vt declaraui supra c. 1. q. 1. num. 16. vers. subdeclara. & sic cessat omnino difficultas.

11 SECVNDVM tempus, seu status est post contestationem litis: Et in isto concludo, positiones debere regulariter fieri intra dilationes assignatas ad probandum, de quibus egimus supra cap. 3. & 4. &, quòd positiones, & articuli fiant intra dilationes, scribunt Vber. de Bob. tract. de position. nu. 16. Guid. de Suzar. tract. de ordin. iudic. rub. de sacram. calumn. nu. 91. fol. 37. apertius Iacob. Gentil. eod. tract. num. 15. in fine. & rursus in verbo. in nomine. nu. 31. Ioan. à Graff. in arb. iudic. in 4. principali. in 5. ramo. nu. 8. fol. 24. & Mascar. tract. de probat. conclus. 1176. nu. 3. lib. 3. & quòd fiant quando probationes fieri debent, videlicet post cõtestatam litem, & præstitum iuramẽtum calumniæ, scribit Cyn. in auth. principales. §. quod obseruari. vers. septimo quæritur. num. 18. C. de iureiur. prop. calum.

12 Declara istam conclusionem, vt non referat an fiant ante examen testium, vel post, dummodo fiant intra dilationes, seu terminum assignatum ad probandum: licet enim secundum communem vsum fiant ante productionem articulorum & examen testium; tamen possunt fieri etiam post examen testium, vt recenset Glos. in figuratione casus. super cap. præsentiũ. de testib. in 6.

DIFFICVLTAS II.

13 Suboritur alias difficultas: si positiones fierent post lapsam dilationem; num sit illis adhuc respondendum.

Resp. quòd sic per ea, quæ firmaui lib. præced. c. 60.
14 num. 9. † sed intellige hoc in puris positionibus, & nõ in articulis, qui, elapso termino, non possent produci iuxta ea, quæ dixi eod. cap. 60. nu. 13. & hoc de rigore iuris, sed de æquitate etiã articuli; dummodo sint pertinentes, & de iure dantis, debent admitti post terminum, & ante conclusionem, vt dixi infra num. 343. vers. limita demum.

DIFFICVLTAS III.

15 Sed quid dicendum, quando esset conclusum in causa.

* Resp. regula communis * est, quod positiones possint admitti solum vsquè ad conclusionem in causa, & non vltra iuxta ea, quæ ex Petr. refert & sequitur Cyn. in auth. principales. §. quod obseruari. vers. octauo quæritur. nu. 19. C. de iureiur. prop. calum. & quæ diximus nos lib. præced. cap. 60. sub nu. 9.

16 Fallit hæc regula in causis summarijs, vt testantur Rom. cons. 176. istæ sunt. nu. 12. versus finem. Alex. cõs. 84. sub nu. 12. lib. 4. Maran. in suo spec. par. 4. distinct. 9. num. 30. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 35. in fine, & Mascar. tract. de probat. conclus. 1176. nu. 47. lib. 3. vbi alios congerit, qui omnes tradunt, quòd in summarijs; exquò in eis non concluditur in causa, iudex potest ad instantiam partis interrogare partem etiam post conclusionem: & faciunt quæ dixi lib. præced.
17 cap. 60. nu. 12. in fine. † & sic tu, Regnicola, qui habes in Regno oẽs causas esse summarias, vt dixi lib. præce. cap. 50. nu. 34. habes etiam positiones admitti posse etiam post conclusum in causa, prout post hæc à me scripta, obiter reperi notatum etiam per Maran. dicta distinct. 9. num. 30. in fine.

18 Fallit secundo, seu declaratur regula, vt non procedat respectu iudicis, qui ex offitio potest interrogare etiã post conclusum, siue sit causa summaria, siue ordinaria, vt scribunt Odofr. Beneuent. tract. de position. num. 7. vers. sexto. Vber. de Bob. eod. tract. nu. 8. Iacob. de Aren. eod. tract. §. 5. n. 2. Cyn. d. §. quod obseruari. nu. 19. in fine. & Paul. de Castr. in l. iudices. sub nu. 6 C. de iud. Barth. de Capua in cõstit. lite legitimè cõtestata. in glos. in verbo. prædictum. lin. 26. col. 2. lib. 2. Neuiz. cons. 5. sub num. 27. Mascar. de probat. dicta conclus. 1176. nu. 40. lib. 3. & probatur ex cap. cum ioannes. de
19 fid. instrum. † & licet prædicti Doctores, & præsertim Mascar. in locis allegatis dicant, quòd iudex debet solum tunc interrogare super facto, seu factis iam actitatis, in quibus haberet aliquod dubium, & non super nouis capitulis; & ratio posset esse illa, quam assignat Bal. in l. 1. sub nu. 10. C. vt quæ des. aduoc. videlicet, quia qd venit ad expeditionem, & ad declarationem actitatorum iudex supplendo interrogat partem, item interrogat testem, quia hoc pendet ex actis; & quod venit ad declarationem, seu liquidationem, nõ dicitur quid nouum, sed dicitur quid intrusum sub veteribus actitatis; tamen secundum Maran. in suo spec. par. 4. distinct. 9.
* sub nu. 28. versus finem magis communis * opinio est in contrarium; quòd scilicet possit etiam super nouo capitulo, quam ego vna cum ipso intelligerem esse veram, quando iudici sic videretur æquum iuxta ea, quæ dixi in seq. fallẽtia: sed aduerte quia ista secunda fallentia non est propriè fallentia ad regulam; quia regula loquitur de positionibus, & fallentia loquitur de interrogationibus, de quibus dixi lib. præced. cap. 29. nu. 5. & non de positionibus, de quibus loquitur regula.

20 Fallit tertio, quando æquitas suaderet iudici, vt admitteret positiones etiã post conclusum in causa, quia poterit illas admittere, & pars aduersa tenebitur illis respondere: vide Iacob. Gentil. tract. de ord. iud. ibi. in nomine domini. nu. 38. fol. 43. licet loquatur sub verbo interrogationum. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 35. nu. 22. vers. octauo. & num. 25. & Mascar. dicta conclus. 1176. num. 42. qui alios allegant.

DIFFICVLTAS IIII.

21 An positiones, articuli, seu capitula sint de substantia in iudicio seu processu.

Resp. quòd Doctores sine difficultate sentiunt, quòd
22 non sint de substantia: † & ideo quantum ad positiones extant aliqua loca, in quibus positiones non fiunt: nam iudex, lite contestata, præstitoque iuramento, statim interrogat reũ super singulis articulis libelli, vt refert
23 Spec. tit. de posit. §. quinto. nu. 1. † & quantum ad articulos quòd non sint de substantia seu necessarij, patet, quia valet probatio, si testis deponat super libellos quamuis articuli non sint formati, teste Archid. in cap. præsentium. de testib. in 6. quem refert & sequitur Bal. in l. si duo patroni. §. idem iulianus. ibi. sed an articulus. ff. de iureiur. & ex vtroque refert & sequitur Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 7. num. 90. & 91. fol. 176. dicens articulos formari, vt testis clarius deponat, & facilius possit examinari: idem ex Arch. loco citato refert, & sequitur Nell. à S. Gemin. eod. tract. de testib. in verbo. qualiter testes. nu. 93. fol. 83. & hoc idem sentit Abb. in c. per tuas. sub n. 2. de testib. dicens esse vtile, vt formentur capitula, & ante eũ ibidem Ant. de Butr. num. 5. dicens, quòd si fuerint examinati sine articulis, audietur deinde pars, si opponat deposuisse super im-
24 pertinentibus: † De consuetudine tamen causarum semper formantur; quia alias possent multa necessaria omitti à iudice, sicut aduertunt Io. Andr. in d. c. per tuas col. 1. in fine num. 5. & ibidem Abb. d. num. 2. in fi-
25 ne. † & ista consuetudo seu vsus positionum sumpsit initium à tempore Gregorij ix. cum ante eum nihil esset expressum in iure, testibus Glo. in clem. sæpè. in verbo. longæuus. & ibidem Abb. num. 56. & 57. de verb. signif. & quòd ab ipso sumpserit initium, patet ex cap. dudum. de elect. & cap. vnico. de litis contest. vt dicit Gl.
26 supra citata in d. verbo. longæuus. † & quòd positiones formentur in Curia Romana, & quasi vbiquè, scribit Spec. d. §. quinto. num. 1. in fine.

27 Verum nostre aliquantulo diligentius examinata; consideramus positiones, & articulos dupliciter:

Aut n. cõsideramus positiones, & articulos in ordine ad faciendas probationes: Et cõcludo eos non esse necessarios; & ita procedant superius adducta: Sed an consuetudo præfata in cõtrarium inducat necessitatẽ, vt saltem in ordinarijs sint necessarij, hic non definio.

28 Aut consideramus eosdem in ordine ad substantiandum, formandumq; iudicium, seu processum: & tunc distinguo inter ius commune: & stylum Romanæ curiæ.

Si nos loquimur de iure cõi: concludo, positiones, & ar-

& articulos non eſſe neceſſarios, ſeu de ſubſtantia, niſi in iudicio ſummario, & in eo contingenter, & in ſubſidium; q̃n ſcilicet nõ eſſet datus libellus, ſeu petitio, quia tunc eſſent neceſſariȩ poſitiones, ſeu articuli, qui ſtarēt loco petitionis, vt dixi lib. præced. c. 60. num. 1. & 15. Et hinc forſan inoleuit ſtylus in Curia Rom. vt in cauſis ſummarijs ſeruari debeat neceſſario terminus ad articulandū, vbi ſubſtãtialis, ſicut ſcripſi ſupra c. 3. nu. 266.

29 Si loquimur de ſtilo Rom. Curiæ: concludo indiſtinctè, terminum iſtum ad articulandū, ſed non ad ponendum, eſſe neceſſariū, & de ſubſtantia tàm in iudicio ordinario, in quo iſte terminus ſeruatur ad decimā quintam, vt dixi ſupra c. 3. n. 303. quàm in ſummario, in quo ſeruatur ad duodecimam vt dixi eod. c. 3. nu. 264. prætterquàm in executiuis coram Aud. Cameræ, in quibus non ſeruatur iſte modus ſeu ſtylus procedendi cum procedatur executiue, vt alias dixi lib. præced. cap. 62. num. 17.

Quæſtiones generales de poſitionibus.

QVAESTIO I.

30 QVAERO modo quis debeat facere poſitiones, principalis ne, an iudex, vel aduocatus, ſeu procurator.

Reſp. quantum ad principalem non eſt dubiū quòd poteſt facere poſitiones; ſed quantum ad alios eſt dif-
31 ficultas: † nam, quòd iudex poſſit facere poſitiones; videtur probari ex eo, quod poſitiones non differunt eſſentia ab interrogationibus, ſed ſolum forma: quòd enī prius cum ſolemnitate interrogabatur hodie aſſertiuè ponitur, vt tradunt Odofr. Beneuen. tract. de poſition. nu. 4. fol. 2. Iacob. de Aren. eod. tract ſub nu. 15. verſ. poſitiones differunt. fol. 4. & Vber. de Bob. eod. tract. nu.
32 5. fol. 8. † At iudici permiſſum eſt, vt poſſit interrogare l. ſi ſine. & l. de ætate. §. qui interrogatus ff. de interrog. action. Igitur eidem licebit ponere; prout arguendo ſcripſit Odofr. Beneuen. vbi ſupra nu. 5.

33 Contrarium videtur probari ex eo; quòd facere poſitiones eſt ſupplere in facto: quia poſitiones non fiunt ſuper iure, ſed ſuper facto, vt patet ex poſitionis deſcriptione, quam retuli lib. præced. c. 60. nu. 2. Bal. enim ibi à me allegatus, & Hier. de Mont. tract. de fin. regun. c. 46. nu. 3. aiunt, poſitioné eſſe breuem orationē, quæ continet factum &c. & comprobatur ex eo, quòd poſitioni iuris non cogitur quis reſpondere, teſte Vber. de Bob.
34 tract. de poſitio n. 53. fol. 9. & dixi infra n. 203. † Sed iudex nō debet ſupplere in facto, alias ſi ſuppleret videretur aſſumere partes aduocati, & nō iudicis; & ideo poſſet recuſari vt ſuſpectus, Crauet. conſ. 134. ſub nu. 1. & faciunt quæ ſcribit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 44. verſ. quæro etiam. in fine. licet is loquatur in criminalibus. Nec quicquam facit quòd poſitiones ius tangant, vt ex Spec. refert & ſequitur Veſtr. in pract. lib. 5. c. 14. ſub n. 13. quia reſp. aliud eſſe tangere ius, & aliud eſſe ius; nā factum tangit ius; vnde ius dicitur oriri ex facto, & tamen factum non eſt ius, & ad aduocatos non ſpectat.

35 Quid dicendum? Breuiter quicquid ſit in puncto iuris; vſus nō patitur; qđ iudex ponat, ſed litigator, teſtibus Odofr. Beneu. vbi ſupra & Spec. tit. de poſi. §. tertio. verſ. & nota. ſub nu. 1. qui vſus meo iudicio eſt ſatis iuridicus per ea, quæ mox dicturus ſum de aduocato.

36 Non obſtant adducta in contrarium pro prima ſententia: quia negatur, poſitiones differre ſolum forma, & non eſſentia ab interrogationibus; & quòd differāt in pluribus, & quidem ſubſtantialibus, bene oſtendit Franc. Cur. tract. de poſition. nu. 4. & 5. fol. 10.

37 ADVOCATVS quòd non poſſit facere poſitiones, ſed ſolum principales, teſtantur Spec. tit. de poſit. §. tertio. verſ. ſed patronus. nu. 4. & Maſcar. de probat. concluſ. 1176. nu. 48. lib. 3. & probatur ex textu in cap. paſtoralis. de iudic. & ibi Fely. & ratio eſt duplex: Prima, quia ius ſpectat ad aduocatum, ſed factum, in quo conſiſtit poſitio, ſpectat ad partem, vt conſiderant Spec. &
38 Maſcar. loco citato: † Secunda, quia poſitiones, & ſimiliter reſponſiones ad illas ij ſolum facere poſſunt, qui iurant de calumnia, vt tradit Iacob. de Aren. tract. de poſition. num. 4. verſ. ſeptimum. fol. 3. & ſentit Spec. dicto. §. tertio. ſub nu. 5. ſed aduocati nō iurant de calum-
39 nia: † benè verum eſt, vt tradunt ijdem Iacob. vbi ſupra & Spec. ſub d. n. 5. & apertius verſ. ſed quis. nu. 10. Vber. de Bob. eod. tract. de poſit. nu. 17. fol. 8. quòd pars principalis poteſt in illis formandis vti conſilio Aduocati, ſi voluerit, & ſic intelligo Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 14. ſub nu. 13. dum ex Spec. vbi ſupra refert, & ſequitur quòd conſuetudo interpretata eſt, vt hoc munus faciendi poſitiones, & articulos ſpectet ad aduocatos; improbans propterea conſuetudinem Vrbis, vbi hoc munus
40 exercent procuratores: † & poteſt etiam illas præſentare in iudicio per Aduocatum, vt notat etiam Affl. in conſtitutione. lite legitimè conteſtata. nu. 18. lib. 2. & hoc in ea conſtitutione apparet expreſsè: & ratio eſt quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur; cautela tamen iudicis in iſto caſu ſecundum Spec. d. §. tertio. ſub nu. 5. ibi. conſulo tamen, & Maſcar. dicta concluſ. 1176. ſub num. 52. eſt vt interroget clientulum illius aduocati ponentis; vtrum ipſe ſciat, vel credat, vel ponat, ſeu ratum habeat quod ponitur, ſeu interrogatur per eius aduocatum: ſed iſtam cautelam nunquàm vidi obſeruari.

41 PROCVRATOR poteſt facere poſitiones, ſi habeat mandatum ſpeciale, alias ſi habeat generale cum libera poteſt facere ſolum ad cōſeruandum ius domini ſui, & non ad tollendū, Papienſ. in pract. in form. poſit. actor. in glo. ſimonius. ſub nu. 1. fol. 237. & quòd procuratores poſſint facere poſitiones tenet ſimpliciter Cyn. in auth. principales. §. quod obſeruari. verſ. decimo quæritur. num. 21. C. de iureiur. princip. calum.

42 Contra Cyn. & Papien. quòd procurator non poſſit, niſi habeat ſpecialiſsimum mandatum, faciunt, quæ tradit Felyn. in d. cap. paſtoralis. de iudic. & tenet apertè Neuiz. conſ. 7. ſub nu. 12. & benè facit textus in dicto cap. paſtoralis. de iudic. & hanc cenſerem eſſe iuridicam opin. per ea, quæ dixi.

43 Fallit tamen iſta opinio in procuratore in rem ſuā, vt notat Vber. de Bob. vbi ſupra ſub nu. 20. ſed hæc fallentia procedet forſan ſolum in procuratore ex parte actoris, & non in procuratore ex parte rei, quia, opponente aduerſario, requiretur adhuc in eo ſpeciale mādatum per ea, quæ tradit Bal. in l. ſi actor. ſub nu. 1. in 3. oppoſitione ff. de procur.

44 CAETERVM quicquid ſit in pūcto iuris; hic in Vrbe ſeruatur opinio Cyni, quia admittuntur procuratores ad faciendum poſitiones, etiamſi careant ſpecialiſsimo mādato per ea, quæ ſcribit Veſtr. in ſua prax. lib. 5. cap. 16. ſub n. 5. dum reddendo rationem, quare Domini de Rota faciliores ſe reddant in reuocatione confeſsionis factæ per procuratorem; inquit quòd procuratores tanquàm malè informati propter cauſas, quæ vt plurimum ex longinguis partibus veniunt, faciunt iſtas poſitiones &c.

QVAESTIO II.

45 QVAERO quomodo ſint formandæ poſitiones. Reſp. poſitiones ſunt formandæ ex libello, ſeu petitione, & natura actionis intentatæ, ſicq; de cōtentis in libello, & iuxta naturam actionis, vt ſcribunt Gl. in cap. 1. in verbo. ſtatuimus. ſub nu. 60. de confeſſ. in 6. & in clem. ſæpè. in verbo. formari. de verb. ſignif. Guid. de Suzar. tract. de ordin. iud. tit. de poſit. nu. 42. in fine fol. 36. Bal. in auth. principales. §. quod obſeruari. ſub n. 25. C. de iureiur. propter cal. Iacob. de Aren. tract. de poſition. §. 4. n. 4. fol. 6. Spec. tit. de poſit. §. quinto. verſ. regulariter. num. 4. & verſ. & nota nu. 11. Abb. in pract. rub. modus formandi poſitiones. fol. 55. Lanfr. ab Ariad. in cap. quoniam contra. nu. 27. de probat. inter tract. fol. 35. Alber. de Malet. tract. de teſtib. cap. 7. nu. 89. Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 14. ſub num. 13. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 81. num. 5. Hier. de Mont. tract. de fin. regun. cap. 46. num. 8. Afin. in pract. §. 19. cap. 14. num. 3. Maſcar. tract. de probat. concl. 1176. num. 58. & concluſ. 1177. num. 6. & 26. lib. 3. Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 4. num. 6 & Franc. Curt. tract. de poſit. in 9. breuiloquio. num. 23. & 24. referens ex Bal.

ex Bal. quòd non intelligens libellum nunquam sciet facere positiones. quare secundum Spec. vbi supra. & alios Doct. citatos actor debet in primis inspicere dili genter libellum, seu petitionē à se exhibitam, & deinde debet hunc scopum assumere, vt omnia narrata in libello, seu ad libellum, & suam intentionem pertinen tia possit probare; & proinde positiones, & articuli, qui sunt inuenti ad probandum, debent taliter & tales ma terias cōtinere, vt ex futuris respōsionibus super eis fa ciēdis liquidò constare debeat de narratis in libello, & ad libellū spectantibus, vt tradūt Doctores supracitati.

Cæterum certa doctrina, quæ particularia negotia continenda in libellis tangat, tradi non potest; & propterea aduocato, volenti facere positiones, & articulos, opus est opima iuris suppellectile, & ingenio acuto, rethorica etiā imbuto; si fieri posset, vt tradit Vestr.
46 vbi supra. ✝ nam secundum Ioan. Andr. quem refert & sequitur Abb. in sua aurea practica. in termino ad ponendum & articulandum nu. 1. in fine fol. 55. positio dicitur ex eo, quòd super positionibus veluti super fundamento ponitur lis; quia eis confessatis vel negatis,
47 lis vlterius procedit, ✝ & in articulis sine dubio consistit magna vis causæ, quare vt refert Abb. vbi supra nu. 3. ars articulandi tenet summum gradum inter causidi cos in Curia Romana, præsertim in beneficialibus; vnde admonet vna cum Ioan. Andr. vt intrantes Curiam Romanam caueant, ne articulos forment ex suo capite, quamuis essent magni magistri, sed consulant antiquos aduocatos, vel secum habeant expertos procuratores: Ethymologias tamen & significationes huius nominis articuli, quod est nomen græcum, tradit Glo. in cap. præsentium. in verbo. articulis. de testib. in
48 6. in addit. Ioannis Andr. vbi ponit versus: ✝ nos autē, vt studiosores reddamus aduocatos, & procuratores, & confirmemus vna cum Abb. supra allegato, artem ar ticulandi tenere summum gradum, sequemur eos, qui aiunt articulos dici ab arte capi; vnde tradunt factum esse locum prouerbio: *negl' articoli sono li pericoli.* vera tamen ethymologia est, quòd dicuntur articuli à mem bro causæ, quod non recipit diuisionem: nam articulus græcè sonat indiuisionem, vnde membra, quæ non diuiduntur in alia membra, quales sunt iuncturæ digitorum, vocantur à nobis articuli, vt tradit Ioan. Andr. in addit. ad glo. vbi supra.

49 Si igitur ageretur de dominio; quæ ad dominij probationem necessaria sunt, oportet agnosci, & articulari: vnde recurrendum esset ad l. cum res. C. de probat. cap. licet. eod. & l. in rem actio. ff. de rei vendic. & similiter si agatur actione publiciana, quæ in l. 1. ff. de public. in rem action. traduntur, sunt agnoscenda; & sic de cæteris, vt admonent Abb. in pract. cap. 75. rub. forma positionum super primo libello videlicet in actione reali nu. 2 in fine. fol. 56. & Vestr. dicto lib. 5. cap. 14. n.
50 13. versus finem: ✝ Formulas quasdam per extensum sed succinctas super rei vendicatione contra possessorem: super promissione sibi facta ex causa mutui: super repetitione libri depositi: super remotione ab ecclesia, quam quis retineret contra iura: & super confir matione suæ electionis, quam quis vellet docere cano nicam esse posuit Spec. tit. de posit. §. quinto. vers. scias igitur nu. 5. & seqq. quas poteris videre; alias facienti positiones, & non habenti iuris cognitionem posset contingere, quod euenit turdo sibi viscū cacanti iuxta exemplum, quod refert Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 79. nu. 8. & seq. de eo, qui experitur interdicto vti possidetis, & postea facit positionem, quòd aduersarius possidet, ignorans quòd agens interdicto vti possidetis contendit se possidere.

Ad hoc tamen munus faciendi positiones & articulos multum tibi proderit tractatus de probationibus, quem fecit Mascar.

51 Rationem, quare positiones formari debeant ex libello, cum libellus sit negatus (est enim præsumendū, quòd etiam positiones negabuntur) sume ex his, quæ tradit Lanfr. in c. quoniam contra nu. 27. de probat. fol. 35. inter tract. diuers. de probat. aliam rationem sumere potes ex his, quæ scribunt Spec. Odofr. Beneuen. Vber. de Bob. Iac. de Aren. & Mascar. quos retuli & sequutus sum infra num. 178. vers. restringe modo,

52 Aduerte qđ dum dixi positiones esse formandas de cōtentis in libello, loquutus sum de positionibus & ar ticulis formādis ab actore; nā si loquamur de formādis à reo, cū etiā ab eo formari possint, vt dixi infra q. 17. n. 547. tūc dico eas esse formandas ad extenuādam actointentionē, vt tradūt Spec. d. §. quinto. vers. & nota. sub n. 11. & §. tertio. vers. fiūt. n. 3. & Mascar. de probat. conclus. 1177. n. 26. lib. 3. & ideo, vt ait Bal. in auth. principales. §. quod obseruari. vers. vltimo in ista nu. 25. versus finem. C. de iureiur. prop. calum. sunt formandæ super libello rei, siue super defensione rei.

QVAESTIO III.

53 QVAERO quæ sit forma, seu rubrica generalis, & apta singulis generibus positionum.

Resp. Vber. de Bob. tract. de posit. n. 18. & Iacob. de Aren. eod. tract. in princip. n. 3. tradūt hæc exēpla: *Talis ponit vel dicit, quòd possessio, de qua quæritur, fuit patris sui vel matris, cui successit, vel quòd ipse mutuauit tali tantam quantitatem pecuniæ, vel quòd ipse deposuit librū de quo est controuersia*; Idē Iacob. de Aren. eod. tract. §. 4. sub n. 5. & 6. tradit etiam ista exēpla. Agit Titius rei vendicatione contra R. & petit fundum, vel domum, vel agit personali ad centum ex causa mutui, vel librum ex causa depositi, vel contendit aliquis de sua electione, & vult probare per confessionem aduer sarij se electū: super primo exēplo inquit: sic incipiet. *Ponit Titius suo iuramento, quòd id, de quo agitur, fuit di cti M. & iudex dicet tunc ipsi Titio: ponis tu hoc tuo iuramento, & ipse debet dicere. sic*: hoc facto, repulso Aduocato Rei procul, siue remoto ita, quòd nec signis, nec nutu, nec aliquo modo possit reus instrui, siue corrumpi, quæret iudex à reo, notificando sibi seriem positionum de verbo ad verbum, vt benè certificetur reus in respondendo, vtrū credat quod ponitur, & dicat ei sic: *Responde per sacramentū, quòd fecisti; salua anima tua, credis hoc*: & si dixerit. *credo vel nego*. scribatur eius responsio in actis & fiet sic in fine positionis factæ. *Reg. suo iuramento respondet quòd credit, vel confitetur, vel negat*. & prosequitur positiones super alijs exemplis,
54 quas tu poteris videre. ✝ Abb. in pract. rub. forma positionū super libello in actione reali. fol. 56. tradit hanc formam. *Positiones, & articulos infrascriptos, ac contenta & scripta in eis, omnia, & singula dat, facit, & exhibet coram vobis honorabili domino iudice N. procurator procuratorio nomine actoris medio suo iuramento in tali causa &c. quibus omnibus petit sigillatim per talem reū responderi per iuramentū sufficienter, & clarè per verbū credit, vel non credit, offerens se ad probandum negata; ad superfluam tamen probationem se non astringens.*

In primis ponit, & probare intendit quòd anno &c.

Dat etiā libellum pro parte sua oblatū cū positionibus & articulis, ac producta, & producēda in huiusmodi cau su inquantū faciunt pro parte sua, & non vltra, saluo iu-
55 *re addendi, supplendi, & declarandi, vt moris est.* ✝ Papiens. in pract. in forma positionū actoris fol. mihi 234. tradit hanc formam. *Corā vobis supradicto D. Vicario ponit per sacramentum calumniæ suprascriptus Simonius Spelta dicto procuratorio nomine infrascripta omnia & singula contra & aduersus Ioan: Olearium in causa, & quæstione simul inter ipsas partes vertente, ponens, ac diuidēs ipsas omnes & singulas de particula in particulā, ac petēs, & requirēs ipsis omnibus, & singulis coniūctim, & diuisim, & de parte in partem responderi simpliciter, & pure, & clarè, & apertè sine aliqua conditione, additione, vel alteratione per verbū credere, vel non credere.*

Primo quòd publica vox, & fama & rei veritas fuit, & est, ac se habuit, & habet, quòd &c.

Item &c.

Idem quòd de prædictis omnibus, & singulis fuit & est publica vox, & fama.

56 Nos hodie iuxta ea, quæ scribit Vestr. in pract. lib. 5. c. 14. n. 3. & retuli lib. 1. c. 60. nu. 6. versus finem, seruamus regulariter hanc formam. *Positiones & articulos infrascriptos dat, facit, & exhibet, & producit procurator, & eo nomine domini Nicolai de Albis principalis partis suæ contra & aduersus Titium de Nigris, & litis consortes, quibus medio iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis per partem aduersam respon-*

reſponderi, & quatenus negentur, ſe, partemque ſuam ad illos in Rom. Curia & extra probandum admitti petit, nō tamen ſe adſtringens ad onus ſuperfluæ probationis, de quo proteſtatur expreſſe omni meliori modo.

In primis procurator quo ſupra nomine hic loco articulorum repetit, & reproducit omnia & ſingula acta, facta, geſta, & actitata, ſcripturas, inſtrumenta, & documenta quacunque ad huiuſmodi cauſam, & ad fauorem partis ſuæ, & contra partem aduerſam facientia & non alias, aliter, nec alio modo: ex quibus ſic repetitis ſatis clarè conſtare dixit de bono iure ſui principalis, & quatenus non conſtet, probare vult, offert, & intendit, quòd &c.

Item qualiter &c. & ſic fuit, & eſt verum, palam & publicè.

Item qualiter de præmiſſis omnibus, & ſingulis fuit et eſt publica vox, & fama, publicum & notoriū, et ſic fuit, & eſt verum, palam, & publice.

Saluo iure, &c.

Non ſe adſtringens, &c.

Et proteſtatur, &c.

Omni meliori modo, &c.

57 Illud quoque aduertendum eſt, quòd vbi viget ſtylus, vt copia poſitionum non detur parti, niſi prius reſponderit, ſolet etiam in ipſis poſitionibus fieri de hoc expreſſa proteſtatio, ſicut notaui lib. præced. cap. 100. num. 13. & per ſtatuta Vrbis lib. 1. cap. 68. prohibetur expreſsè notarijs ſub pœna falſi, ne eas oſtendant parti, niſi prius habita reſponſione.

QVAESTIO IIII.

58 QVAERO nunquid in productione poſitionum requiratur citatio.

Reſp. Prima facie videtur dicendum, quòd ſic; quia in quolibet actu requiritur citatio partis, vt oſtendi lib. præced. cap. 88. num. 1. ſed poſitio efficitur de actis, poſtquam fuerit præſentata, & per iudicem approbata, & admiſſa, vt dixi infra q. 21. num. 669. verſ. ſoluendo. Igitur requiritur citatio.

Confirmatur ex eo, quia in productione libelli requiritur citatio iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 8. n. 11. ſeqq. & 14. Igitur requiritur etiam in productione
59 poſitionum, cum non militet ratio diuerſa: † & in Curia Capitolij non videtur habere difficultatem propter ſtatuta lib. 1. cap. 68. quia mandant poſitiones exhiberi, parte ad id citata, & annotauit Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 4. nu. 3. dicens, citandam eſſe partem ad videndum productionem poſitionum, ſeu articulorum, videndumque illas, ſeu illos admiti, & ad idem eod. lib. 1. ſtatut. cap. 70.

60 Contrariam ſententiam: quòd citatio non ſit neceſſaria: ſuaderi poteſt ex tribus.

61 Primo, qa in his, quæ poſſunt expediri, parte inuita, & contradicente, citatio non eſt neceſſaria Rom. conſ. 212. quoad primū. nu. 2. & conſ. 369. circa primū. nu. 5. Alex. conſ. 130. n. 1. lib. 1. Marſ. in rub. n. 219. & in l. fi. n. 39. C. de probat. & plures alij, quos refert, & ſequitur Aſin. in prax. §. 7. c. 5. limit. 43. fol. 74. Itē neceſſaria non eſt, quando agitur de modico præiudicio ad relata per eundem Aſin. eod. c. 5. limit. 59. nu. 1. & ſeqq. fol. 78. At iudex, qui vult admittere poſitiones, poteſt, dummodo non ſint notoriè impertinentes, illas indiſtinctè admittere cum clauſula *ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum*, etiam parte inuita, & contradicente per ea, quę dixi infra nu. 95.

Secundo, quia ſi denegatur defenſio, non eſt neceſſaria citatio. Sed defenſio denegatur vbi denegatur copia poſitionum ante reſponſionem, vt dixi lib. præced. cap. 100. num. 13. Igitur eo ſaltem in loco non eſt neceſſaria citatio, vbi copia poſitionum non datur ante examen.

Tertio, quia aut de nullo, aut de modico præiudicio agitur: nam etiam quòd iudex admitteret poſitiones ſine prędicta clauſula, tamen admiſſio nō poſſet ſortiri effectum quantū ad poſitiones, niſi accedēte præſentia partis interrogandæ, quę præſentia ſuppleret defectū citationis; quia, cum interrogaretur, poſſet replicare, & excipere de impertinentia, quæ vbi appareret, non cogeretur reſpondere iuxta ea, quæ dixi infra num. 72. ver. ſcda. & ſic iudex vel tacitè, nō cogendo ad reſpōdendum, vel expreſsè, poſſet reſcindere admiſſionem,
62 & declarare eas pro nō admiſſis: † imò poſſet pars ante reſpōſionem proteſtari, & ſibi reſeruare ſaluum ius impertinentium, & non admittendorum, prout hanc proteſtationem vidi fieri in Regno Siciliæ, & Melitæ, & concordat cum conſtitutione Marchiæ lib. 5. cap. 19. in principio. & cum ſtatuto Vrbis lib. 1. cap. 70.

Igitur citatio non eſt neceſſaria.

In hanc ſentētiam videntur iuiſſe Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 14. dum in eo agens de poſitionibus, & facta ſolum mentione de monitorio contra reum ad reſpondendum, nullum verbum facit de citatione, & apertius Luc. Pæt. in pract. cap. lib. 2. c. 5. in principio, dū inquit, ſi reus non fuerit citatus in productione poſitionum. & cap. 4. num. 4. verſus finem.

63 Quid dicendum? Reſp. quicquid ſit in puncto iuris; in praxi vidi citari ſub iſta, vel ſimili forma. *citetur N. ex aduerſo principalis ad dicendum contra poſitiones facto datas, & videndum illas admitti*: & hanc praxim tu, qui verſaris in foro Capitolino, teneris ſeruare ex diſpoſitione ſtatutorum lib. 1. cap. 68. & 70.

Citatio an requiratur in productione articulorum.

64 Sed; hac ſumpta occaſione; quid dicendum in productione articulorum?

Vt veram, communem, & claram habeamus reſolutionē, conſidero tres caſus: Primus eſt, quando articuli producūtur: Secundus eſt, quādo admittuntur: Tertius eſt, quando producuntur, vt admittantur, & procedatur ad receptionē teſtiū, prout cōmuniter produci ſolent.

CAPIO primum, quando producuntur: Et concludo, partem eſſe citandam ad dicendum contra articulos, ſicut tenuit Rota deciſ. 8. alias. 93. iudex admittendo. de teſtib. in nou. quam referunt, & ſequuntur Mar. Soc. tract. de citat. art. 7. ſub nu. 66. verſ. vigeſimus tertius. Abb. in cap. 2. nu. 16. & ibidem Dec. nu. 69. verſ. ſuc ceſſiue. de teſtib. Nicell. de concordan. gloſ. concor. 52. fall. 101. nu. 355. fol. 211. & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de citat. concluſ. 1. ampl. 20. nu. 109. & alij per eoſdem relati, & vltra eos Campeg. tract. de teſtib. reg. 165. & Glo. in pragm. quinta die. col. 2. lin. 58. verſ. articulos. fol. 415. qui clarè, & benè loquuntur: & hanc ſententiam tum de iure municipali Vrbis, tum de iure communi ſine controuerſia amplectitur Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 5. nu. 1. in fine. &, quòd de iſto caſu non ſit quæſtio, teſtatur Gabr. loco citato: & eſt ratio quia debet diſcuti, an ſint impertinētes, & examinari exceptiones, datę cōtra eos, vt teſtatur Mar. Soc.
65 loco citato; † & de iſta concluſione non eſt dubitandū hic in Curia, quia eſt de terminis ſubſtātialibus, cum tàm in ordinarijs, quā in ſummarijs terminus ad articulandum & dicēdum contra articulos ſit ſubſtantialis, vt dixi ſupra cap. 3. nu. 237. 239. 276. & 256.

66 DECLARA iſtam concluſionem, vt non ſit omnino neceſſaria citatio ad dicendum contra articulos, quando producūtur articuli; dummodo poſtea quandocunque ſeruetur terminus ad dicendū contra articulos: & moueor pro iſta declaratione, qa in productione iuriū pōt omitti citatio addicendū cōtra, dūmodo poſtea ſeruetur terminus ſubſtātialis addicēdū cōtra producta, vt ex Veſtr. retuli, & ſequutus ſū infra c. 11. limit. 6. n. 19.

67 CAPIO ſecundum: qn̄ inſtatur pro admiſſione, & ſic poſt productionem, & examinationem ſuper illorum impertinentia: Et tunc Doctores ſunt in controuerſia: nam Rot. dicta deciſ. 8. referēdo opiniones videtur titubaſſe: & quòd ſit adhuc neceſſaria, tenuerunt Ant. Imol. Atet. & Felv. in d. c. 2. q. 5. n. 27. de teſtib. & Dec. ibidem. num. 69. & 71. dicens, hanc concluſionem eſſe veram, quando iudex pronunciat, articulos eſſe admittendos; ſecus ſi ſimpliciter procedit ad vlteriora; quia tunc, inquit, non cadit citatio, ſed benè pōt appellari Iaſ. in l. ſi opus. nu. 9. ff. de nou. oper. nunt. Gloſ. in dicta pragm. quinta die. col. 2. lin. 68. & Garaut. in annot. ad prax. Veſtr. lib. 5. cap. 15. num. 9. &, quòd hæc ſi verior opinio, teſtatur Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 5. nu. 6. dicens, requiri admiſſionem, & citationem.

68 Contrariam sententiam; quòd nõ sit necessaria; videtur tenuisse Rota dicta decis.8.etenim post relatã opinionem Egidij in contrarium firmat priorem opinionem, quòd non sit necessaria, exquò non grauat partẽ, & respondendo ad obiectionem de sententia interloquutoria, inquit:ratio quia interloquutio potest ferri, parte absente etiam non per contumaciam, & sic eam benè referunt, & sequuntur Mar.Soc.& Nicel.citati supra nu.64.hanc eandem sententiam sequuti sunt Abb. vbi supra.Campeg.dicta reg. 165. vers. secundo fallit. Mars.in l.de vno quoquè.cas.39.num. 108.ff.de re iud. Gail. in pract.obseru.lib.1.obseru.81.nu.17.Alber. de Malet.tract.de testib.cap.7.num.6. & seqq. & Asin. in prax.§.7.c.5.limit. 31. & limit. 100.fol.85.qui duo postremi videntur obscurius loqui;& hanc forsan sequutus est Gabr.dicta conclus.1.limit.37.n.383.eius enim mos videtur, quã sequitur, primo loco referre;& hæc opinio meo iudicio videtur communis ✠ & vera.

69 Cæterum in practica seruatur contraria;& est bona praxis ad tollendas difficultates, sicut testatur Alber. de Malet.& Asin.vbi supra,& Vestr.in pract.lib.5.cap. 15.sub n. 3.dicens, hanc admissionem non esse de substãtia ordinis iudiciarij, si tamen petatur, de more est, inquit, vt pars citetur ad videndum admitti articulos, & pars audiri solet &c.& de hoc stylo citandi ad videndum admitti articulos testatur Rota decis. 1. alias 10.num.4.de fid.instr.in nou.

70 Apud nos tamen cessat penitus ista difficultas;quia in vna eademquè citatione citamus ad videndum produci, & admitti.

CAPIO tertium: quãdo instatur in eisdem pro receptione testium: Et cõcludo sine vlla dubitatione, qđ citatio partis est omnino necessaria ad effectum, vt possit facere interrogatoria, & videre iuramenta testiũ;& ita procedent ea, quæ refert, & sequitur Glos.in prag. quinta die.in verbo.articulos. lin. 58.fol.415.vnde stylus in omnibus tribunalibus Vrbis iamdiu inualuit, vt præmittatur citatio sub hac formula, quã ponit Vestr. in pract.lib.6.cap.2.num.5.& Luc.Pæt.in pract. capitol.lib.2.cap.5.num.1.*Coram &c. citetur N.exaduerso principalis, siue Marcellus Formianus illius procurator ad videndum productionem articulorum, facto datorum, dicendũ contra, videndũ illos admitti ad probandum, iurare testes, & illorũ iuramenta, & examen committi super dictis articulis. & tota causa ad.1.d.& postquam cõmisũ fuerit, videndũ iurare testes impeditos, & egregios in eorũ, vel notarij domibus, aut vbi reperti fuerint per totam illam, & tres sequẽtes dies de mane à tali hora vsquè ad talem: ad concordandum de interprete sumptibus suis, alias examinabuntur sine; nec non ad dandum interrogatoria, si quæ dare vult, & intendit per totã illam, & sequentẽ diem, & nihilominus intimetur eidem qualiter materia sunt specificata medio iuramento, & testes postmodum examinabuntur singulis diebus, & horis; instante N.&c.*

Ratio, cur in eiusmodi citatione intimari soleat, qualiter materiæ sunt specificatæ medio iuramento, redditur à me infra q.21.num.606.

QVAESTIO V.

71 Positionibus & articulis, parte citata, productis.

QVAERO quæ sit praxis procedendi ad vlteriora. Resp. duplicem esse praxim.

Prima est, vt parti, contra quam sunt productæ positiones, detur earum copia, si fuerit petita, pro qua practica vide, quæ scripsi lib.præced.cap.100.sub num.13. vers. contrarium.

Et attenta ista practica, & data copia; solet quandoque oriri controuersia, & discuti. an positiones productę sint admittendæ, vel non: & ideo si tu eris in loco, in quo detur copia, & oriatur controuersia præfata, poteris videre quę scripsi infra q.6.per totam, quia in ea egi, quæ positiones sint admittendæ, & quæ non.

72 Secunda practica est, vt parti nõ aliter detur copia; sed iudicis integritati committatur, vt videat an positiones sint admittendæ;& demum relinquitur parti interrogandæ locus in ipsa responsione facienda, vt possit opponere de impertinentia, & de alijs contra positiones;& propterea posset pars de iure, dum est respõsura, habere vicinum aduocatum iuxta ea, quæ dixi infra q.18. limit.3.num.554.& 557.

73 POSITIONIBVS demum admissis, reliquum est, vt videamus quomodo pars, contra quam sunt admissæ, cogatur ad respondendum.

Resolutiuè procedendo, dico, posse considerari duplicem modum.

PRIMVS modus est de iure communi;& istum expedio duobus casibus, quorũ alter necessariò occurrit.

Primus casus est:quando pars, cogenda ad respondendum, est præsens in iudicio: Et isto casu concludo, quòd poterit moneri personaliter à iudice, seruata forma capituli 2.de confess.in 6.qua forma seruata, si pars interrogata non respondeat, potest declarari pro confessa, sicut totã istam conclusionẽ habes latè declaratã infra q.11.per totã & pręsertim nu.447.& seqq.ad eũ.

74 Sed hũc casum nõ videmus practicari;quia nec pars solet reperiri in iudicio, nec iudex vult monere &c.

75 Secũdus casus est, qñ pars, cogẽda ad respondendũ, nõ est pręsens in iudicio, vel aliter nõ seruaretur forma dicti c.2.de cõfess.in 6. Et isto casu concludo, esse faciendum monitoriũ ad instãtiam partis contra partẽ interrogandã, vt infra triduũ debeat medio iuramento singulariter singulis positionibus, & explicitè per verbũ credit, vel nõ credit, respõdisse sub certa pœna pecuniaria;vel sub cõminatione, si fiet ad instantiã actoris, qđ, si nõ respõderit, mittetur actor in possessionem bonorũ ex primo decreto, vt, loquendo in terminis iuris cõis, & tàm ante cõtestationẽ litis, quã post cõtra contumacem, declaraui lib.præced.cap.96.nu.3.& 16.

76 Hoc monitorium in tribunali Rotæ, vbi seruatur ius commune, vidi expediri sub pœna 50. ducatorum auri de camera locis pijs arbitrio Domini applicãdorum, & in subsidium excõicationis, sicut testantur etiã Mandos.tract.de monit.q.46.num.2.& 3.& Vestr.in pract.lib.5.cap.14.sub num.4.dicens, quòd, elapso tertio die proceditur ad pœnas contentas in monitorio, & quòd monitus declaratur excommunicatus, & declaratus denũtiatur, vt excõmunicationis tædio cogatur respondere, qui si excõicationem, inquit, per decẽ dies passus fuerit, ad brachij sæcularis inuocationem pro commissã pœna, ac etiam ad captionem pignorũ procederetur, vt monitus metu præmissorum faceret, quod metu excõmunicationis hactenus facere cessauit;testatur tamen, se nunquam vidisse captionem pi-

77 gnorum, neq; brachium sæculare expectari:† Ex qua formula monitorij nota, quòd contumax non reputatur pro confesso, & quòd non expeditur monitorium sub pœna confessatorum, & ideo admiratus quandoque sum de stylo Auditoris Cameræ, cuius notarij passim dant monitorium ad respondendum positionibus sub pœna confessatorum, & deinde A. C.contumacem non respondentem declarat pro confesso, & postea condemnat, licet ante condemnationẽ, seu conclusionem in causa soleat eum quãdocunq. admittere ad respondendum: miratus, inquam, sum de isto stylo, quia discedit à iure communi, & à stylo Rotę, quem in cæteris sequi solet.

78 SECVNDVS modus est scđm statuta Vrbis lib.1.c. 68. pragmat. Regni. quinta die. rit. 120. & constitut.Marchiæ lib.5.cap.19.& consuetudinẽ totius ferè Italiæ:Et in isto secũdo modo cõcludo, quòd expediũtur præceptum, citatio, seu literæ sub comminatione, quòd positiones habebuntur pro confessatis iuxta ea, quæ scripsi lib.præced.c.96.sub n.20.vbi declaraui modum procedendi in Curia Capitolina contra non re-

79 spondentem positionibus:† & quomodo procedatur in Regno scribit Maran.in suo spec. par. 6.membr. 2. sub n.20.pæna octaua.fol.316.dicens, cõem Regni obseruãtiam esse, quòd quis citetur tribus vicibus, vt veniat responsurus ad se examinandũ super articulis, & in vltima citatione inseratur totus tenor articulorũ, & quòd postea interponitur decretum, quòd habetur pro confesso.& de hoc est citatus ritus 120. fol.mihi 383. sic disponens.*item seruat ipsa curia, quòd si quis citatur de mandato dicta curia, vt tanquam principalis, & legalior veniat responsurus super tenore articulorum, seu exceptionum, aut positionum, & nõ venit, tunc curia habet*

bet eum pro confeſſo, & ita determinatum fuit in cauſa Antonij de Celano. Eſt verum, quòd in vltima ipſarum citationũ debet inſeri totus tenor articulorum, &c. ſuper quo ritu poteris videre, quæ ſcribunt ibi Cauen.& Carauit.& Afflic.in conſtit.partes in iudicio.ſub nu.4. lib.2.& quæ nos ſuccinctè retulimus lib.præced.c.96. ſub n.19.verſus finẽ,& infra n.476.& 489.Et qũo ꝓcedatur ſecundum allegatã conſtitutionem Marchiæ poteris videre in ea: ego hic de ea aliud non referam, niſi, quòd diſponit vt habeatur pro confeſſo, quando fuit bis requiſitus per literas,& non reſpondit,& alia quędam dicam infra ſub d.nu.476.vbi omnino vide.

Reliqua circa iſtum 2.modum habes infra q 11.

80 Sed contra totam iſtam practicam, & vtrumquè modum procedendi videtur vrgenter obſtare illa cõis regula; nimirum arma nõ eſſe ſumenda de domo rei l.nimis graue.C.de teſtib.& ideo videbatur dicendũ, quòd reus nunquam eſſet cogendus reſpondere.

Huic motiuo pluribus conatur ſatisfacere Rainal. Corſ.lib.3.indag.iur.c.16.fol 288.quærẽs rationẽ, cur reus nõ teneatur edere inſtrumentũ,& cogatur reſpondere poſitionibus: Sed nulla ratio ex adductis per eum potuit mihi ſatisfacere, minuſue potuit ſatisfacere cõis ratio, quã ex Ant.de But.Abb.& Moder.in c.2.de probat.refert Dec.qui candẽ impugnat in l.1.ſub nu.8.ibi. nec obſtat.ff.de eden.ratio igitur meo iudicio eſt, quia in poſitionibus is, qui oneratur in reſpondẽdo, releuatur in alio; quòd ponens cenſetur oĩa contenta in poſitionibus confeſſus, ſicut dixi lib.præced.c.61.nu.7.vel è conuerſo: ratio eſt, quia cum ponẽs grauetur in hoc, quòd cenſetur confiteri contenta in poſitionibus, debet releuari in alio, qđ aduerſarius cogatur reſpõdere.

81 Data reſponſione poſitionibus; praxis eſt, vt is, qui dedit poſitiones, faciat ſibi dari copiã rñſionum, quas fecit pars aduerſa,& vbi videat cõfeſſã eſſe intẽtionẽ ipſius ponentis, non indigebit alia probatione: quòd ſi videat negaſſe poſitiones; tunc debet recurrere ad probationes, ſicquè ad articulos, ſuper quibus debet facere examinari teſtes.

82 Et licet ſupra in fine præcedẽtis.q. poſt relatam formulam citationis ad videndum iurare teſtes expectares forſan, vt ponerem caſus, in quibus teſtes poſſunt examinari ſine citatione partis, tamen eos caſus habebis infra cap.ſeq. per plures limitationes nu.68. & ſeq.q.nu.82.83.111.321.360.& ſeqq.ad eum.

QVAESTIO VI.

83 QVAERO an iudex debeat admittere indiſtinctè quoduis poſitionum genus.

Reſp.Regula erit affirmatiua, quòd ſic, quam
84 regulã probo tripliciter:† Primo, quia poſitiones ſeruiunt loco probationum,& dicũtur probationes cap. ſtatuimus.de confeſſ.in 6.Iacob.de Aren.tract. de poſit.ſub num.34. & §.4.ſub num.1.& 10.Vber. de Bob. eod.tract.num.48.notatur in l.eum qui. ff. de iureiur. Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.79. num. 5. & Maſcar. tract.de probat.concl.1176.nu.2.& concl. 1177. num.3.& 30.lib.3.& ideo fiunt intra terminum datum ad probandum iuxta ea, quæ ſcripſi lib.præced. c.50. num.5.& ſeq.

85 Sed in materia probationum conſtituimus duas regulas: Primam; quòd probationum facultas nõ ſit anguſtanda l.quoniam.in fine.C.de hæret. cap. quæcunquè.14.q.2.Rot.deciſ.2.alias.30.num.1.de ſeq.poſſ.& fruct.in nou.& notat Maſcar.dicta concluſ. 1177. nu. 1.ſed ſit amplianda,& impinguanda, vt tradunt Vber. de Bob.tract.de poſit.ſub num.50. & Iacob. de Aren.
86 eod.tract. ſub num.35.† Secundam; quòd non prohibita expreſsè, cẽſentur permiſſa, vt dicimus de teſtibus, qui ſecundum regulam admittũtur omnes præter expreſſe prohibitos.l.1.& ibi Bal.& Saly. in princ.ff.de teſtib.Alex.conſ.156.viſo proceſſu.nu.8.in fine.lib.5. Aufr.tract.de teſtib.in verbo.idonei.nu.51. fol.143.& Maſcar. tract.de probat.concl.1356. nu.1.lib.3.Igitur idem dicendum eſt de poſitionibus.

87 Secundo probo, quia in dubio adhæremus regulæ; vnde dicimus, in dubio inhærendum eſſe regulæ, tanquàm firmo carocio ad not.per Doctores in l.omnis definitio.ff.de reg.iur.& nos diximus lib.præced.cap. 97.ſub num.126.verſ.tantum.

88 Sed vbi dubitatur: an poſitio ſit admittenda, vel non: ratione dubitationis melius, ac tutius eſt, ſi admittatur, vt ſcribunt Spec.tit.de poſit.§.ſeptimo.verſ.quia nemo.num.7.ibi.ſi verò incertum.& verſ.ſecurius.nu. 8.Iacob.de Aren.tract.de poſit.§.3.ſub nu. 8.verſ. item nota.fol.6.Franc.Curt.eod.tract.nu.28.Dec.conſ.162. in cauſa.nu.1.verſus finẽ. ibi. & pro fundamento Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.5.cap.14.num.27.Maſcar.d.concluſ.1177.ſub num.9.verſ.primo limita. lib. 3.& Gail.in pract.obſeru. lib. 1.obſeru.81. num. 9. & ſeqq.qui ſcribunt, ratione dubitationis tutius eſſe aliquid ſuperfluum admittere, quàm neceſſarium omittere; & faciunt quæ dixi cap. ſeq. num. 880. in 4.difficultate: & tutiſſimum addo fore, ſi admittatur cum clauſula; *ſaluo iure &c.* ſicut ſentit Spec. d. §. ſeptimo.verſ.ſecurius.ſub num. 8.dicens, vtilius eſſe cum hac proteſtatione litem abbreuiare, quàm eam ſuperuacuis diſputationibus protrahere. & quòd hæc ſit practica generalis totius orbis, teſtatur Fran.Curt. vbi ſupra.& ſic tenet Rot.deciſ.25.alias 645.de teſtib. in antiqu.Igitur regula erit, quòd omnis poſitio ſit admittenda.

89 Tertio probo; quia vbi poſſunt conſiderari permiſſio,& prohibitio; regula eſt meo iudicio pro permiſſione: nam permiſſio ſe habet per modum generis,& prohibitio per modum ſpeciei, ſeu exceptionis; vnde; concurrentibus cauſa permiſſiua,& prohibitiua; attenditur in dubio prohibitiua iuxta ea, quæ dixi lib. præced.cap.46.ſub num.18.quia prohibitiua ſe habet per modum ſpeciei, derogantis regulæ præmiſſiuæ.

Sed priuſquam vlterius progrediar ſunt notanda tria. 1.quòd admiſſio ſit dupliciter; expreſſe ſcilicet,& tacitè. 2. quòd tacitè dicitur fieri, quando iudex procedit ad vlteriora, vt puta ad examinandum, quia diceretur tacitè admiſiſſe. 3.quòd admiſſio expreſſa, ſeu interloquutio non eſt neceſſaria ſecundum ſtat. Vrbis.lib.1. cap.70.imò nec de iure communi ſecundum Veſtr.in prac.lib.5.cap. 15.num.3.vbi allegat plures deciſiones Rotæ; quicquid contra eũ ſenſerit Luc. Pæt.in pract.capitol.lib.2.cap.5.nu.6.dicens. *& quamuis aliqui, &c.*

LIMITA nunc multipliciter iſtam regulam de ad-
91 mittendis poſitionibus; & primo, vt non procedat, ſi poſitio eſſet impertinens; quia non eſſet admittenda l. ad probationem.C.de probat.& ibi Cyn. verſ.quarto & vltimo. ſub num. 3. Vber. de Bob. tract. de poſit. num.41. & 42. vbi allegat multa iura. Iacob.de Aren. eod.tract.in principio n.28.Odoffr.Beneu.eod.tract.n. 10.in fine. Spec. tit.de poſit.§.7.verſ.2.n.4.Bar.in auth. principales.§.quod obſeruari.ſub nu.24.& 25. & ibidem Bal.nu. 14.C.de iureiur.prop.calum.Papien.in pract. in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſ. impertinẽtes. fol.mihi 257.Lanfr.ab Ariad. in c.quoniam contra.nu.28.de probat. inter tract. diuerſ. Maran.in ſuo ſpec.par.6.memb.7.limit 10.nu.15.Crauet. conſ.5.nu.18.lib.1.Grauat.in annot.ad prac.Veſtr.lib. 5.c.14.ſub n.19.Caputaq.deciſ.327.alibi 330.poſitio-
✲ nibus.n.1.p.2.& de cõi*opinione teſtatur Fran.Curt. tract.de poſit.n.23.quam refert, & ſequitur Maſcar.de
93 probat.cõcluſ.1177.nu.5. in fine lib.3.Vnde ſtatutum, puniens eum, qui negauerit poſitionem, quæ poſtea probaretur, non habet locum, ſi poſitio fuerit impertinens Aſin.in prax.§.19.cap.12.

93 AMPLIA iſtam limitationem, vt; ſi poſitio eſſet notoriè impertinẽs; procedat etiamſi extaret ſtatutum, quòd iudex teneretur admittere poſitionem impertinentem, ſeu quòd quis impertinenti poſitioni teneretur reſpondere; quia adhuc notoriè impertinentem nõ deberet admittere, nec illi quis reſpondere teneretur Franc. Cur.tract.de poſit.num.27.& nota iſtam ampliationem pro intellectu conſtitutionis Marchiæ lib. 5. cap. 19. mandantis, vt iudex cogat ad reſpondendum poſitionibus, quamuis allegaretur, ſeu opponeretur, eas eſſe impertinẽtes:† & procedit hæc ampliatio etiam ſi verba ſtatuti eſſent generalia; quòd quis teneretur reſpondere quibuſcunquè poſitionibus, quia talia verba intelligerẽtur de poſitionibus legitimis, &

de

de omnibus non notoriè impertinentibus, & de his, in quibus caderet aliqualis diſtinctio, vt ſcribit, & refert, ſe obtinuiſſe Bononiæ Ioan. de Imol. in l. 4. §. prætor. verſ. toties. ff. de damn. infect. quem referunt, & ſequuntur Franc. Cur. vbi ſupra. Maſcar. de probat. concluſ. 1177. num. 9. lib. 3. & Aſin. in pract. §. 19. cap. 9. ſub num. 3. & in fine. & à fortiori procedit hæc ampliatio in ſtatuto, quod mandaret, admitti poſitiones cum clauſula: *ſaluo iure &c.* Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem iulianus. num. 34. ff. de iureiur. & Pariſ. conſ. 97. num. 136. lib. 1.

95 DECLARA hanc primam limitationem, vt non procedat, quando non appareret manifeſtè de impertinentia poſitionis; quia tunc in dubio eſſet admittenda, vt dixi ſupra num. 88. & ita procedat quod dicit Rot. deciſ. 24. alias 641. de teſtib. in antiq. dum ait, ſtylum ſacri Palatij eſſe, quòd ſemper reſpondeatur poſitionibus pertinentibus, & impertinentibus cauſa abbreuiandi litem.

96 Quòd ſi tibi ponēti euenerit quādoque, vt habeas iudicem inclinantem ad non cogendum aduerſarium, vt reſpondeat, quia forſan videatur ipſi iudici tua non intereſſe, quòd reſpondeat, tibiquè non expediret manifeſtare aduerſario intereſſe, ne, poſitionis iaculo præuiſo, facilè obuiet, poſſes tuā intētionē, ſeu intereſſe exprimere iudici ad aurem, vt, intellecto intereſſe, cogeret aduerſarium ad reſpondendum, vt aduertit Spec. tit. de poſit. §. ſeptimo. verſ. quid ſi ponens. nu. 9. quem etiam refert, & ſequitur Maſcar. d. concluſ. 1177. num. 11. ſed quia loqui iudicem ad aurem eſt reddere illum ſuſpectum alteri parti, niſi iudex, quod in aure audiuit, ſtatim publicè protulerit, vt ſcribunt ijdem Spec. d. §. ſeptimo. num. 10. ibi. ſed certe iudex. & Maſcar. vbi ſupra num. 12. & nos diximus lib. præced. cap. 53. num. 16. admonemus hic, vt alloquaris iudicem in occulto, nemine præſente, vel vt iudex ſtatim proferat aliquid aliud, fingatquè illud aliud ſibi fuiſſe ad aurem dictum: Sed iſta ſuſpitio ceſſat in cauſis, quæ cognoſcuntur ſine ſtrepitu iudicij, vt dixi d. cap. 53. num. 16. lib. 1.

97 DECLARA II. vt non procedat, quando poſitio non eſſet omnino impertinēs; vt puta, quia ſi non principaliter, ſaltē coniecturaliter, vel incidenter, vel coniuncta cum alijs adminiculis, vel per indirectum, & aliqualiter faceret ad cauſam Bar. in auth. principales. §. quod obſeruari. ſub num. 25. C. de iureiur. prop. calum. & ibidem Bal. num. 14. & Paul. de Caſtr. ſub num. 15. verſ. ſecūdus. Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idē iulianus. num. 14. ff. de iureiur. Dec. conſ. 162. in cauſa. num. 2. verſ. ſecundo. Franc. Curt. tract. de poſit. num. 24. & 25. Affl. deciſ. 7. num. 2. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 81. num. 3. & 4. & Maſcar. tract. de probat. concl. 1177. num. 15. lib. 3.

EXEMPLIFICA iſtam declarationem ſecundum Curt. & Maſcar. vbi ſupra in eo, qui, volens probare, ſe eſſe dominum, ſeu poſſeſſorem alicuius rei, ponit, quòd olim fuit dominus illius rei, ſeu illam poſſedit: nam, inquiunt, talem poſitionem eſſe admittēdam, quia olim dominus, ſeu poſſeſſor præſumitur etiā hodie dominus, ſeu poſſeſſor, ſicut iſtam præſumptionem notauit Bal. in l. ſiue poſſidetis. num. 1. verſ. nota quòd ſemel. C. de probat. & in l. vnica. num. 89. verſ. vlterius quæro. C. de confeſſ. dicens, quòd ſi fuero confeſſus, rē fuiſſe partis tui, ſed nego, tuam eſſe, debeo probare diſcōtinuationem propter neceſſarium tranſmiſſionis influxum. & quòd, probato initio poſſeſſionis, præſumatur continuata poſſeſſio, ſcribit Gloſ. in d. l. ſiue poſſidetis. in verbo. conſtituti. quam Gloſ. eſſe communiter * approbatam, teſtatur Pariſ. conſ. 107. laborioſa. num. 20. lib. 1.

De articulis proprietatis admittendis vel non ſuper poſſeſſione.

98 Infero ex hac ſecunda declaratione ſic exemplificata, quòd in interdicto retinendæ admittitur articulus ſuper proprietate, & dominio retinendæ non quoad effectum, vt ſententia feratur ſuper petitorio, ſeu dominio, ſed ad colorandum poſſeſſoriū, & coadiuuandū vires interdicti propoſiti, vt ſcribunt Bal. in l. ordinarij. ſub nu. 10. verſ. ſed iuxta prædicta. C. de rei vendic. & in l. poſt ſententiam. nu. 4. C. de ſent. & interl. omn. iud. Papien. in pract. in forma libelli pro turbata poſſeſſione. in gloſ. ad ceſſandum. num. 2. & 4. fol. 821. Fely. in cap. licet. verſ. quarta cauſa victoriæ. num. 33. de probat. Dec. conſ. 162. in cauſa. num. 2. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 7. nu. 26. quos refert, & ſequitur Gail. in

99 pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 81. nu. 6. & 7. † & ratio eſt, quia in iſto interdicto vtraquè pars ſolet prætendere, ſe eſſe in poſſeſſione; & ideo, ſi eueniat, quòd non appareat, quæ earum ſit in poſſeſſione, ferenda eſt ſententia pro ea, quæ probauit titulum, vt ſcribit Menoch. de recuper. rem. 1. ſub n. 180. vel, vt clarius declarat Fely. vbi ſupra, quia in iſto interdicto retinendæ, data paritate probationum, præfertur probans de titulo, ſeu de

100 dominio, & proprietate: † nam fortior eſt poſſeſſio cum titulo, quàm poſſeſſio ſine titulo, hacquè ratione tradunt, receptum eſſe, vt admittatur articulus proprietatis: adde etiam quæ ſcribunt Aret. Inſt. de action. §. quadrupli. ſub n. 84. qui copioſe loquitur. & Salyc. in l. vnica. ſub nu. 22. ibi. aut ſunt pares in numero. C. vti poſſid. Soc. in l. naturaliter. §. nihil cōe. verſ. quarta cōcluſio. nu. 9. ff. de acquir. poſſ. & cōmuniter * omnes, dū ſcribūt, quòd, data paritate probationum in poſſeſſorio retinendæ, ille obtinet, qui probat etiā dominium, ſeu titulum, vel poſſeſſionem antiquiorem; & quòd manutenendus ſit is, qui probat poſſeſſionem cum titulo, tenuit Rot. vt per Caputaq. deciſ. 336. ſeu 9. alibi 339. poſſidere duo. par. 2.

101 INFERO II. quòd articuli, concernentes dominium, præſentati per reum in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, non iudicantur impertinentes, & ſunt admittendi ad colorandam poſſeſſionem, vt ſcribunt Neuiz. conſ. 79. primo an hic. ſub num. 8. ibi. ſecundo reſpondetur. & num. 31. in fine. & num. 32. & Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 7. num. 1. & fuit reſolutum in conſ.

102 Neap. relato per Affl. d. deciſ. 7. in fine. Imò ſecundum Bal. in l. vnica. nu. 14. verſ. quæro quid in poſſeſſorio. C. ſi de momen. poſſeſ. ſi reus in poſſeſſorio recuperandæ excipiat de dominio, & iudex ſpreuerit iſtam exceptionem, poteſt reus appellare, quem Baldi locum refert, & ſequitur Affl. d. deciſ. 7. nu. 3.

103 CONTRA vtramq. illationem & primo cōtra primam oppono de textu in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. vbi dicitur, quòd proprietas nihil habet commune cum poſſeſſione: Igitur articuli circa proprietatem, & dominium reputantur omnino impertinentes, quia nihil habent commune cum articulis ſuper poſſeſſione.

104 Secundo oppono; quia exceptio dominij non debet admitti in poſſeſſorio retinendæ Bar. in d. §. nihil commune. ſub num. 2. dicens, quòd licet exceptio dominij poſſit obſtare agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, non tamen, inquit, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ. Capic. deciſ. 121. nu. 30. Natt. conſ. 419. in præſenti. ſub num. 5. lib. 2. Virgin. de Boccat. tract. de interd. vti poſſid. ſeu de manutentione. cap. 5. exceptiones quæ poſſunt obicij. nu. 2. fol. 306. & cap. 9. titulus an ſit neceſſarius. num. 1. & 2. fol. 305. qui declarat. & hanc eſſe communem * opin. referunt, & ſequuntur Put. deciſ. 29. licet ſpoliatus. num. 12. lib. 3. & Menoch. tract. de retinen. remed. 3. q. 79. verſ. primus eſt. num. 672. quæ communis opinio eſt vera etiam ſi probatio dominij offerretur incontinenti, teſtibus ijſdem Bar. Put. & Natt. vbi ſupra. & Menoch. d. q. 79. ſub nu. 675. verſ. ſecunda. vbi oſtendit, hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem. *

105 Contra ſecundam illationem ſimiliter oppono: quia exceptio dominij, ſeu proprietatis non admittitur in ſpolio, idest, in poſſeſſorio recuperādæ Gloſ. 1. in cap. 1. de reſtit. ſpol. & ibi Ant. de Butr. num. 5. dicens, quòd exceptio proprietatis non admittitur contra agentem iudicio recuperandæ, niſi volente & conſentiente ſpoliato, & n. 23. & 24. Abb. nu. 5. ibi. ſed not. Dyn. in ca. qui ad agendum. ibi. ſed dicendum eſt. de reg. iur. in 6. Bar. in l. ſi quis ad ſe fundum. verſ. pro huius euidentia. ibi. item priuilegiata. ſub nu. 2. Cad. l. iul. de vi publ. Aret. Inſtit.

Instit.de action. § quadrupli num.45.ibi. nec tali agen
ti. Alex. cons.117.viso processu.num. 4. lib. 2. & cons.
78. clarissimè num.1.& seqq. lib. 3.Boer.decis.238.nu.
2. Dec.in cons.84.excellentissimi sub nu.1.vers. finem.
ibi.secus est in possessorio. Gabr. in conclus. lib. 5. tit.
de restit. spol.conclus.1. ampl.23. num.45. & hanc es-
se communem * opinionem testatur Bero.d. cap.1.nu.
30.Dec. cons.57.pro tenui.num.6. ibi. quia secundum
veram & magis communem.Paris.cons. 107. laboriosa
num. 24.& 26. lib.1. & Menoch.de recuper. rem.1. q.
21. num.239 vbi plures allegat.& num.243.in fine vbi
ex communi * extendit, vt habeat locum etiam in spo
lio sine violentia: pro qua extensione refert, & sequi-
tur esse magis communem * opin. Gabr. d. conclus. 1.
num. 45.versus finem. vers.tenendo: &, quòd ea,quæ
respiciunt petitorium, quales sunt exceptiones domi-
nij, non obstent in iudicio spolij, dixit Rot. coram
R.P.D. Litta in vna.Lucan.Capellan die veneris 17.Iu
nij 1594.& quòd spoliator non debeat audiri in nego-
tio principali nisi prius fecerit plenariam restitutio-
nem,tenuit Rot. vt per Caputaq. decis. 171. par. 3. &
quòd prius cognosci debeat de possessorio intētato,&,
illo finito & executo; sit post modum cognoscendum
de petitorio,refert, & sequitur ex communi * Docto-
rum opin.Paris.d. cons.107.num.26.lib. 1.loquens in
isto possessorio recuperandæ: & in speciè hanc senten
tiam contra Bal. Affl. & Neuiz. citatos supra in 2. il-
latione num. 101. & 102. tenet Zuccar. in l. vlt. num.
164. C.de edict. diu. adr. toll. cuius opinionem verio-
rem existimat, & sequitur Menoch. d. remed. 1. sub
num. 182.

Articulus, exceptioquè dominij an admittatur super possessione adipiscenda.

106 Quid dicendū in hac cōtrarietate superius adducta?
Respondeo,& pro maiori intelligentia distinguo tri
plicem speciem possessionis.
Prima species est adipiscendæ.
Secunda retinendæ.
Tertia recuperandæ.
Capio primam: & concludo in ea admitti articulos
& exceptionem dominij in continenti probandam, vt
scribunt Bar. in l.nihil commune.§. naturaliter.sub nu.
2.ff.de acquir.poss. Ant.de Butr. in cap.1.num.24.vers.
oppono quod eo & Abb.num. 5. vers.sed nota.de rest.
spol.idem Ant. de Butr. in cap. in literis. vers.oppono
quod agenti.sub num.22.eod.tit.de rest.spol. Aret. In-
stit. de action.§. quadrupli.sub num. 69. vers. aduertas
tamen. Dec. cons. 84. excellentissimi.sub num.1.ibi.ex
quo alia notabilis.Gabr.in conclus.lib. 5. tit.de restit.
spol.concl.1.limit.5.n.49.Put.decis.316. per obitū.n.5.
lib.1.& decis.73.in vna placentina.n.4.lib.2.Affl.decis.
14.ioānellus.n.4. & ibi Vrsil.in annot.n.5.Becc.cōs.88.
proponitur n.18.lib.1.& multi alij, quos cōgessit Osac.
decis.26. discussis.n.1. & post eum Menoch.de adipisc.
poss. remed. 1. sub num. 104. vers. secundus est casus.
107 LIMITA per oppositum, si incontinenti non pro-
baretur: quia tunc non admitteretur iuxta ea, quę de-
clarando scribunt Aret.& Affl.in locis supra proximè
citatis, Rol. à Vall. cons.1. sub num. 73. iunctis dictis
sub num. 70.vers. ad quintum.num.71.& 72.lib 1.& or
dinatè,& apertius Menoch.d.remed.1.sub nu.102.vers.
primus. & ita communiter * concludunt omnes.
108 RESTRINGE declarando istam communem limi-
tationem, vt procedat solum in eo, qui se opponeret
per modum rei, seu legitimi contradictoris contra
volentem adipisci possessionem: quia ipse contradictor
non posset excipere de dominio, seu de proprietate,
quam non probaret in continenti; secus est quoad adi-
piscentem possessionem per modū actoris; quia is pos-
set dare articulos tangentes,& respicientes proprieta-
tem,& dominium ad iustificandam suam possessionem,
pro qua ageret, vt scribit Paris.cons. 107. laboriosa
num. 3. lib.1. qui loquitur in dubitabiliori casu, videli-
cet in possessorio recuperandæ, vt aduerti etiā supra n.
105.in fine & ante nos aduertit Menoch.de recuper.re
109 med.1.num. 194.† & ratio,quare actori, siceuè spolia-
to liceat dare articulos de dominio, & non liceat reo,
& spoliatori,est secundum eosdem Paris.d.cons.107. n.
4.& Menoch. vbi supra, quia actor, sicquè spoliatus
posset, omisso possessorio, agere petitorio,seu vtrum-
què cumulare ad trad.per Bar. in d.§.naturaliter. in 2.
combinatione.sub num. 17. & 18. sed non potest id fa-
cere reus, seu spoliator.
110 SVBRESTRINGE istam restrictionē in primo
capite,dum dicimus, contradictorem nō posse excipe-
re de dominio, si exceptio non sit incontinenti proban
da, vt non procedat, quando aduersarius agens posse-
ssorio adipiscendæ passus esset fieri probationes etiam
in petitorio; quia licet exceptio dominij, & proprie-
tatis potuisset ab initio reijci, tamen admissa, consen-
tiente aduersario, operatur suum effectum, vt loquen-
do in possessorio recuperandæ retuli & sequutus sum
111 infra num. 138. † nam exceptio dominij difficilius
admittitur in possessorio recuperandæ, quàm in
possessorio adipiscendæ:Sed in possessorio recuperan-
dæ admittitur,consentiente agente pro recuperatione,
vt ex communi * dixi infra d.num.138. ergo à fortiori
debet admitti in possessorio adipiscendæ.
Quòd exceptio dominij difficilius admittatur in
possessorio recuperandæ,patet;quia in possessorio adi-
piscendæ admittitur, si offeratur probatio incontinen-
ti,vt dixi supra num. 106.sed in possessorio recuperan-
dæ non admittitur etiamsi offeratur probatio inconti-
nenti iuxta ea,quæ dixi infra nu.135.vers.amplia istam
regulam.
112 DECLARA ampliando istam subrestrictionem,
vt procedat non solum quando aduersarius patitur tra
ctari de dominio per expressum consensum, sed etiam
quando patitur tacitè consentiendo, vt apertius decla-
ro infra num.140. vers.extende istam.

Articulus, exceptioq; dominij an admittatur super possessione retinenda.

113 Capio secundam speciem, retinendæ scilicet: & in
ea concludo, exceptionem dominij, & proprietatis
contra possessorem non admitti, testibus Bar. Capic.
Natt.Virg.de Boc.Put.& Menoch.quos retuli & sequu
tus sum supranum.104.& ita procedat illa opinio con-
tra primam illationem.
114 AMPLIA istam conclusionem,vt procedat etiam si
probatio offerretur incontinenti; quia adhuc non ad-
mitteretur, testibus ijsdem Bar.Put. Natt. & Menoch.
citatis supra nu.104.
115 AMPLIA II. vt procedat etiamsi agens hoc pos
sessorio retinendæ retineret solum ciuilem, & amisis-
116 set naturalem; † quia posset in primis agere hoc inter-
dicto vti possidetis, quod est retinendæ possessionis
Aret. Instit. de action.§. quadrupli.nu.74. in fine. vers.
viso de possessione. & num.75.& 76.vers.dixi in libel-
lo. Socc.cons. 15. insignis doctor. num.3.lib 4. & Me-
noch.de retinen.poss. remed.3. q.2.num.22.dicens,ne-
minem dubitare, quòd possidenti ciuiliter datur illud
remedium, seu interdictum retinendæ vti possidetis;
& secundario intrat ampliatio, vt exceptio dominij,
quam opponeret eius aduersarius, qui occupasset na-
turalem possessionem,non admitteretur, testibus Rip.
in l.naturaliter §. nihil commune. num. 98. Rub. num.
137. Fab. num. 60. & Horn. Det. num. 42. ff.de acquir.
poss.Bero. in cap. in literis.num.56.de restit.spol.Natt.
cons.419.in pręsenti.sub num.5.ibi.tamen contrariam
& num.6.lib.2.& Menoch.qui omnes præfatos retulit
tract.de retinen.remed.3.sub num.676.vers. primus.re-
probata opin.contraria, quam tenent Ant. de Butr. &
Socc.in locis citatis nu.seq.
117 Nec obstat, quòd isto casu agens possessorio reti-
nendæ, agat etiam in necessariam consequentiam pos-
sessorio recuperandæ possessionis naturalis; exquò in
effectu conuentus possessorio retinendæ non potest de
sistere à turbatione ciuilis possessionis, nisi restituat na
turalem; & consequenter debet conuentus posse op-
ponere exceptionem dominij incontinenti probandi
propter regulam: dolo facis, quia petis quod restitu-
rus es.l.dolo.ff.de dol.mal.& met. except. & cap. dolo
facit.

facit. de reg.iur.in 6. vt, loquendo in istis terminis, declarat Ant. de Butr.in cap.in literis. sub num.22.ibi. in retinendæ.& Socc.in d.§. nihil commune. in prima lect. sub num. 8. vers. tertia conclusio.ibi.sed difficultas est.

118 Quia respondeo præfatam exceptionem dominij etiam in continenti probandam minus admitti in possessorio recuperandæ iuxta ea, quæ scripsi infra num. 135.& sic assumptum obiectionis in interdicto recuperandæ est falsum,prout etiam respondet Menoch.vbi supra & sentit etiam Natt.d. cons.419.sub n. 6.

119 AMPLIA III. vt multò magis procedat,quando simpliciter ageretur, vt aduersarius desisteret ab inquietatione; sicquè præsupponendo tàm ciuilem, quàm naturalem possessionem esse apud ipsum agente, quia tunc aduersarius, qui turbat, & excipit de dominio, non auditur, testibus non solum ijsdem Natt. & Menoch. sed etiam Ant.de Butr. & Soccin.omnibus in locis supra citatis.cum in casu huius ampliationis non possit conuentus pro molestijs & turbatione obicere, quòd agens dolo faciat petere quod restiturus est.

120 AMPLIA IIII. vt procedat etiamsi exceptio dominij ueniret probanda per instrumetum publicum, habensque paratam executionem; quia adhuc exceptio dominij non admitteretur, parte contradicente, secus si non contradiceret iuxta ea, quæ in possessorio recuperandæ scripsi infra nu.150. limit.2.& in eius restrictione.

121 AMPLIA V. vt procedat etiam si exceptio dominij esset causata ab ipsomet aduersario, agente possessorio retinendæ, & ad fauorem ipsius excipientis iuxta ea quæ scripsi infra cap.9. de testium productione &c.num. 1290. vers.ad primum.

122 Pro restrictione tamen, seu declaratione huius quintæ ampliationis vide quæ scripsi d. cap.9.nu.1291. & 1297.

123 AMPLIA VI. vt multò magis procedat,quando turbans, & conuentus, vt desisteret à turbatione, & molestijs exciperet de dominio alicuius tertij; quia tunc multò minus audiretur Ant. de Butr.d. cap. in literis. sub nu. 22.ibi. in quantum dixi exceptionem.de restit. spol.& Menoch.de retinen. poss.remed.3.sub nu. 679. qui alios allegat: nam isto casu cessat ratio regulæ:dolo facis petere quod restiturus es:quia illa regula procedit, quando restitutio esset fecienda ipsi excipienti de dominio.

124 EXTENDITVR imò ista ampliatio, vt habeat locũ etiam in petitorio, quia actor, qui non est in possessione,non auditur,opponendo de iure tertij iuxta ea;quæ scripsi infra sub num. 405. vers. primum. & num.408.

125 AMPLIA VII. vt procedat etiamsi adduceretur exceptio defectus proprietatis, & dominij; quia ista exceptio non admitteretur, teste Ant. de Butr. in d. cap. in literis. sub num. 22. ibi. in quantum dixi. de restit. spol. vbi loquitur propriè in terminis huius ampliationis, & comprobatur ex seq. extens.

126 EXTENDITVR ista ampliatio, vt habeat locum etiam in petitorio; quia actor, qui non possidet, non auditur si contra possessorem opponat de non iure ipsius rei possessoris; testibus Diaz. Ant. de Butr. Fely. Rom. & Rot. quos retuli, & sequutus sum infra num. 416. amp. 4.

127 RESTRINGE nunc conclusionem firmatam supra num.113.vt non procedat, quando possessor ipse pateretur, seu aliter consentiret fieri probationes super dominio, & proprietate; quia tunc exceptio probata operaretur, vt referunt & sequuntur Menoch. de retinen.possess.remed. 3.num. 682. vers.declaratur secundo. & Virgin.de Boccat.tract.de interdic.vti possid.seu de manuten.cap.5.exceptiones quæ possunt &c. num. 1.fol.305. & cap. 9.titulus an sit necessarius num.2.fol. 306.& faciunt pro ista restrictione quæ dixi infra de recuperanda possessione nu. 138.

128 RESTRINGE II. vt non procedat; quando non constaret, quis eorum esset in possessione; & vterquè diceret, & prætenderet, se possidere; quia isto casu admitterentur articuli super dominio & proprietate; & ita procedat illatio, quam firmauimus ex Bal. Papien. Fely. Dec. Maran. & Gail. quos retuli supra in 1. illatione num. 98. & sic eos intelligas; secus quando constaret quis eorum esset in possessione, quia tunc is, qui non est in possessione, non audiretur, excipiendo de dominio, & ita procedat contraria opinio,quam contra istam illationem sequuti sumus ex Bar. Capic. Natt. Put. & Menoch.supra num. 103.& 104. vers.contra vtramquè. & sic habes conciliationem opinionum, ab alijs non excogitatam.

129 DECLARA istam restrictionem, vt tunc dicatur non constare quis sit in possessione, quando vterquè insisteret in iudicio possessorio retinendæ, & peteret manuteneri, & præcipi aduersario, vt desistat à turbatione, & molestijs: † & tunc dicatur constare de

130 possessione, quando alter eorum petijsset declarari, se dominum, & ad se spectare dominium,& proprietatem seu rem: quia, sic petendo, ageret rei vendicatione, & qui agit rei vendicatione, fatetur, possessionem esse apud aduersarium, sicut scribit Papien. in pract. in form. libell.pro turb.poss.in gl.ad cessandum. sub num.2.fol.821.item quando peteret, se reintegrari ad possessionem.

131 RESTRINGE III. vt non procedat in eo, quem constaret esse in possessione; quia is posset dare articulos etiam de proprietate, vt in possessorio adipiscende dixi supra num. 108. vers.restringe declarando.

RESTRINGE IIII. vt non procedat quando possessor non potest retinere possessionem sine titulo, quia tunc is in tantum potest dare articulos de suo titulo, vt si eos non det, & non probet titulum saltem coloratum, non detur ei mandatum de manutenendo ad relata per Menoch. tract.de retinend.poss. remed.3. q.73. sub num.588. in fine.vers. declaratur.& nu. 589. & seqq.vbi hàc restrictionem exemplificat multis casibus, quos tu potes videre. & eum refert, & sequitur Virgin.de Boccat.tract.de interd.vti possid.seu de manuten.cap.9. titulus an sit necessarius.num. 3.& 4.fol. 306.addens, requiri titulum in rebus incorporalibus, quia alias præsumitur possessio præcaria &c. pro qua possessione præcaria non datur mandatum de manutenendo Virgin. de Boccat. eod. tract. cap. 3. num. 2. fol. 304.

Huius restrictionis occasione multa dici possent de possessione, cui resistit ius commune,& de quasi possessione annuæ præstationis; sed, quia nimis diuerterer, remitto vos circa primam ad Menoch. de retinen. possess.remed.vlt.q.2.nu. 21. & circa secundam ad Virgin.de Boccat.d.tract.de interd. vti possid.cap. 8. num. 8. fol.306.

NOTA istam restrictionem pro limitatione ad regulam,quòd nemo tenetur docere de titulo suę possessionis, de qua regula vide Menoch. d. remed. 3. q. 73. num.588.

132 DECLARA omnes istas restrictiones, in quibus diximus posse opponi& dari de dominio, vt sint veræ solum ad effectum colorandi possessorium; sed non ad effectum, vt feratur sententia super dominio: quia non sumus in petitorio, & cum grano salis huius declarationis loquuti sumus supra nnm.98.vers. infero ex ex hac.

133 EXTENDE istas restrictiones, vt procedant etiam si non incontinenti doceretur de dominio; quia adhuc eius exceptio deberet admitti, vt putat Bellam. decis. 36. sub num.2. ibi.sed an in his. qui & si loquatur in interdicto recuperandæ, tamen intelligi debet, vt loquatur in retinenda ciuili & recuperanda naturali, vt aduerti etiam num.

Articulus exceptioquè dominij an admittatur super possessione recuperanda.

134 Capio tertiam speciem,recuperandæ scilicet: & in ea constituo similiter regulam; quòd spoliator, sicquè reus conuentus non potest opponere exceptionē dominij contra agentem possessorio recuperandę Glo. Ant. de Butr. Abb. Dyn. Bar. Aret. Boer. Dec. Paris. Gabr.

Gabr. & Menoch.quos retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.105.verſ.contra ſecundam.

135 AMPLIA iſtam regulam, vt procedat etiam ſi probatio dominij offerretur incontinenti, quia adhuc non eſſet admittenda in poſſeſſorio recuperandæ, teſtibus Ant.de Butr. in cap.1.verſ.oppono quòd eo inuito.ſub num. 24.& Abb.num.5.de reſtit. ſpol.Dec conſ.84.excellentiſſimi.ſub num.1.ibi.ſecus eſt in poſſeſſorio recuperandæ.Boer.deciſ.238.num.2.verſ.in contrarium.& Menoch.tract.de recuper. poſſ.remed.1.q.21.n.239. & num.243.in fine.

136 AMPLIA II. vt multò magis procedat, ſi adduceretur exceptio defectus proprietatis,& dominij, excipiendo, quòd agens poſſeſſorio recuperandæ non eſt dominus rei, cuius poſſeſſionem petit, quia talis exceptio nõ admitteretur etiamſi ageretur ex remedio cap. reintegranda.3.q.1.Bellam.deciſ.36.contra agentẽ.ſub nu.1.& Menoch.tract.de recuper.poſſ.remed. 15.q.37. nu.471.& 472.

137 DECLARA iſtam ampliationem vt per eundẽ Menoch.ead.q.37.ſub nu.472.verſ.declaratur. & nu. 473. & ſeqq.

138 LIMITA regulam, vt non procedat primo;quando ſpoliatus, qui eſt actor, conſentiret vt ſpoliator, qui eſt reus, exciperet de dominio, quia tunc illa exceptio admitteretur, & impediret reſtitutionem cap. 1.de reſtit.ſpol.& ſentiunt ibi Ant.de Butr.verſ. oppono cum gloſ. num.23.& Abb. verſ. nota ſpoliatum. nu. 3.Aret.Inſtit.de action.§. quadrupli. ſub num. 45. ibi. quod tamen intelligas verum. & ſcribit apertius Menoch.de recuper.poſſ.remed.1. q.15.num. 161. & 162. & benè conſulendo declarat Crauet. conſ. 299. antonius.num.7.verſ.tertio reſpondeo. & licet textus in d.cap. 1. in quo Doctores ſe fundant, poſſit intelligi, vt loquatur de conſenſu tacito, & non de expreſſo, vt ex Bero. in d. cap. 1. num. 20. refert Menoch. d. num. ✻ 162.tamen communis * intellectus eſt, quod loquatur de conſenſu expreſſo, quia ibi Euentus diaconus conueniebatur à Philaſio pro reſtitutione campi,& Euentus reſpondebat, quòd ille campus erat ſuæ eccleſiæ, & hoc offerebat ſe probaturum, & Papa reſcripſit iudici, quòd, ſtante conſenſu Philaſij preſtito; ſi Euentus probaret campum eſſe ſuæ eccleſiæ, imponeret ſi-

139 lentium ipſi Philaſio: † nec videtur ſpoliatus ſibi præiudicare; conſentiendo expreſſè, quòd ſpoliator aſſumat in ſe onus probandi dominium: nam, vt ait Ant. de Butr.vbi ſupra,licet ſpoliatus ſe grauet in hoc,quòd admittit exceptionem dominij, tamen releuat ſe in hoc alio, quòd grauat ſpoliatorem;quamuis ſit in poſſeſſione; ad docendum de dominio; cum alias non teneretur: &; non probato ſpolio; remaneret in poſſeſſione; in qua non remanebit, ſi non probauerit aſſumptum probandi dominium.

140 EXTENDE iſtam limitationẽ,vt habeat locum non ſolum in conſenſu expreſſo,vt in d.limitatione;ſed etiã in conſenſu tacito, ſicut ſcribunt Dec. conſ.84. excellentiſſimi.ſub num.2.ibi. nam pro reſponſione. & Menoch.d. remed. 1.q. 15. num. 163,& faciunt quæ ſcribit Bar. in l. naturaliter.§.nihil commune. verſ.ſecundo quæro. num. 30. ff. de acquir. poſſ. & hęc extenſio ✻ tenetur communiter * ab omnibus ſine controuerſia.

141 EXEMPLIFICA iſtam extenſionem in ſpoliato, qui ſpoliatori,excipienti de dominio,non replicat;ſed patitur eum facere probationes ſuper dominio: nam eò ipſo, quòd tacet, & non contradicit dicitur conſentire, ſicut in iſtis terminis loquuntur Bar.in l.ſi quis ad ſe fundum.verſ.pro huius euidentia. ibi. intellige ſi contra hanc. ſub nu.2.C.ad l. iul. de vi publ.Bal.poſt Iacob. Butr. quem citat in l. ordinarij. verſus finem verſ.quid de hac.num. 14. C. de rei vendic. Pariſ. conſ.53. dominus. verſ. tamen his non obſtantibus.nu. 106.& 107.lib.3.Capic.deciſ.28.num.1.Affl.deciſ.193. fuit decretum.num. 1. Natt. conſ. 289. vt euacuentur. num. 11. lib.2.Neuiz. conſ.79. primo an. num. 2. Menoch.tract.de recuper.poſſ.remed.1.q.15.num. 163. & Gabr. in concluſ. lib. 5. tit. de reſtit. ſpol. concluſ. 1. limit. 4. num.61. & 63.vbi teſtatur de magis commu- ✻ ni * opin.

142 Et ratio ſecundum eoſdem Bar.Bal.Iac.Butr.& Menoch. in locis ſupra proxime citatis. & Dec. d. conſ. 84. ſub num. 2. ibi. nam prout dicit. eſt, quia ita ſe habet replicatio ad exceptionem, ſicut ſe habet exceptio ad actionem; ſed actio non impeditur, niſi obijciatur exceptio: ergo neque impedietur exceptio, niſi obijciatur replicatio.

143 INFERO ex hac ratione reſtrictionem ad hanc exemplificationem; vt non procedat, quando ſpoliator fuiſſet admiſſus ad probandum dominium, diſſentiente, & proteſtante ſpoliato, quia tunc illę probationes non operarentur, teſtibus Dec.& Natt. vbi ſupra. & apertius Pariſ. conſ. 107. laborioſa. num. 25. ibi.& licet fuerint.lib.1.& Neuiz.d.conſ.79. num. 6.

144 DECLARA iſtam illationem ſeu reſtrictionem, vt ſufficiat ſimplex replicatio, ſeu contradictio ſine proteſtatione, teſte Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1.q.15. ſub nu. 166.quamuis vtilior videatur proteſtatio, & de contradictione cum proteſtatione loquantur Doctores citati ſupra.

145 RESTRINGE iſtam declarationem, vt non ſit vera;quando iudex;non obſtante contradictione & proteſtatione; procederet ad vlteriora, recipiendo nihilominus probationes ſuper proprietate, & dominio; quia tunc ſpoliatus deberet appellare à proceſſu, alias ſine appellatione proceſſus teneret; vt referunt & ſequuntur Crauet.conſ.299.antonius.ſub nu.8. & conſ. 302.in hac cauſa.ſub n.6. verſ.ſed dicet aliquis.& Menoch. d.q.15.nu.167.& ſeqq.

146 DECLARA adhuc iſtam reſtrictionem; dum dicimus eſſe neceſſariam appellationem, vt ſit vera; quando iudex expreſsè vel tacitè eſſet interloquutus ſuper ipſa contradictione, & proteſtatione:quia non eò ipſo ſolo quòd procedit ad vlteriora videtur interloquutus ſecundum ea,quæ refert Menoch.d.q. 15. num. 170. & 171. Cogita ſuper iſta declaratione quia in praxi non videtur recepta;& ideo de ea nihil hic firmo.

147 EFFECTVS præfatæ extenſionis poſitæ ſupra num. 140.eſt quòd,receptis probationibus ſuper dominio,& de eo conſtito ad fauorem ſpoliatoris rei couenti;ſpoliatus non reſtituitur Oldr. conſ. 224. iſtę ſunt allegationes.verſ.nec obſtat.num.39.Rot.deciſ.16.alias 393. ſi à conferatur.num.1.de reſtit.ſpol.in nou.Anch.conſ. 146.in prædicta quæſtione. ſub nu. 3. ibi. & ſi dicatur. Ant.Corſet.in tract. fallen.ad regulam.ſpoliatus ante omnia reſtituendus. ſub num. 3. limit. 7 fol. 325. ſeu Iacob.Nouel.in pract.crim.eod.tit.num. 7. limit.7.fol. mihi 53. neſcio enim cuius eorum ſit ille tractatus, ſed vterquè eſt in poſſeſſione.Pariſ.conſ.53. dominus. num.107.lib.3.Natt.conſ.289.vt euacuentur. num. 11. lib. 2. Crauet.conſ. 299. antonius. num. 7. verſ. tertio reſpondeo. & conſ.302. in hac cauſa. ſub num.6. verſ. ✻ ſed ſpoliatus. & communiter * omnes. † & ratio eſt

148 quia, vt ait Pariſ.petitorium prævalet poſſeſſorio,ſeu, vt dicit Natt. quia poſſeſſio abſorbitur à proprietate, ſeu,vt dicit Oldr.conſ.226.quidam epiſcopus.in fine, ſub nu.12.verſ.ſecunda. quia proprietas ſemper trahit ad ſe poſſeſſionem,& ideo inaniter diſputatur de recu-

149 peranda poſſeſſione, quando conſtat de petitorio. † Et, quòd ſpoliatus non ſit reſtituendus, cum paſſus eſt litem tractari ſuper cauſa dominij, ſicquè petitorio, eſt deciſum de iure canonico in cap.1. de reſtit. ſpol. licet de iure ciuili non eſſet clarè determinatum, teſte Menoch. tract. de recuper. remed. 1. q. 15. num. 161. probatur etiam iſte effectus ex cap. ſignificaſti. de diuort.vbi mulieri, petenti ſibi reſtitui ius matrimonij & cohabitationis cum marito, à quo fuit eiecta, & ſpoliata dicto iure;& marito excipiente de fornicatione ipſius mulieris; Papa reſpondet, quòd ſi notorie conſtat de fornicatione,denegãda eſt reſtitutio petita.

150 LIMITA II. regulam vt non ſit vera; quando ſpoliator eſſet paratus probare dominium per inſtrumentum publicum; quia iſto caſu admittenda eſſet exceptio, & impediret reſtitutionem ſecundum ea, quæ ſcribit Socc.conſ.87.viſis inueſtituris.ſub nu. 23. verſ. primo quia. & verſ. vnde exceptio.lib.3. concludens, quòd exceptio notorij deffectus iuris agendi probanda per inſtrumentum publicum obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ. Crauet.d. conſ.302. ſub num. 6. dicens ex auctoritate Soccini ſupra citati, quòd exceptio

ptio proprietatis debet admitti, quando eius probatio impletur per ſolam productionem inſtrumenti. Capic. deciſ.77.num.4.Menoch. tract.de recuper.poſſ.remed. 1.q.17.num.223.& ita tenebant multi ex Dominijs de Rota, vt refer Compilator d. deciſ. 16. de reſtit. ſpol. in nou.

151 RATIO huis limitationis eſt alia limitatio generalis, quæ eſt, vt reſtitutio non ſit facienda, quando conſtat notoriè de non iure petentis reſtitutionem Gabr. in concluſ lib. 5.tit.de reſtit. ſpol. concluſ.1.limit. 12. num.110. ſeu conſtat notoriè de non iure ſpoliati, vt, plura comulando, ſcribit Neuiz.conſ.81. princeps.ſub num.32. & à fortiori quando conſtat notoriè de non iure ſpoliati, & conſtat de iure ſpoliatoris, ſicut limitando ſcribunt Ant. Corſet. & Iacob. Nouell. limit. 5. citati ſupra num. 147 & ſentit Abb. in cap. cum eccleſia ſutrina. ſub num. 26. verſ. ſed circa prædicta. de cauſ. poſſ.& prop.dicens, quòd prædo ſpoliatus eſt reſtituendus, niſi iudici conſtet, eum eſſe prædonem, quod ante eum benè explicauit Ant.de Butr. in cap. in literis.verſ.oppono ſecundo. num.15. de reſtit. ſpol. & ſentit idem Innoc. in cap. conſtitutus. de fil. præsbyt. dicens, quòd agenti iudicio poſſeſſorio pro recuperanda eccleſia denegatur reſtitutio, ſi notoria eſt cauſa, quare non poſſit habere eccleſiam. Abb. in cap. 2. ſub num 7. & in cap. 3. ſub num.4. de reſtit.ſpol.& Caſſad. deciſ.4.fuit dubitatum.ſub num.4.de reſtit.ſpol.dicens, quòd cedenti obſtat exceptio defectus proprietatis notoria, quæ impedit reſtitutionem petentem.

152 Sed inſtrumentum inducit notorium Abb in cap. cum olim.not. vlt. num. 9.& 10.de cenſib. Iaſ. in l. 1. num.10.verſ.iuxta iſtam. de oper. no. nunt. Socc. vbi ſupra Dec. conſ. 423. negari.num. 13. ibi.& notorium. Dilect. de art. teſtan. caut. vlt.ſub. num.8. ibi. præterea eſto.fol. 146. & Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1.q. 17.num. 224. & inducit rem certam Bar. in l.1.verſ. venio ad q. ſub num. 8. & Iaſ. verſ. circa primam. ſub num.10.ff. de nou. oper. nunt. & facit rem manifeſtam Iaſ.vbi ſupra.& Dec. d.conſ. 423.num. 11.& conſ.474. viſo inſtrumento. num. 3. conſ. 682. in cauſa. num. 1. dicens, quòd manifeſtè dicitur conſtare illud, de quo conſtat per inſtrumentum. & dicitur probatio probata, Bal. in l.quoties.in fine C. de iudic. & in l. intereſt. in fine, num. 2. C.de ſolut.& liber. Iaſ. vbi ſupra & Dec. d.conſ. 423. num. 10. & dicitur probatio patens Abb. d.cap.cum olim.nu.9. & quod apparet ex inſtrumento dicitur euidentiſſimè conſtare Iaſ. vbi ſupra: & dicitur probatio miraculoſa; quia quamuis ſit pellis mortua, tamen ſibi creditur, & tollit omne dubium, & ſicut dicimus de hoc eſt caſus legis, ita dicimus de hoc eſt caſus publici inſtrumenti, quod habet vim definitionis cauſæ. & de quo dici poteſt illud, noli me tangere, ſicut ex Crauet. in pluribus conſ. retuli; & ſequutus ſum lib. præced. cap. 63. ſub num. 1.verſ. ſed nimis.

153 DECLARA iſtam ſecundam limitationem, vt non habeat locum de iure communi, ſecundum quod inſtrumentum non habet executionem paratam, ſed ſolum de iure ſtatutorum, concedentium paratam executionem inſtrumentis publicis, vt declarant Ant. Corſet. & Iacob. Nouel. d. tract. fallen. ad regulam. ſpoliatus ante omnia reſtituendus. limit. 35. & innuit obſcurè Menoch. d. q. 17. ſub num. 224. verſ. declaratur tamen.& ratio eſt ſecundum eoſdem Corſet. & Iacob. Nouel. quia licet inſtrumentum habeat de iure communi paratam probationem incontinenti, tamen probatio, quæ offerretur incontinenti, non impediret reſtitutionem faciendam rei ſpoliatæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra verſ. capio tertiam. in 1. ampliat. num.135.

Contra iſtam reſtrictionem oppono, quòd eſt ſuperflua, & inutilis: nam aut nihil opponitur contra inſtrumentum, & tunc concludo indiſtinctè, quòd im-
154 pedit reſtitutioné duplici ratione; ✝ Prima quia inſtrumentum, cui nihil opponitur, habet etiam de iure communi executionem paratam, & conſequenter impedit reſtitutioné faciendam, vt ſentiũt ijdem Doctores citati in ſeq. extenſione. Secunda, quia, parte non opponente, probatio ipſa reſultans ex inſtrumento videtur admiſſa de conſenſu partis; & conſequenter exceptio dominij probata impedit reſtitutionem vt ſcripſi ſupra num. 138. verſ. limita regulam. & num. 140. verſ. extende. Aut opponitur contra inſtrumentum: & tunc non impedit reſtitutionem faciendam, etiamſi habeat executionem paratam ex forma ſtatuti iuxta ea, quæ dixi infra ſeq. reſtrictione.

155 EXTENDE præcedentem 2. limitationem, vt habeat locum præcipuè in inſtrumento, habente executionem paratam ex diſpoſitione ſtatuti: quia tunc præcipuè admitteretur exceptio proprietatis, & dominij Ant. Corſet. & Iacob. Nouel. & Menoch. in locis ſupra proximè citatis. Dilect. tract. de art. teſtan. d. caut. vlt. ſub num. 8. ibi. nec obſtat. fol. 146. &, quòd ſpoliatus non ſit reſtituendus, ſi de eius non iure conſtaret per inſtrumentum publicum, habens executionem paratã, ſcribit Gabr. in concluſ. lib. 5. de reſtit. ſpol. conclus. 1. num. 103.

156 RESTRINGE nunc eandem limitationem, & extenſionem, vt non procedant, quando opponeretur aliquid validi contra inſtrumentum; quia tunc probatio per inſtrumentum ſuper negotio principali, & proprietate non impediret reſtitutionem faciendam: quare procedunt limitatio, & extenſio quando nihil validi opponitur contra inſtrumentum, vt declarat Crauet. conſ. 299. antonius. ſub num. 8. & d. conſ. 302. ſub
157 nu. 6. verſ. quod ipſum: ✝ & ratio quare probatio proprietatis per inſtrumẽtum non impediat reſtitutionem quando obijcitur inſtrumentũ, eſt: quia tunc non dicitur notoriè, ſeu manifeſtè conſtare de non iure ſpoliati, & de iure ſpoliatoris: nam, quòd inſtrumentũ deſinat rem claram facere, cum ei aliquid obijcitur, refert, & ſequitur Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. num. 215. &, quòd inſtrumentum non dicatur liquida probatio quandiù poteſt impugnari, refert, & ſequitur Neuiz. conſ. 46. pro iſta puella. ſub num. 13. verſ. quia reſpondetur. & quòd non faciat liquidam probationem ante concluſionem in cauſa refert, & ſequitur idẽ conſ. 57. prope eſt. ſub num. 18. & quòd res efficiatur dubia eò ſolo, quòd inſtrumenta negantur, ſcribit Compilator ad Rot. deciſ. 16. alias 393. ſi A. ſub num. 2. de reſtit. ſpol. in nou. & quòd notoria cauſa, quare non ſit facienda reſtitutio, non impediat reſtitutionem faciendam, ſi aliquid contra ipſam notoriam cauſam allegetur, ſentit Innoc. in cap. conſtitutus. de fil. presbyt. & generaliter quòd probationes non faciant notorium niſi ſint publicatæ, & concluſum in cauſa, retuli, & ſequuntur ſum lib. præced. cap. 76. ſub num. 8. verſ. ſi ſumus in ſecundo. & ideo benè Rota meo iudicio ſolet tenere, quòd non dicatur conſtare notoriè de non iure agentis ſpolio, niſi per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam; quia, ſi conſtaret per ceſſionem, vel quid ſimile, non diceretur conſtare notoriè: quia non dicitur conſtare de non iure, quandiu de iure conſtare poteſt Rot. diuerſ. deciſ. 453. ſub num. 8. par. 1. & ratio quare inſtrumentum impediat reſtitutionem, quando non impugnatur, eſt, quia tunc eius probatio videtur recepta de conſenſu partis, & conſequenter habet impedire reſtitutionem, vt dixi ſupra num. 138. & 141.

EX hac reſtrictione inferebam diebus præteritis in cauſa Illuſtriſſimi Ducis Domini Camilli de Comitibus, quòd ipſo agente iudicio retinédæ, ſeu recuperandæ poſſeſſionis Caſtorum Rocchę Maximi & Collis ferri, non erat admittenda exceptio donationis, ſeu ceſſionis dictorum Caſtrorum, ipſo Domino Duce contradicente, & oppugnante dictum inſtrumentum; quamuis haberet executionem paratam ex vi obligationis Cameralis; quia erat exceptio de dominio, & proprietate, & inſtrumentum poterat impugnari.

158 Infero etiam ex dicta reſtrictione & rationibus in ea adductis, quòd præcedens ſecunda limitatio poſita ſupra num. 150. eſt omnino inutilis: quia ſi inſtrumentum impedit reſtitutionem, quando non impugnatur; & non impedit, quando impugnatur, nihil habet ſingulare, vt ex eo poſſit ſumi limitatio: nam etiam aliæ probationes admiſſæ ſuper proprietate, & dominio impediunt reſtitutionem in poſſeſſorio recuperandæ, vt dixi ſupra; quod eſt verum etiam ſi ſint probationes

tiones

tiones per teſtes iuxta ea, quæ ſcribit Menoch. tract. de recuper. remed.1.q.18.num.226.

159 LIMITA III. vt non habeat locum, quando conuentus de ſpolio haberet dominium, & poſſeſſionem ſine vitio; quia tunc poſſet ſe tueri exceptione dominij contra antiquiorem poſſeſſorem, agentem de ſpolio; & ratio eſt quia iſte conuentus probando dominium videtur habere fortius ius in poſſeſſione, quã actor, qui probaret ſolam poſſeſſionem Bellam. deciſ. 36.contra agentem.ſub num.2. Socc.in l.rem quæ nobis. q. 9. ſub num. 20. verſ. circa ſecundum. ff. de acq. poſſ.Dec.conſ.191.in cauſa.ſub nu.9.verſ. nono etiam. & num. 10. & conſ. 517. in ſententia.ſub num. 8. verſ. quia reſpondetur.Rip.in cap. ſæpè. num. 50. de reſtit. ſpol.& Menoch. tract. de recup. poſſ. remed.15. q.37. verſ.ſecundus eſt caſus.num.479.

160 Confirmatur iſta limitatio, quia iſte conuentus vel habet cauſam ſuæ poſſeſſionis ab ipſo actore, qui facto proprio,& iuſta cauſa cecidit à poſſeſſione; & tunc ipſi actori non datur remedium recuperandæ poſſeſſionis iuxta ea,quæ ex Socc.Alex.Caputaq.& alijs retuli & ſequutus ſum infra cap.9.num.1280. verſ. quod ca-
161 dens.† vel habet cauſam ab alio;& tunc contra ipſum, exquò eſt ſingularis ſucceſſor ſine vitio,ſeu tertius poſſeſſor cum titulo,& bona fide,& cauſam habet à bonæ fidei authore, non datur actori remedium reintegrandæ Bar.in d.l. rem quæ nobis.ſub nu.2. ibi.mihi videtur ff. de acquir. poſſ. à quo videntur non diſceſſiſſe Alex. & Socc.ibidem. alter ſub num. 7. & 8. verſ. ſed quid ſi res.& alter ſub num. 12.verſ.circa quartam.ibi.aliquando & vltimo.licet loquantur diſcurrendo & titubando, clarè ſic tenent idem Alex.conſ.118.in cauſa & lite. num.1.& ſeqq.lib.2.dicens, quòd remedium cap. reintegranda 3.q.1. nõ datur contra titulo poſſidentem,niſi res eſſet vitioſa,vel violẽta,vel furtiua.latè Pariſ.conſ. 1.num.166.lib.1.vbi teſtatur communem * opinionem eſſe, quòd contra poſſidentem titulo,& bona fide non competat poſſeſſorium recuperandæ, & maximè quando poſſeſſor non habet auctorem vitioſum.& Menoch. tract. de recuper.poſſ. remed.15.q.13.caſ.6. ſub num. 89. verſ. contrariam. vbi pro hac opinione multos citat, eiquè ſe ſubſcribit, dicens eam eſſe etiam magis communem.*

162 Contra iſtam limitationem facit communis * concluſio; quòd exceptio dominij non admittitur contra agentem poſſeſſorio recuperandæ iuxta ea,quæ ex Gl. Ant.de Butr.Abb.Dyn.Bar. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 134.verſ. capio tertiam.

Nequè dicatur, quòd iſta communis concluſio limitatur, prout in iſta limitatione, quando conuentus de ſpolio poſſidet ſine vitio: quia reſpondeo dupliciter.

Primo quòd ſecundũ noſtrã ſententiã non põt verificari caſus iſte, qđ conuẽtus de ſpolio dicatur poſſidere ſine vitio,cum nos ſupponamus,conuentum de ſpolio non admitti ad probandum dominium, ſeu titulum; & omnis poſſeſſor eſt vitioſus, quando non probat titulum,ſeu inquam dominium,& aduerſarius probat poſſeſſionem antiquiorem: quoniam tunc præſumitur poſſeſſio clandeſtina,& poſſeſſor malæ fidei, & ſic dicitur poſſeſſor vitioſus.

Secundo reſp.quòd ſi iſta limitatio reciperetur in praxi,quilibet ſpoliator poſſet ad ſe confouendum in ſpolio allegare titulum, quo iuſtificaret ſuam poſſeſſionem,redderetquè non vitioſam.

163 Confirmatur iſta opinio contra limitationem contraria confirmatione, qua fuit confirmata limitatio: nam contra illam confirmationem in eo, quod dicit, actori non dari remedium recuperandæ contra ſingularem ſucceſſorem, ſeu tertium poſſeſſorem poſſidentem cum titulo,tenent Alex.ſibi parum conſtans.conſ. 78.clariſſime doctor. ſub num. 3. ibi. & ſicut. lib. 3. & multi alij, congeſti per eundem Menochium d.q. 13. num.80. & quòd iſta ſit veritas, & magis communis * concluſio,ſcribit Maran.in ſuo ſpec. par.4.diſt.7.iudiciorum. ſub num. 58. & de magis communi * opinione teſtantur etiam Myſing.cent.3.obſeru.85.diſcrepãt. Affl.deciſ.361.monaſterium. num. 33. & Caſſad. deciſ. 7.concluſerunt. ſub num.1.de reſtit. ſpol. & ſecundum iſtam comm. opin. iudicarunt Camera Imper. Conſil. Neap.& Rota Rom.vt teſtantur ijdem Myſing. Affl.& Caſſad.in locis proximè citatis. & quoòd de ſtylo Rotæ ſpoliatus ſit reſtituẽdus etiã contra titulo poſſidentem; dummodo ſpoliatus habeat titulum coloratum; teſtatur Rot. diuerſ. deciſ.190. fuit reſolutum. num. 1. par.2.& quòd ſecundum hanc opinionem contra Bar. obtinuerit,& ſæpè in iudicijs iudicari viderit, teſtatur Alex.in d. l. rem quæ nobis. ſub num. 8. verſus finem. dicens etiam, quòd non eſt in conſideratione, an reus poſſideat ſine vitio, vel non, ſed ſolum an actor ceciderit à poſſeſſione ſine iuſta cauſa. & iſta opinio eſt tenenda; quia ſi tertius poſſeſſor non poteſt oſtendere titulum, nunquam dicetur poſsidere cum titulo,& cõſequenter nequè cum bona fide; & quòd non poſsit oſtendere titulum patet, quia exceptio dominij non admittitur contrà agentem actione ſpolij. & demum quòd iſtud remedium detur etiam contra bonæ fidei poſſeſſorem, refert & ſequitur Cæſ. de Graſ. deciſ. 2. alias 40. fuit tentum. num. 2. & 3. de reſtitut. ſpol. fol. 56.

Non obſtant adducta pro limitatione:nam ad Bellamer.Socc. & alios reſp. quòd illa poſſunt procedere in interdicto vti poſsidetis, quando agitur de retinenda, & ſumus in caſibus, in quibus admittuntur articuli de proprietate,quos caſus notaui ſupra num.128. & num.131. verſ. reſtringe ſecundo. & verſ. reſtringe tertio. & licet Bellamer. & alij loquantur in recuperanda, tamen poſſunt intelligi, vt loquantur de recuperanda naturali tantum,ſed non de ciuili,quam vterque litigator prætenderet habere.

Ad confirmationem adductam pro eadem limitatione reſp. quòd ex primo membro confirmationis redditur vera limitatio ſolum in eo, qui acquiſiuit poſſeſsionem ſine vitio ex cauſa iuſta, & facto proprio ipſius actoris; quo caſu admittimus limitationem; ſed ad ſecundum membrum patet reſponſio ex his, quæ dixi in confirmatione contraria hoc eod. num. 163. in principio.

164 RETINENDO præfatam 3.limitationem.

RESTRINGE eam, vt procedat in caſu, quo conuentus de ſpolio vellet iuſtificare ſuam poſſeſsionem ex tilulo habito ab ipſo actore;probando,quòd is iuxta cauſa, & facto proprio ceciderit à poſſeſsione per ea, quæ dixi infra cap.9.num.1280.verſ. quod cadens.

165 RESTRINGE II. vt procedat quando actor pateretur reum conuentum articulare, & probare dominium ſeu titulum, ſed tunc iſta limitatio ſic reſtricta non eſt diuerſa à præcedenti prima limitatione poſita ſupra num.138.

Hucusquè à num. 134. loquutus ſum de regula in ſpoliatore conuento actione ſpolij, quòd non poſſit excipere de dominio.

EXTENDE nunc eandem regulam, vt procedat etiam in ſpoliato agente poſſeſſorio recuperandæ vt neque poſſit dare articulos de dominio ſeu proprietate, eoſque ſi daret non eſſet admittendi:quia nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate Spec.tit. de teſte. §. nunc videndum.nu.7.verſ.ſed pone ago & faciunt quæ ſcripſi ſupra num. 103.

Contra iſtam extenſionem ſcribunt Pariſ.conſ. 107. laborioſa. num. 3. & Menoch. de recuper. poſſeſ. remed.1. num. 194. eoſdemquè retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 108. & quòd tales articuli ad colorandam poſſeſsionem ſæpe iuſdicentes admitterent de mandato Papæ Clemetis iiij. teſtatur idem Spec. d.num.7.in fine.& ita ſeruatur etiam hodie.

Rationem huius contrariæ ſententiæ & obſeruantiæ diximus ſupra num.109.vbi uideas.

Continuantur ampliationes ad 1. limitationem 6. q. poſitam ſupra num.91.

266 AMPLIA II. limitationem, vt ſi poſitio eſſet

omnino impertinens, minus admittēda ſit cũ clauſula, ſaluo iure impertinentiũ, & nõ admittendorũ Crauet. conſ.23.titius detentus.num.4. poſt Gloſſ. Bal. & alios in cap.cum contingat. in gloſ. 3. de offic. deleg.& Iaſ. in l.ſi duo patroni.§.idem iulianus.num. 33.ff. de iureiur.quos citat.adde Pariſ.conſ.97.vt præſentis. nu.133. & 134. lib. 1.

167 EXEMPLIFICA iſtam ampliationem in caſu, ſuper quo conſulit Crauet. vbi ſupra, videlicet, quando in cauſa appellationis ab interlocutoria præſentarentur articuli, quia cum ſententia interlocutoria debeat recognoſci ex eiſdem actis, articuli eſſent omnino impertinentes.

168 EXEMPLIFICA II. in caſu, de quo Pariſ. vbi ſupra, videlicet quando quis vellet articulare contra id, quod eius iuramento eſſet probatum.

169 EXTENDE præfatam ampliationem, vt in tantum
ſit vera, quòd iudex, qui tales articulos admitteret, fa-
ceret litem ſuam, vt aduertit Gail.in pract.obſeru. lib.
1 obſeru.81.ſub num.3.nam, vt ſcribit Gloſſ. in d.cap.
cum contingat.in verbo.nihilominus.de off. & poteſt.
iud. del. iudex in exceptione de impertinentia debet
prouidere, an poſitio, ſeu articulus ſit admittendus, vel
170 non, & qui aliter facit malè facit;† & quando apparet
impertinens euidenter, tunc iudex non poteſt illam
admittere, etiam ſi extaret ſtatutũ, quòd iudex debeat
admittere omnes probationes, & exceptiones ſaluo iu
re in fine cauſæ impertinentium, & non admittendo-
rum, teſtibus Iaſ. & Pariſ. quos retuli & ſequutus ſum
ſupra num.94.in fine.Infero iuxta dictum Gailij vbi ſu
pra; quòd ſi iudex facit quod nõ debet, facit litem ſuã.

171 DECLARA nunc poſitionem impertinentem, quæ non eſt admittenda, dici; quando euidenter conſtat, ex illius probatione nullum effectum reſultare in cauſa, vt tradunt Gloſſ. in d.cap.cum contingat.in verbo. nihilominus.de offic.& poteſt. iud. deleg. Odofr. Beneuent.tract.de poſition.num.10.in fine.& eod. tract. Iacob.de Aren.nu.28.& Vber.de Bob.num.41. Papien.in pract. in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſſ. impertinentes.fol.257. Paul. de Caſtr. in auth. principales.§.quod obſeruari.ſub num. 15.verſ. ſecundus. C. de iureiur.propt.calum.Franc.Curt.tract. de poſition. num.24. vbi adducit multa iura ad exemplificandum. Crauet.conſ.5.in fine.Maſcar tract. de probat. cõcluſ. 1177.num.4.lib.3.& Gail.in pract obſeru.lib.1.obſeru. 81.nu.1.& 4.nam nihil ad probandum quod probatum non releuet l.ad probationem.C.de probat. & Gloſ.in dicto verbo. nihilominus.

172 EXEMPLIFICA iſtam declarationem, quãdo ageretur rei vendicatione, & fierent poſitiones ſuper mutuo, vel ſuper depoſito: item ſi ageretur actione mutui, & poſitio fieret, quòd Rex eſt in Francia, vt exemplificant Spec.tit.de poſition.§. 7. num. 4. Paul. de Caſtr. Iacob.de Aren.Vber.de Bob.Franc.Curt.& Maſcar. in locis ſupra proximè citatis.& Bar.in d. §. quod obſeruari.nu.25.

EXEMPIFICA II. quãdo actum eſſet petitorio, & poſſeſſorio, & eſſent datæ poſitiones concernentes vtrumquè & deinde antequàm illis reſponderetur procederetur ſolum in poſſeſſorio, ſuſpẽſo petitorio; quia pars non cogeretur reſpondere poſitionibus concernentibus petitorium Rot. deciſ.41.alias.591. de teſtib. in antiqu.

Sequuntur limitationes principales.

Reſumendo ordinem limitandi, intermiſſum ſupra num.91.

173 LIMITA II. regulam, quando poſitio eſſet ſuperflua, Spec. Odof. Beneu. Ia.de Aren.Vber. de Bob.& alij citati num. ſeq. & Bal.in auth.principales. §. quod obſeruari.num. 20.ibi.item ſunt.C.de iureiur. prop. calum.

174 Poſitio ſuperflua dicitur, quando eſſet eadem cum alia poſitione iam facta, vt declarant Spec.tit. de poſit. §.ſexto.num.3.& § ſeptimo. num. 1. Odofr. Beneuen. tract.de poſit.num.10. & eod.tract. Iacob.de Aren.ſub num.25.verſ.& primo.& Vber.de Bob.nu.39.verſ. primo eſt conſiderandum.Papien.in pract.in forma excipiendi contra poſitiones..in gloſ. ſuperfluæ. fol. mihi 258.Paul.de Caſtr.in auth.principales. §. quod obſeruari.num.19.C.de iureiur. prop. calum. vbi ſub num. 20.teſtatur ſe in facto habuiſſe. Franc. Curt.eod. tract. de poſition.num.38.& Maſcar. tract.de probat. concl. 1177.num.16.& ſeqq. lib.3. Et licet Doct. ſupra citati declarando addant, ſuperfluam poſitionem dici, quando eſt eadem cum poſitione iam confeſſata, vel negata, ſeu eſt contraria; tamen iſta declaratiua additio videtur ſuperflua, quia meo iudicio poſitio ſuperflua poteſt dici tàm ante reſponſionem allatam, quàm poſtea, quia ſi eſt reſpondendum poſitioni ſufficit vnica poſitio, ſi non eſt reſpondendum, vt puta quia ſit impertinens, vel quid ſimile, non ſufficiunt mille.

175 Ratio quare poſitio, quæ eſt eadem, dicatur ſuperflua, eſt: quia ſi denuo cogeretur quis reſpondere tunc aut confirmaret, aut contradiceret: ſi confirmaret, confirmatio eſſet ſuperflua, & ſine fructu: ſi contradiceret, incideret in reatum periurij, & vulgi infamiam incurreret, & tanquàm nauta, contrarijs ventis nauigans, non eſſet audiendus. Vber.de Bob.tract. de poſition.n.39.& Iacob.de Aren.eod. tract.n. 26.& ſic ex reiterata reſponſione nullus bonus effectus poſſet ſperari; & idcirco vti ſuperflua, & nociua non debet reiterari: Accedat quòd nemo eſt grauandus ſuperflua reſponſione l.1.ff.de teſtib.& quòd ſuperfluitas in actis reprobatur l.fin.C.de præcib.imp.offer. et notant etiam Odoffr.Beneuen.vbi ſupra, & Maſcar.dicta concluſ.1177.num.17.imò ſecundum Odoffr. Beneu. loco citato ſuperfluitas punitur: Inepta etiam mihi videtur illa Doctorum declaratio; quòd dicatur ſuperflua quando eſt contraria alteri poſitioni: nam quando eſt contraria non debet aſſumere nomen ſuperfluæ, cum habeat ſuum peculiare nomen, & ſpecialem qualitatem contrarietatis, ob quam non eſt admittenda, alias etiam poſitio impertinens poſſet dici ſuperflua eo, quòd ex ea nullus reſultat effectus, & è contra; ſuperflua poſſet dici impertinens eo, quòd eius probatio non releuat, & ſic omnes poſſent confundi: quare melius eſt, vt dicamus; poſitionem contrariam reijciendam eſſe, quia eſt contraria iuxta ea, quæ dixi infra limit. 11.nu.268.quàm quia ſit ſuperflua.

176 IVXTA hanc limitationem infert Bal.in l.ampliorem. §. in refutatorijs. C. de temp. appell. quem referunt, & ſequuntur Franc.Cur.tract.de poſit.num.38.&
Maſcar.de probat.concluſ.1177.num.19.lib.3.quòd po
ſitio, facta in cauſa principali, non debet fieri in cauſa
appellationis; hancq; eandem illationem tenuit in ef
fectu Spec.tit.de poſition.§.ſexto.ſub num.3.verſ. qui-
dam tamen.vbi firmat contra Accur. quòd qui interro
gatus ſuper vno articulo negauit in eo poſitionem, non
cogitur denuo ſuper eo reſpondere, etiam poſt aper-
tos teſtes, quia licet, apertis teſtibus, poſſet credere
quod prius negauit, tamen, vt inquit Spec. ſuperfluè
interrogatur, ſi conſtat per teſtes; & conſequenter ijdẽ
✣ Curt.& Maſcar.vbi ſupra teſtantur, communiter * te-
neri, quòd vbi quis ſemel poſitioni reſpõderit amplius
176 reſpondere non teneatur:† ſed Rot. deciſ.1.alias 229.
de confeſſ. in antiqu. hoc relinquit arbitrio iudicis, vt
poſſit compellere ad iterato reſpondendum, ſi ita ſibi
videatur, quia poteſt pars vnum credere hodie, &
aliud cras.

177 AMPLIA iſtam limitationem ſecundum Spec. tit. de poſit.§.ſeptimo. verſ.decimoquinto.num. 34.& 35. Iacob.de Aren.tract.de poſit.ſub num. 26. & §. 4. ſub num. 14. verſ. ad tertium. Vber. de Bob. eod.tract.ſub num.39. Bar in auth.principales.§.quod obſeruari nu. 26.& ibidem Paul.de Caſtr.num.16.verſ.tertius caſus. C.de iureiur.prop.calum. & Maſcar. tract. de probat. concluſ.1177.num. 68. lib.3. vt habeat locum non ſolum, quando poneretur prorſus idem, ſed etiam quando poneretur quid diuerſum, dependens tamen ab alia poſitione iam negata.v.g. pono quòd Meuius vendidit mihi fundum, de quo agitur: Meuius negat: Ego rurſus pono, qđ Meuius tradit mihi illũ fundũ: Doctores vbi ſupra tradunt, hanc poſitionem non eſſe admittendam propter duo: primũ quia nõ releuat ponentẽ exquò nuda traditio nõ trãsfert dominiũ l.traditio ff.de acquir. rer.do-

rer. domin. & l. nuda.ff.de donat.ſecundum,quia pendet ex alia, quæ fuit negata; vnde inquiunt Spec.& Iacob. de Aren. ſi reus ex iſta, quæ ita pendet, reſpondeat, incurrit de facili anceps periurium, & iudex cautè hoc præcauere debet: poteſt etiam poni exemplum: ſi ponerem hæreditatem Titij ad me pertinere: & poſtea,poſitione negata, ponerem partem dictæ hæreditatis ad me pertinere: quia aduerſarius non teneretur reſpondere:cum enim aliquid eſt ſimpliciter negatum, non poteſt poſtea fieri poſitio de eius ſpecie, niſi; mutata cauſa; in alio iudicio peteretur per ea, quæ ſcribunt Vber.de Bob.tract.de poſit.ſub num. 13. verſ. ſed quid ſi pono. & Maſcar.tract.de probat.concluſ. 1177. num. 67. par. 3. Iacob. de Aren. d. tract. de poſition. ſub num.22. verſ. ſed quid. ego intelligo iſtam ampliationem eſſe veram, quando ita vna dependet ab altera, vt negatiua in vna, & affirmatiua in altera ſimul ſtare non poſſint, quia habeant inter ſe cõtrarietatem; quo caſu pro vlteriori intelligentia vide, quæ dixi infra limit.14. num. 282. de poſitionibus cauillosis.

178 RESTRINGE modo, ſeu declara limitationem, vt procedat in ſuis puris terminis;quando eſſent duæ poſitiones idem continentes, ſecus quando id, quod eſt petitum in libello, ſeu petitione, poneretur poſtea in articulis,ſeu poſitionibus:quia iſto caſu eſſet licitum,& reus;quamuis contentis in poſitione reſpondiſſet, quando reſpondit libello; nihilominus cogeretur denuo ſuper eiſdem reſpondere in poſitionibus; quia litigator propter reuerentiam iuramenti poſſet concedere quod prius ſine iuramento negauerat, ſeu è contra negare, quod prius conceſſerat, vt tradunt Spec.tit.de poſit.§.ſeptimo.verſ. fallit.num. 3. Odoffr. Beneuen.tract.de poſition. ſub num. 10. Vber. de Bob. ſub n.40.Iacob.de Aren. n.27.oẽs eod.tract.de poſit.& Maſcar.tract.de probat.concluſ.1177.num.20. lib.3. & ita quotidie videmus ſeruari in practica:* aliam rationem aſſignat Lanfr. de Ariad. tract. de probat. ſub nu. 27. fol. 35.

179 RESTRINGE II. iſtam limitationem, vt habeat locum ſolum; quando primæ poſitioni eſſet præciſè reſponſum per verbum aſſertiuum veritatis; ſecus ſi per verbum credulitatis iuxta communem ſtylum; quia iſto caſu cum interrogatus potuerit vnum credere heri, & aliud credere hodie vti melius informatus, poteſt fieri eadem poſitio, & non dicetur ſuperflua ſecundum Iacob.de Aren. tract. de poſition. §. 3.verſ.ſed an.ſub n.12.vide etiam Bar.in auth.principales.§.quod obſeruari.nu.27.C.de iureiur. prop. calum.

180 LIMITA III. quando poſitio eſſet obſcura, quia poſſet reijci,& reus non cogeretur illi reſpondere. niſi prius declararetur l. vt reſponſum. C. de tranſact.l.præcibus. C.de impub.& al.ſubſtit.l.in ambiguo. ff.de reb.dub. Spec.tit. de poſit. §. ſeptimo.verſ. tertio quoquè.num. 11. Odoffr. Beneuen. tract. de poſition. nu.11. Iacob. de Aren ſub nu. 29. verſ.tertio.Vber. de Bob.n.43.oẽs eod. tract.de poſit.& Maſcar. tract. de probat.concl.1177.num.21.lib.3. qui omnes plura, & eadem iura adducunt: adde etiam Papien.in pract. in forma excipiendi contra poſitiones. in glo. incertæ. & in gloſſ. obſcuræ. fol. 254. & 255.& quæ dixi libr. præced.cap.86.nu.32.& facit Rot. deciſ. 29. alias 730. de teſtib. in antiq. quæ vult,partem non poſſe cogi ad reſpondendum poſitionibus non benè ſpecificatis; & hinc Iacob.de Aren. vbi ſupra ſub num 4. & 5. tradit, quòd ſi actor ſimpliciter poneret, me promiſiſſe ſibi decem,ego interrogatus poſſum inſtare,vt actor prius exprimat,ſi promiſi purè,vel ſub conditione, & tenebitur exprimere antequàm reſpondeam; quia non videtur edere,ſeu ponere qui non ponit integram ſtipulationem: & hinc etiam ex Bal. refert & ſequitur Franc.Cur.tract.de poſit.num.31. breuiloq. 11. quòd ſi quis ponat ſe mutuaſſe Titio centũ, & nõ adijciat tempus in quo mutuauerit, Titius non tenebitur reſpondere:quia oportet, quòd apponat tempus;ſubdens eſſe notandum, quia faciet honorem.

181 Hæcquè declaratio poſitionis obſcuræ poteſt fieri etiam poſt terminum datum ad probandum vſque ad concluſionem in cauſa, vt ex Ioan. Monach. refert & ſequitur Bal. in l. tres denuntiationes. in fine. num. 8. verſ.extra quæritur. C.quom.& quan.iud. & ex eo referunt, & ſequuntur Maran.in ſuo ſpec.par. 6. actu. 4. num.12. Maſuer.in addit.ad pract.Papiens.in forma excipiendi contra poſitiones.in gloſſ.primo.ibi.ad ponendum.fol. mihi 253.& Aſin. in pract. §. 19. cap. 23. num. 1.in fine.& num. 2.& ratio eſt:quia quod venit ad declarationem non dicitur quid nouum, ſed dicitur quid intruſum ſub veteribus, vt ſcribit idem Bal. in l. 1.ſub num. 10.C.vt quæ deſ. aduoc. quem retuli ſupra num.19.

Declaratio poſitionum & articulorum poteſt exemplificari in caſu, de quo loquitur Oldr. conſ. 244. ad obiectus.num.14.verſ.quinto & vltimo. dicens, quòd qui enumerat ſpecies compræhenſas in genere,declarat genus, quia ſpecialia generalibus inſunt: item inquit, qui exemplum ponit, regulam declarat.

Aduerte cæterum circa poſitam limitationem,quòd ſi reus, non opponendo de obſcuritate, reſponderet, ſibi eſſet imputandum per ea, quæ remiſſiuè dixi infra limit.5. in fine. num. 193.

182 RESTRINGE hanc limitationem vt non procedat in Camera Imperiali, quia interrogandus, opponens poſitionem eſſe obſcuram,non audiretur, teſte Gail.in pract.obſeru.lib.1. obſeru.82. num.11.

183 LIMITA IIII. quando poſitio contineret factum alterius perſonæ,quàm litigantium,quia non admitteretur, & admiſſa;reus non teneretur illi reſpondere l. vltima. in fine. ff. pro ſuo. l. vti frui. ff. ſi vſusfr. pet. l. marcellus.§.1.ff.de actio.rer.amot.Spec.tit.de poſit. §. quinto.verſ.& nota.num.11.& §.ſeptimo. verſ. quarto conſiderandum. num. 12.Vber. de Bob. tract.de poſit. ſub num. 50. verſ. nono. ibi. item non eſt admittenda. Papien. in pract. in forma excipiendi contra poſitiones.in gloſſ. impertinentes. verſ. & in facto. fol. 257. Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.5.cap.14. ſub num. 19.Maſcar.tract.de probat.concluſ.1177. num.24. lib. 3.& Gail.in pract.obſeru. lib.1. obſeru. 82. ſub num.8. ibi licet de iure communi.

184 DECLARA ſeu intellige iſtam limitationem,vt procedat,quando factum alienum non contingeret,ſeu non eſſet de ſui natura annexum facto proprio,de quo principaliter quæritur, quia,ſi de ſui natura contingeret,ſeu eſſet annexũ,poſitio eſſet admittenda,eiq; eſſet reſpondendum, huiuſque poſitionis exemplum habes apud Spec.in d.§.quinto.verſ.in quinto.num. 10. & ex Spec.refert illud Maſcar.dicta concluſ.1177. num. 25. de eo,qui petebat,confirmari ſuam electionem, & volebat docere,illam fuiſſe canonicam; vbi is debet non ſolum ponere, quòd fuit electus ad regimen eccleſiæ, ſed etiam quòd fuit electus ſede vacante in eadem eccleſia per mortem,vel ceſſionem talis; & quòd fuit electus per eos, qui erant in quaſi poſſeſſione eligendi rectorem ad dictam eccleſiam, & quòd talis, & talis ſunt canonici dictæ eccleſiæ,& quòd ſunt in poſſeſſione canonicatus, & eligendi cum omnibus alijs, de quibus per Spec. vbi ſupra, quæ omnia reſpiciunt factum tertij, & alienum.

185 Ex iſta declaratione ſeu intelligentia Maſcar. d. nu. 25.& 26.tacitè infert iſtam concluſionem, quòd poſitioni facienti ad cauſam ſit ſemper reſpondendum ſiue contineat factum proprium,ſiue alienum, quod nititur probare ea ratione, quòd poſitiones poſſunt fieri ex eo, quod pertinet & facit ad cauſam.

186 Verum hæc tacita ipſius concluſio non placet, quia ſi poſitioni facienti ad cauſam eſt reſpondendum, etiã ſi contineat factum alienum,iſta quarta limitatio eſſet ſuperflua, & falſa; exquò nulla remaneret differentia inter poſitionem factam ſuper facto proprio, & poſitionem factam ſuper facto alieno: nam nequè poſitioni ſuper facto proprio eſt reſpondendum, ſi non faciat ad cauſam: quia eſſet impertinens: & ideo concludo contra Maſcar. quòd poſitioni ſuper facto alieno non ſit reſpondendum etiamſi faciat ad cauſam; hanc tamen concluſionem declarabis vt ſupra num. 184.

187 Addit etiam Maſcar. ead. concluſ. 1177. num. 28. quòd ſi interrogatus ſuper facto alieno petat tempus ad ſe certiorandum, ſit ei concedendum; ſed tu aduerte, quòd in quantum Maſcar. videtur arbitratus ex

tuș ex eo ipſo concedendã eſſe dilationẽ,ſeu tẽpus ad ſe certiorandũ,quòd eſt interrogatus ſuper facto alieno,non bene arbitratur; quia tempus ad ſe certiorandum meo iudicio eſt concedendum ex eo, quòd quis interrogaretur ſuper aliquo facto implicito, ſeu antiquo,de quo veriſimiliter præſumi poſſet obliuio; quãuis eſſet factum proprium,& ita loquitur Franc. Curt. tract. de poſit. num. 21. quem ipſe pro ſuo dicto allegat;ſic etiam loquitur Bar.in auth.principales. §. quod obſeruari.num.23. C.de iureiur. prop.calum. quem refert & ſequitur Abb.in cap.cum cauſam.verſ. quæro an interrogatus. num. 6.in fine. de iuram.calum. quòd ſi factum ſit alienum, tunc vel ita eſt alienum, vt interrogandus veriſimiliter de eo non habeat notitiam; & tunc cenſeo ipſum nullatenus cogi ad reſpondendum; ſi tamen velit reſpondere,& petat terminum ad ſe certiorandum,nulli dubium eſt, quòd ei ſit concedendus; & ſic intelligo Bal.in d.auth.principales.§.quod obſeruari.nu.16.C.de iureiur.prop. calum. & Maran. in ſuo ſpec.par.6.memb.7.limit. 6. num. 11. dum ſcribit,poſſe peti terminum:vel contingit de ſui natura factum proprium iuxta ea, quæ dixi ſupra num.184.verſ. declara. & iſto caſu; ſi factum non ſit implicitum, nec ſit antiquum; cenſeo, tempus ad ſe certiorandum non eſſe concedendum, niſi in quantum concederetur etiam ſuper facto abſolutè proprio iuxta ea, quæ dixi infra

188 num. ✝ & maximè, quia non cogitur reſpondere de veritate, ſed ſolum de credulitate, vt aduerſus Glo.ſcribit Bar. in l.marcellus.§.1. num.2.ff.de action. rer.amot. & tenent Papien. in pract. in forma poſitionum actoris.in gloſ. per verbum credere.fol.240.dum ait, quòd iuramentum reſpondentis poſitionibus eſt de credulitate, & non de veritate, quia operatur eundem effectum, & Maran.d.membro 7.limit.6. nu.11.

189 RESTRINGE generaliter totam hanc quartam limitationem, vt non procedat in Camera Imperiali;quia ibi admittitur poſitio etiam ſuper facto alieno, & interrogandus cogitur reſpondere; vt teſtatur Gail.dicta obſeru.82.num 8. lib.1. dicens, quòd ignorans factum alienum poteſt abſque periurio poſitionem negare.

190 LIMITA V, in poſitione generali in genere generaliſſimo; vt puta; pono quòd Sempronius debet

191 mihi dare aliquid: nam iſta poſitio reijcitur ✝ tum, quia propter generalitatem redditur inutilis, & deriſoria,quia,Sempronio tradente muſcam, iudicium eſt determinatum.l.titia.in principio.ff.de leg.2.& l. cum poſt.§.gener.ff.de iur.dot. & l. locus. ff. de verb. oblig. immo diceretur inutilis,& deriſoria etiam ſi peteretur fundus; quia ſi præſtaretur fundus vnius digiti, reus conuentus eſſet liberatus,vt tradunt Spec.tit. de poſit. §.ſeptimo.verſ.nono.num. 19. Odoffr. Beneuen. tract. de poſition.n.15.Iacob.de Aren.ſub n. 36.verſ.nunc videndum eſt.Vber.de Bob.ſub n.50.verſ. nono notandũ eſt. omnes eod.tract.de poſit.& Maſcar. tract. de pro

192 bat. concluſ. 1177. num. 33. lib.3. ✝ tùm etiam quia eiuſmodi generalitas parit obſcuritatem l. ita fidei. ff. de iur. fiſ. vt ſcribit Maſcar. dicta concluſ. 1177. num. 34. vnde ſuccedunt quæ dixi ſupra limitat.3.num. 180.

193 ✝ Aduerte tamen quòd ſi iudex admitteret, & reus, non opponendo,reſponderet,reſponſio teneret, & ſibi poſſet præiudicare, vt tenet Spec.tit. de poſit.§. ſexto. verſ. hoc autem.num. 6. & faciunt quæ in ſimili dixi de petitione obſcura lib.præcedenti cap. 50. ſub num. 17.& cap.53.num.3.& 4.

194 RESTRINGE & declara iſtam limitationem vna cum Papien.in pract.in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſſ. generales. fol. mihi 255. vt non procedat in genere ſubalterno, quod habet fines limitatos à natura,vt puta ſi peteretur equus, palatium, & ſimilia: limitatio enim procedit ſolùm in genere generaliſſimo,& in ſubalterno,quod habet fines hominis deſtinatione,vt dicit Papien.vbi ſupra.

195 RESTRINGE ſimiliter ſecundum ſtylum Cameræ Imperialis; quia ibi interrogandus non audiretur, ſi opponeret poſitionem eſſe generalem, vt refert Gail. in pract.obſeru.lib.1. obſeru.82. num. 11.

196 LIMITA VI. in poſitione multiplici, & implicita; vt puta, quando continet in ſe plures articulos, ſeu plura dicta,vt tradunt Gloſ.in cap.2. quòd eſt vltimum.in verbo.rationabili. de confeſſ.in 6. Spec. tit. de poſit.§.ſeptimo. num. 21. verſ. vndecimo conſiderandum eſt.Bal.in auth.principales.§.quod obſeruari. nu. 22.ibi. item non tenetur. C. de iureiur. propt. calum. Odoffr. Beneuen.tract. de poſit. num.16. verſ.vndecimo attendendum eſt, Iacob. de Aren. eod. tract. §. 4. num. 16.cum ſeq.Vber.de Bob.eod.tract.num.51.verſ. vndecimo ſciendum eſt.Franc.Curt.eod.tract. n.30.& 42. Luc. Pæt. in pract. capitol.lib. 2.cap. 4. num. 8. & Maſcar. tract. de probat.concluſ.1177. num.38. lib.3. & faciunt quæ dixi lib.præced. cap.86. num.28.

197 Verum aduerte, quòd hæc limitatio, ſic à Doctoribus generaliter tradita, non remanet generaliter vera, ſed eſt declaranda,eam veram eſſe quando articuli, qui latent in poſitione, ſunt ita coniuncti, & vno orationis periodo copulati, ac vnica ſermonis ſtructura intricati,vt non poſſit certa, & tuta reſponſio afferri: iſto namquè caſu,ſi interrogandus opponeret de multiplicitate, & implicitate poſitionis, poſitio eſſet diuidenda, & explicanda, alias interrogandus prius non tenetur reſpondere; & ita procedat iſta limitatio, quam exemplifica vna cum Spec. vbi ſupra, alijſquè citatis Doctoribus; quando ego ponerem, quòd poſſideo talem eccleſiam, pertinentem ad tale monaſterium; ſeu quod domum, quam tu poſſides,Meuius emit à Titio, & Titius permutauerat cum Seio, & viuente Sempronio; eiuſmodi namquè poſitiones plura continent, quorum vnum poteſt eſſe verum, & vnum alterum falſum: poteſt enim eſſe, quòd ego poſſideo eccleſiam, & poteſt non eſſe, quòd pertineat ad illud monaſterium, ſeu quòd hoc ignorem; & ſic in alia poſitione de domo: vnde interrogandus remaneret implicitus, & perplexus, vt tradunt præcitati Doctores. ſecus tamen erit, quando poſitio eſſet concepta diſiunctiuè, & ita diſpoſita, vt diſtinctè poſſet percipi; quia tunc, quamuis eſſet multiplex, & haberet mixturam veri cum falſo,teneretur ad reſpondendum, vt declarat Spec.dicto §. ſeptimo. verſ. cæterum.num.

198 24. ✝ ſed quando ſit talis, erit relinquendum arbitrio iudicis, qui etiam multum conſiderabit qualitatem perſonæ interrogandæ, an ſit ſagax, & literata, quæ facilè poſſit capere.& reſpondere: quæ omnia nota tu Regnicola, qui habes pragmaticam, quinta die quæ mandat poſitiones debere eſſe ſimplices:quia illa pragmatica poteſt recipere præmiſſam declarationẽ.

199 AMPLIA hanc limitationem ſic declaratam, vt procedat etiamſi in exordio poſitionum ponens addidiſſet clauſulam: *pono hæc, & ſi non credit coniunctim, pono diſiunctim*: ſeu *prædictis peto reſponderi coniunctim, & diuiſim* iuxta formam Papienſis, à nobis relatam ſupra num. 55. ſeu: *& ſi non credit de tanto, dicat de quanto* iuxta ea,quæ ſcribunt Iaſ.in l.1.§.ſi ſtipulanti. num. 10. ad fin.ff. de verb. oblig. & Cagn. in l. non poteſt.ff. de reg. iur. quos refert & ſequitur Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 4. num. 21. quia adhuc non cogeretur reſpondere, teſtibus Gloſſ. in dicto verbo. rationabili.Spec. d. §. ſeptimo. verſ. quid igitur. num. 26. latè Neuiz. conſ. 7. num. 9. & 10. & Maſcar. d. concluſ. 1177. num.39.quare poſſet is, qui interrogatur, dicere; frater explica tuam intentionem, alias non reſpondebo; ſicut admonet Spec. d. §. ſeptimo. verſ. vndecimo. ſub num. 21. quem refert, & ſequi

200 tur Maſcar. ſub d. num. 39. ✝ ſi tamen vellet reſpondere, traduntur ei ab eod. Spec. alijſquè Doctoribus ſupra citatis circa reſponſionem faciendam plura conſilia, & primum: quòd poteſt ipſemet poſitionem ſcindere, & dicere; hoc eſt verum, & hoc eſt falſum &c. argumento textus in l. præcibus.C. de impub. & al. ſubſtit. ſecundum; quòd ratione partis falſæ poteſt totam negare, ſed de hoc conſilio & ſeq. vide quæ ſcripſi infra quæſt.22.num. 689. & ſeqq. tertium; vt neget poſita prout ponuntur, dicendo, non credo, vt ponitur.

201 Sed hæc in praxi reputantur futilia: nam iudices cogunt ad reſpondendum etiam poſitionibus continentibus plura dicta, & articulos, & ipſi; vbi oporteat; oretenus ſcindunt, & diuiſim, partim, partim interrogant, vt ſcribit Spec. tit. de poſition. §. ſeptimo.

ſeptimo.verſ.cæterum hodie. nu.24. & ſic ceſſat omnis
difficultas, & litigatores hodie non ſunt adeo timo-
ratæ conſcientiæ, vt, ad fugiendum periurij rea-
tum; quærant perfectam poſitionum intelligentiam:
proponunt namque ſibi omnia negare, & affirmare,
prout magis ponentis intentionem poſſunt deſtruere,
dummodo ea, quæ ſunt negaturi, vel affirmaturi, non
ſint facilia probatu: quo caſu ſolent veritatem fateri; vt
puta ſi poneretur de morte vel de affinitate, vt dicit
Lanfr. ab Ariad. in cap. quoniam contra num. 27. in fine
de probat. inter tract. diuerſ. fol. 35.

202 RESTRINGE generaliter totam iſtam ſextam li-
mitationem, vt non procedat in Camera Imperiali;
quia interrogandus, & opponens poſitionem eſſe mul
tiplicem adhuc cogeretur reſpõdere, vt teſtatur Gail.
in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 82. nu. 11.

203 LIMITA VII. in poſitione iuris Gloſ. in cap. 2.
in verbo. rationabili. de confeſſ. in 6. Spec. tit. de poſit.
§. ſeptimo verſ. decimotertio num. 29. Odoffr. Beneu.
tract. de poſition. n. 18. Iacob de Aren. eod. tract. nu. 41.
verſ. decimatertia. Vber. de Bob. eod. tract. nu. 53. Guid.
de Suzar. tract. de iudic. num. 44. Bar. in l. ornamento-
rum. ff de aur. & arg. leg. & in l. non fatetur. num. 13. ff.
de confeſſ. & in l. 2. § quod obſeruari. num. 29. C. de iu-
reiur. prop. calum. & ibidem Bal. num. 17. ibi. quinto nõ
tenetur. & Paul. de Caſtr. ſub num. 16. verſ. quartus ca-
ſus. Papien. in pract. in form. excipiendi contra poſi-
tiones, in gloſſ. potius in iure. fol. mihi 258. Mil. in
verbo. poſitioni iuris. fol. 289. Dec. in cap. ſæpè. not. 2.
num. 5. de appell. Roch. Curt. in cap. fin. ſect. 8. num.
10. in fine. de conſuetud. fol. mihi 371. inter tract. di-
uerſ. de ſtat. Franc. Curt. tract. de poſition. num. 33. Ma-
ran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 7. limit. 12. num. 17. Gra-
uat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 5. cap. 14. ſub num. 19.
Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 82. num. 13. Maſcar.
tract. de probat. concluſ. 1177. num. 48. lib. 3. & faciunt
quæ dixi lib. præced. cap. 86. num. 34. & hæc limitatio
tunc procedit quando eſſet poſitio iuris definiti iuxta
diſtinctionem, quam retuli infra num. 219. & 220. quod
nota tu Regnicola pro intelligentia pragmaticæ.
quinta die. quæ expreſsè prohibet poſitiones iuris.
Exemplum huius limitationis tradunt, ſi poneretur:
quòd impubes poteſt, ſeu non poteſt facere teſta-
mentum.

204 Ratio huius limitationis eſt, quia ius non eget pro-
batione ad tradita per Bal. in l. 1. verſ. ſecundo gloſ.
opp. ſub nu. 11. C. quæ ſit long. conſuet. & per Rocch.
Curt. in cap. fin. ſect. 8. q. 6. ſub num. 10. fol. 371. inter
tract. diuerſ. de ſtatut. ius enim ſemper ſtat probatum
iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 2. num. 62. verſ. limita. &
ita probatum, vt contrarium nullatenus poſſit proba-
205 ri. † vnde poſitiones ſuper eo eſſent ſemper inutiles &
ſuperfluæ: quia ſi probatio fit pro iure, eſt ſuperflua;
ſi contra ius, eſt nullius momenti l. ornamentorum. &
ibi Gloſ. ff. de aur. & arg. leg. & Doctores in locis alle-
gatis, imò quando fieret contra ius poſſet etiam dici
impoſſibilis; vt dixi infra limit. ſeq. num. 255. & quòd
confeſſio contra ius non probet dixi infra quæſt. 21.
num. 657. & faciunt quæ dixi lib. præced. cap. 86.
num. 34.

EX hac limitatione colligo tres concluſiones.

206 PRIMA concluſio, ſicut quis non cogitur reſpon
dere poſitioni iuris; ita nec illationi iuris, excerptæ, &
elicitæ ex facto prænarrato in poſitione, quãuis tenea-
tur reſpondere poſitioni circa factum in ea poſitum, vt
ſentit Io. And. in addit. ad Spec. tit. de teſte. §. nunc vi-
dendum. in principio. in additione magna. in verbo.
ſciendum. verſ. refert demum. ibi. in quantum: nam mi-
litat eadem ratio: quia reſpondere ad illatam conclu-
ſionem iuris ſpectat ad iudicem, & ad iureconſultos;
alias ſequeretur, quòd, cum ſẽtẽtia inferatur ex actis,
& proceſſu; iudex poſſet cogere alteram partem ad
ſententiandum, quod eſt abſurdiſſimum.

EXEMPLIFICA iſtam concluſionem vna
cum Io. And. vbi ſupra, quem refert & ſequitur Ma-
ſcar. dicta concluſ. 1117. ſub num. 49. & 50. quando
quis poneret, quòd poſſedit talem rem mobilem tanto
tempore, tali titulo, & bona fide inconcuſſe, & quòd
propterea eſt dominus: nam teneretur interrogandus
reſpondere facto poſitionis, ſed non iuri elicito ex fa-
cto poſitionis.

207 SECVNDA concluſio. ſicut quis non tenetur re
ſpondere poſitioni iuris; ita nequè poſitioni iuris præ-
ſumentis, quia dicitur etiam iuris; & hæc concluſio nul
lam habet dubitationem, quia loquimur de iure præſu-
mente, & non de re præſumpta à iure: ſed poſitioni
rei præſumptæ, ſeu vt loquuntur, iuris præſumpti eſt
reſpondendum.

DECLARO exemplis: Emens ſcienter rem alie-
nam præſumitur in mala fide, & vxor acquirens præſu
mitur acquiſiuiſſe de bonis mariti: ſi tu modo poneres
hæc eadem formalia, tu poneres ius præſumens, cui
poſitioni non eſſet reſpondendum; ſed ſi tu poneres,
quòd Titius, qui emit ſcienter rem alienam, eſt in ma-
la fide, ſeu quòd Berta vxor Titij emit, ſeu acquiſiuit
fundum tuſculanum de bonis Titij ſui viri, poneres
rem præſumptam à iure, quod non prohibetur, & in-
terrogandus teneretur reſpondere l. cum virum C. de
fideicom. & ita procedant, quæ notat ibi Bal. num. 1.
Dec. in cap. ſæpè. num. 9. verſ. fallit in iure. de
appel. & Franc. Curt. tract. de poſition. ſub num. 35.
fol. 11. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1177. num.
54. lib. 3. dum ſcribunt, eſſe reſpondendum poſitioni
iuris præſumpti. & ratio eſt, quia res præſumpta reci-
pit probationem etiam in contrarium.

208 PRO vlteriori diligentia declara hoc vltimum di-
ctum de re præſumpta à iure, vt procedat indiſtinctè,
quando eſſet præſumpta ſolum præſumptione iuris, vt
209 in exemplo de vxore acquirente, † ſed quando eſſet
præſumpta præſumptione iuris, & de iure, tunc diſtin-
gue: Aut contra talem præſumptionem poteſt admitti
probatio ſolum per confeſſionem partis, vt in præſum-
ptione pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam;
& iſto caſu poteſt ſimiliter fieri poſitio aduerſus rem
iudicatam, ſed non articulus, parte opponente, quia
aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam,
poteſt probari iniuſtitia ſolum per confeſſionem par-
tis, ſed non per teſtes Alc. tract. de præſumpt. par. 2. &
ibi Arelet. in addit. num. 5. & ſeqq. num. 8. & 10. fol.
305. & 306. & facit deciſio Caputaq. 51. par. 3. quam
allagaui cap. ſeq. limit. 11. num. 797. dixi, parte
opponente; quia, parte non opponente, poſſent reci-
pi etiam articuli, vt refert & ſequitur Arel. dicto num.
10. & pars non opponens videretur renunciare rei iu-
dicatæ, quæ conſequenter redderetur nullius momen
ti Mohed. deciſ. 4. alias 39. de ſent. & re iud. fol. 146. &
Caputaq. deciſ. 278 alibi. 280. oppoſitio. par. 2. ſed de-
210 clara vt per eundem deciſ. ſeq. † Aut contra talem
præſumptionem nulla recipitur probatio etiam per
confeſſionem partis, vt in exemplo de matrimonio
præſumpto; quando ſcilicet duo contraxiſſent ſponſa-
lia de futuro, & poſtea eſſet ſequuta copula carnalis;
& tunc nulla debet recipi poſitio, neque articulus:
quia contra eiuſmodi præſumptum matrimonium nul
la prorſus recipitur probatio per ea, quæ refert Arelet.
vbi ſupra num. 21.

211 CONCLVSIO III. idem dico in poſitione
rei, quæ committitur iudicio peritorum, quia de ea
non ſunt faciendæ poſitiones, nec admittendæ reſpon
ſiones, nequè articuli; vt puta ſi tu poneres quòd vul-
nus erat lethale: nam de hoc ſtandum eſt peritis in ar-
te, vt dixi lib. præced. cap. 86. ſub num. 34.

212 AMPLIA primo iſtam ſeptimam limitationem
cum ſuis concluſionibus, vt habeat locum etiam in
iure, quod eſſet probabiliter dubium propter varios
intellectus iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 2. num. 64.
verſ. quæſtio iuris. nam & ſi quæſtio iuris dubia
æquiparetur quæſtioni de facto, vt ibidem dixi, tamen
non eget probatione facienda à partibus, quicquid
in contrarium ſcripſerit Hercul. de negat. proban-
da num. 18. ampliat. 2. dicens hanc negatiuam iuris.
hoc iure non probatur. eſſe probandam; ſubdens
hoc ſentire conſulentes illos, qui laborant in pro-
bando, quòd filiorum appellatione in emphiteuſi fœ-
minę non compræhendantur; & qui laborant in pro-
bando, quòd fœminæ non contineantur in conditione;
ſi ſine filijs: nam ei reſp. quòd iudex non credit teſtimo
nio cõſulentiũ, ſed credit iuribus, & rõnibus, & iõ ipſi

consulentes non laborant, vt probent ius; quia ius stat semper probatum, vt dixi supra num. 204. sed vt instruant iudicem de illo iure, cui iudex credit, tenetur que illud inuestigare etiam ex officio, sine ministerio consulentium.

213 AMPLIA II. vt procedat non solum in positione iuris communis, vt loquuti sumus; sed etiam in positione iuris municipalis illius loci, in quo est controuersia, & iudicium, vt; distinguendo; scribunt Bar. in auth. principales. §. quod obseruari. sub nu. 29. C. de iureiur. prop. calum. & ibidem Bal. sub nu. 17. & Paul. de Castr. sub n. 16. vers. quartus casus. Papien. in pract. in forma excipiendi contra positiones. in gl. potius in iure. nu. 3. fol. 258. Franc. Curt. tract. de posit. breuiloq. 13. sub num. 33. & Mascar. tract. de probat. conclus. 1177. sub num. 57.

214 RESTRINGE istam ampliationem secundum eosdē Doctores proximè citatos, vt non procedat in positione iuris municipalis alterius ciuitatis, seu loci; quia super eo possunt fieri positiones, & sic intelligo Mil. in verbo. positioni iuris. fol. 289. & ita notauit aperte Apostilla in c. 2. ad gl. in verbo. rationabili. nu. 5. de confess. in 6. & ratio est; quia illud ius non est ius commune, seu illius loci ita, vt sit notum, & probatum in illa Curia.

215 EXTENDE istam restrictionem primo, vt habeat locum etiam in extrauaganti non clausa in corpore iuris secundum Franc. Curt. d. tract. de posit. nu. 33. in fine, qui scribit posse de ea fieri positiones, Fely. in cap. 1. limit. 4. sub num. 12. de sent. & re iud. & Mil. in verbo. positioni iuris. fol. 289.

216 EXTENDE II. istam restrictionem, vt habeat locum etiam in iure non scripto, hoc est in consuetudine: quia de ea possunt fieri positiones, & articuli, & illis est respondendū, vt scribunt Bar. in auth. principales. §. quod obseruari. nu. 29. in fine. & ibidem Bal. sub nu. 17. & Paul. de Castr. sub nu. 16. vers. quartus casus. Bal. in l. 1. vers. & nota, quod. nu. 4. C. quæ sit long. consuet. Iacob. de Aren. tract. de posit. sub nu. 42. Vber. de Bob. eod. tract. nu. 53. in fine. & nu. 54. Franc. Curt. eod. sub nu. 33. Roch. Curt. in cap. fin. sect. 8. num. 10. in fine. de consuetud. fol. 371. inter tract. diuers. de statut. Apostill. in cap. 2. ad gl. in verbo. rationabili. nu. 5. de confess. in 6. Mascar. tract. de probat. conclus. 1177. nu. 52. & 53. lib. 3. & Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 82. nu. 14. & procedit indistinctè, etiā si agatur de consuetudine loci, in quo agitur iudicium, vt loquuntur Doctores citati, & ratio per eos assignata; quicquid malè dixerit in contrarium Papien. in pract. in forma excipien. contra posit. in gl. potius in iure. in fine fol. 258, distinguens, vt de statuto.

217 LIMITA istam secundam restrictionem, vt non habeat locum in consuetudine notoria, qualis est cōsuetudo redacta in scriptis, & consuetudo probata in actis, & determinata per sententias; quia eiusmodi cōsuetudo vti notoria, non eget probatione iuxta ea, quę scripsi infra cap. seq. num. 338. & 348.

218 DECLARA istam limitationem, vt procedat solum in loco, in quo extat talis consuetudo, secus si essemus in loco, in quo non extaret: quia ibi, si de ea ageretur, veniret probanda, vt dixi de statuto.

219 ADVERTE nunc, quòd ista septima limitatio posita supra nu. 203. venit sublimitanda, vt non procedat in positione iuris dispositi; quia de eo potest fieri positio, eiquè est respondendum secundum distinctionem Bar. in sæpè citata auth. principales. §. quod obseruari. nu. 29. & 30. C. de iureiur. prop. calum. & Paul. de Castr. ibidem sub. nu. 16. vers. quartus casus. in fine. & Franc. Curt. tract. de posit. nu. 48. in fine. & num. 34. quamuis corruptè legatur in libro meo: qui moti ex oppositione, quam facit Glo. in d. §. quod obseruari. in verbo. existimat. versus finem. ibi, *item dicunt si quæstio sit iuris, vtrum ita sit de iure an non; sed arg. cōtra ff. &c.* tradunt, quòd si positio est iuris disponentis, non est respondendum. & ita volunt procedere istam septimā limitationem; secus si sit iuris dispositi; quod exemplificant in obligatione, in actione, in seruitute, in dominio, & similibus; super quibus omnibus tradunt posse fieri positiones, & esse respondendum iuxta textum in l. fin. ff. de iureiur. & in l. quidam in iure. ff. de donat. & concordat Bal. in l. 1. num. 79. 80. & 81. C. de confess. & ita à Regnicolis est limitanda, & intelligenda pragmatica. quinta die. vt non habeat locum in positione iuris dispositi, seu indefiniti, vt mox dicam.

220 Verum etsi ista distinctio Bartoli, & sequacium in se veritatem contineat, tamen sub sequentibus verbis, & terminis reformandam censeo; alias posset impugnari: Dico ergo, quòd positio iuris definiti, & non dependentis ab aliquo incerto facto, non admittitur, quia est positio super re omnino certa, & ita procedat limitatio hoc septimo loco posita: sed positio iuris indefiniti; quia scilicet dependeat ab incerto, & indefinito facto; potest vtiliter admitti: exempli gratia: pono, quòd tu es obligatus soluere mihi cētum; seu quòd ego sum dominus fundi tusculani; seu quòd teneris mihi dare transitum ad prædiolum hostiense; seu quòd non potes facere testamentum; & similia: hæ singulæ positiones possunt vtiliter admitti; quia in eis præsumptiuè continetur factum antecedens, ex quo potest oriri ius positum in positionibus; nimirum, quia tibi mutuauerim illa centum, quia emerim, seu præscripserim illum fundum, quia fuerit transactum de seruitute, & quia es minor 14. annis; vel sub aliena potestate: & quòd positio consequentis necessariò præsupponat antecedens, scribit in alio proposito Albert. de agnosc. asser. cathol. quæst. 10. num. 4. fol. 59. sicquè tàm positio, quàm responsio præsumptiuè supponunt factum, ad quod referuntur: 221 † quia qui vult consequens, censetur, & præsumitur velle illius necessarium antecedens l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. cum similibus, & paria sunt quid expresse, vel per relationem esse positum; sicut paria esse dicimus, quid esse certum per se, vel per relationem ad aliud iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 102. sub nu. 5. vers. secundo. & in confessionibus sufficit relatio præsumptiua, cum in ea non sit necessaria expressio causæ, vt dixi infra cap. 11. num. & ita procedant illa duo iura in l. fin. ff. de iureiur. & in l. quidam in iure. ff. de donat.

222 DECLARA istam aduertentiam, quòd licet possit fieri positio iuris dispositi, seu indefiniti, tamen interrogando opponente, tenetur ponens exprimere factum, & sic specificare causam, vt scribunt Iacob. de Arent. tract. de posit. §. 1. sub nu. 4. vers. quid si peto. & Vber. de Bob. eod. tract. sub nu. 20. & 21. quamuis in summarijs admitteretur etiam interrogando opponente; dummodo obscuritas, & incertitudo non sit intolerabilis per ea, quæ dixi lib. præced. cap. 50. nu. 17. & cap. 53. nu. 3. & 4. & an eiusmodi confessiones possint reuocari, docendo de errore, dicam infra nu. 609. & seqq. ad eum.

Confirmatur allata distinctio: quia si positio iuris definiti super re omnino certa reijcitur ex eo, quod semper reputatur inutilis, vt dixi supra num. 205. ergo à contrario positio iuris indefiniti, cum non sit inutilis, sed fructuosa, poterit admitti: 223 † Quòd non sit inutilis, sed fructuosa probatur ex eo; quia si quis confiteretur, se debere centum Titio, talis confessio teneret; quamuis non esset in ea expressa causa debiti, seu obligationis, & similiter valeret confessio, quòd talis res est mea, quamuis non exprimeretur causa; & dato millies, quòd eiusmodi confessiones non probarent plenè, probabunt saltem semiplenè, seu adminiculum facient iuxta ea, quæ congessit Mascar. de probat. conclus. 345. num. 16. 26. 27. 36. 40. 46. & 47. vers. septimo. & nu. 48. lib. 1. & nos; fauente Deo; dicemus lib. seq.

Superesset solum, vt declararem quomodo, & quibus signis cognosci possint, quæ dicantur positiones iuris; sed quia res est facilis, & regulam quandam refert Franc. Curt. tract. de posit. sub num. 35. non insisto.

224 LIMITA VIII. in positione, quæ continet impossibile, quia est indistinctè, & omnino reijcienda argumento textus in l. confessionibus. & l. seq. ff. de interrogat. action. Gloss. in cap. 2. in verbo. rationabili. de confess. in 6. Spec. tit. de posit. §. septimo. vers. decimo sexto. num. 36. Iacob. de Aren. tract. de.

de poſit. num. 31. 32. & 40. Vber. de Bol. eod. tract.
ſub num. 52. ibi. item non admittitur poſitio. Papien. in
pract. in form. excipiendi contra poſitiones. in gloſ. im-
poſſibile. fol. 255. Maſcar. trac. de probat. concluſ 1177.
num. 68. lib. 3. & faciunt ea, quæ ad remorandam exe-
cutionem ſententiæ contra bannitum dixi lib. præced.
cap. 97. num. 185. & exempla, quę modo refero ex Glo.
Spec. Iacob. de Aren. & Vber. de Bob. in locis allegatis,
rem occulariter oſtendent: finge igitur eiuſmodi poſi-
tiones: pono quòd maior natu eſt filius minoris natu:
item, quòd Titius digito cœlum tetigit: item quòd vir-
go peperit: quòd impubes eſt pater, ſeu adulterium
commiſit: quòd Sempronius interfecit Mæuium, qui
appareat benè valens & ſanus: quòd dominus vulnera-
uerit famulum in facie, vbi nulla appareat cicatrix;
& ſimiles: fatuus certè eſſet ponens, & fatuus eſſet iu-
dex, qui talia admitteret etiam cum clauſula; ſaluo iure
&c. & etiam parte non opponente.

225 AMPLIA iſtam limitationem, vt haberet locum
non ſolum, quando continet impoſſibile de ordine
naturæ, ſeu ſecundum naturam vt in exemplis relatis;
ſed etiam quando continet impoſſibile de iure iuxta
ea, quæ tradunt Iacob. de Aren. d. num. 31. & Papien.
vbi ſupra; & benè faciunt quæ in alio propoſito dixi-
mus nos lib. præced. c. 57. n. 6. 7. & 8. &, vt vnico verbo
declarem quæ dicātur impoſſibilia de iure; definio eſſe
illa omnia, quæ ſunt contra ius; vt puta quòd pater du-
cat filiam in vxorem; quòd liceat habere plures vxores
ſimul; quòd pater poſſit exheredare filium ſine cauſa;
& ſimilia: ſeu definio, eſſe omnes poſitiones iuris con-
tra ius. poſſet etiam dici poſitio impoſſibilis de iure ea,
quæ fieret ab eo, qui non poteſt eſſe in iudicio.

226 RESTRINGE hanc limitationem, vt non pro-
cedat in Camera Imperali, quia iſta reſponſio quòd po
ſitio continet impoſſibile non admitteretur, teſte Gail.
in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 82. num. 11.

227 LIMITA IX. in poſitione rei, ſeu inquam ne-
gotij, quod eſſet determinatum per ſententiam, vel
iuramentum, quia interrogandus non poſſet cogi ad re
ſpondendum Gloſ. in l. ſi à te. in principio. ff. de except.
rei iudi. Bar. in auth. principales. §. quod obſeruari. ſub
num. 32. C. de iureiur. prop. calum. & in l. marcellus. §.
1. ſub num. 3. ff de action. rer amot. & in conſ. 194. ce-
chus de ſpoleto, num. 3. in fine, lib. 1. Paul. de Caſtr. in d.
§. quod obſeruari. ſub num. 20. Franc. Curt. tract. de
poſition. ſub num. 47. Iaſ. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. nu.
10. ff. de iureiur. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 7. nu.
10. limit. 5. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 5. cap.
14. ſub num. 19. & Maſuer. in addit. ad pract. Papien.
in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſ. dete-
gentes. fol. 257. Maſcar. tract. de probat. concluſ.
1177. ſub num. 61. lib. 3. & probatur ex textu, quem
allegant omnes in d. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iure-
iur. ſed reuera iſta limitatio potuiſſet ampliatiuè in-
cludi in. 2. limitatione de poſitione ſuperflua, & re-
ſpectu rei, deciſæ per iuramentum, potuiſſet etiam in-
cludi in illa de poſitione detegente periurium.

228 AMPLIA iſtam limitationem, vt procedat etiamſi
interrogandus; non reſpondendo; conſequeretur lu-
crum cum alterius iactura Bar. in l. fin. num. 10. in fine.
ff. de his quib. vt indign. & in d. §. quod obſeruari. ſub
num. 32. & in dicto §. 1. ſub num. 3. & in conſ. 194.
checus de ſpoleto. num. 3. in fine lib. 1. Iaſ. & Maſuer.
vbi ſupra. & clarius dixi infra nu. 233.

229 LIMITANT paſſim Doctores, & erit x. limi-
tatio, in poſitione criminoſa Gloſ. in cap. 2. in verbo.
rationabili. de confeſſ. in 6. Spec. tit. de poſit. §. ſeptimo.
verſ. decimonono. num. 40. Rot. deciſ. 38. alias 624.
ſi quis. de teſtib. in antiqu. Bar. in auth. principales. §.
quod obſeruari. num. 32. & ibidem Bal. num. 23. &
Paul. de Caſtr. ſub nu. 20. verſ. vltra gloſ. C. de iureiur.
propt. calum. Iaſ. in l. qui iuraſſe §. ſi pater. num. 9. ff. de
iureiur. Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 14. ſub num. 5. & hanc
* eſſe communem opinionem teſtantur Franc. Curt.
tract. de poſition. num. 45. breuiloquio 21. Iaſ. in l. 1.
ſub num. 2. ff. de offic. aſſeſſ. Maſcar. tract. de probat.
concluſ. 1177. nu. 60. lib. 3. & Maſuer. in addit. ad prac.
Papien. in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſ.
detegentes. fol. 257. & ad ll. allegatas in contrarium
per Bar. in d. §. quod obſeruari. reſpondet ibidem Saly.
quem atteſtantem de eadem communi opinione refe-
runt Paris. in addit. ad Bar. loco citato in litera. g. &
Maſcar. vbi ſupra: & hanc eſſe regulam teſtatur Rom.
conſ. 349. dum quæritur. verſus finem. & ita tenuit
Rota, vt refert Caputaq. deciſ. 327. al ibi. 330. poſitioni-
bus. ſub num. 4. & 5. par. 2. Et quòd ita ſeruetur de con-
ſuetudine, teſtatur Bal. in d. §. quod obſeruari. quem
referunt Franc. Curt. dicto tract. de poſition. ſub num.
230 46. & Maſcar. vbi ſupra: † Ratio huius concluſionis eſt,
quia nemo tenetur detegere turpitudinem ſuam, ſeu ſe
ipſum prodere argumento textus in l. qui iuraſſe.
§. ſi pater. ff. de iureiur. & in cap. dudum il. 2. de elect.
& vtrobique notant Doctores, & in locis ſuperius al-
legatis & Oſac. deciſ. 66. ſub num. 2. & facit Gloſ. in
clemen. paſtoralis. in verbo. per violentam. de ſent. &
re iud. quæ dicit quòd relaxatus de carcere ſub iura-
mento de redeundo non tenetur redire, ſi immineat ei
periculum mortis iniurioſæ, & faciunt quæ dixi lib.
præced. cap. 100. ſub nu 11. verſ. contraria.

231 EXTENDE iſtam limitationem 1. vt procedat præ-
ſertim, quando interrogatus ſuper crimine non locu-
pletatur cum aliena iactura, ſi non reſpondeat; quo
caſu Doctores ſine controuerſia videntur admittere,
quempiam non poſſe cogi ad reſpondendum poſitioni
criminoſę; & exemplificant, quando quis interroga-
retur, an eſſet infamis, vel excommunicatus, & de
ſimilibus, vt per Bar. Maran. Maſuer. & Grauat. in lo-
232 cis allegatis infra num. 236. verſ. non obſtat. † & quòd
poſitioni, concernenti excommunicationem, quis
non cogatur reſpondere, ſcribunt Spec. tit. de poſit.
§. ſeptimo. verſ. quid ſi pono. num. 42. qui diſtinguen-
do concludit, quòd, ſi eſt excommunicatio lata à ca-
none, non tenetur reſpondere; ſecus ſi ſit excommuni-
catio lata ab homine, & Biſig. deciſ. 9. de reſcript. licet
in caſu ſuo fuerit tentum, quod neque in excommuni-
catione lata ab homine eſſet reſpondendum; tamen
id fuit particulariter, quia excommunicatio non rele-
uabat, & tendebat ad obiectum.

233 EXTENDE II. in caſu magis dubio, vt procedat
etiam ſi interrogatus locupletaretur cum aliena iactu-
ra, ſi non reſponderet poſitioni criminoſæ, vt proba-
tur ex caſu textus in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iu-
reiur. vbi; ſi pater iurauerit, nihil eſſe in peculio filij,
& poſtea in peculio dicti filij appareant aliqua bona,
pro quibus conueniatur, & fiat eiuſmodi poſitio. *pono
quòd iſta bona eo tempore, quo iuraſti, erant in peculio*,
dicitur, quod non tenetur reſpondere huic poſitioni:
& ratio, quam aſſignant Doctores, eſt; quia aut fate-
retur poſitionem eſſe veram; & tunc detegeret ſe per-
iurum, & conſequenter detegeret ſuam turpitudinem,
quam detegere non tenetur: aut negaret poſitionem:
& tunc incideret in alium laqueum; videlicet quia;
præſuppoſito; quòd aduerſarius probauerit, ſeu pro-
bet reperiri aliqua bona in peculio; tunc exceptio iu-
riſiurandi ei amplius non prodeſſet; exquò ad eua-
dendum periurium, iſta bona ſeu peculium diceren-
tur acquiſita poſt præſtitum iuramentum; & conſe-
quenter ab eodem iuramento orirentur actio, & ex-
ceptio, vt notant Odofr. Beneuent. tract. de po-
ſit. ſub num. 15. verſ. decimo conſiderandum eſt. &
eod. tract. Iacob. de Aren. ſub num. 37. eod. verſ. Vber.
de Bob. ſub num. 50. verſ. decimo. & benè; & fuſius
Iaſ. in dicto. §. ſi pater. num. 7. ſed melius omnibus ip-
ſamet Gloſ. ibidem, in d. §. ſi pater. in verbo. acquiſiti.
& notant communiter ex hoc textu, quòd poſitioni
criminoſæ non eſt reſpondendum; & tamen in caſu
dicti textus ſi interrogandus non reſpondeat, locu-
pletatur cum aliena iactura.

Non obſtat; ſi quis diceret cum Bar. quem retuli-
mus ſupra num. 228. verſ. amplia. id eſſe in illo textu,
quia agitur de re iam deciſa iureiurando.

Quia reſpondeo, à Doctoribus ſuperius adductis aſſi
gnari rationem relatam; ne quis teneatur detegere
ſuum periurium.

234 Præterea reſpondeo, quòd in poſitione ſuperflua,
quæ ſit eadem cum alia, ceſſat iſta ratio; quòd res fue-
rit ſemel deciſa iureiurando, quia iuramentum reſpon-
dentis poſitionibus non eſt deciſiuũ; & tamen Docto-
res di-

res dicunt; quòd quis non cogitur reſpondere poſitioni ſuperfluæ, ne incidat in periurium, & vulgi infamiam incurrat Iacob. de Aren. tract. de poſit num. 25. in fine & num. 26. & eod. tract. Vber. de Bob. ſub num. 39. verſ. primo eſt conſiderandum. nec diſtinguunt an locupletaretur cum aliena iactura vel non; ſi non reſponderet: & ſi hoc procedit in poſitione, quæ indirectè, & per conſequentiam efficitur criminoſa, videlicet quia reſponſurus ad eam indirectè & conſequenter ſe detegeret reum periurij, & ſic criminoſum; à fortiori hoc procedet in poſitione, quæ eſt principaliter & directè criminoſa. benè facit Caputaqu. deciſ. 327. alibi. 330. poſitionibus. par. 2.

235 Confirmatur etiam præfata ſecunda extenſio ex eo quòd quis non tenetur reſpondere poſitioni, ſeu interrogationi, an ſit vſurarius, & ratio eſt, quia nemo cogitur detegere turpitudinem ſuam Papien. in pract. in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſ. detegentes. ſub num. 2. fol. 256. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1177. num. 36. lib. 3. & Caputaqu. vbi ſupra, & tamen vſurarius locupletatur cum aliena iactura.

236 Non obſtat quod contra firmatam ſecundam extenſionem aſſerunt Bar. in l. marcellus §. 1. ſub num. 3. ff. de actio. rer. amot. in auth. principales §. quod obſeruari. ſub num. 32. C. de iureiur. prop. calum. in l. fin. nu. 10. ff. de his quib. vt indign. & in conſ. 194. cechus de ſpoleto. num. 3. lib. 1. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 7. num. 7. & 8. Carauit. ritu. 300. num. 11. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 5. cap. 14. num. 18. & Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſ. detegentes. fol. 256. in fine & 257. dum diſtinguendo tradunt, eſſe reſpondendum poſitioni criminoſæ, quando alias interrogatus locupletaretur cum aliena iactura, ſi non reſponderet,

237 † quod Bar. & eius ſequaces vbi ſupra nituntur probare ex eo, quòd interrogatus an poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere, cogitur reſpondere. l. quoties §. præ-

238 tor. ff. de noxal. † & ex eo, quòd coniux cogitur iurare, an quid diuortij cauſa amouerit l. marcellus. §. 1.

239 ff. de action. rer. amot. † & hæres cogitur iuramento reſpondere poſitioni an accommodauerit tacitam fidem teſtatori de reſtituenda hæreditate incapaci l. non intelligitur. §. ſi quis palam. verſ. ſed & ex alijs. & ibi gloſſa. in verbo. probationibus. ff. de. iur. fiſ. Bar. Bologn. Lup. & Paleot. quos refert, & ſequitur Surd. tract. de

240 alimen. tit. 1. q. 31. num. 35. † & beneficiatus, interrogatus an detineat plura beneficia curam habentia, tenetur reſpondere, cap. dudum. il. 2. de elect.

241 Nam reſpondeo, quòd contra Bar. citatum ſupra num. 236. tenuerunt Bal. in dicta auth. principales. §. quod obſeruari. ſub num. 23. verſ. item non tenetur. C. de iureiur. prop. calum. & Saly. quos referunt Paris. in addit. ad Bar. in dicto §. quod obſeruari. C. de iureiur. prop. calum. & Maſcar. tract. de probat. conclus. 1177. num. 60. & ſub num. 63. verſ. ſed retenta. lib. 3. & quòd contra Bar. ſit verior & communis opinio, refert ex Iaſ. in l. 1. ſub nu. 2. ff. de offic. aſſeſſ. Maſcar. dicto nu. 60. verſus finem, ſed re vera illa communis, de qua teſtatur Iaſ. contra Bar. intelligitur contra Bartolum loquentem ſimpliciter, & non contra Bartolum loquentem cum diſtinctione. Et Franc. Cur. in d. §. quod obſeruari. ſub num. 47. cuius interpretationem habeo inter tract. diuerſ. tom. 4. tract. de poſit. fol. 11. & eſt relatus à Paris. vbi ſupra, teſtatur quòd opinionem, & diſtinctionem Bartoli; quamuis vera ſit; in facto ſubſtinere non potuit. imo notat hoc amplius quòd Bar. eſt ſibimet contrarius, dicens ab alijs contrarietatem illam non animaduerti; at ego in meis libris non reperi illam contrarietatem.

242 Ad ea, quæ Bar. adducit pro ſua opinione, & nos retulimus ſupra n. 237. & ſeqq. reſpódet Bal. in d. §. quòd obſeruari. ſub n. 23. præſertim in verſ. cóclude. quòd procedunt in interrogatione, quæ eſt neceſſaria ad præparationem iudicij, & in interrogatione, quæ eſt neceſſaria ad ordinẽ iudiciariũ, qualis eſt illa, quæ fit ſuper libello ad effectũ conteſtãdi litem; ſecus in interrogatione, quę fit poſt pręparatum & ordinatum iudicium; quia cum iſta fiat ſolum ad effectum; vt ponens, ſeu interrogans releuetur ab onere probandi, non cogitur aduerſarius reſpondere.

243 NOTA obiter circa prædicta vnum, tu Regnicola, priuſquàm vlterius procedamus, quòd ritus. 300. *item ſeruat ipſa curia hanc practicam.* corrigit ius commune in eo, quòd diſponit, interrogatum non teneri ad reſpondendum, an dolo deſierit poſſidere, quãdo proceditur in vtili rei vendicatione, ſed teneri ſolum ad reſpondendum an poſſideat vel non; prout in dicto ritu notauit etiam Carauit. nu. 10.

244 EXTENDE III. vt habeat locum etiam in teſte, quia non tenetur reſpondere interrogatorio criminoſo iuxta ea, quæ ſcribunt Gloſ. in cap. 1. in verbo. ſiue confeſſi. de except. & Bar. in l. 1. ſub num. 1. verſ. & ſic not. ff. de offic. aſſeſſor. & dixi infra cap. ſeq. nu. 886. in. 6. difficultate.

245 RESTRINGE modo eãdem decimam limitationẽ, quàm poſui ſupra n. 229. vt nõ ſit vera; qñ crimen, quod ponitur, eſt tale, quod ponentem releuat. & interrogato non nocet: vt puta ſi ponatur crimen notorium, quod aduerſarius iam ſit confeſſus, ſeu nulla tergiuerſatione cęlari poſſit, ſeu de quo iam fuerit punitus, ſeu agratiatus: nam releuat ponentem ab onere producendi condemnationem, ſeu proceſſum Spec. tit. de poſit. §. ſeptimo. verſ. decimonono. num. 40. Bar. in l. marcellus. §. 1. verſus finem. ff. de action. rer. amot. qui ſic ſaluat Gloſ. in l. 1. in verbo. poſtulationibus. ff. de offic. aſſeſſ. Innoc. in cap. dudum. il. 2. de elect. quos refert etiam Maſcar. de probat. conclus. 1177. nu. 63. & ſic benè ex Aegid. concluſ. 274. declarat Rot. diuerſ. in practicab. Rotæ Romanæ num. 148. par. 2. in fine. & quòd poſitioni criminoſæ ſit reſpondendum, quando ſubijcitur crimen eſſe notorium, hincquè orta ſit illa practica dicendi in calce poſitionum: & hæc ſunt notoria &c. vide Neuiz. conſ. 6. ſub nu. 10. verſ. non obſtat il 1. & adde quæ dixi cap. ſeq. num. 889.

246 RESTRINGE etiam ſecundum Rom. conſ. 349. dum queritur. ad finem. vt non ſit vera, quando reus excipiendo poneret crimen, ex quo reſultat excommunicatio actoris; quia tunc inquit non agitur de magno pręiudicio, conſiderato quòd actor poteſt ſtatim iuuari

247 contra dilationem iudicij per viam abſolutionis. † ſed nos firmamus contrarium ſupra nu. 231. & 232. nequè pro Rom. facit Spec. quem citat. in tit. de poſit. §. 7. nu. 44. verſ. quid ſi pono. quia Spec. eo loci ſcribit, quòd quis tenetur reſpondere ponenti, iudicem, vel executorem eſſe excommunicatum; quia reſpondens non ſe prodit: ſed Rom. loquitur in poſitione excommunicationis contra ipſum aduerſarium interrogandum.

248 RESTRINGE III. ſecundum ea, quæ refert, & ſequitur Neuiz. conſ. 5. n. 17. in fine & 18. vt nõ procedat quando poſitio, ſeu interrogatio fieret ante conteſtationem litis ad præparationem iudicij, quod aliter non poſſet ordinari, quo caſu ſecundum tradita per Neuiz. vbi ſupra eſt reſpondendũ interrogatorio etiam ſi contineat delictum; hæcquè reſtrictio comprobatur ex his, quæ ſcribit Bal. citatus à nobis ſupra nu. 241.

249 RESTRINGE IIII. vt non habeat locum in Camera Imperiali; quia reſponſio, quòd poſitio eſt criminoſa non admitteretur, teſte Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 82. num. 11.

Negantes articulum criminoſum verum non puniuntur de periurio.

250 Inſurgunt duæ difficultates.

Prima difficultas eſt: nunquid principalis, ſeu teſtis iurati, ſi negent poſitionem criminoſam, quæ ſit vera, poſſint puniri de periurio.

Reſpondeo. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. membr. 7. num. 9. loquendo de principali inquiſito, tenet quòd non & licet Alex. quem ibi allegat, hoc non dicat; tamen probatur ex his, quæ ſcripſi infra quæſt. 27. n. 755. verſ. contraria. nam principales dum examinantur, ſi ſint periuri, habent ſolum Deum vltorem, vt dixi ibidem & cap. 9. num. 850. verſ. reſpon. quòd non eſt. & teſtis habetur hoc pro principali, quando interrogatur de ſuo delicto; quamuis illa interrogatio non tendat

tunc

tunc ad finem inquirendi, & puniendi eum. & quòd testis non teneatur respondere an sit criminosus, refert & sequitur ex Inn. Bal. in auth. principales §. quòd obseruari. num. 24. quæro hic. C. de iureiur. prop. calum. & quòd non teneatur respondere ad id, per quòd detegeretur sua turpitudo, vt est crimen, firmāt communiter Doctores in cap. cum causam. de testib. prout de communi testatur ibi. Fely. nu. 50.

De reo interrogando vel non in causa criminali.

251 Secunda difficultas est: an reus, interrogatus de crimine super inquisitione contra eum formata, debeat dicere veritatem contra se.

Resp. videri dicendum indistinctè non esse interrogandum, quia in causis criminalibus non fiunt propriè positiones; quia, vt dicit Bar. in l. marcellus. num. 1. ff. de act. rer. amot. & in auth. principales. §. quod obseruari. in fine. C. de iureiur. prop. calum. non sufficit respondere per verbum credit, vel non credit, sed debet respōderi per verbū de veritate; quod notauit etiā Carauit. ritu. 70. num. 8. referens indistinctè ex Bal. in l. nullus. circa finem. C. de exhiben. reis. positiones non fieri à parte parti in criminalibus, & sic non solum reus non potest facere positiones, ne accusator; facta collusione; illas fateatur; quamuis iudex puniat delicta, etiam concordatis inter se partibus. cap. 1. & 2. de collus. sed neque accusator; quicquid in contrarium dixerit Iacob. de Aren. tract. de posit. §. 7. num. 1. quem retulit, & sequutus est Clar. lib. 5. recept. sent. q. 45. vers. sed hic incidenter, & quicquid videantur sensisse Marian. Socc. in cap. veniens. sub num. 42. vers. quidam vero. de accusat. & ceteri Doctores, dum aiunt, positionibus in criminalibus esse respondendum per verbum veritatis: nam obstat adhuc non solum illa ratio Bartoli, quòd sit respondendum per verbum de veritate, vt dixi lib. præced. cap. 61. sub num. 3. & cap. 86. num. 12. vbi declaraui; sed obstat etiam eadem ratio collusionis; quia ponens censetur fateri, vt dixi lib. præced. cap. 60. num. 7. & sic posset accusator; facta collusione; in positionibus proprijs ponere ea, quæ ad accusati defensionem facerent: & satis de hoc dixi lib. præced. cap. 61. sub nu. 3. quare iudex interrogat ex officio, & ad partis instantiam.

252 Pro firmiori resolutione constituo duas opiniones, quia vt est in prouerbio, disputatio est cribrum veritatis.

PRIMA opinio erit negatiua, quòd non teneatur

253 respondere: hæcquè opinio probatur primo; ✝ quia positiones successerunt in locum interrogationum, vt scribit Neuiz. cons. 5. magnifici. num. 7. sed positioni criminosæ quis respondere non tenetur iuxta ea, quæ scripsi supra limit. 10. num. 229. ergo neque interrogationi. Secundo, quia in effectu nemo tenetur se ip-

254 sum prodere iuxta ea, quæ scripsi supra num. 230. ✝ Tertio; quia probationes non sunt sumendæ de domo rei iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 86. nu. 40.

255 SECVNDA opinio, contraria præcedenti, est, quòd teneatur respondere: quia videmus, quòd reus inditiatus non solum potest interrogari, sed potest etiā torqueri l. cum cognitionaliter. & l. milites. §. oportet. C. de quest. & l. 1. ff. eod. hocquè apud criminalistas transit sine controuersia, & sine hęsitatione.

256 RETENTA pro vera hac secunda opinione.

EXTENDE eam vt quo ad responsionem, per quam deuenitur ad litis contestationem, sit vera tam de iure, quàm de consuetudine: quia cum sine responsione rei non possit lis contestari iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. vlt. num. 1. & 9 & litiscontestatio sit necessaria etiam in criminalibus secundum ea, quæ scripsi d. num. 9. sequitur quòd reus ad effectum contestandi litem teneatur respondere: & ita in proposito sentiunt Bal. in auth. principales. §. quod obseruari. sub nu. 23. vers. secundo opp. C. de iureiur. prop. calumn. & Aret. in cap. qualiter & quando. il 2. §. debet. sub num. 15. de accusat.

Comprobatur ista extensio: quia etiam in ciuilibus debet responderi positioni criminosæ, quando agitur de præparatorijs ad iudicium, vt ex eod. Bal. retuli, & sequutus sum supra num. 242. vers. ad ea.

257 Nota tamen obiter, quòd ista responsio esset admittenda sine iuramento; quia in responsione quæ fit libello ad contestandam litem non exigitur iuramenta iuxta ea, quæ scripsi supra sub nu. 178.

258 SVBEXTENDE hanc extensionem primo, vt sit vera in processu, qui fieret per accusationem: quia accusatus tenetur respondere accusationi ad contestandam litem: hæcquè extensio firmatur ab Aret. d. §. debet. sub num. 14. ibi. tu autem. & nu. 15. & seruatur in praxi sine dubitatione.

259 SVBEXTENDE II. vt sit vera in processu, qui fieret per inquisitionem ex officio, quia reus tenetur respondere, vt scribit Ocasc. decis. 66. in causa. num. 11. & hæc extensio est firmior apud Doctores.

260 DECLARA restringendo istam secundam subextensionem, vt non sit vera, quando diffamatio non precederet inquisitionem; quia tunc reus interrogatus non teneretur respondere iuxta communem opin. quam retuli & sequutus sum lib. præced. cap. 84. sub num. 35. vel quando non præcederet notorietas iuxta ea, quæ scribit Spec. tit de posit. §. 7. vers. 19. num. 40. ibi. item contra. & pro hoc de notorietate facit quod scripsi in ciuilibus supra nu. 245.

261 EXTENDE istam declarationem vt sit vera, etiam si præcederent legitima inditia; quia nihilominus, non præcedente diffamatione, non teneretur respondere iuxta ea, quæ dixi lib. pręced. cap. 84. nu. 1. & 21. vers. cęterum ego. & satis probatur ex iuribus à me citatis eod. cap. 84. sub nu. 11.

262 RESTRINGITVR ista extensio de consuetudine; quia reus inditiatus interrogatur, & cogitur respondere, vt declaraui dicto. cap. 84. nu. 35. & cogitur respondere cum iuramento.

263 RESTRINGE nunc eandem secundam retentam opinionem, vt non sit vera, quando reus interrogatur cum iuramento post litem contestatam ad effectum probandi delictum: quia tunc reus de iure non tenetur respondere, quoniam accusator non debet releuari ab onere probandi, sed debet venire instructus & paratus, vt in isto proposito scribit Aren. in cap. qualiter & quando. il. 2. §. debet. sub num. 15. ibi. non tamen tenetur. de accusat. hancquè communem esse opinionem de iure retuli & sequutus sum lib. præced. cap. 86. num. 64.

264 Cōfirmatur ista restrictio ex his, quæ scribit Iac. de Aren. tract. de posit. §. 7. num. 2. & 3. dicens, quòd si reus interrogatus fassus fuerit, quod in alia positione negauerat, confessio ei non præiudicat; quia non debuit interrogari; adducens in argumentum, quòd si tortus, qui non poterat torqueri, fuerit confessus, illa confessio ei non præiudicat.

Ratio huius restrictionis est: quia probationes non sunt sumendæ de domo rei iuxta ea quæ dixi supra num. 254.

265 SVBRESTRINGE istam restrictionem primo, vt nō sit vera de consuetudine: quia reus interrogatur etiam post contestatam litem, & pluribus vicibus ad effectū probandi delictū, vt retuli & sequutus sum lib. præced. d. cap. 86. sub nu. 64.

266 EXTENDE istam subrestrictionem, vt in processu per inquisitionem sit vera etiam de iure secundum ea, quæ refert Aret. d. §. debet, sub nu. 13. sed mihi hæc extensio non probatur.

267 SVBRESTRINGE II. vt non procedat, qquando veritas aliter haberi non potest: quia tunc in subsidium potest interrogari, & tenetur respondere; imo in grauibus delictis potest interrogari cum tortura, & licitum est sumere probationes de domo partis; vt refert, & sequitur Neuiz. cons. 5. magnifici. n. 33. in fine. & nu. 34.

268 LIMITA XI. in positione cōtraria alteri positioni, quia esset reijcienda, vt scribunt Spec. tit. de posit. §. septimo. vers. decimooctauo. nu. 39. Iac. de Aren. tract. de posit. §. 1. n. 5. & §. 3. sub n. 6. & eod. tract. Fran. Curt. breuiloq. 12. n. 32. Papien. in pract. in forma excipiendi contra positiones. in gl. impossibiles. & ibi. Masuer. fol. 255. & 256. & communiter omnes in diuersis locis.

269 Ra-

269 Ratio eſt euidens; quia ponens iureiurando cõtraria efficitur periurus cap. cum in poſitionibus.de iureiur. in 6.Paul.de Caſtr.in auth.principales.§.quod obſeruari.ſub num.16.& in auth.in iſto.in fine.C.de iureiur.prop.calum.&,cum ſit periurus, imò eo ipſo quò d eſt contrarius,nõn eſt audiendus iuxta ea,quæ dixi ſupra limit.2.nu.175.

270 EXTENDE iſtam limitationem, vt non ſolum quis non teneatur reſpondere poſitionibus contrarijs, ſed nequè poſitioni contrarię poſitioni ſuæ, quia cum ponens dicatur cõfiteri, & iuret in poſitionibus,illa cõfeſſio habetur pro reſponſione negatiua ad poſitionem aduerſarij,quæ eſt contraria & ideo non debet iterum cogi ad reſpondendum.Bal.in auth principales.§.quod obſeruari nu.15.verſ.tertio non debet.& in l.1. nu. 90. C. de confeſſ.

271 DECLARA iſtam limitationem eſſe veram, quando contrarietas non poſſet reduci ad concordiam, ſecus ſi poſſet concordari. quia tunc iſta limitatio non procedit Bal. in d. l. 1. ſub num. 90.C.de confeſſ.Paul. de Caſtr.in l.ſcripturæ.ſub num.6.C.de fid. inſtr.& Iaſ. in l.1.num. 7.& ſeqq.ff. ne quis eum qui in ius.

272 EXEMPLIFICA iſtam declarationem,quando reus primo ponit, ſe emiſſe fundum,ad quem actor agit, ſequè per emptionem & traditionem eſſe effectum dominum: & deinde poneret ſecundo, quòd ipſe poſſedit dictum fundum bona fide, & iuſto titulo tanto longo tempore, quòd illum pręſcriptione acquiſiuit: nam licet iſtæ duæ poſitiones videantur contrariæ, quia ſi erat dominus,vt dicitur in prima poſitione,non potuit præſcribere,vt dicitur in 2.quia quod ſuum erat ſuum amplius effici non potuit; tamen poſſunt concordari, intelligendo, quòd ſecunda poſitio ſit facta conditionaliter caſu,quo prima negaretur, vt declarat Paul. de Caſtr.in d.l.ſcripturæ.ſub n. 6.

273 EXEMPLIFICA II. in reo, qui conuentus ſuper mutuo, facit primam poſitionem; quòd actor nihil ſibi mutuauit, & deinde facit aliam, quòd actor fecit ſibi pactum de non petendo.

274 EXEMPLIFICA III. in reo, qui conuentus ad tradendum fundum per ſtipulationem ipſi actori promiſſum, facit duas poſitiones contra actorem: primam quòd non promiſit: ſecundam quòd præſcripſit illum fundum:nam licet iſtæ poſitiones tàm in ſecundo, quã in tertio exemplo appareant contrariæ, tamen ad remouendam iſtam contrarietatem intelliguntur factæ ſub conditione, ſi prima fuerit negata, & non poſſet probari,ſicut explicat Iaſ. in d.1.ſub num.7.& ſic procedat dictum Baldi, quem referunt & ſequuntur Iaſ. in l.ſi ex pecunia.nu.15.C.de furt. & Grauat. in annot. ad pract.Veſtr.lib.5.cap.14.num.21.in fine.dum ſcribit poſitiones contrarias admitti, ſicut admittuntur actio-

275 nes contrariæ propter factum rei. † Sed de iſtis actionibus, ſeu remedijs diuerſis, an & quando poſſint intentari,hic non expedio; videas tu Iaſ. qui ponit regulam cum ſeptem fallentijs in d.l.ſi ex pecunia.nu.20.& 21.C.de furt.

276 Comprobantur iſta exempla ex practica excipiendi:dicimus enim.nego me eſſe debitorem, ſed ſi appareat,dico me ſoluiſſe, vel oppono exceptionem pacti de non petendo,vt ſcribunt Gl.in l.ſi quidem.in verbo. conteſtatione.C.de except.& in l.non vtiquè.ff.de exception.præſcript.&c.& Bar.in l.iulianus.num.11.ff.de cond.indebit.& plene nos infra q.10.num.452.& ſeqq. ad eum.

Contra iſtam declarationem oppone,& ſolue vn infra d.q.10. ſub nu.464.verſ.contra.

277 RESTRINGE etiam eandem limitationem,vt non procedat in cauſa appellationis; quia in ea poſſunt fieri capitula contraria,ſcilicet ſecunda per modũ correctionis,vt.ex Oldr.conſ.285.allegationes.in fine refert, & ſequitur Curt.in addit.ad pract.Papien.in for.excip. cõtra poſitiones.in gl.impoſſibiles.fol. 254. & eſſe cõmunem * opinionẽ, quòd in cauſa appellationis admittãtur oẽs articuli,faciẽtes ad cauſam,ſiue ſint prioribus directo contrarij;ſiue ijdem cum illis,ſiue noui dependentes ab antiquis,ſcribit Rainal.Corſ.in addit ad Oldra. vbi ſupra.ſed de hoc,fauente Deo,agemus lib.ſeq.

278 LIMITA XII. in poſitione,quam quis faceret poſtquàm ſuus aduerſarius plenè probaſſet ſuam intentionem per inſtrumenta, vel per teſtes iam publicatos; quia tunc aduerſarius non cogeretur reſpondere poſitionibus ſuper facto iam probato tùm quia daretur occaſio detegendi periurium, ſeu falſitatem, & hoc non permittitur iuxta ea,quę dixi ſupra limitat.10. nu. 234. tùm quia hoc idem dicimus in iuramento litis deciſiuo vt dixi infra c. n. hancq; limitationẽ tenẽt Franc. Curt.tract.de poſit.breuiloquio.17. ſub n. 39.& nu.40. & 41.Neuiz.conſ.7.num. 5. in fine & nu.6. & Maſcar. tract.de probat.concluſ.1177.num.65.& 66.lib.3.

Comprobatur iſta limitatio,quia nec iſto caſu cogeretur iurare de calumnia & renuens iurare non habetur pro confeſſo,teſtibus Iaſ. & Neuiz. quos retuli & ſequutus ſum ſupra cap.1. nu.217.

DECLARA iſtam limitationem,vt licet non cogatur reſpondere, tamen volens admitteretur, & eius confeſſio in poſitionibus præiudicaret probationibus, vt dixi.infra.

279 LIMITA XIII. in poſitionibus, quas aliquis faceret poſtquàm aduerſarius ceſſiſſet liti, ſeu iuri, quia poſt ceſſionem non teneretur reſpondere ſecundum Bal.in auth principales.§.quod obſeruari.num.24.verſ. quęro hic.C.de iureiur. prop. cal. & fuit doctrina Innoc. in cap dudum.il 2.de elect.quos refert,& ſequitur Franc. Curt. tract. de poſit. breuiloquio. 19. num. 43. & probatur argumento textus in l.ſi reus paratus.ff.de procur.

280 RESTRINGE iſtam limitationem ſecundum ſtylum Rotæ deciſ.40.alias 779.de teſtib.in antiqu.vt non procedat,quando termini eſſent ſeruati vſquè ad concluſionem,& pars actrix peteret,quòd reus reſpondeat ſuis poſitionibus & articulis,quia deberet adhuc compelli ad reſpondendum,non obſtante ceſſione.

281 LIMITA XIIII. in poſitione captioſa,ſeu cauilloſa; quia non tenetur aduerſarius illi reſpondere Glo. in cap.2.in verbo.rationabili.de cõfeſſ.in 6.Odoffr.Beneuen.tract. de poſition.ſub num 18.verſ.decima quarta,& eod.tract.Iacob.de Aren.nu.43.eod.verſ.& Vber. de Bob. ſub num.54.verſ.eod.Spec.tit.de poſit.§. ſeptimo. verſ.decimo.num.20.& verſ. decimoquarto.num. 33.& verſ. decimoſeptimo. nu. 37. Paul. de Caſtr. in auth. principales.§.quod obſeruari.ſub num.16.C.de iureiur.propt.calum.& ibidem ante eum Bal.num. 21. Iaſ.in l. controuerſia.num.4.ff.de tranſact.Grauat. in annot.ad pract. Veſtr. lib.5.cap. 14.num.19.in fine.Additio ad pract. Papien.in forma excipiendi contra potiones in gloſ.impoſſibiles.in fine.fol.256.Maſcar.trac. de probat. concluſ. 1177. num. 36. limit. 7. Gail. in pract.obſeru. lib.1.obſeru.82. num. 12. Caputaqu. deciſ.527.num.3. in verbo. poſitiones. par. 2. & eſt limitatio communis.

282 Et definiunt communiter poſitiones captioſas dici, quando reſponſurus incidit in laqueum, ſiue reſpondeat affirmatiuè,ſiue negatiuè; quia per quandam calliditatem, & ſterilem diſcuſſionem, vel interrogationem fiunt ad concedendum oppoſitum eius, quod fuit iam negatum,vel è contra;ad negandum,quod fuit iam conceſſum v. g. in 1. caſu pono ſic: quòd Titius fuit procurator Seij: aduerſarius negat: deinde pono ſic: quòd Titius fecit excoli vineas Seij:quòd vẽdidit eiuſdem Seij vina: quòd culturam poſſeſſionum ſuarum ad miniſtrando peregit: quòd idem Seius mandauit dicto Titio quòd ea, quæ ſupradicta ſunt, vel aliqua ex eis,faceret: hoc ſi concedatur, manifeſtè concluditur contrarium eius,quod prius negatum fuerat, ſcilicet, quòd Titius non erat procurator.

Iſta limitatio ſicut comprobari poteſt ex his,quæ dixi ſupra limit.2.in ampl.nu.177.& n.233.& 234.vbi firmaui,quempiam non cogi ad reſpondendum poſitioni, per quam incideret in periuriũ;ſic quoq;ex eiſdem po-

283 teſt reputari ſuperflua;quia poſitio captioſa,& poſitio, per quam quis detegeretur periurus ſunt in effectu eædem.ſicut colligere potes ex his, quę promiſcuè loquitur Spec.tit.de poſit.§.ſeptimo. verſ.decimo.nu. 20. verſ.decimo quarto.n.33.& verſ.decimo ſeptimo n.37. & ſecundũ Caputaq.vbi ſupra captioſa cõfunditur cũ crimino ſa: quia ſi negat incidit in periurium,& ſi fatetur,detegit turpitudinem ſuã,& ad neutrũ poteſt cogi.

284 AM-

284 AMPLIA hanc limitationem, vt procedat etiamſi peteretur reſponderi cum deliberatione, quia adhuc non teneretur reſpondere: Et licet Odoffr. Benenen. Iacob. de Aren. & Vber. de Bob. in locis allegatis tenuerint contrarium; tamen iſta ampliatio confirmatur primo; quia cœteri Doctores loquuntur indiſtinctè; ſecundo quia ſi poſitioni ſuperfluæ, ſeu per quã quis incideret in periurium non cogitur reſpondere, etiam cum deliberatione, ne illaqueetur, & incidat in periurium: ergo idem dicendum in poſitione captioſa, vbi militat eadem ratio.

285 Et iſta limitatio maximè procedit, quando examinandus eſſe ruſticus idiota iuxta ea, quę dixi lib. præcedenti cap. 86. nu. 32.

286 RESTRINGE hanc limitationem, vt non procedat de conſuetudine, ſecundum quam vidi fieri huiuſmodi poſitiones captioſas, & intricatas, & aduerſarios cogi ad reſpondendum; hæcq; reſtrictio ſeruatur præſertim in interrogatorijs reorum in cauſis criminalibus tàm contra doctos, & verſutos, quàm contra idiotas; quamuis de iure, præſertim in idiotis eſſet contrarium reſpondendum per ea, quæ dixi dicto. cap. 86. num. 32.

287 Captioſas etiam poſitiones vocauimus nos infra cap. 9. num. 846. eas, in quibus actor poſuiſſet ſuam intentionem abſolutè, & iniuſtè ageret: & reus non poſſet probare ſuas exceptiones, quas in veritate haberet, quia tunc licet teneretur illis etiam de iure omnino reſpondere, quoniam non appareret de captione, tamen poſſet eas ſine reatu periurij negare, vt dixi d. cap. 9 num. 836. 837: & 848.

288 LIMITA XV. in poſitione alternatiua, quia, cum pariat obſcuritatem, interrogatus non cogitur reſpondere, teſtibus Spec. tit. de poſit. §. ſeptimo. verſ. vigeſimo non valet. num. 45. Papien. in pract. in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſ. incertæ: num. 2. fol. 254. & Franc. Curt. tract. de poſition. breuiloquio 8. num. 22. fol. 11. qui allegant plura iura: & cum pariat obſcuritatem faciunt quæ dixi ſupra limit. 3. num. 180.

289 RESTRINGE vt non procedat, quando fieret ſuper obligatione ſimiliter alternatiua: quia tunc teneretur reſpondere, vt tradunt ijdem Papien. & Franc. Curt. vbi ſupra: v. g. petij in libello quòd tradas mihi vel decem ſcutos, vel triginta operas, prout fuit inter nos conuentum &c. ſequuta negatione, pono quòd tu alterum ex prædictis mihi promiſiſti.

290 RESTRINGE II. vna cum eod. Franc. Curt. loco citato, quando incertitudo reſultans ex alternatiua procederet ex facto reſpondere debentis: hoc idem dicimus in libello.

291 RESTRINGE III. vna cum Doct. & Iaſ. in l. ſi ex pecunia. n. 17. C. de fur. vt non procedat quando ponerentur duo remedia, quorum vtrumquè ſufficeret pro victoria.

292 LIMITA XVI. in poſitione actoris ſuper iure, ſeu titulo rei, poſſeſſoris conuenti, quia reus non cogitur reſpondere, teſte Franc. Curt. tract. de poſit. breuiloquio 16. num. 39. & ratio eſt, quia nemo tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis l. cogi. C. de petit. hæred. cum concordantibus, allegatis ibi à Gloſ. Bal. ibidem num. 1. & 4. Franc. Curt. vbi ſupra. Ioan. de Selua de benef. par. 3. q. 25. num. 1. fol. 85. Philip. Franc. tract. de petit. diſp. nu. 33. fol. 328. Rot. decis. 1. alias 4. in fine de reſtit. ſpol. in nou. & Menoch. quem citaui ſupra n. 131. in fine.

Comprobatur iſta limitatio, quia licet reus nullum ius habeat, tamen, actore non probante, abſoluitur, vt ex Spec. Ant. de Butr. & alijs retuli & ſequutus ſum infra ampl. 4. nu. 416.

293 RESTRINGE ſpecialiter, vt non habeat locum in petitione hæreditatis, in quo iudicio reus tenetur reſpondere an ſit hæres, & ex quota parte, & ſic tenetur reſpondere de iuribus ſuis non ſolum in poſitionibus, ſed etiam in interrogationibus, in quibus militaret maior difficultas Bal. in d. l. cogi. ſub n. 1. verſ ité cogitur. & n. 5. verſ. veni. ad quæſtiones. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 7. limit. 2. num. 5. & hanc reſtrictionem teneo pro expedita & reſoluta, ſi poſitio, ſeu interrogatió fiat ante litis conteſtationem, vt actor poſſit dirigere iudicium.

294 RESTRINGE II. generaliter, vt non procedat in ſpoliato poſſeſſione, quam detinebat contra ius commune; quia tunc teneretur docere de titulo ſuæ poſſeſſionis, etiam ſi ageretur ſolo poſſeſſorio, alias non reintegratur ad poſſeſſionem, vt in laico poſſeſſore deciſiarum, & dicente ſe ſpoliatum quòd non debeat reſtitui, ſcribũt A. M. Papaz. in addi. ad Rot. d. deciſ. 1. n. 7. de reſtit. ſpol. in nou. & late Afflict. deciſ. 324. nu. 3. & 4. adde quæ in poſseſſione retinenda ſcripſi ſupra num. 131. reſtrict. 4.

295 EXTENDE iſtam reſtrictionem vt ſit vera etiã ſi nõ eſſet ſpoliatus, ſed interrogaretur à iudice ex officio de titulo ſuæ poſſeſſionis, quia teneretur illũ oſtẽdere & non ſufficeret docere de poſſeſſione, teſtibus A. M. Pap. vbi ſupra. & latè Io. de Sel. d. q. 25. num. 7. fol. 86. & in caſu huius extenſionis intelligo Bal. in d. l. cogi. num. 4. C. de petit. hered. & alios, dum ſcribunt, poſſeſſorem in beneficialibus debere oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, & pro hac extenſione faciunt quæ ſcripſi infra nu. 419.

296 RESTRINGE in caſu oppoſito, quando interrogaretur de titulo ad inſtantiam partis: quia tunc non tenetur de eo docere, quamuis eius poſſeſſioni reſiſteret ius commune Bal. d. num. 4. A. M. Pap. d. num. 7. & Io. de Sel. d. q. 25. num 6. & in caſu huius reſtrictionis procedunt ea, quæ ſcripſi infra nu. 418. dum dixi, reum eſſe abſoluendum etiam in beneficialibus, quamuis nõ conſtet de eius iure; actore non probante.

EXTENDE II. eandem ſecundam reſtrictionem, vt ſit vera etiam ſi ſpoliator quoquè poſſideret contra ius communes: quia adhuc ſpoliatus non reintegraretur, quia, cum vterquè ſit vitioſus poſſeſſor, poſſidendo contra ius commune; dicimus, in pari cauſa turpitudinis melioré conditionem eſſe poſſidentis, vt dixi infra num. 424. ſed iudex iſto caſu poterit ex officio procedere, & vtrumquè amouere à poſſeſſione vt illicitos detentores iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. præced. & infra nu. 419.

297 LIMITA XVII. in poſitionibus ſuper emergentibus, de quibus principalis non potuit veriſimiliter inſtruere procuratorem, quia procurator, habens ſpeciale mandatum ad reſpondendum poſitionibus, non cogeretur reſpondere poſitionibns ſuper illis emergentibus Franc. Curt. tract. de poſit. breuiloquio 20. num. 44. poſt Bal. in auth. principales. §. quod obſeruari. ſub num. 24. C. de iureiur. prop. calum. quem pro ſingulari. allegat; ſed daretur ei dilatio ad conſulendum ſuum principalẽ. Maſcar. de probat. cõcluſ. 1176. ſub n. 57. lib. 3

Poteris, ſi placet, videre nonnullas alias limitationes apud eundem Franc. Curt. eod tract. de poſition. num. 48. 49. & 50. quas induſtria omitto: videto etiam Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 7. num. 12. 13. 14. & 16 vbi ponit quaſdam alias limitationes, & licet loquatur de interrogationibus, tamen cogita, an poſſint adaptari, vt habeant locum etiam in poſitionibus.

Poſitio negatiua an admittatur.

DIFFICVLTAS I.

298 Dubitatur nunc de quibuſdam alijs poſitionibus, & articulis an ſit admittendi, eiſquè reſponderi oporteat, & primo de poſitione negatiua.

Reſp. videtur prima facie dicendum, quòd non.

Primo quia quæ probabilia non ſunt, poni non debent, cum poſitiones ſint inuentæ loco probationũ, vt dixi ſupraq. 6. num. 84. Sed negatiua non eſt probabilis cap. bonę memoriæ. il. 1. de elect. cap. ſuper hoc. de renunt. & l. actor. C. de probat. & notant Spec. tit. de poſit. §. ſeptimo. verſ. octauo. num. 16 Odoffr. tract. de ordin. iud. num. 33. & tract. de poſit. num. 13. verſ. octauo occurrit. & eod. tract. Iacob de Aren. num. 34. & §. 4. num. 10. & ſeqq. & Vber. de Bob. nu. 48. & Mart. de Fan. tract. negatiua qualiter probanda. nu. 4. nam negare ſapit non eſſe, & nos dicimus, quòd non entis nullæ ſunt qualitatis, vt dixi lib. 1. cap. 85. num. 9. in fine.

299 Se-

299 Secundo, quia negare est contra naturam positionis; cum ponere sit affirmare, & fateri, vt dixi lib. præced.cap.60. num.7.& ideo.benè inquit Spec.tit. de position.§. 7. num. 15. vers. octauo.dum ait. qui negat non ponit, sed remouet: Igitur cum positio negatiua sit contra naturam positionis, sequitur vt non sit admittenda.

Tertio: quia vsus positionum fuit inuentus ad releuandum actorem ab onere probandi, vt dixi dicto cap.
300 60. num. 5. † Sed actor nec potest, nec tenetur probare negatiuam, teste Bal. in auth. principales. §. quod obseruari. num. 18. ibi. sexto. C. de iureiuran. prop. calum. Ergo non potest poni; sic argumentatur Odoffr.Beneuen. vbi supra: Istis & alijs rationibus adducti præcitati Doctores, & etiam Mascar.trac.de probat.conclus.1177. n.29.lib.3.videntur constituisse hanc regulam; quòd positio negatiua non sit admittenda, quam multis modis declarant.

301 Contrariam sententiam: quòd sit admittenda, eique responderi oporteat: scribunt infrascripti Doctores esse hodie approbatam in cap. 1.de confess.in 6.Spec. d. §.septimo. vers. item si negatiua.fuo num.17.ibi.hodie verò. Bar. in l. quidam in iure. num. 2. ff. de donat: & in auth. principales. §. quòd obseruari. num. 31.C. de iur. prop. calum. Papien. in pract. in forma excipiendi contra positiones. in glos. ac negatiuæ. fol.259. & Franc. Curt. tract. de posit. breuiloquio. 14. num. 36. & certè cum habeamus textum apertum, res non eget disputatione; licet antiquitus pateretur non modicam controuersiam apud iuris interpretes, sicut testatur Papien. vbi supra, & dixi satis lib. præced.cap. 60.num. 8. & ita seruatur in Camera Imperiali, vt refert Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 82. num. 13. dum testatur solam positionem iuris responsione non indigere.

RETENTA ista contraria sententia.

302 DECLARA eam esse veram, quando iudex; æquitate suadente; viderit expedire, vt admittat. Iacob. Gentil. tract.de ordin.iudic.ibi. in nomine domini.nu. 37.fol.43.Guid.de Suzar.eod.tract.num.45.& seqq.fol. 36. dicens ita seruari in Curia Romana; & sic ad literam loquitur text. in d.cap.1. de confess. in 6. cum qua declaratione Odoffr. Iacob. de Aren. & Vber. de Bob.tract.de posit.in locis citatis supra nu.298. arbitrati sunt esse veram etiam de iure ciuili sine isto textu iuris canonici.

303 QVANDO dicatur, æquitate suadente, expedire, non tradũt in hoc determinatam doctrinam, sed solum expediunt per quosdam casus, in quibus dicunt posse poni negatiuam.

I. CASVS est, quando negatiua est coarctata loco, & tempore, vt colligitur ex textu in l.optimam. C. de contrah.& comm. stipul. vbi ad probãdum, quòd testes seu alia persona, descripta in instrumento non fuerint præsentes instrumento, conceditur, vt possit probari, eos illa die fuisse absentes ab illo loco.& ex c.ex tenore. de testib. vbi etiam post publicatas attestationes conceditur facultas probandi super nouo articulo negatiuam coarctatã loco, & tempore; quia tunc diceretur probari non directè sed indirectè, & per obliquũ cũ adiectione temporis, vel loci, seu alicuius consimilis; quo casu admittitur probatio negatiua: quia non est simplex, & pura negatiua, & probatur factum affirmatiuum, exquò in necessariam consequentiam deducitur probatio negatiuæ: nam inclusio vnius est exclusio alterius.

304 DECLARA istum casum esse verum, quando contra negatiuam vrget præsumptio iuris: quia tunc negans haberet necesse probare negatiuã, vt dicit Bal.in auth. principales.§. quod obseruari. num. 18.vers.sexto.C. de iureiur.prop.calum. alias probatio negatiuæ reijceretur etiam vt impertinens, & superflua, vt declarat Franc.Curt.tract. de posit.num. 36.dicens quòd si reus negauit mutuum, super quo fuit conuentus; non admitteretur ad probandam suam negatiuam cum eius intentio satis sit fundata eo ipso, quòd actor non probat mutuum.

305 II. CASVS est, quando negatiua est prægnans, implicans affirmatiuam, vt in l.nec codicillos. C. de codicil.& l.si filius.ff. de probat.& c. super hoc.de renunt. vt puta si quis poneret, quòd non sponte renunciauit, implicaret affirmatiuam, quòd coactus renunciauerit. dicto c.super hoc.Glos.in c. bonæ il 1. in verbo. per rerum.de elect.Spec. tit.de posit.§.se primo.nu. 17. sub vers. octauo. vers. sed forte.& Iacob. de Aren. tract.de position.num.35.& §.4. sub nu.12.& eod.trac. Odoffr. Beneu.sub n.13 versus finem. & Vber.de Bob. nu.49.& alia exempla refert Hercul. tract.de neg.proban.nu.10.& 11.adde quæ scribit Bal.in l. 1. nu. 82.C. de confess.

306 III. CASVS est, quãdo est negatiua qualitatis, vt puta: non est idoneus, non est legitimus, non est diligens, non est soluendo.

307 IIII. CASVS est, quando est negatiua iuris, vt si neges emancipationem esse ritè factam l.ab ea parte.§.1. ff. de probat.

308 V. CASVS est; quando negatiua habet præsumptionem iuris contra se, vt dixi in primo casu.

309 VERVM ego arbitror, hos casus relatos a Doctoribus potuisse assignari; inspecto iure iure ciuili; sed inspecto iure canonico in d. cap. 1. de confess. censeo vna cum Franc.Curt.vbi supra, positionem negatiuam esse indistinctè admittendam, præter impertinentem, & sic ius canonicum in dicto cap. 1. determinat, seu declarat ius ciuile in hoc, vt positio pertinens debeat admitti, quamuis sit negatiua simplex, & pura, & nulla qualitate coarctata; quia si est pertinens, expedit, & facit ad causam, & consequenter suadet æquitas, vt admittatur, prout loquitur textus in dicto cap. 1.& ideo Hercul. tract. de proban.neg. num.209. male repræhẽdit Franc. Curt.vbi supra, dicens nihil particulare fore in positionibus negatiuis; quia etiam affirmatiuæ, si sint impertinentes, reijciuntur: nam; respondẽdo ei; dicimus, differentiam remanere inter positiones, & inter articulos negatiuos, qui quamuis sint pertinentes, reijciuntur; sed quòd non remaneat inter positiones affirmatiuas, & negatiuas, hoc est, quod nouiter est prouisum à iure canonico, cum de iure ciuili esset differentia seu saltem non esset decisum; & consequẽter iudico reijciendam esse distinctionem, quam ipse subnectit.

Non obstant adducta in contrarium, & primum, quòd negatiua sit impossibilis.

310 Quia respondeo, id esse verum; quando ageretur de probatione facienda per testes, secus si de probatione facienda per confessionem partis, vt in casu nostro; & ratio est, quia in principali cessat omnis suspitio falsitatis, quæ militaret aduersus testes, qui deponerent simpliciter super pura, & simplici negatiua iuxta ea, quæ scripsi infra num. & in tantum differt probatio, resultans ex confessione ab ea, quæ fit testium depositionibus, vt confessio quandoquè non compræhendatur intra terminum datum ad probandum iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 60.num. 12. Et licet positiones fuerint inuentæ in locum probationum, tamen non propterea amittunt particulares suas qualitates.

311 Ad secundum respondeo, considerando positionem dupliciter. aut enim consideramus positionem simpliciter: & isto casu admitto, quòd negatiua est contra naturam positionis. aut consideramus effectum positionis, qui est vt id, quod dicitur in positione, habeatur pro confessato: & isto casu dico, quòd negatiua non est contra naturam positionis, quia confessio ita potest esse negatiua, sicut potest esse affirmatiua; & ideo in confessione pœnitẽtiali confitemur commissa & omissa: dico vlterius, quòd est considerandus effectus positionis, quia positiones sunt inuentæ ad probandum per confessionem partium, & ideo considerata positione in suo effectu, cessat argumentum.

312 Ad tertiũ negamus quòd non possit, nec debeat probari negatiua: nam quòd possit patet ex his, quę dixi supra num. 303. & num. 309. in fine vers. non obstant. quòd aliquando debeat probari patet ex his, quæ tradit Rota decis.3. alias 40. de probat. in antiqu. & quæ latè scripsit Hercul.de neg.prob.nu.2.

313 RESTRINGE modo istam sententiam, vt habeat locum in positionibus, vt locuti sumus, secus in articulis,

lis,quia in eis negatiua fimplex reputatur impoffibilis probatu,& propterea non admittitur;admittitur tamē negatiua non fimplex, de qua dixi fupra num. 303. & feqq.vfque ad num.309.

DIFFICVLTAS II.
MODVS I.

De articulis obiectiuis appellantis, feu &c. admittendis vel non.

314 Dubitatur de pofitionibus, feu articulis obiectiuis; nunquid fint admittendi:& ante refolutionem eft præmittendum quot modis confiderentur articuli obiectiui, feu impugnatiui; alias redderemur obfcuri, & poffemus videri cōtrarij,vt benè aduertit Rot. diuerf. in practicabilibus par. 2. in fine fol. 160. & fequendo eandem Rot.dico,poffe confiderari tribus modis.

Primo poffunt confiderari quoad appellantes iuxta textū in c.vt circa.de elect.in 6.& clem. conftitutionē. eod.vbi difponitur qđ appellantes ab electione,poftulatione,& prouifione ecclefiaftica,opponētefq; aliqua contra electionis,poftulationis,feu prouifionis formā, aut contra perfonas eligentiū,vel contra perfonā electi,feu eligendi,& prouidendi; debēt in inftrumēto publico, feu literis fuper appellatione cōfectis exprimere oīa,& fingula, quę intendūt obijcere contra formā, feu contra perfonas,& debēt infuper iurare corā perfonis authenticis,qđ credunt ea,quæ fic expreſferunt, effe vera,& fe poffe probare;alioquin ea, quę non expreſferint tpe appellationis &cū iuramēto,nō poterūt poftea deducere, fi fint obiectiua, vt in dictis iuribus.

315 Secundo poffunt confiderari fecundum ftylum & vfum Palatij quoad articulātem extra appellationem, de qua in præced.primo modo.

316 Tertio pofsūt cōfiderari, prout in eis requiritur fpecificatio materiæ obiectiuæ tā in primo,q̄ in fcdo mō.

317 SI confideremus articulos obiectiuos primo modo iuxta c.vt circa.& clem.conftitutionē.cōcludo eos nō debere admitti,nifi fuerit feruata forma dicti c. vt circa.de qua forma & de tota materia vide Gl. magiftralem in d.clem.conftitutionem.quæ copiosè enarrat.

318 DECLARA nūc articulos obiectiuos in ifto primo modo dici eos, qui non deducunt principaliter ius articulantis,licet includerent illud fecundario, & in confequentiā Oldr.conf.170.ad hoc.num.1.& Rot. diuerf. vbi fupra nu.3.4.& 8.

319 EXEMPLIFICA iftā declarationē in eo,qui articularet;opponendo, quofdam ex electoribus aduerfarij fuiffe criminofos:nam ifte articulus diceretur obiectiuus;quia dās illū,nō deducit principaliter ius fuū, nec fe fundat in eo;licet augeatur,vt aduertit Archid.in dicto cap.vt circa.fub num.1.ibi. fed & fi impugnem.

320 EXEMPLIFICA II. qñ duo,qui expectarent beneficium proximè vacaturum, & de eodem vterquè fecerit fibi prouideri per executores, & quilibet eorum à proceffu,&prouifione alterius appellauerit;qa fi vnus in profecutione appellationis dederit in articulis de confumptione gratiæ contra alium;quia aliud beneficiū acceptauerit, dicetur articulus obiectiuus ex eò, quòd licet ex facto aduerfarij augeatur ius dātis eiufmodi articulū,tamen ius ipfius non fe fundat principaliter in eo.Thom.Faft.cauf.7. dub.24.

321 EXEMPLIFICA III. in cafu,quē ponit Oldr. conf.116.Titius impetrauit ecclefiā S.Petri die 15.Februarij tanquā vacantē per mortē quondā Ioānis rectoris dictæ ecclefiæ: Sepronius impetrauit eandē die 15.Martij.orta eft contentio inter eos.Sempronius,qui fecit per viam appellationis caufam cōmitti in curia, dat hūc articulū:item ponit & probare intendit qđ Io. quondā rector S.Petri deceffit poft diē 15.Febr.& ante 15.Martij. Titius dicit hūc articulū nō debere admitti, quia prima pars, dum vult probare mortē poft diē 15. Februarij impugnat, & non defcendit ex appellatione: impugnat,quia concludit quòd gratia Titij fuit fuꝑ beneficio viuētis eò qđ præcedit in datā diē obitus.

322 DECLARA per oppofitū nō obiectiuos,fed de iure dantis dici eos,qui tendūt principaliter ad cōferuationem iuris dantis, quāuis fecūdario excludāt ius aduerfarij;feu dic cū Oldr.d.conf.170.n.1.articulus nō obiectiuus fed de iure dātisdicitur ille,q directè canonizat titulū,feu ius fuū, & quo deficiēte etiā fine aliquo cōpetitore,vel obiectore,canonice poffidere non poffet: & dicitur canonizare titulum fuum quando dat perfonæ fuæ habilitatem,conferentis poteftatem,modi congruitatem,& rei collatæ in hunc actum deducibilitatē.

323 EXEMPLIFICA in duobus litigātibus fuper benecio,qđ pertinebat ad collationē epi, & capituli fimul, quorū primus fuit electus ab epo, & capitulo coniunctim calendis Septembris, & fecundus à capitulo tm̄, ideo fecundus,vt iuftificet ius fum,& fic poteftatē eligendi tunc fpectaffe ad capitulū tm̄, deducit in articulis epm tpe electionis aduerfarij fuiffe excōicatum, pro quibus verificandis deducit epum de tali die,menfe, & anno fuiffe excommunicatū adeo quòd tempus excommunicationis præcedat electionē primi electi, & ifto cafu dicit Rot.diuerf.vbi fupra nu. 7. qđ exquò ius fuum tantum profequitur,nec electionē primi,nec perfonam tangit,nō dicitur dare articulos obiectiuos.

324 RESTRINGE nunc feu declara multipliciter difpofitionem dicti cap.vt circa.& confequenter conclufionem,quam ex eo firmaui fupra nu.317. quæ omnes reftrictiones notantur in d.clem.conftitutionem.

RESTRINGE ergo primo, vt habeat locum folum in appellatione extraiudiciali;fecus in iudiciali, quia in appellationibus factis in iudicio feruatur difpofitio aliorum iurium, loquentium de appellationibus, vt aduertunt Gl. magna in d.clem.conftitutionem nu.60. de elect.& Rot.diuerf.in practicabilibus. par. 2. in fine.fol.160.verf. quarto fallit.num. 17.

325 RESTRINGE II. vt non habeat locum,quando contra electū, vel prouifum nō opponitur crimen,feu defectus;fed opponitur aliud, quàm crimen, feu defectus;quia tūc nō eft neceffe,vt feruetur forma c. vt circa.dicta clem.conftitutionē:de elect.puta fi diceret,electū renūciaffe Rot.dec.16.alias.322.de excep.in antiq.

326 RESTRINGE III. vt non habeat locū;qñ ea, quæ opponuntur,refpiciunt directè ius ecclefiæ, vel ius opponentis,fed folū qñ opponuntur per quemlibet competitorem appellantē; prout declarat d.clem.conftitutionem. huiufq; reftrictionis exemplū habes ex Glo.in dicta clem.in verbo. ecclefiæ. & quòd non confideretur folū,an articulus in perfonā,vel formā alterius aliquid impugnando incitet,fed confideretur folū,an caufa,vnde competit ius agendi vel excipiēdi,directè defcendat à iure dantis ad hoc vt articulus dicatur de iure dantis,fcribit Rot.decif.1.alias 36. nu.3. de accufat. in nou.quam refert,& fequitur Lancell.tract.de attent. par.3.cap.24.q.1 num.38.fol.428.

327 RESTRINGE IIII. vt non habeat locū in appellatione ad inferiorē Papa Rot.dec.13.alias.41.n.3.de teftib.ī ant.& Rot.diuer.in practicabilibus p.2.in fi.n.18.

Alios cafus,feu reftrictiones,fi quæ funt, collige ex his,quæ congefsit Rot.dicta decif.13.& diuerf. vbi fupra nu.10.& feqq. vfque ad num. 21.

De articulis obiectiuis,qui dantur ad probandum fuper negotio principali admittendis,vel non.

MODVS II.

328 SI confideremus fecundo modo & magis in fpecie noftra,videlicet quoad articulantem fecundum ftylum Palatij: concludo fimilliter, eos non debere admitti; quia cum ex eis non includatur ius articulantis; funt tanquam impertinentes, vt declaro num. feq.

329 DECLARA articulos obiectiuos in ifto fecūdo modo dici quando nec principaliter,nec fecundario includunt ius articulantis Rot.decif.17.alias 607.n.2.de excep.in antiq.& diuerf.in practicabilibus p.2. vbi fupra nu.27.& probatur ex c.cum cōtingat.& ibi Gl. in verbo.nihilominus.de off.deleg.quia tunc viderentur etiā impertinentes,vt dixi fupra num. 171. & calumniofi.

330 EXEMPLIFICA iftam conclufionem; quando opponeretur crimen per modum exceptionis illi, cui eft facta prouifio de beneficio; quia tunc oppofitio non habet locum, quia per oppofitionem criminis non datur

Q

tur priuatio beneficij, nisi crimen opponatur per modum accusationis.Rot.decis. 1. alias 178. de except. in antiq.& diuers. vbi supra num. 79.

331 EXEMPLIFICA etiam;sed hoc exemplum procedit solum in Audientia,& non in Cancellaria;quando opponeretur quòd electus ad beneficium est inelegibilis ad quodcunque beneficium ecclesiasticum obtinendum, quia tenuerit ecclesiam curatam,& infra tempus non fecerit se promoueri, recipiendo fructus, & prouentus post lapsum tempus de promouendis; & sic allegatur, quòd est transgressor canonum; & ratio est,quia iste transgressor puniretur solum in beneficio, quod obtinuit,& non in alijs Rot.decis.3.alias 326. de except.in antiq.& diuers. vbi supra num. 80.

332 EXEMPLIFICA etiam in articulis, in quibus daretur de iure tertij, vel de non iure rei iuxta ea quæ dixi n.seq.& n.405.& 416.sed pulchrum exemplum sume ex l.quoniam.C.ad l.iul. de adult.vbi seruus,accusatus de adulterio, non potest excipere de lenocinio: quia hæc exceptio ipsum non tuetur; & vide de hoc exemplo Staf.de liter.iust.in verbo.quando appellatur. num.11.& 12.

333 DECLARA per oppositum,non obiectiuos, sed de iure dantis dici in isto secundo modo; quando secundario saltem includunt ius articulantis Rot. decis. 14. alias.64.nu.5.de testib. & decis.vlt.alias 828.de excep. in antiq.dicens,quòd materia obiectiua, quando efficitur de iure dantis, est admittenda; exemplificans in gratia: si neutri ius competat; quia tunc ex ostensione quòd ius non competat aduersario emanat ius dantis articulos, cui per hoc prouidebitur Rot.diuers.in practicabilibus.par.2.in fine sub num.2. vers. quo vero.& num.27.Mil.in repert.in verbo. articuli non dicuntur. fol.29.latè Fely.in cap.olim.sub num.10.limit.1. de rescript.dicens ex Rota,quòd licet sit obiectus,non recipitur tamen vt obiectus,sed vt ius partis; & sic nota differentiam inter articulos obiectiuos quoad materiã cap.vt circa.quia dicuntur obiectiui etiamsi secundario includant ius articulantis, & inter articulos extra materiam dicti cap.& secundum stylum Palatij: quia non dicerentur obiectiui,& propterea admitterentur, nec esset seruanda forma dicti cap. vt circa.

334 DECLARA II. vt dicantur de iure dantis,quoties principaliter tendunt ad includendum ius articulantis,licet partem aduersam reijciant.Rot.decis. 1.alias. 27.de seq.posses.& fruct.in nou.& diuers.vbi supra nu. 26.& quòd non consideretur solum an articulus in personam, vel formam alterius aliquid impugnando incitet, sed solum an causa, vnde competit ius agendi vel excipiendi,directè descendat à iure dantis, vt dicatur de eius iure dixi supra num.326.& hæc omnia quæ dixi in ista conclusione,procedunt in actore.

335 LIMITA modo præfatam conclusionem, dum dixi quòd articuli obiectiui, qui non sunt de iure dantis, non sunt admittendi, vt non habeat locum in reo;quia is potest dare obiectus contra actorem, cum sibi sufficiat vincere per non ius actoris, etiam si reus prædictus ius non haberet Rot.decis.7. alias 419. nota an reus.de except. in antiq. & alij, quos retulimus & sequuti sumus infra num.423.vers. secundum.

Articuli obiectiui an admittantur post lapsum terminum.

336 Sed hic suboritur dubium; an isti articuli obiectiui, qui possent admitti, possint admitti etiam post lapsum terminum,datum ad probandum.

Resp. conclusio est,quòd de rigore iuris post peremptorium nemo deberet admitti ad probandum,nisi beneficio restitutionis in integrum Oldr.cons. 167. ante omnia.sub num.1. vnde cum post litem contestatam omnes termini sint peremptorij, vt dixi lib. præced. cap. 91. num. 28.& in proprio dubio Rot. diuers. in practicabilibus. par. 2. in fine num.22.sequitur,quòd, nisi articuli dati sint intra terminum ad articulandum, amplius admitti non possint.

337 Et hunc rigorem seruat semper Rota in articulis obiectiuis, & criminosis, pro quibus etiam restitutio denegatur Rot.decis.2.alias.30.num.2.de seques. poss. & fruct.in nou.& decis.17.alias 607.sub num. 1.de except.in antiq. Egid. Bellam.decis. 475. quem refert & sequitur Rot. diuers. vbi supra num. 24. & 33. & benè explicat Oldr.d.cõs.167.dicẽs,quòd respectu deferentis prælatum suum est materia odiosa eò, quòd iura præsumunt inuidiæ causa fieri:& quia qui alium accusat,vel defert, genus illaudabilis intentionis assumit.

338 AMPLIA istam conclusionem in articulis obiectiuis multis modis, & primo, vt procedat etiam si pars verbo deduxerit articulos in termino;quia requiritur, quòd facto dederit Egid. rub. de iniurijs conclus. 439. articuli dati.& Rot.decis.17.de except. in antiq. A. M. Papaz.in addit.ad Rot.decis.11.alias.92.litera. b. de rescript. in nou.

339 AMPLIA II. vt procedat etiamsi articulans portet articulos die præfixa,sed dicat,se velle eos corrigere, & reportare;quia Auditor potest ei dicere,quòd, si articuli sunt obiectiui, non admittet, cum eos non det in termino Rot.decis.32.alias.709.de probat. in antiq. & diuers.in practicabilibus par.2.in fine num. 31.

Multas alias ampliationes prosequitur Rota diuers. vbi supra num.32.& seqq.quas poteris videre.

340 LIMITA modo, vt non procedat, si esset impetrata commissio,quòd admittantur, non obstante lapsu termini,Rot.decis.11.alias 92. de rescript. in nou. & diuers.vbi supra num. 42.Staf. de liter.iust.in verbo. quando appellatur. num. 8.

341 LIMITA II. quando articuli probarentur per instrumenta, & eorum recognitiones, & sigilla per testes; quia admitterentur, etiam lapso termino Rot. decis.20.alias 388. de testib. in antiq.& diuers.vbi supra num. 44.

342 LIMITA etiam,vt non procedat in secunda vel tertia instantia,Staph.d. num. 8. & 9.

Alias limitationes prosequitur eadem Rot. diuers. vbi supra num. 46. & seqq. quas poteris videre.

343 LIMITA demum, vt,demptis articulis obiectiuis & criminosis, Rota de æquitate etiam in causa prophana non seruet hunc rigorem; quia admittit articulos etiam sine restitutione in integrum Rot. decis. 2.alias 165.versus finem de restit.in integr. & decis. 9. alias 101.de testib. in nou.& decis.21.alias 449.eod.in antiq.& Rot. diuers. vbi supra num. 23.

344 EXTENDE istam limitationem, vt si essent articuli rei,deberent admitti non solum de æquitate; sed etiam de iure secundum ea,quæ tradit Rot.decis.2. alias. 30. sub num.3. versus finem de seq. poss.& fruct.in nou.

De articulis obiectiuis quomodo debeant esse benè specificati &c.

MODVS III.

345 SI consideremus tertio modo:concludo, articulos obiectiuos debere regulariter in quolibet casu esse benè dispositos, & bene formatos, & specificatos, alias non admitterentur Rot.decis. 28. alias. 649. de testi.in antiq.& diuers.in practicab.vbi supra num.70.& ratio est, quia, cum articuli obiectiui præsumantur calumniosi,Rot.decis.17.alias.607.sub nu.2.de excep. in antiq.& decis.1.alias 36.num.2.de accusat.in nou. & diuers. vbi supra, requiritur exacta specificatio ad reprimendam calumniam.

346 RESTRINGE seu declara hanc conclusionem, vt non requiratur tanta specificatio, seu tàm exacta quando articuli obiectiui descendunt aliquo modo ex iure articulantis, & sic quando non sunt merè obiectiui;& ratio est,vt dicit Rot.dicta decis.1.sub num.2. de accus. quia quando sunt merè obiectiui,articulans dicitur velle alijs nocere,& sibi non prodesse, & videntur calumniosi, & ideo requiritur exacta specificatio iuxta l.libellorũ. cum sua materia. ff. de accus. & Rot. decis.18.alias.255.de testib.in nou.sed quando descendunt ex iure dantis,cessat præsumpta calumnia,& hinc Rot.dicta decis.1.nu.2.de accus.in nou. tenet,in articulis super actione iniuriarum ciuiliter intentata non requiri tantam specificationem; dummodo articulans agat de propria iniuria; quia articuli dicuntur de iure dantis;quare quamuis sint obiectiui, tamen; si conti-

neant etiam ius dantis; non requirunt exactam specificationem, vide omnino Fely.in cap. olim.sub num. 10. vers.limita prædicta.de rescript.

347 EXEMPLA articulorum obiectiuorum non benè specificatorum, & propterea non admittendorum sunt ista.

Primum est in articulis de incompatibilitate, videlicet, quòd quis possideat per se, vel per alium; vel de consumptione gratiæ, quòd quis acceptauit beneficiũ per se vel per alium; non exprimẽdo illum alium, quia dicerentur articuli non benè specificati, licet sint boni Rot.decis.vlt.de except.in nou. & diuers.in practicab. par.2.in fine num.77.

348 Secundum exemplum in articulis, in quibus Decanus, & Capitulum articularent exemptionem à iurisdictione ordinarij à tanto tempore, cuius contrarij non extat memoria: quia debent exprimere alium, qui præscripserit in eos iurisdictionem, Rota decis.1.alias 239. de præscrip.in nou.& diuers.vbi supra nu.78.

Casus, in quibus non requiritur specificatio, & in quibus articuli dicuntur benè specificati secundum varias Rotæ decisiones, vide Rot. diuers. vbi supra nu. 81.& seqq.& num. 101. & seqq.

DIFFICVLTAS III.

349 Tertiò dubitatur signanter de positionibus, & articulis, in quibus daretur seu exciperetur de iure tertij an sint admittendi.

Iste articulus non potest dissolui ex his solis, quæ dixi præced.diffic nu.314. & est broccardicus, & prolixus, & propterea difficilior quàm appareat, vt liquebit ex infradicendis.

Pro solutione sunt distinguendi tres casus principales, quos placeat Deo vt rectè sciamus explicare, cum Cyn.in l.cum seruum.vers.secundo oppono.num.3. & seqq.per totam.C.de seru.fugit.Bar.in l 2.ff.de except. rei iud.Bal.in repet. l. iusiurandũ.col.mihi.26. in prin. ibi.ad id verò quod dicis. fol.31.col.1.ff. de iureiur. & in d.l.cum seruum.C.de seru. fug. & alij in diuersis locis laciniosa, obscura, & difficili distinctione procedant, & alij quidam mutilatè pertranseant, inter quos poteris etiam videre Put.decis.366.lib. 1.& Cæs. de Grass. decis.1. alias 90.num.7.de except. fol.131.

CASVS I.

Successor an possit opponere de iure eius, cui successit.

Primus casus igitur sit; quando is, qui dat seu opponit de iure tertij, successit illi tertio: Et in isto casu constituo regulam, quòd possit opponere, & excipere de iure sui auctoris.cap. is qui in ius.de reg.iur.in. 6.l. qui in ius.ff.eodem.l.si tertius.§.si quis prius. ff. de aq. pluu.arcen.Bar.in dicta.l.2.ff.de except. rei iud. Aret. Instit. de except. in rub. vers. venio nunc ad quintum. num.12.præsertim ibi.& aduertas. & communiter omnes in diuersis locis.

350 DECLARA I. istam regulam, vt habeat præcipuè locum in successore vniuersali, in quem transeunt iura actiuè & passiue, tàm agendo, quàm excipiendo, siue ius sit personale, siue reale, siue mixtum, tàm pro, quàm contra, vt declarat Dyn.in dicto cap. is qui in

351 ius. † & quòd in successorem vniuersalem transeat etiam ius personale probatur primo ex textu in l. viã veritatis. iuncta. l. præcedenti. C. loc.vbi hæres obligatur ex locatione, & conductione defuncti tàm per-

352 petua, quàm temporali; † secus est in successore singu-

353 lari; quia in eum non transit obligatio personalis: † Secundo probatur ex his, quæ tradit Dyn. in cap.priuilegium.de reg.iur.in 6. dum ostendit beneficium restitutionis in integrum transire ad hęredes, quod tamen est

354 personale; quia non transit ad fideiussores: † idem ostendit in beneficio Velleiani, quod competit mulieribus pro alijs intercedentibus, quia transit ad hæredes.

355 RESTRINGE istam declarationem, vt non habeat locum in iuribus, seu priuilegijs concessis personæ vti causæ immediatæ concessionis; quia ista dicuntur iura inseparabilia, & cohærentia personæ, vt declarat Bal.in repetit.l.iusiurandum.col.mihi 26.in principio.ibi.respondeo quod verum, fol.30. col. 1. ff. de iureiur.

356 EXEMPLIFICA I. istam restrictionem in priuilegio concesso marito, patri, patrono, & similibus, si qui sunt, vt non possint conueniri, nisi in quantum facere possunt, deducto ne egeant: quia hoc priuilegium sequitur personam, & ideo hæredes eorum possunt in solidum conueniri; non habita ratione; ne egeant, Dyn. in d. cap. priuilegium. in principio; supple tamen tu iuxta ea, quæ dixi infra num. 386. quòd licet possint conueniri in solidum, non tamen possent cogi ad cedendum bonis.

357 EXEMPLIFICA II. in pacto, quo quis paciscitur, ne à se petatur, sed vt ab hærede petatur; quia hæredi exceptio non proderit ex quò est pactum personale, quod personam paciscentis non egreditur.l.si tibi decem.§.si quis paciscatur.ff.de pact.

358 EXEMPLIFICA III. in legato alimẽtorum, quod non transit ad hæredes; quia finitur cum morte alimentarij; & ideo est merè personalè respectu alimentarij.cui debentur, sed non respectu eius, à quo debentur; & propterea obligatio alimentandi transit etiam ad hæredes obligati, vt latè hæc declaraui infra cap.9. num.1098. 1099. & seqq. ad eũm.

359 DECLARA II. eandem regulam, vt habeat locum in successore singulari l.inuitus. §. plerumque. ff. de reg.iur.l.si aquæ ductus.ff de contrahen. empt.vbi seruitus aquæ deducendæ, quæ debetur prædio, transit in emptorem prædij & l.forma §.quanquam.ff.de censib. vbi immunitas concessa loco porrigitur ad successorem loci.l.si rem legatam ff.de except.vbi exceptio doli, seu quod metus causa, quæ competerent possessori rei legatæ contra testatorem, competunt etiam contra legatarium petentem rem legatam. & hanc 2. declarationem sentiunt Bal.in l.omnia.C.de episc.& cleric. Paul.de Castr.in d.l.si rem legatam num.1.& 2. Dec.in l.qui in ius.num.1.& seq.ff.de reg.iur.& Aret.Instit.de except.in rub. vers. venio nunc ad quintum num. 12. ibi. & aduertas.

360 SVBDECLARA hanc secundam declarationem vt procedat, quando ius excipiendi est in rem, seu cohæret rei.& æquitas excipiendi, quæ erat in authore, est etiam in successore singulari quia isto casu dico intrepidè, quod illud ius excipiendi transit in singularem successorem, Aret.Instit. de except. in rub. vers. in hoc autem articulo num. 13. & in isto casu habent locum exempla superius adducta: & in terminis huius casus intelligam textum in l. si tibi decem. §. pactum conuẽtum ff.de pact. dum dicit quòd pactum, conuentum cum venditore, prodest etiam emptori, si pactum in rem constituatur. Dyn. in cap. is qui in ius. ibi. in singulare autem successore. de reg. iur.in 6.dum scribit simpliciter, quòd ius excipiendi cohærens rei transit ipso iure in singularem successorem, & Dec.in d.l.qui in ius.dum num.3.scribit dicta per eum procedere in iure reali, prout loquitur ille textus.

EXEMPLIFICA etiam istam subdeclarationem in pacto quo cõsanguineus, habens ius retractus, promittit domino vendituro se iure retractus non vsurum: quia istud pactum proderit emptori & in eum transibit, vt latè firmat ampliando Tiraqu. de retraict. lignag.§ 1.gloss.9.vers.sed quid si.num. 112. 113. & 114. fol.72.& nu.129. fol. 74.

Sed an prodarit secundo emptori vide eundem Tiraq.ead. gloss.9. num.126. & seqq. fol.74.

361 AMPLIA istam subdeclarationem vt habeat locum, etiamsi essemus in obligatione camerali; quia exceptio competens principali competit etiam fideiussoribus, & impedit executionem dictæ obligationis Rot. diuers.decis. 95.num.1.par.1.

362 RESTRINGE eandem secundam declarationem, vt per oppositum non procedat quando non est eadem æquitas in singulari successore, quia tunc exceptio non transit. Aret. vbi supra.

363 EXEMPLIFICA istam restrictionẽ vna cũ Aret.ex l. quæsitum est.§.si annua ff. de pecul. vbi vendens seruũ non potest conueniri actione de peculio post lapsum annum à creditore ipsius serui; sed emptor potest conueniri, qui tamen subuenitur in eo, vt non teneatur creditori ad eam quantitatem, quam à venditore consequi potuisset, sed solum ad reliquum.

364 RESTRINGE II. eandem secundam declarationem positam supra num. 359. vt non procedat qñ ius excipiendi cohæret personæ, quia tunc non potest egredi personam, & ideo non transit in successorem singularem Aret. vbi supra, & Dyn. per diuersa verba. in d.cap.is qui in ius. vers. sed dic quod aut. dicens, qđ si ius erat cohærens personæ, & in fauorem personæ inductum, regula non procedit, & Dec. in d. l. qui in ius. nu. 3. dicens quòd ius personale, vel obligatio personalis non sequitur successorem singularem.

365 EXEMPLIFICA hanc secundam restrictionẽ in l. emptorem C. locat. vbi emptor fundi locati, qui dicitur successor singularis, non tenetur stare colono, cui prior dominus, idest venditor locauerat; & pro ista exemplificatione vide Bal. ibidem in summario.

366 EXEMPLIFICA II. in actione, quia non transit in singularem successorem sine cessione secundum Paul. de Castr. in l. si rem legatam. num. 2. ff. de except. secus tamen est in exceptione, quia transit, vt scribit idem Castren. vbi supra, & ideo ista exemplificatio non inseruit proposito: quia non loquitur in iure excipiendi sed in iure agendi.

Alias exemplificationes poteris inuestigare per te ipsum inter fallentias, quas ponit Gl. in d. cap. is qui in ius. de reg. iur. in 6.

367 EXTENDE eandem secundã restrictionẽ, vt procedat tàm in iure fauorabili, quàm in odioso: quia sicut fauorabile non transit, ita neque odiosum cohærens personæ iuxta ea, quæ scribunt Arch. in cap. 1. sub nu. 3. de except. in 6. Dyn. in d. cap. is qui in ius. vers. quæri aũt potest. Felyn. in c. intelleximus. vers. tertiadecima. n. 14. de iudic. & Galles. ad form. camer. oblig. par. 3. tit. de persona petentis executionem nu. 3. & 4. fol. 360. dum scribunt, quòd cessionarius excommunicati potest agere pro iure sibi cesso, quamuis non possit agere excommunicatus, reddentes rationem, quia excommunicatio tangit personam & non rem.

368 Hæc tamen extensio an habeat locum in eo, qui est cessionarius banniti, vide Nell. tract. de bannit. 1. par. 2. temp. q. 74. per totam fol. 374. vbi multa refert; & tandem concludit in cessione facta post bannum, quòd exceptio banni non obstet cessionario banniti, si cessio sit ex causa necessaria, vt puta quia cedat fideiussori qui ei iam soluerit: sed in cessione voluntaria concludit idem, si sit ex causa onerosa, & agat cessionarius actione vtili nomine suo, & non probetur facta in fraudem: & hæc omnia mihi videntur vera: secus inquit, si cessio sit ex causa lucratiua, quia obstat secundum eum exceptio: ego hoc vltimum non firmo: vide etiam Io. de Grass. tract. de cess. iur. nu. 10. fol. 73. qui tenet indistinctè qđ valeat, si bona non sunt publicata.

369 DECLARA eandem secundam restrictionem, vt si ius cohæret personæ non eò, quia personam nõ egreditur, sed quia cum persona finitur: tunc transeat in singularem successorem pro tempore tamen vitæ sui authoris, & non post mortem eius, Aret. Instit. de except. in rub. vers. in hoc autem. num. 13. versus finem.

370 EXEMPLIFICA in l. si tibi decẽ. §. si pactus sim. ff. de pact. vbi si quis paciscatur, ne à se, neque à Titio petatur, illud pactum prodest ei & Titio, durãte vita ipsius paciscentis, sed ipso defuncto, & existente hærede eodem Titio, pactum illud amplius non prodest Titio.

De exceptione cohærente rei, & de exceptione cohærente personæ.

371 Pro intelligentia subdeclarationis primæ, quam posui supra nu. 360. declara qualis exceptio dicatur cohærere rei, & qualis dicatur cohærere personæ.

Exceptio cohærens rei dicitur illa, quæ concernit radicem obligationis, qualis est exceptio doli mali, exceptio iurisiurandi, exceptio non numeratæ pecuniæ, & similes, vt declarat Aret. Instit. de except. in rub. vers. sed aduertas. num. 14.

372 Sed quando sit eadem æquitas in successore singulari, quæ erat in authore, & quando non, oportet recurrere ad leges, &, deficientibus legibus, ad rationem naturalem.

373 Exceptio cohærens personæ dicitur illa, quæ personam, vel eius qualitatem concernit potius quàm radicem obligationis, vt declarat Aret. loco proximè citato. & his sit absolutus primus casus.

CASVS II.

Fideiussor an possit excipere de iure principalis.

374 Secundus casus est; quando is, qui opponit de iure tertij, opponit vt fideiussor de iure principalis obligati: & in isto casu considero similiter duas qualitates cohærentiæ.

Prima qualitas est, quando ius seu exceptio cohæret causæ, seu rei.

Secunda est, quando cohæret personæ tantum iuxta l. exceptiones. ff. de except. seu præscript.

CAPIO primam; quando cohæret causæ seu rei; & concludo, quòd omnes exceptiones, competentes reo principali, competunt etiam fideiussori. l. omnes. ff. de except. seu præscript. & hæc est regula, & probatur ex §. fin. Instit. de replicat. & testatur Mars. sing. 125. tu scis regulam. vbi alia iura deducit: pro eadem regula videto Glos. in d. §. fin. in verbo. fideiussoribus. Papien. in pract. in form. libelli. con. plures reos deben. in gloss. intercesserunt. num. 4. fol. 680. qui loquitur indistinctè, & M. Ant. Cucch. tract. de morat. præscrip. num. 123. limit. 17. fol. 204. qui loquitur de pacto de non petendo, quod est in rem, & factum principali debitori; & in ista qualitate põt procedere ampliatio, quam ponit Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 34. ampl. 8. num. 25. dicens quòd fideiussori, qui promisit principalem sistere in iudicio, & non repræsentat, possunt competere defensiones, quæ ipsi principali competerent.

375 AMPLIA istam conclusionem, vt habeat locum non solum in exceptione, quæ competebat principali tempore fideiussionis, sed etiam in ea, quæ superuenit, vt declarando, tradit Ias. quem videas in l. si quis quẽquam. num. 1. ff. si quis caut. quem refert, & sequitur Addit. ad pract. Papien. vbi supra fol. 681. col. 2. in verbo. possunt vti.

376 AMPLIA II. vt habeat locum etiam in spontaneo fideiussore, non præcedentibus præcibus debitoris Rom. sing. 317. tu sai quòd exceptiones.

De exceptione doli mali &c.

377 Infero ex præfata conclusione, quòd exceptio doli mali, pacti conuenti, quod metus causa, rei iudicatæ, & similes, quæ competerent reo principali, possunt opponi etiam per fideiussorem l. exceptiones ff. de except. Gl. in d. §. fin. in verbo. fideiussoribus. in fin. Instit. de replicat. idem dico de exceptione compensationis, seu solutionis, competentẽ principali, quia competet etiam fideiussori Rot. diuers. decis. 51. num. 9. lib. 2. & hæc circa primam qualitatem cohærentiæ.

378 CAPIO secundam; quando exceptio cohæret personæ tantum: & in ea concludo contrarium; quòd exceptiones, quæ competunt reo principali, non competunt fideiussori dicta l. exceptiones. ff. de except. & M. A. Cucch. d. tract. de morat. præscrip. limit. 17. n. 122. & 124. & seqq. fol. 204.

De exceptione in quantum facere potest.

379 Infero ex ista conclusione seq. oppositas illationes.

Prima illatio est, quòd exceptio, quæ datur socio, patrono, marito, & similibus, ne possint conueniri, nisi in quantum facere possunt, non datur eorum fideiussoribus dicta l. exceptiones. in principio. ff. de except.

De exceptione inhibitionis.

380 Secunda illatio est, quòd inhibitio obtenta à principali non prodest fideiussori, testibus Bal. in l. 1. nu. 3. & ibidem Ias. nu. 2. C. de diuers. rescript. Mars. sing. 125. tu scis regulam, & alij quos refert & sequitur Vrsill. in annot.

annot.ad Affl. deciſ.206.num.3.qui volunt,quòd ſi ego acceperim à te mutuo centum,& fecerim chartam du pli, dederimquè fideiuſſorem, & poſtea in curia epiſcopali petierim declarari contractum vſurarium nomine mei,& fideiuſſoris;& inſuper inhiberi iudici ſæculari,ne interim procedat contra me, nequè contra fideiuſſorem; & curia epiſcopalis, inhibendo,fecerit mentionem ſolum de me debitore principali;ſi poſtea à iudice ſeculari fuerit captus fideiuſſor;volūt,inquā,
381 quòd captura teneat, & non relaxetur. † ex quo Apoſtilla ad Bal.vbi ſupra in litera i. notat,quòd fideiuſſor poteſt capi, pendente lite cū reo principali & Lancel. tract. de attent. par. 2. cap. 20. limit.6. nu. 1. & ſeqq. fol. 414. firmat regulam, quòd executio facta contra fideiuſſorem poſt inhibitionem obtentam à principali; non eſt attentata.

Limita tamen iſtam illationem, prout limitat Lancel. dicta limit. 6. num.9. & ſeqq. fol.414.

De exceptione ceſſionis bonorum.

382 Tertia illatio eſt,quòd ceſſio bonorū,facta per principalem debitorem, non prodeſt fideiuſſori; & ideo creditor poteſt,dicto beneficio ceſſionis ſpreto,impunè procedere contra fideiuſſorem Inſtit.de replicat.§. fin.Bar. in l.hæres à debitore. §.quòd ſi ſtipulator.nu. 1.& 2.& ibi Addit.ff.de fideiuſſ.Aret.Inſtit.de action. §.fin.nu.10.Moder.tract. de proceſſ. execut.par.1.cap. 6.nu.113.& latè diſputando Brun.de ceſſion.bon. q.9. princip.nu.1.2.6. & 20.

De exceptione quinquenalis, ſeu moratoriæ conceſſæ à Principe.

383 Sed quid dicendum de dilatione quinquennali, ſeu moratoria conceſſa à Principe, ſeu iudice: nunquid conceſſa debitori principali, ſeruiat etiam fideiuſſori?

Reſpon. Petr.Iacob. ſecundum allegationem Bruni tract.de ceſſ.bon.q.9. princip. num. 2. tenuit quòd ſic.

Contraria ſententia ſuadetur ex his, quæ ſcribunt Bar.in l. hæres à debitore. §. quòd ſi ſtipulator.num.2. ff.de fideiuſſ.Bal. & Saly.in l.quoties.nu.4. C.de præc. imp. offer. idem Bal. in l.tàm mandatori. num.7.C.non num.pec.& hanc opinionem tenent Rebuff.ad conſtit. reg.gall. tom.1.tract.de liter.dilat.annal.art.1.gloſſ.1. num.24.Vrſill.in annot.ad Affl deciſ.5.nu.3. Brun. de ceſſ. bon.d.q.9.principali nu.3.4.5.& 6. Cauenſ. ſuper ritu.287.nu.13.& ibidem Carauit.num.16.Aret.Inſtit. de except.num.16.dicens,quòd ſaluusconductus,cōceſſus principali debitori contra ſuos creditores, non ꝑdeſt fideiuſſoribus.Menoch.de arbitr.iud.lib.2. cen. 3.caſ.203.nu.26. dicens, quòd ſi impetrans ſaluos cōductus vult,vt ſeruiant etiam fideiuſſoribus,debet eorum nomina exprimere,& pro illorum perſona etiam petere. M.Ant.Cucch.tract.de morat.præſcrip.limit. 17.num.125. fol.204.latè Moder.tract.de proceſſ.execut.par.1.cap.4. num.17.& certè hæc eſt omnium cō-
✻ munis * ſententia,prout teſtantur etiam Bou. tract.de ſtatut.vrb. præſcript.gloſſ.21. ſub nu.65.& Farinac.in
384 qq.crim.lib.1.q.29. ſub nu.25.& 26. † quæ communis ſententia in tantum reputatur vera, vt dicant moratoriam non concedi pro fideiuſſoribus Staph. de lit.iuſt. in verbo.quando concedatur moratoria.nu.8.fol.297.
385 † &,quòd beneficium quinquennalis dilationis, conceſſum omnibus cruceſignatis, non competat fideiuſſoribus,quia eſt ſignatis cōceſſum, & propter cauſam extrinſecam, quæ non lædit obligationē, ſcribit Aret. Inſtit.de except.in principio.verſ.ſecūdo. nu.15.in fine.& ſi vis ſcire quomodo,& quibus clauſulis conceditur moratoria in Vrbe,vide Staph.vbi ſupra & Mādoſ.de ſignat.grat.rub.de ſaluo conductu.fol.mihi 83.

Cautelæ vt dilatio, ſeu beneficium competens principali proſit fideiuſſori.

386 Verum aduerte,quòd & ſi exceptiones,& dilationes cōpetentes, ſeu conceſſæ debitori principali, nō ſint vtiles fideiuſſoribus iuxta ea,quæ dixi ſuperius; tamē dantur cautelæ vt efficiantur vtiles etiam fideiuſſoribus:etenim ſi loquimur de exceptione,quæ datur quibuſdam perſonis,ne teneantur, niſi in quantum facere poſſunt,vt dixi ſupra num. 356. & 379. tunc licet illa exceptio non proſit fideiuſſori,vt dixi d.num.356. tamen, ſi fideiuſſor carceraretur, & non eſſet ſoluendo, & propterea cogeretur à creditore ad cedendum bonis vt liberaretur à carceribus; poſſet debitor principalis comparere tanquam neceſſarius defenſor, & ex perſona propria opponere hanc exceptionem, & ſic fideiuſſor non cogeretur cedere bonis; ſed liberaretur, ſoluendo in quantum facere poteſt, Brun.de ceſſ. bon.q.25.quæſt.4. princip.num.5. vbi plura deducit. videto etiam Bar.in l.& ſi fideiuſſor.num.2.ff. de re iud. ſed an cogeretur ſoluere, deducto ne egeat, hoc non videntur definire,arbitror tamen quòd cogeretur cum egeſtate: & denique quòd fideiuſſor, cui non competit exceptio,quæ competit debitori principali, poſſit eidem debitori denuntiare, vt ſuſcipiat in ſe iudicium,admonent Bar.in l.verum.num.3.ff.pro ſoc.& Ioan.Guter.de actib.iur. cap.& num.15.

Cautela vt proſit inhibitio.

387 Si loquimur de inhibitione iuxta ea,quæ dixi ſupra num.380. tunc erit prima cautela, vt fideiuſſor opponat exceptionem excuſſionis, vt dixi infra num. 391.
388 † ſed quia vt plurimum iſta exceptio non habet locū; exquò fideiuſſores plerunquè intercedunt vti principales; ideo dari poteſt ſecunda cautela, vt fideiuſſor agat pro ceſſione iurium, & actionum, quia cum hæc creditor cedere non poſſit, minus ipſe fideiuſſor interim poteſt moleſtari iuxta ea,quæ dixi infra num.392.
389 † quòd ſi fideiuſſor renuntiaſſet huic beneficio cedendarum; tunc erit tertia cautela, vt agat pro releuatione indemnitatis, quam principales ſemper promittunt in inſtrumētoːnā ſi debitor principalis aſtriṅgeretur, inhibitio ſeruiret ei de vento: vnde, vt inhibitio ſeruiat, debet extendi etiam ad fideiuſſorem, qui, ſi non moleſtetur, non moleſtabit: caue ab iſtis duabus poſtremis cautelis quia adducta in eis non ſunt vera,cum inhibitio nec ceſſionem actionum, nec actionem pro releuatione indemnitatis impediat.

Cautela vt proſit ceſſio bonorum.

390 Si loquimur de ceſſione bonorum: & iſto caſu non reperio vllam cautelam pro fideiuſſore; quamuis Carauit.ſuper ritu.287.nu.18. in fine dicat,quòd dicta de moratoria habent locum in ceſſione bonorum, quod tu intelligas verum alijs reſpectibus,ſed non iſto.

Cautela vt proſit ſaluusconductus.

391 Si loquimur de ſaluoconductu, ſeu moratoria, & quinquennali dilatione; datur multiplex cautela fideiuſſori.

I. CAVTELA eſt,quòd opponat exceptionem excuſſionis principalis iuxta §. 1. Auth. de fideiuſ. & auth. præſente. C. eod.

392 II. CAVTELA eſt, vt opponat exceptionem cedendarum iuxta l. niſi. iunctis Gl. & not.ibi per Ang. ff.de pact.quas cautelas notat etiam Aret. Inſtit. de except.in principio. ſub nu.15. verſ.ſecundo poſtquā. dicens, quòd ſi exceptio oritur ex pacto, appoſito in perſona rei per modum determinationis, illa exceptio non prodeſt fideiuſſori; poteſt tamen,inquit, fideiuſſor excipere, quòd primo excutiatur principalis, vel quòd ſibi cedantur actiones efficaces: nā cum,ſtante moratoria, debitor principalis nec executi poſſit, nec cedi poſſint actiones, creditores repellendi ſunt; maximè ſi ab ipſiſmet creditoribus,ideſt, maiori parte conceſſa ſit moratoria,quia tunc daretur impedimentum excuſſioni & ceſſioni iurium culpa,& facto ipſorummet creditorum,qui dilationē conceſſerunt; eaſdemq. duas cautelas tacite aduertit etiā M.Ant.Cucch. tract.de morat.præſcrip.limit. 17.nu.126.& ſeqq. fol 204. dicens, quòd,ſi fideiuſſor non renuntiauit beneficio fideiuſſorum & cedendarum actionum, ſitua redditur dubitatio; exquò fideiuſſor non poteſt cōueniri,

niri, nisi excusso principali & cessis ipsi fideiussori actionibus, quæ excussio & cessio fieri non possunt, cum principalis non possit molestari propter moratoriā. postea idem M. Ant. Cucch. ibidem nu. 129. & 130. mordet in effectu istam secundam cautelam, & soluit.

393 LIMITA istas cautelas non habere locū quando fideiussores renuntiassent istis exceptionibus; quia tunc communiter * tenetur, & sine dubio, vt dicit Moder. tract. de processi. execut. par. 1. cap. 4. nu. 21. quòd non seruirent fideiussoribus: hancquè limitationem satis apertè sentit etiam M. A. Cucch. vbi supra num. 126. licet alias extra casum huius limitationis Cyn. in l. quoties. nu. 8. C. de præcib. imper. offer. quem referunt Bal. ibidem sub nu. 4. & Moder. dicto. cap. 4. nu. 19. reputarit hunc articulum valdè difficilem, dicens, se habuisse hanc q. de facto, eamquè fuisse valdè agitatam inter ciues albos, & nigros de Pistorio.

394 LIMITA II. quando moratoria esset concessa à Principe generaliter aduersus omnes creditores illius debitoris: ratio est, quia cum appellatione creditorū; largè sumpto vocabulo; comprehendantur etiam fideiussores; & ideo non possent habere regressum, durante moratoria; sequitur, per indirectum, quòd non possent se iuuare illa moratoria, agendo contra principalem, quia non possent agere; & consequenter moratoria redderetur vtilis ipsi debitori principali, qui eam impetrauit; quamuis non suffragaretur fideiussoribus, sicut exemplificando dixi infra nu. 400. vers. exemplifica 3.

395 III. CAVTELA extra istam limitationē, & supposita moratoria particulari contra aliquem certum creditorem, & non suffragantibus duabus cautelis supra relatis; est, vt debitor principalis cōpareat ex persona propria, & opponat de beneficio sibi concesso; dicendo, quòd, cum fideiussor esset actione mandati habiturus regressum contra se principalem, moratoria sibi non prodesset, vt hanc considerationem faciunt Bal. in l. tàm mandatori. num. 8. C. de non nu. pec. Carauit. super ritu 287. sub num. 18. ibi. secunda cautela. Vrsill. ad Affl. decis. 288. sub num. 1. Bou. de stat. vrb. præscript. glos. 21. num. 69. fol. 195. qui scribunt, quòd vbicunque moratoria seu exceptio concessa debitori principali esset inutiliter ei concessa, nisi extenderetur etiam ad fideiussorem; vt puta propter regressum, quem fideiussor haberet; tunc extenditur per indirectum ad fideiussorem; hácq; eandem tertiam cautelā notat M. Ant. Cucch. tract. de morat. præscript. limit. 17. vers. item videtur. nu. 131. & aperte nu. 135. vers. verum. & nu. 136. 137. & 140. fol. 205. eandem latius, & generalius ponit Aret. Instit. de except. in princip. sub num. 16. vers. sed tu aduertas. dans duplicem modum vtendi ea: primus est, vt si fideiussor, emptor, siue alius singularis successor, in quem exceptio, seu beneficium personale non transiret, fuerit conuentus, faciat sibi fieri cessionem dicti beneficij, seu iuris excipiendi à reo principali, qui in cessione faciat ipsum singularem successorem procuratorem in rem suam; quod potest fieri; & tunc, inquit, fideiussor, vel emptor poterit vti dicto beneficio, & exceptione sibi cessis; secundus est, & rectior, vt debitor principalis pro suo interesse, ne scilicet teneatur fideiussori actione mandati; seu venditor, ne teneatur emptori de euictione, compareant in iudicio, intentato contra fideiussorem, vel emptorem, & opponant exceptiones competentes etiam ex persona propria.

396 INTELLIGE tamen istam cautelam in terminis, in quibus loquūtur Doctores in ea citati, videlicet, quando principalis est defensor necessarius, qui à fideiussore posset conueniri pro releuatione indemnitatis; & venditor posset conueniri pro euictone, vt declarat Aret. loco supra proximè citato; seu quando aliter exceptio, & beneficium esset inutiliter cōcessum principali, vt declarant Bal. Carauit. & alij superius citati.

397 EXEMPLIFICA istam intelligentiam; quando alicui debitori esset concessa moratoria contra aliquem certum creditorem: quia si moratoria non suffragaretur etiam fideiussori, vtiquè fideiussor haberet regressum contra debitorem, & consequenter inutiliter esset concessa debitori principali; licet contrariū videatur sentire Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 29. sub num. 26.

398 INTELLIGE rursus per oppositum eandem cautelam, vt non habeat locum; quando fideiussor, seu alius singularis successor nō haberet regressum contra principalem debitorem, Aret. d. tit. de except. in princ. sub nu. 16. ibi. quod est verū, & nu. 17. vers. ex quo videtur.

399 EXEMPLIFICA istam intelligentiam in donatore, qui donauit fundum ea conditione, quòd non vult teneri de euictione, prout infert Aret. d. nu. 17.

400 EXEMPLIFICA II. in fideiussore, qui fideiussisset animo donandi, vel in rem suam, vel in casu l. marcellus. ff. de fideiuss. quia istis casibus principalis reus non potest comparere, vt defensor necessarius, & opponere exceptiones cōpetentes ex persona propria, Aret. d. tit. de except. num. 16. versus finem.

EXEMPLIFICA III. quando debitor haberet moratoriam aduersus omnes creditores: quia tunc debitor principalis repelleretur ab ista oppositione: & ratio est quia fideiussor, exquò venit appellatione creditoris, comprehenderetur in moratoria, & consequenter, durante moratoria, non haberet regressum contra principalem; & consequenter etiā principalis debitor nō potest allegare, quòd moratoria redderetur sibi inutilis, quia fideiussor, qui solueret, nō posset habere regressum, Carauit. d. rit. 287 nu. 18. in fine. & M. Ant. Cucch. tract. de morat. præscrip. limit. 17. vers. itē videtur. nu. 131. 132. & 133. fol. 204. & hæc de moratoria, seu dilatione concessa à Principe, seu iudice.

De moratoria seu dilatione concessa à maiori parte creditorum.

401 At quid dicendum de moratoria, seu dilatione concessa à maiori parte creditorum, nunquid proderit etiam fideiussoribus?

Resp. quòd sic quantum ad illam maiorem partem creditorum, qui concesserunt; secus quoad eos, qui non concesserunt: quia isti licet non possint conuenire debitorem principalem propter dilationem habitam à maiori parte creditorum, tamen poterunt conuenire fideiussores, vt tenet Farin. in qq. crim. lib. 1. quæst. 29. sub num. 25. & 26. † & ratio est; quia in simili videmus, quòd liberatio, seu pactum de non petendo, factum à maiori parte creditorum, prodest debitori etiā aduersus minorem partem creditorum, qui non consenserunt, & prodest etiam fideiussoribus debitoris quoad illos creditores, qui pactum fecerunt, sed non quoad illos, qui non fecerunt pactum: hi enim quāuis conuenire non possint principalem debitorem, tamen possunt conuenire fideiussores, vt scribūt Mathes. sing. 105. nota casum pulchrum. Cremen sing. 21. vnus textus. Strac. de decoctor. par. 6. num. 14. fol. 322. Simoncel. tract. de decret. in præfatione num. 112. in fine. vers. limitatur 2. fol. 289. & Farin. d. q. 29. sub num. 25. 402

De dilatione concessa à lege.

Quid dicemus de dilatione concessa à lege nunquid prodest fideiussori?

Resp. quòd proderit etiam fideiussori, vt sublimitando scribit M. A. Cucch. tract. de morat. præscript. limit. 17. sublimit. 5. num. 141. fol. 205. allegans textum in l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud.

Quid etiam dicendum, quando fideiussor accessisset post concessam dilationem debitori principali?

Resp. quòd proderit etiam fideiussori, quia videtur fideiussisse cū eadem causa, nisi in fideiussione se obligauerit ad soluendum certo die ante finitam dilationem M. A. Cucch. vbi supra num. 143. & 144. fol. 205.

403 Verum si vis magis distinctè habere theoricā, quando dilatio, seu exceptio, cōcessa principali, extendatur ad fideiussorem; vide Bal. in l. quoties. num. 4. C. de præc. imp. offer. & in l. tàm mandatori. num. 7. & 8. C. non num. pec. & Bou. de stat. vrb. præscript. glos. 21. nu. 62. & seqq. & quæ exceptiones competant fideiussori, & non principali, vide Bal. in d. l. tàm mandatori. num. 13. & seqq. & de exceptione præscriptionis vide Bal. ibidem nu. 10. & 14.

404 NOTA obiter in practica; quando in iudicio, moto contra

contra singularem successorem; puta contra emptorem, compareret necessarius defensor; puta venditor, & animo nouandi iudicium susciperet litem: quia tu, qui iudicium mouisti, debes legitime protestari, quòd aliquo modo non intendis nouare actionem tuam intentatam, vel ius tuum competens contra ipsum emptorem, seu fideiussorem conuentum; quinimò intendis prosequi ius, & iudicium tuum contra ipsum emptorem, sicut admonet Aret. Instit. de except. in princ. sub num. 17. ibi. ex his ergo. dicens, hoc esse perpetuo notandum, inferensquè etiam, quòd si necessarius defensor compareret, & vellet respōdere positionibus, quas tu dedisses contra emptorē, seu fideiussorem, tu posses replicare, quòd vis, vt respondeat conuentus principalis, tanquàm legalior & magis instructus.

CASVS III.

MEMBRVM I.

Actor an possit dare de iure tertij prorsus extranei.

405 Tertius casus: [& hic est proprius, de quo intendebam] est; quando quis dat in articulis de iure tertij prorsus extranei; & tunc Bar. in d.l.2.ff. de except. rei iud. facit aliam trimembrem distinctionem; alia etiam distinctio colligitur ex theorica Baldi in d.l. cum seruum. sub nu.1.C. de seru. fug. & ex his, quæ scripsit Paul. de Castr. cons. 8. ad id de quo vers. secunda ratio. nu.5. lib.3. quas omitto, quia sunt obscuræ, & videntur aptæ potius ad inuoluendam mentem iuuenum, quàm ad acquiescendam.

Isto igitur casu sunt distinguenda duo alia tantum membra.

Primum membrum est; quando is, qui dat, seu opponit de iure tertij, est actor: Et in isto membro cōcludo, eum non posse dare de iure tertij contra reum, textus est rotundus in l. vti frui. ff. si vsusfr. pet. & probatur ex l. loci corpus. §. competit. ff. si seru. vnd. vbi si quis, prætendens seruitutem in aliquo loco, prohibeat dominum ibi ædificantem, ne altius tollat; objjciendo de seruitute, quam illud ædificium debet ædibus alicuius tertij vicini, & non ædibus objicientis, inquit textus, quòd obiectio non releuat, quia satis est ædificanti, quòd ædificium, seu ædes liberas habeat
406 quantum ad ipsum, qui prohibet, & objicit; † Bar. tamen in d.l.2. & in dicto §. competit. & ibidem Bal. & Paul. de Castr. notant ex eo, quòd quis non potest excipere de iure tertij, quando non est exclusiuum ipso
407 iure intentionis, † & idem Bal. in dicta l. cum seruum. sub num.1. notat, quòd si ius tertij non releuat opponentem, non potest opponi; & sic faciunt vnum membrū distinctionis, quod mihi non probatur præcipuè, quia est difficilior declaratio, quàm declaratum: nam suscitatur noua & maior difficultas, quando scilicet ius tertij non sit exclusiuum ipso iure intentionis, & quando non releuet opponentem.

408 AMPLIA istam conclusionem, vt tūc propriè procedat; quando actor non est possessor rei, pro qua agit, sed est possessor reus cōuentus: quia tunc actor, dans de iure tertij ad fundandam suam intentionem, non debet audiri l. fin. C. de rei vendic. vbi actori non sufficit probare, res, quas petit rei vendicatione, esse alienas, & sic non potest venire iure tertij: quia debet docere de iure suo, & reo sufficit vincere per non ius actoris, vt dixi infra num.416. & quòd ius actoris debeat deduci ex iure, residente in persona ipsius, notat Bart. Socc. in d.l.2. nu. 7. ff. de except. rei iud. & in his terminis intelligo Rot. diuers. decis. 482. num.3. par.1.

409 Hæcquè conclusio, & ampliatio ad eam fulcitur sequētibus rationibus, adductis per Bal in d.l. cum seruum. licet iura per eum adducta non concludant: Prima, quia non debet quis posse experiri iure tertij sine mandato ipsius tertij; alias, succumbendo, præiudi-
410 caret alterius iuri contra tit. C. res inter alios acta: † Secunda, quia ius tertij non interest actoris, ergo non debet posse opponi; quia reputatur etiam impertinēs, cum illud ius tertij non pertineat ad ipsum.

411 Iuxta hanc conclusionem facio duas illationes.

PRIMAM: quòd si tu petis à me fundum Seianū rei vendicatione, & ego excipio, quòd prædictum fundum emi à Titio, & possedi triginta annos bona fide, & tu replicas emptionem fuisse nullam, quia Titius tempore venditionis erat minor viginti quinq; annis, & alienauit sine decreto iudicis, ego possum replicare, quòd nullitas, inducta ad fauorem Titij, non potest opponi nisi ab ipso Titio iuxta ea, quę scripsi supra cap.2. nu. 382. & 383. hinc quoque est, quòd dolo deceptus in contractu potest dicere de nullitate contractus, si vult, & non alius l. & eleganter. ff. de dol. mal. & ibi Glos. in verbo. nullam. prout, explificando illam legē, scribit Vital. tract. de clausul. in verbo. sed nunc restat. nu. 22. fol. 465.

412 SECVNDAM illationem: quòd actor nunquàm potest oppenere de iure fisci, Rom. cons. 76. in causa. nu. 6. quem refert & sequitur Additio ad Paul. de Castr. cons. 8. num. 8. in fine. lib. 3.

413 AMPLIA II. vt procedat etiam si quis ageret interdicto adipiscendæ possessionis; quia, si ad adipiscendam possessionem allegaret ius tertij extranei; non esset audiendus; & ratio est, quia, docendo de iure alterius, fatetur ius non suum, sicque constat de non iure ipsius: & quando constat de non iure suo, daretur ei vitiosus ingressus Fely. in cap. olim. limit. 3. sub nu. 10. alibi nu. 22. de rescript.

314 INFERO ex hac 2. ampliatione, quòd si locator rei ecclesiasticæ petat à cōductore pēsiones decursas, nō poterit cōductor ad euitandam solutionem excipere, quòd in locatione deficit superioris cōsensus, qui requirebatur, Crescen. decis. 1. alias 122. de loc. & conduct. & ratio meo iudicio est, quia licet in locatione rei ecclesiasticæ requiratur cōsensus superioris; tamē locator dicitur esse in possessione exigendi pēsiones, & cōductor dicitur possidere solū nomine præcario; & ideo conductor, qui recusaret restituere possessionem locatori, diceretur spoliare locatorem, vt scribit Menoch. de recuper. poss. remed. 11. num. 2. vnde conductor retineret naturam actoris; & ideo non potest opponere de defectu consensus superioris; quia opponeret de iure tertij.

Ex qua illatione nota pro intelligentia terminorū, quòd in isto primo membro sumimus pro actore eum, qui non possidet, quamuis in forma sit reus, exquò cōuenitur; & pro reo sumimus eum, qui est in possessione; quamuis agat.

415 AMPLIA III. vt procedat etiam si quis ageret interdicto recuperandæ; quia, si non doceat de iure suo, sed doceat de iure alterius, non est audiendus propter eandem rationem, testibus Rot. decis. 4. alias 160. sub num. 1. de re iud. in nou. & Fely. vbi supra.

416 AMPLIA IIII. prædictam conclusionem, vt sicut non potest dicere de iure tertij; ita neq; eidem profit dare de nō iure rei; quia actor nō per hoc vinceret, cū regula quotidiana, quæ colligitur etiam ex cap. olim. secundum Fely. ibidem vers. vltimo gusta. num. 18. alibi. nu. 10. de rescript. sit, quòd non sufficiat plene probare de nō iure rei, nisi probet etiam de iure suo l. fin. C. de rei vend. Diaz. reg. 600. quoniam & si reus nullū ius habeat, tamen absoluetur, actore non probante, vt scribit Spec. tit. de teste. §. nunc videndum. num. 6. vers. item agens. & ideo dixit Ant. de Butr. in cap. in præsentia. num. 8. in fine. ibi. oppono cum glos. de renunt. quem refert, & sequitur Fely. vbi supra, quòd nō sequitur: est exclusus aduersarius: ergo ipse agens & petens debet obtinere. & Rom. cons. 347. quoad articulū. inquit, quāuis declaretur, reo nullū ius cōpetere in beneficio, non tamē è contra intelligitur declaratū competere agenti; quia potest nec agentis esse beneficium, nec rei conuenti. l. si inter re & me. in fine ff. de except. rei iud. & l. pomponius. §. sed & is. ff. de procur. &, vt tradit Rot. decis. 4. alias 160. num. 2. de re iud. in nou. quando constat de nō iure actoris, reus, etiam quòd nullum ius habeat, non est amouendus à possessione, sed est absoluendus ab impetitis actoris; quia possessor non est eijciendus à possessione, nisi per eum, cuius interest, & habentem ius cap. cum nostris. & ibi Innoc. de concess. præben. & Fely. in d. cap.

cap.olim.limit.3.in fine ſub num.10.alibi ſub nu. 22. de reſcript.

417 EXTENDE iſtam quartam ampliationem, vt ſit vera etiam ſi reus propria confeſſione, ſeu probationibus admiſſis conuinceretur, ſe nullum ius habere: quia nihilominus; non probato iure actoris; eſſet abſoluendus, vt ex Compoſt. referunt, & ſequuntur Rot. deciſ. 7. alias 419. de except. in antiq. & Fely. ſub d. num. 10. alibi ſub nu. 19. ibi. fortius dixit.

418 EXTENDE rurſus præcedentem ampliationem, & extenſionem, dum dicimus, reum eſſe abſoluendum ab impetitis actoris; vt ſit vera etiam in cauſa beneficiali, prout loquuntur Doctores ſupra citati.

419 RESTRINGE iſtam extenſionem, vt non procedat quoad aliud iudicium, inſtituendum ex officio ordinarij, qui poterit illicitũ detentorem amouere Rot. d. deciſ. 7. alias 419. de except. in antiq. & Lancel. tract. de attent. par. 3. cap. 24. q. 1. nu. 36. fol. 428.

420 Verũ ſi aduerſus iſtam reſtrictionẽ opponeres quòd debet poſſe ex officio eum in eadem inſtantia inchoata cũ actore cõdemnare, & amouere à poſſeſſione ſine alio iudicio incohando; quando per propriam confeſſionẽ cõſtat de non iure ſuo, quia confeſſio non requirit telam iudicij iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 76. ſub nu. 8. verſ. ſi in tertio. & num. 9. verſ. ſi in ſecunda.

Reſp. id non eſſe verum, quãuis de non iure poſſeſſoris conſtet per propriam confeſſionem; & ratio eſt, quia licet confeſſio non requirat telam iudicij, tamen non operatur vt poſſit ferri ſententia ſuper inſtantia non inchoata, & ad diuerſum finem: quare ſi confeſſio emanauerit ſuper iudicio ciuili, non poteſt confeſſus condemnari criminaliter; quia condemnatio, ſeu ſententia non eſſet conformis libello, & conſequenter nõ valeret iuxta ea, quæ ſcribit Fely. viden. in d. cap. olim. ſub num. 10. alibi ſub num. 19. paululò ante finem.

421 † item quia, vt dicit Ant. de Butr. in cap. veſtra. ſub num. 35. ibi. quod dico verum. de cohabit. cleric. & mul. confeſſio non præiudicaret in eo, ad quod iudex non ſedet. & faciunt pro iſta ratione ea, quæ nos ſcripſimus lib. præced. c. 74. nu. 2. & ſub nu. 4. verſus finem.

422 LIMITA nunc præcedentem quartam ampliationem, vt non procedat, quando ex non iure rei, ſeu ex iure tertij includeretur ius actoris, quia tunc licet materia videatur obiectiua, tamẽ ſit de materia dãtis, vt latius declarando dixi ſupra nu. 333. 334. & 335.

DECLARA præfatam concluſionem, in qua ſupra num. 805. verſ. primus eſt. firmaui, quòd actor non poteſt opponere de iure tertij, vt actor in propoſito dicatur is, cuius aduerſarius poſſidet; & reus dicatur is, qui poſſidet; non attento quis eorũ moueat iudiciũ iuxta ea, quæ notaui ſupra nu. 414. verſ. ex qua. & hæc de primo membro.

MEMBRVM II.

Reus an poſsit dare de iure tertij prorſus extranei.

423 Secundum membrum eſt; qñ reus conuentus opponeret de iure tertij: Et in iſto mẽbro conſtituo regulã in contrarium, quòd poſſit excipere etiam de iure tertij, Socc. in l. 2. num. 6. ff. de except. rei iud. & Caputaq. deciſ. 133. alias. 20. num. 2. par. 3. quia reo, vt dixi, ſufficit vincere per non ius actoris. & quòd propterea poſſit in articulis dare obiectus cõtra actorẽ, quãuis etiam conſtaret de non iure ipſius rei, tenent Rot. deciſ. 4. alias 160. de re iud. in nou. & deciſ. 7. alias 419. de except. in antiq. & Rot. diuerſ. par. 2. in fine in practicabilibus. num. 108. fol. 162. Fely. in cap. olim. ſub nu. 10. alias ſub num. 19. verſus finem. de reſcript. & Lancell. de attent. par. 3. cap. 24. q. 1. num. 35. fol. 428. & cap. 31. num. 197. fol. 464. & diximus ſupra num. 335.

424 verſ. limita modo. † & ratio eſt, quia iura magis abhorrent, quòd carẽs titulo ingrediatur poſſeſsionem, quàm quòd iam ingreſſus [quamuis careat titulo] non eijciatur, quoniam turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes cap. quemadmodum. de iureiur. & in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis, vt ſcribunt Rot. d. deciſ. 4. & Fely. vbi ſupra.

425 EXEMPLIFICA I. iſtã regulam in eo, qui occupaſſet vtile dominium emphiteotæ, quia, ſi dominus directus velit ab eo illud condicere; poteſt reus poſſeſſor excipere de iure emphiteotæ Paul. de Caſt. in l. indebiti. §. & ſi nummi. num. 13. & Iaſ. ſub num. 11. ff. de condic. indeb. & quòd hæc ſit cõmunis * opinio teſtatur Bart. Socc. in d. l. 2. num. 15. ff. de except. rei iud. dicens in fine illius legis, quòd, quamuis contraria opinio ſit ſubſtentabilis, non eſt recedendum à prædicta communi, pro qua refert ſe vidiſſe conſultum in magna cauſa per omnes ſolemnes Doctores totius Italiæ.

426 EXEMPLIFICA II. in hærede inſtituto; quia aduerſus legatarium, agentem pro legato, poterit excipere de nullitate teſtamenti ob præteritionem filij I. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. & irr. teſtam. vbi ſi filius præteritus contratabulauerit teſtamentum patris, illudquè annihilauerit, hoc ius nullitatis, competens præterito, poteſt allegari etiam ab alijs filijs inſtitutis ad excludendum legatarios, agentes Bar. in l. 2. ſub num. 1. ibi. quandoquè &c. etiam ſi tertius non contradicat &c. ff. de except. rei iud. & Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 2. ff. eod. notans ex ead. l. 1. quòd cum filius præteritus poſſit contratabulare teſtamentum, & ab inſtituto hæreditatem auferre, & annihilare legatum, inſtitutus hæres poteſt contra legatarium agẽtẽ ſe defendere ex iure filij præteriti: quia quouſquè ſperatur moueri quæſtionem à filio ſuper hæreditate non debet poſſe legatarius agere contra hæredem inſtitutum.

427 EXEMPLIFICA III. in vero debitore; quia poteſt excludere creditorem, deducendo alienum debitum, ſicquè excludet ius actoris; & tamen ipſe quantũ ad ſe fuiſſet condemnatus, cum re vera eſſet debitor, ſed tamen vincit proter non ius actoris. l. 1. §. quamquàm. ff. ad ſenatuſc. trebell. & l. quandiu. ff. de bon. libert. Rot. deciſ. 5. alias 433. num. 2. vt lit. pend. in antiqu.

INFERO ex iſta exemplificatione, quòd debitor, cõuentus à creditore actione hypothecaria ex generali hypotheca, poteſt excipere rem illam, ad quam creditor agit, non fuiſſe, nec eſſe ſuam, ſed alterius & nominare dominum, pro quo poſſidet, & percipit fructus, & debet hoc probare, ſicque excludet actorem ab illa re Negus. tract. de pign. par. 2. num. 2. fol. 194.

DECLARA iſtã illationẽ vt procedat in hypotheca generali vt loquitur, ſecus in hypotheca ſpeciali, quia tunc debitor non poteſt excipere, rem illam, ſpecialiter creditori hipothecatã, non eſſe ſuam; quia ſic excipiendo allegaret ſuum mendacium, & propriam turpitudinem, ex quò rem non ſuam hypothecauit Negus. vbi ſupra.

428 EXEMPLIFICA IIII. in vſurario, conuento ab alio vſurario ad reſtituendas vſuras ſibi extortas, aut ad computandas illas in ſortem: quia poterit excipere quòd prius ipſe reſtituat vſuras, quas extorſit ab alijs cap. quia fruſtra, & cap. michael. de vſur. ſicq. in iſto caſu admittitur, vt reus poſit obijcere de iure tertij Lup. tract. de vſur. in 4. comment. ſuper cap. quamquàm. de vſur. nu. 14. fol. 146.

429 EXEMPLIFICA V. in eo, qui certat de retinenda poſſeſsione, quia is poſſet contra turbantem excipere etiam de iure tertij; vt ſentit Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 595. dicens, quòd ius tertij poteſt allegari, ſi cõtradictor eſt poſſeſſor, iunctis his, quæ ſcribit ibidem nu. 578.

430 DECLARA I. iſtam regulam, vt procedat in terminis, in quibus loquitur Rot. deciſ. 4. alias 160. in princ. de re iud. in nou. videlicet quoad effectum abſolutionis, non quoad effectum adiudicationis.

431 DECLARA II. vt procedat in reo, qui poſſeſſionem cœperit ante litem motam; ſecus ſi fuerit intrurſus poſt litem motam; quia non poſſet dare obiectus, ſeu opponere de iure tertij Rot. dicta deciſ. 5. alias 433. vt lit. pend. in antiqu. & ratio eſt, vt tradit Lancell. de attent. par. 3. cap. 24. q. 1. num. 39. fol. 428. quia in iſto intruſo lite pendẽte ceſſat illa ratio, quòd melius ſit tueri reum in poſſeſſione, quàm dare

dare actori vitioſum ingreſſum, quam ad duxi etiam ſu
pra nu.424.

432 EXTENDE iſtam regulam ſic declaratam in reo
poſſeſſore, vt procedat non ſolum in vero, & reali poſ-
ſeſſore; ſed etiam in quaſi poſſeſſore, & in eo, qui do-
lo, vel culpa deſierit poſſidere iuxta ea, quæ referunt
Pariſ.conſ.5.imperator.num.26. lib. 2. & Menoch. de
adipiſc.poſſeſſ. remed. 1.q.15.nu.63. & ſeqq. quia ſi is,
in quem eſt facta alienatio, ſeu translata inquam eſt
poſſeſſio, præſcripſerit, poſſet iſte quaſi poſſeſſor al-
legare præſcriptionem veri poſſeſſoris ſecundum Sa-
lyc. in rub.C. quorum bonor.col.2.verſ.ex iſta ſolutio-
ne nu.5. quem refert Menoch.d. remed. 1. q. 15. num.
67. & 68.

433 Contra iſtam regulam firmatã in iſto ſecundo mem
bro ſupra nu. 423. oppono de text. in l. 2. ff. ſi ag. ve-
ctig. vel. emphit.pet. vbi ſecundum Glo. quam ſequun
tur Bar. in dicta l. 2. ſub num. 1. ibi. quandoquè &c. ita
tamen ſi tertius vult &c. ff. de excep. rei iud. Paul. de
Caſtr. in l. indebiti §. ſed & ſi nummi. in fine. ff. de con-
✲ dic. indeb. & ibidem Iaſ. qui teſtatur de communi;* ſi
emphiteota ceſſaſſet à ſolutione canonis per trien-
nium, & ageret contra tertium poſſeſſorem, non poſſet
iſte tertius poſſeſſor excipere de iure directi domini,
dicendo quòd ob non ſolutum canonem ceciderit à iu
re emphiteotico.

434 Huic obiectioni reſpondeo, quòd in caſu huius obie
ctionis ius tertij; videlicet domini directi eſt poſitum
in conditione; ſi ipſe dominus directus voluerit eo
vti, quia non ſoluens canonem non aliter cadit à iure
ſuo, niſi domino directo declarante, ſe velle accepta-
re caducitatem iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced. cap.
97. ſub num. 75. verſ. vbi ad excludendum. & tradit
435 Soc. in dicta l. 2. num. 8. ff. de except. rei iud. † & nos
ſcimus, quòd conditio nihil ponit in eſſe l. certi con-
dictio. ff. ſi cert.pet. & l. decem. ff. de verſ.oblig. Iacob.
de Aren. tract. de poſit. §. 3. verſ. item nota. ſub num. 9.
latè Tiraqu. de vtroquè. retract. §. 1. gloſ. 2. num. 21. &
ſeqq. Lancell. de attent. cap. 12. limitat. 50. num. 105.
436 & ſeqq. fol. 379. † vnde non poteſt vti illo iure, quod
adhuc non eſt poſitum in eſſe. Bar. & Socc. d. num. 8. &
✲ 11. & communiter * omnes, qui dicunt, quòd ius ter-
tij non poteſt opponi; quando non excluſiuum ipſo iu-
re, niſi per ſententiam, vel niſi volente illo tertio; &
437 faciunt quæ dixi ſupra num. 411. † & procedit etiam
ſi emphiteoſis, ſeu fęudum, vel quid ſimile dicatur il-
li tertio deuolutũ ipſo iure; quia cũ iſta deuolutio poſ-
ſit à domino tacitè remitti, non poteſt quis ex ea deuo-
lutione includere ius ſuum: & ita ſeruat Conſilium
Neapol. quando fęudatarius priuatur fęudo propter
alienationem ſine conſenſu directi domini, vt refert
Marin Frec. tract. de ſubfæud. lib. 2. in prima authorita-
te nu. 7. fol. 144.

Si tu replicares de textu in l. filio præterito. ff. de in-
iuſt. irr. & rup. teſtam. ex quo Paul. de Caſtr. quem re-
tuli ſupra nu. 426. in 2. exemplificatione. colligit, quòd
reus poteſt opponere de iure, quod competit tertio,
ſi velit tertius eo vti, & ſic de iure, tertio conditionali-
ter competenti.

438 Ego reſpondeo illud eſſe, quia oppoſitio de iure
tertij ſecundum terminos illius legis tendit ad conſer-
uandum indemnem ipſum reum, & ſic ad damnum
euitandum; & ideo æquitati conuenit, vt poſſit oppo-
ni Bar. & Socc. in dicta l. 2. nu. 13. ff. de except. rei iud.
439 † & quòd ſit commune in quacumquè materia, vt poſ-
ſit allegari ius tertij, quando prodeſt alleganti, & con-
cernit eius intereſſe; proſequitur Mandel. conſ. 64. nu.
2. 3. & 4. ſed in caſu primæ obiectionis non tendit ad
conſeruatationem indemnitatis, ſed ad lucrum ca-
ptandum, & ideo eſt contra æquitatem vt poſſit
opponi.

Nota ergo ex hac ſolutione concluſionem; quòd
non poteſt opponi de iure tertij, quod dependet à
voluntate ipſius tertij, niſi agatur de damno eui-
tando.

440 Contra eandem regulam non minus etiam vrget Gl.
in l. indebiti. in d. §. & ſi nummi. in verbo. cum re. ff. de
condic. indebit. dum ait, quòd ſi tu aliqua induſtria
expuliſti vſufructuarium, & ego dominus fundi volo
à te condicere fundum pleno iure; & tu excipis de
iure illius fructuarij, & dicis, quòd vis retinere vſum-
fructum eatenus, quatenus eſſet duraturus penes illum
vſufructuarium, ego debeo condicere prius proprie-
tatem, quam à me habuiſti, & poſtea agam contra
te negatoria, dicendo, quòd fundus meus non debet ti-
bi ſeruitutem vſusfructus, & obtinebo: quia non po-
teris mihi obijcere, quòd ſeruitus vſusfructus debetur
illi fructuario, quamuis non debeatur tibi, quia ego
replicarem, quòd quantum ad te habeo fundum libe-
rum iuxta ea, quæ dixi ſupra ſub num. 405. verſ. primũ.
ex l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeru. vendic. vt expli-
cando Gl. tradit Paul. de Caſtr. in d. §. & ſi nummi. num.
12. quem etiam allegat Iaſ. ibidem nu. 8. & 9. & ſic poſ-
ſeſſor conuentus non poſſet in effectu dare de iu-
re tertij.

Huic obiectioni reſp. quòd poſſeſſor vſusfructus ideo
non poteſt opponere de iure veri vſufructuarij ad ex-
cludendum dominum proprietatis actorem; quia ſi
per ceſſionem, factam in extraneum ab vſufructuario,
amittitur vſusfructus, & redit tunc ad dominum pro-
prietatis l. ſi vſusfructus. ff. de iure dot. & §. fin. Inſtit.
de vſufr. à fortiori ad eundem redijſſe dicemus, quãdo
quiſpiam illum occupaſſet, quia vſusfructus non po-
teſt penes tertium exiſtere, niſi mediante titulo ven-
ditionis, locationis, ſeu donationis dicta l. ſi vſusfru-
ctus. & conſequenter cum redeat ad dominum pro-
prietatis, & ius tertij ſcilicet vſusfructuarij remaneat
extinctum, fruſtra de illius iure exciperetur, quod eſ-
441 ſet extinctum: † vel reſponde vna cum Paul. de Caſtr.
in d. §. & ſi nummi. num. 14. & Iaſ. num. 11. & Soc. in
d. l. 2. num. 14. ff. de except. rei iud. quòd poſſeſſor non
poteſt opponere de iure tertij, quod eſt merè perſo-
442 nale, ſicut eſt vſusfructus; † ſeu non licet opponere
de iure tertij, quando illud ius eſt acceſſorium, & non
ſtat deper ſe; ſed mihi magis placet noſtra prima
reſponſio.

Reliquas oppoſitiones vide, & diſſolue cum Soc.
& Iaſ. vbi ſupra: & ex prædictis poteris facilè agno-
ſcere quantum iſte articulus ſit difficilis & broccar-
dicus, vt dixi & à Modernioribus parum diſcuſſus, &
à nobis non ſecundum noſtram ſatisfactionem.

QVAESTIO VII.

Reſumendo ordinem quæſtionum, intermiſſum ſu-
pra num. 83.

443 QVAERO in quo loco debeant fieri poſitiones ad
effectum, vt interrogandus poſit cogi ad reſpon-
dendum, & alias, tacendo, declarari pro confeſſo?

Reſp. in loco, vbi ius redditur, & ſic in iudicio, alias,
tacendo, non poſſet declarari pro confeſſo cap. & l. qui
tacet. in 6. & ff. de reg. iur. Odofr. Beneuent. tract. de
poſit. ſub num. 20. & eod. tract. Iacob. de Aren. ſub nu.
44. & Vber. de Bob. num. 15. & 16. & quòd poſitiones
debeant fieri ante iudicem & in loco conſueto ad
ius dicendum, ſcribit Cyn. in auth. principales. §. quod
obſeruari. verſ. nono quæritur. num. 20. C. de iureiur.
prop. calum.

444 LIMITA ſi interrogetur coram iudice: quia poſſet
fieri poſitio, & interrogari etiam extra iudicium; Vber.
de Bob. vbi ſupra: ſed declara hoc eſſe verum ſi inter-
rogaretur coram iudice vti iudice in forma iudicij;
vel à notario de commiſſione iudicis, præſertim
quando interogarentur principales, qui vel ob aliquam
dignitatem, vel ob ſexus verecundiam non cogeren-
tur ire ad iudicium iuxta ea, quæ dixi infra cap. ſeq.
num. 281. & limit. 12 num. 378. & aduerte, quòd licet
de hac commiſſione non appareat; tamen preſumere-
tur per ea, quæ dixi de commiſſione citandi lib. præ-
ced. ca. 32. ſub num. 7. verſ. contrariam. & ita ſeruamus
in practica iuxta ea, quæ dixi c. ſeq. num. 60. nunquam
enim vidi diſputari de hoc in reſponſionibus factis co-
ram notario, & ſemper vidi fieri iſtas reſponſiones ſi-
ne præſentia iudicis.

QVAESTIO VIII.

445 QVAERO an actor, qui dedit poſitiones, debeat
eſſe

esse præsens in iudicio ad effectum vt probet confessio, quam reus interrogatus faceret?

Huic quæsito satisfeci infra q. 26. num. 752. propterea hic non insisto.

QVAESTIO IX.

446 QVAERO an positio debeat fieri solum per verba assertiua, vel possit fieri etiam per verba credulitatis; puta pono quòd credo &c.

Resp. videtur dicendum, quòd possit fieri etiam per verbum credulitatis; quia sicut respondens potest fateri; respondendo per verbum credo; sic videtur dicendum de eo, qui ponit, vt possit ponere per verbum credo; alias daretur quedam claudicatio, quod est absurdum iuxta ea, quæ dixi infra num. 455. Et quòd positio possit fieri sub iuramento calumniæ & sic credulitatis, scribunt Egid. conclus. 431. positio iurata, Spec. tit. de posit. §. octauo, in principio. & Cyn. in auth. principales. §. quod obseruari. vers. vndecimo quæritur. nu. 22. C. de iureiur. prop. calum.

447 Contraria sententia, his non obstantibus, seruatur in practica: licet enim reus possit respondere per verbum credo, & habeatur pro confesso, & hoc idem posset dici de eo, qui ponit; tamen aliter inualuit iudiciorum vsus: is enim, qui ponit, debet ponere per verba assertiua, & quid certum, vt tradunt Iacob. de Aren. tract. de posit. sub n. 9. & 11 & Vber. de Bob. eod. trac. n. 32. & in hac sententia videntur residere Cyn. vbi supra & Papien. in pract. in forma positionum actoris. in
448 glos. per verbum credere. num. 2. fol. 240. † & ratio diuersitatis est, quia ponens spontè, & præmeditatè accedit ad ponendum; vnde nihil impedimento est, quarè non debeat assertiuè, & præcise ponere, sed responsurus; & inuitus, & improuisò trahitur ad respondendum.

449 RESTRINGE istam sententiam, vt sit vera quoad positiones, & articulos consistentes in facto proprio ponentis, quo casu tenetur ponere per verba veritatis, & iurare materias simpliciter per iuramentum veritatis, maximè parte instante, vt tenuit Rot. relata per Mohed. decis. vnica. alias 211. de iuram. calum. secus quoad positiones, seu materias cōsistentes in facto alieno, quia satis est, quòd ponat, & articulet per verbum credulitatis, vt tradunt Bal. in l. 1. num. 92. C. de confes. dicens, quòd ponens potest ponere per verbum credo, quando ponit de facto alieno, & Mohed. dicta decis. vnica. dicens, quòd in materijs consistentibus in facto alieno debet iurare iuxta scientiam suam, vel conscientiam, quam habere potest, & sic saltem isto casu debet restringi.

QVAESTIO X.

450 QVAERO quæ sit differentia inter articulos, & positiones.

Resp. quòd sunt multæ.

Prima differentia est: quòd articulans, seu interrogans, non fatetur; sed ponens fatetur, vt dixi lib. preced. cap. 60. nu. 7.

451 LIMITA istam differentiam in eo, quod dicimus, quòd ponens fatetur, vt non procedat quando fieret positio, præcedente negatiua per modum exceptionis, vt puta si pars aduersa tale quid posuerit, quod negauit &c. excipiendo ponit &c. nam tunc ponens non videtur fateri, testibus Vrsil. in annot. ad Affl. decis. 7. num. 11. & Maran. in suo spec. par. 6. actu. 4. n. 9. vers. limita. quem refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. concl. 1176. nu. 19. lib. 3.

452 Probatur ista limitatio secundum Maran. ex l. non vtiquè. ff. de except. seu præscrip. *nō vtiquè existimatur confiteri de intentione aduersarij cum quo agitur, qui exceptione vtitur.* & ex his, quæ scribunt ibidē Glos vlt. dicens, quòd reus non cogitur probare, quia ponit eam sub conditione, idest, si actor fundauerit intentionem suam. & Bar. dicens, quòd tunc qui ponit non fatetur, quando exceptio proponitur conditionaliter, vt dico me non esse debitorem, sed si appareret, dico me soluisse. Andr. de Isern. in vsib. feud. tit. de content. int. domin. & fidel. de inuest. feud. §. insuper scire. versus finem. sub num. 11. vers. quando. dicens, quòd non videtur confiteri, qui vtitur exceptione, si negat assertionem petentis, Ias. in l. iulianus. num. 11. col. 4. ff. de condict. indeb. dicens, quòd reus opponens exceptionem solutionis, vel pacti de non petendo, non videtur per hoc fateri verum esse debitum principale, quod petitur per actorem, & apertius Glos. in l. si quidem. in verbo contestatione. C. de except. dicens, quòd si excipio, non confiteor, quando primo nego, sed si appareret me debere, tunc oppono exceptionem.

453 Comprobantur ista ex his, quæ scribunt Abb. in cap. cum venerabilis. nu. 58. de except. dicens, quòd ex exceptione rei non solum non fundatur intentio actoris; quinimò, inquit, hoc declaratur dubia probatio ipsius actoris ad ipsius commodum, subdens, idem dicendum esse, si reus aliquid ponit in articulis, quia articulans non fatetur, & apertius Dec. ibidem num. 75. & seqq. dicens, hanc esse conclusionem, & regulam, quæ colligitur etiam ex illo textu: nam inquit intentio agentis est, vt reus condemnetur, & excipiens tendit ad excludendam intentionem actoris: ergo inquit non est dicendum, quòd excipiens videatur fateri, & inducta ad vnum finem, non debent operarari contrarium.

454 Contra istam limitationem facit; quia reus potest confiteri etiam excipiendo, seu in exceptionibus, vt referunt, & sequuntur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confes. concl. 1. num. 14. & concl. 4. ampl. 7. num. 13. & Mascar. tract. de probat. concl. 368. ampl. 4. num. 8. lib. 1.

455 Confirmatur ista contraria sententia; quia iudicium non debet claudicare, sed debet in eo seruari æqualitas tot. tit. ff. quod quisquè iur. &c. & l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Papien. in pract. in forma positionum actoris. in glos. per verbum credere. sub num. 2. fol. 240. Maran. d. actu. 4 num. 13. in fine Olasc. decis. 113. stante, sub nu. 10. vers. nec obstant. Iacob. Nouel. tract. de iure prothemis. §. 7. num. 46. & Mascar. d. conclu.
456 1176. num. 21. lib. 3. † omne enim quod claudicat, vitiosum est cap. nouit. de iudic. & notat M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. vlt. num. 20. propè finem. fol. 206.

Ergo sicut actor, ponendo intentionem, fatetur intentionem, ita & reus ponendo exceptionem, fatetur exceptionem, quia confessio potest contineri etiam in exceptionibus, vt ex Gabr. & Mascar. retuli supra num. 454.

Confirmatur secundo: quia nullibi reperitur cautum in iure, quòd ponens exceptionem non dicatur confiteri illam exceptionem.

457 Confirmatur tertio: quia in positionibus attenditur effectus verborum, & non cauillatio, testib. Iacob. de Aren. tract. de posit. num. 7. & Franc. Curt. eod. tract. num. 37. breuiloquio 14. in fine qui scribunt, positionem dici negatiuam, etiam si ponens incipiat affirmando v.g. pono quòd veritas fuit, & est absquè eo, quòd mihi mutuaueris centum; hincquè damnant practicam aduocatorum calumniantium, qui credunt hoc modo facere positionem affirmatiuam.

458 EXEMPLIFICA istam contrariam sententiam in casu, in quo nudiustertius respondi de iure. casus est iste.

Ioannes agit cōtra Scipionem pro scutis ducentum solutis ab ipso Ioāne pro dicto Scipione: Scipio negat: Ioannes dat positiones, & articulos: Scipio dat etiam exceptiones sub ista forma: *in primis dictus Scipio excipiendo ponit &c qualmente esso Scipione per vna sigurtà, quale fece gl'anni passati à fauore di M. per N. essendo d. N. debitore principale astretto da M. creditore, fu necessario che Giouāni sudetto promettesse per esso Scipione, & pagasse da scu. 200. quod fuit verum &c.*

Nō obstāt ea, quę Maran. adduxit in contrariū supra nu. 452. quia rōdeo, ideo in illis exceptionibus non esse confessatam intentionē actoris; quia ea expresse negatur, sicut supponit etiam ipse Maran. loquendo de exceptio-

ceptione; præcedēte negatiua, & quòd l. nō vtiquè. citata in contrariū, intelligatur, vt procedat, quando negatur in primis intētio actoris, scribunt. Gl. in d. l. si quidē. in verbo. contestatione. & And. de Iser. vbi supra, dicēs, quòd excipiens nō videtur confiteri, si neget assertionē petentis. & postea paululò inferius vers. hec mens. dicens quòd hæc mens constabit per protestationem, & repetitam negationem, dicendo, nego; sed si appareat per probationem tuam, me debere, probabo quòd solui, & idem sentit Bar. in d. l. non vtiquè. dicens, quòd si simpliciter oppono exceptionē pacti, tunc si nō probo, videor cōfiteri: & certè, stante ista negatione, dico, quòd neque positio actoris contineret confessionem eius, quod negaret: non enim possunt hæc duo simul stare, quòd confitear, & quòd negem idem: finge enim quòd actor formet hanc positionem; in primis nego meum aduersarium soluisse mihi scuta centum, quæ ab ipso petij, & dico me ei mutuasse dicta centum: stultum esset dicere isto casu quòd actor confessus est solutionem eo, quia positio loquitur de ea. & ex his, ni viderer; quod aiunt; cornicum oculos configere, dicerem, quòd ista limitatio ineptè ponitur à Maran. & alijs quia allegata per eos non benè applicantur.

459 RETENTA ista contraria sententia posita supra n. 454. quę est verissima.

AMPLIA I. eam, vt præcipuè sit vera, quādo in exceptione contineretur confessio expressa; quia isto casu omnes admittunt intentionem actoris esse fundatam contra reum, vt declarat Dec. d. cap. cum venerabilis. sub num. 82. de except.

460 EXEMPLIFICA istam ampliationem secundum ea, quæ scribit Dec. vbi supra, quando quis expresse acceptaret debitum, dicēdo, fateor, quòd mutuasti mihi decem, sed dico me soluisse: vel fateor quòd commisi homicidium, sed dico me commisisse ad necessariam defensionem vitæ meæ. Sed dubium remanet an confessio ista possit diuidi, in quo dubio vide quæ scripsi infra cap. 11. num. 88. vers. videamus ergo. & nu. 89. & seqq. ad eum.

461 AMPLIA II. vt procedat etiam quando confessio non esset expressa, sed tacitè cōtineretur in exceptione; quia etiam isto casu esset fundata intentio actoris contra reum, vt sentiunt apertè Bar. in d. l. non vtiquè. ff. de except. seu præscrip. & And. de Isern. d. §. insuper scire. sub num. 11. dum scribunt, quòd si quis opponat simpliciter exceptionem pacti, vel solutionis, & non negauerit debitum, videtur per illam exceptionem confiteri debitum, & sentit antè eos Glo in d. l. si quidem. in verbo. contestatione. C. de except. dicens, quòd excipiens tunc non confitetur, quando primo negat:

462 ✝ & ratio est, quia priuatio præsupponit habitum l. decem. ff. de verbo. oblig.

463 Contra istam ampliationem firmat latè Dec. in d. cap. cum venerabilis. num. 75. vers. in glos. & sub num. 78. & num. 80. in fine. de except. vbi testatur istam opinionem contra Bar. esse veriorem, & communem.

464 RETENTA ampliatione, quæ mihi videtur verior.

EXTENDE eam, vt procedat etiam si id, quod reus excipiendo ponit, prius negasset, quando respondit libello; quia adhuc diceretur fateri, vt discutiendo concludit And. de Isern. in vsib. fœud. tit. de content. inter dom. & fidel. de inuestit. fœud. §. insuper scire. sub num. 11 vers. vbi autem. & vers. verius videtur. dicens, quòd licet reus excipiendo de solutione videatur istam exceptionem adducere, quatenus constaret de intentione actoris, ne alias videretur contrarius, & impugnare quod prius dixerat respondendo ad libellum, tamen, inquit, videtur confiteri, nisi prius neget intentionem, & deinde conditionaliter excipiat, & ratio, qua etiam tollitur motiuum contrarium, est secundum eundem vbi supra; quia quando fuit contestata lis habuit vnam voluntatem, & modo, quando excipit, habet aliam.

Contra istam extensionem facit: quia si reus poneret istam contrarietatem in exceptionibus, contrarietas reduceretur ad concordiam, ita vt secunda positio intelligeretur posita, quatenus probaretur, seu esset probatum contra primam iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 271. & seqq. vbi dixi, quòd secunda positio, quæ videtur contraria primæ, admittitur; quia intelligitur facta conditionaliter casu, quo prima negaretur, & quòd reus possit ponere exceptiones contrarias, easquè simul ponendo censeatur subdisiunctiuè poneret, refert & sequitur Alc. tract. de præsumpt. reg. 2. præsump. 31. num. 6. fol. 328.

Solue istud contrarium, quòd contrarietas positionum conciliatur magis quàm contrarietas inter responsionem ad libellum, & positionem; quia ex contrarietate positionū oritur etiam periurium, & mutatio voluntatis in vnico instanti; sed ex contrarietate inter responsionem ad libellum, & positionē non oritur periurium; & mutatio voluntatis oritur ex temporis interuallo, quæ propterea facilius potest præsumi.

465 AMPLIA III. vt procedat sine vllo scrupulo quo ad ea, quæ sunt de intentione excipientis, quia si reus excipit de pacto, vel de solutione, non est dubium, quòd fatetur pactum, & solutionem: nam finge quòd eueniat casus, vt actor possit suam intentionem coadiuuare exceptione rei; certè non prodesset reo dicere, quòd excipiens non fatetur.

Reliquas differentias inter articulos, & positiones posui lib. pręced. cap. 60. nu. 5. & seqq.

De differentijs inter positiones & interrogationes.

466 Differunt positiones etiam ab interrogationibus primo, quia qui ponit fatetur, sed non interrogans Bar. in l. 1. nu. 6. ff. de interrog. act. & l. 2. §. quod obseruari. n. 19. C. de iureiur. prop. calum. Rot. decis. 3. alias 31. sub num. 1. ibi. ratio primæ conclusionis. de seques. poss. & fruct. in nou. Paul. de Castr. & Ias. in. l. iudices. num. 7. C. de iudic. Papien. in pract. in form. position. actor. in glos. ponit. num. 2. fol. 236. dicens consultius propterea esse facere interrogationes, quàm positiones, quia ponens obligatur ex sua positione, tanquàm ex propria confessione, sed is, qui interrogat, ad nihilum obligatur, sed solus aduersarius ex sua responsione. Maran. in suo spec. par. 6. memb. 7. sub n. 6. limit. 3. Curt. tract. de posit. num. 4. Neuiz. cons. 5. sub num. 14. & 16. in 3. fallen. & Vrsil. in annot. ad Affl. decis. 7. nu. 10. & hinc Rot. in vna clusina fructuum, vt refert Caputaqu. decis. 327. nu. 1. par. 2. tenuit, positioni, quæ non erat dispositiuè, sed interrogatiuè concepta, non fuisse respondendum.

467 RESTRINGE istam differentiam in eo, quod dicimus; quòd interrogans non fatetur, vt non sit vera in interrogationibus, quæ fiunt sub iuramento calumniæ, teste Bar. in l. 1. num. 6. ff. de interrog. action. vbi scribit, quòd isto casu interrogans ponit, & asserit esse verum.

468 DECLARA istam restrictionem, ne decipiaris, vt procedat in interrogationibus datis dispositiuè ita, vt in eis possit apparere aliqua certa assertio, vel negatio; alias si Bartolus intelligeret de interrogationibus ita interrogatiuè conceptis, vt ex eis non posset elici aliquia affirmatio, vel negatio, posuisset os in cœlum.

469 DIFFERVNT II. quia interrogationes ante contestationem litis sunt magis permissæ, quàm positiones; vndè non defuerunt, qui tenuerint positiones fieri non posse antè contestationem litis, vt retuli supra hoc cap. sub num. 2. & è contra positiones post contestationem litis sunt magis permissæ, quàm interrogationes.

Verum tota ista differentia reijcitur ex his, quæ dixi ibidem, vbi notaui, positiones posse fieri etiam antè contestationem litis, & ex his, quæ dixi lib. pręced. cap. 29. sub num. 5. vbi dixi interrogationes posse fieri quandocunquè etiam post contestationem litis; & sic tàm primum, quàm secundum membrum relatæ differentiæ confutatur.

470 DECLARA nunc multipliciter hoc secundum membrum, in quo dicimus interrogationes posse fieri post litem contestatam; & 1. vt procedat quando interroga-

rogationes fiunt à iudice ex officio; quia tunc conclusio erit affirmatiua, & generalis, quòd possint fieri suadente æquitate tàm super negotio principali, quàm super declaratione actorum, & super alijs, & tàm in causis summarijs quàm in ordinarijs, & tàm ante cóclusum in causa, quàm postea, vt dixi supra nu. 18. fallent. 2. & dicentur fieri ex officio, etiam si iudex moueretur ad instantiam partis, dummodo extraiudicialem, secundum ea, quæ scribit Neuiz. conf. 5. num. 27. in fine. & num. 28.

471 DECLARA II. vt procedat etiam quando interrogationes fiunt à parte, non tamen super negotio principali, sed potius ad declarationem actorum, quia concludo similiter posse fieri, vt colligitur ex eis, quæ scribit Neuiz. dicto conf. 5. sub num. 26. & apertè sub nu. 30. vbi ostendit eum, qui produxit instrumentum post litis contestationem, posse interrogari, an velit eo vti; & similiter eum, qui opposuit aliquam exceptionem obscuram, posse interrogari super illius declaratione.

472 EXEMPLIFICA istam secundam declarationem in isto casu: reus conuentus à creditore excipit de solutione, & probat, se amisisse quitantiam solutionis: actor creditor instat, vt interrogetur ad cuius fauorem cantaret illa quitantia, cum hoc non esset deductum, neque probatum, & creditor prætendat ex responsione rei debitoris, posse deprædhendi, quòd debitor non posset, se iurare illa quitantia: certè isto casu reus debet interrogari, licet in istomet casu contrarium pronuntiauerit quidam arbiter, mandans actorem debere facere positionem, & non interrogationem, exquò lis erat contestata; sed meo iuditio malè pronunciauit per prædicta.

473 DECLARA III. vt non procedat, quando interrogationes fierent à parte super negotio principali; quia isto casu concludo, quòd non possunt fieri, sed debét fieri positiones; & ita procedat dictũ Rotæ decis. 3. alias. 31. de seques. poss. & fruct. in nou. & ita loquuntur Paul. de Castr. in l. iudices. num. 7. & 8. & Ias. num. 6. C. de iudic. & Maran. in suo spec. par. 6. memb. 7. limit. 3. num. 6. & ita respondendo declarat Neuiz. conf. 5. sub num. 38. vers. tertio respondetur. & ita sentit Curt. tract. de posit. breuiloq. 4. num. 5. in fine. dicens, non posse fieri interrogationes ad finẽ probandi, sed solum ad aliquid declarandum ex officio iudicis, & est communis * sententia.

474 LIMITA istam declarationem, vt non procedat in causis sũmarijs, quia in his arbitror, quòd possit interrogari etiam super negotio principali per ea, quæ refert, & sequitur Neuiz. dicto conf. 5. nu. 20.

475 POSITIONES & interrogatoria in quibus conueniant vide Papien. in pract. in form. posit. actor. in glo. ponit. sub. num. 2. fol. 236.

QVAESTIO XI.

Species. I.

476 QVAERO, an aduersarius monitus, seu citatus ad respondendum positionibus, & contumax possit declarari pro confesso.

Resp. distinguendo duas species iuris.

Prima species est iuris municipalis, & consuetudinarij ferè totius Italiæ.

Secunda species est iuris communis.

In prima specie cócludo ex dispositione statutorum Vrbis lib. 1. cap. 68. contumacem posse declarari pro confesso, seruata forma ipsorum statutorum. Idem concludo de iure municipali Regni Neap. ex dispositione ritus 120. & pragm. quinta die. Idem concludo de iure municipali, seu constitutionis Marchiæ, vt habetur in ipsis constitutionibus lib. 5. cap. 19. Et demum hæc conclusio est vera de consuetudine in tota ferè Italia. & quantum ad dispositionem statutorum Vrbis probatur latius ex his, quæ scripsi lib. præced. cap. 96. num. 19. 20. & 21. & supra num. 78. & 79. & quantum ad ritus Regni Neap. & constitutiones Marchiæ ex eisdem, quæ scripsi in citatis n. 78. & 79.

Occurrunt circa istam primam speciem quatuor sequentes difficultates.

PRIMA difficultas est: an monitio, seu citatio præfata ad respondendum positionibus debeat necesse fieri contra principalem, vel sufficiat fieri contra eius procuratorem.

Resp. esse faciendam contra principalem tàm in foro Capitolino, quàm in Regno, & in locis, in quibus proceditur secundum constitutiones Marchiæ.

Quòd in foro Capitolino debeat moneri principalis, colligitur ex statut. d. lib. 1. cap. 68. in principio. in illis verbis *quibus productis, moneatur reus &c.* & quia stylus fori Capitolini sic interpretatus est, ideo pluribus non insisto.

Nec obstat, quòd eadem stat. Vrbis lib. 1. cap. 52. disponant, satis esse quòd in causa & litè citetur procurator præterquàm in quibusdam casibus, expressis in eod. stat. lib. 1. cap. 53. & à nobis relatis cap. seq. num. 697. inter quos non est iste de monitione ad respondendum.

Quia resp. aliud esse citationem, de qua loquuntur citata cap. 52. & 53. & aliud monitorium, de quo in cap. 68. nam citato fit sine vlla causæ cognitione ad voluntatem partis, & sine iudicis scientia: sed monitoriũ expeditur solemniter cũ causæ cognitione; ideoq; subscribitur à notario, & apponitur sigillũ iudicis, sicut in mandatis executiuis: quare non rectè argumentamur à statuto, loquente de citatione ad statutum, loquens de monitorio ad respondendum positionibus.

Quòd in Regno Neap. sit citandus principalis, patet ex ritu 120. cuius rub. & nigrum loquitur de citando principali vti legaliori, & ita seruat stylus.

Ratio huius styli est: quia sicut principales, & non procuratores sunt interrogãdi deveritate negotij iuxta ea quæ scripsi infra n. 549. ita etiam ijdem monendi, ac citandi sunt.

Quòd secundum citatas constitutiones Marchiæ debeat citari principalis suadetur efficacius: quia in eis d. lib. 5. cap. 19. in illis verbis. *huic constitutioni &c.* disponitur vt, si, expeditis primis literis citatorijs cum termino ad citandum arbitrio iudicis secundum distantiam loci, compareat procurator antequàm committantur secundæ literæ, admittatur procurator ipse ad respondendum, si immediate atquè obtulerit respondere, responderit: quòd si non responderit tunc, dispo nit constitutio, vt mittantur secundæ literæ, & vlterius non admittatur.

RESTRINGE resolutionem huius primæ difficultatis, vt non procedat quando procurator haberet speciale mandatum ad respondendũ positionibus, quia tunc satis esset, si moneretur, seu citaretur procurator.

RESTRINGE II. vt, circumducto stylo fori Capitolini & Regni Neap. & sumendo interpretationem à iure communi, satis forsan esset citare procuratorem per ea, quæ, generaliter loquendo, dixi infra cap. seq. num. 680. & 681. & in terminis infra nu. 487.

SECVNDA difficultas est, an monitorium, seu citatio præfata debeant exequi personaliter; & in subsidium domi.

Resp. posse constitui opiniones.

Opinio prima erit, quòd requiratur citatio personalis, alias non possit declarari pro confesso: & hanc in terminis ritus Neap. de quo loquuti sumus, tenent Cauens. rit. 120. num. 1. in fine. & Carauit. limit. 2. nu. 3. qui volunt hoc amplius, quòd etiam si esset citatus personaliter in 3. vltima citatione, & nõ etiã in duabus prioribus, adhuc non possit declarari pro confesso. & tamen ritus ille 120. non disponit expressè quòd citetur personaliter, & pragm. 2. quilibet agere volens fol. mihi 411. tradens formam citandi, loquitur eisdem verbis, quibus loquitur stat. Vrbis lib. 1. cap. 68. videlicet, quòd citetur personaliter, vel ad habitationis domum.

Confirmatur ista opinio ex his, quæ scribunt Corn. Ias. Maran. Foller. Rol. à Vall. Addit. ad Rot. Innoc. & Clar. quos citaui lib. preced. cap. 97. sub num. 40 vers. sexto quero. dum; loquendo de contumace, qui ex forma statuti potest poni in banno, de contumacia punienda & de contumace excommunicando; scribũt

quòd

quòd habent locum in contumace vero, qui fuit citatus perſonaliter.

Confirmatur ſecũdo ex opin.quam ex Dyn. retuli c. ſeq.nu.187.dum tenet in examine teſtium ad perpetuã memoriam requiri citationem perſonalem.

Confirmatur tertio ex opinionibus,quas ex Io.Andr. Bar.& Nic.de Matt.retuli eod.c. ſeq.num.188.& ſeqq. ad eum. dum tenent, in re magni præiudicij citationem debere fieri perſonaliter, ſi perſona poterit inueniri.

Opinio ſecunda,contraria præcedenti,eſt quòd ſufficiat citatio executa domi ſine diligentia inueniendi perſonam;& hanc opinionem in terminis ſtatuti,& cõſtitutionis volentium,contumacem poſſe banniri,& reputari pro confeſſo dixerunt ſeruari de conſuetudine Gand. Alber.Clar.& Cart.quos citaui lib.præced.cap. 97.num.40.ibi.contraria ſententia.

Confirmatur iſta opinio primo, quia iſta citatio ad reſpondendum poſitionibus non poteſt eſſe prima citatio; ſed in citationibus poſt primam ſufficit, quòd exequantur domi de directo,vt retuli,& ſequutus ſum lib.præced.cap.45.num.4. verſ.limitatur.

Confirmatur ſecundo,quia ſtatuta ſunt ita interpretanda,vt non ſtent ſuperfluè, ſed iſta ſtatuta mandantia,quòd citetur perſonaliter,vel domi, ſtarent ſuperfluè, ſi eſſet præmittenda diligentia inueniendi perſonam, quia vt præmittatur diligentia eſt diſpoſitum à iure communi,vt ex Bar.in l.4.§.prætor ait. verſ. quæro quid ſi ſtatutum.nu.15.& ibidem Alex. verſ. quærit etiam.ſub n.10 ff.de damn.infec.Abb. conſ.42. in quæſtione.num. 1. in vltimis verbis. & num. 2. lib. 2. Luc. Pæt.& Cartar. retuli, & ſequutus ſum d.cap. 45. limit. 3.num. 6.

Quid dicendum? Articulus eſt hinc inde diſputabilis,ſed quicquid ſit in puncto iuris, hic in Vrbe ſeruatur hæc ſecunda opinio,vt ſatis ſit, ſi citetur domi.

RETENTA hac ſecunda opinione.

DECLARA eam, vt ſi citatus domi probaret,ſe ignoraſſe citationem, talis citatio non induceret forſan contumaciam, & conſequenter euaneſceret confeſſio per ea, quæ in cauſis criminalibus dicebam lib. præced.cap.97.ſub nu.40.ibi.verum attenta.

DECLARA II. vt ſi diſceſſiſſet cum familia ab Vrbe,ſeu eſſet aduena,tunc ſit citandus modo, & forma,vt retuli cap.ſeq.ſub num. 697. verſ. extende. 477

DECLARA III. vt ſi deficeret ſtatutum allegatum remiſſiuè in præced. 2. declaratione,tunc poſſet fieri, & exequi citatio iuxta diſpoſitionem iuris communis, de qua, ſed in alijs terminis,ſcripſi c.ſeq. nu.190.191. & 664. & ſeqq. ad eum.

RETENTA etiam prima opinione;quòd requiratur citatio perſonalis.

DECLARA reſtringendo eam, vt ſi,facta diligẽtia, perſona non potuerit inueniri,& ſimus in caſu, in quo requiratur citatio perſonalis, tunc admittatur ad domum tùm ex diſpoſitione iuris cõmunis iuxta ea, quæ ſcripſi d. lib.præced. cap.45.ſub nu.2. ibi. contrariam. tùm ex diſpoſitione ſtatutorum ſupra citatorum.

SVBDECLARA vt hic in Curia tunc dicatur facta diligentia, quando tres curſores, ſeu ſaltem duo referunt, ſe feciſſe diligentias ſecundum ea, quæ ſcribit Cæſ.de Graſſ.deciſ.7.alias.100.fuit dictum.n.2.de ſent. & re iud.fol.mihi 142.& quæ dixi lib.præced. cap. 45. ſub num.3.in 2. edit.

SVBDECLARA II. vt de iure communi debeat 478 nuntius prius perquirere per ciuitatem,quia citatio ad domum conceditur, quando abeſt à ciuitate ſecundũ Bar.in d.§.prætor ait.verſ.ſed quæro an eſt neceſſe. nu. 3.in fine. cuius opinionem pro magis communi refert Alex. ibidem. verſ.no.citationem.ſub nu.2.& ab ea nõ diſceſſi lib.præced.cap.45.ſub num. 2. præterquàm in cauſis,quæ celeritatem deſiderant,in quibus ſatis eſt,ſi eum non reperiat in iudicio Bar. vbi ſupra.

TERTIA difficultas eſt: an admittatur procurator ad reſponderem poſitionibus in caſu, quo petatur reſponderi per principalemmet.

Reſp.in foro Capitolino habes ſtat.Vrbis lib.1. cap. 68.ex quo colligo duos caſus.

Primus eſt,quandò pars,quæ debet reſpondere,cœpit abeſſe à iudicio tempore cœptæ litis, vel poſt motam litem ſine fraude,& abeſt per 40. milliaria, & vltra,eiuſque redditus de proximo non ſperatur, dequè iſta abſentia ſaltem procurator facit fidem ſuo iuramento,iuratquè,ſe plenè inſtructum, & habet mandatum ſaltem in genere ad reſpondendum: Et iſto caſu admittitur procurator ad reſpondendum.

Secundus caſus eſt,qñ principalis abeſt per calumniã,aut eſt infra 40.milliaria:Et iſto caſu nõ admittitur procurator,ſed iudex poteſt deſtinare notarium ſumptibus abſentis. Sed in iſto ſecundo caſu in prima parte,quando abeſt per calumniam, & abeſt extra diſtrictum,& forſan extra ſtatum eccleſiaſticum,malè videtur poſſe applicari diſpoſitio ſtatuti, cum iudices Capitolini non habeant iuriſdictionem, quam tribuit ſtatutum deſtinandi notarium.

In Regno Neap.habes claram pragm. quinta de ... fol.mihi 415. qua apertè diſponitur, quòd partes ipſæ ſine præſentia procuratoris, vel aduocati teneantur ſine temporis interuallo reſpondere.

In locis, in quibus proceditur ſecundũ conſtitutiones Marchiæ, procurator admittitur ad reſpondendũ, & valet eius reſponſio,ſicut ſi reſponderet principalis met,& intelligitur ex ipſarum conſtitutionum diſpoſitione habere ſufficiens, & ſpeciale mandatum; dummodo,dum offert reſpondere,immediatè reſpondeat, & antequam committantur ſecundæ literæ, vt ex eiſdem conſtitutionibus retuli ſupra verſ. quòd ſecundum.

QVARTA difficultas eſt: an contumax in non reſpondendo poſitionibus poſſit purgare contumaciam in foro Capitolino.

Reſp.quòd ſic,ſi compareat eomet die, quo fuit declaratus pro confeſſo,& reſpondeat ſimpliciter, & expenſas reficiat,vt in ſtatut.lib.1. cap. 68.eo autem die, vel ſecundum praxim die intimationis elapſo, non amplius admittitur ad moræ purgationem.

Reliqua ad interpretationem iſtorum iurium municipalium ſupple ex his,quæ dixi in ſeqq. qq.

Species. II.

477 In ſecunda ſpecie, videlicet in terminis iuris communis: an contumax in non reſpondendo poſitionibus poſſit haberi pro confeſſo: diſtinguo rurſus duplex ius.

PRIMVM ius eſt ius ciuile: Et loquendo de iſto, concludo, quòd olim fuit controuerſia, an contumax haberetur pro cõfeſſo,vt ex Cyn.referunt Bar.in auth. principales.§. quòd ſi actor. num. 4. & Paul. de Caſtr. ſub num.5.C de iureiur. prop. calum, & patet ex his, quæ ſcribunt Glo. in cap.fin.in verbo. pro confeſſo.de confeſſ.in 6.Iacob.de Aren.tract.de poſit.§. 6. nu. 1. & Vber.de Bob.nu.10.Doctores tamen communiter * tenuerunt,quòd poſſet haberi pro confeſſo,vt colligitur ex his,quæ tenent Cyn.in d.§.quod ſi actor. nu.8. verſ. vltimo quæritur. & ibi. ſed ſuperior opinio. & ibidem Salyc.nu.36.verſ.ſed quid de eo.Bar.vbi ſupra.Odoffr. Beneuen.tract.de poſit.ſub nu. 19.& 20.& Iacob. de Aren.nu.43.in fine.& n.44.& iſte fuit communis vſus, de quo teſtatur Iacob. de Aren. dicto.§.6.nu.1.in fine. & hanc eſſe ipſam veritatem,etiam inſpecto iure ciuili, teſtatur Cyn.vbi ſupra.

SECVNDVM ius eſt ius canonicum; Et, loquendo de iſto, concludo contumacem ſine dubio haberi pro confeſſo, quia eſt declaratum per textum apertum in c.2.de confeſſ.in 6.vt aduertunt Cyn.Bar.& Paul. de Caſtr.in locis ſupra proximè allegatis,& ſentiunt Bal. in ead.auth.principales.§.quòd ſi actor.ſub nu.2. & cõmuniter * omnes,ſicut teſtatur etiam Thom.Triuiſ.deciſ.38.n.1.lib.1.& dixi aliquid lib.præced.c.86.ſub.nu. 49.& ideo redditur vana diſputatio Cyni.vt dicit etiã Curt.tract.de iureiur. prop. calum.in dicto. §. quòd ſi actor.num.1. fol.134.

479 DECLARA nunc,& aduerte,quòd hæc communis ſententia & praxis,vt poſſit haberi pro confeſſo,procedit ſolum in poſitionibus,in quibus loquitur;quare ſecus eſſet ſi reus nollet reſpondere libello,quia non poſ-

ſet de-

ſet declarari pro cõfeſſo Bal. in dicta auth.principales. §.quòd ſi actor.ſub nu.2.& apertius Paul.de Caſtr.n.5. C.de iureiur.prop.calum. Abb.in cap.penult.n.27.verſ. & hæc adduci poſſunt.de iuram.calum.& Curt. tract. de poſit.breuiloq.6. fallen.5.ſub nu. 15.

480 Ratio eſt:quia ſi poſſet declarari pro confeſſo,poſſet etiam diffinitiuè condemnari,& ſi poſſet diffinitiuè cõdemnari,ſequeretur alterum ex his abſurdis:vel quòd ſententia diffinitiua poſſet ferri ſine cõteſtatione litis, vel quòd quis cogeretur præcisè litem conteſtari,quia ſcilicet ex illa ficta confeſſione diceretur conteſtata, contra ea,quę diximus lib.præced.cap.vlt.nu.8.& 6.& infra num.482. & 483. Et ex his confutamus opinionem, cui Ant. de Butr. titubans videtur adhærere in d.cap.penult.verſ.quæro quid ſi interrogatus. num. 21.verſus finem.ibi.per contumaciam autem. dum ait, quòd fortè poſſet haberi pro confeſſo,ſi fuiſſet iuſſum ei,vt reſponderet cum comminatione quòd alias habebitur pro confeſſo;quam opinionem confutauit etiam Abb.ibidem ſub d.nu.27.

481 AMPLIA iſtam communem ſententiam,ſic declaratam,vt habeat locum etiam in poſitionibus ante litẽ conteſtatam,quia contumax poſſet declarari pro confeſſo in illis poſitionibus,dummodo illę poſitiones tendant ad præparandum iudicium , vt loquuntur Bal. & Paul.de Caſtr.vbi ſupra.

482 LIMITA nunc, vt non habeat locum in poſitionibus,quę fierent;lite non conteſtata; ſuper negotio principali,ſiue fierent ante libelli oblationem , ſiue poſtea, & ſic intelligo theoricam Baldi,& Pauli de Caſtr.in locis allegatis:& ratio eſt,quia,cum lis non ſit conteſtatá,non poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam iuxta ea,quæ dixi lib.præced.cap.97.num.15.& hic ſuperius n. 480.& per conſequens fruſtra induceretur confeſſio ſuper negotio principali,quia,ceſſante cauſa finali,quę eſt ſententia diffinitiua , debet ceſſare effectus ad eam ordinatus,qui eſt ficta confeſſio; vnde huiuſmodi poſitio poteſt reputari ſuperflua,& impertinens.

483 Nec dicatur ex illa ficta confeſſione oriri litis conteſtationem, tanquàm ex reſponſione affirmatiua iuxta ea,quæ ſcripſi lib.præced.cap.vlt.ſub nu.2.

Nam reſpondetur tripliciter.

Primo quòd ſicut per veram reſponſionem,allatam poſitionibus, non inducitur conteſtatio litis cap. vnico.de litis conteſtat. & teſtantur Iacob. de Aren.tract. de poſit. ſub. num. 23. Bal. in auth. principales. §. quod obſeruari.ſub num.25. verſ. vltimo in iſta. C. de iureiur.prop.calum. quem refert,& ſequitur Maran.in ſuo ſpec. par.6. actu.4. num. 3.& vtrunquè Cumia ſuper rit. Sicil. cap. 39.ſub nu.25.ita à fortiori non debet poſſe induci per fictam.

Secundo poteſt reſponderi,quòd ſi hoc eſſet verum multiplicarentur fictiones:nam fingeretur confeſſio,& ſuper ea fingeretur conteſtatio litis, & dato quòd non fingeretur conteſtatio litis, tunc,vt poſſet ferri ſententia,eſſet ſpecialiter admittendum,quòd ex illa ficta cõfeſſione reſultaret notorium;quia alias non poſſet ferri ſententia ſine conteſtatione litis per ea, quæ dixi lib. præced.cap.vltimo.ſub.nu.2.

Tertio poteſt reſponderi, quòd ſicut quis non poteſt præciſe cogi ad conteſtandam litem per reſponſionem ad libellum,ita nequè debet poſſe cogi per reſponſionem ad poſitiones , quia litis conteſtatio eſt actus , ad quem iura noluerunt reum præciſe cogi.

DIFFICVLTAS.

CASVS I.

484 Difficultas ſupereſt circa formam, & requiſita , quibus procedi debeat contra non reſpondentem poſitionibus ad effectum,vt poſſit declarari pro confeſſo.

Ne æquiuocemus, diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus caſus eſt,quando poſitiones fiunt ſuper negotio principali.

Secundus eſt,qñ fiunt extra negotium principale.

Capio primum : quando fiunt ſuper negotio principali: & concludo requiri quatuor.

485 PRIMVM requiſitum eſt conteſtatio litis per ea, quæ dixi ſupra nu.480.& ita ad literam ſcribunt Bar.in auth.principales.§.quod ſi actor.in 1.requiſito ſub nu. 4.C.de iureiur.prop.calum.& Abb.in cap.penult.ſub n. 23.ibi.ſed hodie de hoc.de iuram.calum.& ſentiunt ſine difficultate Bal.in d.§ quòd ſi actor. ſub num. 2. & Paul.de Caſtr.ſub nu.5.dum formant caſum in poſitionibus poſt conteſtationem litis.& clarè.Alex.conſ.188. viſo proceſſu.nu.3.verſ.nec dicat aliquis.lib. 2.

Contra iſtud requiſitum tenet Curt. tract. de poſit. breuiloq.6.ſub n.8.9.& 10.fol.10.quem refert, & ſequi videtur Maſcar. tract.de probat.concl.1177.ſub nu.70. lib.3.& mouetur Curt.quia poſitiones fiunt etiam ante conteſtationem litis,quæ ratio eſt vera ſecundum ea,quæ ſcripſimus ſupra hoc eod.cap.n.3. & ſeqq.

Retenta prima opin.quòd hoc requiſitum ſit omnino neceſſarium.

Reſp.ad Curt.& Maſcar.quòd ipſorum opinio poteſt procedere in poſitionibus,quæ fiunt extra negotiũ principale,quia in illis non eſt neceſſaria cõteſtatio litis iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra hoc eodem cap.nu.10. & infra nu.495. ſecus in poſitionibus,quæ fiunt ſuper negotio principali:quia in eis debet præcedere litis conteſtatio:& hæc eſt veritas.

486 SECVNDVM requiſitum eſt lectura poſitionum cum interrogatione,& monitione,faciẽda in faciẽ per ipſum iudicem Bar.& Bal.in d.§.quod ſi actor. ſub nu. 4.& 2.Abb.in cap.penult.ſub n.23.verſ.& iſta inducuntur.de iuram.calum.Curt Sen.in d.auth. principales §. quòd ſi actor.ſub n.3.Cauenſ.ſuper ritu.120.n. 13. verſ. & inſuper.Addition.ad pract.Papien.in forma poſitionum actoris.in gloſ. ponit.in litera.c. fol. mihi 236. & quòd requiratur iuſſus iudicis,ſcribit etiã Mand.tract. de monit.q.46.n.2.fol.68.&,quòd iſta monitio,ſeu iuſſus debeat fieri præſenti in iudicio , notat , & colligit Arch.in cap.2.ſub num. 1.verſ.contumaciter.per illum textum.de confeſſ.in 6.& quòd requiratur monitio facienda perſonaliter per iudicem,ſcribunt Alex.d.conſ. 188.ſub nu.3.lib.2.& Iaſ.in auth.hoc amplius.verſ. ſecundo requiritur.ſub nu.3.C. de fideicom. Bar. tamen Bal.& Cauenſ.vbi ſupra diuidunt hoc requiſitum in duo requiſita.

487 DECLARA iſtud requiſitum,vt ſufficiat monitio facta in faciem procuratoris;quia etiam procurator contumax in non reſpondendo poſitionibus habetur pro confeſſo cap.2.& ibi Gloſ.in verbo.procurator.de confeſ.in 6.& ſcribunt Felyn. in cap.1.nu.3.& 17.ibi.tertia declaratio.vt lit.non conteſt.& Crauet. conſ. 254. ſub nu.3.vide etiam Dec.in cap.1.not.10.nu. 20. in fine. de poſtul.prælat.&,quòd in poſitionibus poſt litem conteſtatam dominus habeatur pro confeſſo propter contumaciã procuratoris,ſcribit Bal.in l.1.§.ſi procurator. num.4.verſ.ſecundo quæritur.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.

EXTENDE iſtam declarationem , vt procedat ſiue procurator habeat mandatum ad reſpondendum poſitionibus,ſiue non habeat,ſed ſit ſimpliciter conſtitutus procurator cum mandato generali: nam ſicut vtroquè caſu confeſſio oris proprij procuratoris(quam verã vocant)nocet domino,vt mox oſtendam,ita quoq; debet nocere ea,quam fictam appellant,reſultantem ex contumacia;quia ſi poteſt nocere in vera , quæ eſt magis præiudicialis,à fortiori poteſt in ficta.

Quòd cõfeſſio procuratoris,habentis mandatum ad reſpondendum,præiudicet, patet ex his, quæ ſcribunt Hoſt.in ſumm.tit.de procur.§.quis ſit effectus. num. 14. verſ.ſed nunquid confeſſio.Spec.tit.de confeſſ.§.poſtremo.nu.1.in fine.verſ.ſi vero fit.& n.2.& 3.Cyn.in auth. principales.§.quod obſeruari.ſub nu.1.ibi.ſi autem haberet.& Salyc.ſub n.4.verſus finem.ibi.& quia de confeſſione procuratoris.C.de iureiur.prop.calumn.Oldr. conſ.126.natura.verſ.tertio cõfeſſioni.ſub n.3. & latius conſ.263.dominus.ſub n.6.verſ.& ſi quomodo. & verſ. ponatur.Rom.conſ.389.paucis agam.nu.2. ibi. excipit autem. Dec. conſ. 493. viſo tenore inſtrumenti. num. 1. & Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 16. num. 2. & 4. & faciunt quæ dixi infra num.597.de procuratore,habente mandatũ ad faciẽdas poſitiones. Quòd cõfeſſio procuratoris,habẽtis mandatũ generale,& ſimpliciter cõſtituti noceat ſimiliter dño,patet ex eiſdẽ, quæ ſcribunt

bunt Cyn.in d.§.qđ obſeruari.ſub n.1. ibi. qđ dictũ eſt. & ibi.breuiter ergo.Hoſt.d.verſ. ſed nunquid cōfeſſio. & verſ.10.eſt in prima.& Veſtr.d.nu.2.

CONSEQVENTIA igitur eſt,quòd ſicut procurator ſimpliciter conſtitutus ſine ſpeciali mādato poteſt cōfiteri ore proprio,& confitēdo præiudicat domino; ita etiam poteſt confiteri per contumaciam, nō reſpondendo poſitionibus in præiudicium domini.

Confirmatur iſta conſequentia ex his, quæ ſcribit Spec.tit.de poſit.§.decimo.verſ.ſed pone.n.4.dicēs,qđ ſi procurator non eſt legitimè conſtitutus, dñs eſt habendus pro contumace: infero modo ego ex his: ergo ſibi imputet dominus,qui procuratorē non reliquit inſtructū cum ſufficienti mandato ad reſpondendum. Et quòd contumacia procuratoris in non reſpōdendo poſitionibus præiudicet dño etiā ignoranti contumaciā procuratoris,& præiudicet in hoc, quòd poſitiones habeantur pro cōfeſſatis,ſcribit Iaſ.in l.1.§.ſi procurator. ſub n.2.& n.11.verſ.quarta cōcluſio.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp.& cōprobatur ea ratione, quia ſi dñs debet facere aliquid,& ad illud faciendū mittit procuratorem,& procurator non facit, dicitur dñs ipſe contumax,ideoq; talis contumacia ei nōcet,vt ſcribit Bar.in d.§.ſi procurator.ſub nu 1.ibi dico ergo. ſed dominus, vt dixi, tenetur relinquere procuratorem inſtructum cum ſufficienti mandato.ergo.

Et non recedas ab iſta declaratione, & extenſione, quicquid in contrarium videatur ſentire Cyn. ſibimet contrarius,& Petr.de Bellaper.per eū citatus,quos retuli & ſequutus ſum c.ſeq.nu.664.in fine,dum generaliter loquendo,ſentiunt, quòd contumacia procuratoris non noceat domino,quia dominus debeat citari.

EXTENDE iſtam conſequentiā, vt procedat etiam ſi dominus fuerit ignorans contumaciæ procuratoris, quia adhuc ei nocebit ſecundū ea,quæ ſcribūt Hoſt. in ſumm.tit.de procur.§.quis ſit effectus.verſ.10.eſt in prima.Spec.tit.de confeſ.§.poſtremo.nu.2.verſ.ſi vero. & n.3.verſ.ſicut.ibi.verius credo.& Cyn.in auth. principales.§.qđ obſeruari.ſub n.1.verſus finē.C.de iureiur. propt.calum.dicēs,quòd imputetur dño, qui talē procuratorē elegit.& magis in terminis Iaſ.quē citaui ſupra verſ. præcedenti. confirmatur. facit etiam pro iſta extenſione, quia data ſcientia, & patientia domini,induceretur ratihabitio,vt aduertit Veſtr. in pract.lib. 5. cap.16. num.4.

Contra iſtam extenſionē ſentiunt Bar.in l.1.§.ſi procurator.n.1.verſus finē.ibi.ſic intelligo.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp.& Alex. qui ſequitur eius opin. in l. eum qui res.ſub n.9.verſ.tamen.C.de procur. dum ſcribunt,quòd procedit, ſi dominus fuerit ſciens & negligens,quia ſecundū ipſos contumacia procuratoris non nocet domino,qñ requiritur vera contumacia domini.

RETENTA iſta extenſione pro vera, & communi.

SVBDECLARA iſtam declarationem,poſitā ſupra nu.487.& omnia contenta in ea,in quibus diximus,cōfeſſionē procuratoris nocere dño,vt procedant, & ſint vera in confeſſione,facta in iudicio contentioſo, ſecus in confeſſione ſpontanea Cyn. in d.§. quod obſeruari. nu.1.in fine.& Salyc.nu.4.in fine.& Veſtr.d. lib.5. c.16. ſub nu.2.declarans ſpontaneam confeſſionem dici eā, quam procurator faceret voluntariè,vltrò ſe offerēdo.

488 NOTA ex 2.requiſito,poſito ſupra n.486.quòd non ſufficeret monitio de reſpondendo, facta à nuntio de mandato iudicis,teſtibus Glo.in cap.2.in verbo.ſi poſt præſtitum.de confeſ. in 6. & ibidem Arch. ſub num.1. verſ.contumaciter.Abb.& Curt. Sen. in locis à me citatis ſupra d.num. 486.

489 Contra iſtud notandum, & quòd ſatis ſit, ſi mittatur copia poſitionum ſub comminatione,quòd ſi non compareat ad reſpondendum habebitur pro confeſſo, ſentiunt Spec. & Iac. Butr. quos referunt, & ſequuntur Paul.de Caſtr.in auth.principales.§. quòd ſi actor. ſub nu.5.& apertius Ant.de Butr.in cap.penult. ſub nu.21. verſ.quero quid ſi interrogatus.de iuram.calum.dicēs, iungendo Speculatorem, & Butrig. quòd ſi mittantur poſitiones abſenti per nuntium cum comminatione, quòd habebitur pro confeſſo,niſi venerit ad reſpondēdum,& is non veniat, poteſt reputari pro confeſſo. Et hinc credendū eſt,ortum eſſe ritū,& practicā,quæ ſeruatur in Regno, vt in vltima citatione inſeratur tenor articulorum,vt retuli ſupra nu.79.& quæ ſeruatur in Lombardia ex forma ſtatutorum,& decretorum, quibus prouiſum eſt, quòd ſufficiat poſitiones tranſmitti ad domum,vt refert Papien.in pract.in forma excipiendi contra poſitiones.in gl. eidem tranſmiſſarū.fol.252.

490 Verum,circunductis iſtis ritibus & ſtatutis, de iure communi requiritur iuſſio iudicis in faciem,vt dixi ſupra,& probatur clare in d.c. 2, de confeſſ. in 6. in illis verbis.*interrogatus iuſſuſq; à iudice*,ſicut conſiderat ibi Gl.quæ propterea dicit, ſicut dicit etiam poſtea Abb. in d.c.penult.ſub num. 23.hodie ſublatam eſſe antiquā controuerſiam,quæ erat ſuper iſto puncto,de qua controuerſia teſtantur Cyn.& Bar.in d.§. quòd ſi actor nu. 4.& quòd non ſufficit mittere abſenti copiam poſitionum,dixi etiam infra num. 588.

491 RETENTO eodem ſecundo requiſito.

DECLARA II. vt non reſpondens omnibus poſitionibus,ſed ſolum quibuſdam habeatur pro confeſſo non in omnibus, ſed ſolum quoad eas,quibus non reſpondit,teſte Gl. in cap.2.in verbo.eiſdem. de confeſſ. in 6.dicens,quòd pęna nō debet vlterius extendi.& ita forſan ſentiunt Spec.tit.de poſit.§.octauo.verſ.itē quęritur.nu.4.& Arch.d.c.2. ſub nu.1. verſ. contumaciter. dum ſcribunt, quòd ſi quis poſt allatam reſponſionem quibuſdam poſitionibus recedat ad patriam, ſpreto mandato iudicis,qui iuſſerat omnibus reſponderi,non habebitur pro confeſſo, ſed ſolum procedetur contra eum tanquàm contra contumacem.

492 DECLARA III. quòd ſi reſponſum eſt ad poſitiones datas,& iudex deinde præfigit terminum ad alias dandas,& præcipit parti,nè recedat,donec ſit reſponſum omnibus poſitionibus,& pars recedit, non aliter reſponſo,non habebitur pro confeſſo in illis, quæ ſunt datæ poſtea.Spec.tit.de poſit. §. decimo. verſ.item pone.nu.3. quia iudex videtur intellexiſſe ſolum de poſitionibus datis,& non de dandis;ſed vide Spec.quia loquitur quodammodo reſtrictiuè in ſpiritualibus, & quando recedens dimiſit procuratorem loco ſui.

493 TERTIVM requiſitum eſt,vt compulſio ad reſpondendum ſit iuſta,hoc eſt, quòd poſitiones ſint pertinentes, & tales vt monitus ad reſpondendum non habeat iuſtam cauſam non reſpondendi, ſeu aliud legitimum impedimentum Glo.in c.2.in verbo.iuſſuſque.de confeſſ.in 6.Bar.Bal.Paul. de Caſtr. Abb. Alex. & Curt.in locis allegatis ſupra in 1.requiſ.nu. 485. Maſcar. dicta concluſ.1177.nu.69.Cauens.ſuper ritu.120.ſub nu.13. ibi.quartum.& Carauit.in fine.limit.3.nu.4.& communiter * omnes;alioqui ſi poſitio eſſet impertinens, ſeu aliter talis,cui quis non teneretur reſpondere,non poſſet reputari pro confeſſo Glo.in d.c.2.in verbo. abſquè rationabili cauſa.de cōfeſſ.in 6.Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2. c.4. n.17. & facit quod dixi ſupra c.1.n.78.de eo,qui non tenetur iurare de calumnia.& quibus poſitionibus quis non teneatur reſpondere, dixi in pluribus locis ſupra nu.91. 173. 180.183. 190. & ſeqq.

494 QVARTVM requiſitum eſt iuramentū ex parte ponentis,vt dixi infra nu.499. & 500.quibus interuenientibus, paria ſunt quòd noluerit reſpondere dominus principalis, vel eius procurator iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 487.

CASVS II.

495 CAPIO ſecundum caſum; qñ poſitiones fiunt extra negotium principale,quales ſunt illæ,quæ fiunt ante conteſtationem litis:Et concludo requiri eadem, præter conteſtationem litis; & ita eſt intelligēda theorica Bartoli,Baldi,& aliorū in ſæpè citata auth.principales. §.qđ ſi actor.C.de iureiur.prop.calum.& iſto caſu procedant quæ ſcribunt Curt. dicto breuiloq.6.n.8.& 9.& Maſcar.dicta cōcl.1177.n.69. & nota hāc noſtrā declarationē,qa per eā defenditur Bar.& Paul.de Caſtr. & cōciliantur cū eis Curt.& Maſcar.qui malè eos reprehenderūt,& hæc diſtinctio eſt approbata etiam in figuratione caſus ſuper c.1.de confeſſ.in 6.

496 † hæcq; requiſita colligūtur ex dicto c.2.de confeſſ.in 6.cuius diſpoſitio eſt ſeruanda ad vnguē, quia, cum inducat confeſſionē, eſt valde rigoroſum, vt notarunt Domini de Rota de-

cis.3.alias.283.de confess.in antiq.& alias si non seruaretur,processus redderetur nullus, vt in simili dixi lib. præced.cap.97.num.32.

497 QVAERVNT etiam Doctores de iuramento calumniæ nunquid & ipsum debeat præstitum esse ad hoc,vt nolens respondere positionibus,possit haberi pro confesso, saltem quando positiones sunt datæ super negotio principali post litem contestatam.

In isto articulo Doctores sunt contrarij, & confusi, vt apparebit ex infradicendis; Ego tamen indistinctè concludo non esse necessarium; sed pro clariori intelligentia,discurro duos casus.

Primus est, si quæramus an debeat esse præstitum ab eo, qui tenetur respondere positionibus.

Secundus est,an debeat esse præstitũ ab eo,qui dedit positiones;& iste videtur magis dubitabilis.

IN PRIMO casu Paul.de Castr. in auth. principales.§.quòd si actor.sub nu.5.C.de iureiur.prop. calum. videtur tenuisse,quòd sit necessarium ita, vt; eo non præstito,renuens respondere non possit haberi pro cõfesso, cuius sententia videtur confirmari ex textu in c. 2.in principio.de confess.in 6.& pro eadem possunt adduci Vber.de Bob.tract.de posit.nu.31.in fine. & num. 32.& Neuiz.cons.7.nu.5. in fine.

498 Contrariam sententiã;qđ nõ sit necessariũ, tenuerũt Glo.in d.c.2.in figuratione casus.not.1.de confess.in 6. Bal.in d.§.quòd si actor.sub n.3.& Saluc.sub n.36.vers. sed dubitari vidi.dicens ita fuisse consultũ, & obtentũ Bononiæ.Curt.tract.de posit.breuiloq.6.nu.9. Mascar. tract.de prob.concl.1177.sub n.70.lib.3.& Natt.qui loquitur in interrogationibus cons. 228. in fine. lib. 1. & ✠ est cõis,* quæ confirmatur hac duplici ratione; & prima,quam ex Ioan.de S.Georg. & Ricchar. de Sali. refert,& sequitur Bal.in d.§.quod si actor. sub nu.3. vers. sed nunquid ille. quia non minor est contumatia eius, qui non vult iurare,& respondere super positionibus, quam eius,qui post præstitũ iuramentum de calumnia non vult respondere:secunda, quia si quis habetur pro confesso eo ipso,quòd non vult iurare de calumnia,vt appareat in dicto §. quòd si actor. ergo ad habendum eum pro confesso non requiritur, quòd iuramentum calumniæ præcesserit;& hæc sententia est vera.

499 IN SECVNDO casu videtur similiter dicendũ, qđ non sit necessarium;quia iuramentum calumniæ nõ est necessariũ in iudicijs,nisi sit petitũ c.1.de iuram.calum. in 6.& dixi supra c.1.nu. 49. & qđ in positionibus non sit necessarium,tradit Gl. in d.c.2.in figuratione casus. not.1.de confess.in 6.& in proprijs terminis Papien.in prax.in form.posit.actor.in glo. ponit nu.3.fol.236.dicens,quòd vterquè tenetur iurare de calumnia, is scilicet,qui debet respondere,& is,qui dat positiones,si sit petitum,& non alias.

500 Contraria sẽtẽtia,quòd sit necessariũ,videtur apertè probari ex d.c.2.de confess. in 6. dum in eo dicitur: *si post præstitum iuramentum, &c.* cuius capituli dispositio est seruanda in omnibus ad vnguem, quia est rigorosa,vt dixi supra n.496.& hanc sententiam tenẽt Bal. motus isto textu,in l.si filius.versus finẽ.ff. de interrog. actio. Affl. in constitutione.partes.sub n.4. lib.2.& Cauens.super rit.120.n.13.qui volũt, quòd positio debeat esse iurata per ponentem saltem per iuramentum calumniæ in tota lite,&,loquendo de positione antè cõtestationem litis,videtur confirmari ex Gl.1. in cap.1. col.2.nu.40.in fine.de confess.in 6.dùm tradit, quòd iudex ponentem antè contestationem litis faciet iurare se credere,& æstimare verum esse,quod ponit. & ita seruatur in foro Capitolino ex dispositione statutorũ lib.1.c.68.quo mandatur actori danti positiones,vt eas det suo iuramento.& seruari debet in locis, in quibus proceditur secundum constitutiones Marchiæ. lib. 5.c. 19.quia mandant,vt ponens debeat iurare,se illas dare non animo calumniandi.

Aduerte obiter circa dictum statutum Vrbis; quòd licet requirat positiones dari ab actore suo iuramento, & interpretationem receperit in foro Capitolino, vt si ab ipsomet suo proprio iuramento nõ fuerint datæ, reus contumax in non respondendo,non possit haberi pro confesso,tamen satisfactum erit statuto,si datæ fuerint à procuratore cũ specialissimo mandato ad dandas insertas positiones & ad iurandum super illis: & moueor ex his quæ scripsi supra c.1.q.14.nu.108.& supra nu.40.

501 RETENTA prima opinione negatiua, quæ est vera:quòd non sit necessarium.

DECLARA eam, vt iuramentum calumniæ præstitum antea possit seruire, & stare loco iuramenti veritatis,sicquè alternatiuè requiritur vel iuramentum calumniæ,quia sub eodem iuramento calumniæ, quod esset præstitum in causa,posset responderi positionibus, vt ex Bal.Paul.de Castr. & Vestr. retuli & sequutus sũ infra num.765.vel iuramentum veritatis;& ideo c.2.de confess.in 6.loquens in isto casu,loquitur alternatiuè, & ita etiam loquuntur Bal.Affl.& Cauens.superius allegati,& sic etiam loquitur Gl.superius adducta;cæterum de consuetudine exigitur iuramentum veritatis, quamuis esset iuratũ de calumnia,vt dixi infra nu.766. hocq; iuramentũ tũc etiã præcipuè esset necessariũ, qñ ageretur ad impediendum eum, qui dat positiones, ne posset ampliùs reuocare confessionem, contentam in positionibus iuxta ea,quæ dixi lib.præced.c. 60.nu.14.

QVAESTIO XII.

502 QVAERO an, seruata forma c.2. de confess.in 6. contumax in respondendo positionibus habeatur indistinctè pro confesso iuxta ea,quæ dixi supra nu.476.& seqq.& quid in interrogationibus?

Resp.Gl. in cap.fin.in verbo.pro confesso.in fine de confess.in 6.Bal.in auth.principales.§. quòd si actor.n. 3.C.de iureiur.prop.calum. & Fely.in c. intelleximus. n.2.ad fin. de iudic. tenẽt quòd habeatur pro confesso, seu negante,prout ipsi contumaci deterius erit.

Verum postea idem Bal.in l.1.n.83.C.de confess.quẽ refert, & sequitur Cumia super rit. Sicil. cap. 37. sub nu.67.tenet,quòd habeatur pro confesso indistinctè; & hęc est vera opinio,quam tenet Ioan.Andr.in additione ad dictam Gl. in c.fin.in verbo.pro confesso.in fine. de confess.in 6. reprobata Glo.

503 Ratio secundũ Bal. est, quia in positionibus semper deducitur ius actoris,vnde expedit actori, & nocet cõtumaci,vt habeatur pro cõfesso,&si in eis deduceretur ius rei,possent videri impertinẽtes; quia nemo tenetur docere,seu respondere de iuribus suis iuxta ea,quæ dixi supra limit. 16.nu.292. vel breuius;ratio est secundũ Gl. vbi supra,quia satis est ponenti habere suum intentum;

504 † secus est in interrogationibus, quæ fiunt ad præparandum iudiciũ;quia in eis habebitur pro confesso, seu negante prout ei deterius erit l. de ætate. §. qui tacuit.& ibi Bar.versus finem.ff.de interrog.actio.Gl.vbi supra. Vber.de Bob.tract.de posit.sub nu.56.& hinc orta est praxis quorundam, qui in citatione ad subeundũ comminantur,quòd alias apponetur verbũ magis damnosum; prout de dicto verbo mentionem faciunt Paul. de Castr.in d.§.quòd si actor.nu.5.C. de iureiur. prop. calum.& Cumia d.cap.37.nu.69. in fine.seu habebitur pro negante,aut cõfesso;prout interrogãti vtilius erit, vt loquuntur Papien. in pract. in form. interrog. facien.cont.reũ &c. in gl. compellatis.n.3.fol.7.& Curt. tract.de posit.n.15.quod mihi magis placet;

505 † & quòd tacens per contumaciã videatur consentire,si consensus est sibi præiudicialis;quia in odiũ cõtumacis fit interpretatio in deteriorẽ partẽ,notat Ias.in l.quę dotis. nu.69.vers.primus casus.ff.solut.matr.recolligendo casus,in quibus tacẽs videtur cõsentire;

506 † regulariter tñ habetur pro negãte,quia in interrogationibus ad præparandum iudiciũ reus interrogatur de iuribus suis, vt puta an sit hæres,an sit possessor, & de similibus, quæ tendũt ad illius commodũ;& ideo habetur pro negãte, ne alias cõtumacia illi prodesset;ita declarat Bal.in d.l. 1.sub n.83.C.de confess.quẽ refert, & sequitur Cumia vbi supra;

507 † requiritur tñ,quòd etiam in ipsis fuerit seruata forma dicti c.2.de confess. in 6. prout supposui in quæsito,& notat in terminis Bar.in dicto §. qui tacuit. in fine.quẽ refert,& sequitur Curt.tract. de posit.n.15.

508 Rationem aliã assigno;quare in positionibus habeatur pro confesso,& in interrogationibus pro cõfesso,& negante,vt interrogãti vtilius fuerit;quia is,qui dat positiones,contẽta in eis assumit probanda per cõfessionem

nẽ aduerſarij, & in defectũ per teſtes; vnde,ne poſitio operetur vltra intentionem ponẽtis, debet haberi pro confeſſo;at is, qui interrogat,non magis affirmatiuam, quàm negatiuã aſſumit probandam;& ideo eam cenſe-
509 tur voluiſſe probare,quæ ei magis expedit:† nam in æquiuocis fit interpretatio prout magis expedit faciẽti Corn.conſ.337.dictos actores.nu.5.lib.1.

QVAESTIO XIII.

510 QVAERO, an ſint aliqui caſus, in quibus contumax nõ poſſit haberi pro confeſſo,etiam ſi fuerit ſeruata forma cap. 2.de confeſſ.in 6.

Reſp. quòd ſic.

PRIMVS eſt in cauſis ſpiritualibus,& in beneficialibus Spec.tit.de poſit.§.nono.ſub n.3.ibi. ſecus puto ſi agatur de re ſpirituali.Arch. in c.2. verſ.pro confeſſis. ſub n.2.de confeſſ.in 6.Bal.in l.2.verſ. quarto quæritur. n.7. C.de iureiur.prop.cal.Paul.de Caſtr.in auth.principales.§.qd ſi actor.n.5.verſus fin.C.eod.Cur.tract.de poſit.n.14.fol.10.Aret.Inſtit.de pœn.tem. litig.in principio n.8. verſ.nũquid in cauſa ſpũali. & poſt eũ Maſcar.
511 tract.de prob.concl.1177.n.73.& 74.lib.3. & ratio eſt, ne hac via daretur ingreſſus vitioſus ad beneficia,vt dicunt citati Doctores,& hæc eſt concluſio communis.*
512 DECLARA iſtam cõem concluſionem,ſicut declarant Arch.Bal.& Aret.qui eũ referunt,& ſequuntur in locis proximè citatis,vt licet non habeatur pro confeſſo quoad vtilitatẽ partis aduerſæ,quæ non per hoc, qđ aduerſarius habetur pro confeſſo,dicetur probaſſe intentionem ſuam, cum debeat illam legitimè probare, & verè docere de titulo,ne per hanc viam poſſet colludi, & dari vitioſus ingreſſus, cum iſta poſſideri non poſſint ſine canonica inſtitutione, teſte eod. Arch. vbi ſupra, tamen habebitur pro confeſſo quoad præiudicium ipſius contumacis,nolentis iurare, & reſpõdere.
513 SECVNDVS eſt in cauſis criminalibus Bal.in l.1.n. 13.verſ.oppono nam contumax.C.quom. & quan.iud. Paul.de Caſtr.& Curt.in locis ſupra citatis. & ratio vltra eam,quam aſsignant Bal.& Paul.de Caſtr.relatam à nobis ſupra c.1.q.18.num.160. verſ. confirmatur.eſt, quia in criminalibus non fiunt poſitiones iuxta ea,quę dixi ſupra nu. 251.
514 TERTIVS eſt ſecundum Bal. in l.ſicut.in fine. C. de repud.hæred.quem caſum pro aureo refert Curt.tract. de poſit.ſub n.15.fallent.4.& poſt eum Maſcar.tract.de probat.concluſ.1177.nu.75. lib.3.& pro ſingulari Cauenſ.ſuper ritu.120.verſ.limita multum ſingulariter.n. 3.in fine.& nu.4.qñ fuiſſet data poſitio ſcienter falſa;& ratio ſecundum Bal.& Cauens.vbi ſupra eſt, quia dolus non reſpondentis compenſatur cum dolo ponẽtis:
515 † At quomodo probetur ſcientia falſitatis, collige ex his,quæ ſcribit idem Maſcar.eod tract.de probat.concluſ.1293.lib 3.nam ſi quis produceret aliquod inſtrumentum in alio tribunali,ſeu in alia cauſa, eoque vſus fuiſſet,& deinde faceret vnam poſitionem in alia cauſa,aduerſariuã illi inſtrumento, diceretur facere ſcienter falſam poſitionẽ;quia eo ipſo,qđ quis produxit inſtrumentũ præſumitur ſcire contenta in eo Maſcar.vbi ſupra n.17.& ad hunc effectum compẽſandi dolum cũ dolo credo,quòd ſufficeret ſcientia præſumptiua.
516 QVARTVS eſt ſecũdum Doctores,qñ libellus fuiſſet ineptus,vt tradit Bal.in auth. principales.§.quòd ſi actor.ſub n.4.C.de iureiur. prop. calum. & ibidẽ Saly. & Paul.de Caſtr.ſub n.8.Curt.tract.de poſit. ſub n.16. fallent.vlt.& Maſcar.de probat.concl.1177.ſub nu.77. & 78.lib.3.& ratio ſecundũ eos eſt,quia,data ineptitudine libelli,ſeu non concludentia; non põt ſequi condemnatio, etiã præſuppoſita confeſsione reali, & ore proprio: Igitur à fortiori ſi confeſsio eſt ficta:hic caſus in ſe eſt verus,ſed ratio eſt falſa, quia ſi confeſsio vera ſanat oẽs defectus,vt dixi lib.præced.c.97.ſub nu. 126. ibi.quinto. & inducit notoriũ, atque operatur,vt ordo non ſit neceſſarius,nõ video cur non poſſet cõdemnari etiam prẹſuppoſita ineptitudine libelli,prout benè aduertit etiam Curt. vbi ſupra ſub n. 17. vbi ita declarat, ponendo iſtam differentiã inter confeſsionem veram,
517 & confeſsionem fictã:† ratio igitur eſt,quia confeſsio ficta, reſultans ex cõtumacia, non oritur,niſi ex proceſſu legitimo,vt dixi d.lib.præced. c.97.ſub nu.176.verſ. non obſtat quintum. vbi habes rationem rationis.

Adde ſi placet pro confirmatione huius caſus,quod ſcripſi ſupra c.1. q.8. nu.80. verſ.exemplifica 2.vbi loquendo de confeſsione ficta cõtra nolentem iurare de calumnia,dixi, quòd ficta confeſsio non haberet locũ, quando ex tenore libelli appareret,quòd is, qui noluit iurare eſt abſoluendus.
518 Ex iſto quarto caſu poſſet confirmari quod ſcripſit Bal.in l.1.n.24.verſ.pone feci tibi.C.ſi plures vna ſentent.quẽ refert,& ſequitur Franc.Cremen.not.169.ſtatuto cauetur.dicens quòd ſi tu feciſti poſitionem,quòd mutuaſti mihi.x.nõ expræſſo tpe mutui, & ego fuerim contumax in reſpondendo,non poſſum haberi pro cõfeſſo,etiam ſtante ſtatuto,qđ cõtumax in reſpondendo poſitionibus habeatur pro cõfeſſo; & ratio eſt ſecundũ eum,quia etiam ſi probares per teſtes,tamen non poſſes obtinere, ſi eſſet probatio ſine tempore, & dicit Fran.Cre.ſe pro hoc dicto lucratũ fuiſſe duoſducatos.
519 Verum ego reſponderẽ contrarium, quia hoc procederet,ſi ſtatutum diſponeret quòd poſitum haberetur pro probato,ſecus quãdo diſponit quòd habeatur pro confeſſo, vt in iſto caſu: quia temporis expreſsio non eſt neceſſaria in confeſsione iuxta ea,quæ dixi infra c. 11. num. 282. & num.   nec aliquod extat impedimentum,quod impediat confeſsionem oriri.
520 QVINTVS eſt, qñ cauſa ageretur inter perſonas, inter quas non põt eſſe iudiciũ;vt puta inter patrem,& filium,& inter dominum,& ſeruũ,vide Odoff. Beneu. tract.de poſit.n.20.& eod.tract.Iacob. de Aren. nu.43. in fine.& 44.& Vber.de Bob.ſub nu. 55. & ratio huius caſus eſt,quia talis poſitio non tenet Spec tit.de poſit. §.ſeptimo. verſus finem.ſub num.45.verſ.21. & 22.

Aduerte,quòd Curt.tract.de poſit.num.15. fall.6. & Maſcar.de probat.concluſ.1177.nu.76.vt augeant numerum fallentiarum, ſeu caſuum,limitant etiam quando poſitio non eſſet legitima, ſed eſt ſuperflua,quia cõtinetur in 3.requiſito, de quo dixi ſupra nu. 493.
521 SEXTVS eſt, qñ darentur poſitiones ſuper negotio principali antè conteſtationẽ litis;quia tunc licet quis nollet reſpondere,& eſſet contumax; tamen nõ poſſet haberi pro confeſſo iuxta ea,quæ firmaui ſupra n. 482. verſ.limita.& facit quod ſcripſi ſupra c.1.q.1. nu.16. & q.8.nu.79. in quibus locis,loquendo de iuramento calumniæ, dixi quòd quis non cogitur iurare de calumnia ante conteſtationem litis, & quòd propterea nolens iurare non incurrit pẹnam nolentium iurare.

QVAESTIO XIIII.

522 QVAERO, ſeruata forma dicti c.2.de confeſſ.in 6. an contumax habeatur pro confeſſo ipſo iure, vel requiratur declaratoria.

Reſp.quòd requiritur declaratoria Gloſſ.in d.c. 2.in verbo.pro confeſſo.de confeſſ.in 6.Bar.in auth.principales.§.quòd ſi actor.nu.5.Bal.nu.1.& Paul.de Caſtr.n. 2.C.de iureiur.prop.calum.Moron.de fid.treu. & pac. q.35.Bal.in l 1. nu.84. C.de confeſſ. & in tit.ſi de feud. fuer.controu.inter domin.& agn.vaſal.c. ſeu. §. vaſallus.num.2. & 3. vbi admonet aduocatum,vt ſit cautus, quia ſi tranſmitteretur proceſſus ad conſilium ſapientis,non prius declarato contumace pro confeſſo, illa confeſsio non iuuaret,& ſic ſapiens non poſſet conſulere,vt condemnaretur, niſi fuiſſet conſultus generaliter, quæ debeant eſſe partes iudicis; quia tunc ſapiens poſſet conſulere, vt contumax declararetur pro confeſſo,& poſtea condemnaretur:hoc idem ex Bal.referũt, & ſequuntur Curt.tract.de poſit.ſub nu. 10. & Maſcar. de probat.concluſ. 1177.ſub nu 70. lib 3.

Et quòd requiratur declaratoria,latè ſcripſi lib.præced.c.97.nu.112.& ſeqq. vbi habes ampliationes. & faciunt quæ ſcripſi ſupra c.1.nu.85.verſ.declara 2.de declaratoria ſuper contumacia nolentis iurare de calumnia,& hæc eſt concluſio communis.*
523 EXTENDE iſtam cõem concluſionem,vt in tantum ſit neceſſaria declaratoria,qđ ſi reus reſpondeat ante interpoſitionẽ declaratoriæ, nõ poſsit deinde declarari,qa admittitur purgatio moræ.vide Neuiz.conſ.6. n. 11.in fine,& quę dixi lib.prẹc.c 97.n.75.verſ.cõtraria.

524 DECLARA, in iſta declaratoria non eſſe neceſſariam citationem Marſ.in l.de vnoquoquè.caſ.38. nu. 107. ff. de re iud. & hanc eſſe communẽ * opinionẽ ex Calc.conſ.16.nu.11.incipien.viſis elegantiſſimis.referunt, & ſequuntur Gab. in concluſ. lib. 2. tit. de cit. concl. 1. nu.380.limit.26. & Gail.in pract.obſeru.lib.1. obſeru. 80. num. 7. atteſtans ibidem de obſeruantia in Camera Imperiali.

525 Contraria opinio,quòd ſit neceſſaria,quã refert, & ſequitur Moron.dicta q.35.nu.5.qñ poſſit habere locũ, vide Alex.conſ.212.n.11.& 12.lib.6. videlicet qñ in citatione, ſeu monitione ad reſpondendũ non fuiſſet cõminata pena confeſſi,ſeu non veniret imponẽda ex ordine proceſſus iuxta ea, quæ declarat Gabr. in concluſ.lib.2.tit.de citat.concl.1.n.163.in declaratione 34. ampliationis. & quæ nos breuiter ad hunc locum remiſſiuè diximus lib.præced.c.99. nu.9. & quòd in alijs declaratorijs requiratur citatio,vide Gabr. d. concluſ. 1.de citat.num.381.& 382.

QVAESTIO XV.

526 QVAERO an diſpoſitio dicti c.2. de confeſſ.in 6. habeat locum tàm contra non reſpondentem, quàm contra reſpondentem, ſed obſcurè.

527 Reſp.quòd ſic,& moueor,quia reſponſio obſcura,& incerta non admittitur, cum relinquat ponentem incertum,& paria ſint nõ reſpondere,& obſcurè reſpondere l.de ætate. §. nihil intereſt. ff. de interrog. act. & ibi Bar.n.1.Iacob.de Aren.tract.de poſit.nu. 30.Vber. de Bób.eod.tract.ſub nu.21.in fine.& nu.24. fol.8. Papien.in pract.in form.interrog.fien.cũ reo conu.actione reali.in glo.compellatis.ſub nu. 3.fol.7. Curt. tract. de poſit.nu.53.breuiloq.26.fol.12.Gail. in pract.obſer. lib. 1.obſeru.82.nu.3. & quòd in Curia Capitolina qui reſponderit,ſed non ſimpliciter, & explicitè,prout de iure tenetur,habeatur pro confeſſo, ac ſi nullatenus re ſpondiſſet,diſponunt ſtatuta Vrbis lib.1. cap. 68. quod idem in Regno Neap. diſponit pragmat. quinta die.in

528 fine.fol. mihi 416.† &, quòd etiam interrogationibus ſit clarè & apertè reſpondendum,conſulit Natt. conſ. 218.lib. 1.dicens,quòd,Bartholomæo, intendente agere contra hæredem Bernardi olim tutoris dicti Bartholomæi ad reddendam rationem tutelæ, & propterea petente, interrogari Picardum, an ſit hæres dicti Bernardi,mediante perſona Caſtellinæ vxoris dicti q.Bernardi;& Piccardo reſpondente, ſe eſſe hæredem dictæ Caſtellinæ,non exprimendo aliud,non dicitur reſpondiſſe,niſi exprimat,an ſit hæres dicti Bernardi; quia dictus Bartholomæus aliter non poteſt deliberare vtrum ſibi expediat agere contra ipſum Picardum,& Nattam refert & ſequitur Maſuer.in addit. ad pract. Papien. in principio.in glo.compellatis.in verbo.pararus. fol. 11.

529 EXEMPLIFICA reſponſionem obſcuram,ſeu incertam,& ideo non admittendam,quando reus reſpondet *credo ſi appareat*;vel *ſi probetur* Bar. & Curt.in locis citatis ſupra nu.527.& eſt de mente Spec. & Vber. de Boſi.quos retuli infra num. 540.

530 EXTENDE iſtam exemplificationem,vt in foro Capitolino procedat etiam ex diſpoſitione ſtatut.Vrb. lib.1.cap.68.in fine,diſponentium, quòd iſta reſponſio *credo ſi de iure probetur*,ſeu *neſcio*, vel *ignoro* non admittatur, & habeatur pro non reſponſione.

531 RESTRINGE eandem exemplificationem, vt non ſit vera;quando poſitio ſeu interrogatio eſſet obiectiua; quia tunc admitteretur talis reſponſio: *credo ſi de eo conſtabit per legitima documenta*. Rot. deciſ. 38. alias 624.de teſtib. in antiqu. & ratio eſt, quia non tenetur reſpondere,ſi non vult reſpondere iuxta ea,quę ſcripſi ſupra limit.10.num. 229. & 328.

532 EXEMPLIFICA II. quando reus reſpondet. *non credo niſi appareat*; quia iſta reſpõſio eſt incerta & obſcura,& ideo non eſt admittenda, teſtibus Curt. tract. de poſit.breuiloq.26.ſub num. 53.fol.12.& Alex.in addit. ad Bar.in d.l.de ætate.§.nihil intereſt.in verbo.non credit.ff. de interrog. act. qui ſic tenent contra ipſum Bar.in loco citato.

533 Comprobatur iſta exemplificatio ex his, quæ Luc. Pæt. in pract.capitol. lib. 5.cap.2.num.10. ſcribit contra decretum admittendi appellationem, *non admitto niſi ſi & in quantum*, dicens, paria eſſe dicere.admitto ſi & in quantum:& dicere.non admitto niſi ſi & in quãtum.& certè ego neſcio videre inter hos modos loquẽdi aliam differentiam,quàm verbalem;prout latius, fauente Deo,proſequemur lib.ſeq.dum agemus de admiſſione appellationis.

534 Contra iſtam exemplificationem tenet Bar.in d.§.nihil intereſt.dicens eiuſmodi reſpõſionem eſſe certam, hancquè Bar.opinionem eſſe communem * ſcribunt Myſing. in ſign. obſeru. cent. 4 obſeru.50. & Gail. in pract.obſeru.lib.1.obſeru.82.num.20. & 21. qui& ſi in erratis,poſitis ad finem libri, reſtituatur in contrariam ſententiam,tamen non eſt corrigere ſcripturam,ſed eſt mutare ſententiam:quia ex tota lectura huius articuli apparet,quòd ita ſentit ſine errore ſcripturæ.

535 Comprobatur ſecundum eoſdem iſta communis opinio ab effectu;quia data eiuſmodi reſpõſione,ſi poſtea appareat,ſeu probata fuerit intentio ponẽtis,reus, qui forma prędicta reſponderit, dicetur conuictus & confeſſus; & proinde nõ poterit appellare à ſententia, quæ feretur contra ſe,teſte Bal.in cap.cum acceſſiſſent. num.7.de conſtitut.quem referunt & ſequuntur Iaſ.in l.actione.ſub num.5. verſ.& nota.C.de tranſact.Gerar. ſing.46.Myſing.& Gail.in locis ſupra citatis.

536 Ratio huius opinionis,& cõprobationis ipſius eſt; quia natura dictionis *niſi* eſt ponere contrarium antecedenti;vnde ſi oratio antecedens ſit negatiua,ponit & affirmat eandem in exceptiua, vt declarant Iaſ.&Gail. in locis ſupra proximè citatis.

537 RETENTA exemplificatione,quæ eſt vera.

DECLARA vt ſi reſponſio fuerit admiſſa, poſſit ſortiri effectum confeſſionis,ſi fuerit probatum, ſicut ex Bal.& alijs retuli,& ſequutus ſum ſupra verſ.comprobatur ſecundum.

538 EXTENDE eandem exemplificationem vt habeat præcipuè locum,quando ſtatutum mandaret reſpõderi ſimpliciter,quia tunc tantò minus eſſet admittenda, Matheſil.ſing.37.in prima limitatione. & Alex. in addit.ad Bar.in d.l.de ętate.§.nihil intereſt.in verbo.non credit.ff.de interrog.act.

539 EXTENDE II. vt habeat locum etiam ſi iſta reſponſio.*niſi appareat* reſtringeretur, & correſpectiuaretur ad acta facta in cauſa, & circumducto etiã ſtatuto, de quo in præcedenti extenſione; quia adhuc talis reſponſio eſſet obſcura & non admittenda:& moueor duplici ratione:prima,quia talis reſponſio in effectu non differt ab illa *credo ſi appareat* iuxta ea,quæ dixi ſupra n. 533.ſed illa reſponſio non admittitur iuxta ea,quæ dixi ſupra nu.529. ergò neque iſta:ſecunda ratio eſt, quia probatio,contenta in actis,ad quam reſtringeretur reſponſio,poſſet eſſe obſcura:ergo obſcura etiam eſſet reſponſio;ergo non eſt admittenda; & & pro iſta extentione poſſent adduci etiam Spec.& Vber.de Bob.quos retuli infra nu.ſeq.& ita teneo,quicquid in contrarium ſentire videantur Mattheſil.& Alex.citati in præcedenti extenſione.

540 EXEMPLIFICA III. quando reus reſpondet *credo quod ponitur,ſi apparet inſtrumentum, vel ſcriptura de cuius tenore ponitur.* quia talis reſponſio non admittitur,teſtibus Vber.de Bob.tract.de poſit. nu.21. in fine.& ſeqq.fol.8.& & Spec.tit.de inſtrum.edit.§.nunc dicamus.ſub nu.5.verſ.quid ſi quis in libello,vbi ſcribit,quòd in curia romana talis reſpõſio nõ admittitur.

541 Contra iſtam exemplificationem tenẽt Bal. in auth. principales.§.quod obſeruari.in fine.nu.26.C.de iureiur.prop.calum.& Gail.in pract.obſeru. lib. 1. obſeru. 82.nu.24.dum ſcribunt, hanc reſponſionem eſſe admittendam,& citant Spec.in tit.de teſte.§.qualiter. ſub n. 5.verſ.cæterum.

542 RETENTA exemplificatione, quæ eſt vera, & quã tenet Spec.quia in loco contrario,citato per Bal.receperat quorundam opinionem.

EXTENDE eam,vt præcipuè habeat locum, quando ſtatutum mandat reſponderi purè & ſimpliciter,Papien.in pract.in forma excipiendi contra poſitiones.in glo.primo quòd publica.num.5.fol.260.

543 RESTRINGE eandem exemplificationem, vt non ſit vera; quando actor ponit relatiuè ad iſtrumentum, dicendo

dicendo ponit quòd N. debet ſibi centum vt in inſtrumento &c. & N. reus reſpondet: credo vt dicitur in dicto inſtrumento: quia talis reſponſio eſſet admittenda vt ſcribit Guid. Pap. deciſ. 334. debet de iure. dicens, quòd ita practicando obtinuit, & vidit tales reſponſiones tolerari etiam in contradictorio iudicio: ratio huius reſtrictionis eſt; quia ſi quę obſcuritas eſt in reſponſione, eadem eſt in poſitione, cum vtraquè ſit relatiua ad inſtrumentum.

544 DECLARA nunc reſponſionem certam, & ideo admittendam eſſe; qn̄ reus reſpõdet *credo vt ponitur*, ſeu *nego vt ponitur*: quia iſta reſponſio admittitur, teſtibus etiam Maſcar. & Luc. Pæt quos retuli & ſequutus ſum infra ſub nu. 709. quicquid aliter ſeruetur in Camera Imperiali, de cuius obſeruantia teſtatur Gail. quem citaui infra ſub d. num. 709. & admittitur iſta reſponſio etiam ſi ſtatutum mandaret reſponderi ſimpliciter, & explicitè; & ita ſeruatur paſſim ſine vlla dubitatione; quicquid dubitando & cogitando ſcripſerit Papien. in pract. in forma excipiendi contra poſitiones. in gl. primo quòd publica. num. 6. fol. 261. poteris ſi placet videre quæ ſuper eiuſmodi ſtatuto ſcribit Aſin. in prax. §. 19. cap. 17. & ſeqq.

QVAESTIO XVI.

545 QVAERO quod remedium ſuperſit reo, qui ob non reſponſionem ad poſitiones fuit declaratus pro confeſſo.

Reſp. quòd poteſt appellare, & in cauſa appellationis iuſtificare cauſam, ob quam non reſpondit, qua iuſtificata, pronuntiabitur malè iudicatum & benè appellatum, ſi fuerit iuſta cauſa, vt refert, & ſequitur Moron. tract. de fid. treu. & pac. q. 35. num. 2. & 11. & quòd de iure communi detur appellatio, vide quæ ſcripſi lib. præced. cap. 96. num. 21. & cap. 97. ſub num. 44. & 46. & hæc eſt communis * ſententia, pro qua facit quod ſcribit Bal. in l. 1. n. 1. C. quor. appell. non recip. dicens, quòd contumax in non iurando de calumnia, declaratus pro confeſſo, & conuicto, poteſt appellare, ſi ſuam contumaciam excuſet.

Nec obſtat opinio, quam vna cum Aſinio firmaui in contrarium dicto cap. 97. ſub nu. 126. verſ. contrariam. quia reſp. quòd ibi loquuti ſumus de appellatione à ſententia diffinitiua, lata ſuper negotio principali contra confeſſum, ſed hic loquimur de appellatione à declaratione ſuper confeſſione, reſultante ex contumacia, vt declaraui d. cap. 97. num. 103. verſ. nec obſtat. quo caſu appellatio nō poteſt denegari, quia per appellantem eſt ſuſpenſa executio & effectus declaratoriæ, vt dixi d. cap. 97. ſub num. 109. circa principium. ibi. ad oſtendendum. & verſ. ad primum. & ſic adhuc non poteſt dici, quòd ſit ex illis confeſſis, quibus ſolet denegari appellatio.

546 LIMITA tamen in foro Capitolino, quia denegaretur, vt dixi lib. preced. cap. 96. num. 21. & ſimiliter in Regno Neap. ex diſpoſitione ritus 120. & ibi Cauen. & Carauit.

DECLARA reſtringendo iſtam limitationem, quòd licet denegetur appellatio, tamen non denegatur reſtitutio in integrum iuxta ea, quę ſcribit Bar. in l. 9. minor etiam. ſub num. 1. ibi. vel aliter. ff. de minor. 25. ann. ad quem ſe remittit Cauens. ſuper ritu 120. num. 12. & ita ſeruatur in foro Capitolino ſine ſcrupulo &, fauente Deo, latius explicabo lib. ſeq.

QVAESTIO XVII.

547 QVAERO an poſitiones poſſint fieri tàm ab actore, quàm à reo, & à quo prius.

Reſp. poſſe fieri ab vtroquè, vt ſcribunt Spec. tit. de poſit. §. 3. verſ. fiunt quoquè. num. 3. Iacob. de Aren. tract. de poſit. num. 17. & Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 14. num. 12. & probatur ex textu in cap. vnico. de litis conteſt. & cap. dudum. il. 2. de elect. & in foro Capitolino hoc non habet difficultatem iuxta ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 68. & quòd poſſint fieri tàm ab actore, quàm à reo, ſentiunt Doct. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 45. & 52. dum docent quomodo actor, & quomodo reus debeant formare poſitiones. Sed quis debeat prius ponere actor, vel reus. dico vna cum Spec. d. tit. de poſit. §. quarto. verſ. oc quoquè. num. 10. & Vber. de Bob. tract. de poſit. ſub num. 7. quòd poſſunt fieri commixtim, & viciſſim, ſi æquum iudici videbitur, quòd ſi ab altero eorum prius fieri quandoquè deberent, dico, quòd ab actore, vt per eoſdem ibidem. & per Ioan. Mar. Monticel. tract. de teſtib. rub. productio teſtium. fol. mihi 251. col. 1. vide ad hæc, quæ ſcripſi ſupra cap. 3. num. 231.

QVAESTIO XVIII.

548 QVAERO an principalis, qui reſpõdit poſitionibus per procuratorem, dicatur ſufficienter reſpondiſſe ita, vt ipſe non poſſit cogi ad ſubeundum, & per conſequens nec reputari pro confeſſo, ſi non reſpondeat.

Reſp. diſtinguendo triplex genus mandati: primum dicitur mandatum generale: ſecundum ſpeciale: tertium ſpecialiſſimum.

SI procurator habet ſolum generale, & reſponderit, negando poſitiones; concludo, quòd ſi aduerſarius non vult acquieſcere huic reſponſioni; non dicitur
549 ſufficienter reſpondiſſe, * quia; cum in poſitionibus agatur de veritate negotij; principales, & non aduocati, ſeu procuratores ſunt interrogandi; cap. paſtoralis. de iudic. & cap. 1. eod. in 6. Gloſ. in cap. 1. in verbo. ſtatuimus. col. 2. ſub num. 30 de confeſſ. in 6. & hæc eſt regula, de qua teſtatur Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1176. ſub num. 56. limit. 2. lib. 3. & Theſ. Foſſan.
550 deciſ. 17. num. 1. & hoc ſciunt omnes; * ſed ſi procurator confiteretur contenta in poſitionibus, poſſet videri ſufficenter reſponſum; quia procurator, confitendo, poteſt præiudicare ſuo principali iuxta ea, quæ ſcribit Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 16. nu. 2. & quæ latius diximus ſupra n. 487. verſ. extende.

551 DECLARA iſtam concluſionem, vt licet principalis non poſſit reſpondere negatiuè per procuratorem, poteſt tamen in reſponſione facienda vti eius conſilio, ſeu aduocati l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. ad l. iul. de adult & ibi notat Bar. in fine, quem refert, & ſequitur Affl. in conſtitutione. partes. ſub nu. 7. lib. 2. idem ſcribit Carauit. ſuper ritu 79. ſub num. 3. & videtur ſentire Gloſ in dicto cap. 1. in verbo. ſtatuimus. de confeſſ. in 6. dum repræhendit aduocatos, qui dicunt partibus. ſi hoc confitearis, cauſam perdes, & non dicunt, ſi hoc negaueris, animam perdes. & erat diſpoſitum in Regno per dictam conſtitutionem. partes. vt poſſet reſpondere cum conſilio aduocati.

552 Contra iſtam declarationem, & quòd pars reſponſura non poſſit vti conſilio aduocati, tenent Spec. tit. de poſit. §. tertio. verſ. ſed videtur. num. 6. & verſ. non enim. nu. 7. dicens, quòd pars non debet vti conſilio aduocati in reſponſione facti, quia aduocatus ignorat factum. Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 13. num. 8. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1176. num. 51. & ſeqq. lib.
553 3. * imò ſecundum eundem Spec. d. num. 6. & 7. quem refert, & ſequitur Maſcar. d. concluſ. 1176. num. 53. aduocatus non ſolum excluditur à reſponſione, ſed debet etiam arceri à conſpectu ipſius reſpondentis, ne verbo, aut nutu faciat mutare veritatem; & ita ſeruant iudices; quia ſolent expellere aduocatos, vt teſtatur Gloſ. ſupra citata, & ita ſeruatur, & præſertim in Regno, vbi de hoc extant ritus 79. item quandocunquè partes. & notat ibi Carauit. ſub num. 3. & 4. & pragmat. quintą die. & notat Maran. in ſpec. par. 6. actu. 4. n. 15. & ego nullibi vidi aliter ſeruari: ſed certè homines hoc ſæculo ſunt adeo timoratæ conſciētiæ, vt nō egeant iſta cõſuetudine, quia ſunt ipſi promptiores ad negandum omnia, quàm ſint aduocati ad conſulendum, & exceſſiuè ſeruant cautelam, quam tradit partibus Spec. d. tit. de poſit. §. ſexto. verſ. ſit autem cautus. num. 1. dum ſcribit, vt is, contra quem ponitur, ſaluo ſacramento, ſit pronior ad negandum, quàm ad cõfitendum; & ideo inoleuit dictum in ore ruſticorum. omnia nego, & peto copiam.

554 LIMITA iſtam conſuetudinem, vt non habeat locum, quando principalis eſſet homo ſimplex, qualis eſt

ruſticus

rusticus, grossulanus, seu alius idiota, quia is posset respondere cum consilio procuratoris, seu aduocati, vt scribit Spec. d. §. tertio. sub num. 7. & apertius §. septimo. vers. decimo septimo. sub num. 37. & referunt, & sequuntur, sed ex alijs Maran. in suo spec. par. 6. actu. 4. num. 16. & Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 14. num. 30. & faciunt quæ dixi infra num. 564. vers. limita modo.

555 RESTRINGE istam limitationem secundum Grauat. vbi supra, vt non procedat, quando principali concederetur copia positionum antè responsionem: quia tunc potuit rusticus iam accedere instructus, & cum consilio habito ad respondendum.

556 LIMITA II. seu potius declara præfatam consuetudinẽ, vt procedat quantũ ad consiliũ in ipso actu respondendi; sed quantũ ad consiliũ antè actũ respondendi, non est dubium, quòd partes possunt capere, & capiunt consilum ab aduocatis, præsertim quando partibus conceditur copia positionum, & articulorum antè responsionem iuxta stylum Romanę Curiæ, quem retuli lib. præced. c. 100. sub nu. 13.

557 LIMITA III. seu potius declara, vt licet pars non possit vti consilio aduocati, tamen potest habere aduocatum propè, sed remotum à suo conspectu; & ei conceditur illum habere propè, idest vicinum, ne iudex cogat eum respõdere positionibus cauillosis: nã posset pars inuocare aduocatum; quando videret se grauari ad respondẽdum positionibus cauillosis, Spec. tit. de posit. §. tertio. vers. non enim. sub num. 7. verum ego non vidi istam limitationem practicari. Et hæc quando procurator habet mandatum generale.

558 SI procurator habet mandatum speciale; concludo, quòd potest respondere, & dicetur principalis sufficiẽter respondisse, nec cogetur personaliter respondere, exquò admitti debet procurator, habens speciale mandatum, sicut tenuerunt Glos. in cap. 1. in verbo. iuramento calumniæ. de iud. in 6. & Iacob. de Butr. in l. fin. C. de procur. quem refert, & sequitur Bal. in l. si actor. num. 1. versus finem. ibi. sed quid si procurator. ff. de procur. eandem opinionem secutus est Ioan. Andr. in cap. fin. de iur. calum. & post eum Bar. in l. qui bona. §. si alieno. num. 15. ff. de dam. infec. & Ang. in d. l. fin. C. de procur. quos referunt, & sequuntur Affl. in constitutione. partes. vers. tertio quæro. num. 5. lib. 2. August. ad Ang. tract. de malef. in verbo. qui dominus iudex. sub num. 21. & Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 4. sub num. 23. eandem sententiam ex Imol. & Socc. refert, & sequitur Caball. in cõstitutione Marchiæ lib 6. c. 11. in verbo. procuratorum. cas. 41. ✱ & hæc meo iudicio est vera, & communis * sententia, quę in Regno Neap. procedit etiam ex dispositione rit. 70. & in eo notat Carau. num. 6. not. 3. secus est in Senatu Pedemontano, quia debet ibi respondere principalis, quamuis procurator haberet mãdatum speciale Osasc. decis. 113. stante. nu. 2. & 13. & Fossanen. decis. 17. positionibus. sub nu. 1. & 2.

559 RESTRINGE istam communem conclusionem, vt non procedat, quando pars opponeret, quòd respondeat principalis; quia est legalior, seu magis instru- ✱ ctus, quo casu Doctores videntur cõmuniter * sentire, quòd debeat respondere principalis ad tradita per Bar. in l. seruum quoquè. §. publicè. num. 6. ff. de procur. & in l. 2. §. defendi. num. 2. in fine. & 3. ff. quib. ex caus. in poss. eat. & antè eum Cyn. in l. reos. in fine. C. de accus. idem tenent Vestr. in pract. lib. 5. cap. 14. num. 31. Papiens. in pract. in for. posit. actor. in glos. simonius. fol. 237. & ibi. Masuer. in addit. Neuiz. cons. 7. sub num. 13. & Carauit. super rit. 70. num. 6. & 7. & in his terminis intelligo Spec. tit. de teste. §. qualiter autem. sub num. 21. dum scribit quòd quandoquè in Romana Curia, vbi vt plurimum litigatur per procuratores, mittuntur positiones negatæ cum articulis inclusæ, vt principales super his interrogentur.

560 Contrariam sententiam sentit Bal. in d. l. seruum quoquè. §. publicè. sub num. 8. ibi. sed hic quæro de vna q. ff. de procur.

561 Alij videntur distinguere, vt opinio Bartoli procedat, si probetur quòd persona principalis sit legalior, vel magis instructa; vt puta, quia procurator diceret, se non esse benè instructum, vt tradit Bar. in d. §. defendi. sub num. 1. & notat Addit. ad eum in d. §. publicè. & sentit Bal. in l. si actor. num. 1. versus finem. ibi. item quæro actor. ff. de procur. dicens, quòd actori allegantí incumbit onus probandi, & quòd ei sufficit alterum probare, videlicet vel quòd sit legalior, vel magis instructus: quare infero quòd prædicto casu quãdo procurator fassus esset, se non esse benè instructum, non esset admittendus, etiam si vellet respondere.

562 RETENTA restrictione, quæ est communis. EXTENDE eam, vt in Regno Neap. procedat etiam ex dispositione rit. 79. vt notauit Carau. d. rit. 70. sub nu. 6. & in foro Capitolino procedat etiam ex dispositione statutorum Vrbis lib. 1. cap. 68. quando principalis abest à iudicio per calumniam intra quadraginta milliaria.

563 Mandatum speciale in proposito nostro dicitur, quando procurator est constitutus ad aliquam certam litem cum potestate ponendi, & respondendi positionibus, vt tradit Ioan. de Graff. tract. de substant. procur. in verbo. ponendum & positionibus respondendum. fol. mihi. 371. vel saltem quando est constitutus ad agendum, & respondendum, excipiendum, replicandum, allegandum, & protestandum, cuiuslibet generis iuramentum, & omnia alia proponenda, & facienda, vt sentiunt Hostien. in summ. tit. de procur. §. ad quid teneatur. sub num. 13. vers. vt autem omnia. & Spec. tit. de posit. §. decimo. vers. sed pone. num. 4. ibi. alij dicunt quòd satis est legitimè constitutus exquò in actis & ad iurandum constitutus est.

564 LIMITA modo eandem communem opinionem, vt non habeat locum quando principalis esset homo simplex, qualis est rusticus grossulanus, seu alius idiota, quia tunc admitti debet procurator cum speciali mandato; non obstante oppositione aduersarij. Host. in cap. dilecti. de iud. & alij, quos referunt, & sequuntur Mar. sing. 450. simplicitati. Carauit. super ritu. 79. num. 4. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 193. num. 4. qui licet non ita distinctè loquantur; sic tamen sunt declarandi, vt loquantur de procuratore, habente saltem speciale mandatum.

565 LIMITA II. vt non habeat locum in vniuersitate, infante, demente, aut furioso, & alijs, si qui sunt similes; quia isti sufficienter respondent per procuratorem habentẽ speciale mandatum, vt limitando ritum. 79. scribit ibi Carau. num. 5. & benè faciunt quæ scripsi supra de iuramento calumniæ cap. 1. num 238. & non possunt cogi istæ personę ad respõdendum per se ipsas, prout nequè cogeretur minor sine auctoritate curatoris, teste Carauit. vbi supra, qui alios allegat.

566 LIMITA III. vt non habeat locum in foro Capitolino; si principalis &c. & procurator se plenè instructum iurauerit, & mandatum ad respondendum positionibus saltem in genere habeat, quia admittitur ad respondendum ex dispositione stat. lib. 1. cap. 68. vt latius retuli supra q. 11. difficult. 3. sub num. 476. vers. primus est.

567 Quid dicendum sit in procuratore in rem suam, & in cessionario, vide Mar. Socc. tract. de citat. art. 20. nu. 34. vers. quod tamen intellige.

568 SI procurator habet mandatum specialissimum; concludo indubitanter, quòd eius responsio sufficeret per ea, quæ dixi infra nu. 570. & ideo principalis non cogeretur respondere.

569 RESTRINGE istam conclusionem, vt non sit vera, parte opponente, quia tunc secundum Bar. in locis citatis supra num. 559. adhuc non sufficeret, & propterea cogeretur respondere principalis, & mouetur ipse ex textu in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & videtur confirmari ex his, quæ scribit Carauit. super ritu 70. num. 6. & 7. videlicet quia melius est habere vocem domini, quàm ministrorum.

570 Contrariam sententiam tenuit Iacob. de Butr. in l. fin. C. de procur. quem sequuti sunt Bal. in l. si actor. num. 1. versus finem. ibi. sed quid si procurator. ff. de procur. Papiens. in pract. in forma posit. actor. in glo. simonius. num. 2. Affl. in constitutione. partes. vers. tertio quæro. num. 5. lib. 2, & August. ad Ang. tract. de ma-

de malef. in verbo, qui dominus iudex videns. ſub nu. 21. & ex Peruſ.in cap. 1. de iud. refert, & ſequitur Neuiz. conſ. 7. ſub num. 7. ſub num. 13. Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 4. num. 23. in fine, & hanc opinionem videtur tenuiſſe Mar. Socc.tract. de citat. art. 20.num. 33. verſ.aduerte tamen, concludens, quòd ſi dominus eſt legalior procuratore, eſt iuſta cauſa vt tanquam melius informatus debeat comparere ad reſpondendum, niſi daret mandatum ad ſic reſpondendum, & certè hæc eſt communis * ſententia, non obſtantibus, quę in contrarium retulit Neuiz. vbi ſupra.

Ratio huius contrariæ ſententiæ eſt, quia, ſtante ſpecialiſſimo mandato, ceſſant oppoſitiones conſideratæ per Bar. & alios in perſona procuratoris, videlicet quòd non ſit inſtructus, vel quòd ſit rixoſus: nam mandatum ſpecialiſſimum, vt notatur in figuratione caſus in cap. 2. de confeſſ. in 6. ſub num. 50. & 60. debet continere præinſertas poſitiones cum ſingulis reſponſionibus ad ſingulas poſitiones; prout etiam colligitur ex his, quæ ſcribunt Affl. Neuiz. & Luc. Pæt. in locis allegatis num. præcedenti; & ſic procurator videtur procurator non ad reſpondendum, ſed ad exhibendas, producendaſquè reſponſiones, & benè pro hac opinione faciunt quæ dixi infra quæ 21. verſ.declara modo. num. 608. & aduerte obiter, quòd hoc mandatum ſpecialiſſimum non poteſt practicari, niſi in loco, in quo datur copia poſitionum.

Non obſtat textus in §. tormenta. in quo ſe fundat Bar. quia benè reſpondent ei Bal. in l.ſeruum quoquè. §. publicè. ſub num. 8. ibi. ſed hic quæro. ff. de procur. & Auguſt. ad Ang. d. num. 21. in fine, quòd loquitur in cauſa criminali, in qua poteſt inferri tortura; & propterea venit etiam conſiderandus pallor, trepipidatio, & variatio, quę debent conſiderari in eo, qui eſt principalis, & non in cauſa ciuili, in qua ceſſat tortura: Imò in cauſa criminali procurator non admittitur Bal. in d. §. publicè. & Auguſt. ſub d. nu. 21. & dixi declarando lib. præced. cap. 101. num. 44. & poſitiones minimè conceduntur iuxta ea, quæ dixi ſupra nu. 251. verſ.ſecunda difficultas. & ideo ceſſat omnis argumentatio.

Minus obſtat quòd Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 11. & multi alij dicant, poſſe cogi principalem: quia reſp. hoc eſſe verum, præſuppoſito, quòd procurator habeat ſolum mandatum ſpeciale, vt dixi ſupra num. 559.

571 CONCLVDO ex his vna cum Bal. in. d. l. ſeruum quoquè. §. publicè. ſub. num. 8. ibi. ſed hic quæro. ff. de procur. quòd procurator, habens ſpecialiſſimum mandatum, eſt admittendus, velit, nolitquè iudex, licet Bal. loquatur de procuratore, habente mandatum ſpeciale.

572 AMPLIA iſtam concluſionem, vt procedat etiam ſi principalis eſſet in ciuitate, ſeu iudicio, quia adhuc non poſſet cogi; & ratio eſt, quia cum ſemel ſit reſponſum, non eſt vlterius reſpondendum per ea, quæ dixi ſupra limit. 2. nu. 173. & ſeqq.

Nec obſtant quæ ſcribunt Veſtr. in pract. lib. 5. cap. 14. num. 11. & Addit. ad pract. Papiens. in form. poſit. actor. in gloſ. ſimonius. fol. 237. dum dicunt, poſſe cogi principalem, ſi ſit præſens in iudicio, quia reſp. quòd loquuntur, quando procurator haberet mandatum ſpeciale.

573 AMPLIA II. vt habeat locum etiam in Regno Neap. non obſtantibus, quæ retuli ſupra nu. 562. quia procedunt in mandato ſpeciali, vt loquitur ritus. 70. ſecundum quem eſt etiam intelligendus ritus 79. & ratio huius ampliationis eſt, quia, ſtante mandato ſpecialiſſimo, non poteſt opponi contra perſonam procuratoris, vt dixi ſupra nu. 571.

QVAESTIO XIX.

574 SVPPOSITA communi concluſione, de qua ſupra num. 559. quòd procurator cum mandato ſpeciali non admittatur ad reſpondendum, parte opponente, ſed quòd cogeretur reſpondere principalis.

QVAERO ſi principalis eſſet abſens, cuius expenſis mitteretur ad eum examinandum.

Reſp. quòd Gloſ. in l. prætor. §. defendi. in verbo. deteriorem. & Bar. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Bal. in l. ſi actor. num. 1. verſus finem. verſ. vlterius quęro. & Paul. de Caſtr. num. 6. ff. de procur. Affl. in conſtitut. partes in iudicio. num. 5. in fine. lib. 2. Boer. deciſ. 303. num. 5. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 6. cap. vlt. nu. 14. in fine. & cæteri communiter, * loquendo ſimpliciter in terminis huius quæſiti ſine ſuppoſitione concluſionis poſitæ d. num. 559. tenent, quòd debeat mitti expenſis abſentis. hanquè communem opin. ego intelligerem, vt poſſet procedere etiam ſuppoſita d. concluſione, prout loquimur.

575 Contrà iſtam communem opin. facit 1. facie textus in l. generaliter. §. his de præſentibus. C. de reb. cred. dicens, quòd ſi mitti debeat iuramentum abſenti, mittetur expenſis officio iudicis trutinandis aut ab vtraquè parte, vel ab altera tantum, per quem textum Bar. ibi num. 4. Alex. in l. ad egregias. num. 4. ff. de iureiur. Boer. deciſ. 303. ſub. num. 5. circa medium. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 228. num. 2. dixerunt, relinqui arbitrio iudicis, cuius expenſis debeat mitti ad abſentem.

576 RETENTA communi opinione tùm quia eſt fauorabilis, exquò iudicis arbitrium debet reſtringi, vt ſcripſi infra cap. 11. num. 297. tùm quia ad illum textum poteſt reſponderi, quòd ſolum exprimit poſſe officio iudicis partes cogi ad ſoluendas expenſas; & dum dicit ab vtraquè vel ab altera, intelligit, vt iudex in hoc ſequatur regulas, & diſpoſitionem iuris; & retenta etiam opin. quòd relinquatur arbitrio iudicis, concludo arbitrium iudicis regulandum eſſe cũ ſeqq. ampliationibus, & limitationibus.

577 AMPLIA ergo iſtam communem opin. 1. vt procedat, quando abſens non reliquiſſet procuratorem plenè inſtructum de meritis cauſæ, quia tunc ſibi imputandum eſſet iuxta ea, quæ ſcribunt Spec. tit. de poſit. §. ſexto. verſus finem. num. 19. verſ. quid ſi procurator. & Maſcar. tract. de probat. conclus. 1176. ſub num. 57. lib. 3.

578 AMPLIA II. vt procedat etiam ſi reliquiſſet procuratorem ſufficienter inſtructum cum ſpeciali mandato ad reſpondendum poſitionibus; ſed emerſiſſet nouus articulus, de quo procurator non eſſet inſtructus, quia adhuc mitteretur expenſis abſentis, vel, vt ſcribit Spec. d. num. 19. in fine. eſſet arbitrarium, quod mihi non placet. vel, vt ſentit idem Spec. eod. §. ſexto. nu. 18. in fine & ſcribit Maſcar. vbi ſupra, daretur dilatio procuratori.

579 AMPLIA III. vt procedat etiam ſi principalis eſſet nobilis, ſeu aliter perſona egregia & priuilegiata, quæ allegaret, ſe vti priuilegiatam non cogi ad veniendum in iudicium; quia adhuc mitteretur ad eum expenſis ipſius nobilis abſentis, petentis ad ſe tranſmitti notarium ſecundum Iaſ. in l. ad egregias. num. 4. ff. de iureiur. dum ſcribit, quòd priuilegia debent eſſe inducta ſine præiudicio tertij. Capel. Tholos. deciſ. 100. Menoch. d. caſ. 228. num. 11. & 12. Affl. deciſ. 177. num. 1. & ſeqq. vbi refert, ſic fuiſſe votatum per omnes Dominos de Conſilio, & in d. conſtitut. in iudicio. q. 3. ſub num. 5. lib. 2. vbi teſtatur, quòd ita ſeruatur in magna Curia, ſi perſona egregia eſt in ciuitate; & quòd mittatur expenſis egregiæ perſonæ in Regno Neap. eſt diſpoſitum per ritum. 153. item ſi epiſcopus. quem ritũ non fuiſſe allegatum ab Affl. vbi ſupra miratur Carau. ſuper d. ritu. 153. ſub. nu. 2.

580 Contra iſtam ampliationem ſentiunt Capel. Tholoſ. ſibimet contraria deciſ. 274. & Carauit. d. ritu. 153. num. 2. loquens de iure communi, qui ſcribunt, quòd ſi perſona, quę litigat, non venit in iudicio ratione ſexus, vel propter infirmitatem, vel quia eſt perſona egregia; mittitur expenſis communibus; quia eius abſentia non dicitur voluntaria, cum non debeat venire in iudicium; & ita ſentit etiam Spec. tit. de iuram. calumn. §. reſtat. in fine. loquens de iuramento calumniæ.

581 Concordari poſſent iſtæ duæ opiniones, vt ſi perſona priuilegiata eſt in loco, vbi cauſa tractatur, procedat

dat

dat opinio Capel. Tholos. Carauit. & Specul. secus si
582 erit absens extra locum iudicij: ✝ & ratio est, quia pri-
uilegium non debet operari alium effectum, quàm il-
lum, ad quem est concessum: sed effectus, ad quem est
concessum, est, ne cogantur venire in iudicium: ergo
non debet operari istum alium, ne cogantur venire
ad locum, seu ciuitatem, in qua agitur iudicium: quia
hoc priuilegium est inductum fauore personæ, ne vi-
deantur ire per tribunalia, & ibi expectare iudices,
& non fauore bursæ, vt, si absint à loco iudicij & no-
lint venire, mittatur ad eos expensis aduersarij: quia
esset priuilegium nimis damnosum tertio.

583 Ego tamen non recedo ab ampliatione, quæ est com-
muniter * approbata.

584 LIMITA I. secundum Boer. d. decis. 303. sub num.
5. vt non procedat, quando mitteretur pro iuramento
decisiuo; quia tunc mitteretur expensis communibus:
quia eiusmodi iuramentum concernit vtriusquè partis
vtilitatem, cum finire litem per iusiurandum tendat
ad commodum vtriusquè, sicut dicunt, quando mittitur
pro consilio sapientis.

585 DECLARA istam limitationem vna cum Me-
noch. d. cas. 228. num. 4. vt non procedat, quando is,
qui est absens, petit sibi, vel aduersario deferri iura-
mentum, & aduersarius absenti petenti iuramentum
refert: quia tunc ipsius absentis expensis mittitur,
586 ✝ quia actus semper est explicandus expensis eius, qui
petit actum explicari, vt per eundem Menoch. ibidem
num. 5. & seqq. & diximus nos cap. seq. num. 851.
& 852.

587 LIMITA II. quando principalis interrogandus
misisset specialissimum mandatum ad respondendum
sic, & sic: quia tunc si eius aduersarius peteret adhuc
eius responsionem vti legalioris, & iustioris: dico quòd
vel non deberet audiri, vel deberet mitti expensis ip-
sius petentis, & non expensis absentis, teste Neuiz.
qui sic refert, & sequitur cons. 7. num. 13. in fine, &
num. 14.

QVAESTIO. XX.

588 QVAERO an dispositio cap. 2. de confess. in 6.
de qua dixi supra q. 11. num. 478. 484. &
486. possit practicari cõtra reum absentem,
mittendo ei copiam positionum cum comminatione,
quòd habebitur pro confesso; seu rogando iudicem il-
lius loci, vt interroget eum.

Resp. quòd non, quia debet moneri, & interrogari
per ipsum iudicem, & nõ per interpositam personam,
& hæc dispositio est seruanda in forma specifica, &
non per æquipollentem; quia, quòd contumax habea-
tur pro confesso, est lex rigorosa, vt dixi supra num.
496. quicquid senserit Paul. de Castr. in auth. prin-
cipales. §. quòd si actor. sub num. 5. C. de iureiur. prop.
calum.

QVAESTIO XXI.

589 QVAERO; an is, qui posuit, possit reuocare
positionem; hoc est, confessionem, quam fe-
cit ponendo iuxta ea, quæ dixi lib. præced.
cap. 60. nu. 7.

Resp. regula erit negatiua, quòd non potest l. qui-
dam in iure. ff. de donat. & plura cumulat Crauet. consl.
61. num. 3. & cons. 171. num. 4. lib. 1. & hæc est regu-
la, vt testantur Egid. tit. de confess. decis. 692. erronea
confessio. fol. 145. & Mysing. in singul. obseru. cent. 4.
obseru. 50. & quòd non possit reuocari, firmat Spec. tit.
de posit. §. decimo. vers. item si ponens. num. 8. & tit.
de confess. §. postremo. vers. cæterum si. num. 6. pro
qua faciunt rationes, adductæ per Crauet. vbi supra,
& per Caputaqu. decis. 190. par. 1. vbi refert, & sequi-
tur, quòd non conuenit bono viro, vt quòd semel dixit
postea reuocet, & illud pœticum, relatum per Glos.
in cap. cum in positionibus. in verbo. iusta causa. de
iureiur in 6. & per Spec. vbi supra.

Nam volat emissum semel irreuocabile verbum.

adde quæ scribit Mascar. tract. de probat. conclus. 1177.
590 num. 7. 8. 9. 10. & 11. lib. 3. ✝ & hinc habemus vulgatam
conclusionem, quòd confessus habetur pro iudicato l.
1. & l. iulianus. ff. de confess. & l. 1. C. eod. & faciunt
quæ dixi lib. præced. cap. 76. sub num. 8. vers. si in
tertio. & ea omnia, quæ à Doctoribus dicuntur de im-
portantia confessionis, optimè confessioni, quæ con-
591 tinetur in positionibus, accomodantur: ✝ imò confes-
sio, contēta in positionibus, difficilius potest reuocari,
quàm contenta in responsionibus ad eas, quia is, qui po
nit, fatetur deliberatè ea, quæ ponit, & non est dubiũ,
quòd confessio deliberata est efficacior, quia diffici-
lius poterit probari error Guter. de act. lib. iud. iur. cap.
8. num. 3. in fine. fol. 395. & ideo multi, quos retuli
infra cap. 11. nu. 435. vers. confirmatur. tenuerunt, quòd
deliberatè confessus non sit admittendus ad docendum
de errore confessionis: sed is, qui respondet, videtur
fateri ad persuasionem, & suggestionem aduersarij, vt
scribunt Fely. in cap. 1. num. 15. in 1. declaratione. in
fine. vt lit. non contest. & Vestr. in prax. lib. 5. c. 16. sub
sub n. 7. & ideo, vt scribit Rom. cons. 39. vt proposita.
n. 5. facilius debet posse reuocari: Et hinc Crauet. cons.
192. sub n. 12. lib. 1. scribit istam confessionẽ, factam ad
suggestionem aduersarij, posse reuocari etiam post cõ-
clusum in causa, si sit erronea; & de infirmitate, &
suspitione huius confessionis, factæ ad suggestionem in
causis criminalibus poteris videre, quæ scripsimus lib.
præced. cap. 86. nu. 7. & 40.

592 Verum quia ista materia confessionis, quando re-
uocari possit, & quando non, est longa, & implici-
ta, vt testatur Bar. in l. 2. in principio. ff. de confess.
ideo sequentibus ampliationibus, & limitationibus
quantum potero, restringam, & dissoluam.

593 AMPLIA I. regulam, vt habeat præcipuè locum in
confessione, quæ est facta post litem contestatam, quæ
habet vim quasi contractus l. 3. §. idem scribit. ff. de pe-
cul. scribunt Ias. in. §. si minus. Inst. de action. Fely. in
cap. 2. sub num. 14. vers. est quædam principalis regula.
de libiell. oblat. quos refert, & sequitur Gabr. in
conclus. lib. 1. tit. de confess. concl. 4 ampl. 2. nu. 11. &
post eum Mascar. de probat. conclus. 368. nu. 6. lib. 1.

594 AMPLIA II. vt procedat non solum post latam
sententiam sicut censuit Dyn. in cap. ignorantia. vers.
sed dicendum est quòd ista regula. de reg iur. in 6. sed
etiam ante sententiam, maximè lite iam contestata;
quia post litem contestatam non potest reuocari, nisi
docto de errore, & non alias Caputaqu. decis. 192.
par. 1. & decis. 152. num. 1. & 2. par. 3. sed post
sententiam requiritur vlterius restitutio in integrum,
vt dixi infra num. 617. extens. 7.

595 AMPLIA III. vt habeat locum non solum in posi-
tione scripta, sed etiam in non scripta, test. ib. Spec. tit.
de posit. §. decimo. vers. item si ponens. sub nu. 8. Glo. in
cap. fin. in verbo. iusta causa. nu. 40. de iureiur. in 6. Ma-
ran. in suo spec. par. 6. actu. 4. n. 6. in fine. & dixi lib. præ-
ced. cap. 60. sub nu. 7.

596 AMPLIA IIII. vt habeat locum etiam in confes-
sione, facta per procuratorem cap. fin. in fine. de iu-
reiur. in 6. scribit Vestr. in pract. lib. 5. cap. 16. num.
1. in fine. & num. 2. & ibi Grauat. in annot. nu. 8.

597 DECLARA istam ampliationem, vt sit vera,
si procurator habuerit expressum mandatum ad facien
das positiones, aut dominus eas ratas habuerit expres-
se, vel tacitè sciens, & non reuocans, prout in his ter
minis loquitur textus in d. cap. fin. & declarant Egid.
dicta conclus. 694. factum. & Fely. in cap. 1. num. 16.
vers. secunda declaratio. vt lit. non contest. quos re-
fert, & sequitur Vestr. in pract. lib. 5. cap. 16. num. 4.
& licet Egid. loquatur indistinctè de confessione
procuratoris, & Fely. & Vestr. de confessione in re-
sponsionibus; tamen conueniũt confessioni, de qua agi-
mus per ea, quæ dixi supra sub nu. 590. ibi. & ea omnia.

Contra istam declarationẽ tenet aperte Spec. tit. de
confess. §. postremo. num. 2. vers. si vero. & num. 3.
vers. sicut. ibi. verius credo. dicens, quòd confessio ve-
ri procuratoris semper obstat domino, nec, inquit, est
expectandum, quòd dominus habeat ratam confessio-
nem, quia inquit, quando procurator delinquit circa
iudicium, præiudicat domino. & ita videntur sentire
Host. in summ. tit de procur. §. quis sit effectus. sub n. 14.
& Io. Andr. in addi. ad Spec. d. n. 2. in verbo. præiudicat.
in fine.

in fine. dum post multa, concludendo, quòd confessio procuratoris nocet, allegant istam rationem; quia dominus sibi imputet, qui talem elegit. & benè faciunt quę scripsi supra num. 487. vers. extende istam consequentiam.

Concordari possunt, vt sufficiat tacita ratificatio, quæ inducitur per scientiam sine contradictione, & ita procedat declaratio, quæ requirit ratihabitionem; & non est necessaria ratihabitio expressa, & ita procedat contrarium. vel potest istis responderi, quòd ponens videtur vltrò, & sponte confiteri, non sic est quando confitetur interrogatus à iudice, & nos diximus supra sub nu. 487. vers. subdeclara. quòd confessio spontanea procuratoris non nocet: & ista solutio non displicet.

598 RESTRINGITVR ista 4. ampliatio, vt licet possit esse vera de iure; tamen de vsu, stylo, & obseruantia Palatij procurator articulos, datos per eum etiam per iuramentum, tanquàm datos per errorem, etiam non docto de errore; potest reuocare Rot. decis. 19. alias. 260. de procur. in nou. quam referunt, & sequuntur Ant. de Butr. in cap. fin. sub num. 23. ibi. ex hoc apparet. de confess. dicens, positiones, datas per procuratores, posse mutari, & meliorari sine expressa probatione erroris tùm quia iuramentum nō est de veritate, sed de credulitate, tùm quia procuratores non sunt ita plenè informati, sicut principales Fely. in cap. 1. sub nu. 16. ibi. secunda declaratio. vt lit. non contest. Vestr. in pract. lib. 5. cap. 16. sub num. 5. Vrsil. in annot. ad Affl. decis. 92. fuit dubitatum. in fine. num. 3. & Rot. diuers. decis. 613. nu. 9. par. 1.

599 HABET locum hæc restrictio etiam si confessio esset geminata Capuraq. decis. 198. par. 1.

600 HABET II. locum etiam in principali, qui poterit sui procuratoris confessionem reuocare Rot. decis. 2. alias. 60. de confess. in nou. & decis. 32. alias 506. de testib. in antiqu. & Sebast. Med. tract. de no-

601 uat. in verbo. positio. fol. 399. ☨ quia iuramentum procuratoris est de credulitate, & non de veritate, quia procuratores non sunt ita plenè informati, sicut principales, qui propterea, vt testantur Rot. & Sebast. Medic. in locis allegatis possunt positiones, datas in prima instantia per iuramentum procuratoris, in secunda mutare, & meliorare sine expressa reuocatione erroris; imò si hoc possunt procuratores, vt dixi supra, à fortiori possunt principales, vt dicunt Fely. in d. c. 1. sub n. 16. ibi. non reperi. vt lit. non contest. & Vestr. in pract. lib. 5. cap. 16. sub num. 5. & quòd si materia articuli sit formata per procuratorem, possit principalis contenta in articulo reuocare, etiam non docto de errore, notat Virg. Boccat tract. de liter. remissor. cap. 5.

602 num. 10. ☨ & iuxta hanc extensionem inoleuit mos procuratorum, vt; vbi fuerint in calculo ferendæ sententiæ, & antequàm petant in causa pronunciari, reuocent omnes errores in genere etiam per principalem, si eius copiam, vel mandatum speciale ad hoc habuerint, ne tempore latæ sententiæ reperiantur in actis confessiones non reuocatæ, quæ intentioni obtinentis repugnent, vt refert Vestr. d. cap. 16. nu. 8.

603 HABET III. locum etiam in confessione, resultante ex productione alicuius scripturæ Rot. diuers. decis. 613. nu. 9. par. 1.

604 HABET IIII. locum etiam si errauerit iu iure, quia adhuc potest reuocari; vt refert, & sequitur Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. addit. 1. ff. de confess.

605 EXTENDE vltimo eandem restrictionem cum suis extensionibus, vt habeat locum non solum in causis beneficialibus, & matrimonialibus, in quibus vertitur animæ periculum, & non potest haberi recursus contra procuratores, qui non sunt semper bene instructi, & ideo frequenter dant, & ponunt contraria propter nouas informationes eis missas, vel datas per clientulos suos, quæ postea reuocant, & admittitur eorum reuocatio saltem cum iuramento super errore, vt sciatur veritas, sicut tenuit Rot. decis. 19. alias. 260. de procur. in nou. quam refert, & sequitur Ant. de Butr. in cap. fin. sub num. 23. ibi. ipsi tamen domini de Rota. de confess. sed habet locum etiam in causis prophanis, vt scribit ibidem A. M. Papaz. in additionibus ad eam, dicens, quòd hanc eandem extensionem, seu decisionem Rotæ vidit seruari in causis prophanis.

Non obstat, quòd Rot. d. decis. 19. in fine. sentiat contrarium in causis prophanis, quando positiones essent datæ medio iuramento, & similiter Vestr. qui eam refert, & sequitur in pract. lib. 5. cap. 16. sub num. 5. ibi. dummodo. & sub. num. 6. & 7. d. cens, quòd propterea inoleuit protestationis mos, vt cauti procuratores soleant semper, cum ex aduerso positiones dantur, protestari, vt super eis non recipiantur testes, nisi specificatis materijs medio iuramento, & per ipsummet principalem, si nō sit absens; quod & nos ex eod. Vestr. retulimus, & sequuti sumus lib. preced. cap. 60. num. 14.

Quia resp. dupliciter; & primo quòd non Rota, sed aliqui domini de Rota sentiebant hoc contrarium, vt scribit Compilator illius: secundo resp. quòd quicquid sit de iure, contrarium obseruatur, teste A. M. Pap. supra citato.

606 NOTA hic obiter duo circa relatum morem protestandi.

Primo nota, quòd producturi articulos, seu positiones, præuidentes istam potestationem, solent ad tollendas procrastinationes, vt recenset Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. sub num. 19. iurare. & in eadem citatione ad dicendum contra articulos intimare eidem, qualiter materiæ sunt specificatæ medio iuramento iuxta formulam, quam retuli supra q. 5. nu. 52.

607 Secundo nota, quòd istud iuramentum specificationis materiarum est iuramentum credulitatis, quo iuramus nos credere materias, quas deshimus, esse veras; sicuti post Vestr. retulimus infra num. & ideo tu, qui versaris in foro Capitolino, habes ex stat. lib. 1. cap. 70. in fine, quòd vbi articuli sunt dati cum iuramento, non requiritur alia materiarum specificatio, & tu, qui versaris in alijs tribunalibus Vrbis, habes ex practica, quòd si materiæ, seu articuli darentur post præstitum iuramentum calumniæ, seruatumquè terminum ad iurandum de calumnia, non teneretur articulans materias specificare medio iuramento, quia hæc specificatio est species iuramenti de calumnia, quod cum ab aliquo sit semel præstitum, is non tenetur denuo iurare, nisi esset diuersitas personarum, vt tradit Vestr. in pract. dicto cap. 2. num. 19.

608 DECLARA modo totam eandem restrictionem, positam supra num. 598. cum suis extensionibus, vt non procedat, quando procurator habuisset specialissimum mandatum ad sic, & sic ponendum ita, vt positiones essent insertæ in mandato, quia tunc nec procurator, nec principalis admitteretur ad eas reuocandas, nisi prout admitteretur, si ab ipso principali sine procuratore essent datæ Fely. in cap. 1. num. 16. versus finem. ibi. si aut. vt lit. non contest. & est ratio euidentissima, quia tunc dicitur confessio principalis, & cessat omnis ratio, ob quam potuisset reuocatio concedi iuxta ea, quæ dixi supra num. 570. vers. ratio. & num. 571.

AMPLIA vltimo vt tunc præsertim positio reuocari non possit, quando ea iam esset probata in actis iuxta ea, quę scripsi infra nu. 684.

609 LIMITA modo regulam positam supra num. 589. 1. vt locum non habeat in positione, seu inquam confessione erronea, quia potest reuocari argumento l. 2. ff. de confess. & l. error facti. C. de iur. & fac. ignor. scribunt vtrobiquè communiter * Doctores. Gl. in c. fin. in verbo. confessus. de confess. Spec. tit. de confess. §. sequitur. vers. tertio non valet. num. 2. Egid. tit. de confess. conclus. 692. erronea confessio. Papien. in pract. in forma excipiendi contra positiones. in gl. primo quod publica vox. num. 3. fol. 260. Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 4. num. 21. & conclus. 6. num. 7. Guter. tract. de actib. iudic. iurat. cap. 8. num. 1. fol. 395. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 16. num. 1. Sebast. Med. tract. de nouat. in verbo. positio. fol. 399. Mascar. tract. de probat. conclus. 368. nu. 25. lib. 1. & conclus. 1176. num. 15. lib. 3. quia errantis non est consensus iuxta ea, quæ dixi cap. seq. nu. 489. vers. confirmatur. plures congerit, & sequitur Grauat. in annot. ad pract. Vestr. d. cap. 16. num. 14. & est communis, * quam refert, & sequi-

sequitur Mascar. de probat. conclus. 378. sub num. 1.
610 lib. 1.† & non habet contradictorem, dummodo doceatur de errore, vt dixi infra num. 619. in fine. & ab eo, qui illum allegat l. ei qui dicit. ff. de probat. Egid. tit. de confess. conclus. 693. in fine, & Mascar. qui plures cumulat. tract. de probat. concl. 636. num. 1. lib. 2. & conclus. 378. nu. 5. lib. 1.

611 EXTENDE istam limitationem, vt habeat locum etiam si positio esset iurata Egid. conclus. 431. positio. Staph. de liter. iustit. in verbo. vtrum autem. num. 10. Ias. in l. error. num. 30. C. de iur. & fac. ignor. Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 4. n. 22. & Vestr. in d. cap. 16. num. 7. & benè Rom. cons. 391. vt proposita vers. tertia conclusio. num. 4. dicens, quòd non dicitur periurus, qui iurat falsum, quod credit verum, & ideo admittitur ad reuocandam confessionem. & Mascar. d. conclus. 378. num. 3. lib. 1. Guter. de actib. iud. iu-
✻ rat. cap. 8. num. 9. fol. 395. vbi de communi. *

612 EXTENDE II. etiam si esset scripta Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 6. nu. 6.

613 EXTENDE III. etiam si fuisset acceptata à parte Alex. cons. 92. viso & opportunè. sub num. 28. lib. 1.

614 EXTENDE IIII. vt habeat locum etiam in hærede; quia poterit reuocare cofessionem erroneam defuncti Ias. in l. cum testamentum. nu. 5. C. de iur. & fac. ignor. quę refert, & sequitur Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 16. nu. 16

615 EXTENDE V. vt habeat locum etiam in confessione deliberata secundum æquiorem, & magis comm.
✻ * opin. de qua testatur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 5. in fine. quæ benè comprobatur ex rationibus adductus per Rom. d. cons. 391. vt proposita. nu. 3. eamquè refert etiam & sequitur Mascar. de probat. concl. 378. num. 2. & aperte concl. 368. in fine. lib. 1.

616 EXTENDE VI. vt procedat etiam in confessione geminata Ias. in l. error. num. 29. C. de iur. & fac. ignor. Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 16. sub. num. 16. & alij, quos refert, & sequitur Mascar. d. cōclus. 378. num. 2. lib. 1.

617 EXTENDE VII. vt habeat locum etiam post sententiam, sed tunc est necessaria restitutio in integrum, vt scribit Bar. in l. 2. num. 3. & 9. in fine. ff. de confess. & concludit Egid. tit. de confess. conclus. 692. erronea confessio. versus finem. Odd. tract. de restit. in integr. q.
✻ 8. art. 7. num. 19. hancquè opinionem pro communi * refert, & sequitur Vestr. in pract. lib. 5. cap. 16. num. 1. in fine.

618 SVBEXTENDE istam extensionem, vt procedat etiam si error esset iustissimus, quia adhuc requireretur restitutio in integrum, sicut loquitur Egid. vbi supra. seu esset error, qui in nullam culpam caderet, vt loquitur Bar. d. l. 2. num. 9. in fine. ff. de confess.

619 INTELLIGE istam extensionem, & subextensionem, vt procedāt in errore post sententiam & rem iudicatam, sicut benè loquitur Odd. loco supra proximè citato; secus in errore post sententiam solam sine re iudicata: quia iste error ante rem iudicatam posset reuocari via ordinaria appellationis sine ministerio restitutionis in integrum, Spec. tit. de confess. §. postremo. vers. cæterum si fit. num. 6. dicens, quòd confessio erronea potest reuocari solum vsquè ad sentētiam, dummodo doceatur de errore, sed post sententiam inquit, non potest, nisi fuerit appellatum.

620 RESTRICTIONES ad istam extensionem in eo, quod dicimus, non posse reuocari nisi per viam restitutionis in integrum, tradunt Bar. in d. l. 2. n. 3. & Odd. d. q. 8. art. 7. nu. 33. & seqq. quos poteris videre.

621 SVBLIMITA seu potius declara limitationem, positam supra num. 609. & 610. vt non sit vera post conclusum in causa & in eadem instantia: quia tunc quamuis confessio erronea possit reuocari, tamen non potest probari error; & ideo oportet, quòd de errore constaret sine alia probatione facienda, vt retuli & sequutus sum infra num. 664. vers. declara tertio. quòd si reuocetur, & de errore non constet sine probatione facienda, dico quòd erit probandus in alia instantia appellationis; & ita intelligo Io. And. in addit. ad Spec. tit. de posit. §. decimo. sub num. 16. vers. præterea. in verbo. debet. ibi. confessio. dum scribit, quòd confessio erronea non potest reuocari post conclusum in causa.

Ratio huius sublimitationis est, quia post conclusum in causa est præclusa via probationibus: & ideo erroris probatio non posset recipi; sicquè aduerte quòd aliud est reuocare errorem, aliud probare errorem.

622 SVBLIMITA II. vt procedat solum in positione erronea, quę habet iustum errorem, vt loquitur textus in l. de ætate. §. qui iusto. ff. de interrog. act. & declarat Egid. d. conclus. 692. num. 1. in fine. secus in positione seu confessione, quæ haberet errorem iniustum, quia ista non posset reuocari iuxta ea, quæ scripsi infra num. seq.

623 EXTENDE istam sublimitationem vt sit vera etiam si positio esset iuràta per iuramentum credulitatis; quia posset reuocari solum si error esset iustus; & ita intelligo Egid. in conclus. 431. & Staph. quos citaui supra num. 611. dum scribunt positionem sic iuratam posse, probato errore, reuocari; secus si esset iniustus.

624 RESTRINGE istas duas sublimitationes, & extensionem in eo, quod dicimus, erroneam confessionem non posse reuocari, vt non procedat quando confessio erronea contineret impossibilitatem fact, seu iuris, quia tunc non solum debet posse indistinctè reuocari, sed reuocatio non est necessaria iuxta ea, quæ opponendo & soluendo scripsi infra num. 649. 651. & 657.

Aliam sublimitationem habes infra nu. 658.

625 DECLARA modo qui dicatur error iustus, qui iustissimus, & qui iniustus.

Error iustus qui dicatur.

626 Error iustus dicitur is, qui caret latissima & lata culpa, vt patebit in sequentibus exemplificationibus.

EXEMPLIFICA I. hunc errorem in casu, de quo loquitur textus in §. si quis agens. ibi. sanè. Instit. de action.

627 EXEMPLIFICA II. in errore, commisso in facto alieno cap. ignorantia. & ibi. Dyn. de reg. iur. in 6. Odd. tract. de restit. in integr. q. 8. art. 7. num. 16. 17. & 18. Mascar. tract. de probat. concl. 366. num. 7. lib. 1. imò secundum Bar. à nobis citatum infra sub num. 634. iste error, commissus in facto alieno, dicitur error iustissimus.

628 RESTRINGE istam exemplificationem, vt non procedat, quando factum alienum erat notorium; quia tunc error in eo commissus vti iniustus non posset reuocari, testibus Doct. citatis in sequenti exemplificatione.

629 EXEMPLIFICA istam restrictionem in eo, qui contraxisset cum eo, cui notoriè prohibitum erat contrahere, vt declarat Dyn. in cap. ignorantia. vers. sed dicendum. de reg. iur. in 6. & faciunt notata per Bar. in l. quod nerua. num. 3. & 16. ff. depos. & per Glos. & Bal. in l. si tutor. num. 1. C. de peric. tut.

630 RESTRINGE II. vt non procedat, quando errauit, seu ignorauit id, quod debebat diligenter inuestigare: quia si non inuestigauerit, ignorantia non est excusabilis ad tradita per Bal. in l. 1. C. ad senatusc. maced. vbi nu. 2. in fine scribit, hoc esse notandum contra Syndicos non denuntiantes maleficia.

631 RESTRINGE III. vt non procedat in errore, commisso per ignorantiam crassam, & supinam; quia talis error non excusat, quamuis committatur in facto alieno, Glos. in cap. ab excommunicato. in verbo. de facto suo. de rescrip.

632 NOTA obiter circa istas restrictiones, quòd error seu ignorantia in casibus istarum restrictionum non præsumeretur, sed potius præsumeretur scientia iuxta ea, quæ scribit Bal. in d. l. si tutor. num. 1. C. de peric. tut. & error quomodo probetur, vide Mascar. tract. de probat. concl. 636. & seqq. & præsertim. 645. lib. 2. & concl. 1176. nu. 18. lib. 3

633 RESTRINGE demum in alijs casibus, quos poteris colligere ex traditis per Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. sub num. 10. in verbo. tolerabilis. ff. de confes.

Error

Error iustissimus qui dicatur.

634 Error iustissimus dicetur is, qui caret etiam leuissima culpa, vt patet ex sequenti exemplificatione.

EXEMPLIFICA errorem iustissimum in errore, commisso in facto alieno secundum Bar. in l. celsus. sub num. 4. ff. de vsucap. sicut & iustissimum etiam vocat Odd. tract. de restit. in integ. q. 8. art. 7. num. 18. & Gloss. in c. ab excommunicato. in verbo. de facto. de rescrip. dicit esse errorem tolerabilem.

635 DECLARA istam exemplificationem, vt intelligatur, quando ne minima quidem culpa, vel negligentia ascribi potest eiusmodi errori, alias si aliqua culpa quamuis leuis posset adscribi diceretur error iustus; sicquè non differret à præcedenti, de quo supra n. 626.

Error iniustus qui dicatur.

636 Error iniustus dicitur is, qui habet annexam culpam latissimam, seu latam, vt patet ex sequentibus exemplificationibus.

EXEMPLIFICA I. errorem iniustum, quando est commissus in iure, vt notat Bar. in d. l. celsus. nu. 4. ff. de vsucap. & ratio est, quia ignorare ius est lata culpa, vt scribunt Bar. vbi supra. & in l. quod nerua. nu. 7. & 19. ff. depos. Egid. tit. de confess. concl. 692. num. 2. Aret. Instit. de action. §. si minus. vers. & est aduertendum. ibi. si verò fuit. sub num. 30. & Odd. tract. de restit. in integ. q. 8 art. 8. nu. 40. & dixi cap. seq. sub nu. 511. & propterea regulariter non potest reuocari l. cum ignorantia. & l. cum quis. C. de iur. & fac. ignor. & notant Dyn. in cap. ignorantia. in principio de reg. iur. in 6. & Bar. in l. 2. sub num. 2. ibi. & ideo si in iure errasset. ff. de confess. & quòd hæc sit regula, scribit Odd. dicta q. 8. art. 8. sub num. 39.

637 Confirmatur ista exemplificatio: quia soluens indebitum de iure ciuili, ignorans ipsum ius ciuile; sed debitum naturaliter, non potest debitum solutum repetere: d. l. cū quis. C. de iur. & fac. ignor. inquit ille textus *cum quis, ius ignorans, indebitam pecuniam persoluerit, cessat repetitio*, quem textum Bal. & alii sic summant *debitum naturaliter tantum, indebitum ciuiliter, solutū tamen per ignorantiam iuris non repetitur, sed per ignorantiam facti repetitio conceditur*: hoc idem scribunt Glo. in d. l. cum quis. & magistralius in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & hanc esse communem opinionē scribunt Ias. in d. l. cum quis. num. 1. C. de iur. & fac. ignor. & Ant. Nicel. tract. de concord. gloss. q. 4. num. 7. fol. mihi. 190.

639 SPECIFICA I. seu casifica istam confirmationē in hærede, soluente legata sine retentione falcidiæ: quia licet ius ciuile disponat, hæredem non teneri ad soluendum legatarijs id, quod ad ipsum ratione falcidiæ pertinet; tamen, si illud soluerit, non repetit: quia debitum falcidiæ est debitum de iure ciuili, & indebitum de iure naturæ. l. error facti. C. ad l. falc.

639 SPECIFICA II. seu casifica in Communitate, quæ vendidit annuum censum scutorum decem pro singulis centenis scutis, dictumquè annuum censum scutorū decem soluit, & postea repetit scuta tria ex singulis decem solutis, eò quòd bullam Papæ Clem. viij. mandantem, communitates non teneri ad soluendum maiorem censum, quàm septem pro centenario, ignorabat: quia isto casu est deneganda repetitio dictorum scutorum trium: & ratio, quare sit deneganda, est: quia illa bulla; minuendo censum scutorum decem; non declarat solutionem scutorum decem esse illicitā, seu contractum esse fœneratitium, aut vsurarium, sed solū considerat, quòd Communitates quandoquè ex redditibus proprijs, nequeunt satisfacere emptoribus censuum: & ita in facti contingentia interrogatus respondi de iure contra vniuersitatem Rocchæ S. Stephani; sicquè fuit obseruatum.

DECLARA apertius præmissas exemplificationem, confirmationem, & specificationes, prout declaraui infra sub num. 657. vers. retenta. vbi vide.

640 SPECIFICA III. in eo, qui testamentum, factum coram testibus non rogatis, vel factum coram non sufficiente numero testium, confessus est esse validum, ignorans dispositionem iuris circa testamenta conficienda: quia ista confessio nocet secundum Dyn. in c. ignorantia. in principio. de reg. iur. in 6.

641 Contra istam specificationem: videlicet, quòd eiusmodi confessio non noceat; faciunt de directò ea, quæ scripsi infra cap. 11. num. 464. vers. exemplifica 2. & ideo censeo hanc specificationem non esse veram: & addo hic rationem magis expressam, videlicet, quia ius dependet ex se ipso, & non ex cōfessione, seu probatione partium; & ideo confessio contra ius vti impossibilis non probat iuxta ea, quæ scripsi supra num. 205. & infra num. 649. & 657.

642 RESTRINGE nūc hāc I. exemplificationem, vt nō procedat; quando quis errasset in iure, sequendo opinionem alicuius notabilis Doctoris minus veram in aliquo probabili dubio, quia posset reuocari secundū Egid. tit. de confess. concl. 692. erronea. sub num. 2. & quòd error iuris perplexi excuset, scribit Socc. in rub. nu. 22. ff. de reb. dub. quem refert, & sequitur Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 1. q. 53. num. 9. & quòd eiusmodi error sit iustus, sentit Odd. tract. de restit. in integr. q. 8. art. 8. num. 43. & 44.

RESTRINGE II. vt nō procedat quando aduena, seu ciuis nouellus errat in iure municipali, quia est error excusabilis Bal. in l. data opera. sub n. 25. vers. vnde qui armatus. C. qui accus. non poss. Rom. cons. 251. clarissime. nu. 3. & sing. 73. nunquid ciui nouello. Bou. de stat. vrb. præscript. gl. 19. nu. 142. in fine. & 143. fol. 187. ideoquè forensis restituitur aduersus eiusmodi errorem statutorum secundum comm. opin. quam adducit Odd. de restit. in integr. q. 8. art. 12.

DECLARA hanc restrictionem, prout loquitur Bal. vbi supra, & declarant & subrestringunt Ant. de Butr. in cap. 2. nu. 21. & constit. Bertach. de gabel. par. 7. nu. 5. & 6. fol. 64. Affl. in constit. vsurariorum. n. 9. & 10. Gabr. in conclus. tit. de reg. iur. concl. 6. nu. 3. & seqq. & Odd. d. art. 12. nu. 98. & seqq.

643 EXEMPLIFICA II. qn̄ error est cōmissus iure gentium seu iure naturali, quia dicetur ne dum error iniustus, sed iniustissimus, cū ignorare ius naturale sit latissima culpa, & de ignorātia iuris naturalis vide exēpla apud Io. à Capis. in spe. conscien. n. 163. & seq. fol. 331.

644 EXEMPLIFICA III. in errore, commisso in facto proprio, qui propterea reuocari non potest Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 4. num. 23. & ideo si principalis produceret scripturam, non posset sub prætextu erroris reuocare ea, quæ continentur in illa scriptura; quia sibi, qui potuit præuidere, imputatur. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. num. 4. & seqq. & quòd error commissus in facto proprio sine persuasione aduersarij dicatur iniustus, scribit Bar. in l. celsus. num. 4. ff. de vsucap. & quòd non excuset, scribit Glo. in c. ab excōmunicato. in verbo. de facto suo. de rescript.

645 RESTRINGE I. istam exemplificationem, vt non procedat in errore alicuius facti antiqui: quia dicitur error iustus, quamuis sit commissus in facto proprio iuxta ea, quæ scribit Bar. in l. si res. n. 1. ff. de leg. 1.

646 RESTRINGE II. vt non procedat in errore alicuius negotij impliciti, seu de longinguo; quia quamuis sit commissus in facto proprio, dicitur iustus secundum ea, quæ scribit Bar. in l. 2. sub num. 7. ff. de confess. dicens, quòd iste error non cadit in latam culpam. Rom. cons. 391. num. 6. in fine. huncquè casum huius restrictionis pro frequenti & notabili refert, & sequitur Odd. tract. de restitut. in integ. q. 8. art. 7. num. 27. & 28. & vide fallentiam ad hanc restrictionem per Addition. ad Bar. vbi supra. & Rom. d. cons. 391. nu. 7.

647 RESTRINGE deniquè quoties factum proprium habet probabilem causam ignorantiæ, quia liceret illud ignorare secundum Gloss. in cap. ab excommunicato. in verbo. de facto suo. de rescript.

648 Contra sublimitationes, de quibus supra num. 621. & 622. & contra istas omnes exemplificationes, in quibus diximus errorem confessionis non posse reuocari, oppono, quòd debeat indistinctè posse reuocari siue sit error iustus, siue iniustus, siue etiam iniustissimus, & moueor sequentibus duobus argumentis.

Primo, quia alias sequerentur duo inconuenientia: primum, quòd error præualeret veritati, quæ tamen

debet in primis attendi in omni re, & negotio, & maximè in excolenda iustitia: secundum inconueniens, quia daretur occasio, vt alter posset locupletari cum alterius iactura.

649 Secundo, quia omnis confessio, positio, seu probatio impossibilis, siue sit impossibilis secundum naturam, siue secundum ius, ab initio est reijcienda; hocquè ostendo membratim in singulis: nam vel est impossibilis de facto, vel est impossibilis de iure: si de facto; vt puta si quis in facto proprio poneret, seu fateretur, se esse maiorem natu suo genitore, seu se nondum puberem, sed natum septem annis procreasse filium. item si quis in facto alieno poneret, virginem peperisse, seu Titium tetigisse digito cœlum: ab initio essent istæ confessiones & positiones reijciẽdæ: si est impossibilis de iure, vt puta si quis poneret, quòd minor quatuordecim annis potest facere testamentum; seu quòd pater nõ tenetur alere filium; vel quòd potest ducere propriam filiam in vxorem: ab initio etiam tales confessiones & positiones vti impossibiles de iure essent reijciendæ: quia probatio super eis facta esset nullius momenti, & nihil probaret Gl. in l. vnica. in verbo, soluere. C. de confess. Egid. tit. de confess. conclus. 690. fallen. 4. nu. 5. Rom. cons. 390. placet mihi. nu. 3. & de communi testatur Mascar. tract. de probat. concl. 387, nu. 1. lib. 1. & ideo iudex, qui eiusmodi positiones admitteret, esset fatuus, vt hæc omnia latius declaraui supra limit. 7. & 8. nu. 203. & seqq. & nu. 224.

Si ergo ab initio eiusmodi confessiones & positiones non sunt admittendæ, quia nihil penitus probant, sequitur, quòd frustra contenderetur, quòd non possent reuocari, siquidem etiam non reuocatæ nihil probant.

650 Pro solutione huius oppositionis, quam in positione contra ius format etiam Bar. in l. 2, nu. 13. ff. de confess. adducit idem Bar. ibidem hanc distinctionem; quòd vel error est expressus in positione, vt puta: pono quòd minor quatuordecim annis potest facere testamentum: & tunc procedit oppositio: quia si tu respondes affirmatiuè, credo quòd sic, confessio non præiudicat: vel error non est expressus: & tunc oppositio non procedit: quia confessio præiudicat.

Verum hæc distinctio Bartoli mihi non probatur: primo quia non inuenitur casus, in quo confessio, seu positio contra ius dicatur continere errorem non expressum: cum ius sit semper expressum & certum; vt dixi supra q. 6. limit. 7. num. 204. secundo quia hæc distinctio accommodatur solum confessioni, continenti errorem facti.

De errore manifesto consistente in facto.

651 Pro firmiori ergo intelligentia distingue duas species erroris.

Prima species est erroris, consistentis in facto.

Secunda species est erroris, consistentis in iure.

Capio primam: & distinguo duos casus.

Primus est, quando errori, seu confessioni erroneæ aduersatur impossibilitas, sicquè error apparet manifestè, vt in exemplis, relatis supra in secundo argumento oppositionis nu. 649. Et in isto casu concludo indistinctè, quòd confessio erronea, cui aduersatur impossibilitas, non probat, testibus Gl. Egid. & Rom. quos citaui supra nu. 649. versus finem. & consequenter in tantum debet posse reuocari; vt frustra reuocetur; siquidẽ non probat: & ita procedant adducta in secundo argumento; sicquè restringenda, seu declaranda sunt omnia dicta, in quibus asseruimus, confessionem erroneam non posse reuocari; prout restrinxi etiam supra num. 624.

652 AMPLIA istam cõclusionem, vt quoad facultatem reuocandi eiusmodi confessionem procedat, etiam si error non manifestè appareat, dummodo tamen possit per rei euidentiam ita probari, vt, eo probato, iudicium corruat; & corruat non solum respectu ipsius, qui errauit, sed etiam respectu cuiuslibet alterius personæ.

653 EXEMPLIFICA istam ampliationem, quando quis confessus est se, vel alium occidisse Titium; & postea ad ostendendum confessionis errorem exhibet Titium viuum: nam isto quoque casu confessio non nocet, & potest reuocari, vt sentiunt Glo. & Egid. vbi supra. idem dico, si quis confessus esset, se esse filium Sempronij, & postea ad ostendendum errorem exhiberet Sempronium impuberem, seu alias minorem natu quàm ipse, qui dixit se esse eius filium.

654 AMPLIA II. istam conclusionem, vt procedat etiam in confessione, resultante ex productione scripturæ, facta per principalem, quia adhuc poterit vti erronea reuocari, nam in eiusmodi probatione per rei euidentiam cessat omnis suspitio: & quod Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. num. 4. & seqq. scribit confessionem resultantem ex scripturæ productione facta per principalem non posse prætextu erroris reuocari, quia est confessio scripta, & probata, non habet locum quando error probatur per impossibilitatem rei, seu rei euidentiam: nam, probato errore per rei euidentiam, reuocatur qualibet confessio, & quouis modo facta.

De errore latente, & consistente in facto.

655 Secundus casus est, quando errori, seu confessioni erroneæ non aduersatur impossibilitas, sicquè est error latens, qui nec per rei euidentiam ita probari potest, vt iudicium corruat respectu cuiuslibet personæ; Et isto casu concludo cum Doctoribus, quòd confessio erronea causata iusto errore potest reuocari; secus si sit causata errore iniusto: & in isto casu procedunt limitatio, & sublimitationes, quas posui supra num. 609. 621. & 622.

EXEMPLIFICA conclusionem huius secundi casus; quando quis poneret, Titium, qui nunc habet quatuor filios legitimos & naturales, esse maiorẽ annis. 25. vel ipsum fecisse pactum de non petendo; vel poneret Meuium, conuicijs lacessitum, baculo verberasse Vindicem; in his certè positionibus si error sit commissus, recurrendum est ad limitationem, & sublimitationes supra citatas circa reuocationem confessionis erroneæ.

656 RETENTA conclusione huius secundi casus: quòd erronea confessio non possit reuocari.

Resp. ad primum argumentum, positum supra sub num. 648. quòd vbi confessio fuit pro vera admissa semel in iudicio; exquò continet possibilitatem, & error per euidentiam rei non ostenditur; tunc is, à quo talis confessio emanauit, non potest eam sub erroris prætextu reuocare, si error sit iniustus: quia non error, sed potius dolus, & malitia dicitur, vt ex notatis per Bar. in l. quod nerua. ff. depos. refert & sequitur Odd. de restit. in integr. q. 8. art. 7. nu. 25. conuenit enim isto casu, vt in eo luat pœnam, in quo deliquit: protulit mendacium, quod alij poterat foueam parare, si in eam ipse mendax inciderit, non indignetur iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 51. sub num. 12. & ne alias dolus posset auctori patrocinari contra vulgata iura, congesta per Damhouder. tract. de pupil. patroc. cap. 4. nu. 36. secus est quando error apparet manifestus: quia tunc quamuis sit iniustus, tamen confessio potest reuocari; quia ab initio non posset admitti; exquò iudicium fundaretur super impossibili, & sumus in errore probato, quo casu non remanet præsumpta veritas confessionis.

De errore iuris.

657 Capio secundam speciem erroris; quando error est commissus in iure: Et in ista specie concludo, quòd erronea confessio non solum potest quandocunque reuocari, sed etiam non reuocata non præiudicat; sicquè prima & secunda sublimitatio, positæ supra num. 621. & 622. in ista specie nõ possunt saluari; quia error in iure, cum possit semper oculariter ostendi, dicitur probari per rei euidentiã, imò confessio erronea iuris dicitur impossibilis, quia paria sunt aliquid esse impossibile de ordine naturæ, vel de iure, vt dixi sup. limi. 8. n. 225. & cõsequenter remanet firma, quæ dixi supra in 2. argu. n. 649. Et hæc est vera conclusio, quam declara, vt ha-

vt habeat locum in confeſſione iuris definiti, ſeu præſumentis ſecundum ea, quæ dixi ſupra limit. 7. nu.203. & 207. ſecus in confeſſione iuris diſpoſiti iuxta ea, quæ dixi ibidem n.219.verſ. aduerte.

RETENTA concluſione huius ſecundæ ſpeciei; quòd confeſſio erronea contra ius poſſit quandocunque reuocari.

Reſpondeo ad ea, in quibus ſupra nu. 636. vſquè ad nu.639.incluſiuè diximus, errorem iuris eſſe inexcuſabilem, & non poſſe reuocari, quòd procedunt in actu conſumato, qui fuit erroneus, attento iure ciuili, ſed non fuit erroneus, attento iure naturali: & ideo quia eſt conſumatus ſecundum ius naturale, ideo non reuocatur; ſed confeſſio non eſt actus conſumatus.

Reſumendo ordinem ſublimitationum, quarum ſecundam poſuimus ſupra nu. 622.

658 SVBLIMITA III. eandem limitationem, poſitam ſupra nu.609. vt habeat locum in cauſis, quæ non creſcunt per inficiationem, quia in his ſecundum diſtinctionem, quam facit Bar. ſummariè reſtringendo materiam in l.2.ſub nu. 9. & ibidem Paul. de Caſtr. ſub nu. 2. ff. de confeſſ. confeſſio erronea poteſt reuocari ſecundum ea, quæ declarauimus ſupra.

659 At in cauſis, quæ creſcunt per inficiationem; an confeſsio erronea poſsit reuocari, erit cogitandum: nam Bar.& tacitè etiam Paul.de Caſtr. in locis allegatis tenent, quòd non poſsit probari contrarium, & idem videtur ſentire Glo.in l. inde neratius. in verbo. confeſſoriam. & in verbo. à quocunquè. in fine. quæ eſt vltima.ff.ad l.aquil.pro qua opinione adducitur dicta l.inde neratius.in fine.& l.ſi is cum quo.ff.de confeſſ.

660 Cæterum ego conſidero duos modos probandi.

Primus eſt, quando contrarium, ſicquè error probaretur per rei euidentiam: dò exempla: quādo quis vellet oſtendere per rei euidentiam, ſeruum, quem confeſſus eſt ſe interfeciſſe, eſſe viuum; ſeu Titium, quem dixit eſſe eius filium, eſſe natu maiorem; ſeu in re, in qua quis confeſſus eſt, ſe furtum commiſiſſe, furtum committi non poſſe; & per iſtum modum probandi crederem, quòd poſſet probari error, & reuocari confeſsio; & ita videtur annuere Gl.1. in cap.fin.de confeſſ.dum allegat textum in dicta l.inde neratius, & apertè videtur locutus Rom. conſ.390. num. 3. & confirmatur ex d.l.inde neratius.in fine.& faciunt quæ dixi ſupra nu. 649.651.& 653.

661 Secundus modus erit, quando error non probaretur per rei euidentiam, vt puta, quia is, qui confeſſus eſt ſe occidiſſe ſeruum, vult probare, ſe illum non occidiſſe; & in iſto modo poteſt procedere dictum Gloſſæ, & Bartoli, quòd non poſsit probari contrarium: & ita apertè colligitur ex dicta.l.ſi is cum quo.nam non probatur ſeruum non eſſe occiſum: & ſic remanet poſsibilitas confeſsionis, & iudicij iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 655.

662 RETENTA limitatione, poſita ſupra nu.609.vt confeſsio erronea poſsit reuocari; eaquè verificata in caſibus, in quibus poteſt procedere.

DECLARA I. vt volens reuocare confeſsionē erroneam, teneatur in primis reficere expenſas, alias non admittitur ad eam corrigendam Marſ. in l. patre vel marito.ſub num.73.ibi.dicit etiam.ff. de quæſt. & Aſin.in prax.§.32.cap.2. ampl. 10.

663 DECLARA II. vt in caſu, in quo poſitio poteſt reuocari, ſemel tantum poſsit reuocari Sebaſt.Med.tract. de nouat.in verbo.poſitio.in fine.fol.399.

664 DECLARA III. vt vſquè ad concluſionem in cauſa poſsit reuocari, & probari error confeſsionis, quæ probatio erroris eſt neceſſaria in confeſsione poſt litem conteſtatam, vt dixi ſupra ampl.2. nu. 594.& 610. ſed poſt concluſum in cauſa aduerte, quia poteſt ſolū reuocari, ſed non probari, & ideo oportet, quòd abſq; alia probatione facienda, conſtet de errore. Affl.deciſ. 44.nu.2.& 3. & ibi Vrſil.in annotar. & Guter. de actib. iudic.iur.cap.8.nu. 2.fol. 395.

Et hæc circa primam limitationem. Redeo ad alias limitationes.

665 LIMITA II. regulam, poſitam ſupra nu.589. vt nō habeat locum in confeſsione, quæ reuocaretur ante litis conteſtationem, & ex qua confeſsione nulla emerſerit aduerſario captio; quia tunc poteſt indiſtinctè reuocari, etiam ſi ſit ſcienter falſa l.de ætate. §.fin. & ibi Glo.ff.de interrog.act.l.is qui ſe obtulit.ff. de rei vendic.Bar.in l.2.num.1.ff.de confeſſ. Egid.tit. de confeſſ. concluſ.692.erronea.ſub nu.1.Aret.Inſtit. de action.§. ſi minus.verſ.& eſt aduertendum.ibi.ſecundo caſu.ſub nu.31.& ſic intelligas Aſin.in prax.§.19.c.10. nu.3.

666 Dicitur emerſiſſe captio, cum propter confeſsionē, & oppoſitionem ab aduerſario interim completa eſſet vſucapio iuxta textum in l.penul.ff.de dol. & declarationem traditam à Glo.in dicta.l.is qui ſe obtulit. in verbo.abſoluendus.

667 LIMITA III. vt non habeat locum in confeſsione, cuius falſitas eſt nota aduerſario, cuiuſquè facto, & culpæ aſcribi poteſt, qui eum indebitè, & ſcienter ad iudicium vocauit, quia tunc is, qui confeſſus eſt, poteſt tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem reuocare confeſsionem, & aduerſarius debet habere patientiā, quia dicitur deceptus à ſe ipſo Glo.in l. is qui ſe obtulit.in verbo.abſoluendus.ff.de rei vendic. Bar.in l.2. n. 1.ff.de confeſſ.& Egid.tit.de confeſſ.concluſ.692.erronea.qui exemplificant in caſu, quo actor conuenit eū, quem ſciebat non poſsidere, nec dolo deſijſſe poſsidere, quia licet iſte conuentus confiteatur ſe poſsidere; tamen poteſt confeſsionem reuocare.& Aret.Inſtit.de action.§.ſi minus.verſ. & eſt aduertendum.ibi. ſecundo caſu.ſub nu.30.licet is loquatur diſtinctè, ſicq; reſtrictiuè de errore circa præparatoria cauſæ.

668 LIMITA IIII. vt non habeat locum in poſitione, ſeu inquam confeſsione, quæ incontinenti reuocaretur; quia poteſt reuocari, etiam non docto de errore Bal in l.edita.in ſecunda repetitione.n.102.C.de eden. Iaſ.in l.error.ſub nu.9.C.de iur.& fac.ignor.Fely.in c. 1.n.16. verſ.ſecunda declaratio.verſus finem.vt lit.nō conteſt. Gabr. in concluſ. lib. 1. tit. de confeſſ. concl. 6.nu.8.& Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.5.cap.16. ✻ ſub nu.15.& communiter * omnes in diuerſis locis.

Circa hāc limitationem poteris addere declarationes, quas tradit Bal.vbi ſupra, ſi placuerint.

Limitationes reliquæ ſequuntur infra nu.678.

Confeſſionem reuocari incontinenti quando dicatur.

669 Difficultas ſupereſt; quando dicatur incontinenti reuocari.

Soluendo iſtam difficultatem; concludo quòd; ſi credimus Alexandro in conſ.92 num.26.lib.5.Felyn. in cap.1.nu.16.verſ.ſecunda declaratio.in fine. vt lit. non conteſt.& alijs, quos referunt, & ſequuntur Iaſ.& Grauat.in locis allegatis n.præced.dicitur reuocari incontinenti, qn̄ adhuc non eſt per notarium redacta in ſcriptis, ſeu effecta de actis; quod etiam approbat Maſcar. tract.de probat.concluſ.348.n.55.lib.1. & hæc videtur ✻ communis * Doctorum ſententia.

670 Huic communi concluſioni aduerſantur multa; & ideo ei non acquieſco.

Aduerſantur primo ea, quæ ex Spec.Glo. & Maran. retuli lib.præced.cap.60. ſub nu.7. dum ex eorum ſententia dixi, poſitionem etiam non ſcriptam non poſſe reuocari; ex quo infero, quòd illud incontinenti non durat quouſquè poſitio fit redacta in ſcriptis.

671 Aduerſatur ſecundo, quia, cum Doctores ſentiant, quòd confeſsio, acceptata à parte, reuocari non poſsit, etiam ſi reuocaretur incontinenti, vt ſcribit Alex.conſ. 90.ferè omnis.ſub nu.1.lib.1. videtur, quòd tunc dicatur in effectu reuocari incontinenti, quando non dum fuit acceptata à parte.

672 Aduerſatur tertio opinio Papienſis, qui in pract. in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſſ. primo quòd publica vox.num.3.fol. mihi 260. ſcribit poſſe die ſequenti venire & dicere, ſe erraſſe, & velle docere de errore.

673 Aduerſatur quarto, quia teſtis poteſt corrigere ſuam depoſitionem antequam alloquatur partem, licet fuerit ſcripta ſecundum vnam opinionem, quam refert & videtur ſequi Menoch.tract.de arbitr.iud.lib.2.

 caſ.108.

cas.108.sub num.1.vel saltem antequàm eam subscripserit, vt per eundem Menoch. vbi supra.

674 Aduersatur quinto, quia in confessione Aduocati, facta in iudicio post litem contestatam, præsente, & intelligente clientulo, circumferuntur opiniones. Prima enim opinio est, vt liceat eam reuocare vsquè ad triduum argumento l. fin. C. de error. aduoc. & hanc tenent Gl. in cap. cum causam. in verbo. eadem die. de appell. Spec. tit. de confess. §. postremo. vers. si fit per aduocatum. sub nu. 1. Alex. cons. 71. clarissimè domine. num. 6. & 7. lib. 3. Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 1, nu. 14. & Mascar. tract. de probat. conclus. 381. nu. 1. & 2. lib. 1. Secunda, vt liceat reuocare solum eadem die, vt sentit Glo. in d. c. cum causam. & in cap. olim. in verbo. non reuocata. de censib. Tertia donec aliud fiat in causa, per quod illa confessio videatur approbata Glo. in d. cap. cum causam. Quarta opinio posset esse varia iuxta varias Doctorum determinationes circa hanc dictionem *incontinenti*.

675 Quid ergo firmabimus?

Ego distinguerem inter confessionem, factam per aduocatum, sciente, vel præsente, & intelligente clientulo: & confessionem factam per ipsummet clientulum: nam in confessione, facta per aduocatum, teneo posse reuocari vsquè ad triduum; sed in ea, quæ fit per ipsum cliētulum, teneo quòd debeat reuocari statim, idest, eadem die: & hæc distinctio in primo mēbro est apertè firmata per Spec. d. §. postremo. sub nu. 1. & in 2. membro est de mente eiusdem ibidem. in illis verbis. Ergo incontinenti vel eadem die &c.

Nec obstat, quòd confessio, facta per aduocatum vt supra, sit perinde ac si facta esset per ipsum cliētulum l. 1. C. de error. aduoc. & notant Spec. vbi supra. & latius Mascar. d. conclus. 381.

Quia resp. negari non posse eā, quæ fit ore proprio, esse minus excusabilem, & consequenter difficilius

676 posse reuocari. † Quòd si tibi non placeat ista distinctio, tunc non recedas à prima opinione, relata supra nu. 674. quòd possit reuocari indistinctè vsquè ad triduum, quicquid obscurè loquendo scripserit Spec. vbi supra. vbi videtur etiam sentire, quòd confessio oris proprij nullatenus reuocari possit, nisi doceatur de errore; quamuis incontinenti reuocaretur.

677 RETENTA ergo opinione, quòd possit reuocari eadem die; vel vsque ad triduum.

EXTENDE eam vt sit vera, quamuis esset redacta in scriptis, & effecta de actis, quia adhuc posset incontinenti reuocari, vt refert, & sequitur Mascar. de probat. conclus. 1176. num. 13. lib. 3. licet ibi num. 14. referat, quòd relinquitur arbitrio iudicis quando dicatur incontinenti, quod mihi nec displicet, & ignosco inconstantiæ Mascardi; citati supra nu. 669. quia multa congessit, & non potuit facilè recordari de eo, quod alibi dixerat, & sæpe per extensum repetit.

Continuantur limitationes intermissæ supra num. 608.

678 LIMITA V. vt non habeat locum in positione, quæ adhuc non esset effecta de actis, quia posset reuocari, vt dixi lib. 1. cap. 60. num. 7.

679 LIMITA VI. vt non habeat locum in positione, seu confessione, cui aduersarius contradixerit, quia post contradictionem non potest amplius is, qui contradixit, illa confessione se iuuare, testibus Spec. Bar. Arch. Io. And. & alijs, quos retuli & sequutus sum infra cap. 11. nu. 471. vnde remanet pro reuocata, ac si non emanasset.

680 LIMITA VII. vt non procedat in positionibus, seu confessionibus personarum, quæ effectualiter impediuntur confiteri, quales sunt furiosi, mentecapti, & pupilli, nō habentes tutores per ea, quæ tradit Egid. tit. de confess. conclus. 693. fallentia prima.

681 LIMITA VIII. & exulta tu, qui sequeris vsum Palatij, sicquè verum dicit Egid. infracitatus; quia quælibet confessio, & positio potest reuocari vsquè ad sententiam diffinitiuam tertiæ instantiæ, etiam non docto de errore; sicquè es absolutus à tanta librorum reuolutione Egid. tit. de confess. conclus. 692. alibi. 693. erronea confessio. in fine.

682 INTELLIGE secundum Vestr. in prax. lib. 5. c. 16. num. 5. versus finem, & num. 6. hanc limitationem, seu Egidium cum hoc grano salis, vt loquatur de positione non iurata, secus si sit iurata: hæcquè Vestrij intelligentia confirmatur, quia positio iurata reuocatur; si doceatur de errore, & non alias iuxta ea, quę dixi supra nu. 610. & 611.

683 RESTRINGE istam intelligentiam, vt sit vera, si positio sit iurata à principali; secus si sit iurata à procuratore non habente specialissimum mandatum; quia posset de stylo reuocari, etiam non docto de errore iuxta ea, quæ dixi supra nu. 598.

684 INTELLIGE II. vna cum Vestr. vbi supra, vt non procedat, si positio esset etiam probata in actis: quia si quis eam vellet reuocare, videretur calumniosè agere; cum in ea sit confessus & conuictus.

EXTENDE istam intelligentiam, vt si esset testibus probata ab eo met, qui eam vellet reuocare, posset is haberi suspectus de falso.

NOTA obiter non sic esse in negatione: quia si tu negares positionem aduersarij, & aduersarius illam positionem probaret, posses vtiquè negationem tuam reuocare, vt refert & sequitur Sebast. Med. tract. de nouat. in verbo. positio. fol. 399.

Articuli an in se contineant confessionem sicut eam continent positiones.

685 Pro absoluta intelligentia eorū omnium, quæ diximus in ista. 21. quæstione superest vna difficultas, an ea omnia, quæ diximus de confessione, resultante, & contenta in positionibus, habeant pariter locum in confessione contenta, & resultante ex articulis.

Et quidem 1. facie videtur intrepidè dicendum quòd non, quia confessio, contenta in capitulis, non est confessio Alex. cons. 133. viso processu. num. 3. versus finem. ibi. præterea. lib. 1. & cons. 80. examinato. num. 10. lib. 2. & similiter contenta in articulis, vt nos ex communi Doctorum sententia retulimus lib. præced. cap. 60. num. 7. vers. articulans. & ideo non afficit, nec præiudicat capitulanti, & articulanti Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 4. num. 20. 24. & 25. Mascar. tract. de probat. conclus. 368. confessio facta in præcibus. num. 16. vers. confessio lib. 1.

Pro firmiori resolutione adhibeo duas inspectiones.

Prima inspectio erit circa capitula, quæ solent dari in causis criminalibus.

Secunda inspectio erit circa articulos, qui dantur in causis ciuilibus.

Capio primam inspectionem circa capitula: & concludo indistinctè, in eis non habere locum ea, quę diximus de confessione, contenta in positionibus, quia positiones non dantur in causis criminalibus iuxta ea, quæ dixi supra num. 252. vers. secunda. & cap. seq. nu. neque dantur capitula loco positionum iuxta ea, quæ declaraui lib. præced. cap. 61. sub nu. 3. vers. pro contraria, & ita procedat relata communis doctorum sententia.

686 Capio secundam inspectionem circa articulos, qui dantur in causis ciuilibus; & in ista considero duos casus.

Primus casus est; quando agitur de periurio, resultante ex cōtrarietate articulorum; nunquid scilicet is, qui dedit articulos iuratos, incidat in periurium, sicut is, qui dedit positiones iuratas: & concludo quòd non; & sic procedat communis opinio Doctorum, dum aiunt, quòd articulans non fatetur: est enim vera quoad confessionem, quæ inducit periurium, vt, declarando Archidiaconum, tradit Io. And. in cap. cum in positionibus. in principio. de iureiur. in 6. & ita declarando Io. Andream vbi supra, tradit Abb. in c. examinata. sub n. 3. de except. sic quoquè sentit ibidē Fely. vers. in quantū. sub n. 2. dicens, quòd quamuis articuli sint iurati, nihilominus, si articulās reperiatur in eis con-

contrarius,nõ habetur pro periurio;licet,inquit; in positionibus sit secus:hæc Felynus. & quòd ponens contraria habeatur pro periuro, colligitur ex d. cap. cum in positionibus.& sic habes differentiam inter positiones, & articulos.

687 Secundus casus est, quando agitur de confessione quoad effectum, vt contrarius sit repellendus: & concludo,quòd sic,quia quoad istum effectum articulãs fatetur,sicut is,qui ponit,vt declarãt Ioan.Andr.& Abb. in locis supra citatis,& hoc est verum etiam si articuli non essent iurati: nec in libro meo reperi Ant. de But. in contrarium,quamuis Abb. vbi supra alliget eum in hoc dissentientem;fateor tamen, quòd si articuli erunt iurati,confessio erit magis efficax, quia illud iuramentum vltra confirmationem actus continet de sui natura deliberatam cõfessionem assertorum ita, vt amplius reuocari non possit; & hæc sententia colligitur manifeste ex Rot.decis.19.alias 260.de procur.in nou. & Caputaq.decis.192.par.1.& decis.152.par.3.dum decidũt quando confessio contenta in articulis possit reuocari;& fortius colligitur ex dicta decis.19.iunctis decis.2. alias.60.de confess.in nou.& decis.32.alias.506. de testib.in antiq.dum promiscuè loquuntur de reuocatione confessionis,contentæ in articulis,& contentæ in positionibus,sicq; intelligas Luc.Pæt.in pract. capitol. lib.2.cap.5.sub nu.9.dum ait, quòd specificatio materiarum potest prodesse, ne articulans possit contrariũ asserere eius,quod posuit, & ita obseruatur quoad effectum inducendi confessionem,& ne reuocari possit,sicut dixi etiam lib.præced.cap.60.sub nu.14.quam obseruationem si iuribus velis fulcire recurre ad ea, quæ tradit Papiens.quem allegaui d.cap.60.nu.7. vers.articulans.& ad Barb.quem allegat Gabr. dicta conclus.4. de confess.nu.20.in fine.& facit etiam;quia producens aliquam scripturam, censetur fateri contenta in ea, vt latè ex Innoc. Ant. de Butr. Abb. Bar.Bal. Felyn. Dec. Rom.& alijs retuli, & sequutus sum infra c.11. concl. 5.nu.408 & 415.

Postremo est aduertendum,ne decipiaris,quòd in ista 21. q. sumus locuti solum de reuocatione confessionis iudicialis, & præcipuè de ea,quæ continetur in positionibus,& articulis:de alijs enim confessionibus, & de earum reuocatione dicemus suis peculiaribus locis.

688 De confessione, contenta in præcibus, & in libello an, & quando possit reuocari, consulas interim Aret. Instit.de action.§.si minus.nu.29.vers. in gloss.Gabr. in conclus.lib.1. tit.de confess.conclus.4.præsertim n.18. & 28.& 29.& Mascar.tract.de probat.concl.368.lib.1.

QVAESTIO XXII.

689 QVAERO, an positio partim vera, & partim falsa possit ratione partis falsæ tota negari.

Resp.iste articulus est controuersus inter Spec.magistrum practicæ,qui in tit. de posit.§.7. vers. vndecimo.nu.21.in fine.& nu.22. tenet affirmatiuam; quòd possit tota negari;& inter Bar.qui in l.1. §. si stipulanti.nu.2.ff.de verb. oblig.qui tenet negatiuam; quòd non possit tota negari: sed vt clariorem habeamus resolutionẽ huius quæstionis,assumo duos casus.

Primus casus est;quando positio continet falsum in qualitate, vt si dico, quòd promisisti purè, cum fuerit sub conditione.

Secundus casus est; quando continet aliquod falsum in quantitate summæ, seu in parte rei, vt puta si positio contineat centum,& sint solum octuaginta.

IN PRIMO casu.Bar. concordat cum Spec. quòd possit tota negari, & sic iste casus transit sine difficultate,prout innuunt etiam Abb.in c.1.nu. 5. vers. nunc quæro de quotidiano. de plus petit. Alex. cons. 183. viso puncto.num. 8. lib. 5.& Gail. in pract. obseru. lib.1.obseru.82.nu.19. hancque partem communiter * sequuntur aduocati in practica, vt scribit Abb. vbi supra,licet Couar. in vtranquè partem disputauerit lib. 1.var. resol. cap.2. num.5.

EXEMPLIFICA etiam istum primum casum,quãdo poneres qualiter mutuasti mihi cẽtum, quæ debeo restituere:nam si illa iam persolui, possum totam positionem liberè negare, vt ex eod. Couar. & M. Ant. Cucch.retuli infra nu. 703.vers.quinto quia.

690 IN SECVNDO casu,quando positio continet falsum in quantitate: habemus pugnam, & diuersitatem opinionum.

Nam Bar. vbi supra tenet,quòd non possit tota negari sine reatu periurij, & eius opinionem sequitur Abb.in d.c.vnico.sub num.15.de plus petit. & tanquã communem * referunt Alex.alijq; Moder.in d.§.si stipulanti.sicuti testantur Ias.ibidem nu.10. & Dec. in l. non potest videri.vers.secus si sciret.& ibi Addit. ff.de reg.iur.& Addition. ad Bar.in d.l.1.§.si stipulanti.in litera b.ff.de verb.oblig.& Masuer.in addit.ad pract. Papiens.in forma positionum actoris.in glo. ponens. fol. 238.& quòd hæc sit magis communis * opinio,aduersus Gl.in c.2.de confess.in 6.testatur Luc.Pet.in pract. capitol.lib.2.cap.4.sub nu. 20. & hanc opinionem sequitur Gail.in pract.obseru.lib.1.obseru.82. nu.17. & obseruat Camera Imperialis vti veriorem, & christiano homine digniorẽ,sicut testatur Mysing. in sing. obseru.cent.2.obseru.55. & loquendo non in positione,sed in petitione; formato articulo (nunquid actore totum petente,cum tantum partem habere debeat, reus possit licitè totum negare) Gabr.in conclus.lib. 2.tit.de expens.concl.2.num.1.in fine:& n.3.in fine, hanc opinionem negatiuam; quòd non possit totã petitionem negare;testatur videri magis communem, * quam ex eo;loquendo in eodem articulo de actore petente plus debito;refert & sentire videtur cum eo, quòd sit magis communis Fossan.decis.231. plus debito.sub n.1.dicens ita censuisse Senatum. & citant eosdem Doctores,qui loquuntur in positione: pro qua cõi sententia faciunt sequentia quatuor argumenta.

691 Primo facit textus in l.qui seruum.§.fin. ff. de interrog.act.vbi interrogatus de toto fundo,an eum possideat,tenetur etiam respondere de quota.

692 Secundo facit textus in l.qui solidum. ff. de leg. 2. vbi si hæres,à quo est petitum totum, non soluat partem debitam,constituitur in mora:de qua re uide Bar. qui distinguit.in d.l.non potest.ff.de reg.iur.

693 Tertio facit,quia sententia, quæ continet plura capitula separata, licet sit nulla in vno capitulo, tamen potest esse valida in alio,vt testantur Put.decis.323.ad instantiã archiepiscopi. lib.1.& Rot.diuers.decis. 205. & latius decis.33.nu.7.9.& seqq.par.2.

694 Quarto,quia ponens totum,ponit etiam partem.l.si quis cum totum.ff.de except.rei.iud.vbi petenti partẽ obstat exceptio rei iudicatæ,si succubuerit in petitione totius.

695 Contrariam sententiam,quòd possit indistinctè tota negari:tenet,vt dixi,Spec.itẽ Gl.in cap.2. in verbo. absquè rationabili causa.de confess.in 6.Odofr. tract. de ord.iudic.nu. 30.fol. 33.Bal. in auth.principales. §. quod obseruari.nu.22.C.de iureiur. prop. calum. Papien.in pract.in forma position. actor.in glo. ponens. fol.mihi 238.Alex.dicto cons.183.num.8. lib.5. Franc. Curt.tract.de posit.nu.42.Dec.in l.non potest.ff. de reg.iur.Grauat.in annot.ad pract. Vestr.lib.5.c.14.nu. 24.& Masuer. in addit.ad pract.Papiens.in forma positionum actoris. in gl. ponens.fol.mihi 238.qui tamẽ falsò allegant Alex.& Moder.testantes hanc esse communem,cum testentur de contraria, vt dixi supra; hãc eandem attestationem de communi falsò refert ex Ias.Gail.in pract.obseru.lib.1. obseru.82.nu.16.

696 AVGETVR ista pugna ex alia pugna super illo articulo (an actore petente totum, qui debet habere tantum partem,possit reus licitè totum negare) in quo Doct.in tantum sunt contrarij vt Gabr.in conclus.lib.2.tit.de expens.conclus.2.dixerit,vix discerni posse quæ sit magis communis opinio; nos tamen lib. præced.cap.vlt.sub num.2.perfunctoriè tenuimus opinionem affirmatiuam;hãcquè esse magis cómunẽ, * & seruari in practica scribit Mandos. tract. de monitor.q.29.in fine.fol.65.dicens posse totam petitionem, seu monitorium negari,sentiensq; in isto articulo petitionis contra opinionem,quam Bar.firmat in præcedenti articulo positionis.

697 Contrariã opinionẽ in isto articulo petitionis,videlicet;

licet qđ nõ poſſit tota negari;poſſumus cẽſere cõem,* inhærendo opinioni Bartoli in præcedenti articulo po ſitionis ; ſicut in ſpecie contra Mandoſ. ſcribit Foſſan. d.deciſ.231.ſub nu.1. verſus finem. dicens,quòd Mandoſ.errat,dum ait opin.communem eſſe contra Bar. & hanc contrariam eſſe magis communẽ *teſtatur Gabr. d.concl.2.num.1.in fine.& num.3. in fine.

698 QVID dicendum?Non recedo ab hac ſecunda ſententia affirmatiua Speculatoris;quòd poſſit negari tota poſitio;quæ opinio ſeruatur etiam in practica, & confirmatur ſequentibus argumentis.

699 Primo ex textu in l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.vbi habetur,quòd oratio vniuerſalis in vno falſa,in toto reputatur falſa.

700 Secundo,quia pietas chriſtiana deſideratur tàm in actore ponente,quàm in reo reſpõdente,vt ſcribit Maſuer.vbi ſupra:vnde ſi actor petit indebitum,non videtur abſurdum,quòd reus poſſit negare debitum,quaſi liceat artem arte, & clauum clauo trudere.

701 Tertio,quia ſententia,quę non valet in tota ſumma, pro qua eſt facta condemnatio, nõ valet in parte illius ſummæ.Put.dicta deciſ.323.lib.1. & Rot.diuerſ. deciſ. 221.num.1.par.2.

702 Quarto & fortius, quia depoſitio teſtis in vno falſa, reputatur falſa in toto.cap.ſi ad ſcripturas,& ibi Gl. in verbo.quid in eis.diſt.9.quæ allegat cotas.& c.pura.3. q.9.Egid.rub.de teſtib.concl.47.ſi teſtis. & hãc eſſe cõmunem * ſcribentium opinionem latè refert, & ſequitur Maſcar.de probat.concl.743.nu.1.lib.2.& procedit iſta communis opinio etiam ſi capitula ſint diſtincta & ſeparata,quia nihilominus iuramentum eſt indiuiſibile,vt refert, & ſequtur Alber.de Malet.tract.de teſtib. c.7.ſub nu.62.fol.175.& ratio rationis eſt,quia teſtis iurat dicere veritatem ſuper omnibus,& ſingulis,& tota eius depoſitio fundatur ſuper vnico fundamento, ſcilicet iuramento; & hac ratione depoſitio eſt indiuiſibilis,vt tradit Alex.conſ.45. viſis atteſtationibus.num. 6. lib.2.ſeu ratio eſt,quia iuramentum eſt veluti forma in depoſitione ; & ideo licet depoſitio ſit diuidua reſpectu eſſentiæ;tñ cum ſit indiuidua reſpectu formæ, quia eſt vnicum iuramentũ,ſequitur qđ vtile per inutile vitietur iuxta doctrinã Bartoli in l.græcè. §. illud commune.ſub nu.3.& Baldi ibidẽ.ff.de fideiuſſ.& mand. Rom. conſ.66.viſo eximiè in fine.& Bou. trac. de ſtatut. vrb. præſcrip.gloſſ. 19. contra omnes debitores. num. 285. fol. 191.

Ergo idẽ dicere debemus de poſitione principalis, quia eius depoſitio eſt fundata in vnico iuramẽto, quo aſſerit poſitiones eſſe veras iuxta ea,quæ dixi lib. præced. cap. 60. num. 14. & ſupra num. 446. & 500. & conſequenter redditur indiuiſibilis, & vtile per inutile vitiatur; cum igitur tota reputetur falſa, meritò tota poterit negari abſquè metu periurij. faciunt pro iſto argumento, quæ de libro mercatoris ſcribunt Paul.de Caſtr.Pariſ.& Foll.quos retuli,& ſequutus ſum infra cap. 11. limit. 6. num. 183. dum firmant,qđ ſi ſit reprobatus vt falſus in vna partita,reprobatur in omnibus,& quæ ibidẽ retuli,& ſequutus ſum ex Innoc.Ant.de Butr.& alijs, dum firmant,quòd ſi inſtrumentum,continens plura capitula, reperiatur falſum in vno capitulo, in reliquis quoquè robore carebit.

703 Quinto,quia ſi quis mutuaſſet mihi cẽtum, eaq; ego mutuanti perſoluiſſem,& deinde ille mutuãs peteret à me dicta centum,& faceret poſitionem (qualiter ipſe mutuauit mihi centum,quæ ego debeo illi reſtituere) poſſum ſine reatu periurij integrã poſitionem negare eò,quòd vera non ſit extrema pars poſitionis,in qua ponit, me debere illa reſtituere ; & hanc eſſe certam ſententiam ſcripſerunt Couar.var.reſolut.lib.1. cap.2. fol.29.& M.Ant. Cucch. in l.fin.num.121.& 122.ff.de rei vend.inter tract.diuerſ. quos ego retuli, & ſequutus ſum inf. cap.ſeq.q. 7.nu. 836. & 837.

704 INFERO ex iſta ſecunda opinione, quòd reus, qui totum negauit ratione partis falſæ,non poteſt condemnari in expenſis,ſi cõdemnetur ad partem debiti Rol. à Vall.conſ.62.nu.5.lib.4.quem refert,& ſequitur Maſuer.in addit.ad pract.Papienſ. in forma poſitionum actoris.in glo. ponens. fol. 239.

Soluuntur contraria, et eliiciuntur quædam cautelæ.

Non obſtant adducta num.691.& ſeqq. ad eum pro contraria opinione; quia ſic ſoluo.

705 Ad primum de textu.in l.qui ſeruũ. §.fin. ff.de interrog.act.de cuius inuentione gloriatur Iaſ.in d. §. ſi ſtipulanti.ſub nu.10.reſpondet Dec.in dicta l.non poteſt. more ſolito contra Iaſ. quòd ille textus parum facit; quia ſecundum Gl.ibi. intelligitur,quando fuit interrogatus etiam de parte.

Ad ſecundum de textu in l. qui ſolidum. reſpondeo vna cum Iaſ.in d.§.ſi ſtipulanti.ſub nu.10.verſus finem. ibi.ſed tu aduerte. quòd ideo hæres conſtituitur in mora, quia actor in petitiõne offerebat ſe paratum recipere partem. & contra Bar.qui ſe fundat in iſto textu, tenet Dec.in dicta.l.non poteſt. in fine.

706 Ad tertium de ſententia reſpondeo, quòd ſi ſententia contineat diuerſa capita,reputantur tot ſententiæ, quot ſunt capita,vt dicit Rot.diuerſ.dicta deciſ. 33. n. 10. & conſequenter vtile per inutile non vitiatur, ſecus ſi non contineat diuerſa capita,quia tunc ſi non valet in tota ſumma,pro qua eſt facta condemnatio, minus valet in parte illius ſummæ Rot.diuerſ.deciſ. 221. nu.1.par.2.& dicta deciſ.33.num.17.& 18.Vant. tract. null.rub.de nullit.ex defec.iuriſdic.nu. 35. fol.387. &, quòd hæc ſit communis* opinio, ſcribit Io. de Canemortuo conſ.33. nu.2. inter conſilia criminalia diuerſ. lib.1.quem refert,& ſequitur Clar.in §.fin lib.5.recep. ſent.q.93.verſ.quæro ſi iudex dicens, quòd ſi iudex ſententiauerit in maiori ſumma,quam ſtatutum diſponat, ſententia in totum vitiatur.

707 Ad quartum de l.ſi quis cum totum. reſpondet ſubtilis Dec.in dicta l.non poteſt.in fine.ff. de reg.iur. quòd minor ſumma continetur in maiori, & pars in toto nõ de per ſe, ſed ad integrandum ; & ideo, vt refert & ſequitur ex Bar.in l.ſcire debemus. in fine principij. ff. de verb.obligat.ſi promiſiſti centum, non poſſum petere quinquaginta tanquàm promiſſa,quia illa pars de quinquaginta non fuit promiſſa, licet includatur ſub generalitate illorum verborum : ſic inquit in propoſito:ſi poſitio eſt facta de centum,non dicitur facta de quinquaginta,& ideo qui negat poſitionẽ de centũ nõ dicitur negare poſitionem de quinquaginta, quamuis includatur ſub illa maiori ſumma. Aliter reſpondet Iaſ.in l.1.§.ſi ſtipulanti.ſub nu.10.ff. de verb. oblig. dicens,quòd procedit in ſententia, quæ neceſſariò illud videtur inferre,non autem in parte põnẽte,vel reſpondente;Sed mihi neutra placet:nam Dec. dat inſtãtiam, ſed non reſpondet:& Iaſ.in effectu nihil dicit ; quia nõ reddit rationem: Vnde nos reſpondemus dupliciter,& primo retorqueo illum textum,quia ibi,cui non debetur totum petitum, eidem ratione falſæ petitionis totius denegatur poſtea pars, forſan debita; & ſic ex illo textu apparet, quòd ratione partis falſæ negatur pars vera.Secundo reſpondeo, quòd in eo textu præſumitur,actorem velle petere partem ex eadem cauſa, ex qua petierat totum, & in qua ſuccubuit;quo caſu obſtat exceptio rei iudicatæ,quia attẽditur cauſa,& non quantitas,ſeu quota rei petitæ,&, cum attendatur cauſa,videtur partem quoq; petijſſe, quæ conſideratio nõ militat in poſitione;& ſic remanet cõcluſio incõcuſſa.

708 Ex ſolutione ad ſecundum argumentum ſumunt Doctores cautelã pro faciente poſitiones, vt in eis addat: *& ſi non credit de tanta quantitate,dicat de quanta,deſcendendo vſquè ad minimum*, quia tunc nõ poteſt negari pars vera poſitionis Iaſ. in d.§. ſi ſtipulanti.ſub n. 10.ibi.ſecundo facit.& Gail.in pract. obſeru. lib.1.obſeru. 82. num.18. & alij, quos retuli ſupra num. 719. in 6. limit. ſed iſta cautela non placet,quia reddit poſitionem obſcuram,& incertam;cum ponens habeat ponere quid certum,& apertum.

709 Alij è contra dant cautelã reſpõſuro,vt, vbi viderit mixturam veri cum falſo,neget poſita, prout ponũtur, ſicuti referunt, & ſequuntur Maſcar. tract. de probat.

con-

conclus.1177.num. 45.lib.3. & Luc.Pet.in pract. capitol.lib.2.cap.4.num.20.in fine.qui licet addat ex sententia Doctorum adhuc non esse tutum à periurio,ego tamen teneo eum esse tutum à periurio.

Dubium.posset oriri,sicut dubitauit etiam Papien.in pract.in forma excipiēdi cōtra positiones. in gl.primo qd publica vox.n.6.fol.261.an ista respōsio sit admittēda: nam eadem ratione,qua dixi supra nu. præcedenti non esse admittendam positionem cum illa cautela: *& si non credat de tanto, dicat de quanto*:propter incertitudinem,eadem ratione videtur dicendum non esse admittendam istam responsionem;& ita seruari in Camera Imperiali,testatur Gail.in pract.obseru.lib.1.obseru.82.nu.6.in fine.& nu.7.

Verum,quicquid seruetur ibi,apud nos hæc responsio admittitur passim,vt dixi etiā supra n.544.maximèquè admittenda erit,quando positio est facta cum relata cautela;quia clauus clauo retunditur,&sicut interrogatio est obscura, & qualificata , ita debet admitti responsio obscura,& qualificata Mascar.tract.de probat. conclus.1176.nu.23.& seqq.lib.3.

710 Illud non prætereo (& impono finem huic quęstioni)quòd ex solutione Decij ad quartum argumentum venit notandum in practica pro eo,qui facit libellum, & non potest petere centum,iam sibi promissa,quia habuit quinquaginta;& quinquaginta non potest petere , quia non sunt promissa , vt dicat in petitione, quòd de centum promissis petit quinquaginta iuxta ea,quæ tradit Bar.in illa l.scire debemus.ff.de verb. oblig. & hoc sit dictum obiter extra quæstionis cancellos.

QVAESTIO XXIII.

711 QVAERO an sufficiat respondere positionibus per verbum crēdo,vel non credo : an verò debeat respōderi p verba assertiua præcisa.

Resp.quicquid dixerit Odofr.tract.de ord.iud.n.29. fol.33.repræhendendo iudices,vti minus peritos , qui compellunt partem ad respondendum an credat , vel nō;satis est,si respondeat per verbū credulitatis Vber. de Bob.tract.de posit.nu.31.Bal.in auth.principales.§. quod obseruari.nu. 11. C. de iureiur.propt. calum. Papien.in pract.in forma posit. actor.in glos. per verbum credere.fol.240.Maran.in suo spec.par.6.actu.4.nu. 14. Mascar.tract. de probat.conclus.1176.num. 28 lib.3.& Grauat.in annot.ad pract.Vestr.lib.5.cap.14.nu.28. vide Vestr.d.c.14.n.7.& super hac quæstione non insisto, quia in practica transit sine difficultate,& ideo in positionibus solemus petere responderi per verbum credulitatis,vt patet ex formula,quam retuli supra nu. 56. & nos habemus statuta Vrbis lib.1.cap.68. ibi. responsio. disponentia , quòd per verbum credulitatis inducatur confessio,& per verbum *non credo*,negatio.quod de statutis antiquis notauit Luc.Pæt.in pract.capit.lib. 2.c. 4. nu.28.& in Regno Neap est dispositū per pragmaticā. quinta die.sicut notauit etiam Carauit.super ritu.70.n. 4. & ante eum Maran. vbi supra. licet in criminalibus reus,qui examinatur super inquisitione,debeat respondere per verba veritatis, vt dixi supra num. 251. & lib. præced. cap. 61. sub nu. 3.

712 An & quando possit responderi per verbum *dubito* vide Spec.tit.de posit.§.sexto.vers.sed nunquid nu.13.

QVAESTIO XXIIII.

Minor infans,seu non doli capax an cogatur respondere.

713 QVAERO; an minor cogatur respondere positionibus.

Resp. distinguendo triplicem ætatem minoris.

Prima ætas est,quādo est infans,aut saltem non doli capax:Et in ista cōcludo,quòd nō cogitur respondere , nec præstare iuramentū veritatis, quia horum ętas qd' videt ignorat l.1.C.de fals.monet.& notat Bar.in auth. principales.§.qd obseruari.n.11.& ibidē Bal.sub n.9.ibi. quarto quæro.C.de iureiur.prop.calum.& Abb.in c.cū causam.vers.quo ad secundum.nu.11. de iuram.calum. & quòd impubes,qui non est doli capax,non iuret secundum canones,scribit Spec.tit.de iuram.calum.§.restat.vers.sed nunquid minor.nu.8.in fine.

714 Comprobatur ista conclusio , quia infans non doli capax repellitur etiā à dicendo testimonio l. 3.§. lege Iulia.ff. de testib. hæcquè est vera , & communis * sententia , quam sequuti sunt omnes , qui scripserunt de testibus,vt patet ex congestis per Mascar.tract.de probat.conclus. 1246. num. 1. & 2.lib. 3. & per Farin. in qq. crim. q. 58. num. 1. & 9. imò nec potest stare in iudicio.

715 Contra istā quæstionem posset obijci, quòd est frustratoria ; quia, si est infans , stultum est quærere , an cogatur respondere ; cum infans dicatur is , qui fari non potest, quasi nonfans , quæ est aperta ethymologia & demonstrat proprium significatum ethymologati: Igitur nō est quærendum,an cogatur respondere: quia ad impossibile nemo tenetur l. impossibilium. ff.de reg. iur.

716 Resp. huic obiectioni , quòd & si inter Doctores sit disputatio qui dicatur infans; de qua re multa scripserunt Menoch. tract.de arbitr. iud. lib.2. cent.1.cas. 57. & Io. Franc. Far.tract. de essen. infan. cap. 1. & seqq. tamen à nobis sumitur pro eo , qui loquitur articulatè , sed sine discursu , & sine recta inteligentia eius , quod loquitur,quod non est verè loqui;quia alias pica etiam,& psittacus dicerentur loqui .

717 Hæcquè sumptio infantis, quāuis repugnet ethymologiæ,est admittenda ; † si quidem infans appellari solet etiam is,qui in cura administranda non habet facultatem loquendi; & si is scienter & propriè loquatur , sicquè etiam maior annis xxv. sicquè filij Regis Hispaniarum appellantur infantes,viuente eorum patre, seu reliqui fratres , viuente primogenito ; exquò non habent facultatem loquendi in cura administranda Glos. in cap.vnico.in verbo.infantis.de iudæ.& sarac. in extrauag.Ioan.xxij.fol.mihi.52. & Io. Fran.Far. vbi supra cap.2.num.13.

718 RETENTA conclusione,posita supra nu.713. quòd infans non dum doli capax non cogatur respondere.

DECLARA eam primo,vt infans non dum doli capax dicatur is,qui non dum expleuit annum septimum Gl.vnica.in l.etiam infantem.ff.de adopt.& Gl.1.in c.1. de delict. puer. & communiter Doct. in l.si infanti.C. de iur.delib. prout de cōmuni * testatur etiā Menoch. d. cas. 57.nu.9.quare valet illatio:non expleuit annum
719 septimnm:ergo non est doli capax ; † quamuis legatur in dialogo Greg. quòd puer quinque annorum , iurans , & detestans, & blasphemans fuit à Diabolo raptus,sicut notat Addition.ad Glos. in d. cap. 1. de delict. puer.

720 DECLARA II. vt doli capax dicatur masculus , qui expleuit annum xiiij. & foemina,quæ expleuit annum xij.quibus annis finitur ætas pupillaris, & incipit ætas pubertatis , Instit. quib. mod. tut. fin.& ratio huius declarationis est: quia proximus pubertati dicitur doli capax. l.apud celsum.§.si quis non tutor.vers.deniquè iulianus.ff. de dol.mal. & met. except. & l. pupillum. ff. de reg.iur. Glos. in l. sequitur.in verbo.animum possidendi. ff. de vsucap. Dec. in d. l. pupillum. vers. non omitto. ff. de reg.iur. & Menoch. d. cas. 57. sub.num. 40.ergo, si proximus pubertati est doli capax , à fortiori pubes ipse dicitur doli capax. & hæc declaratio transit sine controuersia.

721 DECLARA III. vt ab anno septimo exclusiuè vsquè ad annum xiiij.in masculo , & xij. in fœmina inclusiuè relinquatur arbitrio iudicis, quando impubes dicatur doli capax,& quando non : & ratio huius declarationis est : quia , vt dixi in præcedenti declara-
722 tione, proximus pubertati dicitur doli capax ; † sed quando quis dicatur proximus pubertati intra præfatos annos impubertatis relinquitur arbitrio iudicis , vt refert , & sequitur Dec. in d. l. pupillum. vers. non omitto. ff. de reg. iur. & hanc esse veriorem & magis communem * opinionem scribit & sequitur Menoch. d. cas. 57. num. 44. ergo relinquitur arbitrio iudicis,quando dicatur doli capax ; hancquè conclusionem sequitur specificè Dec. vbi supra.

723 SVB-

723 SVBDECLARA istam tertiam declarationem, vt iudex in isto arbitrio debeat considerare non solum numerum annorum, sed etiã qualitaté personæ, & actus, & etiam prouinciæ, seu regionis, vbi impubes ortus, educatusquè est ad tradita per Gl. in d. l. sequitur. in verbo. animum possidendi. Vant. tract. nullit. rub. de null. ex defec. inhabil. seu mand. nu. 7. fol. 399. & Menoch. d. cas. 57. nu. 46. & seqq. nam, vt scribunt prçcitati Doctores, pueri, quos generant Lombardia; Normandia, Hispania, & Roma, sunt versuti, & callidi; aliæ etiam sunt prouinciç, & istæ quoque enumeratæ, quç homines diuersarum qualitatum, & morum generant: nam Itali dicuntur graues Cassan. in catal. glor. mun. par. 12. consid. 16. suntq; prudẽtes & sapientes; exquò incolũt meridianas regiones. Hispani sunt iactabundi. Cassan. vbi supra. & Menoch. d. cas. 57. nu. 52. Galli sunt stolidi, seu ingenio simplici, ac barbaro, vt refert Menoch. eod. cas. 57. nu. 50. & 52. & sunt feroces in armis, vt scribit Cassan. d. consid. 16. Græci sunt leues, vt scribunt Cassan. vbi supra. & Simanc. de cath. institut. tit. 31. de hæret. sub nu. 35. & tit. 64. de testib. nu. 79. concludens, eorum testimonio nullam fidem esse adhibendam, hincquè ortum esse prouerbium *fides greca*. verum, vt scribit Cœlius Rhodigin. lib. 18. cap. 18. antiqu. lect. sunt alijs aptiores in adipiscendis disciplinis. Cathelani sunt fidefragi, vt scribunt Boer. decis. 179. n. 8. & Menoch. d. cas. 57. nu. 49. Sclauones sunt nequiores hominum, vt recẽset Menoch. d. cas. 57. num. 48. Asiatici luxuriosi. Menoch. eod. cas. 57. num. 51. Syri sunt auari, vt scribunt Cassan. in catal. glor. mund. par. 12. cõsid. 16. & Menoch. d. cas. 57. num. 51. Siculi acuti, testibus ijsdem Cassan. & Menoch. Ligures mõtani sunt duri, atquè agrestes Cic. in orat. 16. contra Rul. in fine. tom. 2. Campani sunt superbi. Cic. vbi supra. & longum esset recensere omniũ qualitates.

724 RESTRINGE eandem tertiam declarationem, vt non procedat hic in Vrbe saltem in causis criminalibus; exquò stat. lib. 2. cap. 79. disponunt, quòd si minor annis decem cum dimidio commiserit aliquod maleficium; ad aliquam pœnam non teneatur, & omnis processus contra eum factus, & condemnatio inde forsan secuta sit ipso iure nulla; sicquè ex isto statuto amputatur arbitrium iudicis circa ætatem doli capacem:

725 † hocquè statutum videtur propterea approbasse opinionem Glos. in §. penultimo. in verbo. proximus. & ibidem Aret. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. & Glos. in l. pupillum. ff. de reg. iur. & aliorum, quos citat Menoch. d. cas. 57. nu. 20. vers. vna fuit. tenentium masculum in anno decimo cum dimidio, & fæminam in nono cum dimidio esse proximos pubertati. quam opinionem esse communem sentiunt Aret. in §. pupillus. n. 2. vers. nota quòd licet. Instit. de inutil. stipul. & Dec. in d. l. pupillum. in principio. ff. de reg. iur.

726 AMPLIA nunc eandem conclusionem, positam supra nu. 713. vt procedat etiam in furioso, & quolibet alio, habente imbecillem intellectum; quia non possunt examinari Bar. in auth. principales. §. quòd obseruari. n. 11. & 12. C. de iureiur. propt. calum.

727 Confirmatur istam ampliatio, quia sicut confessio pupilli nõ doli capacis nõ valet, ita neq; confessio furiosi, vel mẽtecapti. Egid. cõcl. 692. alibi 693. n. 2. in 1. fallent.

Reliquas ampliationes & limitationes ponemus alibi, Deo dante.

Minor proximus pubertati an cocatur respondere.

728 Secunda ætas est: quando est impubes, sed est proximus pubertati, & ideo doli capax: & in ista potest esse locus opinionibus.

Prima enim facie videtur dicendum, quòd adhuc nõ cogatur respondere; quia impubes non potest esse testis cap. 1. 4. q. 2. & 3. & l. 3. §. lege iulia. ff. de testib. nec potest impubes iurare cap. paruuli. 22. q. 5. & hanc opinionem tenent Iac. Butrig. Azo. & Spec. tit. de teste. nu. 33. vers. item excipitur quod est impubes. & num. 34. & tit. de iuram. calum. §. restat. vers. sed nunquid minor. num. 8.

729 Contrariam opinionem; quòd pupillus, si scit veritatem, & est doli capax, cogatur respondere, & iurare de veritate dicenda; tenuerunt Glos. 1. in d. c. paruuli. 22. q. 5. Bar. in d. §. quod obseruari. num. 12. & ibidem Bal. sub num. 9. Abb. in cap. cum causam. sub nu. 11. & 12. de iuram. calum. Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 7. nu. 20. Mascar. tract. de probat. concl. 1246. num. 4. & Prosp. Farin. in qq. crim. q. 58. num. 15. hæcquè opinio probatur ex §. penult. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. & ex l. excipiũtur. ff. ad senatusc. sill.

Minor pubes an cogatur respondere.

730 Tertia ætas est: quando minor est pubes: & in ista concludo magis resolute, quòd cogitur respondere, & iurare. Bar. in d. §. quod obseruari. num. 8. & 13. & ibidem Bal. nu. 9. & Abb. d. cap. cum causam. sub. n. 12. vers. quidam sunt. de iuram. calum. & patet ex prædictis: quia si cogitur, quando est proximus pubertati, à fortiori cogetur, quando est pubes.

Tutoris, seu curatoris auctoritas in responsione pupilli seu adulti an sit necessaria.

731 Supersunt duæ difficultates.

Prima difficultas est; an impubes debeat respondere cum auctoritate tutoris, & pubes cum auctoritate curatoris ad hoc, vt eius responsio sit valida.

Solutio. Prima facie videtur dicẽdum quòd auctoritas tutoris, seu curatoris non sit necessaria, quia solemnitas adhibenda in actu voluntario, non est necessaria in actu, qui fit ex necessitate iuxta ea, quæ dixi supra
732 cap. 2. nu. 533. † At tutor, seu curator cogitur interponere auctoritatem, vt dicit Bal. in d. §. quod obseruari. n. 9. in fine.

733 Contraria opinio; quòd auctoritas tutoris in pupillo, & curatoris in adulto sit necessaria, & præsertim in pupillo; suadetur ex eo, quia pupillus, idest, impubes non potest esse testis, nec iurat iuxta ea, quæ retuli supra n. 728. & ratio est, quia habet imbecille iudicium, vt retuli supra cap. 1. q. 21. nu. 233.

734 Quid dicendum?

Resp. contrarietatem esse inter Bar. & Bal. infra citatos.

Nam Bar. in d. §. quod obseruari. num. 13. in fine vers. circa hoc. & num. 14. & Abb. qui eum refert, & sequitur in cap. cum causam. sub num. 12. vers. an autem. de iuram. calum. considerant triplicem actum. Primus actus est in cognoscendo, an minor debeat interrogari, & iurare: & ista cognitio debet fieri cum ipso tutore, & cum eius auctoritate, quia hæc est discussio iuris, quæ non põt fieri cũ pupillo: posset enim esse, quòd pupillus esset adeo distans à cognitione, & intelligentia rerum, vt nullatenus posset interrogari, vel quod super tali re pars vellet eũ interrogari, quòd non deberet interrogari; quia non potuit in eius scientiam cadere, vt puta, quia interrogaretur de re admodũ implicita, vel de facto, ipsi minori non cognito; & ideo debet cognosci cum tutore. Secundus actus est; præsupposito quòd possit interrogari; nunquid scilicet possit validè respondere, nisi tutor interponat auctoritatem, vt respõdeat: & similiter in isto actu requiritur auctoritas tutoris. Tertius est, nũquid auctoritas tutoris requiratur etiam in qualitate responsionis; puta quòd confiteatur sic, & sic, vel neget ita, & ita: & in isto actu auctoritas tutoris non est necessaria: totam istam resolutionem, quam Bar. firmat in tutore, Abb. vbi supra firmat æqualiter in tutore, & curatore. & in cap. fin. vers. si verò. num. 9. de confess. firmat in solo curatore.

Sed Bal. in eod. §. quod obseruari. vers. quarto quæro. ibi. modo reuoco in dubium. sub num. 9. considerat duos actus tantum. Primus est illa cognitio, facienda, an minor. possit interrogari: & concludit, quòd ista cognio requirit pręsentiam tutoris, vel curatoris, sed non consensum eorum; quia iudex potest, etiam ipsis inuitis, mandare, vt minor debeat respondere. Secundus actus est responsio facienda: & in isto, concludendo contra Bar. tenet, quòd tutor, seu curator debet auctorari, & consentire non solum, vt respondeat,

deat, sed etiam, vt sic respōdeat, ne minor propter suā simplicitatem pericliteтur: debet enim tutor adesse, & auctorari à principio vsquè ad finem actus, alias remaneret imperfectus, hancquè Baldi sententiā, tacito illius nomine, sequitur Salyc. in eod. §. quod obseruari. vers. quæro an minor. nu. 7.

735 Ego distinguerem duo genera rerum.

PRIMVM genus est rerum, in quibus minor non habet legitimam personam: Et in istis concludo vna cum Bal. quòd sit necessaria auctoritatis tutoris, seu curatoris.

736 Confirmatur ista opinio, seu conclusio, quia cōfessio minoris, facta in iudicio sine auctoritate tutoris, est ipso iure nulla, vt refert, & sequitur Odd. tract. de restit. integ. q. 65. art. 6. sub n. 13. ibi. aut verò habet tutorē. & sic intelligo Spec. tit. de confess. §. sequitur. in princ. dum ait, quòd confessio, facta à pupillo, non valet, & quòd est ipso iure tutus.

737 AMPLIA istam conclusionem, vt procedat etiam si minor careret tutore, seu curatore, quia nihilominus confessio esset nulla, teste eod. Odd. vbi supra.

738 SECVNDVM genus est rerum, in quibus minor habet legitimam personam standi in iudicio: Et in istis rebus distinguerem duplicem ætatem minoris.

Aut enim minor est pubes supra 14. annos: & concludo, quòd pōt stare in iudicio, & valet eius cōfessio etiā sine auctoritate curatoris ad textum in cap. si annū. de iudic. in 6. vbi probatur clarè ista cōclusio in beneficialibus, & spiritualibus, & annexis, & ita intelligo Odd. d. q. 65. art. 6. sub nu. 13. vers. aut demum. dum scribit, quòd confessio minoris ipso iure teneret. & Spec. tit. de confess. §. sequitur. in principio. dum ait, quòd pubes minor 25. annis obligatur ex confessione, sed restituitur, si sit læsus.

739 Aut est impubes infra 14. annos: & concludo, quòd in beneficialibus, & spiritualibus, & annexis est necessaria auctoritas curatoris ad litem, seu procuratoris, deputati auctoritate iudicis d. cap. si annum. de iudic. in

740 6. † Sed in alijs non beneficialibus, nec spiritualibus, aut annexis, si non habet tutorem, valeret confessio sine auctoritate tutoris, secus si habet tutorem, secundum theoricam, quam tradit Abb. in cap. fin. vers. aut est maior infante. num. 7. de confess. super qua theorica cogita.

741 Infans verò, idest, minor septennio nullatenus potest stare in iudicio, nec eius confessio valeret, siue confessus fuerit, auctorizante tutore, siue non Abb. d. cap. fin. nu. 6. versus finem.

742 An autem ista auctoritas requiratur in causis criminalibus, alibi definiam: interim vide Marsi. in pract. crim. §. quoniam. num. 18. & seqq. & Clar. lib. 5. recep. sent. q. 55. vers. vlterius potest reus. vbi habes quid seruetur de consuetudine. & quid in hoc disponant stat. Vrbis vide supra cap. 2. nu. 549. & quid seruetur in causis hæresis vide eod. cap. 2. n. 551.

Confessio facta à minore cum auctoritate tutoris an præiudicet sicut confessio maioris.

743 Secunda difficultas est: an confessio, quam facert minor, auctorizante tutore, plenè probet in præiudicium minoris, sicut probaret confessio maioris.

744 Prima facie videtur dicendum, quòd non: † quia sicut impubes, quando admittitur ad ferendum testimonium, facit nihilominus solum aliquod inditium, & non probationem Bar. in auth. principales. §. quod obseruari. sub num. 12. C. de iureiur. prop. calum. & Abb. qui eum refert, & sequtur in cap. cum causam. num. 12. de iuram. calum. Mascar. tract. de probat. conclus. 1246. num. 5. & 6. & Prosp. Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 58. num. 18. nam licet impubes sit pro-

745 ximus iudicio, tamen non est in iudicio; † vnde videmus, quòd impuberes delinquentes puniuntur mitiori pœna secundum statuta Vrbis, quæ retuli supra cap. 2. num. 552. habent enim fragilem ætatem, & debilem intellectum, ideoquè videtur dicendum, quòd confessio minoris non probet tantum, quantum probaret confessio maioris.

746 Contrariam sententiam, quòd probet plenè, & præiudicet, sicut confessio maioris; censeo veram; quia actoritas tutoris supplet defectum ætatis, & iudicij, & sic cessat consideratio adducta.

Comprobatur ista sententia: quia iudicium non debet claudicare iuxta ea, quæ dixi supra num. 455. sed si ex ex parte ponentis daretur confessio, & non ex parte minoris respondentis solemniter cum auctoritate tutoris, iudicium claudicaret.

Comprobatur 2. quia si confessio procuratoris probat & præiudicat, vt dixi supra num. 487. vers. extende. ergo à fortiori debet præiudicare auctoritas tutoris in confessione minoris.

QVAESTIO. XXV.

747 QVAERO: an vniuersitas, item ecclesia cogantur respondere positionibus, & quomodo.

Resp. ex his; quæ dixi supra cap. 1. num. 248. & 249. videtur dicendum, quòd non cogantur respondere, sed quòd solum teneantur respōdere Oeconomus, seu Syndicus per ea, quæ dixi eod. cap. 1. num. 198. & 298.

748 Contrarium tamen est verum, quia tenentur respondere Abbas, Prior, seu inquam Prælatus & capitulum, idest, saltem maior pars capituli; quia prælatus, & capitulum sunt vnum corpus; & ideo nec prælatus sine consensu capituli, nec capitulum sine consensu prælati pōtest agere, seu conueniri, vel respondere positionibus, quoniam quo iure non potest vnus sine altero componere, seu transfigere, eodem iure non potest exercere iudicium Glos. in cap. 1. in verbo. legaliter. de procur. & diximus supra c. 1. n. 284. & ratio est, quia confessio solius prælati, vel minoris partis capituli non præiudicaret ecclesiæ, testibus Gl. & Rom. quos retuli, & sequutus sum supra d. c. 1. n. 294. & propterea

749 aduersario ponenti non esset plenè consultum, † & tenetur adhuc respondere etiam Syndicus, sed sine iuramento cap. præsentium. & ibi Glos. in verbo. conuen-

750 tuum. & in verbo. inquiras. de testib. in 6. † & hoc idem censeo dicendum in vniuersitate, videlicet quòd teneā tur iurare Priores, seu Conseruatores, aut Supra consiliarius nomine proprio, & in animam eorum, qui sunt de vniuersitate, & etiā Syndicus, sed sine iuramento vt dixi: aduerte tn̄ quòd licet Syndicus respondere debeat sine iuramento veritatis & ita intelligas prædicta, tn̄ debet respondere cum iuramento calumniæ, vt scribit Curt. Sen. in auth. principales. §. hoc etiam n. 7. C. de iureiur. prop. calum. fol. 134.

751 Et casu, quo responsio prælati & capituli, seu saltem maioris partis contrarietur respōsioni syndici, staretur responsioni prælati, & capituli, Gl. in d. cap. præsentium. in verbo. inquiras.

DECLARA præfatam responsionem, dum diximus, prælatum, & capitulum debere respondere positionibus eò, quia confessio solius prælati, vel capituli non noceret ecclesiæ, vt non procedat, quando prælatus, vel syndicus legaliter constitutus haberet mandatum à capitulo, quia tunc eius responsio sufficeret, eiusquè confessio præiudicaret, vt notat Io. And. in apostil. ad dictum cap. præsentium. in verbo. conuentuum. de testib. in 6.

QVAESTIO XXVI.

752 QVAERO; an confessio, facta in responsione, præiudicet, parte absente?

Resp. regula est, quòd non præiudicet, de qua latè testantur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. concl. 1. & Mascar. tract. de probat. conclus. 347. num. 1. & 3. lib. 1. quæ regula colligitur communiter ex l. certum. §. si quis. ff. de confess. & l. fin. ff. de interrog. action. & in proprijs terminis, quòd con-

confessio, facta in responsionibus ad positiones, non teneat, si fuerit absens is, qui fecit positiones, testantur Iacob. de Aren. tract. de posit. §. 1. sub num. 1. & 2. & Papien. in pract. in forma excipiendi contra positiones. in glos. primo quòd publica vox. num. 2. fol. 260. dicens, quòd responsio tenet quoad respondentem, sed quòd absenti nullum ius quæritur; & ratio est, quia confiteri, vt ex ethymologia colligitur, est simul fateri: nam illa dictio *con* significat *simul* vt notaui supra cap. 2. num. 2. item quia confessio est actus iuris ciuilis, sicut stipulatio, quæ debet fieri inter præsentes; vide Iacob. de Aren. d. num. 2. & 3. & Papiens. in d. glos. primo quòd publica vox. sub num. 2. vbi limitant hoc dictum, vt non procedat, quando iudex mandaret, responderi, non obstante absentia actoris, quia velit nihilominus responsionem valere.

753 Contra istam regulam, loquendo de confessione iudiciali, tenuerunt ij, quos refert Gabr. d. conclus. 1. num. 8. ipsaquè regula multas recipit limitationes, & declarationes, de quibus per Gabr. & Mascar. vbi supra, & in casu nostro contrarium refert & sequitur Mascar. conclus. 1176. num. 29. lib. 3.

RETENTA tamen regula pro vera.

LIMITA eam in casu nostro, vt de consuetudine non sit vera, quia, vt sciunt omnes, seruatur oppositum, & sine vllo scrupo, & aduocatus, qui allegaret, confessionem, factam in responsionibus, non præiudicare, quia fuit facta, parte absente, non audiretur. Et nos in Vrbe de hoc habemus statutum lib. 1. cap. 68. disponens, quòd confessio ex alterius absentia impugnari non possit, sed habeatur, ac si, parte præsente, & acceptante, facta fuisset.

QVAESTIO XXVII.

754 QVAERO; an negans positiones veras incurrat aliquam pænam, seu teneatur saltem ad expensas, & interesse.

Resp. si loquimur de pœna periurij (nam præsupponimus responsionem esse iuratam) videtur dicendum, quòd eam incurrat, & debeat puniri; quia periurus offendit diuinam maiestatem. l. 2. C. de reb. cred. & hanc sententiam tenuit Ang. in Auth. scenicas non solum &c. quem referunt & sequuntur Affl. in constit. lib. 3. rub. 55. de periur. Cauens. super ritu. 79. num. 3. & 5. in fine. & ibidem Carauit. num. 8. & quòd sit communis, * videtur testari Carauit. ibidem. & in hanc sententiam videtur iuisse Glos. fin. in cap. quicunque. 6. q. 1. confirmaturquè hec sententia, quia quilibet offendens diuinam maiestatem actu exteriori, debet puniri in foro fori, vt patet in blasphemo: restringunt tamen eam, vt sit vera quo ad pænam extraordinariam: negant enim principalem periurum posse puniri pæna ordinaria.

Retenta ista opinione. Affl. vbi supra dat duos intellectus, qui possunt seruire pro responsione ad ea, quæ adducuntur pro sequenti contraria opinione: primus intellectus est, quòd sequentia contraria sunt vera, quando periurium non est alteri nociuum: secundus intellectus est; quòd sunt vera quoad pænam ordinariam: huncquè secundum intellectum sequuntur, vt dixi, Cauens. & Carauit. vbi supra. & cum hoc intellectu concordat responsio, quam tradit Osasc. decis. 66. nu. 9. in fine. & nu. 10.

755 Contraria sententia: quòd in foro fori nulla pæna periurij sit puniendus, sed habeat solum Deum vltorē: suadetur ex d. l. 2. C. de reb. cred. & ita disputando firmat Bal. quem videto, quia pulchrè loquitur, in. l. iusiurandum. versus finem. col. penul. vers. sed nūquid. fol. mihi 37. ff. de iureiur. hanc eandem sententiam tenent Maran. in suo spec. par. 6. actu. 4. num. 17. & actu. 9. num. 24. in fine. & Foller. super pragm. census. vniuersis & singulis. in verbo. nicolaus. num. 107. fol. 130. qui loquitur generaliter. & quare principali liceat impunè negare positionem veram scripsi infra c. 9. nu. 836. & seqq. ad eum.

Confirmatur ista sententia quia reus, si sit periurus in negando inquisitionem, & respondendo interrogationibus iudicis in causis criminalibus, non ponitur de periurio secundum Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. sub nu. 1. ff. de bon. eor. qui ante sen. mor. &c. Boss. tract. crim. tit. de periur. n. 3. & tit. de captura. n. 19. in fine, Cauens. d. ritu. 79. nu. 5. Sylu. nup. lib. 3. in verbo. monitoriæ. nu. 43. in fine. fol. 168. & M. Ant. Cucch. in l. fin. nu. 125. ff. de rei vend. inter tract. diuer. de metien. circa posses. quos retuli lib. præced. c. 46. sub nu. 29. paululum ante finem principij. & de magis cōmuni* testatur Ioan. de Amic. cons. 109. nu. 27. & hęc opinio in Regno videtur tam in causis criminalibus, quam in ciuilibus approbata per prædictum titum. 79. quem ritum habes in lib. constitutionum sub rub. de modo procedendi, & de processibus causarum, fol. mihi 378. num. 80. &, quòd in praxi neque extra ordinem puniantur principales, scribit Carauit. d. ritu. 79. sub nu. 8. & quòd practicetur & vigeat in practica, vt reus inquisitus nō puniatur de periurio, quod committit respōdendo inquisitioni, scribūt Boss. vbi supra. & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 45. vers. quid ergo si reus. 757 * & ratio in criminalibus est, quia cuilibet licitum est redimere proprium sanguinem Osasc. decis. 66. nu. 1. & M. Ant. Cucch. d. l. fin. nu. 126. cum alijs, quos allegaui d. lib. præced. cap. 46. nu. 29. in fine principij. & nemo tenetur respondere positioni criminosæ iuxta ea, quæ dixi supra limit. 10. num. 229. & seqq. ad eum. quia non tenetur detegere propriam turpitudinem iuxta ea, quæ ibidem dixi, & notaui lib. præced. cap. 12. sub num. 9.

Retenta ista contraria sententia, à qua non est recedendum; quia seruatur passim in practica, vt dixi.

Replico ad intellectus, quos tradit Affl. & ad primum dico, quòd textus in l. 2. & ibi notata C. de reb. cred. loquuntur de iuramento decisiuo, quod potest inferre damnum, & nocere, & tamen dicunt, quòd punitur solum à Deo. Ad secundum replico, quòd videtur diuinatiuus.

758 AMPLIA istam sententiam, vt procedat non solum in reo negante positiones actoris, sed etiam in actore negante positiones rei.

759 AMPLIA II. vt habeat locum non solum in eo, qui peierat respondendo positioni, vt locuti sumus, sed etiam in eo, qui peieraret, ponendo, sicuti referunt, & sequuntur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. concl. 4. limit. 7. num. 26. & Mascar. tract. de probat. conclus. 368. nu. 17. lib. 1.

760 RESTRINGE modo eandem sententiam, vt non sit vera, si iudex fecisset præceptum principali, vt verum dicat sub certa pæna, quia tunc vigore præcepti posset eum punire in pænam comminatam Bar. in. l. ius alimentorum. num. 2. ff. vbi pupill. educ. deb. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum nu. 17. vers. ideo adde. ff. de offic. proconsul. & leg. Plot. in l. si quando. seu mauis. tract. de in lit. iur. §. 37. num. 4. Maran. in suo spec. par. 6. actu. 4. num. 18. Osasc. decis. 66. num. 6. & Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 14. sub num. 25. & est ratio, quia offendit aures iudicis, & ideo iudex potest, si vult, eum mulctare, vt tradit Bal. in d. l. iusiurandum. col. vlt. circa principium. ff. de iureiur.

Sed quicquid sit de iure; in praxi nunquam legi, aut audiui istam restrictionem fuisse obseruatam, sed indistinctè principales impunè in foro fori falsum iurant in positionibus, & responsionibus, & hæc de pæna periurij.

761 SI loquamur de expensis, & interesse, quæ is, qui positiones dedit, passus esset ob negationem positionum: concludo, quòd si positiones fuerint in facto proprio ipsius interrogati ita, vt eas præsumatur scienter negasse, & fuerint deinde probatæ, tenebitur ad omnia damna, & expensas, pro quorum liquidatione admittetur iuramentum in litem Plot. tract. de in litem iurando. §. 37. num. 5. & 10. & Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 14. sub num. 25. vide Plot. d. §. 37. num. 6. & seq. qui ponit per exempla casus, in quibus datur iuramentum in litem contra eum, qui dolosè negauit veritatem; quoties scilicet probatur sub-

stan-

stantia negata, sed non esset probata quãtitas, seu qualitas. & hæc de iure communi.

762 Cæterum in foro Capitolino habemus stat. lib. 1. c. 69. quo est dispositum, vt qui, respondendo positionibus siue articulis, negauerit filiationem, fraternitatem, matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum, communionem, mortem, vel vitam alicuius, & postea contrarium fuerit probatum, puniatur in ducatis auri quinque pro vna quaquè positione ex præmissis; si verò solutionem, aut satisfactionem debiti sibi factã negauerit, in ducatis auri decem, applicãdis vtroquè casu pro medietate Cameræ Vrbis, & pro medietate parti mulcte-
763 tur † Verum nec hoc statutũ vidi in praxi obseruatũ; & vbi obseruatur est declarandum iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. vlt. sub n. 2. Et in Regno Neap. negans prædicta punitur arbitrio iudicis, & si negauerit ex consilio procuratoris, habet regressum ad pænas contra ipsum procuratorem pragm. quinta die. ibi. decernentes. fol. 416.

QVAESTIO XXVIII.

764 QVAERO; an statutum pænale contra negantem positiones, quæ postea probarentur, habeat locum contra eum, qui positiones negat, & postea priusquàm probentur, acceptat.

Resp. quòd non per ea, quæ refert, & sequitur Asin. in pract. §. 19. cap. 10. & certè hæc opinio est vera & æqua; vnde non insisto: collige ad hoc statutum alias limitationes ex his, quę scripsi lib. præced. cap. vlt. sub num. 2.

QVAESTIO XXIX.

765 QVAERO an is, qui iurauit de calumnia, teneatur postea dum exhibet positiones, seu respondet ad eas, iurare.

Resp. Bal. in auth. hoc sacramentum. nu. 2. & Paul. de Castr. num. 3. C. de iureiur. prop. calum. quos retuli & sequutus sum supra cap. 1. num. 38. tenent, quòd sub eodem iuramento calumniæ, sub quo est responsum libello, possit responderi positionibus, in tantum quòd si nolit denuo iurare non habeatur pro confesso, quia non tenetur iteratò iurare, quod verissimum arbitror in iure per ea, quæ notat etiam Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. nu. 19. dicens, quòd is, qui semel iurauit de calumnia, non tenetur specificare materias articulatas medio iuramento, quia illud iuramentum calumniæ extenditur ad totam instantiam.

DECLARA istam responsionem; quòd & si illud iuramentum sufficiat, tamen si iudex videret, aut suspicaretur positiones calumniosè negari, posset ei deferre iuramentum malitiæ, vt scribit Paul. de Castr. vbi supra. & ratio est, quia iuramentum malitiæ potest deferri quoties iudici videbitur, licet iuratum esset de calumnia, vt dixi supra cap. 1. q. 5. num. 62.

DECLARA II. ex mente aliquorum, vt si positio sit data sub iuramento veritatis, tunc is qui debet respondere, teneatur etiam sub iuramento veritatis respondere, & non sufficiat iurasse de calumnia Cyn. in auth. principales. §. quod obseruari. vers. vndecimo quæritur. sub num. 22. C. de iureiur. prop. calum.

766 DECLARA III. quòd praxis generalis obseruat, vt etiamsi esset iuratum de calumnia, teneatur adhuc in positionibus iterum iurare de dicenda veritate saltem per verba credulitatis.

QVAESTIO XXX.

767 QVAERO, an in causis mixtis, in quibus pæna partim applicatur parti; & partim fisco: itẽ in causa spolij vel damnorum datorum possint fieri positiones.

Resp. Aut agitur criminaliter, aut ciuiliter tantum: si criminaliter, dico positiones fieri non posse, quia in criminalibus non fiunt positiones iuxta ea, quæ dixi supra num. 251. si ciuiliter, dico, quòd sic: tota hæc distinctio probatur ex his, quę dixi supra cap. 2 nu. 66. & seqq. & nu. 80. Et, quòd in causa spolij incalescentis criminalitati non debeant fieri positiones, moueor ex his, quę de compromisso scribit Affl. decis. 84. & nos retulimus supra d. cap. 2. nu. 77. Et similiter in causis damnorum datorum moueor ex his, quę in materia dilationis ex Lanfr. de Orian. tract. de dilat. n. 2. & 3. retuli supra cap. 4. nu. 10. in fine.

QVAESTIO XXXI.

768 QVAERO, an principali sit tradenda copia petita positionum ante quàm illis respondeat? Vide quæ dixi lib. præced. cap. 100. nu. 13.

QVAESTIO XXXII.

769 QVAERO cum copia positionũ soleat denegari; quid aget is, qui fuit citatus ad videndum illas admitti iuxta formulam, quam posui supra q. 4. num. 63.

Resp. excipiet, eas non esse datas in tempore, quòd sunt impertinentes, superfluę, obscuræ, continentes factum alienum, generales, implicitæ, consistentes in iure, impossibiles, inducentes ad periurium, continentes factum iam determinatum, criminosæ, sibi inuicem contrariæ, captiosæ, alternatiuæ, & similes, circa quas singulas vide quæ ordinatè scripsi supra q. 6. num. 91. 173. 180. cum pluribus seqq. & formam excipiendi habes apud Papiens, in forma excipiendi contra positiones. fol. 251.

Posset euenire, licet non sit verisimile, quòd reus fateretur positiones; vnde quid tunc superesset agendum deberem prosequi, sed quia lib. seq. agam, fatente Deo, de confessionibus, ideo hic non insisto: poteris interim videre aliqua quæ dixi supra q. 21. nu. 589. & lib. præced. cap. vlt. sub num. 2. ibi. responsio affirmatiua.

QVAESTIO XXXIII.

770 POsitiones, quando sunt negatæ, stant loco articulorum & ideo is, contra quem fuerunt datæ, denuo citatur, vt dixi supra. q. 5. num. 82.

QVAERO propterea quam exceptionẽ debeat opponere, cum fuerit citatus.

Respon. praxim communem esse, vt is, contra quem testes sunt examinandi, protestetur, & præseruet sibi ius excipiendi contra testes, vt scribunt Bal. in l. si quis testibus. num. 7. vers. dubitatur. C. de testib. dicens, quòd cauti aduocati semper protestantur in principio, exceptiones suas saluas fore contra personas, & dicta. & Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 5. num. 9. dicens, quòd reus citatus in productione articulorum comparebit, & pro tunc dicet generalia contra articulos, saluis alijs suo loco, & tempore opponendis, copiam petet, arrham pro copia dabit, & protestabitur contra personas testium, & dicenda per eos, insuperquè petet specificari nomina, & cognomina testium, & vbi viderit articulos non fuisse medio iuramento datos, petet materias medio iuramento adu[illegible] specificari. pro qua praxi specificandi nomina & cognomina testium faciunt quæ dixi lib. præced. cap. 100. sub num. 12. vers. contrariam. & cap. seq. dub. 15. num. 707. & pro praxi specificandi materias medio iuramento faciunt quæ dixi lib. præceden. cap. 60. num. 14. & supra q. 21. num. 687. vers. secundus casus.

771 Formam huius potestationis per extensum contra testes producendos Spec. tit. de teste. §. sæpè testes. nu. 1. sic accomodat. *ego P. protestor, quòd mihi saluũ sit obijcere contra personas, & dicta testium producendorũ contra me ex parte. D. in causa, quam secum habeo coram tali iudice, et ante aperturam, & post mihi expresse reseruo.*

772 DECLARA nunc istam praxim protestandi, vt non sit necessarium, quòd protestetur in termino citationis, quia ista protestatio potest fieri quandocunquè; dum-

dummodo fiat ante publicationem attestationum, vt bit Maran. in suo spec. par.6. actu. 13. sub num.2.quare secundum formam, quam ponit Papien. in pract.in forma iuramenti testium.fol. 285.& practicam,de qua testantur Maran.vbi supra,& Grauat.in annot.ad prac. Vestr. lib.6. cap. 2. num.63.ista protestatio fit eo tempore,quo testibus defertur iuramentum.

773 De consuetudine tamen ista protestatio, seu reseruatio iuris excipiendi contra personas, & dicta testium fit in principio interrogatoriorũ,vt patet ex formula interrogatoriorum,quam posui infra cap.seq. diffic.12. num 916.

774 ADVERTE quòd ista praxis dicendi generalia contra vna cum protestatione contra testes, & eorum dicta præseruat facultatem specificandi exceptiones cõpetẽtes in quacunquè parte iudicij,vt scribũt Papiens. in pract. in forma iuramenti testium. in glos. protestante. num. 1. fol. 293. & Vestr. in pract. lib. 5. cap. vlt.num. 13.& lib. 6. cap. 2.num. 23. & hæc est communis * conclusio.

EXTENDE istam praxim,& aduertentiam,vt sint veræ etiam parte opponẽte, quia adhuc admittitur ista reseruatio excipiendi,seu exceptio generalis.

775 Nec obstat, quòd exceptio generalis vti obscura,& incerta non admittatur, parte opponente, iuxta ea, quæ scribunt Bar.in l. 1. num. 7. vers. quæro video. ff. de except. Lanfr. in cap. quoniam contra. num. 12. de probat. fol. 34. Alex. cons. 181. in causa. num. 2.lib.6. Fely. in cap. pastoralis. num.13.de except. Paris.cons. 67. num.1. & seqq. lib. 4.& Luc.Pæt.in pract.capit.lib. 2.cap. 8. num.14. quare, vt scribunt ijdem Paris. Luc. Pæt.& Fely.n.14.iuuat solum,parte tacente.

Quia resp.dupliciter: & primò, quòd ista non est propriè exceptio,sed est reseruatio facultatis excipiendi.secundo resp.quòd ista exceptio non potest non esse generalis;quia cum adhuc non appareant nociua ipsi excipienti,non potest aliter excipere,nisi reseruare sibi facultatem excipiendi.

Extende istam responsionem,vt præcipuè habeat locum in causis summarijs,in quibus meo iudicio veniret admittenda etiam propriè exceptio generalis, & parte opponente; & moueor, quia sicut in summarijs admittitur libellus seu petitio generalis & obscura, et parte opponente, dummodo sit obscuritas tolerabilis iuxta ea,quæ scripsi lib.præced.cap.50.num.15.& cap. 53.num.4. ita etiam debet admitti exceptio generalis.

Aduerte secundo,quòd licet ista protestatio contra testes debeat fieri ante publicationem attestationum, vt dixi supra nu.772. exquò post publicatas attestationes non potest objci contra personas testiũ, quia præsumeretur obiectio malitiosa,vt scribunt Spec.d.§.sepè testes.sub nu.1. & apertius Abb.d.cap.præsentium. nu. & not. 2.& ibidem Fely.nu.1.not.1.de testib. tamen in quibusdam casibus,quos numerant Abb. & Felyn.ibidem sub nu.1.& seqq.potest objci etiam post publicatas attestationes.

Nunquid ista praxis protestandi contra testes sit vtilis.vide infra nu.786. & seqq.ad eum.

776 DIFFICVLTAS superest: an exceptio debeat dari in scriptis,vel sufficiat,eam oretenus exprimi?

Res.Bar.in l.1.nu. 4.ff. de except. disputando resoluit,quòd nõ sit necessarium eam proponere in scriptis, dicens hanc esse veritatem,& quòd ita sit tenendum in iudicando,testatur Lanfr.in cap.quoniam contra. sub num.11.de probat. fol. 34. dicens, satis esse quòd fiat oretenus, vt deinde apud acta redigatur.

Contrariam sententiam tenet idem Lanfr. d. nu. 11. & seqq.vbi respondet ad fundamentum Bartoli,& probatur ista sententia,quia reus in exceptione æquiparatur actori in actione:sed actionem,idest libellum,diximus lib.præced.cap.50. num. 19. esse edendum in scriptis. ergo.

Quid dicendum? Prior sententia in summarijs non habet difficultatem per ea, quæ dixi de petitione lib. præced.cap.53.sub num.6.In ordinarijs nihil pro nunc firmo.

Reliqua quædam de protestatione contra testes videnda pro maiori intelligentia prædictorum habes infra nu. 783. & seqq. ad eum.

QVAESTIO XXXIIII.

777 QVAERO; An copia articulorum sit concedenda.

Resp. Ex his, quæ dixi lib.præced.cap.100. num.13.satis liquet,esse concedendam,& de hoc apud nos non est ambigendum, stante praxi,& generali consuetudine,quam vsquè ad præsentem diem sine controuersia obseruamus; pro qua praxi vide quę scripsit Spec. tit.de teste §.iam de interrogatorijs.n.1. & 3.vbi admonet aduocatum eius,contra quem dati sunt articuli, vt articulorũ copiam veluti speculũ diligenter intueatur.

EXTENDE istam praxim,vt habeat locum etiam in Regn.Neap.secundum Maran. in suo spec. par.6. actu. 4.nu.19 qui motus ex pragm. quinta die.tenuit copiam esse concedendam.

778 Contrarium asseruit Affl.decis.33.nu.3. vbi testatur in Sacro Regio Consilio non dari copiam articulorum ante publicationẽ,cuius dictum refert,& sequitur Carauit. super ritu.79.n.10.in fine & seqq.

Et;tenendo istud contrarium; respondetur vna cum Carauit.vbi supra sub n.13.quòd illa pragmatica nõ loquitur de copia articulorum vnius partis danda alteri parti,sed quòd cuilibet detur copia suorummet articulorum vna cum responsionibus aduersarij,quæ in margine, aut calce articulorum annotantur.

QVAESTIO XXXV.

779 QVAERO: An reus,visa copia articulorum actoris, possit dare articulos de directo contrarios.

Resp. videtur prima facie dicendum,quòd non; quia daretur materia fabricandi falsum: certum enim est, quòd eorum alter intendit probare falsum, quod non est permittendum tùm per ea,quæ dixi lib.præced.cap. 86.nu.27.de iuramento non deferendo reo in causis capitalibus.&,quæ in propria facti specie considerat Carauit. super ritu 79.num.13.quem retulit Grauat. in annot.ad pract. Vestr.lib.5. cap. 14. sub num. 33. tùm quia melius est in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare,vt dixi lib.præced.c.58.sub n.2.si igitur iudex tenetur inuestigare,& corrigere falsitatẽ commissam:à fortiori tenetur intendere, ne committatur;immò in isto casu certum est, alterum eorum in primis fieri periurum, stante praxi, quòd articulans teneatur medio iuramento specificare materias iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 60. num. 14. & supra q. 5. num. 82.versus finem,& sub nu.605.vers. non obstat.& num. 686.& ideo consultius ageretur, si reus cogeretur expectare probationes actoris, & deinde, facta publicatione processus, admitteretur ad probandum contrarium,probãdo etiam corruptelam testium examinatorum pro parte actoris iuxta ea,quæ dicam, fauente Deo,lib.seq.cap.

Confirmatur hęc sententia, quia licet regula sit, vt ante didicita testificata possint examinari testes super ijsdem articulis, & super de directò contrarijs, vt dicam lib. seq. cap. tamen id potest esse, præsupposito quòd minus sit tradita copia articulorum partis aduersæ.

780 Contraria sententia est vera, & vsu recepta; quòd reus possit,habita copia articulorũ,dare articulos de directò cõtrarios,quę sentẽtia probatur ex textu in clemen. 2. de testib. à contrario sensu: nam prohibetur examen testium super articulis de directò contrarijs post publicatas attestationes,& ita restrictiuè scribunt communiter * omnes Doctores,vt dicam d.lib.seq.cap. Igitur à contrario sensu ante publicationem processus est permissum.

Confirmatur ista sententia; quia impedimentum, quod maioribus causatur ex publicatione processus,in minoribus,alijsquè personis priuilegiatis tollitur per viam restitutionis in integrum:† Sed minores aliæquè

781 personæ priuilegiatæ restituuntur in integrum aduersus publicationem processus ad ponendum eadem, & contraria articulis alterius partis,vt refert, & sequitur Affl. decis.216. num. 2. vbi testatur ita fuisse practicatum, & de communi, * & veriori testatur Odd. de restit.

teſtit. in integr. q.65.art.11.ſub.n.31.verſ. ſed contra. vbi multos cógerit; & hanc opinionē ponit pro cócluſione n. 55.verſ.cóclusio. Igitur apparet, quòd ante publicationē proceſſus eſt licitū ponere idē, & cōtraria articulis partis aduerſæ; quia ceſſat timor ſubornationis, quæ eſt cauſa prohibitionis, vt dicam lib.ſeq.cap. Et hæc ſententia eſt veriſſima: tota difficultas conſiſtit in reſpondendo motiuis adductis in contrarium.

782 Ad fundamentum contrariæ ſententiæ reſpondeo, quòd iudiciorum vſus eſt humano generi propter hominum malitiam omnino neceſſarius, & exerceri non poteſt, niſi vtriq; parti æquè concedatur facultas probandi; quia iudicium non debet claudicare iuxta ea, quæ dixi ſupra n.455.& 456.& conſequenter non conſideratur, quòd oriatur materia fabricandi falſum; quia melius eſt non repellere materiam fabricandi falſam, quàm tollere vſum iudicij omnino neceſſarium iuxta illud.

...... ſine qua populos, nec regna, nec vrbes
Stare licet, velut humanum ſine ſanguine corpus,
O leges, quas ſi nobis meliora negaſſent
Fata, quot inſidiæ, cædes, incendia, rixæ,
Quotquot adulteria, & variarum crimina rerum,
Quot lites ſine fine forent, ius eſſet in armis.

Item non obſtat, ſi replicares, quòd iudicia poſſunt exerceri, etiam denegata copia articulorum; quia reſpondeo dupliciter: primo, quòd non æquè benè; quia aduerſarius nō poſſet excogitare interrogatoria apta ad depræhendendam falſitatem teſtium: ſecundo quia eadem materia falſitatis adhuc poſſet oriri; quia remanet vſus poſitionum, ex quibus aduerſarius dum interrogatur ſuper eis, agnoſcit de quibus ſint interrogandi teſtes.

Quòd alter principalium ſit periurus: reſp. quòd habebunt Deum vltorem iuxta ea, quæ dixi ſupra q. 27.nu.755.

DIFFICVLTAS I.

Circa proteſtationem faciendam contra teſtes ante eorum publicationem nimis breuiter me expediui ſupra num. 770. ideo, hic ſupplendo, moueo duas difficultates.

783 Prima difficultas eſt: an iſta proteſtatio contra teſtes poſſit admitti ſine conſenſu partis aduerſæ, quæ eos produxit, & ſine conſenſu iudicis.

Reſp. Innoc. in cap. præſentium. nu. 3. de teſtib. videtur apertè ſentire, quòd ſine conſenſu partis aduerſæ, & iudicis non ſit admittenda: Sed Abb. ibidem n.4.verſ.circa ſecūdum. quem refert, & ſequitur ibid. Fely. ſub n.1.fall.2. & n.16.fall.2.declarādo mentē Innocētij format in effectu duas ſpecies proteſtationis.

Prima ſpecies proteſtationis eſt; quādo is, qui proteſtatur, non aperit, quòd velit certò reprobare teſtes, ſed ſolum relinquit in ſuſpenſo, vt ei licitum ſit illos reprobare etiam poſt publicationem; & de hac ſpecie proteſtationis habes formulam, quam nos ex Spec. retulimus ſupra nu.771. & hanc ſpeciem ſeruari in practica teſtatur Fely. d.cap. præſentium. ſub n.16. & bona eſt iſta praxis per ea, quæ dixi infra n.786. & ſeqq.

Secunda ſpecies eſt, quādo quis proteſtatur apertè, ſe velle reprobare teſtes inductos, ſeu productos; & de hac ſecunda ſpecie loquitur textus in d. cap. præſentium. in fine.

IN PRIMA ſpecie concludunt Abb. & Fely. vbi ſupra vna cum Innoc. quòd illa proteſtatio non eſt admittenda: & omiſſa ratione, quæ colligitur ex ſcriptis per Innoc. & Abb. vbi ſupra; ratio meo iudicio eſt; quia; ſi daretur iſta reſeruatio approbandi, & impugnādi etiam poſt publicationem atteſtationum, ſequeretur, quòd tàm approbatio, quàm impugnatio circa perſonas teſtium eſſet ſuſpecta: nam ſi teſtis deponeret ad fauorem, non impugnaretur, ſecus ſi deponeret contra: & iſta ſuſpitio eſt tollenda; & tollitur, ſi ante publicationem exprimat.

784 DECLARA iſtam concluſionem, vt non ſit admittenda proteſtatio ad effectum, vt poſſit proteſtans, didicitis teſtificatis, opponere contra perſonas teſtiū; ſed non ad effectum, vt non poſſit opponere ante factam publicationem, quia ad hunc effectum eſt admittenda ſine conſenſu partis, & ſine conſenſu iudicis, & ſic quotidie vbiquè ſeruatur in practica, & qui aliud diceret, non audiretur.

785 IN SECVNDA ſpecie concludunt Abb. & Fely. vbi ſupra, & communiter omnes, quòd eſt admittenda ſine conſenſu partis aduerſæ, & ſine conſenſu iudicis; quoniam, vt inquit Felyn. in d.cap. præſentium. ſub num.1.& nu. 16. fall. 2. iſta proteſtatio eſt ſimplex declaratio animi ipſius proteſtantis: & ita procedat textus in d.c. præſentium. decipitur tamen Fely. ibi ſub n.1. dum ſcribit, formulam huius proteſtationis poni à Spec. in tit. de teſte §. ſæpè. n.1. quia nō eſt verū. ponit enim formā, quæ cōuenit priori ſpeciei proteſtationis vt poteris videre, quia eam nos retulimus ſupra n.771. alia eſt ratio quare ſit admittenda; videlicet quia iſta proteſtatio poteſt ſe habere ad vtile, & ad damnū ipſius proteſtantis, ſicquè, cum non habeat claudicationem, caret ſuſpitione, & facilius poteſt admitti iuxta ea, quæ ſcripſi infra num.

DIFFICVLTAS II.

786 Videamus quid operentur iſtæ ſpecies proteſtationis, de quibus egi ſupra, & conſequenter quæ earum ſit vtilior.

PRIMA ſpecies proteſtationis poſita ſupra ſub num. 783. præſeruat proteſtanti facultatem proteſtandi aperte vſque ad publicationem depoſitionis teſtiū, & non proteſtando aliter apertè, eorum depoſitio probabit etiam in fauorem ipſius, ſi quid ad ipſius fauorē depoſuerint iuxta ea, quæ ſcribit Fely. in cap. præſentium n.16. fallen.2. de teſtib. dicens per modum ſallentiæ, quòd creditur teſtibus etiam ad fauorem eius, qui proteſtatus eſt contra eorum perſonas, & d. n.16. loquendo de hac ſpecie proteſtationis, benè ſcribit Bal. in l.ſi quis teſtibus. ſub n.7.verſ. dubitatur. C. de teſtib. quòd cauti aduocati ſemper proteſtatur in principio, exceptiones ſuas ſaluas fore contra perſonas, & dicta.

787 Vlterius is, qui ſic proteſtatus eſt, poterit nihilominus poſt publicatas atteſtationes opponere contra teſtes omnes exceptiones, quæ ſunt inductæ odio ipſorum teſtium, quales ſunt exceptio excommunicationis, exceptio banni, hæreſis. & ſimiles; quia iſtę exceptiones poſſunt opponi etiam ſi is, contra quem producuntur teſtes, nullam faciat proteſtationem, ſicuti ſcribunt Io. Andr. in 1. addit. ad Spec. tit. de teſte. § ſæpè teſtes. ſub n.1. in verbo. præſentium. & Bal. in d. l. ſi quis teſtibus. n.7. quem referunt, & ſequuntur Maran. ſuo ſpec. par.6.actu 13. ſub n.2. ibi. ſecus ſi defectus. licet non poſſit opponere exceptiones, quæ ſunt inductæ fauore ipſius, contra quem teſtes ſunt producti, vt puta, quòd teſtes ſint amici, ſeu familiares ipſius producentis, teſtibus ijſdem Io: And. Bal. & Maran. in locis ſupra proximè citatis.

Et licet Salyc. in d.l.ſi quis teſtibus. ſub n.9.& plenius Frāc. de Aret. in d.c. pręſentium. quos ibidē refert, & ſe qui videtur Fely. ſub num.4. verſo quinto fallit. concludant, quòd neq; præfatas primas exceptiones quæ ſunt inductæ odio ipſorum teſtium, poſſet opponere poſt publicatas atteſtationes, tamen concludit quòd poſſet eas opponere præſtito iuramento, de quo in d. c. præſentium. & de quo nos nu. ſeq. & hoc non habet vllam difficultatem.

788 Vlterius ſi iurauerit, quòd non malitioſè opponit, vel ſi probauerit quòd de nouo didicit ea, quæ opponit, adhuc poterit opponere poſt publicatas atteſtationes d.cap. præſentium. de teſtib. & ibi Abb. Franc. de Aret. & Fely.

Ex quibus colligo, quòd iſta proteſtatio nō eſt apta ad nocendum proteſtanti, & quòd aut nihil, aut parum eundem iuuat; quia, etiam ea omiſſa, poſſet in prædictis caſibus excipere contra teſtes.

SECVNDA ſpecies proteſtationis, poſita etiam ſupra ſub num.783. præſeruat efficacius ius, & facultatem excipiendi contra perſonas teſtium, quia poteſt poſt publicatas atteſtationes opponere quaſcumque exceptiones, & ſine alio iuramento malitiæ, & ſiue de nouo ſciuerit eas, ſiue non d. cap. præſentium. & ibi Abb. Fel. & alij de teſtib.

790 Aduerte tamen, quòd hæc proteſtatio operatur contra proteſtantem, vt teſtibus, contra quos proteſtatus eſt, deponentibus ad fauorem ipſius proteſtantis, non

credatur iuxta ea, quæ copiosè scribũt Abb. in d. cap. præsentiũ. sub n. 12. & Fely. n. 14. & seqq. vers. in gl. de testib. & Maran. in suo spec. par. 6. actũ 13. n 4. admonés propterea procuratoré, ne passim faciat istas protestationes, nisi quando omnino est certus, quòd vult testes repulsare: et ratio secundũ eos est duplex. prima, quia protestãdo impugnat eos; ergo nõ potest ex eis se iuuare c. non ex eo. de reg. iur. in 6. Abb. d. c. præsentiũ. n. 11. in fine. & sub n. 12. ibi. & pro hoc facit regula. & faciũt quæ dixi infra cap. 11. nu. 469. de eo, qui

791 impugnat instrumentũ. † secunda, quia oritur suspitio cõtra testes, ne, inuasi timore repulsæ cõtra eos protestatæ, dicãt falsũ ad fauoré protestãtis, ne eos repulset Abb. sub d. n. 12. ibi. & hoc casu. & Fely. d. n. 14. in fine.

Sed an nullo modo eis credatur, vel de facili non credatur, vt loquitur textus, vide omnino Abb. d. n. 12. vbi egregiè declarat.

792 Ex quibus omnibus cõcludo, istam protestationem esse magis damnosam, quã vtilé; quia, etiam protestatione omissa; consultum est ei, contra qué testes sunt examinati, & publicati, vt possit cõtra eos excipere, iurando, quòd nõ excipit malitiosè, seu quòd de nouo didicerit ea, quæ opponit; & tamen non est ita plenè cõsultum, vt possint probare ad eius fauorem, si protestatus fuerit, & perstiterit in protestatione; & sic, satisfaciendo secundæ parti difficultatis propositæ, concludo, primam speciem protestationis esse magis vtilem, & ideo seruari in practica, vt dixi.

De testium productione, de literis remissorialibus & de interrogatorijs.

S V M M A R I V M.

Testes quomodo producantur nu. 1. & seqq.

Articuli producuntur, seu reproducũtur parte citata n. 1.

Articuli admittuntur si & in quantum n. 2. & quando admittãtur cũ decreto, q̃ specificẽtur materia &c. n. 14

Stylus notariorum Curiæ Capitolinæ post admissionem articulorum qualis sit nu. 3. & 4.

Stylus & / Consuetudo } excusant à falsitate n. 5. 7. & seqq. & quare excusent num. 6.

Iuramenta testium an præstentur intra dilationem, vel post nõ considẽratur in foro Capitolino & quare n. 13.

Iuramenta testibus in foro Capitolino possunt deferri etiam diebus festiuis in honorem Dei sub num. 13. in 3. oppositione.

Interrogatoria secundum stat. Vrbis quomodo admittantur post captum examen. num. 15.

Testes debent produci intra dilationem, datam ad probandum num. 16.

Citatio ad videndũ iurare testes non est necessaria n. 17. Contrarium n. 19. & quomodo hoc seruetur in Regno n. 20. & ratio redditur n. 21. & seqq. & quando fiat hæc citatio n. 24. Hæc sententia, quòd citatio sit necessaria, ampliatur multipliciter n. 63. 64. & seqq. ad eũ.

Citatio eius, qui actum faciendum non potest impedire, non est necessaria sub n. 17.

Scientia eius, quo inuito, potest aliquid fieri, non est necessaria num. 18.

Citatio partis si omittatur in examine testium, examen est nullum num. 23.

Iuramentũ testis debet præstari infra terminum, datum ad probãdum, & ea die, & hora, pro qua aduersarius citatur n. 25. & 26. Dãtur cautela quando testes nõ venirent, seu non essent venturi die, & hora notificatis in citatione n. 27. 28. & seqq.

Citatio ad videndum iurare testes infra sex dies non valet, quia est nimis generalis, & ideo citatus nõ tenetur comparere nisi vltima die nu. 29. & præsertim citato opponente de nimia generalitate n. 31. Restringeretur tamen vt esset valida per duos dies nu. 30.

Citatio ad videndum iurare testes pro die, qua non est iuridica, circũducitur, & ideò non possent recipi ad iuramenta die iuridica immediatè seq. n. 23. Contrarium seruatur in Curia Delphin. nu. 33.

Iuramenta testium debent recipi in loco solito vel &c. n. 34. & quando assignatur locus examinandi, debet in examine faciẽdo exprimi ille locus eod. n. vers. extẽde.

Iuramentum testis quomodo debeat scribi n. 35.

Iuramentum & / Examen } testium debet recipi per iudicem nu. 36. nec potest recipi per notarium n. 37. & quare nu. 38. Restringitur vbi stylus esset, quòd notarius reciperet nu. 40. Restringitur 2. quando notarius deferret iuramentum & examinaret de commissione iudicis n. 41. & ratio redditur n. 42. & 43. Cõtra restrictione n. 45. & seqq. Declaratur n. 50. & seqq.

Iuramenta testiũ recipere est actus iurisdictionis n. 39. & notarius est habilis, & capax ad recipiendum iuramenta testium de commissione iudicis n. 43. & iudex potest ei committere in causa ciuili nu. 42.

Iudex potest committere notario receptione testium n. 41. & 42. & committendo præsumitur committere ex iusta causa n. 44. & in Regn. Neap. potest committere etiã in causa fœudali ibidem vers. amplia 2. | Contraria sententia, quòd iudex non possit committere notario n. 45. & seqq. Retinetur prior sẽtentia, sed declaratur vt procedat quando committitur in Curia ipsius committentis n. 50. 51. & 52. vbi declaratur quòd non possit committi cognitio super admissione & non admissione articulorum. Declaratur etiam, vt procedat quando committitur extra curiam, sed infra iurisdictionem & articulis discussis n. 53. Tolluntur obstantia n. 54. Declaratur rursus vt si committatur extra iurisdictionẽ debeat committi habenti iurisdictionem n. 56. Declaratur etiam, vt ordinarius possit committere n. 57. Declaratur vlterius vt possit committi examen in causis ciuilibus, sed non in criminalibus n. 58. & de commissione facta notario an debeat constare per rogitum alterius notarij n. 59. & seqq.

Commissio facta notario quòd examinet, debet apparere per rogitũ alterius notarij n. 59. Contrariũ in praxi n. 60. &, circunducta praxi, crederetur iudici attestãti de commissione n. 61. Extenduntur hæc omnia, vt habeant locum in deputatione notarij ad totam causam.

Deputatio notarij. vide in verbo præcedente.

Citatio ad videndum iurare testes est necessaria n. 19. & 63. Ampliatur 1. etiã si testes examinentur ad probandum inditium contra reum eod. n. 63. vers. amplia. Ampliatur 2. etiam si causa agatur summariè &c. nu. 64. Ampliatur 3. etiam si causa agatur coram principe n. 65. Ampliatur 4. etiam si procedatur per viam inquisitionis n. 66. | Limitatur 1. quoad validitatẽ sententiæ, quia remanet valida, quamuis testes fuerint examinati parte nõ citata n. 68. Declaratur limitatio, vt non procedat quando iudex in sententia se refert expressè ad acta, seu probationes n. 69. | Limitatur 2. quando testes recipiuntur ad instructionem iudicis nu. 70. Exemplificatur limitatio in informatione, quã iudex assumit de absentia rei n. 71. Exemplificatur 2. quãdo iudex se informat de habilitate alicuius personæ &c. n. 72. Contrarium num. 73. Retinetur exemplificatio, prout retinemus n. 77. Restringitur vt nõ procedat quãdo informat se iudicialiter n. 74. sed, retinendo contra exemplificationem, declaratur, vt sit necessaria citatio eius, de quo sumitur informatio n. 76. Exẽplificatur 3. quando iudex se informat de fama nu. 78. Declaratur ista exemplificatio in notorio n. 79. remissiuè. Extẽditur d. 2. limitatio, vt habeat locũ etiã in productione instrumenti ad informationem iudicis n. 80. Exemplificatur extensio, quãdo clericus captus à iudice sæculari vult informare ipsũ iudicẽ de clericatu n. 81. | Limitatur 3. quando testes examinãtur super inquisitione generali n. 82. | Limitatur 4. in singulis casibus, in quibus mora periculũ affert nu. 83. 84. & 85. Exemplificatur in testibus examinandis contra debitorẽ suspectum de fuga num. 86. Exemplificatur 2. quando testis examinandus est in discrimine vitæ num. 87. Exemplificatur 3. quando testes examinandi sunt senes, vel valetudinarij, aut absuturi &c. & aduersarius est absens in remotis partibus n. 88. Exemplificatur 4. quando testes sunt senes, vel &c. & aduersarius est malitiosus tyrannus nu. 89. Extenditur hæc exemplificatio vt sit vera etiam si testes non sint senes vel &c. n. 90. 91. 92. & 93. Contra istam extensionem n. 94. & 95. Retinetur extensio cũ seq. declaratione videlicet, vt propter

solam

ſolam tyrannidem & terribilitatem aduerſarij poſſint indiſtinctè examinari, ipſo non citato n. 96. & 97. ſed ſi agatur de examine ante conteſtationem litis conce-datur examen futuro reo ex regula generali, ſed ante conteſtationem litis non concedatur, niſi teſtes ſint ſe-nes vel &c. ita, vt poſſent præmori ante conteſtationem litis nu. 98. & nu. 99. & quando dicatur aduerſarius tyranni non poſſe deuenire ad conteſtationem litis nu. 100. & quòd relinquantur arbitrio iudicis n. 101. Ex-tenditur eadem 4 limitatio, vt procedat etiam ſi teſtes examinentur ad perpetuam rei memoriam nu. 102. | Limitatur 5. quando quis paſſus eſt iacturam ex nau-fragio, vel &c. n. 111. Exemplificatur quando equus conductus moritur in itinere nu. 112. Exemplifica-tur 2. quando quis paſſus eſt robbarias in ſiluis num. 113. Extenditur iſta limitatio, vt habeat locum in quolibet caſu, contingente in loco remoto n. 115. Decla-ratur hæc 5. limitatio vt procedat quando locus, in quo caſus contingit, eſt adeo remotus vt ad eum pars citari commodè non poſſit, ſecus &c. n. 119. | Limitatur 6. quando teſtibus defertur iuramentum vltima die termini, dati ad probandum nu. 321. | Limitatur 7. in probanda conſuetudine n. 322. & 323. & ſeqq. Decla-ratur iſta limitatio, vt procedat in conſuetudine & ſty-lo circa ordinem litis n. 327. Reſtringitur iſta declara-tio, vt non habeat locum in foro Capitolino in proba-tione ſtyli n. 328. Extenditur eadem limitatio vt pro-cedat etiam in probatione conſuetudinis & ſtyli non notorij n. 331. Extenditur 2. vt habeat locum etiam in conſuetudine, quæ nõ habet permanentiã euidentem n. 333. Sublimitatur hæc 7. limitatio vt non procedat in probanda conſuetudine, quæ reſpicit deciſionem cau-ſæ n. 33 . & 349. Reſtringitur iſta ſublimitatio vt non procedat in conſuetudine notoria nu. 337. Comproba-tur iſta reſtrictio n. 338. & 339. Contra reſtrictionẽ n. 340. & ſeqq. Reſtrictio remanet indefenſa ab impu-gnationibus n. 346. ſed eſt vera, ſi pro conſuetudine no-toria intelligatur ea, quæ habet permanentiã euidentẽ n. 347. & 349. Reſtringitur 2. vt non habeat locum in conſuetudine generali n. 351. Limitatur reſtrictio 1. vt non procedat quando conſuetudo, de qua agitur eſt ali-bi quàm in loco iudicij. n. 358. Limitatur 2. quando conſuetudo eſſet controuerſa n. 359. | Limitatur 8. quan-do poteſt procedi naturali æquitate inſpecta, quia poſ-ſunt examinari parte non citata nu. 360. & 362. | Li-mitatur 9. quando teſtes ſunt examinandi coram arbi-tratore nu. 361. & 362. | Limitatur 10. in examine te-ſtis, cuius dicto ſtandum eſt ex diſpoſitione teſtatoris num. 363. 364. & 365. Contra iſtam limitationem n. 366. & ſeqq. Tolluntur ea, quæ faciunt aduerſus iſtam contrariam ſententiam n. 369. & ſeqq. Retinetur de-mum limitatio & declaratur, vt ſit vera quando te-ſtis debet ſolum referre voluntatẽ eius, qui iuſſit ſtari teſtis dicto n. 375. Impugnatur iſta declaratio nu. 376. | Limitatur 11. quando defertur iuramentum actori ſu-per damnis &c. num. 377. | Limitatur 12. in examine mulieris n. 378. Contrarium n. 379. & 380. Retinetur limitatio & reſpondetur contrario n. 381. Declaratur, vt limitatio ſit vera in muliere valde pulchra, & ho-neſta &c. nu. 382. Datur cautela n. 383. Impugnatur cautela nu. 384. Reſtringitur eadem limitatio, vt non ſit vera in muliere vetula n. 385. | Limitatur 13. quan-do teſtis repetitur pro declaratione ſuæ depoſitionis n. 386. 387. & 388. | Limitatur 14. quãdo poteſt procedi ſi-ne cauſæ cognitione n. 389. | Limitatur 15. quãdo ſtylus eſt, vt examinentur, parte non citata, nu. 390. & 391. | Limitatur 16. quãdo teſtes examinãtur cũ interroga-torijs partis aduerſæ &c. n. 392. | Limitatur 17. quando examinãtur ſuper poſſeſſorio ſummariſſimo n. 393. | Li-mitatur vltimo quando examinantur in caſu, qui poteſt probari argumentis, & indicijs n. 394. Contrariũ n. 395. & 396. Retinetur hoc contrariũ & declaratur quando ſufficeret aliqualis probatio n. 397. & 398.

Iuramentum Epiſcopi, examinandi in teſtem, poteſt reci-pi à notario num. 46.

Examen teſtium eſt committendum habenti iuriſdictio-nem num. 47. & non priuato nu. 48.

Examen perſonarum egregiarum ex priuilegio commit-titur notario, qui accedat ad earum domum num. 49.

Examen teſtium debet committi perſonæ eccleſiaſticæ, ſi cauſa ſit coram iudice eccleſiaſtico, n. 55.

Informatio de idoneitate perſonæ quãdo debeat ſumi iudi-cialiter & qñ ſufficiat extraiudicialis n. 75. remiſſiuè.

Inſtrumentũ quãdo poſſit exẽplari, parte non citata n. 91.

Priuilegia, quæ arguũtur de falſo, poſſunt examinari par-te non citata, quando timetur potentia aduerſarij n. 92

Tyrannus poteſt citari vnica citatione in caſu, in quo re-quiruntur tres citationes num. 93.

Teſtes in cauſa hæreſis poſſunt examinari, reo non citato num. 95.

Teſtes, de quorum periculo ſeu morte timetur, poſſunt exa-minari coram iudice appellationis etiam ante recogni-tum grauamen à non definitiua n. 104. poſſunt etiam examinari in partibus à iudice ordinario, pendente cauſa in Curia Romana num. 105. hocque eſt verum etiam ſi ab illo ordinario extitiſſet appellatum n. 106. dũmodo cõcurrãt tria ſeu quatuor, de quibus n. 107. & dũmodo iudex ad quẽ canonicè non inhibuiſſet, quia poſt inhibitionem non poſſet eos recipere num. 108.

Teſtes poſſunt examinari à iudice incompetenti, quando periculum eſt in mora n. 103. & 182. & poſſunt exami-nari etiam à notario n. 109. verum iſto caſu teſtes non probant ſed faciunt aliqualẽ probationẽ n. 110 & 317.

Teſtes poſſunt examinari à iudice incompetenti, quando examinantur ſuper caſu, qui contigit de longinquo, &c. n. 116. & plenè probant coram iudice competen-ti nu. 118.

Teſtes poſſunt examinari ad perpetuam rei memoriam ante litem conteſtatam, quando examinantur in loco de longinquo ſuper caſu ibi contingente num. 117.

Teſtes examinati vigore literarũ remiſſorialiũ, decretarũ, parte non citata, dicuntur nulliter examinati n. 67.

Teſtes poſſunt examinari, parte nõ citata & à iudice in-competenti in cauſa criminali ciuiliter intentata, & plenè probant quando examinantur in loco de longin-quo ſuper caſu ibi occurrente nu. 114. & 118.

Remiſſoria non conceditur in cauſis ſummarijs, niſi poſt actum, qui ſapit litis conteſtationem nu. 122.

Ordo naturalis debet ſeruari ẽt in cauſis ſũmarijs n. 123.

Probationes ſecundum ordinem naturalem reſpiciunt media cauſæ n. 123.

Teſtes non poſſunt examinari parte non citata. vide ſub verbo. Citatio ad videndum iurare teſtes.

Teſtes non poſſunt examinari ad perpetuam rei memoriã ante litis conteſtationẽ ſuper negotio principali n. 120. Ampliatur vt procedat etiam in cauſis ſummarijs n. 121. & ſeqq. | Limitatur multis caſibus nu. 124. & 1. quando ſubeſt timor, ne tẽporis proceſſu occultetur ve-ritas n. 125. maior tamen timor debet ſubeſſe, quando examinantur ad inſtantiam futuri actoris num. 126. ideoq; ad eius inſtantiam examinantur ſolum ſenes, & ſimiles, de quorum morte timetur nu. 127. ſed non iuuenes &c. n. 128. & 129. poſſunt tamen etiam ad inſtantiam futuri actoris examinari iuuenes ſeqq. ca-ſibus 1. eſt tẽpore peſtis n. 130. & 131. 2. eſt quando futu-rus actor habet obligationem conditionalem, ſeu &c. n. 132. & 133. vbi datur exemplum. Contra iſtum 2. caſum. nu. 134. Retinetur hoc contrarium & reijcitur opinio tenentium, relinqui ſimpliciter arbitrio iudicis n. 135. & infertur firma differẽtia inter futurum acto-rem & futurum reum in iſta materia n. 136. 3. caſus eſt quãdo cauſa agitur in ſuppremo tribunali, & reus impedit litis conteſtationem n. 137. ſed tamẽ relinqui-tur arbitrio iudicis n. 138. 4. eſt, quando reus ipſe exa-minaret, quia poſſet etiam actor nu. 139. 5. eſt, quando actor non poteſt agere, niſi examinatis teſtibus nu. 140. 141. 142. & 143. in quibus datur exemplum. | Limi-tatur etiam per modum regulæ, quando examinantur ad inſtantiam futuri rei, quia poſſunt examinari om-nes indiſtinctè n. 163. & 164. Extenditur iſta limitatio etiam ſi reus poſſet impetrare officium iudicis num. 165. 166. 167. & 168. vbi ponuntur exempla. | Extenditur 2. etiam ſi reus poſſet eſſe actor num. 169. Reſtringitur iſta limitatio, vt non procedat quando reo competeret exceptio per modum actio-nis n. 170. Reſtringitur etiam quãdo reus non moleſtat nec apparet qui poſſit moleſtari quia ſunt nullatenus poteſt n. 202. Reſtringitur etiam quando actor citatus offerret ſe paratum agere n. 218. & 219. vbi videas.

Actor futurus volens examinare teſtes ad perpetuam rei

memoriam debet formare petitionem in qua &c n.144

Teſtes examinandi ad perpetuam rei memoriam debent examinari coram iudice ordinario & competenti nu. 145.& qui ſit iudex competens n. 176. & ſeqq.

Reus debet citari in examine ad perpetuam rei memoriam nu. 146. & nu. 186. & 187. nec ſuppletur defectus citationis actione intentanda infra annum n.161 Reſtringitur, vt non procedat quando futurus reus eſſet abſens ita, vt non poſſet citari vel &c. n. 147.

Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinari non poſſunt, niſi iudex ſe prius informauerit, adhibendo cauſæ cognitionem &c. n.148.

Teſtes ad perpetuam rei memoriam priuſquam poſsint ad inſtantiã actoris examinari debet præcedere interlocutoria iudicis ꝙ ſunt ſenes, vel alias &c. n.149. & 199.Cõtrariũ & an requiratur ẽt citatio partis n.200.

Teſtes examinati ad perpetuam memoriam ad inſtantiam actoris non publicantur, niſi poſt litis conteſtationem vna cum alijs n.150. & interim remanent eorum teſtificata ſigillata penes iudicem cauſæ n. 151.

Examinatis teſtibus ad perpetuam rei memoriam ad inſtantiam actoris, debet actor infra annũ agere, vel ſaltem denuntiaſſe &c. n.152.154.155.& 153. vbi quando incipiat annus | non tamen eſt neceſſaria iſta denuntiatio, ſi fuerint examinati parte citata num. 156. quamuis non comparuerint n. 157. item non eſt neceſſaria, ſi citatio fuerit omiſſa propter mora periculum, vel quia erat ita abſens vt citari non poſſet n. 162.

Teſtibus examinatis ad inſtantiam rei ad perpetuam memoriam ſuper caſu naufragij, vel alio ſimili contingẽti in loco remoto, & actore non citato, debet reus infra annum denuntiare actori examen receptum n.183. Extenditur iſta concluſio ad omnem caſum, in quo reus poſſet examinari ad perpetuam memoriam actore non citato n. 185.

Examinatis teſtibus ad perpetuam memoriã ad inſtantiã actoris, tenetur actor infra annũ agere ſi poteſt, quãuis examẽ fuerit factũ, citato reo, datiſq; interrogatorijs n.158. Contrariũ n.159. Retinetur 1. & quare n.160.

Remedium extraordinarium non conquaſſat aliud extraordinarium n.166. & 168.

Debitor poteſt cogere creditorem ad faciendum ſibi inſtrumentum liberationis promiſſæ nu.167. in fine.

Annus, infra quem actor, qui examinauit ad perpetuam rei memoriam, debet agere, currit vtiliter, & quando incipiat n.153.

Reus, volens examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam, debet in primis formare petitionẽ, in qua, &c. & iudex petitum examen concedere non debet ſine præuia cauſæ cognitione. num. 171.

Teſtes, examinati ad perpetuã rei memoriã ad inſtantiã rei, illicò publicantur n.172. Contrarium n.173. Declaratur primũ dictum, vt non ſit verum, quãdo actor nõ fuiſſet citatus in examine nu.174. Declaratur 2. vt ſi actor non potuerit citari, quia erat abſens, debeat ei denuntiari examen infra annum num.175.

Iudex competens ad examinandos teſtes ad perpetuã memoriã dicitur is, qui eſſet iudex cauſæ &c. n.176. Extenditur iſta concluſio, etiam ſi teſtes examinãdi eſſent abſentes nu. 177. Reſtringitur iſta extenſio n. 178. remiſſiuè. Extenditur 2. etiã ſi teſtes examinarentur ad inſtantiã futuri rei n.179. Declaratur iſta extenſio vt ſit in electione futuri rei adire ſuũ vel futuri actoris iudicem num.180. Difficultas non ſoluta emergit, quando reus & actor eſſent ex ſeparatis territorijs nu. 181. Limitatur modo eadem concluſio, vt non procedat quando teſtes examinantur ſuper caſu naufragij, vel alio ſimili n.182. & 316.

Exceptio naufragij licet ſit perpetua tamen modus priuilegiatus probandi naufragium eſt annalis n.184.

Citatio ad videndũ examinari teſtes ad perpetuã memoriã an ſit faciẽda perſonaliter vel domi referũtur ſex opiniones & i. n.187. | ij. n.188 | iij. n.189. | iiij. n.190 | v. n.191. | & vi. n.192. & demum retinetur ij. opinio, vt in examine ad inſtantiã actoris ſufficiat citatio domi, in examine verò ad inſtantiam rei requiratur citatio perſonalis n.193. Declaratur iſta 2. opinio vt in examine ad inſtantiã actoris ſufficiat citatio domi, ſi citãdus non fuerit inuentus de perſona per ciuitatẽ n.193. Reſtringitur iſta declaratio vt in multis caſibus ſufficiat citatio domi, etiã nulla præmiſſa diligentia de reperienda perſona n.194. Declaratur rurſus vt in examine ad inſtãtiã rei requiratur citatio perſonalis etiã ſi actor eſſet in remotiſſimis partibus n. 195. Subdeclaratur vt non procedat ſi malitiosè ſe abſentaſſet, aut latitaret nu. 196. Subdeclaratur 2. vt non procedat quando periculum eſſet in mora n. 197. verum in iſta ſubdeclaratione teſtes publicari non poſſunt, niſi prius eorum receptio fuerit futuro actori notificata n.198.

Publicatio teſtium eſt magni præiudicij ſub n.198.

Litis conteſtatio non requiritur in petitione, vt teſtes examinentur ad perpetuam memoriam n.201.

Reus idest / Poſſeſſor — non poteſt facere examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, quando non moleſtatur, neq; apparet qui poſſit eũ moleſtare n.202.203. cautela datur poſſeſſori n.204. ſi tñ moleſtetur vel appareat poſſe moleſtari, tunc poteſt facere examinari n. 205.& 206.

Teſtis vnicus poteſt examinari ad perpetuam rei memoriam nu.207.

Teſtes poſſunt examinari ad perpetuam memoriam ſuper fama n.208. Contraria concluſio nu. 209.210.& 211. Retinetur iſta contraria, & ampliatur 1. quando futurus actor qui vult examinare habet facultatẽ agẽdi n.212. Ampliatur 2. etiam ſi non haberet facultatem agendi n. 213. Ampliatur 3. quando ageretur de facto, quod facilè obliuioni non mandaretur nu. 214. Ampliatur 4. vt neq; reo concedatur n. 215. Limitatur iſta contraria concluſio quando ageretur de facto, quod facilè obliuioni mandari poſſet n. 216. Extenditur iſta limitatio, vt habeat locum & in reo, & in actore num. 217.

Teſtes ne examinari poſſint ad perpetuam memoriã, cautela eſt, vt citatus ad videndum examinari offerat ſe paratum litigare n.218.& 219.

Publicatis teſtibus, examinatis ad perpetuam memoriã ad inſtantiam rei, poteſt reus mota, & conteſtata lite alios examinare n.220. Contrarium n.221.& 222. Declaratur hoc contrarium, vt ſola publicatio non impediat, niſi ſint etiam didicita teſtificata nu. 223. & quando dicantur didicita n. 224. & ſeqq.

Teſtificata quando dicantur didicita, & quando non n. 224.225.226. & 227.

Examen teſtium examinatorum ad perpetuam memoriã eò quòd erant ſenes ſeu &c. eſt nullũ ſi conſtet quòd illi teſtes non ſunt ſenes, ſeu &c. n. 228.& n. 308. maximè ſi iudex proceſſit ad eorum examen, nulla præmiſſa informatione n.229.

Aetates hominum ſunt decem n.230. Secunda opinio eſt, quòd ſint ſeptẽ n.231. Tertia opinio eſt quòd ſint ſex n. 232. ſed hæc opinio cũ præcedenti conciliatur, ut hæc ſit vera de iure ciuili, & præcedens de iure canonico nu. 233. Quarta opinio eſt quòd ſint quinque n. 234.

Senex dicitur is, qui expleuit annum 70. n.235. & 236. Secũda opinio eſt quòd ſenex dicatur qui excedit annũ 50. n.237.& ſeqq. Tertia opinio eſt quòd dicatur is, qui expleuit annũ 46. n.242. Quarta opinio eſt quòd dicatur is, qui expleuit annũ 45. n.243. Quinta opinio eſt ꝙ dicatur is, qui expleuit annũ 40. vſq; ad 56. n.244. Sexta opin. eſt quòd dicatur is, qui habet caniciẽ in capillis & barba n.245. Confutatur iſta opinio n.257.& 258. Septima opinio eſt, ꝙ dicatur is, qui eſt ad occaſũ vitæ, ſeu &c. n.246. Octaua opinio eſt, quòd ſenex dicatur is, cui deficiunt vires &c. n.247. & 248. Nona opinio eſt, quòd ſenex cognoſcatur ex aſpectu corporis, quæ cognitio committitur arbitrio iudicis n.249. Declaratur iſta nona opinio, vt ad cognoſcendum, an teſtis poſſit vti ſenex examinari ad perpetuam memoriam, iudex debeat conſiderare robur &c. n. 250. Declaratur 2. vt iſtud arbitrum ceſſet in teſtibus, qui expleuerunt annum 70. n. 251. Declaratur 3. vt non procedat Mediolani quia &c. n.252. Declaratur 4. vt non procedat in Camera Imperiali, quia &c. n.253.

Senis ethymologia quæ ſit n.236.& 239.

Vita hominis, ſeu / Homo — vt plurimum non peruenit ad annũ 50. n.238.& ſeqq. & num.256.

Vita eſt mors, & quomodo num.240.

Homo præſumitur viuere centum annos n. 241. Contrarium

rium quia potest viuere centum annos sed non præsumitur nu.255.& 256.

Senex repuerascit n.247. ideoq; prouerbium. bis pueri senes.reuoluiturquè in pueritiam tanquam ad initium, cum ad finem properat nu.248.

Decrepitus dicitur septuagenarius n. 254.

Canicies non est tutum inditium senectutis n.257. & seq.

Pandoræ in iuuenta habent caniciem, & in senectute capillos nigros num.258.

Cani cur cito quidā euadāt sub n. 258.ver.ratio & 259.

Vita hominis habet multas amaritudines &c. n. 259.

Hominis infœlicitates nu.259.& 260.

Mors non deberet displicere nu. 261.

Valetudinarij ethymologia quæ sit sub n. 262.

Valetudinarij qui dicantur num.263.

Valetudinarius qui dicatur relinquitur arbitrio iudicis num.264.Declaratur n.265. remissiuè.

Mulier prægnans non dicitur valetudinaria n. 266. sed æquiparatur valetudinariæ n.267.& seqq.non tamen æquiparatur ei ad effectū, vt possit examinari ad perpetuam rei memoriam num.282.

Mulier prægnans excusatur, si non venerit, vel si non stetit in iudicio vt promisit n.268.Restringitur vt non procedat in muliere rustica,quæ operetur, ac si non esset prægnans n.269. Restringitur 2. vt non procedat in muliere prægnante paucorum dierum n.270.

Valetudinarius & Mulier prægnans } non coguntur inuiti dicere testimonium n.271.Intelligitur hoc,vt non cogantur venire in iudiciū,sed domi coguntur testimonium dicere nu.272.Contra istam intelligentiam,quòd mulier prægnās non cogatur vllo loco testificari n.273. Firmatur intelligentia & soluuntur contraria 278.

Mulier prægnans non cogitur iurare n.273.& seqq.Contrarium num.278.

Mulier prægnans non torquetur n. 274. immò nec terretur num.275.

Iuramentum dicitur tortura spiritualis n.276.

Tortura successit loco iuramenti purgationis nu. 277.

Mulier non cogitur venire in iudicium ad ferendum testimonium n.279. Extēditur etiam si agatur de causa criminali n.280.Declaratur ista extensio,vt procedat ex eo, quòd mulier reputatur inter personas priuilegiatas n. 281.

Infirmus qui dicatur n.283.& seq.& n.287.288.& 289

Infirmitas quid sit nu. 284. & 285.

Senex non dicitur infirmus n. 285. æquiparatur tamen infirmo, & valetudinario num 286.

Senectus est morbus naturalis, ideoquè non est infirmitas num. 285.

Infirmus leui febricula, seu veteri quartana non examinatur ad perpetuam memoriam n.289.& 290.

Cæcitas,aut alius similis defectus non inducit infirmitatem, propter quam conceditur examen ad perpetuam rei memoriam num. 291.

Testes iuuenes quando possint examinari ad perpetuam memoriam propter periculum mortis n.292.

Peregrinatio & Nauigatio } sunt periculosa n.292.cessare tamen videtur periculum nauigationis à cal. Aprilis vsque ad cal.Octob. n.295. itē cessare videtur si nauigetur in æstate S.Martini n.296.Itē periculosior est nauigatio vnius marisquā nauigatio alterius 297.

Nauigans æquiparatur infirmo, & dicitur esse in mortis periculo n. 293.

Alcedines quando pariant in mare nu.296.

Milites profecturi ad bellum possunt examinari ad perpetuam rei memoriam quia &c.n.298.

Absens generaliter qui dicatur n.299. sed qui dicatur in casibus particularibus non potest dari certa doctrina num.300.& quomodo accipiatur absens in iudicijs, causisque peragendis n.301.

Testis quando dicatur absuturus diuturna absentia vt propterea possit examinari ad perpetuā memoriā,relinquitur arbitrioiudicis n.302.& in Rom.Curia testis recessurus ab Vrbe ad Ananiam vti absuturus fuit examinatus ad perpetuam memoriam n.303.

Testis,qui vti absuturus examinatur ad perpetuā memoriam,debet iurare se non recedere causa productionis faciendæ num.304.hocquè seruatur in Vrbe,sed de iure non est necessarium n.305.

Appellatio ab interlocutoria iudicis mandantis examinari testes ad perpetuam memoriam non datur ad effectum suspensiuum n.306. sed datur ad effectum deuolutiuum n.307. & 308. at in Regn. Neap. nullatenus datur, si testes sint examinati à Commissario,dato de consensu partium n. 310.

Probationes manifestæ & quasi per rei euidentiam sunt necessariæ ad impugnandam sententiam,prolatam ex iudicis arbitrio n.309.

Testes examinati à iudice competenti ad perpetuam memoriam, si postea reperiantur in loco iudicij tempore litis contestatæ, non propterea sunt repetendi nu. 311. Contrarium n.312. Retinetur primum & declaratur, vt procedat dummodo illi testes fuerint examinati,seruatis seruandis nu.313.

Testes, examinati à iudice incompetenti ad perpetuam memoriam,sunt repetendi à iudice competēti post litis contestationem n.314. Limitatur ista conclusio,vt non procedat,quando testes essent examinati à iudice loci, in quo successit naufragium n.315 secus si essent examinati à notario illius iudicis sine commissione ipsius iudicis n.317.Limitatur rursus,vt non procedat quando testes essent mortui,seu aliter eorum copia haberi nō posset,quia fidem facerent n. 318. Restringitur ista limitatio,vt non procedat quando testes fuissent examinati à notario sine commissione iudicis n.320.

Testes quando præsumantur mortui n.319.

Mors quomodo probetur nu.319.

Fama est mutabilis n.210.& ex successione temporis augetur nu. 211.

Testes si possunt examinari sine iuramento, possunt etiam examinari,parte non citata n.323.& 324.

Cōsuetudo potest probari testibus nō iuratis n.325.& 574

Consuetudo se habet per modum notorij num. 326.

Consuetudo duobus testibus probatur n.329.

Consuetudinis probatio potest recipi sine scriptura n. 330.

Consuetudo & Stylus } semper sunt notorij n. 332.

Iudex potest ex officio, & parte non instante sumere informationem de consuetudine & stilo loci n.334.

Consuetudo,quæ respicis decisionem causæ,seu articuli,pertinentis ad decisionem, est plenè probanda nu 335. & 336. & n.349.vbi declaratur.

Consuetudo notoria non indiget probatione n. 338.

Consuetudo generalis non indiget probatione n.339.351.

Consuetudo habens permanentium euidentem non indiget probatione n.348. Limitatur vt non sit verū quando consuetudo extaret in alio loco, quā in loco iudicij, quia indigeret probatione n.358. Limitatur etiā quando esset consuetudo controuersa nu.359.

Consuetudo,redacta in scriptis,qualis est consuetudo feudorum,& Neapolitana,non indiget probatione n. 348. Limitatur duobus modis n.358.& 359.relatis in vers. præcedenti.

Notoria multa dicuntur,quæ non sunt, ideoq; requiritur declaratio notorietatis,parte citata n. 340. & 344.

Consuetudo qualibet dicitur notoria n.341.

Consuetudo dicitur ius non scriptum nu.342.

Consuetudo vt inducatur,requirūtur tot actus,& ita notorij, vt transierint verisimiliter in notitiam populi, ideoq; inducitur tacito populi consensu n.343.sed quot actus requirantur,relinquitur arbitrio iudicis.n.345.

Consuetudinis probandæ articulus quomodo sit formandus sub num.343.

Notorium quod sit,relinquitur arbitrio iudicis n.344.

Consuetudo non habens permanentiam euidentem, sitq; circa decisoria causæ est plenè probanda nu. 349.

Cōsuetudo quare dicatur modo alba,et modo nigra.n.350

Consuetudo vniuersalis semper est antiqua n.352.ideoq; necesse est, vt sæpè fuerit allegata in iudicijs, & declarata per sententias num.354.

Consuetudo signandi se signaculo crucis, itemquè orandi orientem versus dicitur consuetudo generalis n. 353.

Consuetudo excludēdi filias fœminas,stantibus masculis, est vniuersalis in Italia n.355.& sub n.356.

Consuetudo præstandi fidem libris mercatorum dicitur generalis in Italia n.357.

Consuetudo Vrbis Romæ an dicatur vniuersalis nu. 357. vers. cogita.

Filiæ fæminæ de iure communi succedunt vna cum masculis, secus secundum statuta locorum. num. 356.

Testes possunt examinari parte non citata, quando potest procedi sola facti veritate inspecta. n. 362.

Testis, cuius dicto standum est vel ex conuentione partium, vel &c. potest examinari parte non citata. num. 364.

Testis omni exceptione maior potest examinari parte non citata. num. 365.

Iuramentum est radix, & vis depositionis testis. n. 356.

Citatio partis quare requiratur, quando defertur iuramentum testibus. n. 366 & 367.

Nuntij relatio de citatione facta sit, parte non citata, quia &c. num. 369. & 370.

Iuramentum, quod nuntij & mandatarij præstant in susceptione offitij, refertur ad omnes citationes, quas postea faciunt. num. 370.

Peritorum relatio potest fieri, parte non citata n. 371. Contrarium n. 372. & 374.

Periti iurare debent ante relationem, & sufficit si iurent tempore commissionis n. 371. 373. & 417.

Citatio seu præsentia partis est necessaria, quando committitur peritis, vt videant &c. sub n. 373.

Testis, qui repetitur pro declaratione prioris depositionis, non cogitur iurare n. 387. & 388.

Citatio partis in examine testium potest tolli per statutum num. 391.

Testes non solemniter recepti faciunt aliquale inditium num. 398.

Citatio in quibus casibus non sit necessaria num. 399. remissiuè.

Testis debet secundum regulam necessariò iurare n. 400. Ampliatur regula etiam si esset religiosus. n. 401. Ampliatur 2. etiã si esset fide dignissimus n. 402. Ampliatur 3. etiam si esset Cardinalis n. 403. Restringitur ista ampliatio, vt non sit vera quando testaretur de gestis coram se in causa sibi commissa n. 404. Restringitur etiam in casibus, in quibus de stylo Curiæ creditur dicto domini Cardinalis n. 405. Ampliatur 4. etiam si testis esset communi consensu vtriusque partis approbatus num. 406. & sub num. 413. vers. ergo. Contra istam ampliationem num. 414. Retinetur ampliatio & soluitur contrarium num. 415. Ampliatur 5. etiam si testis dicto stari debeat ex legis seu statuti dispositione num. 416. & 407. Ampliatur 6. vt procedat etiam in agrimensoribus, alijsque peritis, qui ante relationem debent iurare n. 417. Declaratur ista ampliatio vt non procedat quando periti referunt de veritate n. 418. Contrarium; quòd procedat etiam quando referunt de veritate n. 419. Restringitur hæc 6. ampliatio vt non procedat in æstimatoribus electis à partibus in contractu eod. n. 419. vers. restringe. Ampliatur 7. vt habeat locum in iudicibus, attestantibus de facto partium n. 420. Ampliatur 8. etiam si essent multi testes n. 421. Ampliatur 9. etiam in causis, in quibus proceditur summariè n. 422. Ampliatur 10. etiam in causis arbitrarijs n. 423. Extenditur hæc ampliatio etiam si data esset potestas procedendi sine aliqua solemnitate n. 424. Contrarium n. 425. Retinetur extensio n. 426. Ampliatur 11. in causis, in quibus potest procedi, sola facti veritate inspecta n. 427. Contrarium n. 428. & 429. Retinetur ampliatio n. 430. Declaratur regula n. 533. & seqq. Limitatur regula n. 561. & seqq.

Testis, cuius conscientiæ aliquid commissum est, debet illud declarare præuio iuramento sibi præstito n. 408.

Dispositio qualibet debet interpretari secundum ius commune n. 409.

Statuta sunt interpretanda, vt ius cõmune minus quàm fieri potest lædatur n. 410. ideoq; statutum, quod potest intelligi, vt corrigat ius commune in vno, vel in duobus, debet intelligi vt corrigat in vno n. 411.

Testatoris voluntas debet interpretari quominus recedatur à iure communi n. 412.

Verba contrahentium debent intelligi secundum ius commune n. 413.

Solemnitates iuris positiui non requiruntur, quando proceditur sola facti veritate inspecta, ideoq; maior est facultas procedendi sic, quàm facultas procedendi summariè &c. n. 429.

Iuramentum deferendum testibus est de iure positiuo, & non de iure diuino n. 430. & 431. Contrarium est verum n. 432. & tolluntur obstantia n. 433. & seqq.

Iuramentum de iure diuino est prohibitum n. 431. Intelligitur de iuramento extraiudiciali sine causa n. 440. alias cum causa est licitum nu. 434. & asserere contrarium esset hæreticum n. 441.

Iuramentum est omnino seruandum, si habeat illos tres comites &c. n. 435. estquè indispensabile quia &c. num. 436.

Iuramentum potest à parte remitti. n. 430. 433. 437. 447. vers. ratio & 461.

Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum n. 438

Citatio quamuis sit iuris diuini & quamuis sit de substantia iudicij, tamen potest à parte remitti n. 439. & 446. in fine.

Valdensium hæresis est asserere, quòd iurare sit peccatum mortale n. 441.

Iuramentum testis est de substantia seu forma testimonij n. 442. & seqq. Contrarium n. 447. & seqq. Soluuntur obstantia n. 451. & seqq. & quòd sit saltem de solemnitate substantiali n. 455.

Substantiale dicitur id, sine quo actus stare non potest num. 443.

Testis falsus non iuratus punitur solum pæna extraordinaria n. 444. 464. dicitur tamen testis falsus n. 452.

Iuramentum testis quamuis remitti possit à parte; tamen est de substantia n. 445. & 446.

Libellus & Litis contestatio } possunt à partibus remitti quamuis sint substantialia iudicij n. 446. Contrarium, quòd non sint substãtialia, sed sint de ordine iudicij n. 453. & quando sunt de substantia non possunt à partibus remitti n. 454.

Substantialia actus non possunt à parte remitti n. 448.

Venditio seu Emptio } non potest stare sine prætio n. 449.

Donatio reuocabilis non dicitur donatio inter viuos nu. 450.

Solemnitas substantialis est necessaria ad validitatem actus n. 451.

Iuramentum potest deferri testibus tempore iuridico nu. 456. sed non tempore feriato in honorem Dei n. 457. idquè est verum etiam si partes consentirent, vt deferretur n. 458. Fallit tamen quando periculum esset in mora n. 459. Item deferri non potest tempore feriato in honorem principis n. 460. Idem dicitur in ferijs ad vtilitatem hominum n. 461. præterquam in causis, in quibus potest procedi, etiam aduenientibus dictis ferijs num. 462.

Testis falsus non iuratus punitur adhuc pœna ordinanaria. n. 463. Secunda opinio quòd non puniatur pœna ordinaria l. corn. sed solum pœna extraordinaria nu. 464. & seqq. Tertia opin. quòd neque pœna ordinaria, neque extraordinaria n. 467. Concluditur pro 2. opin. n. 468. Soluuntur contraria n. 469. & seqq. Restringitur hæc 2. opin. vt non sit vera quando iuramentum fuisset testi à partibus remissum, quia puniretur pœna ordinaria nu. 473. grauius tamen adhuc esset puniendus testis iuratus n. 474.

Testis non iuratus non probat n. 400. & 465.

Falsitas non nocibilis non punitur n. 465. Declaratur verum esse in falsitate occultationis, secus in falsitate fabricationis n. 470.

Testis non dicitur is, qui non est ritè, rectequè in forma testis receptus n. 466.

Abscondens seu Occultans } scripturas inualidas non punitur num. 471.

Pater succedit filio indistinctè etiam si statim, atque nascitur moriatur n. 472.

Falsitas nocibilis punitur pœna ordinaria n. 475. Limitatur ista conclusio vt non sit vera in falsitate commissa sine dolo n. 476. Declaratur limitatio, vt tamen puniatur pœna extraordinaria arbitrio iudicis num. 477. Contrarium, quòd nulla pœna puniatur nu. 478. Distinguitur vt si est commissa cum aliqua culpa puniatur arbitrio iudicis secundum qualitatem culpæ n. 479. si verò est commissa sine culpa non puniatur nu. 480. & 481. & seqq. vbi ponitur exemplum. Limita-

tur

tur 2. vt non procedat in falsitate, quæ habet primordium veritatis n. 514. & an ista limitatio sit vera etiam quoad pœnam extraordinariam n. 515. & quid in falsitate circa accidentalia n. 516.

Falsitas in nominibus contrahentium descriptorum in instrumento sine vllo dolo notarij, qui scripsit ea nomina, quia sic contrahentes dicebant se vocari, non punitur in notario num. 481.

Notarius de iure tenetur cognoscere contrahentes num. 482. sed de consuetudine hic in Vrbe non seruatur num. 483.

Testes tenentur cognoscere contrahentes, de consuetudine tamen non seruatur n. 483.

Falsitas quando dicatur commissa cum culpa & quando non, relinquitur arbitrio iudicis num. 484.

Culpa quando dicatur lata, quando leuis, & quando leuissima, relinquitur abritrio iudicis eod. num. 484.

Culpa lata an æquiparetur dolo remissiue n. 485.

Testis iurans falsum, quod credit verum, non dicitur periurus, ideoquè non punirur num. 486. hocquè procedit in quauis falsitate commissa per errorem, quia non punietur num. 491. nam error excusat à periurio num. 487. & seqq. Declarantur ista, vt sint vera, quando error est iustus, seu iustissimus nu. 492. & seqq.

Rusticus deponens falsum per errorẽ, non punitur n. 488.

Error non inducit consensum nu. 489.

Iuramentum non trahitur ad incogitata n. 490.

Error iustus facti excusat delinquentem num. 493.

Emens rem furtiuam ignoranter non committit furtum num. 493. quia dicitur error iustus n. 497. vers. exemplifica. secus si emat scienter num. 494.

Hæres vendens rem alienam repertam in hæreditate credens esse rem hæreditariam, non committit furtum nu. 495. quia dicitur error iustus n. 497. ver. exemplifica.

Error iuris excusat à furto. num. 496.

Vsufructuarius vendens partum ancillæ, credẽs esse suum non committit furtum eod. num. 496.

Ignorantia seu Error } iustus dicitur is, qui non habetur pro culpa n. 497. item dicitur quilibet error, quando lex puniens considerat solum dolum num. 498.

Ignorantia seu Error } iniustus dicitur, quando talis error habetur pro culpa, & iste non excusat delinquentem num. 499. & 500. & seqq. vbi dantur exempla. Declaratur vt licet non excuset à tota pœna, tamen excusat à pœna ordinaria n. 513.

Error seu Ignorantia } iuris naturalis, aut diuini dicitur iniustus, ideoquè non excusat n. 500. & 506. casus huius conclusionis ponuntur n. 501. remissiue. Extenditur ista conclusio vt habeat locum etiam si is, qui erraret, esset rusticus n. 502. Extenditur 2. in milite. nu. 503. Extenditur 3. in pagano & siluestre n. 504. & procedit siue error committatur clam, siue palam sub num. 506. Restringitur conclusio, vt non procedat in casu, in quo consideraretur dolus, quia error excusaret uum. 507.

Inuadens per imperitiam rem propriam, ab alio possessam excusatur à pœna l. si quis in tantam. sub n. 500.

Ignorantia iuris gentium non excusat nu. 509. idque adeo verum est, vt procedat etiam in errore palam commisso n. 510.

Ignorantia iuris ciuilis non excusat nu. 511. Restringitur, vt non procedat in casu, in quo consideraretur dolus, quia ignorantia excusaret n. 512.

Ignorare ius est lata culpa sub nu. 511.

Ignorantia eorum, quæ pertinent ad salutem, an excuset num. 508. remissiuè.

Lex naturalis scribitur naturaliter in cuiuslibet corde num. 505.

Falsitas non nocibilis ex eo solo, quòd actus falsus non est ritè gestus, punitur sub n. 517. sed non punitur poena ordinaria nu. 518. sed punitur extraordinaria num. 519. & 521.

Falsitas non nocibilis eò quia actus falsus non est ritè gestus punitur poena extraordinaria n. 519. Contrarium num. 520. Retinetur primum & extenditur vt procedat etiam in falsitate probatoria, quæ non sit nocibilis eò quòd probandum non sit punibilo num. 521. Extenditur 2. quando falsitas consideratur etiam sine læsione, & damno partis num. 522. & 523.

Testis periurus examinatus, parte non citata, seu super articulo impertinẽti, punitur de periurio, si lex puniat periuriũ propter contemptum Dei, & religionis n. 523.

Falsitas non nocibilis, etiam si actus falsus esset ritè, & solemniter gestus, non punitur aliqua poena num. 524. & seqq.

Periurium, quod nemini nocet, non punitur in foro fori num. 525.

Poena conuentionalis non exigitur, quando ex inobseruantia damnum parti non emersit nu. 526.

Falsum & Simulatum } quomodo differant nu. 527. & seq.

Falsitas non inducitur ex sola mutatione veritatis, sed requiritur &c. n. 527. 530. & seqq.

Simulatio potest esse licita nu. 529. & 530. & seqq.

Mutui contractus potest stipulari & concipi sub forma depositi. nu. 531.

Falsitas testis, deponentis super delicto non punibili, punitur, & quare sub nu. 532. vers. non obstat.

Iuramentum testis debet præstari ante examen & non post num. 533. & 534. ubi redditur ratio. Contrarium nu. 535. Retinetur primum dictum & declaratur nu. 536. & seqq.

Testis si immediatè post depositionem iuret, testimonium est validum licet ante depositionem non iurauerit nu. 536. Contrarium nu. 537. Retinetur primum n. 538. Declaratur vt sit verum, si testis ex se ipso irrequisitus iurauerit nu. 539.

Franciscus Accoltus de Aretio vocatur princeps subtilitatum, sub num. 539.

Felynus fuit discipulus Francisci Accolti sub nu. 539.

Iuramentum testis non trahitur ad ea, quæ deponit extra articulos nu. 540. & 541. Extenditur 1. etiam si id, super quo deponit, faceret ad causam nu. 542. Restringitur ista extensio n. 551. Extenditur 2. etiam si testis fuisset inductus super tota causa, sed ipse iurasset limitatè super articulis n. 544. Extenditur 3. etiam si testis iurasset super tota causa n. 545. & 546. Adducitur contrarium n. 547. Soluitur contrarium num. 548. Restringitur tertia extensio. 1. vt non sit vera, quando testis fuisset productus super negotio principali, & altera pars petierit deferri ei iuramentum super tota causa n. 549. Subrestringitur ista restrictio vt non procedat quando testis non esset productus super negotio principali. n. 550. Restringitur 2. vt non procedat, quãdo testis esset simpliciter productus, & is iuraret super tota causa. nu. 551. Extenditur ista restrictio nu. 555. Subrestringitur ista 2. restrictio nu. 556.

Testis non probat proprietatem, de qua deponit, si fuit inductus ad probandam possessionem n. 541.

Testis productus super articulis datis, & tota causa probat, si deponat ad causam extra articulos nu. 557.

Testis, deponens super dependentibus ab articulis, non dicitur deponere extra articulos, & ideo probat n. 558.

Testis, deponens super eo, de quo fuit interrogatus à iudice ex officio & poterat interrogari, probat, quamuis sit depositio extra articulos n. 560.

Connexa & dependentia ab articulis quæ dicantur remissiuè n. 559.

Iuramentum testis simpliciter præstitum intelligitur præstitum super tota causa num. 552.

Indefinita æquipollet vniuersali n. 552.

Testis simpliciter productus intelligitur productus super tota causa nu. 552. in fine. Et procedit etiam si pars quæ eum produxit, producat postea certos articulos num. 553. & 554. secus si produxisset prius certos articulos nu. 556.

Causa limitata producit effectum limitatum n. 553.

Iuramentum testis non est necessarium, quando ei est remissum n. 561. & quare possit remitti nu. 562. & non est necessarium, quòd remittatur ab vtraque parte n. 567. sed in hoc firmatur contrarium n. 568.

Iuramentum testis potest remitti etiam sine iudicis auctoritate n. 564. Contrarium nu. 565. Retinetur prima opinio & declaratur, vt nihilominus iudex possit, si velit, exigere iuramentum nu. 566.

Iuramentum testis non potest remitti in causa matrimo-

nÿ separandi nu.569. Idem dicitur in qualibet causa, quæ non dependet à libera voluntate partium. num. 570. Et exemplificatur nu.571.

Iuramentum testis seqq. casibus non est necessarium 1. qnando sumitur informatio super fama seu notorio, quia &c.n.572.| 2. quando proceditur super possessorio summario ad effectum, &c.n. 573.| 3.quando iudex se informat de consuetudine nu.574.| 4.quando data est facultas à partibus procedēdi de facto n.575.| 5.quando sufficit aliqualis prob atio nu.576 | 6.quando testes iurati sunt æquales in numero & pondere, sed pro vna parte superest vnus non iuratus n.577.& seqq.| 7.quā do testis repetitur ad declarationem depositionis iuratæ nu. 581.

Frater vtrinque coniunctus non præfertur fratri coniuncto ex patre tantum in successione fœudi n. 578.

Singula quæ non prosunt, simul collecta iuuant n.579.

Iuramentum testis potest tolli per statutum seu consuetudinem, quia possunt disponere, quòd credatur testi non iurato n. 582. Contrarium n.584.& seqq.Restringitur hoc contrarium, vt non procedat; quando statutum loqueretur limitatè in aliquo genere testium, quia statutum esset validum n. 587.

Argumentum à pacto ad statutum valet nu. 583. Fallit quando non militat eadem ratio num. 585. vers. non obstat.

Citatio tolli potest per statutum n.583.vers. confirmatur. Declara vt in n.586.

Testi non iurato an possit credi ex dispensatione Papæ num.588.

Testes non iurati probant, parte non opponente nu.589. Contrarium nu. 591. & seqq.

Depositiones, seu / Attestationes testium nulliter receptæ possunt partium consensu approbari n. 589. 592. & etiam consensu tacito nu.590. sed hoc reuocatur in dubium sub nu. 592.& declaratur nu.593. & seqq.& quandoquè etiam expresso consensu ratificati non possunt num.596.

Consentire dicitur, qui non opponit n. 590. Declaratur esse verum, quando interuenit etiam actus positiuus num. 593.

Actus nullus ipso iure non potest tacitè ratificari, quia &c. nu. 595.

Iuramentum testis, si non appareat delatum, non præsumitur n. 597. Restringitur, vt non sit verum in antiquis, quia præsumitur nu. 598. & seqq. & maxime quando appareret de iuramenti delatione, sed dubitaretur solum de solemnitate iuramenti nu. 613. Contra restrictionem n.606. & seqq.

Iuramentum est qualitas extrinseca n. 599.

Qualitas seu / Solemnitas extrinseca præsumitur spatio longissimi temporis n. 600.& seqq.& præsumitur non solum in extraiudicialibus, sed etiam in iudicialibus n.602.& solemnitatis vitium purgatur per longissimam præscriptionem n. 601. Declaratur, vt non sit verum quando solemnitas non debet esse separata ab actu solemnizato, quia tunc, si non appareat, non præsumitur n.606.& seqq. & 610.& ideo est verum in solemnitate, quæ separatim solet adhiberi nu. 612.

Titulus præscriptionis præsumitur spatio longissimi temporis sub nu.600. sed si appareat vitiosus, nihil iuuat præsumptio n. 607. & seqq.

Sententia præsumitur rite & rectè lata propter antiquitatem temporis nu.603.ideoquè valet, etiam si non reperiantur acta num. 604. Declaratur iste articulus nu.605.

Coniectura & / Prræsumptiones cessant in claris n. 608.

Iuramenta testium non describuntur extra acta, sed in ipsis actis nu.609.

Solemnitatis præsumptio cessat, quando ex actu solemnitatis apparet eam non interuenisse nu.610.

Testes non iurati quando semiplenè probent n. 611.

Consensus superioris in alienatione rei ecclesiasticæ adhiberi solet separatim, & ideo ex spatio longissimi temporis præsumitur nu. 613.

Insinuatio spatio longissimi temporis præsumitur n. 613.

Testis depositio non valet, quando notarius scripsit .N. testis iuratus deposuit n. 614. quia licet Doctores non bene digesserint, tamē non valet, quia non probatur partis præsentia, quæ requiritur n.615. & licet hodie, attento stylo citandi partem, valeret, ibidem vers. verum, | tamen, quia requiritur etiam præsentia iudicis, adhuc non valet n. 616. nisi examen esset delegatum notario n.617. Imò adhuc non valeret, quia debet scribi .N. testis iurauit. n.618. Adhuc non valeret, quia debet scribere [tactis] n.637. Valeret tamen, si scripserit, iurauit tactis &c.n.638.

Iuramenti forma intrinseca, quando testis iurat, quæ sit num.619.& 620.

Testis iurat non propalare suam depositionem ante publicatas attestationes n.620.& 621.& propalans punitur vt periurus n.622.

Iuramenti forma extrinseca secundum dispositionem iuris quæsit n.623. & seqq. & quæ secundum consuetudinem n. 636.

Periurus dicitur is, qui est paratus peierare, quia Deus &c. num. 624.

Periurus non dicitur testis, qui; iurando falsum diceret; iuro per hæc sancta Dei euangelia, & non essent euangelia num. 632.

Euangeliorum tactus requiritur de iure in iuramento testis n. 625. 629. 630. 632. & quid de consuetudine num. 636. sed in iuramento, quod non defertur ex dispositione legis, vel à iudice, sufficit iuramentum sine tactu scripturarum n.626.

Tactus scripturæ in iuramenti præstatione debet fieri manu, & non alia corporis parte. n.627.& debet fieri manu dextra n.628. & non sufficit quòd iurans habeat posita euangelia ante oculos. n. 629. Fallit in Cardinalibus, Episcopis, aliÿsque religiosis viris sacris, quia iurant sine tactu scripturæ n.633.& 639.

Iudæus / Turca seu / Maumethani, aliÿquè / Infideles quomodo iurent num. 634. & 635.

Præsentia partis non est necessaria quando defertur iuramentum testi, quia sufficit. quòd pars fuerit citata num. 640. Contrarium quòd præsentia saltem vnius partis sit necessaria n.641. & seqq. Sed de consuetudine non seruatur nu.643.

Testis debet necessariò citari ad deponendum num.644. Contrarium n.645. Ampliatur hoc contrarium quando testis casu reperiretur in iudicio nu.646. Declaratur, vt citatio sit necessaria, quando non vult venire ad deponendum num.647.

Productio testis est necessaria, alias eius dictum non valet n. 648. & 649. Ampliatur etiam si ei delatum esset iuramentum à iudice.n.650. Et quid si pars, contra quam fuit examinatus, fuit contumaciter absens, vel fuit præsens nu. 652. Limitatur quando examinatur partibus præsentibus & tacentibus n. 653. & 654. Limitatur 2. quando ageretur de euitando peccato nu. 655. Limitatur 3. in omnibus casibus, in quibus iudex potest supplere ex officio n.566.

Testis affectatus redditur suspectus, ideoq; non probat n. 649. Et dicitur affectatus, seu suspectus, quando se vltrò obtulit.eod.n.649. & 651.

Iudex, examinans testem non productum in causa ciuili, redditur suspectus nu.651.

Producere testes quid sit num.657.

Productio testis in dubio præsumitur nu. 658. Sed ista præsumptio cessat, si haberemus dictum testis nu.659.

Iuramentum testi est deferendum & quare nu. 660. & 662. vbi, quòd si iuraret ex se, depositio non valeret.

Monitio, vt testis dicat veritatem non est necessaria. num.663.

Principalis an / Procurator citari debeat in examine testium nu. 664. & seqq. & 678. & seqq. & 683.

Principalis & non procurator citandus est in prima citatione n.664. vers. prima. | Contrarium, quòd satis sit citari procuratorem n.665. Declaratur esse verum, quando procurator acceptauit mandatum n.666. Adducuntur 4. & 5. opiniones, quæ conciliant nu. 668. & 669. Colliguntur opiniones in isto articulo nu.670. Resoluitur quòd est citandus dominus si inuenitur n. 671. Restringitur vt non procedat quando ageretur

de re

de re leui, vt puta &c. quia sufficit citatio contra procuratorem n.676. & 677. Restringitur 2. vt non procedat in foro Capitolino, vbi &c. nu. 677. vers. restringe 2.

Procurator, qui non acceptauit mandatum, non dicitur procurator, ideoq; processus factus contra eum est nullus n. 667.

Dominus idest / Principalis } quando dicatur non repertus ad effectum, vt possit citati procurator num. 672. & seqq.

Contumacia procuratoris nocet domino in leuibus n.677

Principalis, & non procurator debet citari ante litis contestationem n.678. Contrarium, quòd sit citandus procurator n. 679. Restringitur vt non procedat in foro Capitolino, vbi &c. ibidem vers. restringe.

Procurator & non principalit citari debet, & pracipuè si procurator litem contestatus esset n. 680. & 681. Ampliatur vt procedat etiam si procurator non esset effectus dominus litis n. 682. Effectus prafata conclusionis est, quòd si fuerit citatus dominus, & is non comparuerit, nec procurator, processus, qui fieret, diceretur fieri sine citatione n. 683. Restringitur, quando dominus citatus comparet &c. nu. 684. Extenditur restrictio vt procedat etiam si procurator non fuerit prasens comparitioni domini n.686. Contra restrictionem n.687. Retinetur extensio n.688. Extenditur 2. etiam si non constet, quòd dominus cōparuerit propter citationē n. 689. Extenditur 3. etiam si non appareat de citatione nu. 690. Contra extensionem n.691. Retinetur extensio n. 692. Restringitur 2. vt non procedat in causis summarijs n.693. Restringitur 3. quando procurator esset impeditus nu.695. Restringitur 4. in foro Capitolino nu. 696. Restringitur demum, vt in foro Capitolino non procedat in tribus casibus, in quibus debet citari procurator, & principalis num. 697. Extenditur restrictio etiam si procedatur contra absentem &c. Item si procedatur contra aduenam &c. Subextenditur si citaretur ad sententiam, quia &c. omnia habentur sub eod. num. 697.

Procurator quando per comparitionem domini censeatur reuocatus n.685.

Principalis an / Procurator } citetur in Regno Neap. nil refert nu. 694.

Procuratoribus pluribus constitutis in vna causa, quando vnus sine altero admittatur prasertim ad producendos testes n. 698.

Citatio testis examinandi sufficit vnica sine peremptorio num. 699. secus quando agitur de mulctanda contumacia ipsius testis n.700.

Peremptorium est necessarium, quando citatur pars ad videndum examinari testes n.701. Contrarium quòd sufficiat vnica citatio n. 702.

Notarius, cui delegatum est examen testium, potest eisdem iuramenta deferre n.703.

Delegato examine testium, possunt examinari etiam testes non nominati nu. 704. & etiam testes ad instantiam eius, contra quem fit delegatio nu.705. nisi commissio examinandi esset restricta ad testes eius, qui impetrauit commissionem n. 706.

Nomina testium sunt edenda cum copia articulorum, si eorum editio sit petita nu.707. & 709. in fine | & non possunt produci alij, quàm nominati, & nominati non possunt transponi nu.716.

Numerus testium est indistinctè specificandus in editione articulorum, & quare nu.708.

Testium effrenata multitudo est prohibita num. 708. & 709. vbi redditur ratio.

Testes non possunt produci vltra tres super vno articulo nu.710. Secunda opinio est quòd in tota causa non possint produci vltra 40. n.711. Tertia opinio est quòd relinquatur arbitrio iudicis nu. 712. & ab isto arbitrio non appellatur n.713. in fine. Restringitur ista 3. opinio, vt non procedat in Regno Neap. n. 714. Restringitur 2. vt non procedat in Foro Capitolino nu. 715. & qua sit praxis producendi testes n.716.

Ordo examinandi testes, datus in articulis, non potest mutari, inscio aduersario. sub nu. 716. vers. & aduerte.

Testes debent examinari à iudice etiam si sint ex his testibus, qui non coguntur venire ad iudicium nu. 717. Contrarium quia iudex non cogitur accedere, sed potest mittere notarium nu.718. & seqq.

Persona egregia, qua non coguntur venire ad iudicium qua sint n.720. 722. & 721. vbi quòd relinquitur arbitrio iudicis. | Et qui fruantur priuilegio personarum egregiarum n.724.

Priuilegio .l. ad personas egregias. an possit renuntiari num. 723.

De literis remissorialibus.

Testes, manentes intra iurisdictionem iudicis, sed de longinguo, non vocantur ad deponendum, sed examinandi sunt per literas remissoriales num. 725. Ampliatur maximè quando essent senes, aut valetudinarij, seu persona illustr. n.739. vers. amplia. | Ampliationes reliqua omittuntur sed remissiuè. ibidem vers. reliquas. Limitationes ponuntur n.740. & seqq.

Distantia seu / Longinguitas } ob quàm conceditur remissoria pro examinandis testibus, quanta esse debeat relinquitur arbitrio iudicis n.726. Restringitur hoc arbitrium in Reg. Neap. quia ibi &c. nu.727. & seqq. in quibus sufficienter declaratur ad vsum illius Regni. Restringitur 2. in foro Capitolino, vbi &c. n.730. Declaratur restrictio nu. 731. Subrestringitur vtraque restrictio n.732. Declaratur subrestrictio n. 734. Subdeclaratio ponitur n.735.

Litera remissoriales in causis criminalibus possunt ex causa denegari, non habita ratione distantia loci. num.733.

Testes, qui producuntur & coguntur venire coram iudice, debent venire expensis producentis n.736. Extenditur, vt id procedat etiam in causa criminali n.737. Extenditur 2. etiam si producerentur à fisco n.738.

Literæ prædictæ quando non concedantur.

Litera remissoriales licet concedantur secundum regulam, tamen ista regula limitatur .1. vt non concedantur, quando extat consuetudo, vt testes vocentur ex loco, in quo morantur n.740. Limitatur 2. in causis criminalibus n.741. Limitatur 3. in causis attentatorum n. 742. & 743. Extenditur ista limitatio etiam si daretur fumus de attentatis nu. 744. Extenditur 2. etiam si attentans esset minor n.745. Declaratur hac 3. limitatio vt procedat de stylo nu.746. | Restringitur eadem 3. limitatio .1. vt non sit vera respectu rei accusati num. 747. Extenditur hac restrictio etiam si reus vellet remissoriam ad repellendos testes nu. 748. Subrestringitur hac 1. restrictio, vt non procedat si actor iam probasset attentata nu. 750. & 751. Extenditur hac subrestrictio etiam si actor non probasset, sed esset paratus incontinenti probare n.752. Restringitur 2. vt non procedat respectu accusatoris, qui veniret per modum replicationis nu.753. Restringitur 3. quando attentatū esset commissum ab appellante &c. n. 754. Restringitur 4. vt licet non detur remissoria in forma, tamen solet quandoquè destinari notarius &c. n.755. Restringitur 5. quando constaret abesse calumniam n.756. Restringitur 6. quando testes essent in remotissimis partibus num.757. Restringitur 7. quando, denegata remissoria, sequeretur damnum irreparabile n.758. Restringitur 8. quando peteretur remissoria pro liquidatione attentatorum n.759. | Limitatur 4. in causa spolij, quia spoliatori non datur remissoria n. 762. & seqq. Declaratur ista limitatio vt procedat quando spoliatus aliquid probasset de spolio nu 767. & à fortiori quando constaret clarè de spolio n.768. Restringitur eadem 4. limitatio vt nō procedat, quando spoliatus nihil docuit de spolio, quia pratenso spoliatori daretur remissoria nu. 769. Restringitur 2. quando pradictus spoliator examinasset testes etiam nulliter &c. n. 770. Extenditur eadē 4. limitatio, vt procedat etiam in spoliato n.771. Contrarium n.772. Fallit hoc contrarium, quando spoliatus attentasset n. 773. Extenditur 2. vt habeat locum in intruso num. 774. Limitatur 5. vt non habeat locum in causa simonia nu. 775. Limitatur 6. in causis beneficialibus &c.

num.

num. 776. si tamen litigator velit remissoriam, debet renuntiare appellationi num. 777. sed adhuc denegatur remissoria, si is, qui eam petit, velit probare obiectus n.778. Restringitur ista 6. limitatio vt non procedat, quando testes essent senes & valetudinarij num. 778. vers. restringe. | Limitatur 7. in exceptionibus dilatorijs num. 780. | Limitatur 8. quando remissoria fuisset semel concessa nu. 781. Extenditur ista limitatio 1. vt procedat etiam in minore n.782. Restringitur hæc extensio, quando iudici constat, esse omissas probationes propter imprudentiam minoris num. 783. Restringitur rursus quando minor nominaret testes in Curia num. 784. & 785. Extenditur 2. etiam si remissoria non sit expedita ex nimia negligentia eius, cui fuit concessa num. 786. Extenditur 3 etiam si peteretur in alia instantia & super nouis & admissibilibus articulis nu. 787. Restringitur hæc extensio vt non procedat de iure canonico, secundum quod &c. n. 788. Sublimitatur hæc 8. limitatio vt non procedat, quando cessaret suspitio calumniæ &c. n. 789. & declaratur eod. nu. 789. vers. declara. | Limitatur 9. quando causa in prima, vel alia instantia fuisset cognita in partibus nu. 790. Sublimitatur hæc 9. limitatio vt non procedat, quando cessaret suspitio calumniæ n.792. | Limitatur 10. quando peteretur pro reprobatione testium nu. 793. Extenditur hæc limitatio etiam si pars vellet reprobare coram iudice remissorialium, cui &c. n. 794. Restringitur eadem limitatio, quando ex reprobatione testium periret totum ius partis &c. nu. 795. Exemplificatur ista restrictio quando articularetur corruptio testium, &c. num. 796. | Limitatur 11. vt non concedatur post rem iudicatam nu. 797. Declaratur n.798. | Limitatur 12. quando materia non est releuans nu. 799. Limitatur 13. vt non detur non possidenti nisi &c. num. 800. | Limitatur 14. vt non concedatur in iudicio summario, quod &c. n.801. Declaratur &c. n.802. | Limitatur 15. vt possidenti non concedatur ad probandum ius patronatus, nisi &c. num. 803. | Limitatur 16. quando articuli sunt probandi per scripturam num. 804. & 805. Restringitur hæc limitatio, vt non procedat, quando aliqui ex articulis datis essent probandi per testes nu. 816. Declaratur eadem limitatio, vt non habeat locum quoad sigilli recognitionem faciendam &c. num. 817. | Limitatur 17. quando remissoria petitur ante tempus num. 818. | Limitatur 18. quando petitur post tempus num. 819. | Limitatur 19. quando antequam examinarentur testes expiraret instantia num. 820. | Limitatur 20. quando petitur ab eo, qui impugnauit rescriptum, quo vtriq; parti concedebatur remissoria num. 821. | Limitatur 21. quando testes sunt suspecti de subornatione eod. n. 821. | Limitatur vltimo, vt relinquatur arbitrio iudicis, quando non sit concedenda n. 822. Declaratur hæc limitatio vt arbitrium iudicis debeat esse regulatum n. 823. Extenditur ista declaratio, vt ab irregulato iudicis arbitrio detur appellatio num. 824. quod tamen non est verum quando concessit, & debebat negare n. 825.

Remissoria debet concedi indistinctè quando cessat calumniæ suspitio num. 826.

Remissoriã petens in causa beneficiali debet promittere stare vnicæ sententiæ nu. 777. & quid si peteret remissoriam ad probandum obiectum num. 778.

Calumniam abesse quomodo quandoquè probetur ab eo, qui vult remissoriam nu. 827.

Calumnia in dubio non præsumitur } nu. 828.
Remissoria in dubio debet concedi }

Remissoria si conceditur pro examinandis testibus commorantibus intra iurisdictionem: à fortiori conceditur pro examinandis, commorantibus extra iurisdictionem nu. 829. quia pro examinandis commorantibus extra iurisdictionem conceditur etiam in casu, quo denegaretur pro commorantibus intra iurisdictionem, nisi &c. num. 830.

Remissoria concedi potest tàm à iudice ordinario, quàm à delegato, seu arbitro nu. 831. & 834. vbi redditur ratio. | Restringitur vt non possit concedi ab Auditoribus Rotæ, præterquàm &c. n. 832. Extenditur hæc restrictio, vt procedat in quolibet delegato Papæ existente in Curia n. 833. Subrestringitur eadem restrictio, quia &c. nu. 835. & 836. vbi redditur ratio. & num. 837. Subrestringitur 2. vt possit Auditor, accedente consensu vtriusque partis eod. num. 837. vers. subrestringe 2.

Remissoria, quæ conceditur ab Auditore Rotæ, conceditur sub suo sigillo n. 837. vers. aduerte vltimo.

Remissoriæ iudex qualis eligatur in Romana Curia nu. 838.

Laicus potest esse iudex remissoriæ, si deputetur ab alio, quàm sede Apostolica, seu eius delegatis num. 839.

Remissoria committitur habenti imperium, si committens non habet iurisdictionem in loco, vbi testes debent recipi. n. 840. Fallit si de consensu partium committatur priuato nu. 841. Restringitur ista fallentia vt procedat in causis ciuilibus nu. 842. Fallit etiam si committens habeat iurisdictionem, quia potest committere priuato num. 843.

Procuratori non habenti mandatum, & aduersario tacente, datur remissoria cum cautione, dominum rem ratã habiturum n. 844. secus aduersario contradicente, nisi sit coniunctus, vel habeat aliquod mandatum, licet de eo dubitetur num. 845.

Iuramentum petentis literas remissoriales requiritur, & quale num. 846. & quando non requiratur num. 847.

Remissoria potest peti etiam verbo sine scriptis n. 848.

Portitor literarum remissorialium mittitur expensis petentis remissoriales etiam si adsint interrogatoria aduersarij n. 849. Extenditur vt idem procedat in portitore reportante examen sub num. 852. vers. extende.

Expensæ remissorialium pro notario, scribente examen, à quo sint soluendæ num. 853. & 854. & pro portitore num. 849.

Citatio partis non est necessaria in concessione remissorialium, si fuerit citata in admissione articulorum &c. num. 855. secus si non fuerit tunc citata num. 856. de stylo tamen solet semper citari num. 857.

Processus literarum remissorialium quomodo fiat num. 858.

Literæ remissoriales concessæ retardant processum num. 859. & 860. saltem quoad decisionem causæ num. 861. sed non retardant quoad tertium num. 862. neque si iudex reseruasset sibi facultatem iudicandi quandocunque num. 863.

Attentatorum causa sapit delictum, ideoquè attentans punitur num. 743.

Terminus ad repulsandos testes conceditur reo super attentatis num. 749. sed, quando attentata sunt probata, denegatur n. 751.

Compulsoria specialis quandoquè datur, &c. num. 760.

Attentatorum causa expeditur summariè nu. 761.

Spolium & } sunt delicta similia, & quas habeant
Attentatum } dissimilitudines n. 763. & 764.

Spolium ab omni iure est prohibitum nu. 765.

Spoliator petens literas remissorias præsumitur calumniosè petere &c. n. 766.

Causæ beneficiales quæ dicantur nu. 779.

Remissoria quomodo concedatur, quando timetur de subornatione testium n. 785.

Remissoria non conceditur pro examinandis testibus, qui potuerunt semel examinari in loco iudicij num. 791.

Remissoria ad probandam appellationem ab interlocutoria non conceditur num. 806. sed conceditur ad probandam appellationem à diffinitiua n. 807.

Remissoria non debet concedi ad probandam præsentiam iudicis in examine testium n. 808.

Personæ, interuenientes in processu causæ, sunt in processu describendæ num. 809.

Inimicus repellitur à testimonio nu. 810. etiam si agatur de crimine hæresis num. 811.

Inimico & } non creditur, quamuis &c. n. 812.
Odioso }

Inimicitia oritur ex querela, & petitione, data in syndicatu n. 813.

Testis deponens ad sui exonerationem, fugiendamque turpitudinem non probat n. 814.

Iudex non poteſt deponere, niſi quando nemini præiudicat, aut quando &c. num. 815.

Appellatio à denegatione remiſſoria quando detur num. 824.

Teſtis debet venire, & morari expenſis producentis num. 850.

Expenſæ actus ſoluendæ ſunt ab eo, cuius gratia actus celebratur n. 851. & 852.

De Interrogatorijs.

Dilatio ad dandum interrogatoria petitur & conceditur poſt habitam copiam articulorum num. 865. & ad breuiandas lites qualis ſit ſtylus nu. 866.

Interrogatoria quæ dicantur num. 867. & circa quæ fiant num. 868. ad quem effectum fiant num. 869. 872. & 873.

Teſtes falſi facilè apparent contrarij nu. 870.

Veritas eſt immortalis.
Mendacium autem, & } non durant n. 871.
Fictio

Remedium, ſuccreſcente hominis malitia, vertitur in noxam num. 872.

Interrogatoriorum copia non datur, & quare, & quando detur num. 874. & 875.

Interrogatoria iudex ex officio poteſt ſupplere num. 876. & 877. & poteſt reſecare ſuperflua num. 778. & quare num. 779. Declaratur quando poſſit reſecare num. 880.

Interrogatoria ſuperflua quæ dicantur nu. 881.

Interrogatoria non poſſunt continere nouum capitulum, diuerſum ab articulis num. 882. Fallit ſi teſtes iuraſſent ad inſtantiam partis dicere veritatem ſuper tota cauſa nu. 883.

Teſtes, inducti ad probandam exceptionem dilatoriam, non debent interrogari ſuper peremptoria ſeu ſuper negotio principali num. 884. Ampliatur etiam ſi iuraſſent ſuper tota cauſa. nu. 885.

Teſtes de quibus interrogari non debeant n. 886.

Teſtis interrogatus an ſit infamis, criminoſus, &c. non cogitur reſpondere num. 886. & ita ſeruatur de conſuetudine num. 887. de contraria conſuetudine num. 888. Declaratur iſta contraria conſuetudo, vt ſit vera quando infamia, ſeu crimen eſt notorium num. 889. Ideoquè teſtes poſſunt licitè interrogari an ſint condemnati de aliquo crimine n. 890.

Interrogatoria reſecanda ſunt infraſcripta.

Superflua	*n. 878.*
Criminoſa.	*n. 886.*
Captioſa	*n. 891. & qñ non nu. 893.*
Ignorata ſeu	
Inconſiderata vel	*n. 894. 895. & 896.*
Oblita rei veriſimiliter	
Diſſimilitudinis alicuius rei	

Teſtis depoſitio per verbum veritatis non annullatur, quamuis in fine depoſitionis reſpondeat ſe credere omnia à ſe dicta eſſe vera n. 892.

Teſtes ſolent interrogari, an ſint debitores, penſionarij, & affictuales producentis n. 897. & quare nu. 898.

Debitores
Penſionarij, & } an poſſint eſſe teſtes n. 898. 889. & 900.
Affictuales

Confeſſio teſtis dicentis, ſe eſſe criminoſum, præiudicat depoſitioni num. 901. ſibi verò non præiudicat plenè, ſed aliqualiter num. 902.

Variatio teſtis non ſuſpecti an deſtruat eius depoſitionem nu. 903. & 904.

Interrogatoria pertinentia quæ ſint nu. 905.

Teſtes de quibus interrogari poſſint nu. 905. & ſeqq.

Teſtis quomodo poſſit inſtrui à parte n. 906.

Teſtis debet concludere de præciſa neceſſitate, & ideo &c. num. 907.

Interrogatorium vtile ad deſtruendas depoſitiones teſtium num. 907.

Interrogatoriorum conficiendorum ars dari non poteſt num. 908. & eſt ars non modici ponderis n. 909.

Interrogati ſi non ſint teſtes ſuper interrogatorijs datis, examen adhuc remanet validum, & teſtes poſſunt interrogari etiam ſi eſſent publicati n. 910.

Teſtes examinati ſine interrogatorijs, quia non fuerint data, non repetuntur in Curia Capitolina ſi examen eſt abſolutum, ſed interrogatoria admittuntur in examine illorum teſtium, qui non dum fuerunt examinati num. 911.

Teſtes ſunt prius examinandi ſuper articulis, & deinde ſuper interrogatorijs n. 912. & 913. Contrarium ſeruatur de conſuetudine n. 914. quandoq; tamen interrogantur poſt articulos nu. 915.

Interrogatoriorum forma ſeu rubrica qualis ſit n. 916.

Interrogatoriorum emendatio conceditur nu. 917.

Notarius examinis teſtium poteſt allegari ſuſpectus & debet allegari citra iniuriam num. 918. & ex ſola ſuſpitione debet remoueri n. 920. & quid ſeruetur in foro Capitolino quando notarius allegatur ſuſpectus num. 923.

Suſpitio contra notarium probatur ſolo iuramento allegantis ſuſpitionem num. 919. & in allegatione ſuſpitionis non eſt neceſſaria expreſſio cauſæ ſuſpitionis nu. 920. & ſuſpitione allegata, ſi procederet ad examen teſtium, examen eſſet nullum n. 922.

Iniuriarum actio datur contra eum, qui iniuſtè allegat notarium ſuſpectum, niſi alleget expreſſè citra iniuriam num. 924.

Interpretes adhibentur de ſtylo in examine teſtium, quia in iure nihil de eis eſt expreſſum, num. 925.

CAPVT VIII.

QVIA, vt dicebam ſupra cap. præcedenti num. 251. poſitiones non dantur in cauſis criminalibus, ſed ſolum datur libellus accuſationis, ſeu querela, vel formatur inquiſitio, de qua, quia ſtat loco libelli, egi lib. præd. cap. 85. & 86. præſertim num. 16. & ſuper eis reus examinatur, & interrogatur, de quo examine, & interrogatione opportunè egi eodem capitulo 86. dum; agendo de inquiſitione ſpeciali; dicebamus ibidem ſub num. 15. reos in ea poſſe ſpecialiter interrogari; vnde non miraberis, ſi nullo facto verbo de poſitionibus, aut ſaltem de inquiſitione, & examine reorum in criminalibus; tranſiuimus ad productionem teſtium in eiſdem cauſis ciuilibus, de quibus loquutus ſum cap. præcedenti.

Sciendum igitur eſt, quòd vbi reus negauerit poſitiones, vt rei communiter negare ſolent, actor ſæpè cauſam teſtibus inſtruit; producendo teſtes ad probandam ſuam intentionem.

QVÆSTIO VNICA.

QVæro igitur quæ ſit praxis & ſtylus in productione teſtium, præſertim in foro Capitolino.

Reſpond. diuidendo iſtam praxim in duas partes.

Prima pars erit circa citationem in productione articulorum, & teſtium vſque ad reproductionem citationis & productionem articulorum incluſiuè.

Secunda pars erit circa reliqua vſque ad examen teſtium.

Capio primam partem, & concludo, producturum teſtes debere citare aduerſarium ad productionem articulorum &c. iuxta formam, quam poſui ſupra cap. præcedenti q. 5. num. 82. vel quam ponit Veſtr. per me ibidem allegatus: Cæterum ſi eum iam citaſſet in productione poſitionum ad videndum produci poſitiones, & articulos facto datos, dicendum contra, & videndum admitti; nunc citabit ad videndum reproductionem articulorum &c. quamuis ſufficeret citari ad videndum iurare teſtes &c. & pro eadem met die faciet, citari teſtes ad ſe examinandum, vt ſcribit Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 6. n. 1. licet hec teſtium citatio non ſit neceſſaria ſecũdum practicam, quæ ſeruatur in tribunalibus Vrbis. vt patet ex ſtylo,

quem

quem referunt Vestr.in pract. lib. 6. c. 2. n. 5. & Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2.cap.5.n.1. quibus citationibus executis, & cum fide nuntij reproductis, actor producet, seu reproducet eodem tempore positiones, & articulos tunc, seu alias datos, & edet nomina testium, & hæc omnia petet recipi, & admitti, & committi notario receptionem iuramentorum testium, illorumquè examen in forma.

2 Capio secundam partem, quando reproducta est citatio, & producuntur articuli: & in ea sunt considerandi necessariò duo casus.

PRIMVS casus est, quando citatus non comparet, sed est contumax.

In isto primo casu concludo, practicam esse, vt iudex admittat articulos si, & in quantum, & committat examen in forma iuxta Statutum Vrbis lib.1.c. 70.si testes sunt in Curia, alias, si sint extra Curiam, admittet, & committet, facto deposito, & seruatis alijs, de quibus eodē lib. 1 Stat.c.76.nec alias, nec alio modo, & hoc decretum, quod seruatur in foro Capitolino ex dispositione dicti cap.76. non est dissonum à iure communi per ea, quæ dixi supra cap. 3. num. 137.

3 † imò de stylo Curiæ Capitolinæ, si testes sunt examinandi in Curia, notarius, facto isto decreto, exinde adnotat in actis, quòd testes comparuerunt, & iurarunt, sicuti hanc totam praxim retulit Luc. Pæt.dicto c.5. n. 1. & addidi infra n.seq.dixi si testes sunt in Curia; quia si examinarentur extra Curiam, notarius non faceret istam annotationem, sed procederetur, prout tradit idem Luc. Pæt. eod.lib.2.cap. 6.n.9. & iuxta ea, quæ nos scripsimus infra...

Contra istum stylum, secundum quem notarius annotat, quòd testes comparuerunt, & iurarunt; oppono, quòd est periculosus de falsitate, exquò testes possent tūc tēporis ita abesse, vt impossibile esset eos cōparuisse, & consequenter notarius posset inquiri de falso.

4 Huic oppositioni, seu periculo respōdeo, quòd testes ex antiquo stylo Curiæ Capitolinæ præsumūtur iurasse tēpore, quo eorū nomina edūtur, quo fit vt iuramentū, quod præstāt tempore examinis, referatur ad tēpus commissionis, & diei, in quem cecidit citatio ad videndum iurare testes, etiam si posset esse impossibile, quòd tunc iurauerint propter nimiam distantiam, vt tradit Luc. Pæt. in pract. capitol. lib.2.cap.5.n.5.

5 Nec obstat falsitas considerata.

Quia resp quòd stylus excusat, vt scribit Bal.in l.1. sub n.30. C. de confess. quem refert Brun.tract.de indit.n.24.& 28.& vtrumq; Clar. lib.5.recep.sent. q.64.

6 vers.debet quoquè. † & ratio optima per Bal.assignata loco citato, est, quia stylus est inductus bono zelo, & ideo falsitas non retinet naturam falsitatis, quia nō ha

7 bet annexum dolum & propositū nocendi; † & quòd consuetudo excuset à falsitate commissa, si sic erat consuetudo, benè explicant Host.Io.Andr.& Ant.de Butr. in cap.2.de fide instrum.quos refert, & sequitur Petr. Rauen.in tit.de consuetud. sect 4.nu.33. fol.386. inter tract.statut.diuers.scribunt enim Io.Andr. in d.cap.2. sub n 6.& alij citati, quòd Lugduni, Viēnæ, Ebreduni, Vapinci, & in multis alijs Ciuitatibus scribuntur nomine Prælatorum literæ de contractibus, & alijs, quę ipsi Prælati nunquam viderunt, vel audiuerunt, & sigillantur, siue bullantur sigillo, vel bulla ad hoc spetialiter deputatis; nec fingitur illud testimonium, seu sigillum esse sigillātis, sed Prælati, cuius nomine scribitur, quamuis absentis, ac si esset præsens, quod inquit in alio casu vix fieri posset sine vitio falsi, & ratio secundum eum est eadem, quam retuli ex Baldo, videlicet; quia isto casu nihil fit dolo, sine quo non committitur

8 crimen falsi. † hancquè consuetudinem sigillandi, & inscribendi diplomata Principis, seu alterius magni offitialis, inscijs ipso Principe, seu offitiali, nos videmus quotidie in Curia Romana, vbi; Pontifice inscio; sub nomine ipsius Pōtificis, & anulo piscatoris, quod est sigillum Ecclesiæ Romanæ, expediuntur commissiones Signaturæ iustitiæ in forma breuis per viā Datariæ, quando rescribitur ad iudices in partibus iuxta ea, quæ scripsi lib.præced.cap.64.sub n.20.versus finē. vers.quòd si.Similiter sub nomine ipsius Pōtificis, eiusdemq; gentilicio sigillo aliqui offitiales, inter quos est Dohanerius patrimonii, citāt, inhibent, & mandāt ea, quæ ad eorum offitium spectant: Similiter etiā sub nomine proprio Auditoris Cameræ, & sub sigillo solito offitij Auditoratus expediūtur extra Curiā citationes, alijque actus iurisdictionales per eius. Locatenentes, inscio vt plurimùm ipso Auditore Cameræ: & multa alia similia possem recensere, quæ omitto.

9 Confirmatur ista responsio, quòd stylus excuset à falsitate: primo, quia nos videmus, quòd quāuis reus, qui cōfessus sit in tortura, censeatur postea verisimiliter ratificare non spontè, sed metu tormentorum, vt scribit Mars. in pract.crim.§.expedita.num. 11.& 24.nihilominus si notarius, scribendo ratificationem, scripserit quòd spontè ad bancum iuris confessus est, excusatur propter stylum, vt scribunt Bal. Brun. & Clar. vbi supra.

10 Confirmatur secundo ex eo, quòd nos videmus, quòd notarius præsertim Rotæ in productione instrumenti per compulsum scribit ex se ipso, quòd N.principalis, seu eius procurator obtinuit compelli connotarium ad exhibendum illud instrumentum, & quòd ille cōnotarius promisit exhibere, & postea exhibuit, vt latius retuli infra c.11. num. 485. & tamen tota ista scriptura est falsa; & nihilominus notarius excusatur propter stylum, & consuetudinem, vt scribit Mandos. tract.de commiss.in commiss.20.compulsorialis fol. 116.

11 Cōfirmatur tertio, quia videmus, quòd licet Cursores, referentes executionem citationis, faciant solam subscriptionem in calce citationis, tamen notarij in eorum manualibus, & regestis extendunt, quòd Cursor retulit in iudicio coram Dom. Locumtenente, & ipso notario &c. & toleratur, quia ita se habet stylus.

12 Confirmatur quarto, quia stylus quoquè excusat iudices, vt in sententijs dicant: pro tribunali sedentes, quamuis nunquam, aut rarò sedeant pro tribunali, quando sententias proferunt.

Quoad citationem testium, omissam iuxta practicam Vrbis, respondeo citationem testium non esse necessariam iuxta ea, quæ dixi infra dub.6.n.645.& ideo illa praxis, quam retuli ex Maran. supra sub n. 1. est vtilis, sed non necessaria.

13 Contra eundem stylum Capitolinum in eo, quod notarius scribit iuramēta testium sub die commissionis examinis; & finguntur iurasse tempore, quo eduntur nomina eorum iuxta ea, quæ dixi supra nu. 3. & 4. oppono secundo, quia, attento isto stylo, non daretur casus aduersario, vt posset dicere, testes non iurasse infra terminum, & propterea non esse examinandos post terminum: & consequenter cessaret illa differentia inter testes iuratos infra terminum & non iuratos infra terminum, de qua scripsi supra cap.3.num. 209.& seqq.

Huic obiectioni resp. quod ista differentia non venit consideranda in foro Capitolino, & ideo cessat obiectio: quòd non veniat consideranda, patet ex eo, quia in illo foro dantur semper tres dilationes, quarum vltima datur ad probatum habendum per omne genus probationis, vt dixi supra d. cap. 3. num. 263. & ideo nihil refert, si non iurent in 1. vel in 2. dilatione, dummodo in 3. sint iurati & examinati. & nihil refert, si sint iurati in aliqua ex his tribus, si non sint etiam examinati in tertia: sicq; iste stylus scribendi, quòd iurarunt, nihil præiudicat.

Contra eundē stylum oppono 3.quia, attēto isto stylo, datur hoc aliud inconueniens, quòd si iuramenta deferantur testibus die dominico, seu alio festiuo, non potest examen eorum impugnari, exquò intelliguntur iurasse die commissionis examinis, vt dixi.

Huic oppositioni resp. quòd in Curia Capitolina non attenditur istud inconueniens, quia verum est, quòd ibi de stylo possunt validè deferri iuramenta testibus in diebus festiuis propter relatum stylum; vnde nota, quòd calore præfati styli possunt recipi iuramenta testium die festiuo contra dispositionem iuris humani, & diuini.

14 SECVNDVS casus est, quando citatus non est contumax, sed comparet.

In iſto ſecundo caſu diſtinguo: Aut iſte citatus nihil opponit,& procedunt eadem, quæ dixi in caſu præcedenti: Aut opponit,dicendo generalia cõtra articulos, ſaluis alijs ſuis loco,& tempore opponendis, & inſuper copiam eorum petit,tradendo arrham,& proteſtatur etiam contra perſonas teſtium,& dicenda per eos, & inſuper petit ſpecificari nomina, & cognomina teſtium, ſi non ſint ſpecificata ad effectum formandi interrogatoria iuxta ea,quæ dixi cap.præced.nu. 770. & nu. & tũc iudex admittet omnia ſi & in quantũ,& mandabit ſpecificari,ſi non ſint ſpecificata, & copiam decernet cum termino ad dandum interrogatoria, & committet in forma:&,ſi ſeruaremus ſtylum Capitolinum,notarius ſubinde adnotaret,quòd teſtes iurarunt, vt dixi ſupra num.3.& eſt aduertẽdum, quòd donec ſit tradita copia articulorum, vel aduerſarius ſit in mora eam recipiendi,non currit terminus ad dandum interrogatoria;imo non currit,donec ſint ſpecificata nomina & cognomina teſtium iuxta ea, quæ dixi lib. præced.dicto cap.100.ſub num.12.& faciunt, quæ dixi ſupra cap.3.limit.5.nu. 91. & ſeqq. ad eum. vnde placet mihi mos eorum,qui,ne differatur examen,quando reproducunt citationem ad dicendum contra articulos, relinquunt copiam eorum, ſpecificatis teſtium nominibus in manibus notarij, qui illã aduerſario cõſignet.

His omnibus peractis,ſi aduerſarius dederit interrogatoria,teſtes examinabuntur cum illis,ſin minus,examinabũtur ſine interrogatorijs, lapſo tamen prius ter-
15 mino dato ad dandum interrogatoria: † verum tamen eſt,quòd ſecundum ſtatuta Vrbis lib.1.cap.74.lapſo termino,& examine nõ dum finito, adhuc admitterentur interrogatoria quo ad teſtes non examinatos, ſed non quo ad examinatos, etiam ſi eos vellet ſuis expenſis repeti, vt dixi etiam infra nu.911.

DVBIVM I.

Cognitis ſummariè aliquibus,quæ ad productionis praxim pertinent; proponenda, ac diſſoluenda ſunt non nulla dubia.

16 Dubitatur primo; in quo tempore ſint producendi, & examinandi teſtes.

Reſp.intra dilationes aſſignatas ad probandum, vt dixi ſupra cap.3.nu.1.& ſeqq.& num.209.& ſeqq.in quibus locis egi ſufficienter etiam de numero dilationum aſſignandarum, & de iuramentis teſtium intra eas recipiendis, & de praxi, & ſtylo Curiarum, & propterea hic non repeto.

DVBIVM II.

17 An citatio ad videndum iuramenta teſtium ſit neceſſaria.

Reſp.prima facie videtur dicendum,quòd non, quia quando is,qui citaretur, non poſſet comparendo impedire,ne fieret ille actus, citatio nõ eſt neceſſaria Rom. conſ.212.quoad primum.num.2. Marſ. ſing. 30. tu ſcis regulam.Gabr.in concluſ.lib.2.tit. de citat. concluſ.1. limit.16.nu.348.& Aſin. qui plures cumulant in prax. §.7.c.5.limit.43.fol.74.Marcheſ. tract.de commiſ. par. 1.commiſſ.1.relaxat.iur.c.4.n.8.fol.35.in principio, & alij,quos allegaui c.præcedenti nu.61.& latè Tiraq.in commen.ad rub.res inter alios acta.C.limit.2. fol. mihi.107.col.2.& faciunt quæ dixi lib.præced. c.88.num.
18 20.† & ratio rationis eſt,quia qui poteſt, aliquo inuito,aliquid facere,multò fortius poteſt,eo ignorante.l. qui poteſt.ff.de reg.iur.& argumentando ſcribit Alex. conſ.130.difficultas.nu.1. lib.1. hancquè rationem adducit etiam Tiraq. vbi ſupra.

At is, contra quem producuntur teſtes, non poſſet contradicere, & impedire, ne eis iuramentum deferretur, quia iuramentum eſt neceſſarium, vt dicam infra n.430.442.& 445. igitur non eſt neceſſaria,& maximè in foro Capitolino,vbi notarius poteſt ex antiquo ſtylo notare in actis,quòd teſtes iurarunt, etiam ſi non iurauerint; quia iuramentum, quod poſtea præſtant in examine, refertur ad tempus citationis, vt dixi ſupra num. 4.

19 Contraria concluſio eſt vera, quòd citatio ſit neceſſaria l. ſi quando. & ibi clarè Bal. num. 4. C. de teſtib. cap. in nomine. & ibi. Abb. num. Felyn.nu 3.eod.tit. Spec.tit.de teſte.§.ſequitur num.4.in fine verſ.& nota.& §. nunc tractandum.in principio.Socc. tract.de citat.art.7.num. 11. Nell.à S. Gemin.tract. de teſtib. num. 43. fol. 81. Crot. par. 7. num. 23. fol. 217. Alber. de Malet. cap. 7. num. 1. fol. 173. Campeg.reg. 164. fol. 99. omnes in eod. tract. de teſtib. latè etiam Monticel. eod.tract. de teſtib. poſt terminatam materiam de teſtibus, in verbo. iuramenta & productio teſtium. fol. 256.Affl.deciſ. 28. ſub num.1. & deciſ. 39. num. 3.Caputaq.deciſ. 274.ſeu 11.num.3. par.3. Pariſ. conſ.83.num.13.lib.1.& cõſ.145.num.10.lib.4.Maran. in ſuo ſpec. par.6. actu.6.num.1.in fine.Veſtr. in pract. lib.6.cap.2.num. 15. Luc Pæt.in pract. capitol. lib. 2. cap.5. num.4.Addition. ad pract.Papien. in forma iuramenti teſtium. in gloſ. & falſitate.in verbo.præſente dicto ſimonio.fol. mihi 292. Maſcar. tract. de probat. q.5.num.36. lib. 1. & concl.682. nu. 1.lib. 2.& concl. 1366. num. 1. & ſeq. lib. Gabr. in concluſ lib. 2. tit. de citat. concluſ. 1.ampl. 21.num. 110. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 102. num. 1.& nos diximus lib. præced.cap. 86. ſub num. 54. & quòd ſit communis,* refert, & ſequitur Maſcar.loco ſupra proximè citato. & quòd hæc ſit regula, ſcribit Abb. d. cap. in nomine. num. 7.& Dec. num. 28. & quòd ſit regula trita, ſcribit Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. d. cap. 2. num. 28. & ſub iſta conditione loquuntur ſtatuta Vrbis lib.
20 1. cap. 71.† & in Regno Neap. extat ritus curiæ.147. item ſi rubrica. diſponens, quòd ſi rubrica teſtium non dicat. *teſtes iurati,parte præſente,vel abſente per contumaciam:* depoſitiones non valeant. & ibi Cauens.notat diſpoſitionem iuris communis. licet Carauit. loquendo ibidem de teſtibus examinatis ad defenſam inquiſiti, dicat, illum ritum non ſeruari.& quòd in foro Capitolino debeant iurare parte citata,diſponunt ſtat.Vrbis.d.lib.1.cap.71.

21 Ratio quare requiratur citatio ad videndum iuramenta teſtium eſt duplex.

Prima,vt videat an teſtes, qui iurant, ſint illi, quorum nomina ſunt edita in copia articulorum, ne alij falsò ſupponantur;quia poſſet eſſe, quòd darentur nomina eorum, qui nullam patiuntur exceptionem, & poſtea ſupponerentur viliſſimæ perſonæ, quæ haberent mille exceptiones.

22 Secunda ratio eſt, vt videat cuius phyſonomiæ, & conditionis appareant,ſi ſint teſtes ignoti, ad effectum vt poſſit facere eos interrogari de eorum patria, & de alijs facientibus ad detegendam eorum vilitatem, & aliam ſimilẽ maculam,quam pars,contra quam producuntur, concipiet de eis ex eorum indumentis,& effigie: pars enim, videndo teſtes ignotos, ſciet ſuper quibus interrogatorijs debebit inſiſtere.

23 EXTENDE iſtam concluſionem, & regulam de citanda parte,vt,ſi fuerit omiſſa citatio;examen ſit nullum,vt ſcribunt Alber. de Malet. Monticel. Affl. Pariſ. Maran. Luc. Pæt. Addition. ad pract. Papien. Gail. & Grauat.in locis ſupra proximè citatis:& eſt nullum ipſo iure.vt ſcribit Nell.à S.Gem. vbi ſupra.

24 DECLARA eandem ſententiam ad vſum praxis, quòd iſta citatio ad videndum iuramenta teſtium continetur in ea, quæ ſit ad videndum productionem articulorum ſecundum ſtylum noſtrum, cuius citationis formulam habes ſupra cap.præced.num.82.

Quæ alia requirantur in examine teſtium vltra citationem.

25 Vltra citationem pro validitate examinis requiruntur infraſcripta.

PRIMO requiritur, quòd teſtes iurent intra terminum,vt dixi ſupra cap.3.q.9.num.182.& ſeqq.ad eũ

26 † & ea die & hora, pro quibus pars fuit citata ad videndum eos iurare, & nō sufficeret, quòd iurarent postea, Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 16. & Caputaq. decis. 285. seu 22. testis iuratus. par. 3.

27 CAVTELA I. pro his, qui non possunt, vel non sperant ducere testes ea hora, pro qua est citatus aduersarius, quia difficile est habere testes ita in promptu ad omne suum commodum; est, vt compareat ea hora, &, si comparuerit etiam aduersarius, petat, parte præsente, diffundi citationem in diem sequentem, vt refert Vestr. vbi supra. Cur. Delph. non eget hac cautela, vide infra num. 33.

28 CAVTELA II. est, vt is, cui præfigitur terminus ad probandum, faciat tunc temporis moneri partem ad assistendum singulis diebus, & horis ad videndum iurare testes, maximè si pars, contra quam produci debent, habitaret in loco longinguo, Bal. in l. si quando. num. 4. in fine. C. de testib. Fely. in cap. in nomine. fallen. 3. nu. 30. de testib. Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 7. sub num. 33. fol. 174. & Campeg. eod. tract. reg. 164. fallen. 5. fol. 99. & quòd ita communiter practicetur, scribit Alber. de Malet. vbi supra. & quòd praxis aduocatorum citet partem, vt assistat ad videndum iurare testes singulis diebus, & horis, scribit Caputaq. decis. 108. num. 2. par. 1.

29 Contra istam secundam cautelam facit; quia citatio ad videndum induci, & iurare testes infra sex dies proximos, vti nimis vaga non valet, & citatus non tenetur comparere, nisi vltima die termini, teste eodem Caputaq. d. decis. 108. num. 1. & quòd talis citatio pro singulis diebus, & horis non valeat, dixit Rot. de qua Put. decis. 258. die 6. februarij in fine. nu. 5. lib. 1. & decisi 152. coram domino. lib. 2. Mohed. decis. 4. alias. 170 num. 2. in fine. & num. 3. de testib. & potes addere quos citat Cæs. de Graff. decis. 9. alias 102. nullitates. num. 6. de sent. & re iudic. fol. 146.

30 RESTRINGE ergo dictam cautelam, vt talis citatio pro singulis diebus, & horis sustineatur saltem per duos dies, Rot. diuers. decis. 311. num. 3. par. 1. imò in examine testium potest sustineri vsquè ad septem dies Cæs. de Graff. d. decis. 9. alias 102. sub num. 6. & quòd citatio ad sententiam ad primam diem, & sequētes remaneat valida quoad primam diem, sentit Put. d. decis. 152.

31 RESTRINGEREM II. vt talis citatio non admitteretur, saltem parte reclamante & opponente de nullitate generalitate.

RESTRINGE III. vt istæ cautelæ non sint necessariæ in foro Capitolino, exquò ibi præsumitur, quòd testis iuret in die termini citationis, & decreti, vt dixi supra num. 3. & 4.

32 INFERO ex isto primo requisito, quòd si pars fuerit citata ad videndum iurare testes pro die non iuridica, non poterunt iurare die iuridica immediatè sequenti in absentia partis, nisi fuisset facta prorogatio illius diei, partibus præsentibus, exquò citatio iam esset circunducta Rot. decis. 15. aliàs. 172. de testib. in nob. & Fely. in cap. in nomine. vers. vltimo scias. num. 37. de testib.

33 Contra istam illationem seruatur de stylo in Curia Delphin. quia testes possent iurare in diem sequentem non feriatam, & in absentiam partis, maximè quando pars esset citata pro certa die, & alijs diebus sequentibus non feriatis, vt scribit Guid. Pap. decis. 125. versus finem. & decis. 542. quem refert, & sequitur Addition. ad pract. Papien. in forma iuramenti testium. in glo. & falsitate. fol. mihi. 292.

34 SECVNDO requiritur, quòd iurent in loco solito, si examinentur coram ordinario, vel in loco, ad quem pars fuit citata; alias si examinarentur extra illum locum, & pars non fuerit præsens, examen redderetur nullum Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 15. & 16. Caputaqu. decis. 247. seu 11. & decis. 266. num. 1. par. 3. & Additio vlt. ad pract. Papien. loco supra proximè citato.

Ratio huius requisiti est; quia sicut redditur nullum examen, quando testes examinantur extra diem, & horam citationis, vt dixi supra num. 26. ita etiam quando examinantur extra locum: quia militat eadem ratio, & ideo valet argumentum à tempore ad locum Euer. in centur. à tempore ad locum.

EXTENDE istud secundum requisitum, vt si notario fuerit commissum, quòd examinet testes in tali loco, tunc notarius debet in examine exprimere, testes fuisse examinatos in illo loco, nominando eum, aliàs examen non valeret, quia non præsumitur Put. decis. 262. senatus. lib. 1. licet in libro meo legatur corruptè.

RESTRINGE idem secundum requisitum, vt non sit necessarium in Curia Capitolina, quia habent stylum, vt notarius, facto decreto de examinandis testibus, notet in actis, quòd testes comparuerunt & iurarunt, vt dixi supra num. 3. & 4. & consequenter ista annotatio correspectiuatur ad locum tribunalis, in quo interponitur decretum de examinandis testibus.

35 TERTIO requiritur, saltem ad euitandam difficultatem, quòd notarius dicat dispositiuè, quòd testis iurauit tactis &c. vt dixi infra in 6. difficultate n. 618.

36 QVARTO requiritur, vt iuramenta testium, & examen recipiantur per iudicem argumento l. 3. §. ideoquè diuus. ff. de testib. nam, cum in potestate iudicis positum sit sequi, vel non sequi dicta testium, vt ex Paul. de Castr. retuli, & sequutus sum infra. cap. seq. dub. 11. nu. 530. multi refert, vt iudex ipse videat testes iurantes; quia ex eorum vultu, & physonomia, ex habitu, & indumentis, ex gestibus, & ex reuerentia, seu non reuerentia in susceptione iuramenti poterit animo suo concipere, an sit eis credendum, vel non, sicut considerat Alex. Sciat. in pract. cap. 16. nu. 102.

37 Nec sunt recipienda per notarium, tùm quia eius officium consistit solum in scribendo Glos. secundum vnam expositionem in l. solam. C. de testib. Spec. tit. de teste. §. nunc tractandum. sub num. 2. Fely. in cap. cum causam. num. 26. de testib. Crot. tract. de testib. par. 7. num. 36. & ibi latius Additionator num. 184. & seq. Caputaq. decis. 266. par. 3. Alex. Sciat. in pract. cap. 16. num. 4. & seqq. & num. 11. & Grauat. in annot. ad prac.

38 Vestr. lib 6. cap. 2. num. 45. & seq. † tùm quia notarius non potest exercere iurisdictionem contentiosam, hocquè in tantum est verum, vt nec de partium consensu possit recipere iuramenta testium iuxta ea, quæ declarando refert, & sequitur Moncad. in addit. ad Crot. tract. de testib. par. 7. num. 185. & 186. & faciunt

39 quæ scripsi infra cap. seq. num. 676. & 678. † &, quòd recipere iuramenta testium sit actus iurisdictionis, tenuit Rota, vt scribit Caputaqu. decis. 167. compulsorialis iudex. num. 3. par. 1. tùm etiam quia, cum in probationibus sit tota vis causæ, iudex deberet committere potius alia, quàm examinationem testium, & maximè quando iudex exigit sportulas: quia si sentit commodum debet sentire incommodum. l. secundum naturam. ff. de regul. prout considerauit Io. And. in addit. ad Glo. in verbo. interrogatoria. in fine. cap. 2. de testib. in 6. dicens, quòd iudex deberet saltem committere personis discretis, & honestis.

40 RESTRINGE hoc requisitum, vt non habeat locum vbi stylus esset, quòd iuramēta testium, & examen reciperentur per notarium; quia possent iurare in manibus notarij, & ab eo examinari, prout stylum hunc video seruari passim; & quòd seruetur etiam Bononiæ, scribit Alex. Sciat. in pract. cap. 16. sub num. 9. & 10. & iste stylus est fundatus in eo, quòd iudices solent indistinctè committere notarijs receptionem, & examen testium, vt dixi seq. restrictione.

41 RESTRINGE II. vt non habeat locum quando notarius defert iuramenta, & examinat de commissione iudicis; quia isto casu testes dicerentur legitimè examinati.

42 Ratio huius restrictionis est; quia iudex potest in causa ciuili committere notario examinationem testium, vt scribunt Bal. in auth. hoc inter liberos. §. fin. sub n. 1. & ibi And. Barb. in addit. C. de testa. & quemad. testam. ordinen. idem Bal. in l. iudices. num. ibi. quæro nunquid. C. de fid. instrum, vbi, reiecta opinione Innocentij, tenet posse per iudicem committi tàm illi, qui est in aliquo magistratu, quàm simplici tabellioni. Abb. in cap. cum causam. num. 22. in fine. de testib. & in prax. cap. 85. num. 4. & Felyn. eod. cap. cum

eum causam.num.28.& 30.Vestr. in pract. lib. 6. cap.
2. num. 12. Luc. Pæt. in pract.capitol. lib.2.cap.5.{nu.
5. & probatur ex textu in clem. vnica. de offic. & po-
test. iudic. deleg.& ita pro regula ponit Campeg.trac.
de testib.reg.286.fol. 110.& est sententia communis,
✻ * de qua testatur Menoch. tract. de recuper. poss. re-
med.15.num.350.& est recepta à generali consuetudi-
ne, & stylo,sicut scribunt Bal. in d. l.iudices.num. 1.in
fine & Saly. in auth. apud eloquentissimum. C. de fid.
instr.quem refert & sequitur Fely d.cap.cum causam.
num. 28 & ex Fely.Vestr.loco supra proximè citato.&
Alex.Sciat.in pract.cap.16. nu.19.& quòd testes secun-
dum hunc stylum recepti in Hispanijs dicantur legiti-
mè examinati,scribit Caputaq.decis.265. seu 2. par. 3.
& quòd Auditores in Curia committãt examen nota-
rio,scribit Spec.tit.de teste.§.nunc tractandum.sub nu.
2. & quòd iste sit stylus omnium tribunalium Vrbis,sa
tis innotescit ex citationis formula, quam retuli supra
43 cap.præced.q.5.nu.82.† & quòd notarius sit habilis &
capax de iure ciuili ad recipiendum testes etiam sine
consensu partium; imò, ipsis partibus dissentientibus,
& hoc ex causa, scribit Mohed. decis.4.alias 170.nu.1.
de testib.præsupposita tamen commissione iudicis, vt
in casu dictæ decisionis.
44 RETENTA ista II. restrictione,quæ est vera,vt fir-
mabimus infra nu.50.

AMPLIA eam vt procedat sine illa disputatione,an
ex iusta causa committatur notario:quia semper præsu
mitur iusta, videlicet propter multitudinem negotio-
rum, vel quid aliud vt scribunt Saly. vbi supra Fely. in
d.cap. cum causam.sub num.30.de testib. & Mohed. d.
decis. 4. num. 4. in fine. de testib.

AMPLIA II. vt procedat etiam in causis fœudali-
bus vertentibus in magna curia Vicariæ Neapolitanæ:
quia licet constit.Neap.in pecuniarijs.prohibeat dele-
gari examen testium in causis fœudalibus,tamen pro-
hibitio non habet locum,quando iudices magnæ curiæ
Vicariæ committerent receptionem iuramenti alicui
magistro actorum dictæ curiæ: quia tunc diceretur fie-
ri receptio in magna curia Vicariæ, vt scribit Affl.in d.
constitut.in pecuniarijs.q.2.sub nu.9 lib.2.

45 Contra istam restrictionem sic ampliatam: quòd iu-
dex non possit committere notario examen testium:
videntur tenuisse Spec. d. tit.de teste. §.nunc tractan-
dum.sub num.2.vbi,loquendo de iure,scribit, iudicem
non debere committere notario, vt recipiat dicta te-
stium. Bar. in d. auth. apud eloquentissimum.C.de fid.
instrum. dicens receptionem testium non esse com-
mittendam non habenti iurisdictionem,nisi de volun-
tate partium.& Alex. cons 104. circa primum num. 5.
lib.5. dicens non posse per iudicem committi notario
examinationem testium, nisi de voluntate partium.
46 Confirmatur hæc sententia triplici argumento.

Primo,quia est speciale, vt notarius possit recipere
iuramentum testis,qui esset episcopus,& regula est in
contrarium,vt scribit Bal.in l.nec honore.nu.2. in fine.
C.de episc.& cler.

47 Secundo; quia examinatio testium debet committi
habẽti merum,& mixtum imperium, seu saltem iuris-
dictionem,vt scribunt Gl.1.in d.auth.apud eloquẽtissi-
mum.& ibidem Bar.in vtraque lectura. C. de fid.instr.
Bal.& Fely.in cap.1.sub num.10. de testib. cogen.Boss.
tract.crim.tit.de opposit.cont.test.sub num.26.ibi. non
48 fit tamen.Seuerol.tract.de remiss.cap.20.sub nu. 11. &
est communis.† & quòd non possit committi priuato,
scribit Alex.cons. 213.viso & opportunè.nu. 5. lib. 2.
quem refert & sequitur Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2.
cap.6.num.5.

49 Tertio,quia in priuilegium personarum egregiarum
conceditur,vt iudex mittat notarium ad earum domũ
ad eas examinandas.l.ad personas egregias.ff.de iure-
iur.& dixi infra dub.17.num.719. ergo regula est in
contrarium quoad alias personas.

50 RETENTA priori communi sententia; quòd iu-
dex possit committere.

Pro resolutione contrarietatis,declaratione,& cla-
riori intelligentia considera tres casus.

Primus est; quando examinatio committitur in cu-
ria iudicis committentis.

Secundus est; quando committitur extra curiam,
sed intra iurisdictionem committentis.

Tertius est; quando committitur extra iurisdictio-
nem ipsius committentis.

CAPIO primum,quando committitur in curiam et
committentis: Et concludo posse committi notario,
& ita procedant restrictio & auctoritas adductæ in
eius ratione nu.41.& 42.

51 Ratio illius rationis adductæ d.num. 42. est: quia
non intelligitur commissa cognitio super examine fa-
ciendo,videlicet super admissione articulorum & in-
terrogatoriorum, illorumquè reiectione,aut super ali-
quo alio emergenti: minusquè censetur ei delegata
iurisdictio ad cogendum testes,cum tota cognitio illo-
rum, & iurisdictio remaneat apud iudicem commit-
tentem, & notario censetur commissum solum mi-
nisterium interrogandi,legendo articulos, & interro-
gatoria, & scribendi responsiones; quæ delegatio po-
test fieri, vt ex Innoc. Abb. & Seuer. retuli, & se-
quutus sum infra cap.seq.num.683. & 687. & ita aper-
te videtur sentire Rot. decis.3. alias.73. de testib. in
nou.dum distinguendo scribit, receptionem testium
esse iurisdictionis, & examinationem esse facti: quæ
examinatio,inquit, potest committi notario: sic quo-
què videtur sentire Rot. diuers. decis. 630.num. 1.& 2.
par. 1.

52 Cæterum,si iudex vellet committere notario cogni-
tionem super admissione, & reiectione articulorum
& interrogatoriorum, crederem quòd non posset:
hancquè distinctionem aduerterunt etiam Fely.in cap.
cum causam. sub num. 30. de testib. & Campeg.tract.
de testib.reg.286.fallen.8.sed melius eo Fely. & est de
mente Rotæ diuers. d. decis. 630.num.1 & 2.par.1.&
ita teneas quicquid in contrarium videatur sentire,
& testari de communi Abb.in cap.cum bertholdus.sub
num. 26. de sent. & re iud.dicens contra Innoc. quòd
ex communi Doctorum sententia iudex in causa
ciuili potest committere notario testium examinatio-
nem,alias receptionem.& cõmittendo crederẽ, quòd
pars posset appellare: & ita procedat sententia Spec.
& Alex. dum scribunt, iudicem non posse commit-
tere notario,vt recipiat examinationem testium.

53 CAPIO secundum:quando committitur extra cu-
riam, sed intra iurisdictionem: Et concludo idem:po-
test enim iudex committere notario,seu alteri priuato
examen testium super articulis,& interrogatorijs iam
discussis: quia erit commissa nuda examinatio: quòd
si commissio fieret in persona alicuius Doctoris, di-
co,quòd posset ei committi etiam cognitio super ad-
missione & non admissione articulorum, & interro-
gatoriorum.

54 Nequè obstat, quòd Glos.Bar. Alex. & alij,quos ci-
taui supra nu. 47.dixerint,non posse committi priuato,
sed solum habenti iurisdictionem.

Quia resp. eorum dictum esse verum, quando com-
missio fieret extra iurisdictionem, secus intra iurisdi-
ctionem: & ratio est, quia quando fit extra iurisdi-
ctionem; si testes nollent accedere ad se examinan-
dum, commissarius non posset eos cogere, & ideo
debet fieri commissio habenti iurisdictionem, & non
priuato: sed ista ratio cessat, quando commissio fit
intra iurisdictionem: quia commissarius cogeret,cum
habeat iurisdictionem à committente.

55 DECLARA conclusionem huius secundi ca-
sus; vt si iudex committens sit persona ecclesiastica,
debeat committere examinationem testium personis
ecclesiasticis iuxta textum in cap.statutum.de rescrip.
in 6. & quæ declarando scripsi infra q.2. num. 838. &
cap.11.q.6.num. 856.

56 CAPIO tertium; quando committitur extra
iurisdictionem: Et concludo,quòd examen debet com
mitti habenti iurisdictionem per rationem,quam addu
xi supra num.54. vers.quia.& ita procedat quod scri-
bunt Gl.Bar. & alij citati supra n. 47. dum aiunt,quòd
debet committi habenti iurisdictionem. & repete hic
præcedentem declarationem.

Soluo ea,quæ sunt adducta supra nu. 45. & seqq. ad
eum pro contraria sententia.

Ad Spec. Bar. & alios, qui scribunt, posse com-

mitti solum habenti iurisdictionem patet responsio ex prædictis in num.53.54.& 56.

Ad primum argumentum pro confirmatione resp. specialitatem consistere in eo, quòd in alijs personis iudex non cogeretur ex necessitate mittere notarium: quia possent cogi ad veniendum in iudicium.

Ad secundum resp. quòd est verum, quando ageretur de committenda cognitione super admissione, & non admissione articulorum, sicut declaraui supra num.52. vers.cæterum.

Ad tertium resp. vt dixi supra in responsione ad primum.

57 SUBRESTRINGE seu declara istam secundam restrictionem, de qua supra num. 41. vt habeat locum in iudice ordinario, secus in delegato, de quo an possit subdelegare examen testium, vide quæ scripsi infra cap.seq. num.672.& seqq.ad eum.

58 SUBRESTRINGE II. vt habeat locum in causis ciuilibus, secus in causis criminalibus, de quibus vide, quæ scripsi infra cap.seq.q.2. nu.605. & seqq. ad eum.

59 ADVERTE circa commissionem, quæ fieret in personam notarij ad examinandos testes, quòd debet apparere de commissione per rogitum alterius notarij, quia ei, cui committitur non creditur Bal.in l. iudices.num.2. C. de fid.instr.in l.iurisiurandi.sub num.5. vers.quæro vni.C. de testib. & in l. ad personas egregias.ff.de iureiur.Dec.in cap.quoniam contra.num.49. de probat.Campeg.tract.de testib.reg.286. fall. 4. fol. 110. Affl. in constitut.in pecuniarijs.num.4. lib.2. Luc. Pæt.in pract.capitol. lib.1.cap.3.sub num.7.vers.ad horum.in fine.Alex.Stiat.in pract.cap. 16.nu. 21. loquens remissiuè ad Lamberthengum. & Grauat. in annotat. ad pract.Vestr.lib.6. cap.2. num. 48. & quòd ita fuerit resolutum in Cons.Neap.scribit Affl. decis.317.sub nu. 2. & quòd hæc sit magis communis * opinio, à qua non sit recedendum, scribit Alex.cons.213.viso & opportunè. num.6. lib. 2. & cons.104. circa primum. sub num.6.lib. 5.quam referunt, & sequuntur Dec. d. cap. quoniam contra.sub num.198.de probat.& Becc.cons. 91.illud.num.8. lib.1.& quòd hoc sit sanum consilium, refert & sequitur ex Host. Abb. in pract. cap. 85. num. 5.

60 Contrarium seruatur in praxi: nam de stylo Rotæ creditur notario, attestanti de sui ipsius deputatione, quamuis de iure sit contrarium Caputaq. decis. 245. seu 3.& decis.266.par.2.

61 CIRCUNDUCTO isto stylo.

RESTRINGE istam aduertentiam, vt si non appareret de commissione per rogitum alterius notarij, tamen crederetur iudici, attestanti se commisisse, vt ex Bal.refert & sequitur Affl.in d.constitut.in pecuniarijs.num.4.in fine.lib.2.

62 EXTENDE istam aduertentiam, de qua supra num. 59 & omnia dicta circa eam; vt habeant locum etiam in electione notarij ad totam causam: quia licet de iure de eius deputatione, & electione deberet apparere per rogitum alterius notarij secundum magis communem * opin.quam refert & sequitur Stiat. in pract. cap.1. num.4. tamen de stylo creditur ipsimet notario, vel, circumducto stylo, crederetur iudici.

Ampliationes conclusiones dubij.2.

63 Conclusio, firmata supra num.19.quòd citatio partis cum præfatis requisitis sit necessaria ad videndum iurare testes: ampliatur multipliciter.

AMPLIA I. vt habeat locum etiam si testes examinentur ad probandum inditium contra reum ad torturam; quia, reo non citato, non faciunt inditium iuxta ea, quæ scripsi cap.seq num.9.& seqq.ad eum.

64 AMPLIA II. vt habeat locum etiam si causa agatur summariè, seu, omissa solemnitate iuris: quia citatio adhuc est necessaria ad videndum iurare testes, Bar.in l. filiusfamilias. num.4. in fine. ff. de donat. quem referunt & sequuntur Franc.de Aret.in cap.in nomine. num.9. in vltimis verbis.& num.10.& Felyn. num.4.de testib.Crott.tract.de testib.par.7. num.27.fol. 217.& Mascar.tract.de probat.q.5.nu.38. lib.1. concl. 682. num.9.lib.2.& conclus.1366. ampl.2. num.4. lib. 3. & quòd ita teneant communiter * Doctores, refert & sequitur Gabr.in conclus.lib.2. tit.de citat. conclus. 1. num. 42.

65 AMPLIA III. vt habeat locum etiam si causa agatur coram principe.Gramm. decis. 103. num. 233. & Grauat.in annot.ad pract.Vestr.lib.6.cap.2. sub nu. 28.licet Mars.& Affl.quos citat, id non dicant in libro meo:& comprobatur ista ampliatio ex his, quæ scripsi lib.præcedenti.cap.88.num. 2.

66 AMPLIA IIII. etiam si procederetur per viam inquisitionis, vt dixi cap. seq. num. 4.

67 AMPLIA V. vt si remissoria ad examinandum fuerit decreta, parte non citata, testes dicantur nulliter recepti, Caputaq.decis.272.seu 9.par.3.

Et hæc sufficiant circa necessitatem citationis ad videndum iurare testes: si vis videre eiusdem necessitatem in alijs actibus, in quibus scilicet requiratur, vide Gabr.in conclus.lib.2.tit.de citat.concl.1. à num.2.vsque ad num. 302. vbi, agendo de necessitate citationis in quolibet actu, colligit per ampliationes. 111. casus in quibus ait requiri citationem, quos omnes non approbo.& ante eum Mar.Socc.tract.de citat.art.7. à nu. 4.vsque ad num.66.vbi ponit 47.ampliationes, quas latè examinat, & non omnes firmat.

Limitationes conclusionis dubij.2.

68 LIMITA I. nunc eandem conclusionem, vt non procedat quoad validitatem sententiæ, quia licet testes in processu sint examinati, parte non citata, tamen sententia non propterea esset nulla, sed solum remaneret iniusta: quia possunt hæc simul stare; quòd testes sint nulliter recepti propter omissam partis citationem, & sententia non sit nulla, & ita fuisse resolutum in Cons.Neap.scribit Affl.decis.28.num.2. & in Rota Rom.Mohed.decis.6.alias.290. de testib. & ratio est: quia probationes non sunt de substantia sententiæ, seu iudicij iuxta ea, quæ scripsi lib.præced. cap.97. sub num.198.vers. contraria sententia.

69 DECLARAREM istam limitationem, vt sit vera, quando iudex non se refert expresè ad acta, seu probationes in actis, secus si se referat expresè ad acta, & probationes in actis: quia tunc appareret error sententiæ, & ideo diceretur nulla secundum ea, quæ scribunt Mohed.d.decis.6.num.3.& Affl.decis. 47. fuerunt.num.2.in fine.& num. 3. vbi testatur hanc esse communem * opinionem.

70 LIMITA II. vt non habeat locum, quando testes assumuntur, seu examinantur ad solam instructionem iudicis: quia possunt examinari, parte non citata, vt referunt & sequuntur Mars.in l. de vnoquoquè. sub num.82.ff.de re iud. Gabr.in conclus.lib.2.tit. de citat. conclus. 1. limit.14.num.344. Asin. in prax. §. 7. cap.5.limit.94. num.2. & 3.fol.84.& Mascar. tract. de probat.q.5.num.39.vers.sed intellige.lib.1. & dixi lib. præced.cap.88.num. 29.

71 EXEMPLIFICA I. istam limitationem in informatione, quam iudex assumeret de absentia rei, quia examinaret testes, non citato actore, Felyn. in cap.in nomine. limit. 7. sub num.13. de testib. Mars.in d.l.de vnoquoque.num.89.ff.de re iud. Asin. d. cap. 5. limit.17.fol.72. Vestr. in prax. lib.6. cap.2. sub num. 1. & Grauat.in annot.ad eum. num. 30. ibi. quarto cum. & Mascar. tract. de probat. conclus. 682. limit.7. num. 28.lib.2. & quòd ita sit practica in Vrbe, scribit Vestr. vbi supra.

72 EXEMPLIFICA II. quando iudex vellet se informare de aliqua persona, an esset habilis ad dignitatem, quia posset se informare à testibus sine citatione illius personæ, vt scribunt Ant. de Butr. in dicto cap. in nomine. vers. oppono, quod. num. 13.in fine.Abb.num.7.in fine.& Dec.fallen.2. num.45. de te-

de testib.Socc.reg.406.fallen.2. Campeg. tract. de testib. reg. 164. fallen. 16. fol. 99. & sentiunt Rom. sing. 364.fuit vnus ex vobis.fallen. 4. Crot. eod. tract. par. 7. fallen. 8. num. 31. fol. 217. & Asin. in prax. §.7.cap.5.limit.24.fol.72.dum scribũt, quòd executor, seu cognitor,datus ad cognoscendum, an quis sit idoneus ad beneficium, potest recipere testes,illo non citato.addo etiam pro ista exemplificatione Tiraqu.in comment.ad rub.res inter alios acta.limit. 4. fol. mihi 109.col.1.dum scribit eum,cui committitur examinatio,an quis sit idoneus, siue dignus, posse procedere sine citatione.

73 Contra istam exemplificationem tenent simpliciter Franc. de Aret.d.cap.in nomine.sub num.9.vers.secundo fallit.& Fely.qui eum citat & sequitur. limit.2. nu. 8.de testib.contra eandem tenent, sed cum distinctione Abb.Dec. & Campeg. in locis supra proximè citatis.& Mascar.d. conclus.682.num. 18. lib.2. licet alleget Felyn.qui tamen Fely.loquitur sine distinctione.

74 RETENTA exemplificatione.

RESTRINGE eam secundum Abb.Dec.& Campeg.vbi supra,& Gabr.in conclus.lib.2.tit.de citat.conclus. 1. num. 312. vt procedat solum quando cognitor se informat extraiudicialiter, secus quando se informat

75 iudicialiter, quia tunc debet citari: † sed quando debeat se informare extraiudicialiter,& quando iudicialiter non explicant;sed tu vide ad hoc quæ scribunt Gabr.d.tit.de citat.concl. 1.vers.quarto limita.nu.309. & 310.& Asin.in prax.§.7.cap.5.limit.7. nu.1. & seqq. fol. 69.

76 RETENTA contraria opin.quam tenent Aret.& Fely. vbi supra.

DECLARA eam,vt licet sit necessaria citatio illius,de quo sumitur informatio, tamen talis informatio potest sumi à testibus non iuratis.

77 Ego non recederem ab exemplificatione:tu sequere quam uis.

78 EXEMPLIFICA III. quando iudex se informaret de fama, quia tunc iudex potest se informare sine ordine iudiciario,& sine testibus,vt scribit Innoc.in c. cum in tua.in fine.de spons.& matrim.quem referunt,& sequuntur Bal. in l. qui testamento. §. per contrarium.ff. de testam.Crot.tract.de testib.par.7.fallen.9. num. 32. fol.217. Mars.in l.de vnoquoque.cas.14.nu.78.& 82.ff. de re iud.& Asin.in prax.§.7.cap.5.limit.16, nu. 1. fol. 71.addo Mascar.in tract.de probat.concl.682.num.15. lib.2.qui citat eundem Innoc.sed in alijs locis.& licet Innoc.loquatur in fama, & non apertè de citatione;tamen Crot.Mars.Asin.& Mascar. loquuntur etiam in notorio,& apertè, quòd potest omitti citatio.

79 DECLARA istam exemplificationem in notorio secundum ea,quæ latè scripsi cap seq.limit. 3. num.23. & seqq. ad eum.

80 EXTENDE istam limitationem,vt habeat locum etiam in instrumento, quod produceretur ad informationem iudicis:quia in eius productione non requireretur citatio partis secundum Bal.in l.si qua per calumniam.vers.sed pone.sub num. 2. C. de episc.& cleric. quem referunt & sequuntur Maran.in suo spec. par.6. memb.1.limit.13.num.20.& Gabr.in conclus.lib.2. tit. de citat.concl.1.limit.46 num.398.

81 EXEMPLIFICA cum eisdem Bal. Maran. & Gabr. quando clericus captus à iudice laico vult ipsi iudici ostendere instrumentum sui clericatus ad effectum, vt ipsum dimittat,alias incidat in excommunicationem.

82 LIMITA III. vt non habeat locum,quando testes examinantur in inquisitione generali iuxta ea, quæ latè scripsi cap.seq.num. 18.& seqq.

83 LIMITA IIII. vt non habeat locum in singulis casibus, in quibus periculum esset in mora; quia tunc possent examinari testes, parte non citata, vt scribunt Socc.reg.406.num. 6. & cons. 262. in causa magnifici. sub num. 10.& 11.lib.2. Ias.in l. admonendi. sub num. 189. ff. de iureiur. in secunda repetitione. Crot. tract. de testib.par.7.fallen.6.num.29.fol.217.Campeg. eod. tract.reg.165.fallen.6.fol.99. Maran.in suo spec.par.6. memb.1.limit.22.num.29.Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. sub num.3.Alex.Stiat.in pract.cap.16.num.86.Gail. in pract.obseru.lib.1.obseru.93. num.4. Mascar. tract. de probat.conclus.682.limit.17.num.41.lib.2. & conclus. 1366.limit. 3. num. 10. lib. 3. & seruatur in Curia Rom. vt scribit Vestr. in loco supra citato, quem corruptè allegat Io.Mar.Monticel.tract.de testib.rub. absuturorum testium productio. fol.252.col.3.in principio.

84 † & quòd quilibet actus possit expediri,parte non citata, quando periculum est in mora, refert ex pluribus & sequitur Gabr. in conclus. lib. 2. tit. de citat. conclus. 1. num. 302. & hæc limitatio est sine controuersia.

85 Ratio huius limitationis est: quia vbi periculum est in mora recedimus à regulis iuris communis, vt ex Mars.in pract.crim.§.constante. num. 7. & seqq. & Gail.in pract.obseru.lib.1. obseru. 13. num. 4. obseru. 16.num.9.& obseru.102.num.5.& 6.retuli & sequutus sum lib.præced.cap. 37.num. 7.

Corroboratur ista limitatio ex his de quibus infra num.125.126.& seqq.ad eum.

86 EXEMPLIFICA I. istam limitationem in testibus, examinandis contra debitorem super suspitione eius fugæ:quia examinantur, ipso debitore non citato, & probata suspitione deueniretur ad capturam; vt scribunt Socc.d.reg.406.nu.6.& Campeg. d.reg.165.fallen.6.Felyn.in cap. quoniam frequenter. sub num.7.vers.confirmatur.vt lit.non contest. & in cap.in nomine.limit.6.sub num.13 ibi. pro quo adde. de testib.Capel.Tholos. in addit. decis. 47. an in receptione.num.2.Mascar.tract.de probat.conclus. 682. limit.6. sub num.25.& 26.lib.2.& Gabr. qui plures cumulat in conclus.lib.2.tit. de citat. conclus. 1. limit. 2. ✠ num.304.& est communis * sententia, & sine controuersia. Et quando aliter diceremus, esset instruere reum ad fugam, sicut ioco fertur de quodam iudice, quem aiunt in mandato suspitionis fugæ apposuisse (ostendatur per duos dies ante) quod si verum esset, credendum est,iudicem non aduertisse,quòd erat mandatum suspitionis fugæ.

87 EXEMPLIFICA II. quando testis,quem volo facere examinari,est in discrimine vitæ,seu periculo mortis,& is,contra quem volo facere testem examinari, est absens ita,quòd ei denuntiari non potest, nec potest expectari eius redditus sine periculo, quòd interim moriatur testis;quia tunc potest examinari,parte non citata,secundum ea, quæ scribit Innoc. in cap. significauit. in fine . de testib. dicens, quòd si non possunt expectari sine periculo debent recipi etiam partibus absentibus. & in cap.albericus.sub num.1. eod. tit.dicens,quòd si timetur de festinata morte, vel recessu testium, non expectatis his quos res tangit, si essent absentes, valet eorum testimonium, & ex Innoc. referunt & sequuntur Ias. in l. admonendi. sub num. 189. circa secundam conclusionem.ff.de iureiur.in secunda repetit.& Addition. ad Bar. in l. in lege aquilia. in litera.c.ff. ad l.aquil.

88 EXEMPLIFICA III. quando is, contra quem volo facere examinari testes, est absens, & extraneus, habitans in remotissimis partibus, & testes informati & examinandi sunt senes, vel valetudinarij, vel absuturi diuturna absentia, vel peregrinantes,aut in alio simili statu, vt de eis timendum sit ad notata in cap. quoniam frequenter. vt lit. non contest. prout exemplificant And. de Isern.& Affl. in constitut. probationum incursibus. in principio. lib. 2. dicens,quòd si Gallus, vel Hispanus disrobauit Neapoli, & statim recessit in Galliam, vel Hispaniam, poterunt, ipso Gallo,vel Hispano non citato, examinari testes senes, vel valetudinarij, vel absuturi: & pro ista exemplificatione possunt adduci ijdem Doctores, quos citaui in præcedenti, quia sunt exemplificationes similes.

89 EXEMPLIFICA IIII. quando testes sunt senes, vel similes,de quibus dixi in præcedenti exemplificatione; & is, contra quem volo facere hos testes examinari, est malitiosus tirrannus seu aliter potens, teribilis, & formidabilis homo: quia quamuis is sit præsens, tamen quia timeo eius potentiam, seu teribilitatem possum facere examinari præfatos testes, ipso non aliter citato. Abb. in c. præterea, il 2. num. 7. in fine. de spons.& matr.& in cap.in nomine.

num.9.verſ.adde. de teſtib. & ibidem Franc. de Aret. ſub num.11.fall.6. & Fely.limit.6. nu.13. idem Fely. in c.10.quoniam frequenter.nu.7.ibi.circa 5. q. & num.8. verſ.ſed in propoſito.vt lit.non conteſt.Aſin.in prax.§. 7.cap.5.limit.29.num.1. & 2.fol. 72. Gabr. in concluſ. lib.2.tit.de citat.concl.1.nu.341. & 342. verſ. declara. & Maſcar.tract.de probat.concl 682.nu.24.lib.2.vide etiam Mar.Socc.in d.cap.quoniam frequenter. fallen. 3.ſub nu.11.verſ.primo requiritur.ibi. & aduerte quia. & Marſ. in l. de vnoquoque. ſub num. 79. ff.de re iud. ✠ hæcquè exemplificatio communiter * tenetur ab omnibus.

90 EXTENDE iſtam exemplificationem,vt procedat etiam ſi teſtes non ſint ſenes, vel ſimiles;quia nihilominus poterunt examinari ſine citatione eo ſolo, quòd is,contra quem ſunt examinandi,eſt tirannus,vel alias potens & formidabilis; & ita pro iſta extenſione videntur ſentire Hoſt.& Io.Andr.in d.cap. quoniam frequenter.in verbo.abſens.ſub nu.8.ibi.ſed ſi præſens eſſet malitioſus tyrannus.Abb.q.5. num.20. verſ. & hoc eſt.vt lit.nõ conteſt.Rom.ſing. 364. fuit vnus ex vobis. fallen.3 Socc.reg.404 nu.4.Capel.Tholoſ. deciſ. 476. an in receptione.Crot.tract.de teſtib.par.7.fallen. 3.n. 26.fol. 217.Io.Mar.Monticel.eod.tract.rub.lite non conteſtata.ibi.teſtes recipiuntur.fol.251. col.3. & Maſcar.tract.de probat.q.5 nu.40 lib.1.dum;nulla facta mentione de ſenectute,aut mala valetudine, ſeu abſfuturatione teſtium;concludunt, poſſe teſtes examinari, non citato tiranno,ſeu potente,& formidabili, contra quem ſunt examinandi.& apertè Dec.in d. cap. in nomine.fallen.5.ſub nu.51.de teſtib.dum contra Aret. & Fely.concludit poſſe examinari eo ipſo, quòd timetur potentia aduerſarij,ipſo aduerſario non citato; quamuis non timeatur de morte teſtium. & quòd in practica ſeruaretur iſta extenſio propter auctoritatem Hoſt. & aliorum,ſcribit Fely.in d.cap. quoniam contra. ſub num.8.ibi. tamen propter.

91 Confirmatur 1.iſta extenſio quia in caſu d.cap.vlt. de fid. inſtrum. inſtrumentum poteſt exemplari non citato aduerſario,ſi eſt nimis potens,teſtibus Hoſt.Fely.& Capel. Tholoſ. quos retuli & ſequutus ſum infra cap.11.num.675.verſ.adde aliam.

92 Confirmatur 2. ex his,quæ referunt Felyn. in d.cap. quoniam frequenter.ſub num.7.verſ.ſimiliter.vt lit.nõ conteſt.& in cap.in nomine.limit.6.ſub num.13.de teſtib.& Capel.Tholoſ.in addit.deciſ.476 an in receptione.ſub nu.2.& 3 dum ſcribunt, quòd priuilegia,quæ arguuntur de falſo,poſſunt examinari,aduerſario non citato, ſi timetur eius potentia, & quòd propter potentiam vaſalli poteſt procedi eo non citato, & fœudum occupari.

93 Confirmatur 3. quia ſi debet citari tyrannus terribilis,ſufficit vnica citatio,licet,ſi non eſſet tyrannus, ſeu terribilis,requirerentur tres citationes iuxta ea, quæ ſcribit Io.And.in c.non minus. in verbo. commoniti.nu.10.de immun.eccleſ.quem referunt,& ſequuntur Bal.in c.1.ſub nu.1.ibi.adde dicit.de mil.vaſal. qui contum.eſt.in fœud.Aret.in c.in nomine.num.12.verſ. aduerte tamen.de teſtib.& Fely, in cap. quoniam frequenter.ſub nu.7.vt lit.non conteſt.

94 Contra iſtam extenſionem tenent apertè Franc. de Aret.in d.c.in nomine.num.11. verſus finem. & Felyn. ibidem limit.6.ſub nu.13.ibi.dicas tamen.de teſtib. & in d.cap.quoniam frequenter.nu.8.verſ.ſed in propoſito.Gabr.d.tit.de citat.concl.1.ſub nu. 342.verſ. declara.& Maſcar.d.concl.682.num.27.lib.2. dum ſcribunt, quòd ſola potentia,vel terribilitas aduerſarij non eſſet iuſta cauſa recipiendi teſtes,eo non citato; quia requiritur etiam quòd adſit timor de morte, vel de diuturna abſentia teſtium; hancquè eandem opin. videntur tenere Abb.& Aſin.quos citauimus ſupra nu.89. ver. exemplifica quarto,dum ſimul,& coniunctim loquuntur de potentia,& terribilitate aduerſarij, & de ſenectute, vel infirmitate, vel abſfuturatione teſtium: fruſtra enim adijcerent vtramquè qualitatem,ſi vna ſufficeret:quare non ſolum eſt contrarietas inter Doctores, quæ eſt res ſolita; ſed videtur eſſe contrarietas etiam in eodem, qui vno loco dicit vnum, & alio videtur dicere aliud:nam,vt vidiſtis,Abb.& Maſcar. citantur pro vtraque opin.in diuerſis locis.

95 Probatur iſta contraria opinio: quia in crimine hæreſis eſt ſpecialiter receptum, vt teſtes poſſint examinari,reo non citato,propter timorem,& potentiam ipſius rei cap.fin.de hæret.in 6.Abb.in d.cap. in nomine. num.8.verſus finem.ibi.excipio ego.Fely.limit. 14. num.17. & Dec.limit.4. num. 50. de teſtib. Rom. ſing. 364.fuit vnus ex vobis. fallen.5.Socc. reg.406. fallen. 4.Carrer. tract. de hæret. ſub num. 121. ibi. in contrarium.fol.48.Simanch.tract.de cathol.inſtit.tit.64. de teſtib.num.29.fol.200.Maſcar. tract. de probat. concl. 682.limit. 14. num. 36. lib. 2. Carrer. Nicel. Gabr. & Aſin.quos vltra citatos retuli & ſequutus ſum infra cap.ſeq.num.385.& communiter omnes in diuerſis locis:ſi eſt ſpeciale in crimine hæreſis: ergo contrarium ſeruatur in alijs delictis.

96 RETENTA extenſione,quæ eſt vera,& ſeruaretur in praxi.

DECLARA eam diſtinguendo duos diuerſos caſus, ne æquiuoces, prout videntur æquiuocaſſe Doctores.

Primus eſt, quando quæritur, an teſtes poſſint examinari ſine citatione aduerſarij eò,quòd eſt terribilis: Et in iſto caſu concludo indiſtinctè,quòd propter terribilitatẽ aduerſarij poſſunt examinari, eo non citato,ſiue examinentur poſt litiscontestationem, ſiue antè:& ita procedant extenſio, & auctoritates in ea adductæ ſupra num. 90.

97 Ratio huius concluſionis eſt: quia relaxatio citationis in examine teſtium fit fauore teſtium, vt audeant deponere; & non fauore principalis, qui propterea tenetur citare aduerſarium in alijs actibus, ſi voluerit expediri cauſam, quantumuis aduerſarius eſſet potens & formidabilis.

98 Secundus caſus eſt: quando quæritur, an teſtes poſſint examinari ante litis conteſtationem propter ſolam terribilitatem aduerſarij, ſicut propter ſolam terribilitatem poſſunt examinari, eo non citato. Et in iſto caſu diſtinguo inter futurum reum, & futurum actorem.

Si volens examinare eſt futurus reus: non eſt dubium, quòd poteſt examinare ante conteſtationem litis ex concluſione generali,quam firmaui infra num. 163. etiam ſi aduerſarius non eſſet terribilis.

99 Si volens examinare eſt futurus actor: & iſto caſu loquuntur Doct.& intrat controuerſia:Et in iſto caſu concludo, quòd non poteſt examinare ante conteſtationem litis, niſi concurrat veriſimilitudo, quòd teſtes poſſent mori antequàm poſſet deueniri ad litis conteſtationem, & ita procedat opinio Aretini, Fely. Gabr. & Maſcar. adducta ſupra nu. 94.

100 DECLARA I. iſtam concluſionem, vt futurus actor, volens examinare, dicatur non poſſe deuenire ad conteſtationem litis, donec durabit terribilitas aduerſarij,teſtibus Bal. in auth. ſed & ſi quis. num. 8. in fine.verſ.aduerte.C.de teſtib.& Fely.in cap.ſignificauit. ſub num.7. ibi. idem ſi per tyrannidem. de teſtib.dum ſcribunt,quòd actor non poteſt conteſtari litem de facto propter tyrannidem rei,licet ſubſit actio de iure; hæcquè terribilitas poſſet finire per mortem, vel per aliud accidens circa valetudinem corporis, vel circa diuitias.

101 DECLARA II. vt relinquatur arbitrio iudicis, an teſtes poſſint veriſimiliter mori antequàm ceſſet terribilitas aduerſarij: & in iſto arbitrio iudex debet conſiderare ætatem aduerſarij terribilis, & ætatem teſtium:nam,ſi aduerſarius terribilis ſit ſenex,& teſtes ſint iuuenes,& robuſti,non debet concedere, vt examinentur, ſecus ſi aduerſarius terribilis ſit iuuenis; ſicquè multum relinquitur arbitrio iudicis;& nota iſtam concordiam & declarationem; quia eſt noua à nobis excogitata, & eſt vera.

102 EXTENDE iſtam quartam limitationem,de qua ſupra num.83.vt procedat etiam ſi teſtes examinarentur ante conteſtationem litis,& ad perpetuam rei memoriam: quia licet in examine teſtium ante conteſtationem litis ad perpetuam rei memoriam requiratur regulariter citatio partis, vt firmaui infra num. 186. tamen fallit iſta regula, quando tale eſſet periculum

riculum moræ, vt deficeret tempus ad citandum aduerſarium exiſtentem, vel futurum, vt ſcribunt Innoc. in cap. ſignificauit. in fine. de teſtib. Abb. in cap. albericus.ſub num. 3. verſ. limita tamen.eod. tit. Socc. in cap. quoniam frequenter. num. 11. vt lit. non conteſt. Affl. in conſtitut. probationum incurſibus. ſub nu. 2. in 2. requis. lib. 2. dicens requiri citationem aduerſarij, ſi citari poteſt. Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2. nu. 3. & Gail in pract.obſeru.lib. 1.obſeru. 94. num. 4. & de iſta extenſione non eſt dubitandum: quia militat in ea ratio, quòd propter moræ periculum recedimus à regulis iuris communis; vt dixi ſupra nu.85.

103 EXTENDE II. vt propter moræ periculum poſſint examinari etiam à iudice incompetenti, vt ſcribunt Socc. conſ. 244. conſiderata. verſ. ſecundo reſpondetur.num. 5. lib. 2. Dec. in l.cui iuriſdictio.num. 19. ff. de iuriſd.omn.iud. Crauet.conſ.7 andreas.verſ. quinto. num. 7. Addition. ad Bar.in l.cum ij. §. tranſactiones. ff. de tranſact. Io. Mar. Monticel. in repert. de teſtib. rub. ſenium & valetudinariorum teſtium productio. fol. 252 col. 3. & Gail. in pract.obſeru. lib. 1. obſeru. 93.num.4.

104 Comprobatur iſta extenſio 1. quia licet Auditor, ad quem extitit appellatum propter aliquod grauamen, non remaneat iudex in cauſa principali, niſi poſtquàm recognouerit grauamen illatum, & non prius; quia ſi non fuit illatum grauamen, cauſa remittitur ad ſuum iudicem, tamen is Auditor poteſt interim, pendente appellatione à grauamine, recipere, & examinare teſtes affuturos propter periculum, tanquàm ſi remanſurus eſſet iudex in cauſa principali, vt tenet Rot.deci. 2.alias 59.de teſtib.in antiqu.quam referunt & ſequuntur Abb. in cap. quoniam frequenter. verſ. nunc venio ad aliqua. num. 13. verſus finem. & ibidem Fely. ſub num.4. ibi.dixit etiam.il 1.vt lit.non conteſt. Veſtr. in pract.lib 6.cap.2.ſub nu.4. Alex.Stiat.in pract. cap. 16. nu.83.& 84.& Maſcar.tract.de probat.concl.1367. nu.4 in fine.& nu.5.lib.3.

105 Comprobatur 2.quia, pendẽte cauſa in Curia Rom. iudex ordinarius in partibus poteſt recipere teſtes, de quorum morte, vel alio impedimento dubitaretur, vt tenet Rot. deciſ.3. alias 100. de teſtib. in antiqu. quam referunt, & ſequuntur Veſtr. vbi ſupra. Caputaq.Lancel.& Maſcar. quos citaui & ſequutus ſum infra num. . . .

106 EXTENDITVR iſta II. confirmatio, vt procedat etiam ſi ab illo ordinario eſſet appellatum: quia adhuc poſſet recipere teſtes, de quorũ morte, vel alio impedimento dubitaretur, & nõ diceretur aliquid innouatum, neque pars, quæ appellauit, diceretur appellationi renuntiaſſe, Affl. in conſtitut.probationum incurſibus. q.3.ſub num. 3. lib. 2. Rol. à Vall. conſ.23.num.19.lib 3. Mandos.tract.de inhibit.q.34.num.3.fol.92.& Lancel.tract.de attent par.2. cap.12.de attent.appel.pend. limit.38. num. 1. fol. 374. & latius limit.43. per totam fol. 376.& ſcribunt Veſtr. d lib.6.cap. 2. num.4.& Fely.in d.cap. quoniam frequenter.col.6. ſub nu.4.ibi. & vt intelligas.vt lit.nõ conteſt. ſed malè allegat deciſ.2. de teſtib.in antiq.quia illa loquitur de teſtibus examinandis à iudice ad quem, & non de examinandis à iudice à quo.

107 DECLARA I. reſtringendo iſtam extenſionem, vt non procedat, niſi concurrentibus iſtis tribus, ſeu quatuor: primo, quòd iudex à quo remãſerit iudex ordinarius: ſecundo quòd examinari non potuerint coram iudice ad quem: tertio quòd timeatur de morte aut de alio impedimento teſtium: quarto quòd in caſu abſfuturationis teſtium exigatur etiam iuramentum abſfuturationis, vt declarat Fely. loco ſupra proximè citato. & de hoc iuramento affuturationis ſcripſi infra num.

108 DECLARA II. reſtringendo vt non procedat, quando iudex ad quem canonicè inhibuiſſet iudici à quo: quia tunc ſecundum Mandos. vbi ſupra, & Lancell. qui eum refert & ſequitur tract. de attent.par.2. cap.20. de attent.poſt inhibit.ampl.1.n.24. & ſeqq.fol. 409. iudex à quo poſſet examinare teſtes ſenes, ſeu valetudinarios.

109 SVBEXTENDE ſecundam extenſionem, de qua ſupra num.103. vt poſſint examinari etiam à notario ſine aliqua comiſſione iudicis, ſi ita imminens ſit moræ periculum, vt neque iudex incompetens adiri poſſet, vt puta, quia teſtis eſſet in diſcrimine vitæ, ſeu in articulo mortis, Bar.in l.admonendi.q.3.ſub.nu.41.& Iaſ. nu. 183.& 189.in 2.repetit. ff. de iureiur. & Gail. in pract. obſeru.lib.1.obſeru.102.nu.4.

110 DECLARA iſtam ſubextenſionem, vt hi teſtes, examinati à notario, faciant ſolum aliqualem probationem, vt declaraui infra num. 317. verſ. reſtringe iſtam.

111 LIMITA V. vt non habeat locum, quando quis paſſus eſt iacturam alienarum rerum ex naufragio, vel ſimili alio caſu in loco remoto; quia ibidem in illo loco remoto, vbi iacturam ex naufragio, ſeu alio caſu paſſus eſt, poteſt facere examinari teſtes, non citato eo, cuius erant res amiſſæ Alex.in addit.ad Bar.in l.ſi quis nauicularius. per illum textum. C. de naufr. lib. 11. Corſet.ſing.in verbo. teſtis. incipienti. in loco. Fely. in cap. quoniam frequenter. ſub num. 4. ibi. propter hoc dixit etiam. vt lit. non conteſt. & in cap. in nomine limit. 4.num.10. de teſtib.Marſ. ſing. 24. clarum eſt in iure. Crot. tract. de teſtib. par.7.fallen.1. nu.24. fol. 217. Adnotator ad Affl.in conſtitut.probationum incurſibus. in vlt. adnotatione.lib.2. Maran.in ſuo ſpec. par. 6.memb.1.limit.19.num.26.Gabr.in concluſ. lib.2. tit. de citation.concluſ.1,num.352.Aſin.in prax.§.7 cap.5. limit.20.fol.72.& Maſcar.tract.de probat. concluſ.682. limit. 4. num. 21. lib. 2. & ita communiter * omnes ſine controuerſia, quando locus eſt in remotis partibus.

112 EXEMPLIFICA iſtam limitationem, quando in itinere moriretur equus, quem conduxeras, quia poſſes examinare teſtes illius loci, vbi mortuus eſt, & probare mortem equi citra tuam culpam, non citato locatore, Fely.d. cap. quoniam frequenter.ſub num.4. vt lit. non conteſt.

113 EXEMPLIFICA II. quando paſſus es furta, ſeu robbarias in ſiluis, vt loquitur Maran.vbi ſupra.

114 NOTA ex iſta 2. exemplificatione, quòd etiam in cauſis criminalibus ciuiliter intentatis poſſunt recipi teſtes, parte non citata, & à iudice incompetenti, & plenè probant ſine eorum repetitione, quando ſumus in caſu huius quintæ limitationis: & comprobatur iſtud notandum ex his, quæ ſcribit Alex. in addit. ad Bar. in d.l.ſi quis nauicularius.in litera.b.incipien.vide per.C. de naufr. lib. 11. dicens, quòd quando agitur contra rapientem naufragio poteſt committi examinatio teſtium, qui probent naufragium, quia in d.l.præſes prouinciæ examinauit teſtes, & poſtea examinatos remiſit ad præfectum.

115 EXTENDE eandẽ V limitationẽ primo, vt habeat locum in quolibet caſu contingente in loco remoto, quia in eo poterũt examinari teſtes, parte non citata, Gabr. d.concl. 1. ſub num. 352. verſ. amplia. & Maſcar. vbi ſupra.

116 EXTENDE II. vt non ſolum poſſint examinari, parte nõ citata, vt dixi, ſed ẽt poſſint examinari coram iudice incompetenti; quia poſſunt examinari coram iudice illius loci, vbi caſus euenit, qui non videtur iudex competens Bar. Corſet.Crot. in locis ſupra proximè citatis, & Fely.in d. cap. quoniam frequenter. & quòd poſſint examinari coram iudice loci, omnes admittunt: ſed quòd ille dicatur iudex incompetens non omnes notant.

117 EXTENDE III. vt poſſint examinari etiam ante conteſtationem litis ad perpetuam rei memoriam: & iſta extenſio non habet difficultatem, quia præſupponunt omnes Doctores, quòd teſtes examinentur tunc temporis, quando caſus cõtingit: & ideo Doctores nullum verbum faciunt de iſta extenſione: quia includitur in ipſa limitatione, ſicut includitur etiam ſecunda præcedens extenſio.

118 DECLARA ampliando eandem V. limitationẽ, vt teſtes ſic examinati in caſu dictæ limitationis probent coram iudice competenti ac ſi coram eo eſsent examinati, vt ſentiunt Bar. Corſet. Crot. & Maran. in locis citatis ſupra in limit. & Fely. d. cap. quoniam frequenter. ſub num. 4. dum ſcribunt, quòd

facient

facient fidem coram iudice competenti.

119 DECLARA II. restringendo, vt habeat locum solum quando locus, in quo casus contigit, est adeo remotus, vt ad eum pars commodè citati non possit Alex. in addit. ad Bar. in d. l. si quis nauicularius. litera. b. Fely. in cap. in nomine. limit. 4. nu. 10. de testib. Mascar. d. concl. 682, limit. 4. num. 21. lib. 2. secus si ad eum commodè citari posset, quia deberet fieri examen, seruatis seruandis cum literis remissorialibus iudicis competentis: sed quando dicatur locus remotus, ad quem pars commodè citati non possit, relinquitur arbitrio iudicis.

Quæstio incidens ad iiij. & v. limit.

De examine testium ad perpetuam rei memoriam.

Quia in præcedentibus quarta, & quinta limitatione, positis supra num. 83. & 111. fuimus coacti aliquid dicere de testibus examinandis ad perpetuam rei memoriam ante contestationem litis, & materia est vtilis & practicabilis, ideo pro illius intelligentia antequàm progrediar ad alias limitationes, de quibus agemus postea nu. 321. & seqq. ad eum latius insistam.

120 Quæro igitur, an testes possint examinari super negotio principali ad perpetuam memoriam ante contestationem litis.

Resp. quod non, quia habemus titulum in decret. vt lit. non contest. non proced. ad test. recep. & ibi Abb. & Fely. & hæc est regula, vt dicit text. in cap. quoniam frequenter & notant ibi. Glos. 1. in verbo. regulariter. & Abb. n. 1. eod. tit. vt lit. nõ cõtest. Spec. in tit. de teste. §. nunc tractemus. in principio. Bal. in auth. sed & si quis ab aliquo. vers. item circa tertium. sub num. 10. ibi. secunda est. C. de testib. Nell. à S. Gemin. tract. de testib. vers. quando autem. nu. 73. fol. 82. Socc. reg. 242. & Fely. in cap. significauit. num. 6. ibi. actor regulariter. de testib. & & faciunt, quæ scripsi lib. præced. cap. 86. sub nu. 54. & cap. præced. in principio nu. 7. & 8.

121 AMPLIA istam regulam, vt procedat etiam in causis summarijs, similibusquè, in quibus non requiritur litis contestatio: quia adhuc non poterunt examinari testes ante actum, qui sapit naturam litis contestationis, qualis est actus dationis termini ad probandum Franc. de Aret. in cap. significauit. versus finem. vers. scias etiam. num. 26. de testib. quem refert & sequitur etiam Affl. in constitut. probationum incursibus q. 5. num. 5. lib. 2.

122 Confirmatur ista ampliatio, quia in causis, in quibus lis non cotestatur, non conceditur remissoria, nisi post actum similem contestationi litis, vel actum, qui immediate sequitur litis contestationem. Seuer. tract. de remiss. cap. 13. in fine. fol. 380.

123 Ratio huius ampliationis est; quia probationes secundum ordinem naturalem respiciunt media causæ: vnde; cum sit ordo naturalis; debet seruari etiam in causis summarijs, & consequenter non debet, omisso principio, fieri saltus ad medium: hancquè rationem considerat Bal. in d. auth. sed & si quis ab aliquo. sub num. 10. vers. item circa tertium. ibi. secunda est. col. penult. C. de testib. & tenet Franc. de Aret. vbi supra.

Contra istam ampliationem videtur inclinare Bal. vbi supra sub d. num. 10. & rursus & apertius in ead. auth. vers. quæro quando. sub nu. 17. col. vlt. quem refert, & sequi videtur Paris. in addition. ad Bar. in l. in lege aquilia. in verbo. nota quòd ista causa. ff. ad l. aquil.

Ego non recedo ab ampliatione.

124 LIMITATVR ista regula multis casibus, quos enumerant Glos. Spec. Nell. & Socc. citati supra num. 120. vers. resp. ad quos se remittit Mascar tract. de probat. q. 5. sub num. 43. & 44. lib. 1. eosdemquè enumerat Abb. in d. cap. quoniam frequenter. sub num. 3. vt lit. non contest. quorum omnium vnum, qui est difficilis, prosequar.

125 Limitatur ergo, vt non procedat, quando subest timor, ne processu temporis veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, quia tunc possunt examinari testes ad perpetuam rei memoriam ante contestationem litis cap. quoniam frequenter. vt lit. non contest. cap. significauit. de testib. l. in lege aquilia. ff. ad l. aquil. & auth. sed & si quis. & ibi Doct. C. de testib.

CASVS I.

Qui testes examinentur ad perpetuam rei memoriam ad instantiam actoris, & quomodo procedatur.

126 Pro intelligentia huius limitationis distinguo duos casus timoris.

Primus casus est, quando timet is, qui habet intentionem agendi.

Secundus est; quando timet is, qui habet intentionẽ solum se defendendi à molestationibus, quas timet sibi inferri. & de isto agam infra nu. 163.

CAPIO primum, quando timet is, qui intendit vna die agere & mouere iudicium: & in isto facio multas conclusiones.

CONCLVDO I. quòd in isto requiritur vrgentior timor, quàm in secundo, videlicet quãdo timet is, qui habet intentionem se defendendi, vt patebit ex infra dicendis nu. seq. & nu. . . .

127 CONCLVDO II. pro verificatione precedentis conclusionis, quòd is potest examinare solum testes senes, valetudinarios, infirmos, peregrinantes, absfuturos diuturna absentia, & similes, qui de facili possunt mori, vel esse adhuc in absentia antequã lis sit contestata, vt scribunt Gl in c. significauit. in verbo. testes. Ant. de Butr. vers. quæro cum glos. num. 5. & Abb. sub num. 3. in prima differentia. de testib. dum, notando differentias inter dictum c. significauit. & cap. quoniam frequenter. vt lit. non contest. aiunt, quòd in cap. quoniam frequenter. recipiuntur solum testes, de quibus dixi hic supra: & tamen certum est, quòd cap. quoniam frequenter. loquitur de testibus examinandis ab eo, qui est futurus actor, vt notat in eo Abb. vers. oppono de cap. significauit. num. 7. & apertè scribunt Bar. in auth. sed & si quis. sub num. 3. in 1. lectura, & num. 1. in fine. in 2. lectura. & Bal. sub num. 8. vers. dic quòd quandoquè. C. de testib. Corn. cons. 172. primus consultationis. sub num. 1. lib 2. Socc. reg. 413. fallen. 1. Affl ad constitut. Neap. rub. de testib. producen. ant. litis contest. circa medium. ibi. sed actor. lib. 2. Rol. à Val. cons. 23. ex testibus. sub num. 9. 10. & 20. vers. tertia conclusio. lib. 3. Mysing in sing. obseru. cent. 4. obseru. 71. num. 2. ibi. differt. & obseru. 72. circa principiũ. ibi. nam priori specie. Gail. in pract. ✻ obseru. lib. 1. obser. 92. n. 3. & hanc esse communẽ * opinionem scribit Mascar. tract. de probat. concl. 683. sub num. 2. lib. 2. & in isto primo casu, quando testes sunt examinandi à futuro actore, loquuntur textus in l. in lege aquilia. ff. ad l. aquil. secundum Bar. in d. auth. sed & si quis. num. 1. in fine & num. 2. C. de testib. in 2. lectura. & aperte textus in d. cap. quoniam frequenter. & in isto casu intelligas regulariter omnes Doctores, quos reperies loqui de examinandis testibus senibus, vel alias suspectis de morte ante contestationem litis.

128 Secus ergo est, quando testes sunt iuuenes, seu non aliter suspecti de morte, vel de diuturna adfuturatione: quia tunc futurus actor non potest eos examinare ante litis contestationem, Glos. Abb Corn. Affl. & alij citati supra, qui sic tacitè necessariò per contrarium sensum sentiunt. & hæc erit secunda pars, seu corollarium huius secundæ conclusionis.

129 Ratio huius secundæ conclusionis est: quia is potest experiri, & agere quando vult, & litem contestari, vt sentiunt Corn. & Affl. vbi supra. Mysing. d. obseru. 72. circa principium. Rol. à Val. d. conf. 23. sub num. 15. lib. 3. & Mascar. d. concl. 683. sub num. 1. lib. 2. & Fely. in cap. significauit n. 6. ibi. actor regulariter. de te- ✻ stib. & communiter * omnes in diuersis locis.

Qui dicantur senes, valetudinarij &c. de quibus loquuntur sum supra n. 127. & de quibus loquitur cap. quoniam frequenter. explicaui infra nu. 235. & seqq.

130 LI-

130 LIMITA nunc concluſionē in 2.parte,ſeu corollario, in quo dixi futurum actorem non poſſe examinare teſtes iuuenes, ſeu non aliter ſuſpectos de morte, vel de diuturna abſuturatione; vt non procedat tempore peſtis: quia tunc tàm actor,quàm reus poteſt indiſtinctè examinare teſtes tàm ſenes, quàm iuuenes, & robuſtos ad perpetuam rei memoriā, vt ſentit Papien. in prac.in form.capitul.quan.teſt.prod.ad ętern.rei mem. in gloſ. 1. coram vobis. num. 1. fol. 270. dicens iſtum modum eſſe frequentem tempore mortalitatis,& guerrarum, & idèo,magna æquitate ſuadente, fuiſſe adinuentum. & ex Rip. tract. de peſte. in 3. partic. de priuileg. iudic. cauſ. peſt. num. 44. verſ. octauum eſt. reportauit Io.Mar. Monticel.in repert.de teſtib. rub. lite

131 non conteſtata.ibi.teſtes tempore. fol. 251. col.3.† ſed iſta re vera non eſt limitatio,quia ſubeſt magna ſuſpitio mortis.

132 LIMITA II. vt non procedat, quando futurus actor habet obligationem conditionalem, ſeu in longū diem ita, vt ante conditionis, ſeu diei aduentum poſſent mori teſtes: quia etiam iſto caſu concederetur futuro actori vt poſſet examinare teſtes ad perpetuā rei memoriam;ſicut conceditur regulariter futuro reo, vt ſcribunt Bal. in auth.ſed & ſi quis. verſ.item circa ſecundum.nu.9.& verſ.circa cuius.num.11. C. de teſtib. Mar.Socc. in cap. quoniam frequenter. limit. 6. num. 15. in fine. vt lit. non conteſt. & Barth. Socc. in reg. 404. fallen. 1. Affl. ad conſtitut.Neap. in rub. de teſtib. producen.ant.litiſconteſt. verſus finē. lib.2.& videtur etiam ſentire Bar. in l. 3. §. duæ autem ſunt cauſæ. ſub n.4.ff. de carb. ædict. & in terminis huius limitationis poteſt intelligi d. auth. ſed & ſi quis.C. de teſtib. ſicut eā intelligit Bal.ibi.ſub nu.2.verſ.ſed cōtra.ibi.ſolutio.

133 EXEMPLIFICAT Socc.vbi ſupra iſtam limitationē in ſtatuto Senarum,quod mandat, vt quouſque ſupereſt filius maſculus, aut deſcendentes maſculi ex maſculis,filia fœmina maritata non ſuccedat, aliquis forſan difficile poterit probare ſe eſſe de linea, ſi expectetur tempus ſucceſſionis, & ideo ſecundum Socc. concederetur ei,vt poſſet examinare teſtes etiam ſide eorum morte, aut abſuturatione tunc temporis nulla eſſet ſuſpitio.

134 Contra iſtam limitationem ſentit idem Bar. in d. auth.ſed et ſi quis. in vtraquè lectura ſub num. 4. & 2. C. de teſtib. dicens, teſtes non examinari ante litem conteſtatam,niſi timeatur de morte eorum, vel de abſentia:& pro hac eadem opinione poſſunt adduci Innoc.in cap.quoniam frequenter.in verbo. abſentia. nu. 2.vt lit. non conteſt.dum ſcribit, quòd iudex æſtimabit mortem,vel abſentiam varie ſecundum qualitatem negotiorum, inſpiciendo, an debitum ſit in longum diem, vel ſub conditione, quæ poſſit multum differri, concludens, quòd hæc committuntur arbitrio diſcreti iudicis, & Affl. qui eum refert, & ſequitur in conſtitut. probationum incurſibus. q. 4.ſub num. 4. lib. 2. & in hoc concordat rurſus idem Bar.in l. in lege aquilia. poſt literam. c.ibi. venio ad tertiam. ff.ad l. aquil. dicens, quòd ſi eſt veriſimile, teſtes non fore viuos tempore probationis faciendæ conditione exiſtente, poteſt facere examinari teſtes, ſicquè ſecundum eorum ſententiam non conceditur indiſtinctè vt poſſint examinari,ſicut indiſtinctè conceditur reo.

135 RETENTA iſta vltima opinione, quę eſt vera.

INFERO I. reijci debere opinionem eorum, qui tenent ſimpliciter relinqui arbitrio iudicis, prout refert, & ſequi videtur Myſing. in ſing.obſeru.cent.4. obſeru.72. ibi. ſin verò.& moueor pro iſta reiectione: quia iudicis arbitrio non relinquitur iſta quæſtio, ſed relinquitur, an teſtes ſint eius qualitatis, vt veriſimiliter poſſit timeri de eorum morte ante aduērtum obligationis, item an teſtes futuri abſentes ſint veriſimiliter permanſuri in abſentia; & ita loquuntur Innoc. & Affl.vbi ſupra.& loquendo de longa abſentia Menoch. tract. de arbitr. iud.caſ. 62. nu.2.3.& 4.referens & ſe- ✠ quens hanc eſſe communem * opin.

136 INFERO II. quòd licet quandoquè poſſint examinari etiam teſtes iuuenes, & non abſuturi, vt ſentit Socc. in exemplo per eum adducto, tamen hoc non procedit ex natura limitationis, videlicet quia ſit obligatio in longum diem, vel conditionalis, ſed ex eo quòd teſtes poſſent mori: vnde requiritur iſta cauſæ cognitio de qualitate negotij, & perſonarum, quæ non requiritur quando examinantur ad inſtantiam rei iuxta ea,quæ dixi infra nu. . . .

137 LIMITA III. vt non procedat, quando reus conuentus comparet,& opponit exceptionē impedientem litis ingreſſum, & cauſa agitur in ſuppremo tribunali, vt puta hic in Rota, vbi tarde deuenitur ad litis conteſtationem, vt ſcripſi lib,præced. cap. vlt.in principio vel in Camera Imperiali, vt loquitur Gail. infra citatus: quia tunc actor poſſet examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam ante litiſconteſtationem, exquò talis exceptio ita moram inducit, vt actor non habeat poteſtatem conteſtandi litem Gail.in pract.obſeru.lib. 1.obſeru.92.nu.12.

138 DECLARAREM iſtam limitationem, vt relinqueretur arbitrio iudicis, qui conſideraret ætatem teſtium & difficultatem exceptionis, & multitudinem cauſarum,quas haberet.

139 LIMITA IIII. vt non procedat, quando reus examinat teſtes ad perpetuam rei memoriam ante conteſtationem litis: quia tunc poteſt etiam actor examinare, vt tenet Bal. in auth. ſed & ſi quis. num. 17. verſ. quæro quando.C. de teſtib. quem refert,& ſequitur Addition. ad Bar. in l. in lege aquilia. incipien.teſtes examinentur.in litera.d.ff. ad l. aquil. & mouetur Bal. duplici ratione.prima, quia dilatio probatoria conceſſa reo, intelligitur conceſſa actori, etiam ſi actori concedi non potuiſſet ad textum in l. petendæ. C. de reſtit. in integ. & nos diximus ſupra cap.3 num. 242.ſecunda, quia in iſto proceſſu actor efficitur reus neceſſarius,quia venit prouocatus,& ideo debet poſſe examinare teſtes tanquàm reus.

140 LIMITA V. vt non procedat, quando actor non poteſt agere, niſi prius ſint examinati & publicati teſtes ſecundum formam cap. ſignificauit. de teſtib.quia tunc poſſunt examinari etiam iuuenes, & robuſti, & non abſuturi Bar.in auth. ſed & ſi quis.ſub num.4.verſ. quandoquè ius agendi. in 1.lectura. & ſub num. 2. in 2. lectura. & Bal. ſub num. 8. verſ. dic quandoquè.ibi. ſi verò non poteſt ſuperuenire. C. de teſtib. Fely.d.cap. ſignificauit. num. 7. ibi. item fallit. de teſtib. & Myſing. in ſing. obſeru. cent. 4. obſeru. 72. ibi. poſteriori verò.

141 EXEMPLIFICA hanc limitationem in caſu l.publicati. C. de teſtam.& l. 1. & 2. C. de bon. poſſ. ſecun. tab. quando hæres inſtitutus in teſtamento nuncupatiuo non redacto in ſcripturam petit examinari teſtes teſtamentarios ad effectum vt, ijs examinatis, & publicatis,reddatur certus de inſtitutione, & poſſit adire hæreditatem & agere, vt ſcribit Corn. conſ. 172. primus conſultationis.num.3.ibi.vbi text.lib.2.& ſentiunt Bar.& Bal.vbi ſupra.

142 EXEMPLIFICA II. in caſu earundem ll. ſecundum Fely. vbi ſupra,quando hæres petit recipi, & publicari teſtes ſubſcriptos in teſtamento in ſcriptis,quia niſi hoc habeat prius, non poteſt agere, cum non ſit certus de teſtamento, niſi publicatis teſtibus teſtamenti.

143 EXEMPLIFICA III. in caſu, ſuper quo conſuluit Alex. conſ. 203. ſuper themate. num. 6. 8. & ſeq.lib. 2.

144 CONCLVDO III. quòd futurus actor,volens examinare teſtes ante conteſtationem litis ad perpetuam rei memoria, debet in primis de hoc formare petitionem,narrando in ea aliquam iuſtam cauſam ſuę petitionis,& requirendo iudicē, vt ex officio velit recipepere, & examinare teſtes,huiuſquè petitionis formulam poteris ſumēre ex formula, quam ponit Papien. in pract.in form.capitul.quan. teſt.producun.ad ętern. rei mem. fol. mihi, 269. & ex aliquibus, quæ ſummatim annotarunt Alex. Striat. in pract. iudic. cap. 16. num. 81. & ſeqq.& Gail, in pract.obſeru.lib.1. obſeru. 92. num. 3.hancquè petitionem formatam debet iudici dare.

145 CONCLVDO IIII. quòd iudex,cui danda eſt iſta petitio & adeundus eſt,vt examinet, debet eſſe iudex competēs, ſicut declaraui infra.in 1.diſcuſſione.n.145.

146 CON-

146 CONCLVDO V. quòd antequàm procedatur ad istud examen debet citari futurus reus, ad videndum recipi & admtti articulos. & mandari super eis examinari testes ad perpetuam rei memoriam, & ad dandum interrogatoria, & videndum iurare testes. vel sub alia formula: & quòd requiratur citatio, & quomodo debeat exequi dixi infra num. 186. & 187.

147 RESTRINGE istam conclusionem, vt non procedat, quando futurus reus esset absens ita, vt non posset citari, vel aliter esset periculum in mora: quia tunc possent examinari, eo non citato, vt dixi supra nu. 102. vers. extende istam quartam. sed postea esset ei denuntiandum iuxta textum in cap. quoniam frequenter. vt lit. non contest. & ea, quæ nos scripsimus infra decl. 2. num. 158.

148 CONCLVDO VI. quòd iudex priusquam procedat ad examen debet se informare summariè de causa expressa in petitione, puta an testes sint senes, vel valetudinarij &c. vt sentiunt Spec. tit. de offic. omn. iud. §. postremo. vers. item si libertas. num. 4. late Socc. cons. 243. considerata. num. 7. in fine. vers. vlterius & quinto. & num. 8. & seqq. lib. 2. & alij, quos refert & sequitur Rol. à Val. cons. 23. ex testibus. vers. tertia est conclusio. num. 20. lib. 3. debet etiam cognoscere, an saltem potentia possit esset aduersarius, vt declaraui infra in 1. difficultate. num.

149 CONCLVDO VII. quòd priusquam iudex procedat ad examen, debet etiam interloqui, testes esse senes, seu aliter suspectos de more, vel esse absuturos, & ideo debere recipi ante contestationem litis, vt declaraui infra nu. 199.

Quomodo procedatur ad vlteriora post examinatos testes ad perpetuam memoriam ad instantiam actoris.

His conclusionibus sic de plano adductis pro instructione praxis procedendi ad examen ad perpetuam rei memoriam, & plenius attingendis infra.

Remanent videnda ea, quæ occurrunt post examinatos testes: &, procedendo similiter per conclusiones, constituo duas conclusiones.

150 I. CONCLVSIO erit, quòd testes examinati in isto primo casu ad instantiam futuri actoris ad perpetuam rei memoriam non publicantur, nisi post litiscontestationem, quando publicabũtur alij recipiendi post litis contestationem, si recipiantur, & interim eorum depositio remanet in officio, vt scribunt Glo. in cap. quoniam frequenter. in verbo. timetur. vt lit. non contest. & in c. significauit. in verbo. testes idoneos. & ibidem Ant. de Butr. vers. quæro cũ gl. n. 5. Abb. sub n. 3. vers. secunda. de testib. Spec. tit. de teste. §. nũc tractemus. vers. in hoc autem. num. 5. Bar. in auth. sed & si quis. num. 2. C. de testib. & Mysing. in sing. obseru. cent. 4. obseru. 71. sub nu. 2. ibi. deinde hic.

151 DECLARA istam conclusionem vna cum Ant. de Butr. vbi supra; quòd depositio istorum testium debet remanere clausa sub sigillis apud iudicem, idest in offitio tribunalis.

152 II. CONCLVSIO erit, quòd futurus actor postquàm fecerit examinari testes ante contestationem litis debet postea infra annum agere, vel saltem infra annum denuntiare reo, testes fuisse examinatos. c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. & notant Glos. in cap. significauit. in verbo. testes idoneos. Ant. de Butr. vers. quæro cum glos. sub num. 5. & Abb. sub num. 3. vers. tertia. de testib. Mysing. in sing. obseru. cent. 4. obseru. 71. versus finem. & Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 92. nu. 3. in fine. & nu. 4.

153 DECLARA I. istam conclusionem, vt iste annus, infra quem debet agere, & conuenire reum post examinatos testes, incipiat currere vtiliter ab ea die, qua poterit agere, vt declarant Glos. in d. cap. quoniam frequenter. in verbo. infra annum. Ant. de Butr. in §. nisi fortè. num. 2. in fine. not. 2. & num. 17. vers. quæro quale. & Abb. n. 9. vers. quæro quia. vt lit. non contest. & Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 92. nu. 5.

154 DECLARA II. vt agere, vel denuntiare infra annum, non stet alternatiuè, sicut Doctores, & nos cum eis loquuti videmur in hac 2. conclusione, sed ordinatiuè in hunc modum; quòd actor debeat agere infra annum; quòd si non potuerit agere infra annum, saltem debeat denuntiasse, sicquè non erit in suà potestate, vt sufficiat denuntiasse, si potuisset agere.

Cõprobatur ista secũda declaratio: quia sic dicimus in citatione; vt debeat fieri personaliter, vel domi in subsidium, quamuis textus in l. scire oportet. §. qui autem. ff. de excus tut. loquatur alternatiuè, vt latius firmaui lib. præcedenti. cap. 45. sub nũ. 2. vers. contrariũ.

NOTA istam declarationẽ primo, quia ea colligitur ex textu in d. cap. quoniam frequenter. in illis verbis. *vel saltem &c.* quæ denotant hanc denuntiationem faciendam esse in subsidium. secundo quia Doctores, quos viderim, non aduertunt. tertio quia est contra Abb. in cap. significauit. sub num. 3. vers. tertia. de testib. dicens, quòd si præcessisset denuntiatio in casu dicti c. quoniam frequenter. non esset necesse agere in-
155 tra annum, † & praxis huius denuntiationis est, quòd denuntiet & postea agat, si potest infra annum, quia nõ debet expectare, quòd labatur annus, & postea velit denuntiare; vnde licet denuntiatio sit posterior in ordine literæ, tamen in executione debet præcedere.

156 SVBDECLARA istam secundam declarationem in eo, quod dicimus, esse saltem denuntiandum infra annum, vt non procedat, quando reus fuit citatus ante examen: quia tunc denuntiatio non est necessaria: nam textus in d. cap. quoniam frequenter. loquitur etiam in casu, quo reus esset absens absquè malicia, & huic casui applicatur idem textus, dum loquitur de denuntiatione facienda: quia cum esset absens sine malitia non potuit citari: & quòd denutiatio non sit necessaria, si fuerit citatus, sentit Affl. in constitut. probationum incursibus. sub num. 2. in 3. requis. & sub num. 11. in 7. & vlt. not. lib. 2. dicens, istam notificationem requiri, si non potuerit citari in productione, & apertè Ant. de Butr. in d. cap. quoniam frequenter. in verbo. nisi fortè num. 11. vers. quæro an exigatur. vt lit. non contest.

157 EXTENDE istam subdeclarationem, vt procedat non solum quando citatus comparuisset, sed etiam quando fuisset contumax; quia non esset necessaria amplius denũtiatio, quicquid in contrarium scripserit Papien. in prac. in forma capitul. quã test. prod. ad ætern. &c. in gl. 1. sub n. 2. fol. 270.

158 DECLARA III. ampliãdo, vt teneatur agere infra annum, etiam si ante examen citauerit reum ad videndum iurare testes, & dandum interrogatoria, hancquè declarationem colligo ex textu in d. cap. quoniam frequenter. in illis verbis. *sine pars conuenta &c.* nam licet reus fuerit contumax, tamen disponit ille textus, quòd debeat conueniri infra annum: & si fuit contumax, necesse est ergo, quòd fuerit citatus.

159 Contra istam declarationem sentiunt Ant. de Butr. in d. cap. quoniã frequenter. §. nisi forte. vers. quæro an necessitas. nu. 15. vt lit. non contest. dicens quòd si reus fuit contumax, iam conuentus fuit, & allegat Host. secus inquit si testes fuerunt recepti cõtra absentem non contumacem: quia tunc debet agere, & conuenire infra annum. Socc. eod c. quoniam frequenter. n. 11. vers. secundo requiritur. quem refert, & sequitur Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 94. in fine. nu. 5. dicens, quòd citatio ad videndum iurare testes habet magnum effectum, quia posset actor producere istud examen etiam si potest annum actionem non instituerer: exquò cessat ratio textus in d. cap. quoniam frequenter.

160 Non recedo à declaratione: & moueor, quia cum dicta testiũ non publicentur, nisi post contestationem litis iuxta ea, quæ dixi supra num. 150. in 1. conclus. & consequenter reus ignoret quid deposuerint: posset actor eò vsquè differre actionem, & iudicium, vt reus non posset probare exceptiones, quas potuisset probare tunc temporis infra annum, vel paulò post, & non probauit tum quia ignorabat depositionem testium, tùm quia forsan sibi non expediebat, cum potuissent testes etiam deponere ad ipsius rei fauorem, & hæc est fraus, quam considerat textus in d. cap. quoniam frequenter. & ista fraus non remouetur per citationem actoris

actoris, quæ fieret ad videndum iurare testes; nec me mouet auctoritas Ant. de Butr. Socc. & Gail. quia licet sint magnę auctoritates, & ego nolim eos corrigere; tamen ego me fundo in textu, & dico quod sentio; & non loquor sine ratione: cæterum præfatis excellentissimis iureconsultis multum defero, vt debeo.

161 DECLARA IIII. vt non satis sit actori denuntiare, & agere infra annum, inchoandum à die, quo poterit agere, nisi etiam citauerit reum ante examen, si poterat citari, hæcquè declaratio colligitur etiam ex d. cap. quoniam frequenter. & quòd ista citatio sit necessaria, eiusquè defectus obstet, & non sanetur actione intentanda, vel denuntiatione facienda infra annum, probatur primo, quia si est necessaria quando examinantur post contestationem litis: à fortiori erit necessaria ante contestatione litis, cum subsit maius periculum fraudis: secundo probatur ex his, quæ scripsi infra nu. & , quod dicitur de denuntiatione facienda infra annum, intelligitur, si reus non potuisset citari eò, quia fuisset absens sine malitia; quia tunc supplenda est citatio per denuntiationem: sed si potuisset citari, debebat citari, & vbi fuisset citatus, non esset necessaria deinde denuntiatio iuxta ea, quæ scripsi supra num. 156. vers. subdeclara.

162 DECLARA vlt. vt si futurus reus non potuit citari eò, quia erat absens, vel erat aliter periculum in mora; & futurus actor agat postea infra annum, tunc nulla alia requiritur denuntiatio, vel citatio, nisi ea, quæ seruatur de ordine, & processu causæ principalis.

CASVS II.

Qui testes examinentur ad perpetuam rei memoriam ad instantiam rei, & quomodo procedatur.

163 Capio secundum casum distinctionis, positæ supra num. 125. & 126. quando timet is, qui habet intentionem se defendendi à molestijs, quas timet sibi inferendas esse.

Et in isto firmo non nullas contrarias regulas, seu conclusiones.

I. REGVLA erit, quòd ad instantiam possessoris, seu futuri rei possunt examinari tàm senes, & absfuturi, quàm iuuenes, & non absfuturi, vt sentiunt Glo. in cap. significauit. in verbo. testes. Ant. de Butr. vers. quæro cum glos. num. 5. & Abb. sub num. 3. vers. prima differentia. de testib. dum scribunt, quòd in casu dicti cap. significauit. recipiuntur indifferēter omnes testes, & illud cap. loquitur de testibus examinandis ad instantiam possessoris, seu futuri rei, vt notat Abb. in cap. quoniam frequenter. nu. 7. vers. oppono de cap. vt lit. nō contes. & scribunt aperte Bar. in auth. sed & si quis. sub num. 5. vers. secundo casu. in prima lectura. & sub nu. 3. in 2. & Bal. sub num. 8. ibi. si vero petuntur examinari ex parte rei. C. de testib. Corn. cons. 172. primus consultationis, sub num. 1. lib. 2. Dec. cons. 302. num. 6. vers. nec obstat. Affl. ad constitut. Neap. rub. de testib producen. an. lit. contest. circa medium. lib. 2. Rol. à Val. cons. 23. ex testibus. nu. 16. lib. 3. Mysing. in sing. obseru. cent. 4. obseru. 71. num. 2. & obseru. 72. ibi. secundus articulus. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 92. num. 8. & 9. & Mascar. tract. de probat. concl. 683. num. 1. lib. 2. & tenent communi-
✻ ter * omnes, prout de communi opin. testatur etiam Rol. à Val. vbi supra. & probatur ex d. cap. significauit. de testib. quia loquitur in isto secundo casu, vt aduertit etiam Mysing. d. obseru. 71. sub nu. 1.

164 Ratio huius primæ regulæ est: quia non est in potestate rei mouere litem, Corn. Affl. Rol. à Val. Gail. & Mascar. in locis supra proximè citatis.

165 EXTENDE istam regulam, vt procedat etiam si reo competeret facultas impetrandi officium iudicis, quo mediāte adstingeret futurum actorem, ne ei molestias inferret, quia adhuc poterit examinare testes ad perpetuam rei memoriam, omissa ista imploratione officij iudicis per ea, quæ scribunt Bal. in auth. sed & si quis. n. 2. in fine. ibi. nam pone. C. de testib. & alij plures, quos refert, & sequitur Fely. in cap. significauit. nu. 5. ibi. prima conclusio. de testib. & sentit Mysing. d. obseru. 72. ibi. secundus articulus.

165 Ratio huius extensionis est. quia implorare officium iudicis est remedium extraordinarium, & ideo non tollit hoc aliud beneficiū extraordinarium examinandi ad perpetuam memoriam; testibus Bal. & Fely. vbi supra. ex qua ratione nota cum eod. Fely. ibidem limitationem ad l. in causæ, ff. de minor. 25. ann. quòd vnum remedium extraordinarium non conquassat aliud extraordinarium.

167 EXEMPLIFICA istam extensionem vna cum Bal. vbi supra in debitore, cui creditor fecerit pactum de non petendo, quia debitor poterit examinare testes ad perpetuam rei memoriam, quamuis posset etiā implorare iudicis officium, & petere quòd dicto creditori imponeretur silentium, & cogeretur ad faciendum instrumentum dictæ liberationis promissæ.

168 EXEMPLIFICA II. in casu l. diffamari. C. de ingen. & manum. quia licet futurus reus posset agere ex remedio dictæ l. iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 34. num. 32. & seqq. tamen, quia illud est remedium extraordinarium, potest possessor examinare testes ad perpetuam rei memoriam, vt sentit etiam Mysing. in sing. obseru. cent. 4. obseru. 72. versus finem. ibi. habet tamen reus. & apertius ante eum Bal. in d. auth. sed & si quis. sub nu. 5. vers. sed hic dubitatur. C. de testib.

169 EXTENDE II. eandem regulam, vt habeat locum etiam si reus posset esse etiā actor, si vellet; quia nihilominus poterit examinare testes, tanquam si esset simpliciter futurus reus, vt scribunt Bar. in d. auth. sed & si quis. sub num. 5. vers. tertio casu. in 1. lectura. & sub nu. 3. in 2. lectura. & Bal. sub nu. 8. ibi. si verò petuntur examinari in casu. C. de testib. Fely. in cap. significauit. sub num. 5. ibi. & habet locum. de testib. Mysing. d. obseru. 72. ad finem. & communiter omnes. & probatur ex. d. cap. significauit. vt notauit in eo Fely. proximè supra citatus.

170 RESTRINGE nunc istam regulam, vt non procedat, quando reo competeret exceptio per modū actionis ex remedio ordinario legis: quia tunc is non posset examinare testes ad perpetuam rei memoriam, nisi tanquam actor; videlicet testes senes, seu aliter suspectos de morte, vel de diuturna absentia. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 92. num. 10 & 11. & in terminis huius limitationis intelligo Bal. in auth. sed & si quis. nu. 8. vers. modo sequitur. C. de testib. dum refert, canonistas dicere, quòd si testes petūtur ex parte rei ad impugnationem & non ad simplicem defensionem, idem est dicendum in reo, quod dicitur in actore.

171 II. REGVLA erit, quòd futurus reus, volens examinare testes ad perpetuam rei memoriam, debet in primis de hoc formare petitionem, narrando aliquā iustam causam, & requirēdo iudicē, vt ex officio velit examinare testes, quos est inducturus: eamquè formatam debet offerre iudici, qui sit competens: isquè non debet ad examen procedere, nisi prius adhibuerit aliquam causæ cognitionem, & citatus sit futurus aduersarius, & iudex ipse interloquutus sit, testes esse examinandos, prout remissiuè dixi in primo casu, loquendo de futuro actore supra nu. 144. & seqq. in 3. 4. 5. 6. & 7. conclusione. & plenius infra nu.

Quomodo procedatur ad vlteriora post examinatos testes ad perpetuam memoriam ad instantiam rei.

Examinatis testibus, remanent similiter videnda ea, quæ occurrunt post examen.

172 CONCLVDO igitur, quòd testes examinati illicò publicantur, vt scribunt Gl. in c. significauit. in verbo. testes idoneos & Abb. sub n. 3. vers. secūda. de testibus. Bar. in auth. sed & si quis. n. 5. in secūdo casu. in prima lectura. & sub nu. 3. in 2. & Bal. sub nu. 8. ibi. si vero petuntur examinari ex parte rei. C. de testib. & Mysing. in sing. obseru. cent. 4. obseru. 71. sub num. 2. qui notant

hanc

hanc differentiam inter testes examinandos ex parte rei,& testes examinandos ex parte actoris, quos supra num. 150. diximus non publicari,nisi post contestationem litis debito tempore.& quòd sit opinio cōmunis * contra Spec. infra citatum, scribit Abb. vbi supra. & quod eiusmodi examinatio, & publicatio sit valida, scribit Rol. à Val. conf. 23. ex testibus.num.16. lib.3. quem refert,& sequitur Masuer. in addit. ad pract. Papien. in form.capitul. quan. test.produc. ad æstern. &c. in glos.timeatquè. in verbo.summariè.fol. 271.

173 Contra istam conclusionem tenet Spec.tit. de teste. §.nunc tractemus.vers.in hoc autem.n.5.dicens, quòd ista publicatio redundaret in damnum rei, qui non posset alios producere. & cum Spec. videntur transire Ant.de Butr. in d. cap. significauit.vers.quæro cum gl. num.5.& Papien. in d.form.capitul. &c.in glo.1.num. 2. fol. 270.qui nullam constituit differentiam,an examinentur ex parte rei.vel ex parte actori.cogita super ista opinione Speculatoris.

174 DECLARA istam conclusionem quoad publicationem, vt non sit vera, quando futurus actor non fuisset citatus,quia tunc non publicarentur,nisi citato futuro actore iuxta ea,quæ subdeclarando scripsi infra num. 198. vers.subdeclara istam declarationem.

175 DECLARA II. vt,si futurus actor non potuerit citari,debeat ei infra annum denūtiari examen testium, alias fidem non facerent iuxta ea, quæ scripsi infra nu. & num. vers. declara istam limitationem. intelligendo, vt ibi dixi, dummodo futurus actor non latitet, seu malitiose se non absentet, quia habetur pro citatio.

Discussiones quarundam conclusionum, positarum supra in materia examinis ad perpetuam memoriam.

DISCVSSIO I.

176 Retenta conclusione 4. de qua supra num. 145. & num.

Discutiendum est, quis sit iudex competens ad examinandos testes ad perpetuam rei memoriam.

Resp. iudicem competentem esse eum, qui esset competens, si procederetur iudicio ordinario contra eum, contra quem testes producuntur, vt scribunt Bar.in l. cum ij. §. transactiones. num.1. ff. de transact. dicens esse examinandos coram eo; coram quo verteretur causa. Ant. de Butr. in cap. quonim frequenter. vers. quæro primo. sub num. 4. vt lit. non contest. referens & sequens ex Vinc. quòd testes sunt examinandi per iudicem causę, vel de eius commissione Ias.in l. admonendi. sub num. 189. ff. de iureiur. in 2. repetit. Papien. in pract. in form. capitul. quan.test. produc. ad ætern. &c. in glos. 1. num. 1. in fine. fol. 270. Affl. in constitut. probationum incursibus. q. 3. sub num. 3. lib. 2. Io. Crot. tract. de testib. par.7.num. 39. fol. 218. Rol. à Val. conf 23. ex testibus. num. 18. & conf. 80. in casu. num. 8. lib. 3. Io. Mar. Monticel. in repert. de testib. rub. lite non contestata quando producantur testes. fol. 252. col. 1. Masuer in addit. ad pract. Papien. vbi supra. in glos. timeatquè. in verbo. summariè. fol. 271. Alex. Sciat. in pract. iudic cap. 16. num. 92. & Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 93. num. 1. & hæc opinio est communis,* & ratio est, quia accidentia debent sequi substantiam.

177 EXTENDE I. istam communem opinionem, vt sit vera etiam si testes essent absentes à loco, vbi causa deberet cognosci; quia adhuc debent examinari à iudice causæ,vel de eius commissione secundum Vinc.& Ant.de Butr.citatum supra.

178 DECLARA restringendo istam extensionem, vt non procedat in terminis,in quibus loquutus sum infra nu. 182.vers.limitatur.

179 EXTENDE II. istam communem opinionem, vt procedat, etiam si testes examinentur ex parte futuri rei:quia adhuc erunt examinandi coram iudice, coram quo futurus actor deberet ipsum reum conuenire, vt scribunt Alex. conf. 103. consideratis his. nu. 3. lib. 5. Capic. decis. 18. in causa nobilis alphonsi. num. 5. & ita videntur sentire Petr. Gerar. sing. 69. pone reus. Bar. Masuer. & Gail. in locis supra proximè citatis & Rol. à Val. d. conf. 23. num. 18. dum scribunt, quòd si reus velit facere examinari testes ad perpetuam rei memoriam,debet adire iudicem, qui haberet cognoscere in causa principali.

Comprobatur ista extensio ex illa communi opinione, quam retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 34. num. 43. vers. contrariam. quòd diffamatus,agens ex remedio l. diffamari. C. de ingen. & manum. debet adire iudicem proprium,& non iudicem diffamātis

180 DECLARA istam extensionem, vt quamuis iudex competens dicatur is, cui est suppositus futurus reus; tamen ipse reus potest adire etiam iudicem futuri actoris, ibiquè examinare testes; dummodo sit iurisdictio prorogabilis: nam sicut reus posset consentire in iurisdictionem iudicis actoris, cuius iurisdictionem ab initio potuisset declinare, ita etiam poterit cōsentire isto casu,supposita iurisdictione prorogabili:nec posset actor allegare incompetentiam:quia ipse est suppositus illi iudici.

181 Aduerte,quòd si reus, & actor manerent in separatis territorijs,& sub diuersis dominijs & iudicibus ita, vt vnus iudex non posset exequi in territorio alterius, & futurus actor nulla alia ratione sortiri posset forum futuri rei, nisi quatenus actor sequitur forum rei; nasceretur difficultas, quomodo iste futurus actor posset citari à iudice futuri rei per ea, quæ, loquendo de executione citationis extra territorium scripsi lib.præced. c. 40.n.6. ex quibus poteris sumere aliquid pro resolutione huius difficultatis,in qua hic nō immorabor.

182 LIMITATVR nunc præcedens communis opinio, posita supra sub num. 176. vt non procedat, quando testes venirent examinandi ad perpetuam rei memoriam super casu naufragij, vel alio simili, contiagente in loco remoto, vel in itinere: quia tunc possent eo tempore, quo casus contingit,examinari testes coram iudice illius loci, licet ille iudex nō sit iudex futuri rei, nequè futuri actoris Ant.de Butr. in cap.quoniam frequenter.vers.quæro primo,sub nu.4.ibi.in hoc puto.vt lit. non contest. allegans l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufr.& apertius Rol.à Val. conf. 80.in casu. num. 8. lib. 3. Masuer. in addit. ad pract. Papien. in form. capitul. quan. test. prod. ad æter. &c. in glos. timeatquè. in verbo. summariè. fol. 271. Petr. Gerar. sing. 69. pone reus. ibi. limitat. Io.Mar. Monticel. in reper. de testib. rub. lite non contestata quando producantur testes. fol 252. col. 1. & Addition. ad Bar. in l.cum ij. §. transactiones. ff. de transact.& pro ista limitatione possunt adduci etiam Corset Fely. Mars. Crot. & alij, quos allegaui supra num. 111.limit. 5. dum scripsi in isto casu posse testes examinari,parte non citata.

183 ADVERTE circa istam limitationem, quòd quamuis regulariter reus, examinans testes ad perpetuam rei memoriam,non cogatur denuntiare infra annum aduersario, ad differentiam actoris, qui tenetur infra annum agere, vel saltem denuntiare Glos. Ant. de Butr. Abb. & alij, quos citaui & sequutus sum supra num. 152. vers. secunda conclusio.tamen in casu huius limitationis crederem,quòd reus teneretur denuntiare infra annum per textum in l.si quis nauicularius.C. de naufr.lib.11.

Nec me ab ista aduertentia remouet, quod scribit Alex.in addit.ad Bar.ibidem.dicens,quòd,si hoc esset verum,sequeretur,quòd exceptio esset annalis contra regulas,quæ volunt exceptiones esse perpetuas etiam in casu,quo actio esset annalis.

Quia resp.aliud esse,quòd modus probandi exceptionē sit annalis:& aliud, qđ ipsa exceptio sit annalis; qđ patet in exceptione non numeratæ pecuniæ,quæ licet duret perpetuò,si probetur,tamen si non probetur durat solum per biennium, & sic modus probandi durat

184 per biēnium, quamuis exceptio sit perpetua.† vnde in casu huius limitationis dico,quòd exceptio naufragij est perpetua, sed istum modum priuilegiatū probandi per testes examinatos,parte non citata,dico esse annalem,alias daretur materia committendi fraudem contra partem non citatam.

185 EX-

185 Extenderem iſtam aduertentiam, vt procederet in quolibet alio caſu, in quo reus poſſet examinare teſtes ante conteſtationem litis contra partem non citatam, & non latitantem, ſeu non malitioſè ſe abſentantem: & moueor pro iſta extenſione, vt remoueatur fraus, quæ poſſet committi.

186 Retenta concluſione 5. de qua ſupra nu. 146. quòd pars debeat citari ad videndum iurare teſtes examinandos ad perpetuam rei memoriam.

Probo in primis veritatem iſtius concluſionis ex textu in c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. quod loquitur in futuro actore, vt dixi ſupra ſub n. 127. ſecundo ex textu in cap. ſignificauit. de teſtib. quod loquitur in reo, vt dixi ſupra ſub n. 163. & quòd citatio ſit neceſſaria, ſcribunt Papien. in pract. in form. capitul. quan. teſt. produc. ad æter. &c. in gl 1. n. 2. fol. 270. Fely. in cap. ſignificauit. not. vlt. num. 3. de teſtib. Addition. ad Bar. in l. in lege aquilia, in litera d. in verbo teſtes examinentur. ff. ad l. aquil. Affl. in conſtitut. probationum incurſibus. ſub nu. 2. in 2. requiſ lib. 2. licet loquatur in terminis illius conſtitutionis. Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. ampl. 25. num. 121. Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 94. num. 4. Alex. Stiat. in pract. cap. 16. num. 8. Maſcar. tract. de probat. concl. 1366. ampl 1. num 3. lib. 3. & benè Socc. in tract. de citat. art. 7. num. 16. in fine. dicens, quòd ſi citatio requiritur in examine, quod fit poſt conteſtationem litis, à fortiori requiritur in eo, quod fit ante conteſtationem litis. & de hac concluſione non dubitant Doctores: imò, vt apparet ex praxi, quam ſcribit Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2. ſub num. 4 debent concedi etiam dilationes ad dandum interrogatoria.

DISCVSSIO II.

187 Diſcutiendum eſt, an iſta citatio ſit facienda perſonaliter, vel ſufficiat ſi fiat domi.

Reſp. in hoc articulo reperiri plures opiniones, vt patet ex his, quæ ſcribunt Io. Andr. Bar. Bal. & alij infra citati.

Prima opinio fuit Dyni. in auth. ſed & ſi quis. C. de teſtib. qui tenuit requiri veram contumaciam, & ſic ſecundum eum requiritur citatio perſonalis, vt referunt Io. And. & Bar. infra citati.

188 Secunda opinio fuit Io. And. in cap. præſumitur. reg. 47. nu. 8. de reg. iur. in 6. qui licet videatur loqui obſcurè; tamen diſtinguit in effectu duos caſus: Primus eſt, quando teſtes recipiuntur ex parte actoris, vt in cap. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. & iſto caſu, quia non publicantur, ſufficit citatio facta domi: Secundus eſt, quando teſtes recipiuntur ex parte rei, vt in cap. ſignificauit. de teſtib. & iſto caſu, quia publicantur, requiritur citatio perſonalis: & hanc opinionem in vtroque caſu diſtinctionis referunt & ſequitur Bal. in auth. ſed & ſi quis. n. 7. verſ. modo ſequitur. verſus finem. C. de teſtib. Alex. conſ. 203. ſuper themate. n. 11. ibi. vtrum autem ſufficiat. lib. 2. Socc. tract. de citat. art. 20. q. 22. ſub n. 54. verſ. ſed dyn. in fine. & verſ. ſi verò. Rol. à Val. conſ. 23. verſ. ſecundo reſpondetur. n. 22. lib. 3. & Fely. in d. cap. ſignificauit. ſub n. 3. ibi. qualis autem. vbi teſtatur etiam de communi* opinione.

189 Tertia opinio fuit Bar. in d. auth. ſed & ſi quis. verſ. quæro circa primam partem. n. 7. C. de teſtib. qui, aſſumendo hanc difficultatem prius in genere, & in genere reſoluendo, præmittit quòd primum decretum, & ſecundum interponatur contra partem, etiam lite non conteſtata: deinde ſic diſtinguit: ſi agitur de primo decreto, non requiritur quòd pars latitet, quia non parat plenum præiudicium: ſi agitur de ſecundo decreto, inquit, non poſſe interponi regulariter, niſi contra latitantem: quia parat plenum præiudicium: ex hac diſtinctione ſic concludit diſtinguendo in diſcuſſione, de qua agimus: aut examinatio ad æternam rei memoriam fit ad aliquem effectum parui præiudicij, & tunc non requiritur latitatio eadem ratione, quæ eſt in primo decreto: aut fit ad effectum pleni præiudicij, & tunc, inquit, non dico, quòd debeat citari perſonaliter, ſicut dicit Dyn. ſed dico, quòd non poteſt fieri examinatio, niſi pars latitet, ſicut, inquit, dixi in ſecundo decreto: ſicquè ſecundum Bar. ſufficit citatio domi cum latitatione citandi.

190 Quarta opinio fuit Nic. de Mat. quam referunt Bal. in d. auth. ſed & ſi quis. n. 7. verſ. modo ſequitur. & Socc. d. q. 22. nu. 54. ſed eam non ſequuntur. de mente ergo Nic. de Mat. diſtinguuntur plures caſus: primus eſt quando citandus eſt abſens & habet domum: & tunc ſufficit citatio domi: ſecundus eſt quando eſt abſens & non habet domum, & eſt abſens ex cauſa voluntaria, & tunc ſufficit citatio voce præconia: tertius eſt quando non habet domum, & eſt abſens ex cauſa neceſſaria: & in iſto rurſus diſtinguit: aut fuit præuentus ante abſentiam ita, quòd potuit, & debuit ſcire, quòd producerentur teſtes contra ſe, & ipſe cum potuerit procuratorem dimittere non dimiſit; & tunc valet citatio ad domum, ſi habet, ſin minus poteſt citari per præconem: aut ante abſentiam non fuit præmonitus de qualitate futuræ litis; & tunc ſi abſentia eſt improbabilis, puta quia fuit bannitus; ſufficit citatio domi, vel per præconem tanquàm ſi eſſet abſens ex cauſa voluntaria: ſi verò eſt abſentia probabilis tantum, vel probabilis & neceſſaria; poterit reuerſus petere reſtitutionem in integrum, vt ſibi atteſtationes non præiudicent, probando læſionem ſaltem ſummatim, vt requiritur in reſtitutione in integrum.

191 Quinta eſt opinio Abb. in cap. quoniam frequenter. ſub n. 21. q. 6. vt lit. non conteſt. quam refert, & ſequitur Affl. in conſtitut. probationum incurſibus. n. 6. in fine. & n. 7. lib. 2. ſed iſta opinio loquitur ſolum in primo caſu quando examinantur teſtes ſenes & alij, de quibus in d. c. quoniam frequenter. ad inſtantiam futuri actoris: & concludit iſto caſu quòd relinquitur arbitrio iudicis, qui conſiderabit qualitatem & quantitatem abſentiæ ex parte citandi, & periculũ imminẽs ex parte teſtis: dicens non poſſe tradi certã doctrinã.

192 Sexta opinio erit Io. Crot. tract. de teſtib. par. 7. nu. 38 fol. 218. qui ſic diſtinguit: aut aduerſarius eſt abſens, & tunc ſufficit citationem fieri ad domum, ne interim pereat facultas probandi dum perquiritur: aut aduerſarius eſt præſens in ciuitate, & tunc debet citari perſonaliter.

193 RETENTA ſecunda opin. quæ cõmuniter* tenetur.

DECLARA eam in primo caſu, in quo diximus, ſufficere citationem ad domum; vt procedat, ſi citandus non fuerit inuentus perſonaliter per ciuitatem: quia de iure in primis citationibus debet præmitti diligentia inueniendi perſonam per ciuitatem, vt ſcripſi lib. præced. cap. 45. ſub n. 2. & n. 4.

194 RESTRINGE iſtam declarationẽ, vt non procedat in multis caſibus, in quibus ſufficit citatio ad domum, nulla præmiſſa diligentia inueniendi perſonam; quorũ caſuũ aliquos notaui lib. præced. d. cap. 45. n 4. 5. 6. & 7

195 DECLARA rurſus ampliando eam in ſecundo caſu, in quo diximus requiri citationem perſonalem, vt procedat etiamſi citandus eſſet in remotiſſimis partibus; quia adhuc deberet citari perſonaliter in illis remotiſſimis partibus: & moueor, quia in ſimili videmus, quòd debitor exiſtens Angliæ fuit de mandato Papæ monitus ad inſtantiam fideiuſſoris, qui moleſtabatur Bononiæ, vt vel vaderet, vel mitteret de Anglia in Bononiã ad audiendos teſtes, examinandos pro parte dicti fideiuſſoris. c. conſtitutus. de fideiuſ. quem caſum dicti cap. conſtitutus. notarunt Hoſt. & Abb. in c. quoniam frequenter. q. 6. n. 21. vt lit. non conteſt.

196 DECLARA ſecundo in iſto eodem 2. caſu limitando, vt non procedat, quando citandus malitioſè ſe abſentaſſet & latitaret: quia tunc ſufficit citatio publica ad domum, ideſt ſufficit publicum edictum, vt ſcribũt Gl. in d. cap. quoniam frequenter. §. porrò. in verbo. impedit. vt lit. non conteſt. & Abb. ibidem. nu. 6. verſ. quæro an ille. Matheſil. ſing. 133. nota quòd citatio. in fine. & communiter omnes ſine controuerſia in diuerſis locis; imò quando quis doloſè latitat, & ſe occultat, ne citari poſſit, actus poteſt expediri, eo aliter non citato, vt ſcribũt Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 1. limit. 29. n. 36. & Tiraq. in commen. ad rub. res inter alios acta. C. limitat. 12. fol. 110. col. 2. & caſui huius declarationis poſſunt applicari etiam ea, quæ ſcripſi de cita-

X

citatione per edictum lib. 1.c.34.n.9.verſ.caſus. & ita procedat opinio Bartoli, dicentis non eſſe neceſſariā citationem perſonalem, & examinationem fieri non poſſe, niſi pars latitet.

197 DECLARA iterum in iſto ſecundo caſu;vt non procedat quando periculum eſſet in mora: quia tunc propter moræ periculum poteſt etiam in totum omitti citatio, vt ex Innoc. Abb.Socc. Affl.Veſtr. & Gail. retuli & ſequutus ſum ſupra num.102. verſ. extende iſtam quartam.

198 SVBDECLARA iſtam declarationem, vt in iſto ſecundo caſu teſtes non poſſint publicari, niſi prius deinde denuntietur futuro actori, teſtes fuiſſe examinatos: & moueor pro iſta ſubdeclaratione,quia licet reo ſit conceſſa examinatio & publicatio teſtium ad perpetuam memoriam iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.172. verſ. concludo igitur.tamen publicatio conceditur ei, quia præſupponitur futurum actorem fuiſſe citatum perſonaliter, vt retuli & ſequutus ſum ſupra in iſta retenta ſecunda opinione num. 188. & ratio rationis eſt, quia publicatio eſt magni præiudicij, vt ſcribunt Io. Andr. Bal. & Alex. citati ſupra d.num. 188. & licet moræ periculum poſſit operari, vt teſtes recipiantur,parte non citata, tamen non debet operari hoc aliud,quòd poſſint publicari,parte non citata; quia in publicatione ceſſat moræ periculum: & nota iſtam ſubdeclarationem: quia quamuis non ſit aliorum Iuriſconſultorum auctoritate munita, tamen eſt vera, & æqua, dummodo futurus actor malitiosè ſe non abſentauerit, ſeu latitet: quia,data abſentia malitioſa,ſeu latitatione,haberetur pro citato iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 196. verſ. declara ſecundo.

DISCVSSIO III.

199 Retenta concluſione 7. de qua ſupra num.149.quòd ſit neceſſaria interlocutoria iudicis antequàm teſtes poſſint recipi ad perpetuam rei memoriam.

Diſcutienda eſt veritas huius concluſionis.

Pro concluſione tenent Bar. in l. in lege aquilia. verſ. quæro quid faciat. litera. d. ff. ad l. aquil. Rol. à Val. conſ. 23. ex teſtibus. verſ. quarta eſt concluſio, ſub num. 20. lib. 3. Addit. ad pract. Papien. in form. capitul. quand. produc. teſt. ad ætern. &c. in gl. timeatquè. fol. 270. & ad Affl. in conſtitut. probationum incurſibus. in 1. additione.lib.2. Alex. Stiat.in pract. iud.cap.16.num.91. & D. M. A. Amat. meus affinis. deciſ. 43. ſuper.n.4. & quòd hæc ſit opinio communis teſtatur Rol. à Val.d. conſ. 23. in fine. verſ. vltimo non obſtat.

Confirmatur iſta ſententia: quia in ſimili dicimus, quòd non ſatis eſt, eſſe factam excuſſionem contra principalem debitorem ad effectum procedendi contra tertium poſſeſſorem, niſi ſit etiam interloquutum, quòd eſt legitimè facta iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced. cap. 76. ſub n.12. verſ. contrariam.

200 Contrariam ſententiam conatur defendere Socc. conſ. 243. conſiderata. ſub num. 10. verſ. non obſtat quòd requiratur interlocutoria. lib. 2. quem refert & ſequitur Crauet. conſ. 319. proponitur. ſub num. 2. verſ. cæterum. & quòd ita ſit de mente omnium in cap. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. teſtatur idem Socc.vbi ſupra.& ratio huius contrariæ ſententiæ eſt; quia eò ipſo, quòd iudex procedit ad receptionem teſtium, videtur interloquutus, ſicut in ſimili dicimus; quando iudex procedit poſt allegatam incompetentiam, quia intelligitur declaraſſe ſe competentem: item quando poſt allegatam impertinentiam articulorum mandat examinari teſtes, quia intelligitur declaraſſe eos eſſe pertinentes. & ab hac ſententia forſan non diſceſſerunt Bal. & Fely. in cap. ſi qui teſti. num. 6. ibi. ſubdit tamen. de teſtib. dum ſcribunt, eſſe optimam cautelam, vt iudex prius interloquatur; quamuis Rol. vbi ſupra alleget eos pro prima opinione.

Retenta prima opinione; requireretur etiam citatio partis in iſta interloquutoria, vt refert, & ſequitur Alex. Stiat. vbi ſupra; quod ego minus firmo.

Difficultates emergentes in examine ad perpetuam memoriam.

DIFFICVLTAS I.

201 Retenta praxi petendi,& implorandi officium iudicis, vt velit examinare teſtes ad perpetuam memoriam, & praxi citandi aduerſarium ad videndum eos examinari iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 146. & 186. ſi citatus compareat, & petat litem conteſtari ſuper iſta petitione, & imploratione officij iudicis.

Dubitatur an ſit conteſtanda.

Reſpondeo, quòd non; quia conteſtatio litis ſit ſuper negotio principali, & quando proceditur iuris ordine ſeruato, & non ſuper petitione extraordinaria Bal.qui diſputãdo ſic concludit in auth.ſed & ſi quis. verſ. quæro inſuper.n. 6. C. de teſtib.

DIFFICVLTAS II.

202 Præſuppoſito, quòd poſſeſſor, qui poſſet eſſe futurus reus, non moleſtetur iudicialiter, neque extraiudicialiter.

Dubitatur,an poſſit examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam.

Reſp. diſtinguendo duos caſus vna cum Bal. in d. auth.ſed & ſi quis. ſub num. 5. verſ. ſed hic dubitatur. C. de teſtib.

Primus eſt; quando neque moleſtatur extraiudicialiter, neque poteſt ab aliqua certa perſona moleſtari iudicialiter.

Secundus eſt; quando vel moleſtatur extraiudicialiter per iactationes iuxta l. diffamari. C. de ingen. & manum. vel poteſt moleſtari iudicialiter,quia apparet aliqua præexiſtens materia apta ad moleſtandum.

CAPIO primum caſum: Et concludo, quòd non poteſt examinare: quia licet iſte proceſſus examinis ad perpetuam rei memoriam ſit extraordinarius, tamen requiritur in eo aduerſarius, cum quo,ſeu contra quem fundari poſſit, vt per Bal. vbi ſupra.

203 EXEMPLIFICA iſtum caſum, quando poſſeſſor vult examinare teſtes contra Titium, & non oſtendit, quòd Titius poſſit eſſe futurus actor ex contractu, aut ex quaſi contractu, aut ex delicto, aut ex quaſi delicto. & ideo iudex priuſquàm concedat examinari teſtes debet adhibere ſummatim aliquam cauſæ cognitionem.

204 Cautela tamen ſecundum Bal. vbi ſupra eſſet,quòd poſſeſſor ſupponeret aliquem amicum, qui iactaret,& diffamaret: quia tunc occaſione illius perſonæ poſſet facere citari cæteros, qui velint contradicere: hancq; cautelam in iudicio d. l. diffamari.nos ex Cæpol. & Boer. retulimus & ſequuti ſumus lib.præced.cap. 34. ſub num.32.

205 CAPIO ſecundum; quando moleſtatur extraiudicialiter,vel poteſt moleſtari iudicialiter:Et concludo, quòd poteſt examinare;quia ſufficit habitus & potentia, & timor poſſeſſoris, vt ſcribit Bal. vbi ſupra.& ita intelligas regulã,in qua firmaui ſupra n.163.verſ. prima regula. quòd ad inſtantiam rei futuri examinantur indiſtinctè teſtes tàm ſenes, quàm iuuenes.

206 EXEMPLIFICA cum Bal. quando res,quam poſſideo, fuiſſet anteceſſorum Titij, & amiſiſſem inſtrumentum cautelæ: quia iſto caſu poſſem examinare.

DIFFICVLTAS III.

207 An vnicus teſtis ſit recipiendus ad perpetuam rei memoriam.

Videbatur prima facie dicendum quòd non; quia quantumuis ſolemniter examinetur, fruſtra videtur examinari, exquò vnicus teſtis non probat.

Contrarium eſt verum; quia debet adhuc examinari,vt ſcribit Bal. in auth.ſed & ſi quis.n.15.verſ.ſed pone. C. de teſtib. quem refert & ſequitur Addition. ad Bar. in l.in lege aquilia, incipien. teſtes examinentur. litera d. ff. ad l.aquil.

DIF-

DIFFICVLTAS IIII.

208 An teſtes poſſint examinari ad perpetuam rei memoriam ſuper fama.

Reſp.quòd poſſunt examinari: quia licet teſtes deponentes de fama probent ſolum ſemiplenè,& minus, & non plenè, tamen debent recipi: quia etiam vnicus teſtis recipitur ad perpetuam rei memoriam,licet non probet iuxta ea, quæ ſcripſi in præcedenti difficultate num.

209 Contrariam opinionem; quòd non ſint examinandi, tenuit Bal. in auth. ſed & ſi quis. num. 14. verſ. quæro nunquid iſta.C.de teſtib.

210 Rationes huius contrariæ opinionis ſunt duæ ſecundum Bal.vbi ſupra.

Prima: quia fama eſt mutabilis, & ideo poteſt mutari in contrarium,& mutata conquaſſat fidem, & conſequenter fruſtra recipitur probatio famæ, ſi ei fides non eſt adhibenda iuxta illud,à nobis relatum lib.præced.cap.84.ſub num.33.

Fama bonos lædit plures, ad ſydera tollit
Fama malos;famæ non adhibenda fides. & alia ibidem à nobis notata verſ.& multæ aliæ.

211 Secunda: quia vulgus,in quo conſiſtit fama, non perit, imò fama ex ſucceſſu temporis augetur & roboratur iuxta verſus, à nobis relatos d. cap. 84. ſub num. 33.

Mobilitate viget, vireſquè acquirit eundo &c.
& ideo ceſſat timor amittendarum probationum;&, ceſſante iſto timore, non debet concedi iſtud examen.

212 RETENTA iſta contraria opinione:

AMPLIA I. eam vt procedat, quando futurus actor,volens examinare ſuper fama,habet facultatem agendi: quo caſu ſolet ei regulariter concedi,vt poſſit examinare teſtes ſenes,valetudinarios, & ſimiles ſuſpectos tunc de morte, vel de diuturna abſentia iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num. 127.ſed in probanda fama non debet ei concedi: quia licet morirentur illi teſtes, tamen non deſunt alij, cùm fama non reſtringatur ad aliquos paucos.

213 AMPLIA II. vt procedat etiam ſi non haberet facultatem agendi: ratio eſt, quia fama acquirit vires eundo.

214 AMPLIA III. vt procedat, quando ageretur de re, quæ de facili non mandatur obliuioni; quia tunc non debent examinari ad perpetuam rei memoriam: ratio eſt,quia fama,vt dixi,non reſtringitur in paucis, ſed vagatur per multos; vnde ſi aliqui moriuntur, ſuperſunt alij.

215 AMPLIA IIII. vt procedat etiam ſi futurus reus vellet examinare: quia neque ipſi debet concedi, quamuis non ſit in eius poteſtate agere.

216 LIMITA, vt non procedat quando ageretur de re,quæ obliuioni facilè mandaretur: quia iſta eſſet iuſta cauſa, vt teſtes examinarentur ad perpetuam memoriam,vt ſcribit Bar.in l.carbonianum.§.duæ autem. num.9. ibi. & prædicta faciunt.ff.de carb. edict. quem refert, & ſequitur Addition. ad Bar. in auth. ſed & ſi quis.in ſecunda lectura.in verbo.examinari. C. de teſtib.& licet iſti non loquantur de teſtibus ſuper fama, tamen loquuntur generaliter, & ſub iſta generalitate poſſunt compræhendi teſtes de fama: quia in leuibus ſolet fama citò perire:vt puta orta eſt fama,quòd Pontifex viſitauit heri ſeptem eccleſias, vel dederit benedictionem generalem.

217 EXTENDE iſtam limitationem; vt procedat in actore,& à fortiori in reo, in cuius poteſtate non eſt mouere litem.

Nequè obſtat,quòd famæ probatio ſit fragilis: quia reſp.ex ea oriri inditium aliquod, quod iunctum cum alia probatione poteſt multum prodeſſe.

DIFFICVLTAS V.

218 An poſſit aliqua via impediri examen teſtium ad perpetuam rei memoriam, ne recipiantur.

Reſp.quòd ſic,quando is, cõtra quem producuntur, eſt citatus,vel aliter habet notitiam dicti examinis faciendi:quia poteſt comparere,& allegare ſe eſſe paratum litigare,vt,loquendo in reo citato, referunt & ſequuntur Rol.à Val.conſ.23.ex teſtibus.num. 17.lib. 3. & Maſuer.in addit. ad pract. Papien. in form. capitul. quan.teſt.produc. ad æter. &c. in gloſ. timeatquè in verbo.ſummarie.fol.270. in fine. & in actore loquitur Addition.ad Bar.in l.41.in lege aquilia.in verbo.teſtes examinentur.litera. d. ff. ad l.aquil.& hanc cautelam tàm in productione facienda per actorem, quàm in productione facienda per reum ſcribit Cæpol. caut.

219 153.✝ imò ſecundum Addition. ad Bar. vbi ſupra,reus non antea poteſt examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam, quàm requiſiuerit per citationem futurũ actorem,vt declaret,an tunc velit agere: quia ſi vellet agere, non eſt recurrendum ad hanc viam extraordinariam.

DECLARA iſtam cautelam, vt ſit vera quando ſumus in caſu,in quo lis poteſt inſtitui, & ceſſat moræ periculum,ſecus ſi aut lis non poſſet inſtitui, quia non dum veniſſet dies, ſeu non dum purificata eſſet conditio,aut ita teſtium periculum immineret, vt omnis mora noceret,quia,non obſtante oblatione litigandi,examinarentur.

DIFFICVLTAS VI.

220 An examinatis, & publicatis teſtibus, receptis ad perpetuam memoriam ante cõteſtationem litis ad inſtantiam rei futuri,vt in cap.ſignificauit.de teſtib. poſſint examinari alij teſtes.

Reſp.quòd primo intuitu videtur reſpondendum affirmatiuè,quòd poſſint recipi:& hanc opin.tenuit Nic. de Mat.in auth.ſed et ſiquis.C.de teſtib.&videtur probari ex cap.veniens.il 2.de teſtib. & ex notatis ibidem per Fely.in ſummario.& ſub nu.19.dum ſcribit, quòd publicatio teſtium,facta in iudicio ſummario,non impedit productionem eorundem,vel aliorum teſtium in iudicio ordinario.

221 Contraria ſententia negatiua; quòd alij teſtes produci non poſſint; eſt vera,quam tenet Bal.in d.auth.ſed & ſi quis.num.16.verſ. quæro nunquid. C. de teſtib. & eſt de mẽte Specul.tit. de teſte.§.nunc tractemus.verſ. in hoc autem.ſub num.5.dum ſcribit, teſtes non eſſe publicandos etiam ſi examinentur ad perpetuam memoriam ad inſtantiam futuri rei:& ratio ſecundum ipſum eſt;quia non poſſet poſtea alios inducere: nam licet eius opinio non ſit vera, & ſit cõtra communem, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra num.172.verſ.concludo igitur.tamen ratio,quam aſſignat,eſt bona, & concordat cum iſta ſententia: hanc eandem ſententiam ex Bal.refert & ſequi videtur Addition.ad Bar. in l. in lege aquilia.incipien.teſtes examinentur.litera.d.ff.ad l. aquil.

222 Ratio huius opinionis eſt; quia iſti teſtes dicuntur recepti ad deciſionem cauſæ,tanquàm ſi eſſent recepti in iudicio ordinario; & ideo militat in eis par timor ſubornationis, ſicut militat in receptis poſt conteſtationem litis.

Ad textum in cap.veniens.reſpondet Bal.vbi ſupra, quòd procedit in teſtibus receptis ad præparationem cauſæ ſuper aliquo articulo præparatorio, qui poſſunt examinari indiſtinctè ante conteſtationem litis;& non impediunt teſtes examinandos ſuper meritis.

223 RETENTA iſta contraria ſententia, quæ eſt vera.

DECLARA eam, vt ſola publicatio non impediat productionem aliorum teſtium,niſi ſint etiam didicita teſtificata;quia tunc quis non poteſt producere teſtes; quando didicit teſtificata cap.fraternitatis.de teſtib. & ibi Doct.inter quos Socc.num.19.& 24.inter tract. diuerſ.fol.191.auth.at qui ſemel.C.de probat.& ibi Bar. & alij.Lanfr.de Orian.tract.de teſtib. ſub num.41.verſ. tamen licet. fol. 182. Affl. deciſ. 216.Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.105.num.3. & proſequar, fauente Deo,lib.ſeq.in cap.de publicatione proceſſus.

224 SVBDECLARA iſtam declarationẽ,vt teſtificata dicãtur didicita,qñ in primainſtãtia fuit facta publicatio

 teſtium

teſtium, & fuit parti decreta copia; quia ſi deinde in ſecunda inſtantia velit alios teſtes inducere; non poſſet; exquò diceretur didiciſſe teſtificata: hocquè procedit, etiam ſi in proceſſu non conſtaret, quòd habuerit copiam, & iuraret, ſe eam non habuiſſe Rot. deciſ. 30. alias 671. de probat. in antiq.

225 SVBDECLARA II. vt; ſi eſſet facta publicatio, & decreta copia, & tamen conſtaret, quòd quis teſtificata non didiciſſet; admitteretur is ad producendos alios teſtes ſecundum ea, quæ ſcribit Bar. in d. auth. at qui ſemel. verſ. venio ad quartum. n. 19. & ſeqq. C. de probat. & ideo, vt teſtatur Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 11. num. 3. in fine, ſolet Signatura reſcribere, vt; non obſtante publicatione petita, & quòd copia fuerit decreta; admittatur ſupplicans ad probandum, ſi teſtificata non didicerit.

226 SVBDECLARA III. vt non dicantur didicita, quando perſunctoriè tantum quis atteſtationes legiſſet, teſtibus Bar. in d. auth. at qui ſemel. verſ. venio ad quartum. ſub n. 19. verſ. ſecundo ſi viderit. & Gail. d. obſeru. 105. ſub n. 3. lib. 1.

227 Comprobata eſt iſta ſubdeclaratio & quodammodo ampliata hic in Vrbe per ſtylum, ſecundum quem datur partibus ſummarium teſtium, non aliter publicato proceſſu, quia per eiuſmodi ſummarium non videntur didicita teſtificata, & ita hodie video ſeruari; & iuxta hanc ſubdeclarationem Domini Auditores de Rota, vt refert Veſtr. in pract. lib. 7. cap. 1. ſub num. 4. ſolent quandoquè legere procuratori, de cuius probitate confidunt, depoſitionem alicuius teſtis: & hæc ſatis, quia iſta materia plenius venit attingenda lib. ſeq.

DIFFICVLTAS VII.

228 Teſtes fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam vti ſenes, ſeu valetudinarij: apparet quòd non ſunt ſenes, neque valetudinarij.

Dubitatur, an eorum examen ſit validum, vel nullum.

Reſp. quòd; ſi apparet, non eſſe ſenes, nequè valetudinarios; examen eſt nullum, & eorum depoſitio nullam fidem facit, & ideo eſſent repetendi poſt conteſtationem litis, & parte citata, vt ſcribit Caputaq. deciſ. 266. ſeu 3. n. 1. in fine & n. 2. par. 3. & hanc teneo pro vera concluſione; & licet Bal. in auth. ſed & ſi quis. nu. 13. verſ. quæro ſi iu. ſen. C. de teſtib. dicat, quòd in dubio præſumitur pro iudice, & conſequenter quòd teſtes ſint ſenes, & valetudinarij, quia iſta determinatio relinquitur arbitrio iudicis: tamen nos præſupponimus non eſſe in dubio.

229 DECLARA iſtam concluſionem; vt tunc maximè procedat, quando iudex, nulla capta informatione, an eſſent ſenes, ſeu valetudinarij, mandaſſet eos examinari ad inſtantiam futuri actoris: quia tunc non præſumeretur pro arbitrio iudicis, exquò proceſſit de facto Bal. vbi ſupra.

DIFFICVLTAS VIII.

De ætatibus hominis.

230 QVAERO qui dicantur ſenes ad effectum, vt poſſint examinari ad perpetuam rei memoriam ante litem conteſtatam iuxta diſpoſitionem cap. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt.

Reſp. diuerſas eſſe opiniones Doctorum; ſicut admonent etiam Abb. in d. cap. quoniam frequenter. nu. 18. & Fely. num. 4. verſus finem. ibi. & dicit Nic. vt lit. non conteſt. imò ſunt diuerſæ etiam in definiendo numerũ ætatum, ſeu graduum hominis; & quò firmius ad propoſitæ difficultatis reſolutionem procedamus, incipiam ab initio de numero ætatum, in quo, vt dixi, ſunt etiam variæ opiniones.

Prima opinio fuit, quòd ætates hominis ſint decem; hancq; opinionẽ tenuit Solon legiſlator Athenienſiũ, vt patet in elegia, quam ipſe ſcripſit de decem ætatibus hominum, traducta in verſus latinos per Lilium Græg. quos verſus referunt Tiraq. tract. de legib. cõnub. in 6. leg. gl. 1. par. 6. nu. 43. fol. 105. & Io. Franc. Faræ tract. de eſſent. infan. cap. 1. n. 2. fol. 388.

231 Secunda opinio fuit, quòd gradus vitæ hominis ſint ſeptem; hancquè opinionem tenuerunt Philo, & Hyppocrates non infimi ſubſellij medicus, Gl. vltima in cap. 1. de celebr. miſſ. & alij communiter; * hoſquè gradus, ſeu ætates diuerſimodè etiam enumerant: nam Hyppocrates, vt refert Ant. Fum. tract. de ſubſtitut. rub. ſecunda ſpecies ſubſtitutionum &c. num. 34. fol. 222. ſic eos conſtituit: primus gradus eſt vſque ad ſeptennium: ſecundus ad quartumdecimum: tertius ad duodetrigeſimum: quartus ad trigeſimumquartum: quintus ad duodequinquageſimum: ſextus ad quinquageſimum ſextum: ſeptimus ad vltimum annum humanæ vitæ. alij verò aliter enumerant, vt refert Guliel. Rouil. tract. de iuſtit. & iniuſtit. lib. 2. cap. 13. num. 2. fol. 378. nam ſecundum eos primus gradus, in quo eſt infantia, durat vſque ad annos ſeptem, de quo gradu & ætate vide quæ ſcripſi c. præced. q. 24. num. 713. & ſeqq. ſecundus, in quo eſt pueritia, durat in maſculis vſque ad annum decimum quartum, & in fœminis vſque ad duodecimum: tertius, in quo eſt pubertas, durat vſque ad annum decimumſeptimum: quartus, in quo eſt adoleſcentia, durat vſque ad annum vigeſimumquintum. quintus, in quo eſt iuuentus, durat vſque ad annum quinquageſimum: ſextus, in quo eſt ſenectus, durat vſque ad annum ſeptuageſimum: ſeptimus & vltimus, in quo conſiſtit decrepita, durat vſque ad vltimum annum humanæ vitæ, qui non ſolet excedere annum centeſimum: & iſta enumeratio ſeu diuiſio videtur communiter * recepta.

232 Tertia opinio fuit, quòd ętates hominis ſint ſex: quia non enumerat ætatem pubertatis: & hanc opinionem videtur approbaſſe textus in cap. 1. 35. q. 4. & tenent Gl. in proœm. ſexti decretalium. in verbo. perfectus. & Arch. in cap. vnico. n. 2. & ſeqq. de cler. ægrot. in 6. & iſta opinio fundatur in eo, quòd ſex etiam dicuntur eſſe ætates mundi.

233 Conciliantur tamen iſtæ duę opiniones ſecundum Hier. Zannet. tract. de differen. iur. ciuil. & can. differentia 78. nu. 138. vt præcedens, quæ enumerat ſeptem ætates, procedat de iure canonico: & hæc quæ enumerat ſex ætates procedat de iure ciuili.

234 Quarta opinio fuit, quòd ętates hominis ſint quinque: & hanc tenuit Seruius, vt refert Ant. Fum. citatus ſupra in 2. opin. nam omittebat ætatem pubertatis, & decrepitæ.

Senes qui ſint.

235 Accedo nunc ad propoſitam difficultatem, qui dicantur teſtes ſenes; in qua referam prius nouem opiniones.

Prima opinio eſt; quòd ſenex ſit is, qui expleuit annum ſeptuageſimum: hancquè opinionem tenuerunt Spec. tit. de teſte. §. nunc tractemus. num. 6. verſ. ſed quos. Io. And. in cap. vnico. in verbo. ſenio. nu. 1. verſus finẽ. de cleric. ægrot. quem refert, & ſequi videtur Fely. in cap. quoniam frequenter. ſub nu. 4. ibi. ad tertiam quæſtionem. vt lit. non conteſt. eandemquè opin. tenuit Vinc. quem citat Io. And. eod. cap. quoniam frequenter. in verbo. ſenes. ſub n. 6. & alij citati ibidem per Addition. in litera. c.

236 Confirmatur iſta opinio ex ethymologia ſenis: nam ſenes dicuntur à ſenſus diminutione, quia ſenes præ vetuſtate deſipiunt, vt ſcribit Arch. in cap. tanta. num. 4. diſt. 86. dicens, quòd propterea phyſici dicũt puerorum & ſenum ætates conuenire, & Archidiaconum refert & ſequitur Guliel. Rouil. tract. de iuſtit. & iniuſtit. lib. 2. cap. 14. num. 2. in fine. fol. 379. ſed ſenſus diminuũtur anno ſeptuageſimo: ergo anno ſeptuageſimo quis dicitur ſenex.

237 Secunda opinio eſt; quòd ſenex ſit is, qui excedit annum quinquageſimum: hancq; opinionẽ tenent Galen. Gl. in proœm. ſexti decretal. in verbo. perfectus. ibi. quinta ſenectus. Gram. deciſ. 34. n. 3. & 4. Guliel. Rouil. d. lib. 2. cap. 13. ſub nu. 2. & hanc eſſe communem * ſenten-

ſententiam ſcribit Menoch. tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 59. ſub num. 1. & in terminis propoſitæ difficultatis de teſtibus ſenibus examinandis ad perpetuam rei memoriam hanc opinionem tenet Alc. tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 53. num. 1. fol. 319.

238 Comprobatur primo iſta opinio: quia ſatis probabiliter poteſt timeri de cuiuſque morte ſecundum naturam inferiorum cauſarum poſtquàm peruenerit ad quinquageſimum annum: quia minor pars hominum hanc metam attingit, vt in terminis, in quibus loquimur, ſcribit Innoc. in cap. quoniam frequenter. in verbo. ſenex. ſub n. 3. vt lit. non conteſt. & poſt eum ibidem Io. And. in verbo. ſenes. ſub num. 6. & Abb. q. 3. ſub num. 18.

239 Comprobatur ſecundo ex ethymologia ſenis, qui ſignificat ſemimortuum à *ſemi*, ideſt, dimidium, & *nex*, ideſt mors.

Sed ſemimortuus dicitur is, qui peruenit ad dimidiã

240 ætatem: & hoc probatur: † quia vita eſt mors, & dum viuimus morimur iuxta præclarum Gregorij ſententiam in regiſtro. dum inquit: *vita noſtra nauiganti ſimilis eſt: is enim qui nauigat, ſtet, ſedeat, iaceat; ſemper vadit; quia impulſu nauis ducitur: ſic & nos ſiue vigilantes, ſiue dormientes per momenta temporum quotidie ad finem tendimus*: at is, qui compleuit annum quinquageſimum, dicitur perueniſſe ad dimidiam æta-

241 tem: † quia homo præſumitur viuere centum annos ad tradita per Bar. tract. de teſtib. nu. 38. Campeg. eod. tract. reg. 350. verſ. ſeptimo. Redoan. tract. de reb. eccleſ. non alien. q. 6. verſ. item ex præmiſſis. n. 4. fol. 481. col. 1. & Maſcar. tract. de probat. concl. 1072. n. 6. lib. 2. Ergo ſenex dicitur, qui expleuit annum quinquageſimum.

242 Tertia opinio eſt, quòd ſenex ſit is, qui expleuit annum quadrageſimum ſextum: hancquè opinionem tenuit Seruius Tullius, vt refert Menoch. d. caſ. 59. ſub num. 1.

243 Quarta opinio eſt, quòd ſenex ſit is, qui expleuit annum quadrageſimumquintum; hancquè tenuit Varro, relatus ab eodem Menoch. vbi ſupra.

244 Quinta opinio eſt, quòd ſenex ſit is, qui expleuit annum quadrageſimum vſque ad annum quinquageſimumſextum: hancquè opinionem tenuit Hyppocrates, relatus per Menoch. d. caſ. 59. num. 1. cuius opinio non eſt paruifacienda, quia fuit medicus multi nominis.

245 Sexta opinio eſt, quòd ſenex dicatur is, qui habet caniciem in capillis, & barba, vt ex Ang. in Auth. de quæſtor. in fine. refert Fely. in cap. quoniam frequenter. ſub n. 4. ibi. & dicit. vt lit. non conteſt.

246 Septima opinio, quæ formari poſſet ex his, quæ ſcribunt Doctores de malo ſenectutis, eſt, quòd ſenex ſit is, qui eſt ad occaſum vitæ, ſeu habet longam, inſanabilem, & naturalem infirmitatem: quia ſenectus ipſa eſt morbus naturalis iuxta ea, quæ referunt Abb. in d. cap. quoniam frequenter. q. 4 ſub n. 19. vt lit. non conteſt. Foller. in pract. crim. in verbo. dentur capitula quòd ſuffocauit. n. 18. Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 1. cent. 2. caſ. 60. nu. 8. & Gomes. in reg. de infirm. reſign. q. 7. n. 1. & 2. referens, quòd huic morbo, ſeu ſenectuti circumſtant multa incommoda, plurimæquè imbecillitates, & ideo eſt querula, difficilis, moroſa, & timida, vt quæ credat elementa omnia ſibi defutura.

247 Octaua opinio, quæ ſimiliter formari poteſt ex his, quæ dicuntur de ſenibus, eſt, quòd ſenex ſit is, cui deficiunt vires tùm corporis, tùm ſenſuum, iiſquè deficientibus, repueraſcit, vt ſentiunt Cyprian. lib. de xij. abuſionibus, loquens contra ſenem his verbis, relatis per Guliel. Rouil. tract. de iuſtit. & iniuſtit. lib. 2. cap. 14. ſub n. 6. verſus finem. fol. 379. *ad interitum properat? dum oculi caligant, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapſi numero minuuntur, cutis areſcit, genua trepidant, & hæc omnia ruituram iam domum noſtri corporis citò pronuntiant.* & Iuen. ſaty. 19. his verſibus.

Vna ſenum facies, cum voce trementia labra:
Et iam leue caput, madidiquè infantia naſi:
Frangendus miſero gingiua panis inermi

248 *Vſquè &c.* † & quòd ſenex reuoluatur in pueritiam, rurſuſquè ad initium reuerti videatur, cum ad finem properat, ſcitiſſimè ſcripſit Plato lib. de regno. & Ariſt. lib. orbicularum. q. 17. cap. 3. quos citat Io. Franc. Faræ. tract. de eſſent. infant. cap. 14. num. 9. fol. 394. & vt inquit, patet experientia: primum enim reddit albor, ſimul & raritas capillitij, quorum vtrumquè pueris eſt familiare; deinde balbuties, veluti altera infantia; præterea gingiua exarmata dentibus, & eis vacillantibus inſtructa; quin etiam ſenibus omne corpus ad puerilem modum decreſcit; conſimilis virium imbecillitas; iam cibi quoquè conſimiles vtriquè ætati congruunt; & hoc ipſum nihil ſapere in ſenibus infantiam quandam referre videtur: quare & pueris mirè delectantur ſenes; quia ſimiles: & hinc prouerbium: *bis pueri ſenes*. ad idem facit, quod retuli ſupra in prima opin. num.... ex Arch. qui ex ſententia phyſicorum ſcribit, puerorum & ſenes ætatem conuenire.

249 Nona opinio eſt, quòd ſenex iudicetur ex aſpectu corporis, vt ſcribit Bar. in l. 1. num. 5. ibi. nota quòd ſicut minor. C. de mendic. valid. lib. 11. quod iudicium relinquitur arbitrio iudicis; ſicquè quis dicatur ſenex committitur iudicis arbitrio, vt ſcribunt Innoc. in cap. quoniam frequenter. in verbo. ſenex. ſub num. 3. Io. Andr. in verbo. ſenes. ſub n. 6. Ant. de Butr. verſ. quæro qui dicantur ſenes. num. 6. & Fely. ſub n. 4. ſupra finem. ibi. ad tertiam q. vt lit. non conteſt. Io. Crot. tract. de teſtib. par. 7. num. 40. fol. 218. Guliel. Rouil. tract. de iuſt. & iniuſtit. lib. 2. cap. 14. num. 1. in fine. fol. 379. Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 59. num. 3. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 92. num. 7. qui teſtatur de communi,* opinione.

250 RETENTA iſta nona opinione, quæ eſt vera, & tenetur communiter.

DECLARA I. eam vt iudex, volens cognoſcere, an aliquis ſit ſenex ad effectum, vt poſſit examinari ad perpetuam rei memoriam; debeat conſiderare robur, & complexionem teſtis; item naturam & qualitatem cauſæ, ſeu negotij: & vbi poſſit coniecturare, quòd ille teſtis veriſimiliter non poſſet viuere vſquè ad conteſtationem litis, etiam ſi lis tunc præpararetur, & initiaretur, debet illum ſine dubio recipere & examinare ad perpetuam rei memoriam iuxta ea, quæ ſcribit Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 60. ſub num. 10. quòd ſi futurus actor poſſit ad ſui libitum mouere litem, & mouendo eam, veriſimiliter coniecturet, quòd teſtis viuet etiam poſt conteſtationem litis, quamuis futurus actor differret litem mouere per annum; non debet illum examinare.

251 DECLARA II. vt iſtud arbitrium reſtringatur in ſenibus, qui nondum peruenerunt ad annum ſeptuageſimum: quia teſtis, qui expleuit annum ſeptuageſimum; debet; remoto omni arbitrio iudicis; examinari tanquam ſenex ad perpetuam rei memoriam ſiue ſit benè complexionatus, ſiue non; quia iſte annus eſt terminus aliarum ætatum, vt in terminis ſcribunt Abb. in d. cap. quoniam frequenter. quæſt. 3. ſub num. 18. vt lit. non conteſtat. & Guliel. Rouil. tract. de iuſtit. & iniuſtit. lib. 2. cap. 14. num. 2. fol. 379.

252 DECLARA III. vt iſta opinio non procedat Mediolani, vbi conſtitutum eſt, quòd ſexagenarius poſſit examinari ad perpetuam rei memoriam, ſicquè declaratum eſt ibi qui dicatur ſenex, vt refert Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 59. in fine.

253 DECLARA IIII. vt non procedat in Camera Imperiali, vbi quinquagenarij reputantur ſenes, & examinantur ad perpetuam memoriam, & alij, qui nondum peruenerũt ad annum quinquageſimum, non recipiuntur Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeruat. 92. ſub num. 7.

Retenta iſta opinione, quòd relinquatur arbitrio iudicis quis ſit ſenex: captiuemus fauorabile arbitrium iudicis: quia temporis iniuria, quæ nullo pharmaco, nullauè medicorum arte vindicari poteſt, ſolo iudicis

arbitrio vindicatur: & taceat quoad hominis senectutem sententia Ouidij de edacitate temporis, dum ait.

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiatque dentibus æui;
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Opiniones de senectute supra relatæ quomodo intelligantur, & quæ earum vera non sit.

254 Retenta eadem nona opinione.

Resp. ad primam opinionem, quòd septuagenarius non solum dicitur senex, sed dicitur decrepitus, qui est valdè senex; & in casu, de quo agimus, sufficit quòd sit senex.

Resp. ad secundam opinionem; quòd & si ea sit valde rationabilis, & amica discursui, sumpto ab ethymologia senis, vt deduximus in secunda confirmatione; tamen illud argumentum ab ethymologia posset concludere solum negatiuè: non est quinquagenarius; ergo non est senex: sed non posset concludere affirmatiuè: est quinquagenarius; ergo est senex: quia argumentum ab ethymologia valet negatiuè, & non affir-
255 matiuè. † Euer. in centur. in loco ab ethymol. num. 9. præterea illa sententia; quòd homo præsumatur viuere centum annos; non probatur in iure; sed solum probatur, quòd potest viuere centum annos, vt latè ostendit Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 16. n. 3. & seqq. & quòd illa sententia non probetur in iure, hac vnica ratione concludenter demonstratur: quia præsumptio debet se accommodare ad
256 ea, quæ frequentius accidunt, † sed frequentius accidit, quòd homines moriantur ante centesimum annum; imò euenit frequentius, quòd moriantur ante quinquagesimum, vt ex Innoc. Io. And. & Abb. retuli supra in d. secunda opin. in prima comprobatione. & quòd ita frequentius eueniat demonstrant etiam inscriptiones sepulchrorum, vt aduertit Gomes. in reg. de infirm. resign. q. 9. n. 6. vers. nec mirandum. dicens, quòd hodie communiter homines moriuntur intra quinquagesimum, & sexagesimum annum, vt ex sepulchris defunctorum inspicere licet. sed in recipiendis testibus senibus ad perpetuam rei memoriam attendere potius quod frequenter euenit, quàm quod posset euenire. & hæc sint dicta obiter pro intelligentia illius sententiæ; quòd homo præsumitur viuere centum annos.

257 Resp. ad sextam opinionem; non esse veram: quia nos videmus multos canicie vndiquè aspersos, qui nondum quadragesimumsecundum annum expleue-
258 runt: † & quòd canicies non sit tutum inditium senectutis, claro nobis testimonio sunt illi Indiæ populi, qui vocantur Pandoræ: illi enim, vt referunt Plin. de natur. histor. lib. 7. cap. 2. num. 30. Val. Max. lib. 8. cap. 14. & Mascar. tract. de probat. concl. 667. n. 19. lib. 2. viuunt annos ducenos in iuuenta candido capillo, qui in senectute nigrescit.

Ratio, cur in partibus nostris aliqui citò euadant cani, à physicis petenda esset: si tamen mea valeret sententia, dicerem, rationem esse: quia hi tales forsan caniciem habent pro senectute, & nuntio propinquæ mortis, & cum Deus eos diligat, mittit eis caniciem, ne obliuiscantur cælestis Hierusalem, & vt cogitent
259 de morte. † nec ista canicies, quam hi tales habent pro nuntio senectutis, vel mortis, debet ei esse tristifica, quia vita nostra habet multas amaritudines, &, vt ait August. in Orig. tractans illud Iacobi 4. quæ enim &c. est vita dubia, vita cæca, vita ærumnosa, quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores exiccant, aera morbidant, escæ inflant, ieiunia macerant, ioci dissoluunt, tristitiæ consumunt, solicitudo coarctat, securitas hæbetat, diuitiæ iactitant, paupertas deijcit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit; & post hæc omnia mors interimit, vniuersis gaudiis finem imponens ita, vt
260 cum esse desierit, nec fuisse putetur. † &, vt ait Arist. homo est imbecillitatis exemplum, fortunæ ludus, incostantiæ imago, inuidiæ, & calamitatis trutina, reli-
261 quum verò pituita & bilis. † & vt ex pluribus sacræ scripturæ locis refert Guliel. Rouil. tract. de iustit. & iniust. lib. 2. cap. 16. de morte. n. 5. fol. 379. homo moritur ad quiescendum; item mors iustorum est euasio carceris; est irruptio vinculorum; est infirmitatum abbreuiatio; & reuersio de exilio ad patriam.

Responsiones ad alias opiniones omitto.

DIFFICVLTAS IX.

Valetudinarij qui sint.

262 QVAERO qui dicantur valetudinarij ad effectum, vt possint examinari ad perpetuam memoriam iuxta dispositionem cap. quoniam frequenter: vt lit. non contest.

Resp. quòd valetudinarij secundum Goffr. relatum à Io. Andr. in cap. quoniam frequenter. in verbo. valetudinarii. n. 7. vt lit. non contest. dicuntur à valeo per contrarium; hæcquè denominatio comprobari potest similitudine belli, quod secundum Priscianum dicitur per antiphrasin; quòd minimè bonum sit. vel secũdum Io. And. vbi supra dicuntur valetudinarij, quia si valetudinarij dicuntur infirmi, eò dicuntur, quia in eis valet infirmitas contra naturam: sed ego potius dicerem, dici valetudinarios; quia valetudo in eis non valet.

263 Omissa descriptione ab ethymologia, potes definire cum Accurs. in l. inuiti. la 1. in verbo. valetudinarij. ff. de testib. quòd dicuntur ij, qui morbo detinentur, vel cum Innoc. in d. cap. quoniam frequenter. sub n. 3. vers. & valetudinarij. quòd sunt infirmi propter debilitatem corporis, & naturæ defectum. & non propter febres acutas. vel cum Hug. relato à Io. And. in cap. 1. nu. 2. de cleric. ægrot. in 6. quòd valetudinarius est, qui sæpè infirmatur.

264 RETENTA quauis ex istis descriptionibus.

DECLARA deinde eam, vt in casu particulari occurrenti ad vsum forensem relinquatur arbitrio iudicis quis dicatur valetudinarius ad effectum, vt possit examinari ad perpetuam rei memoriam, vt scribunt Bal. in auth. sed & si quis. sub n. 13. vers. quidam dicunt. C. de testib. Abb. in d. cap. quoniam frequenter. q. 4. sub n. 19. ibi. sed quis dicatur senex. vt lit. non contest. Mars. in l. quæstionis modum. n. 18. ff. de quæst. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 60. n. 5.

265 SVBDECLARA istam declarationem, prout declaraui in sene supra num. 250. vers. declara.

266 DECLARA II. vt mulier prægnans non dicatur valetudinaria argumento l. 2. §. si non propter valetudinem. ff. si quis caution. &c. Fely. in cap. quoniam frequenter. nu. 6. ibi. & nota quod mulier. vt lit. non contest. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 60 sub num. 6.

267 SVBDECLARA istam declarationem, vt quamuis mulier prægnans non dicatur valetudinaria; tamen æquiparetur vt plurimum valetudinariæ.

268 EXEMPLIFICA I. & proba istam subdeclarationem in casu, quo ageretur de veniendo, vel sistendo in iudicio: quia sicut excusatur valetudinarius, si non venerit, vel non sisterit in iudicio; ita etiam excusatur mulier prægnans, quasi valetudine impedita d. l. 2. §. si non propter valetudinem. quare licet essemus in casu, in quo mulier promisisset sistere in iudicio, & teneretur sistere, tamen, si esset prægnans, excusaretur, sicut excusaretur valetudinarius.

269 RESTRINGE I. istam exemplificationem vt non procedat in muliere rustica, quæ sit valens ita, vt eo tempore portet onera, ac si non esset prægnans; quia non excusaretur Foller. in pract. crim. in verbo. audiantur excusatores. n. 30. & Addition. ad Felyn. in d. cap. quoniam frequenter. n. 6. litera. a. vt lit. nõ contest. dummodo non sit valdè partui proxima Foller. vbi supra.

270 RESTRINGE II. vt non procedat in muliere, quæ sit prægnans paucorum dierum, Addition. ad Fely. vbi supra. & sentiunt Foller. d. num. 30. & Campeg. tract. de testib. reg. 152. fol. 99. nam cessat isto casu

caſu timor, ne pariat in via, conſideratus à Campeg.

271 EXEMPLIFICA II. & proba iſtam ſubdeclarationem in caſu, quo ageretur de cogendo teſtem inuitum dicere teſtimonium; quia ſicut valetudinarius non cogitur inuitus dicere teſtimonium. l. inuiti. la 1. ff. de teſtib. & l. ad egregias. alias. ad perſonas egregias. ff. de iureiur. & dixi infra cap. ſeq. n. 634. & cap. 10. ſub n. 60. ita neque cogitur mulier prægnans inuita dicere teſtimonium Bal. in d. l. inuiti. la 1. ibi. idem fortè. ff. de teſtib. Campeg. d. reg. 152. fol. 99. & Moncad. in addit. ad Crot. eod. tract. de teſtib. par. 5. n. 16. fol. 214.

272 INTELLIGE reſtringendo iſtam exemplificationem; quòd iſti non coguntur inuiti dicere teſtimonium in iudicio, ſicquè non coguntur venire in iudicium, ſicut coguntur venire alij; & ideo tenetur iudex mittere notarium ad eorum domum d. l. ad egregias. ff. de iureiur. & aduertit Foller. in pract. crim. in verbo. capiat informationem. ſub n. 40. ante finem. fol. 25. col. 2. & in hoc conſiſtit ſpecialitas; quòd mulier prægnans dicet teſtimonium in domo, & non cogetur venire ad iudicium, vbi teſtes teſtificari coguntur.

273 Contra iſtam intelligentiam; & quòd mulier prægnans nullo modo cogatur teſtificari, neq; in iudicio, neque in domo; facit vulgaris opinio mulierum tenentium, quòd mulier prægnans non debeat iurare: & ego vidi mulieres prægnantes renuētentes iurare eò, quòd erant grauidæ, & aſſerentes non poſſe cogi ad iurandum; quarum opinio orta eſt ex d. l. inuiti. la 1. quæ, loquens de valetudinarijs, aſt ſimpliciter, quòd inuiti non coguntur ferre teſtimonium: ergo neque coguntur iurare: quia tota virtus teſtimonij conſiſtit in iuramento iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 3. num. 210. & 211.

274 Confirmatur iſta vulgaris mulierum opinio: quia mulieri prægnanti non poteſt inferri tortura; teſtibus Marſ. in pract. crim. §. nunc videndum. n. 46. in fine. & n. 47. & Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 64. verſ. quæro modo. & hoc ſciunt omnes Criminaliſtæ, & ſeruatur

275 in praxi ſine difficultate: † imò neque poteſt terreri ſecundum Pegn. in commen. ad direct. Eymer. par. 3. comm. 39. verſ. ſi quis autem. & ita teneo, quicquid ſcripſerit Scapp. tract. iur. non ſcrip. lib. 5. cap. 116. ſub num. 5. dicens, mulieres prægnantes torqueri tormento zufulorum, quod ego nullatenus admitterem.

276 Sed iuramentum eſt tortura ſpiritualis, vt ſcribunt Abb. in cap. per tuas. ſub n. 11. de probat. Socc. conſ. 253. in cauſa domini. ſub num. 1. col. 3. lib. 2. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. cap. 11. n. 3. fol. 217. Tynd. tract. de teſtib. lib. 2. cap. 2. ſub n. 4. fol. 152. & Crauet. conſ. 6.

277 plura videnda. n. 51. & 54. † & ideo benè ſcribit Caſon. tract. de malef. tract. 9. ex non dicto. cap. 4. nu. 15. fol. 288. quòd tortura ſucceſſit loco iuramenti in cauſis criminalibus, in quibus non ſolet deferri iuramentum purgationis. Ergo mulier prægnans neque in iudicio, neque extra cogitur dicere teſtimonium.

278 Retenta intelligentia, quæ eſt vera, & ſeruatur in praxi.

Reſp. ad iſtam confirmationem, quòd non valet argumentum in caſu noſtro à tortura ad iuramentum: quia ex tortura poſſet facilè ſequi abortus, ſed non ex iuramento.

279 EXTENDE hanc ſecundam exemplificationem, vt habeat locum etiam in muliere non prægnante: quia adhuc non cogitur venire ad ferendum teſtimonium in iudicio cap. 2. de iudic. in 6. vbi Papa mandat ſub pæna excommunicationis, ne mulieres inuitæ vocētur perſonaliter ad iudicium, aut dolosè producantur in teſtes, quod cap. citarunt etiam Affl. in conſtitut. generalia iura. n. 12. lib. 2. & Foller. in pract. crim. in verbo. capiat informationem. ſub num. 40. fol. 25. colum. 2.

280 SVBEXTENDE iſtam extenſionem, vt procedat etiam in cauſis criminalibus, vt retuli & ſequutus ſum infra cap. 10. verſ. quintus eſt. n. 67.

281 DECLARA iſtam extenſionem, & ſubextenſionem, vt procedant in muliere non eò, quia iſto caſu mulier aſſimiletur valetudinario, ſicut aſſimilatur mulier prægnans: ſed eò, quia reputetur inter perſonas priuilegiatas, ſeu egregias, quæ ſimiliter non coguntur venire perſonaliter in iudicio ad ſe examinandum. d. l. ad egregias. alias. ad perſonas egregias. ff. de iureiur. & dixi infra cap. ſeq. n. 632. & 634.

NOTA quòd iſta extenſio procedit ex diſpoſitione iuris canonici in d. cap. 2. de iudic. in 6. aſſociata quodamodo à diſpoſitione iuris ciuilis in l. 1. C. de offic. diuerſ. iudic.

282 LIMITA nunc illam ſubdeclarationem, in qua ſupra n. 267. diximus mulierem prægnantem vt plurimum æquiparari valetudinario; vt non procedat quando agitur de examinandis teſtibus valetudinarijs ad perpetuam memoriam: quia licet poſſit examinari valetudinarius, tamen non poteſt examinari mulier prægnans: quia raræ mulieres moriuntur propter partum, & ideo iudex; concedendo teſtes examinari ad perpetuam memoriam propter periculum mortis; debet attendere quod frequenter accidit, & non quòd raro. Cogita tamen melius.

DIFFICVLTAS X.

Infirmi qui ſint.

283 QVAERO qui dicantur infirmi ad effectum, vt poſſint examinari ad perpetuam memoriam propter periculum mortis.

Infirmus in genere dicitur, qui intrinſecus morbo aliquo, ex humorum exceſſu cauſato, laborat, vt refert, & ſequitur Sebaſt. Medic. tract. de fortuit. caſib. q. 6. n. 2. fol. 216.

284 Comprobatur iſta definitio: quia infirmitas dicitur illa, quæ cauſatur ex humorum exceſſu, vt ex Rip. tract. de peſte. in principio. n. 3. refert Gomes. in regul. de infirm. reſignan. q. 7. verſ. ſed prædictis. n. 7. & quòd corpus humanum monarchia alicuius ex humoribus fiat morboſum, retuli ex Tiraq. lib. præced. cap. 90. ſub n. 1. & vt dicit Foller. in pract. crim. in verbo. dentur capitula quod ſuffocauit vxorem. n. 18. infirmitas propriè dicitur carnis, qua infirmitate; turbatis elementis & humoribus; caro ipſa afficitur, inficitur, & tandem diſſoluitur.

285 Infirmitas, quæ à Iureconſultis morbus vocatur, poteſt etiam definiri, quòd eſt habitus cuiuſcunquè corporis contra naturam. l. 1. §. ſed ſciendum eſt. ff. de edilit. edict. & notat Menoch. de arbitr. iud. caſ. 60. ſub nu. 10. vel quòd eſt motus contra naturam, quem febrem appellamus. l. quæſitum. §. fonticus. ff. de re iud.

RETENTA iſta definitione ſeu deſcriptione.

285 INFERO, ſenes non dici propriè infirmos: quia ſenectus eſt morbus naturalis, vt dixi ſupra nu. 246. verſ. ſeptima opinio. & infirmi, vt dixi, habent morbum contra naturam: & quòd ſenectus non ſit infirmitas, ſcribunt Fely. in cap. quoniam frequenter. n. 5. vt lit. non conteſt. & Gomes. d. reg. de infirm. reſign. q. 7. verſ. ſed prædictis. ſub n. 7. & quòd hæc ſit verior, & ✲ communis* opinio ſcribit Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 1. cent. 2. caſ. 60. ſub n. 8.

286 DECLARA iſtam illationem, vt licet ſenes non dicantur infirmi, neque valetudinarij, tamen in caſu propoſitæ difficultatis æquiparantur infirmis, valetudinarijs, & alijs, de quorum morte timetur: & ideo poſſunt examinari ad perpetuam rei memoriam, vt plenè dixi in difficultate præcedenti.

287 DECLARO nunc, accedendo ad propoſitam difficultatē, quòd infirmi, qui poſſunt examinari ad perpetuam rei memoriam, ſunt illi, quorum infirmitas veriſimiliter poteſt eſſe lethalis, ſeu de quorum morte poteſt dubitari propter infirmitatem.

288 EXEMPLIFICA iſtam declarationem in infirmis, qui habent febres acutas, quarum cognitio & materia ſpectat ad medicos: idcirco in alienam meſſem falcem non apponam.

289 INFERO I. ex iſta declaratione, quòd laborans leui febricula non poteſt examinari ad perpetuam rei memoriam: & moueor quia leuis febricula non dicitur febris l. 1. §. proinde. & l. ob quæ vitia. in fine. ff. de edil. edic. Bal. in l. 2. verſ. quæro quid. n. 4. C. quor. appel. non recip. Vital. tract. de malef. ruo. form. relat. apparit. vel nunc. n. 48. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 2. n. 2.

num.2. Caputaq. decis.91. num.2. par.2. & Odd. tract. de restit. in integr. q.11. art.7. num.31. & 33. & dixi cap. seq. num.1905.

Confirmatur ista illatio, quia leuis morbus nõ reputatur pro morbo Mascar. tract. de probat. concl.1406. num. 16. lib.3. & paruum vulnusculum nõ punitur poena statuti, punientis vulnus Gasp. Caball. tract. de edil. edic. cap. 2. num. 16. & Tiraq. tract. de iudic. in reb. exig. vers. decimo. & vers. vndecimo. fol. mihi 89. tom. 5. & leuis tortura non dicitur tortura Bal. in d.l.2. nu.4. Mars. in l. repeti. num.5. ff. de quæst. & in pract. crim. §. quoniam. num. 3. Boss. tract. crim. tit. de tort. num.15. & Crauet. cons.287. nobilis. sub n.6. vers. iam illud.

Comprobātur ista omnia, quia parum, & nihil æquiparantur secundum ea, quæ congerunt Corset. tract. de minim. fol. 269. Redoan. tract. de reb. eccles. nõn alienan. rub. 8. per totam. & præsertim num. 57. fol. 411. Corn. cons. 113. repetito. n.19. & 20. & seqq. lib.2. & latissimè Tiraq. d. tract. de iudic. in reb. exig. qui tamen adducit multa in contrarium in eod. tract. vers. sunt tamen. fol.97. & demum in vers. ex quibus. fol. 101. adducit concordiam.

290 INFERO II. quòd non potest examinari ad perpetuam rei memoriam, qui laborat veteri quartana: & moueor, quia sicut ista febris non impedit vsum, seu ministerium hominis d.l.1. §. proinde. ff. de edil. edic. Ant. Corset. tract. de minim. par.1. nu.6. fol.269. & Io. de Sel. tract. de benef. par.4. q.6. num.29. fol.103 dicens, quòd sola febris quartana non excusat de residendo, & de horis dicendis; ita etiam non debet reputari lethalis, seu nõ debet esse suspectus de morte qui ea laborat, & quòd febris quartana non inualidet resignationem, quia non est periculosa, scribit Odd. tract. de rest. in integr. q.11. art.7. num.30. & seqq.

291 INFERO III. quòd laborans morbo in aliqua parte corporis, puta cœcitate oculi, non potest examinari ad perpetuam rei memoriam; quia sicut iste morbus non impedit ministerium hominis d. §. proinde. ita etiam is, qui eo laborat, non est suspectus de morte, & cessante suspitione mortis, non potest quis propter valetudinem seu infirmitatem examinari ad perpetuam rei memoriam.

DIFFICVLTAS XI.

Mortis periculum quando timendum etiam in iuuenibus, & sanis.

292 QVAERO quando testes iuuenes, & sani possint examinari ad perpetuam rei memoriam propter periculũ mortis iuxta dispositionem cap. quoniam frequenter. vt lit. non contest.

Resp. quando ineunt peregrinationem, seu iter per mare, vel per alia loca insidiosa. l.3. mortis causa. & l.4. aut per insidiosa. ff. de donat. caus. mort. & scribunt Io. Andr. in cap. quoniam frequenter. in verbo. rationabili. sub num. 7. & Ant. de Butr. in eod. cap. in verbo. nisi forte. vers. quæro quæ posset. num. 8. vt lit. non contest. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib.2. cent.1. cas.61. nu. ✠ 2. & seqq. & ita tenent communiter * Doctores.

293 Confirmatur ista communis opinio, quia qui nauigat, æquiparatur infirmo, & dicitur esse in mortis periculo, vt scribunt Gomes. in reg. de infirm. resign. q. 8. per totam. & Menoch. d. cas.61. num.2. & seqq. hocquè periculum mortis intellexerunt Plato in axioco, referens dictum Biantis de nautis, quòd nequè inter viuos, nequè inter mortuos referendi sint. Iuuen. sat. 12.

I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima teda.
Ouid.
Nam propè tàm lethum, quàm propè cernit aquam.
Proper. lib.3. de mort. pet.
Ite rates curuæ, & lethi quoquè texite causas.
Ista per humanas mors venit acta manus.

& Cato, dum dicere solitus erat, se trium in eius vita pœnituisse, teste Plutar. in eius vita: primum, quòd mulieri arcana credidisset: secundum, quòd mari fuisset profectus quò potuisset terra peruenire: tertium quòd diem sine linea abire passus esset. & denique prouerbium illud. *qui nescit orare, ascendat mare.*

294 RESTRINGE istam communem opinionem, vt in casu particulari occurrente relinquatur arbitrio iudicis, an testis nauigaturus, seu transiturus per loca insidiosa dicatur esse in periculo mortis ita, vt possit examinari ad perpetuam rei memoriam Abb. in cap. quoniam frequenter. sub num.14. ibi. vnde puto sic dicendum. vt lit. non contest. & Menoch. d. cas. 61. num. 10. & videtur sentire Bal. in auth. sed & si quis. num. 8. vers. modo sequitur. C. de testib. dum, loquendo generaliter, ait quòd committitur arbitrio iudicis circa quos instet periculum mortis.

295 DECLARA istam restrictionem, seu modifica istud arbitrium iudicis, vt quantum ad periculum nauigationis debeat iudex considerare duo principaliter: primum tempus nauigationis: quia si nauigetur à cal. aprilis vsquè ad cal. octobris, nauigatio non videtur periculosa, & ideo Imperator Grat. in l. 3. in fine. C. de naufr. lib. 11. declarauit hoc tempus esse

296 opportunum nauigationi: † idem si nauigetur in alcedonia, qui dies vulgariter vocātur æstas Sancti Martini, cum est solstitiũ hyemale, quo tempore tanta est maris tranquillitas, vt alcedines, seu halcyones dicantur tunc parere in mari, vt scribit Plin. de natur.

297 histor. lib. 10. cap. 32. † secundum, quod debet considerare, est qualitas maris: quia vnum mare est minus periculosum alio, vt scribit Menoch. tract. de arbitr. iud. lib.2. cent.1. cas.61. sub nu.10.

298 Similiter propter mortis periculum possunt examinari ad perpetuam rei memoriam ij, qui vadunt ad bellum campestre, vt scribunt Innoc. in cap. quoniam frequenter. in verbo. rationabili. sub num. 3. Io. And. sub num. 7. & Ant. de Butr. in verbo. nisi fortè. vers. quæro quæ posset. nu.8. vt lit. non contest.

DIFFICVLTAS XII.

Absentia diuturna quæ dicatur.

299 QVAERO qui dicantur absfuturi diuturna absentia ad effectum, vt propterea possint examinari ad perpetuam memoriam in casu cap. quoniam frequenter. vt lit. non contest.

Ante solutionem huius difficultatis præmitto tria.

Primo, quòd absens in genere, seu generaliter dicitur is, qui non est in loco, in quo petitur, sed est extra continentia vrbis, secus si sit intra continentia, & non latitet. l. absentem. & ibi Gloss. ff. de verb. signif. & notant Fely. in d. cap. quoniam frequenter. vers. circa 6. q. nu. 9. vt lit. non contest. & Gail. in pract. obseru lib.1. obseru.49. nu.9.

300 Secundo præmitto, quòd cognitio, seu descriptio absentis in speciebus, seu casibus non potest dari, quia absens sumitur diuersis modis secundum diuersam materiam in tantum, quòd non potest dari vnica doctrina secundum Fely. vbi supra. & Gail. qui eum refert, & sequitur d. obseru.49. nu.10.

301 Tertio præmitto, quòd absens in peragendis causis accipitur, quando esset in alio territorio, quàm in eo, in quo iudicium agitur Alex. cons. 100. discussis. num. 11. ibi. & accipitur absens. lib.5. vbi testatur, sic dici absentem secundum veras conclusiones.

302 His præmissis, & accedendo ad solutionem difficultatis.

Resp. quòd relinquitur arbitrio iudicis, quando testis dicatur absfuturus diuturna absentia, sicut sentit Innoc. in d. cap. quoniam frequenter. in verbo. absentia. num. 2. vt lit. non cotest. quem referunt, & sequuntur ibidẽ Io. And. in verbo. diuturna. sub num. 4. & Abb. sub num.17. ver. secundo quæro. & idem scribunt ibidem Ant. de Butr. in verbo. nisi forte. vers. quæro primo. nu. 4. in fine. & Fely. sub num. 4. ibi. circa primam q. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 62. ✠ num. 2. & 3 & de communi * opinione testantur Abb. & Menoch. vbi supra. & , quòd relinquatur arbitrio iudicis circa quos instet periculum recessus, scribit Bal. in auth. sed & si quis. sub num. 8. vers. modo sequitur. & sentit rursus ibidem. sub num. 13. vers.

13.vers.quidam dicunt.ibi.quicquid no. canonistæ. C. de testib. licet isto vltimo loco sit corrupta impressio in libro meo.

303 DECLARA istam communem opinionem, seu arbitrium iudicis; vt olim in Rota testes, qui propterea potuerint examinari vti absfuturi, sint reputati ij, qui erant recessuri de Roma ad Ananiam, vt refert Egid. decis.615.etiam testes de roma.quem citant & sequũtur Fely.in d.cap.quoniam frequenter. sub num. 4. ibi. & dicit Egid.vt lit.non contest.& Vestr.in pract. lib.6. cap.2.num.3.versus finem.& tamen Anania non distat à Roma,nisi sesquidieta,teste eod.Egid.decis.614.curia existente. licet Fely. loquatur de Narnia in libro meo, & non de Anania.

304 ADVERTE quòd testis,qui recipitur vti absfuturus, debet præstare duplex iuramentum: primum est, quo debet iurare, se non recedere causa productionis faciendæ,& se non esse reuersurum in breui Egid. d. decis.615.Socc.Fely.Vestr.& Rol.à Val.infra citati:secũdum est de veritate dicenda, vt ex Rot. referunt Socc. cons.244.considerata.sub num.5.in fine.& num.6.vers. tertio ad obiectionem.lib.2.Fely.sub dicto num. 4. ibi. & ita intelligit.Vestr.d.lib.6.cap.2.num.3.in fine. Rol. à Val.cons.23.ex testibus.sub num.12.vers.minus etiã. lib. 3. & ex Vestr. refert Alex. Stiat.in pract. cap. 16. num. 87.

305 DECLARA istam aduertentiam, vt illud primum iuramentum de absfuturatione non sit necessarium de iure, sed solum de stylo Rom. Curiæ, vt scribit Socc. quem refert, & sequitur Rol.à Val.in locis supra proximè citatis.

DIFFICVLTAS XIII.

306 An liceat appellare ab arbitrio iudicis super senectute,valetudine,& absfuturatione testium in terminis præcedentium difficultatum, vel sit standum illi arbitrio.

Resp.distinguendo duas species appellationis.

Prima species est appellatio, quæ deuoluit & suspendit pronuntiatum.

Secunda est, quæ deuoluit tantum.

CAPIO primam:Et concludo,quòd non admittitur:& moeor, quia examen testium senium, valetudinariorum,& absfuturorum non patitur dilationem,sed requirit expeditionem celerem propter moræ periculum.

307 CAPIO secundam;quando deuoluit tantũ: Et concludo,quòd debet admitti; & moueor duplici argumẽto: primo, quia etiam in arbitrarijs datur appellatio iuxta ea,quæ scripsi lib.præced.cap.97.num.62. versus

308 finem.† secundo,quia,si testes,quos iudex examinauerit vti senes,seu valetudinarios, non sint senes, neque valetudinarij, examen redditur nullum, vt ex Caputaq. & Bal. retuli & sequutus sum supra in 7. difficult. num. 228. ergo apparet, quòd non est necessariò standum arbitrio iudicis, & quòd potest eius arbitrium retractari: si potest retractari:ergo potest esse locus appellationi, vt latius prosequar,fauente Deo,lib. seq.

309 DECLARA istam conclusionem,vt ad probandum contra iudicis arbitrium requirantur probationes manifestæ,quasi per rei euidentiam; vt puta;ad probandũ testem non esse senem,debet probari eum esse minorem triginta quinque annis:quia in dubio semper præsumitur pro iustitia decreti, vt in his terminis scribit Bal.in auth.sed & si quis.nu.13.vers.quidam dicunt.C. de testib.& præsertim in arbitrarijs, in quibus plus & minus in modica quantitate non considerantur ad infringendum arbitrium.

310 LIMITA eandem conclusionem, vt non procedat in Regno Neap. quia si testes examinentur à commissario, electo à partibus,& approbato à curia, seu electo à curia cum consensu partium; partes,seu altera earum non potest probare, quòd illi testes non sint senes &c. sic disponente constitutione. in pecuniarijs. lib.2.& notant in ea Affl.num.21.& Carauit.super ritu.156.num.5.& 6.

DIFFICVLTAS XIIII.

311 An testes, examinati ante contestationem litis ad perpetuam memoriam propter absfuturationem, vel propter senectutem, aut aliud mortis periculum, sint repetendi post contestationem litis, si sint viui ita, quòd possint repeti.

Resp.distinguendo duos casus principales.

Primus casus est: quando examinantur à iudice competenti.

Secundus casus est:quando examinantur à iudice incompetenti.

CAPIO primum; quando à iudice competenti: Et concludo, repetitionem testium non esse necessariam primò,quia nullibi reperio hoc cautum in iure: secundo, quia à iure est benè prouisum, quamuis non repetantur:nam est prouisum,quòd examinentur, citato futuro aduersario, vel facta ei denuntiatione infra annũ iuxta ea, quæ sufficienter declaraui supra in pluribus locis,agendo de examine istorum testium; hancq; conclusionem tenuit,& benè fundauit Abb. in c. quoniam frequenter.vers.& dicit dominus.vt lit.non contest.contra Ant.de Butr. infra citatum.

312 Contra istam conclusionem tenet sub verbo. fortè Ant.de Burr.d.cap. quoniam frequenter. in verbo. nisi fortè.vers.quæro an ex dictis. sub nu.16. dicens, quòd fortè posset dici,quòd si tempore,quo iudiciũ inchoatur, viuant testes ita, quòd possint examinari, sicquè euentus docuerit cessationem periculi; quòd non teneat receptio ita,vt ex illis possit procedi ad sententiã; ex quo cessauit periculum:item quia cessat causa, quia non perijt facultas probandi;hancq; contrariam opin. tenet Mascar.tract.de probat.concl.1367.num. 9. in fine & num.10.lib. 3.

313 RETENTA conclusione, quæ est vera, & in qua Mascar.non aduertit, quòd eam tenet Abb.

DECLARA restringendo eam, vt procedat dummodo testes sint examinati,seruatis seruandis de iure, de quibus loquuti sumus in præcedentibus conclusionibus,& difficultatibus; alias, non seruatis seruandis, examen esset nullum.

314 CAPIO secundum casum: quando fuerunt examinati à iudicem incompetenti:Et concludo,quòd testes sunt repetendi à iudice competenti, vel cum eius literis remissorialibus; hancquè conclusionem tenet Rot. decis.3.alias.110. nota quòd causa pendente. in fine de testib.in antiq.quam referunt, & sequuntur Fely. in sæpè citato cap.quoniam frequenter.sub nu.4.ibi.adde etiam aliud.vt lit.non contest.Caputaq.decis. 280. seu. 17.num.5.par.3. Vestr.in pract.lib.6. cap.2. sub num.3. vers.rursus finge.Lancell.tract.de attent.par. 2. cap.12. de attent.appell.pend.limit.38.num.2.& 4. fol. 374. & Mascar tract.de probat.concl.1367.sub nu. 9. vers. declaranda.& num. 10. lib. 3. licet hi duo postremi nihil dicant de literis remissorialibus. & ex Vestr. refert & sequitur Alex.Stiat.in pract.iudic.cap.16.sub num. 87. & 88.

315 LIMITAREM istam conclusionem, vt non procedat, quando testes sunt recepti à iudice loci, in quo euenisset naufragium, super quo testes sunt recepti: quia licet illi testes essent viui; tamen credo, quòd nõ esset necessaria eorum repetitio: & moueor primo, quia reperio cautum in iure,quòd possint examinari à iudice illius loci,vt dixi supra num.182. sed non reperio cautum,quòd sint repetendi: secundo moueor,quia non cessat in eis impedimentum longæ absentiæ; & difficultatis circa illorum repetitionem; quamuis ista ratio non sit multum vrgens propter textum in cap. constitutus.de fideiuss. vbi citatur aduersarius, vt vadat, vel mittat de Anglia in Bononiam ad videndum

316 ibi iurare testes.† tertio,quia iudex loci commissi naufragij potest dici competens, ex quò est approbatus à iure,& ista ratio mihi multum placet, licet Doctores, quos viderim,eam non cõsiderent, sed considerent solum illum iudicem tanquam incompetentem; fateor tamen,quòd,si illi testes reperirentur forsan in loco iudicij,seu causæ,essent ibi repetendi,& hanc limitationem videntur mihi tenere Bar.Corset.Crot.Maran.& Felyn.

Fely. quos remissiuè citaui & sequutus sum supra nu. 118. limit. 5. vers. declara ampliando.

317 RESTRINGE istam limitationem, vt non procedat quando testes essent examinati ab aliquo notario sine commissione iudicis; quia tunc quamuis essent examinati in casu naufragij, non facerent, nisi aliqualem præsumptionem, testibus Bar. in l. admonendi. num. 41. & Ias. qui eum refert, & sequitur in 2. repetit. nu. 189. ff. de iureiur.

318 RETENTA præcedenti conclusione, de qua supra num. 314. quòd sint repetendi coram iudice competenti, vel per eius literas remissoriales.

DECLARA restringendo eam, vt non procedat si illi testes sint mortui, vel aliter eorum copia haberi non possit; quia tunc fidem facient; quamuis sint examinati à iudice incompetenti, vt sentit Rot. d. decis. 3. alias. 110. de testib. in antiq. quam sequuntur omnes citati supra num. 314. vers. capio secundum. & in specie huius declarationis eam referunt, & sequuntur Lancel. d. limit. 38. nu. 3. fol. 374. & Mascar. d. conclus. 1367. num. 10. lib. 3. & pro tota ista conclusione secundi casus, & dictis in ea faciunt quæ scribit Mars. sing. 211. testes examinandi.

319 Testes quando præsumantur mortui, seu quomodo probetur mors, vide Bar. tract. de testib. num. 37. Campeg. eod. tract. reg. 350. fol. 114. & Lanfr. de Orian. eod. tract. nu. 101. & ibi Addition. fol. 189. Fely. in cap. quoniam frequenter. vers. vltimo dum tangit. num. 24. vt lit. non contest. Maran. in repet. l. is potest. num. 156. sub 5. requisito. vers. qualiter autem. & num. seqq. ff. de acquir. hæred. ad finem sui spec. fol. mihi. 631. Menoch. tract. de arbitr. iud. cent. 5. cas. 420. num. 118. & Mascar. tract. de probat. conclus. 1070. & seqq. lib. 2.

320 RESTRINGEREM istam declarationem, de qua supra num. 318. vt non procedat quando testes essent examinati non à iudice, sed à notario sine commissione iudicis, quia quamuis testes essent mortui non facerent fidem, sed sed solum aliquam præsumptionem iuxta ea, quæ in casu simili scripsi supra nu. 317. & his sit absoluta materia testium ad perpetuam memoriam: redeo ad limitationes initiatas supra num. 68. & seqq. ad eum.

Sequuntur limitationes conclusionis dubij. 2.

Resumendo ordinem limitandi intermissum supra, sub nu. 111.

321 LIMITA VI. vt non habeat locum, quando testibus defertur iuramentum vltima die termini, assignati ad probandum; quia potest eis deferri, parte non citata, iuxta ea, quæ ex Bal. Paul. de Castr. Ias. & alijs retuli & sequutus sum supra cap. 3. q. 19. num. 389.

Consuetudo quando probetur sine citatione, & quando requiratur citatio.

322 LIMITA VII. vt non habeat locum in probanda consuetudine, quia potest probari, parte non citata, Cyn. in l. 2. vers. 2. quæritur circa hoc. sub n. 20. ibi. dicendū est C. quæ sit long. consuet. & Bar. in l. lege iulia. in fi. ff. de testib. dicens, quòd, qñ quis allegat, de consuetudine sic esse seruatum, iudex potest à se ipso interrogare tabellionem, an fuerit ita de consuetudine seruatum. & Alex. qui eos refert, & sequitur cons. 14. viso processu. sub num. 1. lib. 5. Ant. de Butr. in cap. vlt. num. 67. vers. venio ad secundum principale. de consuetud. quem referunt, & sequuntur Fely. in cap. in nomine. limit. 12. sub num. 16. de testib. Mars. in l. de vnoquoquè. cas. 19. num. 87. ff. de re iud. Crot. tract. de testib. par. 7. fallen. 7. num. 30. fol. 217. Gabr. in conclus. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. limit. 19. num. 353. Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 18. fol. 72. & Mascar. tract. de probat. conclus. 682. limit. 12. num. 34. lib. 2. & latius concl. 424. ampl. 2. n. 9. & concl. 431. nu. 1. lib. 1. vbi omnia transcripsit ex Gabr. vbi supra, nulla de eo facta mentione.

323 Confirmatur ista limitatio: quia vbi testes possunt examinari sine iuramento, possunt examinari etiam sine citatione partis, quia quando requiritur citatio partis, requiritur, vt videat iuramenta testium vt scripsi supra num. 19. & 21. & non ad videndum, seu au-
324 diendum examen iuxta ea, quæ dixi infra nu. 366. † & quòd iuramentum testis & citatio partis æquiparentur, refert, & sequitur Dec. in d. cap. in nomine. num. 32. de testib.

325 Sed testes, qui examinantur super consuetudine, possunt examinari sine iuramento secundum eūdem Ant. de Butr. vbi supra, quem referunt, & sequuntur Ias. in l. admonendi. sub num. 195. vers. ego addo. & num. 196. ff. de iureiur. in 2. repetit. Fely. in cap. tuis quæstionibus. vers. ex eodem textu habes vnum casum. nu. 5. de testib. Gozad. cons. 101. audio dubitari. vers. decimo tertio. sub nu. 27. & Mascar. d. concl. 424. ampl. 1. num. 7. lib. 1. & concl. 1362. num. 17. lib. 3. & hæc est veritas, quicquid in contrarium sentiant Mar. Socc. Nicel. & Asin. citati à me infra num. 327. vers. declara. dum scribunt, consuetudinem probai per testes iuratos.

326 Confirmatur secundo; quia consuetudo se habet per modum notorij, super quo iudex se informat à testibus etiam non iuratis Ias. vbi supra.

327 DECLARA istam limitationem, vt procedat solum in consuetudine, quæ respicit ordinem litis; quia tunc potest iudex se informare, parte non citata, vt declarant Socc. cons. 36. in causa antonij vannini. sub num. 11. lib. 4 Gabr. d. concl. 1. de citat. nu. 354. & post eum Mascar. tract. de probat. conclus. 431. num. 2. lib. 1. vbi transcripsit verba Gabrielis, nulla facta de eo mentione, & de ista consuetudine & stylo curiæ, seu circa ordinem processus, & iudicij loquuntur Mar. Socc. tract. de citat. art. 7. sub num. 66. vers. decimus casus. Nicel. de concordan. glos. concord. 52. fallen. 96. num. 351 fol. 211. dicens, quòd iudex potest se informare de stylo curiæ in camera, non citata parte, Gozad. d. cons. 101. audio dubitari, vers. decimotertio. nnm. 27. dicens, quòd iudex quandoquè vocat ad se aduocatos, & procuratores, & explorat de consuetudine, & quòd potest se informare, etiam parte absente, & testibus non iuratis, maximè quando est consuetudo populi in loco. Dec. cons. 402. in causa illustrissimi. num. 12. ibi. non obstat. iunctis his, quæ prius dixit ibidem sub nu. 10. & cons. 483. pro resolutione litis. num. 28. in fine. lib. 2. sentiens, quòd iudex possit se informare de eiusmodi consuetudine, non citata parte, Vant. tract. null. rub. de nullit. ex def. proces. sub nu. 86. fol. 417. dicens, quòd de stylo, & consuetudine curiæ, in qua negotium tractabitur, iudex potest etiam in camera se informare à notarijs, seu alijs in similibus expertis. Rol à Val. cons. 53. quòd legitimè. num. 37. iunctis his, quæ scripsit sub num. 30. lib. 2. Asin. in pract. §. 22. cap. 16. limit. 3. num. 6. & 7. dicens, quòd de eiusmodi stylo, practica, & communi consuetudine iudex potest se informare in thalamo, & Mascar. tract. de probat. concl. 423. consuetudinem esse difficilis. num. 34. lib. 1. dicens, quòd si iudex dubitat de eiusmodi consuetudine, potest se de ea informare. & apertius conclus. 1338. stylus. num. 4. & 7. lib. 3. dicens, quòd de stylo, qui non respicit decisionem causæ, iudex potest se informare ab antiquis aduocatis, & procuratoribus illius curiæ, nemine citato. & sic ego intelligo Bar. in l. de quibus. in 2. lectura. num. 22. vers. secundo probatur. ff. de legib. dum scribit, quòd iudex vocabit ad se aduocatos, & procuratores palatij, & explorabit de consuetudine; sic etiam intelligo Corn. cons. 277. post suprascriptum. sub num. 6. lib. 3. dum scribit, quòd iudex de stylo potest se informare; sicquè deniquè intelligo reliquos Doctores in diuersis locis, dum aiunt simpliciter, quòd iudex potest se informare de cōsuetudine, quia quando iudex se informat, assumit informationem; parte absente, & non citata, siue se informet de consuetudine, siue de alia re.

328 RESTRINGE istam declarationem, dum dicimus, quòd iudex potest se informare de stylo, parte non vocata, & à testibus non iuratis, vt non habeat locum in foro Capitolino, vbi ex dispositione statutorum

Vrbis

Vrbis lib.1.cap.75.ſtilus debet probari per teſtes iuratos, ac ritè & rectè examinatos ſuper articulis, & interrogatorijs partium, ſi dare voluerint; quod ſtatutum videtur intelligendum in terminis huius declarationis, quia alias eſſet ſuperfluum, ſi intelligeretur de ſtylo reſpiciente deciſionem cauſæ, quia ille eſt probandus de iure communi, vt ſcripſi infra nu.335.verſ.ſublimita conſequenter.

329 DECLARA II. vt ſufficiant duo teſtes ſecundum Hoſt. in ſumm.tit.de conſuetud. §. quot & per quos.num.10.Io.de Amic.conſ.42. in præſenti conſultatione. num. 1. quod tamen pro nnnc non pono pro conſtanti.

330 DECLARA III. vt in eius probatione non ſit neceſſaria ſcriptura, quia eſt modici præiudicij Bar.in l.de quibus.in 2.repetitione.num.22. ff.de legib. & Rocch. Curt.in cap.fin.ſect.8. ſub nu.21.& q.8.nu. 50. de conſuet.inter tract. diuerſ.de ſtat.fol.371. & 374. Socc.tamen tract.de citat.art.7.caſ.10. nu. 66. ait cautum eſſe, quòd iudex de tali interrogatione, & reſponſione faciat apparere apud acta.

331 EXTENDE I. iſtam eandem limitationem ſic declaratam, vt procedat non ſolum in conſuetudine, ſeu ſtylo notorio, de quibus non eſt ambigendum, ſed etiam in conſuetudine & ſtylo non notorijs: quia dummodo ſint circa ordinem iudicij, iudex poteſt de eis ſe informare, vt latè probat Rocch. Curt.d.cap.fin. ſect. 8.q.8.num. 50. ibi.vbi tamen loquimur. de conſuetud. inter tract. diuerſ. de ſtat. fol.374.hancquè eandem extenſionem tenuit Ruin.conſ.144.col. 7. lib.4. quem refert, & ſequitur Gabr.in concluſ.tit.de citat.concl.1.n. 353.in fine.

332 Iſta extenſio eſt vana: quia non datur conſuetudo, ſeu ſtylus, qui non ſit notorius, cum omnis conſuetudo eò ipſo, quòd eſt conſuetudo, ſit notoria, vt oſtendi infra in 2.argum.nu.341.

333 EXTENDE II. vt habeat locum non ſolum in conſuetudine, quæ habet permanentiam euidentem, & in iſta conſuetudine non eſt dubitandum, ſed etiam in conſuetudine, quę non habet permanẽtiam euidentem; quia iudex adhuc in ea poteſt ſe informare, parte abſente: & quæ dicatur conſuetudo habens permanentiã euidentem, & quæ non habens dixi infra num.348.verſ. 1. ſpecies.& n.349.

334 EXTENDE III. vt iudex poſſit non ſolum examinare teſtes, parte non citata, vt dixi, ſed etiam parte non inſtante, & ſic ex officio, vt ſcribunt Bal.in l. 1. in fine.num.12. C. vt quæ deſ. aduoc. dum diſtinguendo ait, quòd ſi conſuetudo verſatur in foro, iudex poteſt ſupplere, & ſentit Cyn.in l.2.verſ. ſecundo quæritur.n. 20.C. quæ ſit long. conſ.quem refert, & ſequitur Alex. conſ.14.viſo proceſſu. num.1.lib.5. conſulens, quòd de illa conſuetudine; vt actio detur contra venditorem; iudex poteſt ſe informare etiam ex officio. Addition. ad Bar. in l.3.§. fin. in litera f.ff.de teſtib. Nicel. de concord. gloſ. concord. 52. fallent. 96. ſub num. 351. fol. 211.Gozad. conſ. 101. audio dubitari. ſub num.27.dicens, quòd etiam ſi pars non probat, iudex poteſt ſe informare de cõſuetudine, & à ſe ipſo interrogare à tabellionibus, & procuratoribus, an ita fuerit obſeruatũ de conſuetudine Dec cõſ.402.in cauſa illuſtriſſimi.ſub num.10. & 12. dum primo adducit quòd iudex poteſt ſupplere, & à ſe ipſo informare ſe de conſuetudine; & poſtea ſoluit, quòd hoc procedit in conſuetudine, quæ reſpicit ordinem iudicij. & conſ. 483. pro reſolutione litis. num. 20. & 28. in fine. & num. 29. dum primo adducit, quòd iudex poteſt ſupplere in conſuetudine notoria, & poſtea ſoluit, quòd illud eſt verum in conſuetudine, quæ reſpicit ordinem procedendi, & Decium refert, & ſequitur Rol.à Val.conſ. 53. quod legitime.n.30.& 37.lib.2.& latius iſtam extenſionem probat Rocch.Curt.cap.fin.q.8.ſub nu.50.fol.374.

335 SVBLIMITA conſequenter hanc ſeptimam limitationem, vt non procedat in ſtylo ſeu conſuetudine, quæ reſpicit deciſionem cauſæ, quia eiuſmodi conſuetudo eſt plenè probanda ſecundum Bar.in l. de quibus. in 2. lectura.nu.22.in fine.ff.de legib.Socc.conſ.36. in cauſa antonij.ſub n.11.lib.4.Dec.& Rol.à Vall.in locis ſupra proximè citatis.Gabr.in concluſ.tit.de citat.concl.1.n. 354.Maſcar.tract.de probat.concl.423.conſuetudinem eſſe.ſub.n.32.verſ.ſecundo loco.concl.431. ad probandam conſuetudinem. num.2.lib.1.& concl.1338 ſtylus. ſub n.3.verſ.ſed tamen.lib.3.& Rot.diuerſ.deciſ. 793. domini dixerunt.nu.2.par.1.quæ ſcribit, ſtylum deciſorium debere formiter probari. & quòd conſuetudo ſit plenè probanda; reiecta opinione Petri de Bellapert. ſcribunt Bar. in l.1.q.27.nu.31.C.quę ſit long.conſuet. & Io.And.in ſumma poſt cap.fin.n.49.in fine de conſuetud.& ita teneas, nec inducaris in titubationem per ea, quę ſcribunt Ant.de Butr.in d.cap.fin.ſub nu. 67. & Rocch.Curt.qui eum citat ibidem ſub.nu.50.de conſuetud.fol 374.inter tract.diuerſ.

336 DECLARA iſtam ſublimitationem, vt conſuetudo dicatur reſpicere deciſionem cauſæ non ſolum quando reſpicit immediatè negotiũ principale, de quo agitur, ſed etiam quando reſpicit aliquem articulum, per quẽ deuenitur ad deciſionem cauſæ; vt puta, quia allegetur conſuetudo credendi libris mercatoris, vel alteri ſcripturæ priuatæ: etenim iſta conſuetudo reſpicit deciſionem cauſæ ad relata per Maſcar.tract.de probat.concl. 423.nu.10.lib.1.

De conſuetudine notoria &c.

337 Reſtringe eandẽ ſublimitationẽ, vt non ſit vera in cõſuetudine notoria, quia ea poteſt probari, parte non citata, & teſtibus non iuratis, quamuis reſpiciat deciſionẽ cauſæ ſecundũ motiua, & ſolutiones Decij in dictis conſ.402.ſub n.10.& 11. & conſ.483.n.20.& ſub n. 27. & ſecundum diſtinctionem Bal.in l.1.verſus finem. ſub nu.12.C.vt quæ deſ.aduoc.dum ait, quòd ſi conſuetudo non eſt notoria, iudex non poteſt ſupplere.& ſecundum Fely.in cap.1.limit.4.ibi.ſimiliter dixit.ſub.nu.20. de re iud.dum.ſcribit extrauagantem eſſe producendã & probandam in termino, ſicut conſuetudinem non notoriam; quaſi ſentiant à contrario ſenſu indiſtinctè, qđ, ſi ſit notoria, poſſit ſupplere, & nõ ſit probãda.& quòd in conſuetudine notoria non exigatur probatio, ſed poſſit iudex in ea procedere per modum informationis, tã quam ſuper notorio, ſcribunt indiſtinctè Ant.de Butr.in cap.fin.ſub.n.66. & 67.de conſuet.& Crauet.conſ. 104. in cauſa magiſtri.ſub n.9.lib.1.& ſic videtur ſentire Gozad.d.conſ.101.ſub n.27.dum ſcribit, quòd iudex ſolus poteſt ſe informare de conſuetudine populi in loco, quia eſt notoria: & ſic forſan ſentiunt etiam Gabr.d.tit. de citat.concl 1.n.355.& Maſcar.tract.de probat cõcl. 431.n.3.lib.1.& concl.1338.n.6.lib.3. dum ſine diſtinctione ſcribunt, quòd iudex poteſt ſe informare de conſuetudine, ſeu ſtylo notorio, parte non citata, & omiſſis iſtis obſcuris allegationibus; dico, quòd hãc reſtrictionẽ vt cõmuniorem * firmat, & ſequitur apertè Rocch. Curt.d.cap.fin.ſect.8.q.8.ſub n.50.fol.374.inter tract.diuerſ.de ſtat.

338 Comprobatur iſta reſtrictio: quia conſuetudo notoria non indiget probatione Bal.in l.1.n.5.in fine.C.ad ſenatuſc.velleian.Ant.de Butr.vbi ſupra.Curt. Iun.tract. de fœud.par.1.q.1.n.13.fol.44.Pariſ.conſ.13.attingendo.n.32.& 34.lib.1.Gail.in pract. obſeru. lib.2.obſeru. 31.n.17.& Maſcar.tract.de probat.cõcl 423.conſuetudinem eſſe. n.26.in fine.& n.27.& 30.lib.1.

339 EXTENDE iſtam comprobationem, & conſequẽter præcedentem reſtrictionem, vt procedat in conſuetudine generali; quia nõ indiget probatione ſecundum Bal. in l.ſi fugitiui.verſ.vel dic.ſub n.3.in fine.C.de ſeru. fugit.quem refert, & ſequitur Dec.conſ.483.nu. 20. & ſub n.27.& Decium refert.& ſequitur Maſcar.tract.de probat.concl.428.conſuetudinem vniuerſalem.ſub n.1.lib. 1.nam iſta conſuetudo generalis vti notoria non indiget probatione Dec.conſ.402.n.10.& ſub nu.11. Rol.à Val.conſ.53.nu.30.lib.2.& Natt.conſ.218.licet de iure. nu.5.lib.1.

Rationem, & declarationem huius extenſionis vide infra n. 351.verſ.reſtringe.& nu.352.

340 CONTRA iſtam reſtrictionem ſublimitationis militant tria ſequentia argumenta.

PRIMVM; quia multa dicuntur notoria, quæ nõ ſunt & ideo probationem notorietatis, & declaratoriã ſup

noto-

notorietate cũ citatione partis requirunt Dec.& Rol.à Val.in casibus,in quibus ipsi cõsuluerunt; nempè Dec. d.cons.402.sub num.11.& cons.483.sub nu.27.& 28.& Rol.à Val.d.cons.53.num.34.35.& 36.

341 SECVNDVM; quia omnis consuetudo dicitur notoria;& consequenter aut probatio in ea est necessaria semper, aut nunquam; & sic vana redditur distinctio de notorietate.

Quòd omnis consuetudo sit notoria,probatur dupli-
342 citer. Primo; * quia consuetudo dicitur ius non scriptum l.si de interpretatione. ff. de legib. & apertius in §.constat.iuncto.§.ex non scripto. Instit. de iur. natur. gent.& ciuil.& scribunt etiam Dec.d.cons.483.pro resolutione.nu.24.& in terminis nostris Glo. in l.1. in verbo.probatis.& ibidem Bal.vers.secundo glo.opponit.sub num.11.C.quæ sit long.consuet.& Rocch.Curt. in sæpè citato cap.fin.sect.8.q.6. sub num. 10. fol. 371. inter tract.diuers.de stat.& ius dicitur semper notoriũ, & manifestum adeo,vt nulla egeat probatione iuxta ea,quæ scripsi cap.præced.limit7.num.203.& seqq.ad eum,& ideo dari notorium iuris,quod est dispositionis iuris scripsimus remissiuè lib.præced.cap.76.num.3.in
343 fine.* Secundo, quia ad inducendam consuetudinem requirũtur tot actus,& ita notorij, vt verisimiliter transierint in notitiam populi: quia consuetudo inducitur tacito consensu populi secundum communem * opinionem,de qua testatur Abb.in cap.fin.sub num.17.de consuetud.& secundum ea, quæ ex Doctorum intelligentia scribit Bar.in l.1.num.13.vers.deinde quæritur. C.quæ sit long.consuet.& ideo praxis formandi capitulum super consuetudine est, quòd articuletur sic fuisse seruatum tanto tempore,& populo sciente,vel maiori parte populi,vt ex Card.refert & sequitur Rocch. Curt.d.q.6.sub num.22.fol.371. & rursus sub num. 25. fol.372.imò consuetudo non inducitur sine tacito cõsensu populi ad tradita per Doct.in l.de quibus ff.de legib.& amplius secundum quosdam, vt dicit Host in summ.tit.de consuetud.num.5.vers.qualiter consuetudo probari debeat. inter alia requisita consuetudinis requiritur, quòd maior pars populi vsa sit ea.

Ergo consuetudo eo ipso, quòd inducitur, efficitur notoria.

344 TERTIVM argumentum:quia quid sit notorium relinquitur arbitrio iudicis, vt ex pluribus retuli, & sequutus sum lib.præced.cap.76.sub num.5.& hinc Dec. & Rol.vbi supra.& alij passim solent dicere,quòd multa dicuntur notoria, quæ non sunt, & quòd de notorio quotidie loquimur,& quid sit notorium ignoramus,vt
345 latius dixi lib.præced d. c.76.num.12.in fine.* & in specie,quòd relinquatur arbitrio iudicis quot actus requirantur ad inducendam consuetudinem,referunt,& sequuntur Io.Andr.in summ.post cap. fin. vers. circa tertium.ibi.alij dicunt hæc committenda iudicis arbitrio.de consuetud.Rocch Curt.ibidem sect.8. q. 6. sub num.17.& 18.& sub nu.20. fol.371. inter tract. diuers. de stat.& Mascar tract.de probat.concl.424.consuetudinem probari.num.17.& 18. lib. 1. sicquè consequenter omnis resolutio,fundata super notorietate, & non notorietate,habet dependentiam ab arbitrio iudicis.

346 Quid dicendum?

Resp. restrictionem istam non posse defendi ab impugnatione,deducta in secundo argumento: quia verè omnis consuetudo est notoria,vt ibi ostendi, & consequenter Bal.Dec.& alij citati in restrictione, & in eius comprobatione supra nu. 337. ineptè loquuntur, dum ad differentiam consuetudinis non notoriæ(quasi non omnis consuetudo sit notoria) scribunt, quòd consuetudo notoria potest probari,parte non citata,& quòd imò non indiget probatione.

347 Vera tamen in se est restrictio, si interpretemur consuetudinem notoriam eam solum, quæ habet permanentiam euidentem;quia ea non indiget probatione iuxta ea, quæ distinguendo declaraui infra nu.seqq.

Retenta ergo restrictione in consuetudine,habente permanentiam euidentem; soluo argumenta adducta in contrarium.

Ad primum resp.quòd illud,quod Dec.& Rol.à Val. scribunt de consuetudine notoria; quòd scilicet non indigeat probatione,restringitur,vt habeat locum solum in consuetudine,habente permanentiã euidentẽ.

Ad secundum, in quo diximus (quòd consuetudo non indiget probatione eò, quòd dicitur ius non scriptum,& ius non indiget probatione) respondent Glo. Bal.& Rocch.Curt.in eodẽ argumẽto citati,quòd illud est verũ in iure scripto,qđ nõ indiget probatione;secus inquiunt in consuetudine, quæ est ius non scriptum: & ratio secundum eos est; quia consuetudo pendet ex facto, & factum est probandum: vnde videmus, quòd quamuis positionibus iuris scripti non sit respondendum, tamen est respondendum positionibus super consuetudine,vt ex Bar.Bal.Paul.de Castr. Iacob. de Aren.Vber.de Bob. Curt.& Rocch. Curt. retuli, & sequutus sum cap.præced.num.216.vers. exteinde 2.

De consuetudine,habente permanentiam, & non habente.

348 Verum ego; aliter respondendo, distinguo duplicem speciem consuetudinis.

I. SPECIES dicitur consuetudo,quæ habet permanentiam euidentem, qualis est consuetudo redacta in scriptis,vt puta consuetudines fœudorum, consuetudines neapolitanæ; item consuetudines iam probatæ, & declaratæ in iudicijs per sententias: Et in eiusmodi consuetudine procedunt restrictio, & eius comprobatio, quia notorium facti permanentis non eget probatione iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 76. sub num.8. vers. si loquimur. & remissiuè infra cap. seq. sub num.24.

349 II. SPECIES dicitur illa,quæ non habet permanentiam euidentem,qualis est consuetudo,quæ non potest probari aliter, quàm per depositionem testium,& non per euidentiam;Et in ista (loquendo in decisorijs) cõcludo, probationem esse necessariam, & debere probari plenè, & in ista procedat textus in l. 1. C. quæ sit long.consuet.quo Bar.ibidem q.27.sub num.31.motus est ad concludendũ, quòd cõsuetudo debet plene probari,causa cognita; & in ista procedat dictum Felyni in cap.1.limit.4.ibi.similiter dixit.sub nu.20.de sent.& re iudic.& aliorum in diuersis locis, dum aiunt, consuetudinem non notoriam esse probandam: & ratio huius conclusionis est; quia factum eiusmodi consuetudinis est transiens,& interpolatum, & notoria eiusmodi facti esse probanda scripsimus infra cap seq. nu. 32.36.82.& 556.

350 Imò factum eiusmodi consuetudinis adeo est transiens,& interpolatum; vt consuetudo ipsa modo dicatur alba,& modo nigra secundum Rom. sing. in libro meo 362. alibi secundum allegationem quorundam 367.incipit.bar.in l. si filius.quem referunt, & sequuntur Rocch Curt.in cap.fin.sect.8.q.5.in fine. & q.6. nu. 9.in fine. & n.10 de consuet.fol.371.inter tract diuers. de stat.& Mascar.tract.de probat.concl.423.cõsuetudinẽ esse.nu.2.lib.1.quod idem de stylo & consuetudine Romanæ Curiæ scripserunt Lap. & Cassad. quos retuli, & sequutus sum supra cap.3.num.277.

351 RESTRINGE conclusionem secundæ speciei, vt non habeat locum in consuetudine generali, seu vniuersali: quia illa non indiget probatione iuxta ea, quæ scripsi supra num.339.vers.extende.

352 Ratio huius restrictionis est duplex:

Prima, quia non potest esse consuetudo vniuersalis, quin sit antiqua, & à singulis ferè personis cognita, & obseruata, & ideo licet nõ habeat euidentiam per scripturam, tamen habet euidentiam per quotidianam, & inueteratam obseruantiam, quæ singulis personis, & diebus debet esse euidenter nota.

353 EXEMPLIFICA restrictionem in hac prima ratione in consuetudine signandi se signaculo crucis: item orandi versus orientem:quæ consuetudines seruantur apud catholicos,vt scribit textus in cap.ecclesiasticarum.dist.11.& dicuntur consuetudines vniuersales, vt scribit Host.in summ.tit.de consuetud. §. & de virtute ipsius.sub num.11.

354 Secunda ratio est:quia cum sit ita generalis,& antiqua, necesse est, vt etiam sæpè fuerit allegata in iudicijs, & declarata per sententias.

355 EXEM-

355 EXEMPLIFICA, tu Legiſta, in conſuetudine excludendi filias fœminas à ſucceſſione, ſtantibus filijs masculis: 356 † nam licet de iure communi filiæ feminæ admittantur ad ſucceſſionem vna cum maſculis l. maximum vitium. C. de liber. præter. & ibi Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & alij. & Inſtit. de exhæred. liber. §. ſed hæc. & notat Io. Dilect. tract. de art. teſtan. tit. 11. caut. 16. & 18. num. 1. tamen conſuetudo totius Italiæ eſt in contrarium; quòd ſcilicet excludantur ſtantibus maſculis: quæ conſuetudo hodie ſi non extaret, extant ſimiliter ſtatuta in tota Italia, ſic diſponētia; prout de eiuſmodi ſtatutis teſtatur inter alios Clar. lib 3. recept. ſent. §. teſtamentum. q. 42. verſ. item quæro. & Odd. tract. de reſtitut. in integr. q. 8. num. 99. in fine. & nos in Vrbe habemus ſtatuta antiqua lib. 1. cap. 85. fol. 14. & hodie habemus nouas reformationes lib. 1 cap. 145. & in Regno Neap. extat conſtitut. in aliquibus. lib. 3. fol. 236.

357 EXEMPLIFICA etiam in conſuetudine credendi libris mercatorum: quia eſt conſuetudo genralis totius Italiæ, vt libri mercatorum probent, ſicut ex Socc. & Foller. retuli & ſequutus ſum infra cap. 11. ſub nu. 129. reſtric. 3.

Cogita etiam, an conſuetudo Vrbis Romæ poſſit dici conſuetudo vniuerſalis, & vide Pariſ. conſ. 25. vidi conſilium. num. 37. & ſeqq. & num. 43. lib. 4. & Maſcar. trac. de probat. concl. 428. conſuetudinem vniuerſalem. ſub num. 2. & 3 lib. 1.

Ad tertium reſp. quòd licet iudicis arbitrio commiſſa ſint ea, quæ perficere dicuntur conſuetudinem, tamē poſtquàm illa eſt perfecta non eſt eius arbitrio commiſſum, quæ conſuetudo dicatur notoria, & quæ non, cum omnis conſuetudo ſit notoria, vt dixi ſupra num. 341. & ſeqq. ad eum.

358 LIMITA I. nunc hanc retentam reſtrictionem in conſuetudine, habente permanentem euidentiam; vt non habeat locum quando conſuetudo, de qua ageretur, eſſet in alio loco, quàm in loco iudicij; quia tunc indigeret probatione; quāuis eſſet redacta in ſcriptis, ſeu aliter haberet euidentiam: nam ſi notorium facti permanentis ſit in alia prouincia, quàm in ea, in qua agitur de eo, requiritur probatio ipſius notorij, vt ex Bal. retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 76. ſub nu. 8. ibi. reſtringe tamen in 2. editione. & infra cap. ſeq. num. 28. verſ. limita primam.

359 LIMITA II. vt non habeat locum in conſuetudine, quæ eſſet controuerſa; quia iſto caſu fuerunt aliqui, qui ſcripſerunt, poſſe fieri etiam poſitiones iuris, ſi ſit obſcurum, vt retuli cap. præced. limit. 7. num. 212. quod & ſi non credamus eſſe verum in iure ſcripto, tū admittimus in conſuetudine: & moueor, quia ius non recipit probationem à teſtibus, ſed conſuetudo eam recepit.

Sequuntur limitationes concluſionis dubij 2.

Reſumendo ordinem limitandi intermiſſum, ſupra num. 322.

360 LIMITA VIII. quando poſſet procedi, naturali æquitate inſpecta; quia tunc teſtes poſſent examinari, parte non citata, vt ſcribunt Marſ. in l. de vnoquoque. caſ. 20. nu. 88. ff. de re iud. Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. limit. 20. nu. 357. & Aſin. in pract. §. 7 cap. 5. limit. 26. fol. 72. & ſentit Alex. in addit. ad Bar. in l. ſi quis nauicularius. litera b. ibi. & aduerte. C. de naufrag. lib. 11. ſentiens non requiri citationem, qn̄ ſufficit probatio ex naturali iuſtitia, hoc eſt ſecundūm ius gentiū.

361 LIMITA IX. quando teſtes eſſent examinandi coram arbitratore, vt refert & ſequitur Maſcar. tract. de probat. concl. 682. limit. 18. nu. 42. lib. 2.

362 Ratio huius limitationis eſt: quia coram arbitratore proceditur, ſola facti veritate inſpecta; & quando ſic proceditur, teſtes poſſunt examinari, parte non citata, vt ſcribunt Dec. conſ. 54. in cauſa domini antonij. ſub num. 2. ibi. poſtremo ſuperius. & Crauet. qui eum ſequitur conſ. 198. videtur eſſe locus. verſus fin. ſub n 11.

Hæc limitatiò, & multò minus ſequentes non placerent forſan Romano, qui in ſing. 364. fuit vnus ex vobis, enumerat ſeptem fallentias, ſeu caſus, in quibus nō requiritur citatio partis in examine teſtium, & poſtea in fine ſubdit: *ſe ne trouate vn' altro, cauateme l'occhi*, contra quem propterea ſcripſit Corſet. in verbo. teſtis. il 2. ſing. teſtis in loco. in fine. quòd Lud. Rom. lueret pœnam, quam ipſe ſibi impoſuit; huncquē Corſetti locum notauit etiam Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 16. num. 100. ſed in libro meo ſaluatur Rom. quia non dicit, *cauateme l'occhi*, ſed dicit *cauateme l'oche*.

363 LIMITA X. quando examinatur teſtis, cuius dicto eſt ſtandum ex diſpoſitione teſtatoris: quia tūc in eius examine non requiritur citatio partis Bar. in l. theopompus. ſub num. 9. verſ. videte. ff. de dot. præleg. quem referunt, & ſequuntur Rom. conſ. 61. licet mihi. ſub nu. 1. Alex. conſ. 130. difficultas huius. nu. 5. lib. 1. Marſ. in l. de vnoquoquè. caſ. 40. num. 109. ff. de re iud. Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. limit. 2. n. 182. & limi. 15. num. 346. Aſin. in pract. §. 7. cap. 5. limitat. 23. fol. 72. & Maſcar. tract. de probat. concl. 682. limit. 9. num. 30. lib. 2. eandem limitationem contra Abb. tenuit Fely. in cap. in nomine. limit. 9. nu. 14. de teſtib. ad quem ſe remittit Nicel. tract. de concord. gloſ. concord. 54. fallen. 103. num. 357. fol. 211.

364 Confirmatur I. iſta limitatio ex limitatione generali, quam ponunt Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 1. limit. 21. num. 28. & Crot. tract. de teſtib. par. 7. limit. 5. num. 28. fol. 217. dicens, citationem non eſſe neceſſariam, quoties teſtis eſt talis, cuius dicto ſit ſtandum, vt puta; quia partes conſenſerunt de ſtando dicto alicuius. &, quòd citatio, ſeu partis præſentia non ſit neceſſaria, quando examinatur teſtis, cuius dicto ſit ſtandū neceſſariò, ſcribit etiam Tiraq. in commen. ad rub. res inter alios acta. C. limit. 2. in fine. fol. 107. col. 2.

365 Confirmatur II. ex alia generali limitatione, quam ponunt Marſ. in d. l de vnoquoquè. caſ. 16. nu. 83. & Aſin. d. cap. 5. limit. 13. fol. 71. dicens, citationem non eſſe neceſſariam, quando examinantur teſtes omni exceptione maiores, contra quos certum eſt aliquid non poſſe opponi. ſed non video caſum, in quo iſta confirmatio poſſit verificari.

Confirmatur demum ex ſeq. limitatione.

366 CONTRA iſtam limitationem adduco tria argumenta.

Primum argumentum; quia cauſa, quare requiratur citatio ad videndum iurare teſtem, non ceſſat ex eò, quòd ſit ſtandum dicto teſtis: & quòd non ceſſet probatur duplici ratione: Prima; quia totum pondus, & vis depoſitionis teſtium conſiſtit in iuramento l. iuriſiurandi. C. de teſtib. pulchrè Bal. in l. ſi quando. ſub nu. 8. C. eod. dicens, quòd iuramentum eſt radix teſtimonij; quia auctoritas teſtimonij procedit à iuramento, ſicut mors procedit à vulnere. Maran. in ſuo ſpec par. 6. actu 6. nu. 1. in fine. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 101. nu. 1. & benè probatur ex l. 1. ff. de bon. poſſeſ. ex teſtam. mil. vbi dicitur, quòd miles receptus ad ſacramētum, ad totum videtur receptus: ideoq; partem citari ad videndū iurare teſtes, & non ad videndum eos examinari retuli ex eod. Bal. ſupra c. 3. n. 184. & ratio rōnis quare tota auctoritas teſtimonij pendeat à iuramēto, eſt, quia præſumitur, quòd iuriſiurandi religio cogat teſtem, vt dicat veritatem l. ſi. C. ad l. iul. repetend. & c. hortamur. 3. q. 9. & ſcribunt Socc. conſ. 253. in cauſa domini. ſub nu. 1. col. 3. ibi. ita propter iuramentum. lib. 2. Tynd. tract. de teſtib. c. 11. n. 1. & ſeqq. fol. 151. Felyn. in c. de teſtibus. verſ. ratio aūt. n. 6. de teſti. Aſin in pract. §. 19. c. 29. ſub n. 2. & Gail. d. obſeru. 101. ſub n. 9. & ideo, vt dixi ſupra nu. 276. iuramentū dicitur tortura ſpiritualis. cum ergo totū pondus conſiſtat in iuramento, debet citari pars, vt videat illud à notario deferri, quia poſſet notarius dolo malo, vel inaduertenter non deferre, & ſcribere, quòd detulit. & eſt ſciendum quòd teſtis debet iurare, quamuis eius dicto ſit ſtandū. vt dixi infra num. 416. 406. 408. 416. Secunda ratio eſt; quia licet inſtrumento publico, ſit ſtandum ex diſpoſitione ſtatuti, tamen in eius productione requiritur citatio partis per ea, quæ dixi infra c. 11. concl. 3. nu. 6. & ſeqq. ad eum. & num. . . .

367 Secundum argumentum eſt: quia ratio, quare pars ſit citanda, eſt etiam ex eo, quòd ipſius præſentia poſſet trahere, & diuertere teſtem in contrariam depoſitionem illi, quam eſſet facturus, non viſa præſentia partis ſecundum ea, quæ ſcribit Bar. in d. l. theopompus.

ſub nu.9.ff.de dot. præleg. quem referunt & ſequuntur Rom.& Alex.citati ſupra in limitatione. num.363. ſed iſta ratio militat etiam in caſu huius limitationis:quia teſtis poſſet vario modo referre voluntatem teſtatoris;ergo requiritur citatio partis,vt,viſa eius præsẽtia, non audeat facere poſtea falſam relationem: & miror, quòd Bar.vbi ſupra ſcribat, quòd præſentia partis non poſſet iſto caſu trahere teſtem in contrariam ſententiam;cum nihil de proprio ſenſu iudicet,ſed ſolum declaret voluntatem teſtatoris.

368 Tertium argumentum:quia licet dicto teſtis ſit ſtandum ex iuſſu teſtatoris, tamen in eius depoſitione requiritur citatio partis,vt retuli & ſequutus ſum declaratione ſeq.num.375.

Confirmatur iſtud argumentum; quia teſtes inſtrumentarij dicuntur approbati, & rogati à contrahentibus,& tamen ſi contra alterum eorum venirent examinandi,requireretur eius citatio;& hoc non habet difficultatem.

369 RETENTA hac ſententia contra limitationem.

Oppono tripliciter contra eam,& ſoluo.

Oppono I. quia citatio partis non requiritur in relatione nuntij citantis, exquò nuntius eſt approbatus,Bar.in d.l.theopompus,num.10.Bal.in l.in minorũ. num.6.in fine.C.in quib.cauſ.reſtit.non eſt neceſſ.& in l.conſentaneum.verſ.in gloſ.num.42.C.quom.& quan. iud. & alij, quos referunt & ſequuntur Alex. in addit. ad Bar.in d.l.theopompus.num.10.litera.l,Marſ.in l.de vnoquoquè.caſ. 41.num.110.ff.de re iud. & Gabr.in concluſ.lib.2.tit.de citat.concl.1,limit.38.num.385.& limit.55.num.418.

370 Reſp.dupliciter.

Primo,quòd nuntius non iurat in relatione, quia iurat in ſuſceptione officij,& illud iuramentum extenditur ad omnes relationes:alias eſſet nimis onerosum, vt in ſingulis eius relationibus eſſet citanda pars: & ideo,cum non iuret in relatione facienda, ceſſat obiectio.

Secundo reſp. quòd perſona nuntij in relationibus faciendis cenſetur approbata non ſolum ab ipſis partibus litigantibus, ſed etiam à toto populo & iudice.

371 Oppono II. quia in relatione facienda per peritos requiritur eorum iuramentum, vt dixi infra num. 373.& 417.ampl.6.& tamen nõ requiritur citatio partis Bar.in d.l.theopompus num. 11. ff. de dot. præleg. Rom.conſ.61.licet mihi.ſub num.1.Nicel.in concord. gloſ.concor.52.fallen.68.num.323. & Gabr. in concl. lib.2.tit.de citat.concl.1. limit.55.nu. 418.Rot. diuerſ. deciſ.277.tres fuerunt.ſub num.1.verſ. ſecunda. & ſub num.7.verſ.quantum ad ſecundam. par.2.

372 Reſp.tripliciter huic oppoſitioni.

Primo,qđ contrariũ,videlicet,qđ requiratur citatio in relatione,tenẽt Bal.in l.hac edictali. §.his illud.n.4. verſ.pone cõſules.C.de ſecun.nup.Aret. Inſtit.de acti. §.quædam actiones verſ.quæro quæ erit forma. ſub nu. 23.& Fely.in cap.quia indicante.ſub nu.1.de preſcrip.

373 Secundo reſp. quòd iſti periti debent iuraſſe ante relationem,vt ex Bar.Aret.Fely. & alijs, qui teſtantur de communi,retuli,& ſequutus ſum infra num.417.& dixi;loquendo de peritis aſſumptis ad faciendam comparationem literarum;infra cap.11.num.1064.verſ. & nota.& hoc iuramentum poteſt iudex deferre eis tempore commiſſionis,vt notat etiam Fely d. cap.quia indicante.ſub nu.1,verſ.& ſubdit.& pars debet eſſe preſens in commiſſione, quam facit iudex agrimenſori, ſeu alio perito,vt ſcribit ipſemet Bar.in d.l. theopompus.num.11.ff. de dot. præleg. quem refert & ſequitur Gabr.in concluſ.lib.2.tit.de citat.concl.1,ampl.41.nu. 186.ergo ſemper requiritur præſentia ſeu citatio partis in delatione iuramenti,ſicque non obſtat, quòd poſtea in relatione facienda pars non ſit citanda.

Tertio reſp.quòd citatio partis in relatione peritorum non eſt neceſſaria, ſi periti ſunt electi à partibus, ſecus ſi ſunt electi à iudice Maſcar. tract. de probat,in verbo.æſtimatio,concl.653.num.2. lib.2.

Oppono III.augendo præcedentem ſecũdam oppoſitionem,quia citatio partis non ſolum non eſt neceſſaria in relatione peritorum,vt dixi in præcedenti oppoſitione,ſed neque in examine,& diſcuſſione rei, ſeu negotij,ſuper quo adhibitus eſt peritus,ſeu arbitrator ſecundum doctrinam,quam dat Bal.in l.fin.ſub nu. 10. ibi.ſecundo caſu.C.de contrah.empt. & vend. dicens, quòd ſi arbitrator eſt aſſumptus à partibus ſuper re nõ litigioſa,is,tanquam negotiorum geſtor vtriuſque partis,poteſt gerere negotium abſentium, ſicut procurator, & nuntius, & ad iuſtificationem ſui laudi ſufficit veritas,& æquitas,nec exigitur alia extrinſeca ſolemnitas. hancq; doctrinam Baldi ſequuti videntur Paul. de Caſtr.in l.ſi quis arbitratu.nu.3.in fine.& nu.4.& ij, quos citat ibidem Socc.in 3. opin.verſ. extra gloſſ. ſub nu.29.ibi.tertia fuit.licet Paul. de Caſtr. referat Baldũ in alio membro diſtinctionis, quando requiritur partium præſentia,aut ſaltem earum vocatio in examinatione negotij,ſed non in prolatione laudi, quod eſt ſecundum Bal. quando arbitrator fuit aſſumptus ſuper re litigioſa. in eandem doctrinam Baldi liberalius iuit Ant.de Butr.in cap.quintauallis.col 6.ſub num.18.ibi. dicit fran.de iureiur.vbi, loquens ſine iſta diſtinctione rei litigioſæ,& rei non litigioſæ, concludit quòd licet partes non fuerint adhibitę in diſcuſſione,ſeu non cõſtet,quòd fuerint adhibitæ,tamen arbitramentum non per hoc eſt nullum,ſubdens quòd arbitrator poteſt in diſcuſſione negotij habere præſentiam partium de honeſtate:& Antonium de Butr. ſequutus eſt Bapt.de S.Blaſ.tract.de arb.& arbitr.q.70. in ſexta concluſ. ſub num. 39.ibi. licet ant fol. 306. ſubdens ſibi opinionem Antonij de Butr. videri veriorem,ſi arbitratori potuerit conſtare de cauſa ex tenore compromiſſi, & in dubium arbitrium valere,niſi in cõtrarium probetur dolus:& certè iſta opinio in arbitratore contractus, qualis eſt æſtimator,qui debet appretiare ex compromiſſo partium, ſeruatur vbique de conſuetudine.

Reſp.huic oppoſitioni: quòd contrarium, videlicet, requiri,quòd arbitrator conuocet partes,eaſquè interroget ante laudum,quamuis iudicialiter non cognoſcat,tenuerunt Bar.in d.l. ſi quis arbitratu. ſub num. 7. ibi.præterea licet.& apertius Salyc. in l.ſi ſocietatem. ſub nu.13.ibi. mihi videtur.ff.pro ſoc. vbi diſtinguẽdo, & loquendo de æſtimatore electo à partibus, concludit, quòd æſtimator electus ad æſtimandam aliquam rem,debet antequàm illam æſtimet monere partes, vt poſſint eum informare de qualitate rei æſtimandæ, an ſit libera,vel ſerua, & quibus oneribus ſubiecta, an ſit fructuoſa,& de ſimilibus Socc.in d.l. ſiquis arbitratu. in 4.opin.ſub num.31.in fine,tenens indiſtinctè requiri præſentiam partis in diſcuſſione.& Creſcen. deciſ. 2 alias 80.ſi duo æſtimatores de arbitr.fol.47. qui eum refert,& ſequitur.

COLLIGE ex diſputatione huius limitationis ſequentes quatuor concluſiones.

I. CONCLVSIO eſt, quòd,ſi arbiter, peritus, ſeu arbitrator deputatur contentioſè, ſeu iudicialiter,ſemper requiritur citatio partis,vt poſſit opponere contra perſonam,ſi eſſet ſuſpecta Bar.in d.l.theopompus. nu. 11.ff de dot. præleg.

II. CONCLVSIO eſt, quòd in electione periti, arbitri,ſeu arbitratoris, quam faciunt ipſæ partes,non requiritur alia citatio,quia ipſæmet eligunt.

III. CONCLVSIO eſt,quòd ſecundum communẽ opin.requiritur, quòd arbitrator ſeu peritus ſe informet à partibus, eaſquè interroget antequàm laudum proferat.

IIII. CONCLVSIO eſt, quòd licet non appareat de iſta informatione, tamen ſi eſt peritus, æſtimator, ſeu arbitrator aſſumptus ſuper re non litigioſa præſumitur informatio, & alleganti contrarium incumbit onus probandi, & ita ſeruatur de conſuetudine.

V. CONCLVSIO eſt,quòd ſi peritus, ſeu arbitrator audierit partes in diſcuſſione negotij, non eſt neceſſaria citatio in prolatione arbitramenti; quamuis fuerit aſſumptus ſuper re litigioſa.

374 Quid dicendum in adducta limitatione?Cenſeo iſtã opinionẽ contra limitationẽ eſſe in puncto iuris verã.

375 RETENTA tamen limitatione, quæ videtur communiter * teneri.

DECLARA eam, vt habeat locum, qñ teſtis ſolum haberet referre voluntatem eius, qui iuſſit dicto ipſius teſtis eſſe ſtandum; ſicut declarant Ant. Nicell.

in

in concord.glos. concord.52.fallen. 103.n.357.fol.211. & Gabr.d.concl.1. n.182.limit.2. ad ampl.40.secus autem quãdo depositio testis est de proprio iudicio suo, & non continet relationẽ volũtatis testatoris, quia tũc quamuis eiusdicto standum esset ex dispositione testatoris, tamẽ requireretur citatio partis, vt declarant idẽ Nicel.vbi supra.& Gabr.d.concl.1.ampl.40 nu.180.& sentit aperte Bar.in d.l.theopompus.sub.n.9.vers.quandoquè statur.ff.de dot.præleg.

376 Contra istam declarationem optimè militant ea, quæ adduxi supra contra ipsam limitationem:& (cum pace tantorum virorum sit dictum) tàm limitatio, quã declaratio sunt fragiles; dum non requirunt citationem partis.

377 LIMITA XI. quando deferretur iuramentum actori super damnis iuxta terminos l.si quando.C. vnde vi.quia citatio rei non est necessaria:& ratio est; quia prædictum iuramẽtum defertur de necessitate iuris in odium violẽti; vnde partis non interest, quòd sit vocata, vel nõ Rot.decis.2. alias.299.de his, quæ vi metusuè cau.fiu.in nou.Alex.cons.130.difficultas.vers tertio prędicta.in fine.& n.4.lib.1 Crot.tract.de testib.par.7.fallen.5 nu.28. in fine. fol. 217 Maran in suo spec. par. 6. memb.1.limit. 18. nu. 25. Gabr in conclus. lib.2.tit. de citat.concl.1.nu.395.& Tiraq. in commen. ad rub. res inter alios acta.C.limit.2.vers.hinc quoquè est.fol.mihi 108.col.2. tutius tamẽ est, vt ait Rot.vbi supra, quòd citetur.hæcq; limitatio est communis & tenenda, quicquid dixerit Addit ad Alex.vbi supra.in litera b.dicens esse falsam.

378 LIMITA XII. quando esset examinanda aliqua honesta mulier; quia debet examinari in eius domo sine pręsentia partis, vt scribunt Bar.in l.ad egregias. alias. ad personas egregias.nu.2.in fine.& n.3.Paul.de Castr. nu.2.Alex.nu.3.& Ias nu 2.& alij communiter.* ff. de iureiur.prout de communi testantur Addition.ad Fely. cap.in nomine.limit.11.nu.16.litera a.de testib. & Mascar.tract.de probat.conclus.682 nu.32.lib.2.& de magis communi testatur Asin.in pract.§.7.cap.15. limit. 34.sub nu.2.fol.71.& hæc communis comprobatur ex textu in auth. principales.ibi.*mulier honestæ vitæ* C.de iureiur.prop.calum vbi cautum est, quòd mulier honestæ vitæ iuret de calumnia coram officialibus absente aduersario.

379 Contrariam sententiam; quòd etiam in examine mulieris requiratur citatio partis ad videndum eam iurare; tenuerunt Glo.in cap.2.in verbo.idoneam.de iudic. in 6.Abb.in cap.si qui testium. sub nu.2.vers.sed quæro nunquid.ibi.dicit tamen.de testib. Rom. sing. 364.fuit vnus ex vobis.fallen. 1.& ex eo referunt, & sequuntur Socc.reg.406.fallen.8.Fely.in d.cap. in nomine. limit. 11.n.16. de testib.Mars in l.de vnoquoquè.post limitationem 9.nu.74.ff de re iud.Mascar.d.concl.682.limit. 11.nu.33. lib.2.& hanc esse æquam opinionem, seruari in practica, & teneri communiter scribit Alex Stiat. in pract.iudic.cap.17.nu.11.& hæc opinio comprobatur ex textu.in §.fin autem dignitas.sequenti post auth. principales.C.de iureiur.prop.calum. vbi disponitur, quòd mulier præstet iuramentum calumniæ in domo propria, præsente altera parte, seu eius procuratore.

380 Ratio huius contrariæ sententiæ est: quia sicut ad eam mittitur notarius, seu alius delegatus, qui eam examinet, ita etiam debet licere parti, vt accedat ad videndum eam iurare; cum ipsius partis intersit iuramentum deferri. Abb. & Rom. in locis supra proximè citatis.

381 Retenta limitatione pro vera.

Resp.primo ad textum in §.fin autem dignitas.quòd ille §.est correctus per textum in d. auth. principales. sicut contra Rom respondet Ias. qui eum citat. in loco supra proximè allegato.

382 DECLARA etiam dictam limitationem vt procedat, quando mulier esset valdè pulchra & honesta, & pars aduersa, seu eius procurator esset iuuenis iuxta ea, quæ ex Ang. in d. l. ad egregias. num. 2. refert, & sequitur Asin. d. limit. 14. num. 2. in fine. fol. 71.

383 CAUTELA secundum Alex.Stiat.d.cap.17 num.11. in fine.vers.sed ibi.& num.12.ad tollendam istam difficultatem esset, quòd mulier constitueret procuratorem cum mandato specialissimo ad iurandum in animam ipsius mulieris, & in iuramento ipsius procuratoris citaretur pars aduersa; & postea examinaretur mulier.

384 Contra ista cautelam facit: quia hoc iuramentum non potest præstari per procuratorem habentem mandatum quantumuis specialissimum secundum communem opin.quam refert, & sequitur Petr.de Moncad.in addit.ad Crot.tract.de testib.par.9.sub nu.6 vers. contrarium.fol.227.vbi multos citat.

385 RESTRINGEREM eandem limitationem, vt non procederet, quando mulier examinanda esset aliqua vetula: quia tunc nihil suspitionis potest oriri ex præsentia partis.

386 LIMITA XIII. vt non habeat locum, quando testis esset repetẽdus pro declaratione suæ depositionis: quia posset repeti, parte non citata, Bal.in auth. hoc sacramentum.nu.1.C.de iureiur.prop.calum.Paul.de Castr. in l.hæredes palam.§.si quid.n.3.ff.de testã.Rom. cons. 482.in casu pręmisso.n.8.Mars.in l.de vnoquoq; cas.25. nu 93.ff.de re iudic.Curt.in auth hoc sacramentum. n. 3.& 4.C. de iureiur. prop. calum. fol. 131. inter tract. diuers.Gabr in conclus.lib.2.tit.de citat concl.1.ampl. 40.sub nu.185.Asin.in pract.§.7.cap 5.limit.25. fol. 72. & Mascar.tract.de probat.concl. 682. limit. 10. num. 31.lib.2.

387 Ratio huius limitationis est: quia in ista repetione testis non tenetur amplius iurare. Bal. Paul. de Castr. Rom.& Curt.in locis proximè supra citatis.Bar.d.l hęredes palam.§ si quid.n.7 & alij, quos refert & sequitur Gabr.in conclus.lib.6.tit.de reg.iur concl.5.nu.13.

388 illat.5.† & ratio huius rationis est, quia ista declaratio retrotrahitur ad depositionem iam factam, vt scribunt Bal.& Paul. de Castr. vbi supra. seu quia qui declarat nihil de nouo facit.

389 LIMITA XIIII quando testes examinarentur in casu, super quo posset procedi sine causæ cognitione; quia possent examinari, parte nõ citata, vt scribit Mars. in l.de vnoquoquè.cas.24.nu 92.ff.de re iud.quem referunt, & sequuntur Gabr. in conclus. lib.2 tit.de citat. concl 1.limit.23 nu.363.Asin.in prax.§.7. cap. 5. limit. 69.fol.79.& Mascar.tract.de probat. concl. 682. limit. 20.num.44.lib.2.

390 LIMITA XV. quando stylus loci esset, quòd testes examinarentur, parte non citata, Alex.cons.65. habita super.nu.9.circa finem.& n.10.lib.1.& Addition.ad eũ in verbo.attendendos & in verbo solẽnitati.Dec.cons. 163.in causa col.7.sub n.14.supra finẽ ibi & nõ est dubitandum.Mars.in l.de vnoquoquè.cas.32.nu. 101.ff.de re iud. Affl. decis. 391. fuit dubitatum .nu. 5. Blanc. in pract.crim.fol.mihi.6.nu.34.Addition.ad Ang.tract. de malef.in verbo.quod fama publica. sub nu. 11 litera c. Gabr. in conclus. lib.2. tit.de citat.concl. 1. ampl. 48. vers. & ita procedit. nu. 216.& Asin. in pract.§. 7.cap. 5.limit.80.fol.81.& §.19.cap 32.fol.140.hæcque limitatio est fundata in doctrina Baldi in auth.si quis in aliquo.vers.tu dic.sub nu.14.C.de eden.dum scribit, quòd in exemplatione instrumenti citari debet is, qui posset lædi; alias iudex non posset interloqui, nisi statutum & consuetudo loci aliter se haberet, prout inquit in multis partibus extat consuetudo, quòd citatio non requiratur: facit etiam, quod scribit Marches. tract de commis.par.1.commis.1.relax.iur. cap.2.sub nu. 33.dicens, in Curia concedi relaxationẽ à iuramento passim per Locumtenẽtem Illustrissimi Domini Vicarij sine citatione partis, quia sic extat antiqua consuetudo & stylus qui possunt derogare citationi.

391 Confirmatur ista limitatio, quia statutum, disponẽs, quòd in examine testium non sit necessaria citatio, est validum, vt refert, & sequitur Asin. d. cap. 32. fol. 140. ergo, si valet statutum, valet etiam consuetudo.

392 LIMITA XVI. vt non procedat, quando testes essent examinati cum interrogatorijs partis aduersæ specialiter datis, & postea obtineretur cõmissio sanatoria arbitrio iudicis: qa saluarẽtur dicta testiũ nulliter examinatorum, quamuis pars aduersa ante, & post dationem interrogatoriorum esset protestata de nullita-

te examinis, vt per Put. decis. 301. de mense aprilis. 1550. per totam. lib. 3. & Marches. tract. de commis. par. 2. commis. 2. super nullitatibus. cap. 1. num. 58. & 59.

393 LIMITA XVII. quãdo testes examinarentur super possessorio summarijssimo, quia iudex posset illis fidẽ adhibere, quamuis examinarentur, parte non citata, Rol. à Val. cons. 8. sententiam. sub num. 8. vers. similiter. lib. 4. & Mascar. tract. de probat. concl. 1366. limit. 2. nu. 9. lib. 3. & maximè quando timetur, ne partes venirent ad arma, quia tunc iudex potest, & debet à se ipso sumere informationes, & determinare quis debet sustinere partes rei iuxta ea, quæ scribit Neuiz. cons. 80. pro michaele. num. 6. & 7.

394 LIMITA vltimo, quando testes examinantur in casu, qui potest probari argumentis, & inditijs, quia tunc possunt examinari, parte non citata, exquò lex seu statutum contentatur solis argumentis, seu inditijs, vt scribunt Socc. reg. 406. fallen. 9. Mars. in l. de vnoquoque. cas. 22. num. 90. ff. de re iud. & Afin. in pract. §. 7. c. 5. limit. 78. fol. 81.

395 Contrariam opinionem tenent Fely. in cap. in nomine. limit. 5. nu. 11. de testib. Gabr. in conclus. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. limit. 21. num. 361. Mascar. tract. de probat. concl. 682. num. 23. lib. 2. & quòd hæc sit communis* opinio scribit Dec. d. cap. in nomine fallen. 7. n. 54.

396 Confirmatur ista contraria opinio: quia lex contentatur solis inditijs ad inferendam torturam iuxta ea, quæ veluti per transennam obiter scripsi lib. præced c. 84. sub num. 4. vers. verum, & num. 6. & dicam diligenter, fauente Deo. lib. seq. & tamen testes examinati, parte non citata, non faciunt inditium ad torturam, testibus Alex. Mars. Gund. & alijs, quos retuli & sequutus sum cap. seq. num. 9.

397 RETENTA ista contraria opinione.

DECLARA restringendo eam, vt non sit vera, quando lex, seu statutum contentaretur aliquali inditio, seu præsumptione, quæ sit minor semiplena probatione,

398 & ratio huius declarationis est: quia etiam testes nõ solemniter recepti faciunt aliquale inditium, vt refert, & sequitur Crauet. cons. 198. videtur esse locus. versus finem. num. 11.

Confirmatur ista declaratio: quia in casu huius declarationis testes etiam non iurati sufficiunt, vt scripsi infra limit. 6. num. 576. ergo sufficiunt etiam sine citatione partis: quia ista duo æquiparantur, vt dixi supra num. 323. & 324. limit. 7. vers. confirmatur.

399 Hæc sufficiant de casibus, in quibus testes possunt examinari, parte non citata; quòd si hac occasione desideras agnoscere singulos casus, qui possunt expediri sine citatione partis, vide Nicel. in concordan. gloss. concord. 52. num. 224. vbi ponit. 115. casus per fallentias. Gabr. in conclus. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. nu. 302. & seqq. qui ponit per viam limitationum casus 130. & Afin. in pract. §. 7. cap. 5. qui enumerat casus 145. & adde aliqua, quæ notauimus lib. præced. cap. 88. num. 16. 21. 23. 28. & 29. & quando testes possunt examinari, parte non citata in causis criminalibus, vide, quæ scripsi cap. seq.

DVBIVM III.

Iuramentum cuiuslibet testis est necessarium.

Resumendo ordinem dubitandi intermissum supra num. 17.

400 Dubitatur 3. loco, an testes priusquàm examinentur debeant necessariò iurasse.

Constituo conclusionem affirmatiuam; quòd testis necessariò debeat iurare, alias sine iuramento ei credendum non est l. iurisiurandi. C. de testib. & cap. hortamur. 3. q. 9. & sentiunt Io. à Gras. in arbor. iudic. in 4. princip. num. 10. fol. 24. constituens iuramenta testium pro septimo ramo arboris iudicialis, & alij Doctores communiter, inter quos est Mascar. tract. de probat. concl. 1362. num. 1. lib. 3. dum scribunt, quòd testi non iurato non est credendum: & quia ex seqq ampliationibus clarissimè probatur, pluribus non insisto.

Comprobari potest ista conclusio ex eò, quòd dicimus, totam vim depositionis testium cõsistere in iuramento, vt scripsi supra nu. 366. vers. primum.

401 AMPLIA I. istam conclusionem, vt procedat etiã si testis esset vir religiosus, quia adhuc sibi non crederetur sine iuramento cap. nuper nobis. in ordine. 51. de testib. & ibi Abb. & Fely. in summario. in quorum lecturis initiatur. *super.* Spec. tit. de teste. §. sequitur. vers. & nota. nu. 6. Crot. tract. de testib. par. 7. extensione 4. num. 2. fol. 217. Paris. cons. 83. potuit. num. 34. in fine, lib. 1. Crauet. cons. 48. cogitur. sub num. 1. Rol. à Val. cons. 8. sententiam. num. 13. lib. 4. Mascar. tract. de probat. concl. 1362. nu. 2. lib. 3. & tenetur communiter.*

402 AMPLIA II. vt procedat etiam si testis esset fide dignissimus, vt scribit Simonet. tract. de cath. instit. tit. 64. de testib. nu. 8. in fine. fol. 200.

403 AMPLIA III. etiam si testis esset probatæ vitæ, & esset cardinalis, aut in alia dignitate constitutus Gl. in cap. olim. il primo. in verbo. fratrum. de priuileg. & ibi Abb. sub num. 5. ibi. nota perpetuo. Bellamer. decis. 627. cardinali. & decis. 628. nulli etiam. Felyn. in cap. tuis quæstionibus. sub num. 1. de testib. Crot. tract. de testib. par. 7. nu. 1. fol. 217. Crauet. d. cons. 48. sub nu. 1. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 6. in fine. & ibi Grauat. in annot. ad eum. num. 40. in fine. Mascar. tract. de probat. q. 5. nu. 78. & concl. 270. limit. 1. & 2. num. 3. & 4. lib. 1.

404 RESTRINGE istam ampliationem, vt non procedat quando cardinalis testaretur de gestis coram se in causa, sibi commissa: quia crederetur eius assertioni. Bellamer. decis. 183. assertioni. Mascar. d. concl. 270. n. 1.

405 RESTRINGE etiam in casibus, in quibus dicto domini cardinalis creditur de stylo curiæ Bellamer. d. decis. 627. cardinali.

406 AMPLIA IIII. etiam si testis esset communi consensu vtriusquè partis approbatus, & productus ita, vt illius dicto vellent omnino stari debere: quia adhuc ei non crederetur sine iuramento secundum ea, quæ scribunt Bar. in l. theopompus. num. 7. ff. de dot. præleg. Ias. in l. iusiurandum. la 2. sub num. 6. vers. item aduerte. ff. de iureiur. Plot. tract. de in lit. iur. §. 48. sub nu. 9. fol. mihi. 239. quos poteris videre, quia licet nõn loquantur in proprijs terminis huius ampliationis, tamen benè applicantur. & Mars. in sing. 214. ad validitatem. & in pract. crim. §. diligenter. sub num. 63. & 64. qui loquitur

407 apertè in terminis huius ampliationis.

Confirmatur I. ista ampliatio, quia iuramentum requirtur etiam in eo teste, cuius dicto standum est ex dispositione legis, seu statuti, vt firmaui ampl. seq. nu. 416.

408 Confirmatur II. quia licet is, cuius conscientiæ aliquid committitur, possit liberè illud declarare, eius; declarationi sit standum, tamen hoc procedit, dummodo antequàm declarauerit iurauerit, quòd ita sibi dictat sua conscientia, vt scribunt Ang. in l. de pupillo. §. qui opus nouum. ff. de nou. oper. nunt. & ibidem Paul. de Castr. nu. 2. Fely. in cap. significasti. il. 1. sub num. 4. versus finem. ibi. sed scias. de homicid. Mars. in d. §. diligenter. num. 64. in fine. & num. 65. & Afin. in pract. §. 7. cap. 5. limit. 7. nu. 2. fol. 72.

409 Confirmatur III. quia omnis dispositio debet in dubio interpretari secundum dispositionem iuris communis, & non contra ius commune cap. cum dilectus. de consuetud. & dixit Rota, de qua Mohed. decis. vlt. alias 343. num. 1. de caus. possess. & propr.

410 Comprobatur I. ista confirmatio, quia statuta sunt interpretanda, vt ius commune minus, quàm fieri potest, lædatur Alber. Brun. tract. de statut. art. 12. nu. 211.

411 fol. 233. & Crauet cons. 3. iudex habens. sub. num. 12. & hocque in tantum est verum, vt statutum, quod potest intelligi vt contrarietur iuri communi in duobus, vel in vno solo, semper intelligatur vt contrarietur in vno Rom. cons. 199 præsens. nu. 6. & Rot. diuers. decis. 432. num. 10. par. 1.

412 Comprobatur II. quia voluntas testatoris debet interpretari quominus recedatur à iure communi Crauet. cons. 25. dubia plura. nu. 6. & ratio est, quia dispositio statuti, & dispositio testatoris à pari procedunt Alex. cons. 185. viso titulo. nu. 6. lib. 2.

413 Comprobatur III. quia etiã verba contrahentiũ debent intelligi scdm ius cõe Crauet. cons. 33. nobiles domicellæ.

domicellæ. nu. 18. verſ. ſecundo.& Rol. à Val. tract.de dot.q.37.num.8. fol.366.

Ergo iſta approbatio partium circa perſonam teſtis,ſeu teſtium debet intelligi,ne poſſit opponi contra teſtis, ſeu teſtium perſonam, & non vt cenſeatur remiſſum iuramentum; quia nimis recederemus à diſpoſitione iuris communis: etenim remitteretur tàm iuramentum, quàm omnis oppoſitio circa perſonam, & dicta.

414 Contra iſtam 4. ampliationem tenent Iaſ. in l. 1. verſ.pro iſta concluſione.n.12.ff.de fer.& in l.1.§. fin. n.9.verſ. ſecundo adde. ff. de verb. oblig. Fely. in cap. quia indicante.ſub n.1.de præſcript.Crot. tract.de teſtib. par.7.fallen.8.n.13.fol.217.& Curt.in auth.principales.§.ſed quia veremur.ſub n.9.C.de iureiur.propcalum.inter tract.diuerſ.fol.134 moti auctoritate Bar. in l. lucius. in fine. ff. de fideiuſſ.

415 Retenta ampliatione pro vera.

Reſp. quòd Bar. in cuius auctoritate ſe fundant,nō loquitur de teſte examinando in iudicio, ſed loquitur de latore literarum credentialium,cui is,ad quem literæ credentiales mituntur, poteſt credere ſine vllo iuramento,& ita ſeruatur paſſim vbiquè.

416 AMPLIA V. vt procedat etiam ſi teſtis depoſitioni ſtandum eſset ex diſpoſitione legis,ſeu ſtatuti; quia adhuc deberet iurare,prout in ſtatuto, mandante ſtari debere ſimplici verbo denuntiatoris,ſcribunt Ang. in l.ſi vacantia.col.2.C.de bon.vacan. lib.10.Alex. conſ. 71.clariſſime domine.n.9.& 10.lib.3. Marſ. ſing. 214. ad validitatem.& in pract. crim.§.diligenter.num.64. Crauet. tract.de antiq.temp.par.1.limit.4.verſ.octauo requiritur.num.47.fol.136. Menoch.tract.de recuper. poſseſs. remed.15.n.498. fol.118. Aſin. in pract. §.19. cap.28. num.6. fol.139. & Grauat. in annot. ad pract. Veſtr.lib.6. cap.2.ſub num.34.

Confirmatur iſta ampliatio,quia ſtatutum debet interpretari quominus lædatur ius commune,vt dixi ſupra n.410. ergo iſtud ſtatutum corrigens in hoc, quòd ſit ſtandum dicto alicuius, non debet corrigere etiam in hoc alio,quòd ſit ſtandum dicto non iurato.

Confirmatur demum ex ijſdem, quibus confirmaui ampliationem præcedentem.

417 AMPLIA VI. vt habeat locum etiam in agrimenſoribus,alijſq;peritis electis,quia ante relationem debent iurare,vt ſcribunt Bar.in l.comparationes. ſub n. 1. & 4.C de fid.inſtr.Bal.in l.hac edictali. §. his illud. nu. 3. & 4. C.de ſecun.nupt. Aret.Inſtitut.de action.§. quædam actiones.ſub n.23.verſ.quæro quæ erit forma. Fely.in cap.quia indicante.ſub n.1.de præſcript.& hāc eſſe communem * opin.ſcribunt Paul.de Caſtr.in l.de pupillo.§ qui opus nouum.n.3.ff.de oper.nou.nunt. & Crot.tract.de teſtib.par.7.extenſ.4.n.2.fol.217.& quòd peritis aſſumptis à iudice ſit deferendum iuramentum de æſtimatione ex bono & æquo facienda,refert,& ſequitur Maſcar. tract. de probat. in verbo. æſtimatio. concl.653 num.1.lib.2.

418 DECLARA reſtringendo iſtam ampliationem, vt non procedat, quando periti referunt de veritate, ſed ſolum quando referunt de credulitate ſecūdum Gl.primam. verſus finē. in l.iuriſiurandi.C.de teſtib.& Crot. vbi ſupra. qui mouentur ex l. 1.ff.de ventr. inſpic.

419 Contrariam ſententiam;quòd procedat etiam quando referunt de veritate;cenſeo veram: & ad l.primam. ff.de vētr.inſpic.reſpondeo, quòd ex ea non probatur; dico tamenquòd,ſi referūt de credulitate,debent iurare de credulitate, & ſi poſſunt referre de veritate, debent iurare de veritate.

RESTRINGE præfatam ſextam ampliationē,vt nō procedat in æſtimatoribus electis à partibus in cōtractu, quia ab eis non requiritur iuramentum Creſcen. deciſ.2.alias 80.n.1.de arbitr.fol.47.

420 AMPLIA VII. vt habeat locum etiam in iudice, ſeu iudicibus,atteſtantibus de facto partium: quia eis non creditur ſine iuramento,ipſis vti teſtibus deferendo Crauet. conſ.48.cogitur nobilis.n.1.

421 AMPLIA VIII. vt habeat locum etiam ſi eſſent multi teſtes,quia adhuc non probarent,niſi eſſent iurati ſecundum Dom.quem referunt & ſequuntur Fely.in cap.tuis quæſtionibus.in principio. de teſtib.& Veſtr. in pract.lib.6.cap.2.ſub n.6.& idem ſcribit Crot.tract de teſtib.par.7.ſub n.1.verſ.tertio extenditur. fol. 217. imò procedit iſta ampliatio etiam ſi eſſent mille teſtes Rip.in l.admonendi.n.195.ff.de iureiur.& Cæph.conſ. 294.n.33.lib.2.quos refert,& ſequitur Maſcar.tract.de probat.concl.1362.n. 9. lib. 3. quia non ad multitudinem reſpici oportet.cap.ſi teſtes.4.q.2.& 3.

Iuramentum teſtis eſt neceſſarium in omnibus cauſis.

422 AMPLIA IX. vt habeat locum etiam in cauſis,in quibus proceditur ſūmariè,& ſine figura iudicij, quia teſtes non iurati non probant Bar. in extrauag. ad reprimendum.in verbo.& figura.n.13.Iaſ. in l.admonendi.ſub n.191.ff. de iureiur in 2.repetit.Papien.in pract. in form.libel.act.real.in gl.ſūmariè.n.7.in fine fol.118. Marſ.conſ.2.n.25.Veſtr.in pract.lib.6.c.2.ſub n.6. Menoch. tract.de arbitr.iud.lib.1.q.26. num.2.& Maſcar. tract. de probat.concl.1362.num.5. lib.3.

423 AMPLIA X. vt habeat locum etiam in cauſis arbitrarijs,in quibus iudici datum eſt arbitrium procedendi:quia adhuc non poterit fidem adhibere teſtibus nō iuratis Bal.in l.presbyteri.num.13.in fine. verſ. quæro aliud.C. de epiſc. & cleric.& in l miles.n.5.in fine. C. de teſtam.mil.& Bal.Perus.tract.de ſtat.in verbo.arbitrium.n.1.& 12.fol.89 Iaſ.in l.admonendi.ſub nu.191. ibi. contrarium tenet.ff.de iureiur.in 2. repetit. Marſ. conſ. 2.n.26. Menoch.tract.de arbitr.iud.lib.1.q.26.n. 1.& hæc eſt communis* opinio.

424 EXTENDE iſtam ampliationem, vt procedat etiā ſi data eſſet iudici poteſtas procedendi ſine aliqua ſolemnitate iuris: quia adhuc non poſſet credere teſtibus non iuratis Bal. in d.l presbiteri.ſub num.13. Bal. Perus. & Iaſ.in locis ſupra proximè citatis,Papien.in pract.in forma libel.act.real.in gl.ſummariè ſub num. 15.fol.119.& hanc eſſe probabiliorem opin. ſcribit,& ſequitur Crot.tract.de teſtib.par.7.ver. fallit iſta concluſio.num.3.fol.217.

425 Contra iſtam extenſionem tenent Bar.in l.filius familias.n.4.verſ. quæro quid ſi eſt dictum. & n. 5.ff. de donat.Rom.conſ.20.viſo puncto.verſ. ad primum.n.3. & alij,quos refert & ſequitur Maſcar.tract. de probat. concl.1602.n.7.& 8.lib. 3.& hanc contrariam opin.videtur ſequi etiam Alex.in addit.ad Bar.vbi ſupra,dum vltimo loco allegat pro opinione Bartoli & hanc eſſe veriorem & communem* opinionem ſcribunt Fely.& Luc. Pæt.quos citaui & ſequutus ſum lib.præced.cap. 53. ſub num 37.

426 Non recedas ab extenſione,quia contra Bar.tenent omnes in ea citati, & Menoch.tract.de arbitr. iud.lib. 1. q.26. ſub n. 4. & hodie communis * eſt contra Bar. quia communis eſt, quòd iuramentum deferēdum teſtibus ſit de iure diuino, vt firmaui infra n 432. qua ratione diſcedo à communi opinione Bartoli,quam, re non aliter diſcuſſa,ſequutus ſum lib.præced.d.cap.53. num. 37.

427 AMPLIA XI. vt habeat locum etiam in cauſis, in quibus poteſt procedi, ſola facti veritate inſpecta, vt ex Ang.in l.milites.col.2.n. C.de teſtam.mil. refert & ſequitur Menoch. d.q.26.n 1.in fine.& n.2. vbi allegat etiā Bar.in extrauag.ad reprimendum.in verbo. & figura.n.13.ſed meo iudicio non poteſt allegari: quia loquitur in cauſa, quæ poteſt cognoſci ſine figura iudicij, prout eum retuli,& ſequutus ſum ſupra num.422. ampl. 9. imò Bar. videtur tenere contrarium, vt mox dico num. ſeq.

Ratio huius ampliationis eſt; quia iuramentum eſt deferendum teſtibus de iure diuino, vt latius firmaui infra num. 432. & ideo quantumuis procedi poſſit ſine ſolemnitate iuris, & ſola facti veritate inſpecta, non poteſt omitti.

428 Contra iſtam ampliationem videntur ſentire Bar. Rom. Alex. Fely. & Luc. Pæt. quos citaui ſupra num. 425. verſ. contra.dum ſcribunt, hoc iuramentum non eſſe neceſsarium, quando poteſt procedi ſine aliqua ſolemnitate iuris: vel ex eorum ſententia ſic contra ampliationem oppono.

429 Facultas procedendi,ſola facti veritate inſpecta,eſt maior,quàm facultas procedendi ſummariè, & ſine figura iudicij, quia remouet omnes ſolemnitates iuris poſitiui,vt ſcribunt Ant.de Butr.in cap. 2. verſ. nota quid importent.num.5.de iuram.calum.& Dec.in cap. dilecti.not.3.num.12.& ſeqq. de iudic. qui plenius loquitur.& eſt maior,quam facultas procedendi ſine vlla ſolemnitate iuris;vt ſcripſi lib.præced.c.53. nu.38.

Ergo;ſi remouet ſolemnitates iuris,vt ſcribunt Ant. de Butr. & Dec. & quando ſunt remotæ ſolemnitates iuris, iuramentum teſtis non eſt neceſſarium ,teſtibus Bar.Rom.&alijs ſupra citatis;ſequitur,quòd commiſſa cauſa , ſola facti veritate inſpecta, iuramentum teſtis non ſit neceſſarium .

Articuli contingentes originem, ſubſtantiam & tempus iuramenti.

ARTICVLVS I.

Retenta ampliatione, quæ eſt vera.

Pro firmiori reſolutione videamus : nunquid iuramentum, deferendum teſtibus,ſit de iure diuino .

Prima facie,diſputatiuè loquendo,videtur dicendũ, quòd non,ſed quòd ſit de iure poſitiuo: quia ſi eſſet de iure diuino, non poſſet remitti à parte : Sed poteſt remitti, vt firmaui infra num.447.verſ. ratio. & nu. 561. Ergo non eſt de iure diuino .

431 Secundo, quia de iure diuino iuramentum videtur potius prohibitum.cap.& ſi Chriſtus de iureiur. in illis verbis.*Chriſtus præcepit ſecundum veritatem euangelicam:ſit ſermo veſter:eſt,eſt:non,non.*& hanc opinionem;quòd iuramentum in teſte ſit ſolemnitas iuris ciuilis;tenuit ſimpliciter ſine aliqua conſideratione Maſcar.tract.de probat.concl.1362.num.8.lib.3.

432 Contrariam opinionem:quòd ſit de iure diuino ; tenuit Auguſt de Anchona.in lib.de poteſt. eccleſiaſt. q. 55.art.vlt. concludens , quòd Papa non poteſt diſpenſare,vt teſtis ferat teſtimoniũ in iudicio ſine iuramento,quia eſt de iure diuino, quòd teſtis iuret : hancquè opinionem vti deciſionem ſtupendam , & Canoniſtis incognitam refert,& ſequitur Fely.in cap.conſtitutus. num.15.in fine. verſ. vnde abſolute. & num. 16. de reſcript.& ex Fely.referunt,& ſequuntur Marſ. ſing.214. ad validitatem. in fine. Ant. Columb. de controuerſ. crim.art.2,8.fol.346.Menoch.tract. de arbitr. iud. lib. 1.q.26.num.3.& 4.Grauat in annot.ad pract.Veſtr.lib. 6.cap.2.nu.38.Gail.in pract.obſeru. lib.1. obſeru. 101. num.12.& Garzon.tract.de laudo meri iuris.par.2. §. 4.num.20.fol.316.& quòd Papa non poſſit diſpenſare, quòd credatur teſti non iurato ; ſequitur etiam Pariſ. conſ.83.potuit.ſub num 34.lib.1. & hanc opin. tenent ✠ communiter * omnes.& probatur ex textu in cap. 31. geneſ vbi habetur,quod Iacob voluit teſtimonium ſoceri ſui Laban confirmatum per iuramentum .

Non obſtant adducta pro contraria opinione .

433 Ad primum reſp.quòd non ſequitur illa conſequentia:poteſt à parte remitti: ergo non eſt de iure diuino: nam,quæ reſpiciunt ſolum intereſſe partis, poſſunt remitti ab ipſa parte , quamuis ſint de iure diuino .

Probatur iſta reſponſio tripliciter .

434 Primo,quia iuramentum licitum eſt de iure diuino approbatione,& confirmatione ſecundum ea,quæ longa diſtinctione ſcribit Bal.in l.iuſiurandum.q.3.col.mihi 27.& fol.31 ff. de iureiur. ſeu eſt ſimpliciter de iure diuino , vt latè & indiſtinctè oſtendit Card. Iacobat. tract.de concil.lib.7.art.5.num.11.& ſeqq. & num. 91. 435 fol.311.† quod iuramentum eſt omnino ſeruandum,ſi habeat illos tres comites,veritatem ſcilicet,iudicium, 436 & iuſtitiam cap.animaduertendum.22.q.2.† & eſt indiſpenſabile,quia eſt de præceptis primæ tabulæ; ſicut 437 hæc omnia comprobat Card.Iacobat.vbi ſupra:† & tamen non facio dubium,quòd pars,cui aliquid eſt promiſſum cum iuramento, poteſt illud remittere per ea, quæ ſcribunt Spec.tit.de iureiur.verſ.quid ſi is. ſub nu. 12.& Bar.in l. labeo.n.5.& 6.ff. de iureiur.quos refert & ſequitur Natt.tract.de pact.nu.17. in fine.

438 Secundo probatur;quia de iure diuino eſt , quòd nõ remittatur peccatum,niſi reſtituatur ablatum cap.peccatum.de reg.iur.in 6 & tamen pars,cui eſt facienda reſtitutio, poteſt illam remittere .

439 Tertio,quia citatio requiritur de iure diuino, & naturali,vt ſcripſi lib.præced.c.88.ſub n.2.& tamen pars poteſt illi renunciare,vt ibidem ſcripſi limit.2. nu. 21.

440 Ad ſecundum reſp. quòd illa verba reſpiciunt iuramentum extraiudiciale ſine cauſa , & in caſu non neceſſario:cæterum ſi neceſſitas poſtulet iuramentum; il 441 le textus indicat etiam de iure diuino præſtari: † hæcquè reſponſio in tantum eſt vera , quòd ſi quis contrarium teneret; aſſerendo , quòd iurare non eſt licitum, ſed peccatum mortale ; eſſet hæreticus : quia hæc fuit hæreſis Valdenſium,vt ſcribunt Hoſt.in cap.excommunicamus.il 1. §.penult.num.10.& Io. And. num.5.de hæret.& Eymer.in direct.inquiſ. par.2.q. 14. verſ. tertius error.quam hæreſim tenuerunt etiam Pſeudoapoſtoli in Lombardia,vt ſcribit idem Eymer.ead.par.2. q. 12.verſ. vigeſimus error.& ibi Pegn.in comment.idem Eymer.par.3.q.41. & ibi Pegn. comment. 90.

ARTICVLVS II.

442 Pro ſolidiori cognitione iuramenti videamus nunquid iuramentum teſtis, quod diximus eſſe de iure diuino ſit de ſubſtantia, ſeu forma teſtimonij, vel potius ſit de ſolemnitate.

Prima facie videtur dicendum, quòd ſit de ſubſtantia ſeu forma;hoc eſt,quòd teſtimonium non poſſit cõſiſtere ſine iuramento:ſiue capiamus iuramentum pro forma,ſiue pro ſubſtantia : & videtur ita dicendum ex tex.in cap.fraternitatis.in fine.de teſtib.& l. iuriſiurandi.C.eod.& ita ſentiunt Bal. in dicta l. iuriſiurandi. in fine.dicens,quòd teſtimonium , non interueniente iuramento , non habet figuram, nec ſubſtantiam. & in l. præsbyteri.num.13 verſ.quæro aliud.C.de epiſc.& clerie. dicens , quòd iuramentum in teſte eſt magis ſubſtantia,& materia,quàm ſolemnitas:& in hãc opinionem videntur ire Lanfr.de Orian.in cap.quoniam contra.nu.4.in verbo.teſtium.de probat.inter tract.diuerſ. fol.179.& Maſcar.qui eum refert , & ſequitur tract. de probat.lib.1.q.5.num.77.dum ſcribit , teſtium depoſitionem conſtitui ex duobus: ex dicto ſcilicet , & iuramento , & vnum ſine altero non valere. & Plot.tract. de in lit.iur.§.44.num.10.fol.mihi 229.dum ſcribit teſtimonium ſine iuramento non dici propriè teſtimonium;& quòd iuramentum ſit de forma, præſupponit obiter Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.6.cap.2.nu. ✠ 43.& quòd ſit de forma,ſcribit communem * eſſe opinionem Crot.tract.de teſtib.par.7. nu.22. verſ. quinta. fol.217.

443 Confirmatur I. iſta opinio : quia illud dicitur de ſubſtantia alicuius actus,ſine quo ille actus non poteſt ſtare iuxta ea,quæ ſcribit Vant.tract.nullit.rub. de null.ex def.proceſ num.9.& 10. ſed teſtimonium de ſui natura non poteſt ſtare ſine iuramento,vt dixi . Ergo iuramentum eſt de ſubſtantia .

444 Confirmatur II. quia licet teſtis falſus non iuratus puniatur pœna falſi,tamen non punitur pœna ordinaria,ſed ſolum extraordinaria, vt dixi infra nũ.464.

445 Confirmatur III. remouendo fundamentum contrariæ opinionis:quia non valet iſta conſequentia : iuramentum poteſt remitti à parte : ergo non eſt de ſubſtantia, ſeu forma teſtimonij : & quòd præfata conſe-446 quentia non teneat,probatur.† quia libellus,& litiscõteſtatio ſunt ſubſtantialia iudicij iuxta ea , quæ ſcripſi lib.præced.cap.50.nu.25.& cap.fin.nu.1.& vlt. & cap. 53.nu.21.& ſupra c.3. nu. 303.& tamen partes poſſunt conſentire , quòd procedatur ſine libello, & ſine litis conteſtatione:idem dicimus de citatione, quæ licet ſit de ſubſtãtia iudicij,vt ſcribit Veſtr.quẽ citaui lib.præced.cap.88. num.2. verſus finem, vel ſaltem ſit de ſubſtantia cuiuslibet actus ; tamen pars poteſt illi renunciare,vt dixi eod.cap.88.limit.2.nu.21.

447 Contrariam opinionem : quòd iuramentum non ſit de ſubſtantia,nec de forma teſtimonij : tenuerunt Bar. in l.ſi quis legatum.verſ quæro pro huius.nu.4. ff. ad l. corn.de falſ.Alber.de Malet.tract.de teſtib.c.7.nu.65. in fine.nu.66.75.& 76.fol.175.& cap.9. nu.12.fol 178.

Tynd.

Tynd.eod.tract.cap.9.num.16.in fine.& num.17.& 18. fol.150.Ias.in l.admonendi.num.191.ff.de iureiur. in 2. repetit.& Mascar. tract.de probat. lib.1.q.5.num. 103. & seqq.& propterea concludunt iidem Doctores, testem falsum puniri;quamuis non sit testis iuratus.

Ratio,quare iuramentum non dicatur de substantia, seu forma testimonij secundum eosdem Doctores,est; quia iuramentum potest à parte remitti iuxta ea, quæ scripsi infra num.561.& faciunt, quæ scripsi supra nu. 436.& 437.

448 Comprobatur ista ratio: quia non potest remitttere illud, quod est de substantia actus:alias daretur esse sine esse, quod est impossibile.

449 EXEMPLIFICA istam comprobationem in venditione, in qua si venditor velit dare rem emptori sine pretio; exquò pretium spectat ad ipsum venditorem, & potest illud remittere; certè non dicetur venditio, sed vel erit donatio, vel permutatio, vel alius contractus:quia pretium est de substantia emptionis & venditionis iuxta textum cum sua materia & declaratione in §.pretium.Instit.de empt.& vendit.& l.1.ff. de contrahen. empt.

450 EXEMPLIFICA etiam in donatione inter viuos, in qua donatarius remitteret seu consentiret donatori, quòd non donaret irreuocabiliter:& alia exempla potes colligere per te ipsum.

451 Retenta ergo ista II.contraria opinione pro vera: quòd iuramentum non sit de substantia, nec de forma testimonij.

Resp.ad adducta pro prima contraria opin.

Ad primam cofirmationem resp.quòd non tenet illa consequentia:testimonium non valet sine iuramento: ergo iuramentum est de substantia:nam nos videmus, quòd actus non valet sine solemnitate substantiali, & tamen solemnitas non dicitur substantia,seu forma:Secundo respondeo, negando illud assumptum;quòd testimonium non valeat sine iuramento: nam dico,quòd valet,quando est remissum à parte: & ideo non dicitur de substantia;quia non posset remitti.

452 Ad secundam confirmationem resp.quòd licet testis non iuratus puniatur pæna extraordinaria falsi; tamen dicitur testis falsus; alias non puniretur: ratio autem, cur grauius puniatur iuratus, est: quia illa falsitas est cum periurio,& magis lædit iuxta ea,quæ scripsi infra num.

453 Ad tertiam confirmationem resp. dupliciter.

Primo resp.quòd libellus & litis contestatio non sunt de substantia,sed sunt de ordine iudicij, vt loquitur Vant. tract. nullit. rub. de null. ex defec. proces. num.16. fol.414.

454 Secundo resp.& melius,quòd sunt de substantia seu de forma iudicij ordinarij; in quo nego partes posse remittere,& consentire, quòd procedatur sine libello, & sine contestatione litis, testibus Bal.in l.1,sub num. 2. vers. item collige. ff. de fer. & Fely.in cap.cum causam.sub num. 19. fallen.1.de testib.dum scribunt,quòd partes non possunt communi consensu tollere ordinem iudicij, & Crauet. tract. de antiq.temp.par.2.num.14. fol. 144.dum scribit,partes nõ posse renuntiare solemnitatibus iudicij substantialibus ita, quòd sententia lata sine eis valeat vt sententia:& dato quòd possint remittere ab initio,tamen dico,quòd iudicium non remaneret ordinarium.

455 RETENTA eadem II.contraria opinione.

DECLARA eam,vt licet iuramentum non sit de forma,neque de substantia testimonij, tamen est de solemnitate substantiali testimonij,vt scribunt Abb. in c. tuis quæstionibus.not.3.sub n.3.de testib.& ibidem Fely.sub n.1.versus finem.allegans Bal.in cap.consanguinei.in fine.de re iud.

ARTICVLVS III.

456 Videamus incidenter;an omni tempore possit testibus deferri iuramentum.

Resp. quòd non; sed solum tempore iuridico:& pro intelligentia, & plena resolutione distinguo quatuor tempora.

Primum est tempus iuridicum.

Secundum est tempus feriatum in honorem Dei.

Tertium est tempus feriatum in honorem principis.

Quartum est tempus feriatum in vtilitatem hominum.

CAPIO primũ:& concludo,quòd in eo potest iuramentum deferri,vt dixi.& hæc conclusio transit sine vl la controuersia.

457 CAPIO secundũ:in honorẽ Dei:& concludo,quòd iuramentum non potest deferri cap.1.& ibi.Abb.nu.9. vers.& ex hoc.de fer.Spec.tit.de fer.§.sequitur.num. 6. vers. quid si tunc testis. ibi. recipi autem. & Mandos. tract.de commiss. comm. 13. ferijs non obstantibus. vers. quarto quæro. fol. mihi 77. hæcque conclusio similiter nec in theorica, nec in praxi habet difficultatem.

458 EXTENDE istam conclusionem, vt procedat etiam si partes consentirent, quòd testibus posset iuramentũ deferri;quia adhuc non posset:& ratio est; quia partes non possunt renuntiare ferijs inductis in honorem Dei iuxta ea,quæ retuli,& sequutus sum supra cap.5.ampl. 1.nu. 18.

459 RESTRINGE eandem conclusionem, vt non procedat,quando periculum est in mora, seu aliter sumus in casu necessitatis;quia tunc potest eis iuramentũ deferri etiam tempore feriato in honorem Dei, vt ex Spec.Abb.& alijs retuli,& exemplificaui supra d. cap. 5.num. 74.

460 CAPIO tertiũ tempus:in honorem principis:& cõcludo idem,quod conclusi in præcedenti; & moueor pro ista conclusione:quia sicut partes non possunt renuntiare ferijs inductis in honorem Dei, ita etiam non possunt renuntiare istis: quia feriæ inductæ in honorem Dei, & feriæ repentinæ æquiparantur, vt scripsi supra d. cap. 5. in 3. & 4. differ. num. 141. & 142.

461 CAPIO quartũ tempus:ad vtilitatem hominum:& concludo idem: & ratio est,quia iuramentum testium est de iurisdictione contentiosa: & iurisdictio contententiosa nõn potest exerceri tempore feriato ad vtilitatem hominum iuxta ea, quæ firmaui supra cap.5.num. 144.in 3.concl.

462 RESTRINGE istam conclusionem,vt non sit vera in causis,in quibus potest procedi tempore feriato ad vtilitatem hominum: quia sicut in ijs causis potest procedi,ita etiam potest deferri iuramentum testibus: sed an testes cogantur inuiti ad iurandum isto tempore,vide quæ scripsi d.cap.5.n.191.

ARTICVLVS IIII.

Falsitas an & quando puniatur.

463 Videamus incidenter;an testis falsus non iuratus puniatur pæna falsi.

Resp. in hoc articulo posse considerari tres opiniones.

Prima opinio est:quòd puniatur pæna ordinaria, ac si esset iuratus:& hanc opinionem tenet Alex. in l. edi autẽ.§.cum aũt.n.7.in fine.ff.de eden.& esse opin. commun. refert,& sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. §.falsum.vers.tu scis.& hæc opinio est de mente Bar. in l. si quis legatum.num. 4. in fine. ff. ad l. corn.de fals. dum tenet, quòd puniatur tanquàm testis falsus; licet non aperiat, an sit puniendus pæna ordinaria, vel alia mitiori.

464 Secunda opinio est, quòd non possit puniri pœna ordinaria legis corn. de falsis, sed solum extraordinaria stellionatus: & hanc opin.tenuit Bal. in l.iurisiurandi. in fine. C.de testib.& hanc esse communem * sententiam scribunt Gand. tract.de malef. rub. de falsar. vers.vltimo duas.num. 32. & sub num.33.ibi. è contra. & versus finem. Alber. tract. de statut. par. 2. q. 147. quidam notarius. sub num. 5. & 8. in fine. fol. 44. & Mars. in l. 1.§. præterea. num. 23. ff. ad l.corn. de sicar. qui,præmissa disputatione, ita pro communi resoluunt:hancquè communem sequitur August.ad Ang. tract. de malef. in verbo. falsario.sub num. 21.& hos,& alios

alios referunt,& ſequuntur Plot.tract.de in lit.iuran.§. 43.ſub num. 11. & Gabr.in concluſ.lib.7.tit. de maleſ. concl.5.ſub nu.17.& 18.

465 Ratio huius communis opinionis eſt duplex:prima, quia teſtis non iuratus non probat iuxta ea, quæ concluſi ſupra num. 400. & ſeqq. ad eum,& conſequenter falſitas eius non eſt nocibilis; & cum non ſit nocibilis non punitur.l. ſi quis aliquid.la 2.§.qui ſe ſuis.verſ. teſtamentum.in illis verbis,*teſtamentum quod nullo iure valet,impune ſupprimitur.* ff.de pæn. Alber. d. q. 147. num.5.Clar.lib.5.recept.ſent.§.falſum.verſ.item excuſatur.& Menoch.tract. de arbitr.lib. 2. cent. 4.caſ.306. 466 num.15.qui teſtantur de communi * opinione: † ſecunda ratio eſt, quia lex punit teſtem falſum ; at is, qui non eſt ritè , rectèque receptus in forma teſtis cum iuramento , non habetur pro teſte ; ſicut & is, qui non eſt ritè condemnatus , non habetur pro condemnato ; & is , qui non ritè confecit inſtrumentum, non dicitur confeciſſe inſtrumentum iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced. cap.97.num.193.& iſtæ ſunt rationes , quas conſiderant Gand.& Alber.vbi ſupra.

467 Tertia opinio eſt ; quòd neque pæna ordinaria legis corneliæ circa falſarios , neque extraordinaria poſſit puniri:& hæc opinio videtur probari ex citato.§.qui ſe ſuis.in illa dictione , *impunè* .

468 CONCLVDO, ſecundam opinionem,quòd puniatur pæna extraordinaria ſtellionatus ; eſſe magis communem;ſicut teſtantur Doct. in ea citati.

469 Non obſtat text.in d.§ qui ſe ſuis.adductus pro tertia opinione.

Quia reſp. quòd ille textus habet locum in falſitate, 470 quæ verſatur circa occultationem:† vnde ex illo textu nota differentiam inter falſitatem, quam quis committit fabricando, & falſitatem , quam committit ſupprimendo,& celando , quia fabricans falſam ſcripturam, quamuis ſit inualida, punitur adhuc pæna extraordinaria , vt ſentiunt Doctores citati pro ſecunda opi- 371 nione : † Sed celans ſcripturas inualidas neque pæna ordinaria , neque extraordinaria punitur d. §. qui ſe ſuis . Hinc alias in caſu , quo quidam Petrucius Zachariæ Sublacenſis erat inquiſitus , quòd celaſſet mortem ſui filij; differendo tradere illum ſepulturæ per vnum, aut ſeſquidiem eo, quòd in terra Sublaci extaret quædam conſuetudo,vt pater non ſuccederet filio , qui non uixerit ſaltem per tres dies;& cũ dicta conſue- 472 tudo minimè probaretur, † ſicquè remaneret diſpoſitio iuris communis, ſecundum quod pater ſuccedit filio indiſtinctè etiam ſi ſtatim atque natus eſt moreretur , vt ex l. quod certatum. in fine. C. de poſthu. inſtit.ſcribit Io.Roy.in epit.ſucceſ.cap. 29. num. 50. fol. 423.& Brun. tract.de ſtatut.art.13.num.90.fol.242.con ſului, dictum Petrucium pro iſta occultatione neque pæna ordinaria,neque extraordinaria poſſe puniri:quia illa ſuppreſſio mortis correſpectiuabatur prætenſę con ſuetudini , quæ cum non probaretur , ſuppræſſio ipſa impunè fiebat. Sed quando ſcriptura, ſeu alia res, quæ celatur , haberet validitatem , tunc celans ſcripturam punitur , ſicut fabricans falſam ſcripturam.

473 RESTRINGE nunc eandem ſecundam opinionem, in qua ſupra num.464. diximus , teſtem non iuratum puniri ſolum pæna extraordinaria ; vt non habeat locum in teſte , cui iuramentum fuiſſet remiſſum à partibus ; quia tunc talis teſtis , deponendo falſum, puniretur pœna ordinaria falſi : & ratio eſt , quia falſitas per eum commiſſa eſſet nocibilis in ſubſtantia & forma : & quando falſitas eſt ita nocibilis , debet puniri pœna ordinaria ſine cõtrouerſia, vt ex Menoch. retuli & ſequutus ſum infra num.475.verſ.capio primam.

Neque obſtat defectus iuramenti ; quia reſp. quòd, ſtante remiſſione partium , non eſt defectus ; & ideo probat æquè ac ſi iuraſſet : paria enim ſunt interuenire ſolemnitatem, vel eam omitti de conſenſu eius, cuius fauorabili intuitu erat introducta .

474 Verum tamen eſt,quòd adhuc grauius punirem teſtem deponentem falſum cũ iuramento: quia is,dicendo falſum,offendit non ſolum partem,& iudicem , ſed offendit etiam Deum.

ARTICVLVS V.

Species I.

Falſitas quando ſit punibilis.

475 Videamus generaliter pro ſolidiori intelligentia & reſolutione eorum, quæ dixi in præcedenti quarto articulo , quando falſitas ſit punibilis , & quando non ſit punibilis.

Reſp.diſtinguendo duas ſpecies falſitatis .

Prima eſt,quando falſitas eſt nocibilis.

Secunda eſt,quando non eſt nocibilis.

CAPIO primam ſpeciem:Et concludo, eam puniri pœna ordinaria legis corneliæ de falſis: & iſta concluſio eſt ſine controuerſia,ſicut ſcribit Menoch. tract. de arbitr.iud.caſ.306.num.13.in fine:& ratio eſt,quia nihil eſt in contrarium.

476 LIMITA iſtam concluſionem , vt non procedat in falſitate commiſſa ſine dolo malo ; quia non punitur pœna falſi ſecundum communem * opinionẽ, quam ex Socc. Iun. refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept.ſent. §. falſum. verſ.excuſatur autem: ratio huius reſtrictionis eſt, quia falſitas non committitur ſine dolo Pariſ.conſ. 169. & ſi conſideratis.num. 56. lib. 4.& Menoch.tract.de arbitr.iud.caſ.309. nu.1.

477 DECLARA iſtam limitationem, vt licet iſta falſitas ſine dolo non poſſit puniri pœna falſi , poterit tamen puniri pœna mitiori arbitrio iudicis ſecundum Alc.in l.1.§.ſed ſi mihi.in fine.ff. de verb.oblig. & Menoch.d. caſ.309.num. 8. &, quòd poſſit puniri pæna mitiori ſecundum magis communem * opinionem, ſcribit Plot. tract.de in lit iur.§.43.ſub nu.15.qui loquitur etiam in dubitabilioribus terminis .

478 Contra iſtam declarationem videntur ſentire Corn. & Pariſ. ſecundum Menoch. d.caſ. 309.dum ſentiunt, quòd minus pæna ſtellionatus ſit punienda.

479 DISTINGVE duos caſus.

PRIMVS eſt,quando falſitas eſt commiſſa cum aliqua culpa ſaltem leui:Et iſto caſu teneo declarationẽ, vt poſſit puniri pro modo culpæ; & ita procedant quæ ſcribit Plot.vbi ſupra.

480 SECVNDVS eſt.quando falſitas eſt commiſſa ſine culpa,etiam leuiſſima.Et iſto caſu concludo contra declarationem , nimirum , quòd neque pæna aliqua extraordinaria ſit punienda, quicquid in contrarium ſentiat,& male meo iudicio Plot.vbi ſupra.

481 EXEMPLIFICA iſtum ſecundum caſum falſitatis, impunibilis eo, quòd eſt commiſſa ſine culpa etiam leuiſſima: quando notarius,non cognoſcens contrahentes, ſcribit ; *Alexander , & Codrus &c.* quia ipſi contrahentes dicunt ſe iſtis nominibus vocari;& poſtea apparet quòd ſunt Diogenes , & Irus : nam iſto caſu 483 cenſeo notarium nullo modo poſſe puniri : † & ratio eſt, quia licet notarius de iure teneretur cognoſcere contrahentes, vt ſcribit Io.à Graſ.tract.de ſubſtat.procur. in verbo.conſtitutus magnificus.num.2. fol. 368. 483 † prout cognoſci debent etiam à teſtibus Auth. de inſtrum. caut. & fid. verſ. ſi quis igitur. & ibi.Gloſ. in verbo.& hunc nouerunt.Io. à Graſ.vbi ſupra,& Campeg. qui plura ſcribit tract. de teſtib. reg. 133. in fine fallen.4.fol.98.dicens , quòd ſaltem teſtes debent cognoſcere partes tempore, quo fit contractus & inſtrumentum licet , non requiratur quòd per prius teſtes fuerint noti contrahentibus. hæc Capeg. tamen de conſuetudine non ſeruatur præſertim hic in Vrbe , quæ eſt ciuitas magna , repleta vario genere muſicorũ ita , vt contrahentes multoties ſint ignoti , & notario, & teſtibus:dico ergo,quòd comperto,quòd Diogenes, & Irus contraxerunt, falſificato nomine,ipſi & non notarius puniendi eſſent.

484 Verum ; quando falſitas dicatur commiſſa cum culpa,& quando nõ;& quæ dicatur culpa lata,& quæ leuis,& quæ leuiſſima,committendum eſt arbitrio iudicis,qui conſideret varias circunſtantias.

485 Sed,an lata culpa æquiparetur dolo,non definio:poteris videre Decian.tract.crim.tom.2.lib.6 cap.11.ſub nu.14.qui ſequendo Iaſ.in l.qui iuraſſe.nu 9. ff.de iureiur.reſoluit, quòd non æquiparatur quoad pænam , ſed quoad inducendum periurium.

486 EXEM-

486 EXEMPLIFICA II. in teſte, qui iuraret falſum,
quod crederet verum: quia non diceretur periurus
Rom. conſ.391.vt præpoſita.verſ.tertia concluſio.n.4.
Marſ. in l.1.§.prætereа.n.13. ff.ad l.corn. de ſicar. Al-
ber.de Malet. tract.de teſtib.cap.7.n.62.verſus finem.
ibi & hoc eſt verum.fol.175.Crauet.conſ.65. ſorores.
n.9. & Decian.d.lib.6.cap.10. num. 14. & probatur ex
textu in cap. is autem. ibi. nemo mentiens. & in cap.
homines falſum.22. q. 2. vbi in fine legitur: *ream lin-*
487 *guam non facit niſi mens rea*: † & quòd error excuſet
à periurio ſiue ſit error iuris, ſiue ſit alius error exclu-
ſiuus conſenſus, ſcribit Sebaſt. Medic. tract.de fortuit.
488 caſib. q.2. nu.22.fol.196. † & quòd ruſticus, deponens
falſum teſtimonium per errorem, non poſſit puniri de
falſo, refert, & ſequitur Affl. in conſtitutione.eos qui
ſcienter. ſub num 18.lib.3.

489 Confirmatur iſta exemplificatio ex eo, quòd error
non inducit conſenſum l. ſi per errorem. ff. de iur.&
fact.ignor.& l.nihil conſenſui.ff.de reg iur.& ibi Dec.
Rol.à Val.conſ. 13.viſa.n. 29.lib.1. & quòd error im-
pediat conſenſum, ſcribit Vital. tract. de clauſul. in
verbo.expleto errore.n.6 fol.413.& quòd vbi eſt error
non ſit conſenſus, ſcribit Io. And. tract.de conſang.&
affin.n.32.fol 139.

490 Confirmatur rurſus ex eo, quòd iuramentum non
trahitur ad incogitata Rol.à Val.conſ.6. quoniam. nu.
28.lib.1.& Io. Gutl tract. de contract.iurat.cap.61.nu.
21.fol.111. quod eſt verum quando nec in ſpecie, nec
in genere fuit cogitatum Alex.conſ.14. viſis.n.21. lib.
6.& Rol. à Val.d.conſ.6.num. 57.

491 EXTENDE iſtam exemplificationem, vt habeat lo-
cum in quauis falſitate commiſſa per errorem.

492 DECLARA reſtringendo iſtam extenſionem,
vt procedat ſolum in errore iuſto, qui excuſaret à pæ-
na falſitatis: nam error iuſtus excuſat delinquentem;
493 & multo magis excuſat error iuſtiſſimus: † & quòd
error facti, ſi ſit iuſtus, excuſet delinquentem, proba-
tur multipliciter in furto, in quo aut loquimur de er-
rore facti, & tunc quòd error iuſtus excuſet, probatur
ex eo, quòd emens rem furtiuam ignoranter, non
committit furtum, & non incurrit aliquam pænam l.
ſeruus cuiuſdam.ff. de condict. indeb. Ang. tract. de
malef. in verbo. veſtem celeſtem num. 19. Boſſ. tract.
crim. tit.de furt. ſub n. 50. & Capel. Tholoſ. in addit.
494 deciſ.151.n. 2. † ſecus tamen ſi emeret ſcienter, vt
495 per eoſdem: † probatur ſecundo ex textu Inſtitut.de
vſucap. & long. temp.præſcrip. §.ſed tamen. vbi hæ-
res, qui rem alienam, repertam in hæreditate vendit
bona fide, putans eſſe ſuam, non committit furtum:
496 aut loquimur de errore iuris: † & iſte ſimiliter excuſat
à furto, vt probatur ex eod.§. ſed tamen.verſ. item ſi
is.& notat ibi Aret.n.1. dum in eo §.dicitur, quòd ſi is,
ad quem ancillæ vſusfructus pertinet, partum eius,
ſuum eſſe credens, alienauerit, furtum non commit-
tit: quia furtum non committitur ſine affectu furandi;
ſecus eſt, quando error non eſt iuſtus: quia tunc de-
linquens per errorem non excuſatur iuxta ea, quæ
ſcripſi infra num.....

De iuſta & iniuſta ignorantia, &c.

Sed quando ignorantia, ſeu error dicatur iuſtus ad effectum, vt delinquens excuſetur à pæna; & quando dicatur iniuſtus, eſt materia, quæ ſi diligenter examinaretur, longam requireret ſpeculationem, & a propoſita diſcuſſione nos diuerteret nimis; ideo breuiter tradam regulas, quarum duæ ſunt ad cognoſcendum errorem iuſtum, & tertia ad cognoſcendum errorem, ſeu ignorantiam iniuſtam.

497 I. REGVLA. Ignorantia ſeu error iuſtus dicitur is, qui non habetur pro culpa: eò enim ipſo quòd ignorans non eſt in culpa, ſeu negligentia, dicitur error iuſtus, qui excuſat.

EXEMPLIFICA iſtam regulam in eo, qui emit rem furtiuam ignoranter, ſeu vti hæres alienauit rem alienam, credens eſſe ſuam iuxta ea, quæ dixi ſupra num.493. & 495.

498 II. REGVLA. Ignorantia, ſeu error iuſtus dicitur, quando lex, quæ punit, conſiderat ſolum dolum: quia tunc ignorantia, ſeu error indiſtinctè excuſat, vt retuli, & ſequutus ſum infra n. & n.

499 III. REGVLA. Ignorantia, ſeu error iniuſtus dicitur quando ignorantia, ſeu error habetur pro culpa; quia iſte error nunquam excuſat delinquentem in toto, hoc eſt non excuſat ſaltem à pæna extraordinaria, niſi eſſemus in caſu, in quo lex non puniret, niſi dolum propriè ſumptum; quem caſum raro inuenies.

500 EXEMPLIFICA I. iſtā tertiam regulam in errore, ſeu ignorantia iuris naturalis, aut diuini: quia iſte error ſeu ignorantia non excuſat Spec.tit.de ſum.trin. & fid. cath.n.5. verſ. & ignorantia iuris. Socc. in l.iuſtè poſſidet.n.4.ff. de acquir.vel omitt. poſſeſſ. Dec. in l.ſi quis id quod.n.32.ff.de iuriſd.omn.iud. Sebaſt.Medic.tract.de fortuit. caſib.q.3.n.2. fol.197. Par. de Put. tract.de ſynd.in verbo.quia multa.n.1.fol.196. Albert. tract. de agnoſcen.aſſert.cathol.q.23. num. 88.in fine. fol.84. Io. à Capiſtr.in ſpec.conſcien.n.34.fol.326. & ſentiunt Bar.in l. ſi quis in tantam.ſub n.4.verſ. quæro quid de milite.C.vn.vi.& Alex.conſ.103. videtur.verſus finem principij.& ſub num.9.verſ.non obſtat quartum. & n.14.lib.1. dum ſcribunt, quòd inuaſio rei propriæ per alium poſſeſſæ excuſatur à pæna dictæ l. ſi quis in tantam. ſi ſit facta per errorem,& imperitiam, ex quò inuaſio rei propriæ non eſt prohibita de iure naturali, ſed iuſt prohibita per illam legem; ſecus ſi inuaſio ſit in re aliena.

501 Caſus huius exemplificationis habes in Gl.1 in l.regula.ff. de iur.& fac. ignor. & apud Io. à Capiſtr.in d. ſpec. conſcien.n.169.fol.331.

502 EXTENDE I. iſtam exemplificationẽ, vt habeat locum etiam in ruſtico: quia adhuc non excuſaretur, teſtibus Bar. & Socc.in locis ſupra proxime citatis.

503 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in milite, vt per eundem Bar vbi ſupra.

504 EXTENDE III. vt habeat locum etiam in pagano, vel homine ſilueſtri, nutrito ſemper in montanis: quia adhuc non excuſaretur ignorantia iuris diuini, teſte Spec. vbi ſupra.

505 Ratio harum extenſionum in iure naturali eſt, quia lex naturalis ſcribitur naturaliter in corde cuiuslibet adulti, vt aduertit Io. à Capiſtr. in ſpec. conſcien.nu. 152. fol.331.

506 INFERO ex præmiſſa exemplificatione, fruſtra quæri in iſto iure; an præſumatur error, vel non præſumatur, quia etiam ſi probaretur error, ſeu ignorantia, tamen non excuſaretur: ſed non poteſt probari: quia eſt præſumptio iuris & de iure, quòd non errauerit per ignorantiam: & ideo concludo, nihil referre, quòd erretur clàm, vel palam in iure diuino, teſte Albert.tract. de agnoſc. aſſert. cathol. q. 23. ſub n. 88. fol 84.

507 RESTRINGE iſtam exemplificationem, vt non habeat locum in caſu, in quo requireretur dolus: quia tunc etiam ignorantia iuris naturalis excuſaret, vt per Socc.in d.l.iuſtè poſſidet.ſub n.4. ff. de acquir. vel omitt. poſſeſ.

508 Circa ignorantiam in iis, quæ ſpectant ad ſalutem, an, & quantum excuſet, vide Io. à Capiſtr. in d. ſpec. conſcien.n.148. & ſeqq. fol 331.

509 EXEMPLIFICA II. in errore iuriſgentium: quia ignorantia iuriſgentium non excuſat: nam ſi non excuſat ignorantia iuris ciuilis iuxta ea, quæ ſcripſi infra n.511. multò minus excuſabit ignorantia iuriſgentium; & comprobatur iſta exemplificatio ex textu in l. fin. ff. de rit. nupt.

510 INFERO etiam ex iſta exemplificatione, nihil referre quòd clàm, vel palam erretur, vt in d.l.fin. ff. de rit.nupt.

511 EXEMPLIFICA demum in ignorantia iuris ciuilis; quia non excuſat d.l.regula.ff de iur.& fac.ignor. & quòd minus excuſet mulieres, ſi poſſint conſulere peritos, tenuit Rot.vt per Mohed.deciſ. 3. alias 196. num.1. de ſent. excommun. & ratio eſt; quia ignorare ius eſt lata culpa, vt ſcribit Socc. in d. l. iuſtè poſſidet.n.3. & ex Bar. Egid. Aret. & Odd.retuli & ſequutus ſum cap. præced.num. 636. & quòd error iuris ſit iniuſtus, retuli, & ſequutus ſum ibidem ex eod.Bar.& maxime ſi ignorentur regulæ, quia eas ignorare eſt

lata

lata culpa Sylu.nupt.lib.6.quomod.iudicet.pro comm. opin.nu.22.fol.656.

512 RESTRINGE istam exemplificationem,vt non habeat locum in casu, quo lex puniret solum dolum:quia tunc ignorantia iuris excusaret,seu excluderet delictũ, vt scribit Bal.in l. error facti.nu.7.vers.venio ad q.C.de iur.& fac.ignor.

513 DECLARA nunc præfatam tertiam regulam,vt licet error iniustus præsertim in facto,aut in iure positiuo non excuset delinquentem à tota pæna, excusaret tamen à pæna ordinaria,vt sentit Nouel.in tract.ad defensam.in principio.num. 46. & seqq.fol.218. loquens de eo,qui credebat interficere Sempronium,& per errorem interfecit Titium;dicens hunc homicidam excusari à pæna ordinaria:quod ego reputo pro valdè difficili;&,loquendo in errore iuris positiui,videtur probari ex textu in l.fin.ff.de rit.nupt.vbi is, qui per errorem contraheret matrimonium in gradu vetito de iure ciuili,mitius punitur.

De errore iusto, & iniusto ad effectum, vt confessio erronea possit reuocari,vel non reuocari,vide quæ scripsi supra cap.præced.nu.625.& seqq.

514 LIMITA II. eandem conclusionem, quam firmaui supra num.475. vers.capio primam.vt non procedat in falsitate,quæ habet primordium veritatis: quia non in totum falsum videtur,quod veritatis primordio adiuvatur l.cum filius. §. hæres meus. & ibi Doct.ff.de leg. 2. Corn. cons.26. hæc consultatio num. 14. vers. sic & alias. & num. 15. lib. 2. Crauet. cons. 46. de stylo. num. 8. & esse conclusionem communiter * approbatam, quòd non dicatur falsum, scribit Foller. in pract. crim. in verbo. item quòd commisit falsitatem. vers. præterea illi num.35. fol. 199. quam refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. §. falsum. vers. præterea excusatur.

515 Sed an ista limitatio sit vera etiam quoad pænam extraordinariam,Doctores supra citati non aperiunt; videntur tamen sentire, quòd sic,quia ex casu dicti §.hæres meus. colligitur, quòd illud non reputatur falsum: nam dicit ibi textus, quòd si legatur Titio id, quod debetur ex testamento Sempronij, nec debeatur aliquid, quia sit nouatum, nihilominus valet legatum:licet enim nihil debeatur ex testamento Sempronij, tamen quia debebatur,hoc sufficit,sicut ex isto textu deducit ad casum suum Corn.vbi supra.

Verum ego distinguerem,quòd aut eiusmodi falsum nocet,seu nocere potest:& concludo puniri saltem pæna extraordinaria: aut non potest nocere; & tunc vide, quæ scripsi infra in seq. 2. cas. num. 574.

516 Limitari an debeat etiam in falsitate circa accidentalia,& qualitates vide quæ scribit Menoch.tract.de arbitr.iudic.cas.307.per totum.

Species II.
CASVS I.

Falsitas non nocibilis an & quando puniatur

517 Capio secundam speciem: quando falsitas non est nocibilis:& distinguo duos casus,quos diligenter quæso attende:quia habebis nouam, sed veram & practicatam declarationem.

Primus est:quando falsitas noceret, si actus, in quo est commissa,esset ritè gestus & validus, sed quia non est ritè gestus,& sic est nullus, non potest nocere,& in isto casu facio tres conclusiones.

I. CONCLVSIO est:quòd ista falsitas est punibilis, vt patet ex his, quæ dixi infra in 3. conclusione num.519.

518 II. CONCLVSIO est, quòd ista falsitas non punitur pæna ordinaria falsitatis iuxta ea,quæ referũt,& sequuntur Affl.decis. 21. sub nu. 11.& seqq. Paris. cons. 151.paucis.sub num.18.& seqq.vsque ad num. 32. lib. 4.&, quòd hæc sit communis, * & magis communis opinio,scribunt ij,quos referunt,& sequuntur Gabr.in conclus.lib 7.tit.de malef.concl.5.& Mascar.tract. de probat.concl.793.sub nu.14.vers.primam.& sub n.15. vers.illud.lib.2.

519 III. CONCLVSIO est; quòd ista falsitas regulariter punitur pæna extraordinaria, & mitiori secundum communem, * & magis probabilem opinionem, vt scribit Menoch.tract.de arbitr.iud.cas.306.nu.15.versus finem. & confirmatur ex his, quæ scripsi supra nu. 464.vers.secunda opinio.

520 Contra istam tertiam conclusionem sentire videntur Corn.cons.182.videtur prima facie. vers. & maximè quia.nu 6.lib.4.Crauet. cons. 46. de stilo.sub num. 1.& Rol. à Val. cons.38. marchionale. num. 22. & 45. lib. 1.qui tenent, quòd neque pæna extraordinaria puniatur.

521 REIENTA hac tertia conclusione.

EXTENDE eam, vt procedat etiam in falsitate probatoria,quæ non sit nocibilis eò, quòd id, quod venit probandum, non est punibile: quia nihilominus falsitas puniretur extraordinariè in pecunia, vt consulendo sentit Socc. cons. 103. in facto. sub num. 1. vers. aliquando. & num. 2.& apertius cons. 104. post redditum. in fine. lib. 1. dicens, quòd testis, deponens falsum super maleficio non punibili, non punitur pæna falsi, sed punitur pecunialiter pæna extraordinaria arbitrio iudicis: & hanc esse communem * opin. ex eo refert, & vti mitiorem sequitur etiam in casu, quo adesset vsus huius falsitatis Clar.lib.5.recept.sent. §.falsum.vers.item excusatur.

522 EXTENDE II. vt in casu, quo lex puniret falsitatem ratione ipsius falsitatis absolutæ, & non ratione læsionis,aut damni,quod ex falsitate posset prouenire; falsitas isto casu puniatur ita in actu inualido,sicut puniretur in actu valido iuxta ea,quæ scribunt Fely. in c. tua nos vers.sed ex dictis. nu. 11.de iureiur.& Crauet. cons.191.in causa.nu.7.

523 EXEMPLIFICA istam extensionem in periurio, quod lex puniret certa pæna propter contemptum Dei,& religionis:quia illa pæna haberet locum etiam si iuramentum esset receptum, parte non citata,seu super articulo impertinenti: & in terminis huius exemplificationis potest procedere,quod scribit Mars. cons. 70.scientiarum. num. 2.dum ait, quòd testis, qui dicit falsum,præcedente iuramento,punitur de falso,quamuis sit nulliter examinatus:in terminis eiusdem exemplificationis potest procedere, quòd scribit Crauet.d. cons.191.nu.2.& alij, quos refert, & sequitur Decian. tract.crim.tom.2. lib.6.cap.11.nu.60.dum aiunt etiam ex iuramento nullo contrahi periurium:sic etiam potest intelligi Nel. à S. Gemin. tract.de testib.in verbo. iurare.num.64.fol.82.dum scribit,testem iurantem falsum dolosè puniri;licet iurauerit non tactis scripturis, & quod scribunt Crauet.cons.6.plura.num. 19. & Decian.d.lib.6.cap.10 nu.24 dum aiunt, testem deponentem falsum super articulo impertinenti dici periurum: etenim hi omnes,si intelligãt de pæna ordinaria periurij,& de periurio propriè sumpto, debent supponere terminos huius extensionis; videlicet, quòd lex consideret periurium solum propter contemptum Dei, & religionis.

CASVS II.

524 Secundus casus est: quando falsitas non est nocibilis etiam si actus esset ritè formatus, & validus; sicquè de sui natura non est nocibilis, quia non est ordinata ad nocendum; Et isto casu concludo, falsitatem neque pæna ordinaria, neque extraordinaria posse puniri per ea, quæ dixi seqq.exemplificationibus: & ratio huius conclusionis est:quia falsitas punibilis consideratur à lege,prout tendit ad lædendam partem,& non prout habet mutationem veritatis tantum.

525 EXEMPLIFICA istam conclusionem in eo, qui ad nullius instantiam iurat ire Venetias, seu per annum non comedere carnes: quia licet iste efficiatur periurus non eundo, & comedendo carnes; tamen non punitur; exquò periurium alicui non nocet; & ideo habebit vltorem Deum, vt declarant Bal.in repetit.l.iusiurandum. col.mihi. 26.ibi.si verò est iuramentum indiscretum. ff. de iureiur. fol. mihi 31. col. 1. dicens, quòd eiusmodi iuramentum non trahitur ad necessitatem obseruationis, nec ad pænam transgressionis:quia

actus,

actus, ex quo alteri ius non quæritur, non trahitur ad neceſſitatem coactionis, licet quandoquè Deum vltorem habeat, & Decian.tract. crim.tom.2. lib.6. c.11. num.47.

526 EXEMPLIFICA II. quando creditoris non intereſt, quòd debitor non ſoluerit die,qua iurauerat ſoluere: quia tunc excuſaretur à pœna conuentionali, exquò creditor non pateretur incommodum iuxta ea,quę refert,& ſequitur Affl.in conſtitut.eos qui ſcienter.ſub nu.18.lib.3.

527 EXTENDE concluſionem huius ſecundi caſus,vt in tantum ceſſet pœna quādo falſitas non eſt ordinata ad lædendum, vt ſi contrahentes contrahant, mutata veritate contractus, ſed ſine læſione alicuius, tunc contractus non poſſit dici falſus,ſed ſolum ſimulatus,alias ſi in falſitate attēderetur ſola mutatio veritatis; ſequeretur, quòd omnis ſimulatio eſſet falſitas, & punibi-
528 lis, quod non eſt verum : † quia aliud eſt falſum, & aliud ſimulatum, vt notat Vital. tract. de clauſ.rub.de ſimulatione.num.3. fol. 416. & probatur ex diuerſitate titulorum: nam de falſitate agitur in tit.ad l.corn.de falſ.ff. & C. & de ſimulatione agitur in tit. C. plus va-
529 lere quod agitur quàm quod ſimulate concipitur.† & ſimulatum poteſt eſſe licitum iuxta ea,quæ ſcribit Cæpol. caut.243. & nota diligenter hos duos caſus: quia ſic conciliatur contrarietas Doctorum diſſentientium in iſto articulo; an falſitas non nocibilis poſſit puniri.

530 EXEMPLIFICA iſtam extenſionem in venditore,& emptore, qui prima die menſis maij 1600. perficiunt venditionem per traditionem rei vēditæ, & receptionem pretij, & poſtea hodie, quæ eſt prima menſis iunij eiuſdem anni, venditor facit chirographū ſua manu ſcriptum ad cautelam emptoris cum data ſub dicta die prima menſis maij; hoc idem exemplum poteſt accommodari mercatori pannorum, qui hodie vendit duas cannas panni ad credentiam, & craſtina die ſcribit in libro mercantili ſub data hodierni diei : nam, ſi in terminis huius exemplificationis diceremus, quòd venditor, ſeu mercator commiſerint falſum propter datam diei, quam conceperunt ſub die venditionis, & non ſub die confectæ ſcripturæ, eſſet iniquum,cum iſta falſitas non ſit vllo modo ordinata ad nocendum.

531 EXEMPLIFICA II. in contractu mutui,qui ſimulatè conciperetur in forma depoſiti de conſenſu contrahentium; vt puta is, qui verè mutuat,facit concipi inſtrumentū de depoſito ad effectum,vt debitor poſſit via magis executiua adſtringi: quia iſta ſimulatio de contractu licito ad contractum licitum non eſt prohibita Cæpol.d.caut. 243.

532 EXEMPLIFICA III. in eo, qui emit ex pecunijs alterius, & de eius mandato, ſed facit emptionem nomine ſuo de voluntate dicti mandatoris : licet enim in caſibus iſtarū exemplificationum mutetur aliqualiter veritas,tñ non eſt falſitas: & ideo attenderetur titulus. plus valere quod verè agitur &c. & non tit.ad l.corn. de falſ.licet etiam contractus ſit validus,tamen iſta mutatio veritatis non eſt nocibilis.

Non obſtat,quòd falſitas teſtis puniatur etiam in caſu,in quo non potuiſſet nocere etiam ſi fuiſſet ritè receptus;dum deponebat ſuper maleficio non punibili; vt ex Socc.retuli & ſequutus ſum ſupra nu. 521. verſ.extende eam.

Quia reſp.falſitatem illam puniri,quia erat ordinata ad nocendum,& nocuiſſet,ſi id,ſuper quo teſtis depoſuit,fuiſſet punibile;& ſic quantum in ſe fuit habuit animum nocendi & deuenit ad actum proximum : ſecus eſt in iſto ſecundo caſu,de quo agimus,quia contrahentes nemini intendunt nocere,nequè deueniunt ad actū proximum nocendi.

Iuramentum teſtis quomodo ſit neceſſarium.

533 Retenta concluſione,de qua ſupra n.400. quòd iuramentum teſtis ſit neceſſarium.

DECLARA I. eam vt iuramentum teſtis, quod dicimus eſſe neceſſarium,debeat præſtari ante examen; quia poſt examen non ſufficeret, & haberetur, acſi non iuraſſet l. iuriſiurandi. C.de teſtib. ibi. *priuſquàm perhibeant teſtimonium.* & ibidem Cyn.in fine num. 4. & Saly. num.3. Arch.in cap.ſi teſtes.verſ. iuriſiurandi. 4.q.3.& in cap.omnem.num.2.22.q.1. Ant. de Butr. in cap. de teſtibus.verſ. oppono quòd ſemper.n.6.in fine. Abb. verſ.vltimus inducitur.num.8.verſus finem.& Fely.num.5.de teſtib. Marſ.in pract.crim.§.ſecunda quæſtio. num. 4.Gail.in pract. obſeru.lib. 1.obſeru 101.n. 9.& Maſcar. tract. de probat.concl.1362.ampl.3.num. 10. lib. 3. & hæc eſt opinio communis , de qua teſtantur Fely.vbi ſupra,& Marſ. conſ. 12. cor mundum. num.19.

534 Ratio huius communis opinionis eſt; quia ſi teſtis cogeretur ad iurandum poſtquàm depoſuiſſet, præſumeretur,quòd timore infamiæ, & propter erubeſcentiam non diceret contrarium eius,quod depoſuit,quāuis depoſuiſſet falſum, vt ſcribunt Saly. Abb. Gail. & Maſcar.. vbi ſupra, Fely. d. cap. de teſtibus.num. 6. & Marſ. d.conſ.12.num. 18.ſed ſi iurat ante depoſitionem præſumitur dicere veritatem timore iuramenti,vt ſcripſi ſupra ſub num.366.

535 Contrarium opin.quòd ſufficiat , ſi teſtis iuret poſt depoſitionem; tenuerūt Bar.Brixien.in q.aliquis productus fuit. & Hoſt.in ſum. tit. de teſtib. §. ſuper quibus. verſ.ſed quid ſi teſtis.& plerique alij Doctores,vt ſcribit Bal.in d.l. iuriſiurandi. in principio.& hanc defendit & ſequitur Alber. de Malet.tract. de teſtib. cap. 7. num.65.& 67.fol.175.loquens apertè,quòd valet depoſitio ſiue iuret ſtatim poſt depoſitionem, ſiue ex interuallo, dummodo iuret ante lapſum terminum, datum ad probandum.

536 RETENTA declaratione , quæ communiter tenetur.

RESTRINGE, ſeu ſubdeclara eam, vt non procedat quando teſtis incontinenti& connexè iuraret;quia ualeret depoſitio;vt diſtinguendo ſcribunt Bal. in l. iuriſiurandi. ſub nu.1.ibi.tu.dic.C.de teſtib. & ibidem Alber.Fran.de Aret. in dicto cap.de teſtibus. ſub num.16. ibi. ſed quando teſtis.& nu.17. Lanfr.de Orian.tract. de teſtib.num.7. fol.179.Marſ. conſ. 12. cor mundum. ſub num.19.& Gail.in pract. obſeru.d.obſeru.101.ſub num. 9.& 10.lib.1.dicens, ita receptum * eſſe in Camera : & ratio huius reſtrictionis ſecundum Bal. & Gail. vbi ſupra eſt;quia iſta depoſitio videtur informata à iuramento, exquò ſtatim acceſſit iuramentum: vel ſecundum Aret.loco citato eſt,quia pręſumitur, quòd in ipſa depoſitione cogitauerit de iuramento, exquò illud connexè præſtat:vt puta:dico A. mutuaſſe centum B.& ita iuro eſſe veritatem.

537 Contra iſtā reſtrictionē;quòd adhuc nō valeat;tenet Crot.tract.de teſtib.par.7.fallen.3.num.7.fol.217.allegans Arch. & alios, qui citari ſolent in terminis declarationis,de qua ſupra num.533.eoſdemquè allegat Maſcar.tract.de probat.concl.1362. num. 11. lib. 3. & ita tenet etiam Abb. ſecundum Fely. in d.cap.de teſtibus. ſub nu.5.de teſtib.

538 Teneas reſtrictionem : quia communiter * tenetur: nec allegatio, quam faciunt Crot. Maſcar.& Fely.vbi ſupra,eſt fidelis:licet em̄ Arch.in d.verſ.iuriſiurandi.loquatur de iuramento pręſtando incontinenti: tamen Abb.& alij communiter loquuntur ſimpliciter de iuramento poſt depoſitionem.

539 SVBDECLARA iſtam reſtrictionem, vt ſit vera quando teſtis ex ſe ipſo iurat irrequiſitus incontinenti, ſecus ſi iuraret monitus à iudice,vel requiſitus à parte, quia tunc quamuis iuraret incontinenti;illud iuramentum eſſet ſuſpectum & non ſufficeret propter eandem rationem, quam adduxi ſupra num.534. & hanc ſubdeclarationem excogitauit Aret.in d. cap. de teſtibus. num.19.quem refert, & ſequitur Fely.ibidem ſub nu. 5.hancquè ſubdeclarationem refert,& ſequitur etiam Maſcar.d concl.1362.n.12.lib.3.ex Socc.in cap.fraternitatis.de teſtib. meq; ſubſcribo huic ſubdeclarationi Franciſci Accolti de Aretio,quem Iaſ. vocat ſubtilitatum principem in locis, relatis per Valent. Forſter. de hiſtor.iur. ciuil. fol. mihi 57. col. 4. & floruit ętate Felyni, qui fuit eius diſcipulus, vt ſcribit idem Fely. relatus per M. Mant.de uir. illuſtr. num. 102. & ideo Fely. tam in d. cap.de teſtibus.ſub num.5.quàm paſſim in omnibus ſuis comment.vocat eum dominum ſuum;

ſicut

ſicut in hoc propoſito notauit etiam Marſ. d. conſ.12. ſub num.19.

540 RETENTA eadem concluſione,de qua ſupra n.400. quòd iuramentum teſtis ſit neceſſarium.

DECLARA II. eam vt iuramentum non trahatur ad ea,quæ teſtis deponit extra articulos, ſuper quibus eſt productus: quia ea diceretur deponere ſine iuramẽto , & conſequenter quoad illa fidem non faceret cap. de teſtibus. & ibi Gloſ.in verbo.non iurati. & Fely.nu. 2.& alij Doctores communiter. de teſtib. Spec. tit. de teſte. §.1.num. 62. verſ. item quod depoſuit. & §. ſequitur.n.3.verſ.illud autẽ.Cyn.in l.momentaneæ,n.8.& Bal.n.7.C.qui legit.perſ.&c. Alex. cõſ.90. viſo inſtrumẽto.nu.7.lib.3.Nell.de.S.Gemin.tract.de teſtib.n.67.fol. 82.Alber.de Malet.eod.tract. de teſtib.cap.7. num. 55. & 57. fol.175.Papien. in pract. in forma iuramenti teſtium.in glo. ſuper tota ipſa cauſa.fol.287.Gramm.deciſ.103.nu.80 Natt.conſ.96.ſcripſi.nu.7. lib. 1. Gail. in pract.obſeru.lib.1.obſeru. 95.n.4.& communiter* Bar. & alij in l.ſi duo patroni.§.idem iulianus.ff.de iureiur. prout de communi teſtatur etiam Maſcar.tract.de probat. concl. 1365.num.1.lib.3.ratio huius declarationis eſt , quia iuramentum, quod defertur teſtibus,defertur ſuper materijs articulatis,& ſuper eis reſtrictiuè cenſentur teſtes iuraſſe.

541 EXEMPLIFICA iſtam declarationem , quando teſtis eſt inductus ad probandam poſſeſſionem,iſquè deponit ſuper proprietate,quia nõ probat Gl.& plerique alij ex Doctoribus citatis nu.præced.

542 EXTENDE I. eandem declarationem,vt ſit vera ẽt ſi id,quod teſtis deponeret,faceret ad cauſam:quia adhuc illa depoſitio extra articulum non faceret fidem Papien.in pract.in forma iuramenti teſtium.in gloſ.ſuper tota ipſa cauſa.fol.287.

543 INTELLIGE ſeu reſtringe iſtam extenſionem,prout reſtrinxi infra nu.551.verſ.reſtringe 2.

544 EXTENDE II. vt ſit vera etiam ſi teſtis fuiſſet inductus ſuper tota cauſa & teſtis poſtea iuraſſet limitatè de dicenda veritate ſuper articulis datis, ſeu ſpecificè ſuper tali & tali articulo, quia iſto caſu ſi deponeret extra illos articulos,ſuper quibus iurauit,depoſitio extra dictos articulos , vti non iurata , eſſet nulla , vt ſcribit Rot.diuerſ.deciſ.268.nu.3.par.2.

Et in terminis huius extenſionis poſſunt intelligi,& ſaluari Spec.tit.de teſte.§.ſequitur.nu.3.verſ.illud autẽ. & Innoc.in cap.per tuas.nu.3.verſ.item nota.de teſtib. dum dicunt,quòd iudex,& partes nõ debent pati,quòd teſtis iuret ſuper articulis datis;quia debet iurare ſuper tota cauſa:procedit enim hoc eorum dictum , quando teſtis eſſet productus ſuper tota cauſa,vel ſimpliciter, & is vellet iurare limitatè ſuper articulis datis: quia tunc iudex non debet pati,quòd ita iuret.

545 EXTENDE III. vt ſit vera etiam ſi teſtis iuraſſet dicere veritatẽ ſuper tota cauſa,ſeu negotio:quia adhuc depoſitio quam faceret extra articulum,ſuper quo fuit inductus,non probaret ſecundum ea,quæ ſcribunt Bal. in l.ſi duo patroni.§.idem iulianus.ff.de iureiur.& Nel. à S.Gemin.tract.de teſtib.verſ. qualiter teſtes.n.91.fol. 83.dum ſcribunt,quòd teſtes non debent examinari ſuper articulo,ſuper quo non ſunt inducti , & quòd non debent iurare niſi ſuper eo, ſuper quo ſunt producti à parte.

546 Ratio huius extenſionis eſt: quia diceretur deponere ex ſe ipſis ſine productione, & iudex ex officio eos recipere non poſſet in cauſa ciuili Bal. in l.præſbyteri. n.8.verſ.iuxta primam.C.de epiſc.& cleric.

547 Contra iſtam extenſionem facit,quòd ſcribit Innoc. in d.cap.per tuas.n.3.verſ.item nota.de teſtib.dum ait, quòd iudex non debet recipere teſtes,niſi iurent ſuper tota cauſa : quod quodamodo ſentire videntur etiam Spec. tit.de teſte. §. ſequitur. num.3. verſ. illud autem. Ant. de Butr. & Abb. in locis citatis infra nu.551.verſ. reſtringe 2.

548 Retenta reſtrictione.

Reſp.quòd dictum Innocentij intelligitur eſſe verũ, quando partes,vel altera earum peteret,vt teſtes reciperentur,& iurarent ſuper tota cauſa; quia tunc iudex non debet illos recipere,niſi iurent ſuper tota cauſa,vt declarant & intelligunt Bal & Fely. in eod.c. per tuas. n.4.& Veſtr.in pract.lib.6.cap.2.n.9.vel poſſes intelligere Innocentium,prout declaraui ſupra n.544.verſ.& in terminis.

549 RESTRINGE I. nunc iſtam extenſionem vt nõ ſit vera,quãdo teſtis fuiſſet productus ſuper negotio principali,& altera partium petierit,ipſi iuramentum defer ri ſuper tota cauſa:quia tunc teneretur iurare ſup tota cauſa,& valebit etiam depoſitio,quam faceret extra articulos datos,dummodo depoſitio ſit pertinens ad cauſam Rot.diuerſ.deciſ.593.nu.1.& ſeqq. par. 1. & deciſ. 268.par.2.vbi ſuperfluè duplicatur.

550 SVBRESTRINGE iſtam reſtrictionem,vt procedat in terminis ſuis,qñ teſtis eſſet inductus ſuper negotio principali;ſecus eſt,ſi eſſet inductus ſuper exceptione dilatoria:quia tunc etiam ſi iuraret ad inſtantiam partis ſuper tota cauſa non valeret depoſitio , quã faceret extra articulum exceptionis dilatoriæ ſecundũ ea,quæ ſcribit Rot.diuerſ.vbi ſupra:& ratio eſt,quia eſſet depoſitio impertinens,& implicans contradictionem,vt plenius ſcribit Fely.in c.tuis quæſtionibus.n.1.de teſtib.

551 RESTRINGE II. eandem extenſionem,vt nõ procedat quando teſtis eſſet ſimpliciter productus,& is iuraret de dicenda veritate ſuper tota cauſa:quia tunc licet is,qui eum produxit ſimpliciter,daret poſtea certos articulos;tamen valeret etiam depoſitio,quam teſtis faceret extra articulos datos, dũmodo ſit depoſitio pertinens ad cauſam,vt apertè videntur declarare Fely. in cap. de teſtibus.nu.4.verſ.vltimo declara.& nu 13.verſ. ſecundo nota.ibi.& hoc eſt verum.de teſtib.& Veſtr.in pract.lib.6.c.2.ſub nu. 10.ibi.admoneo tamen.& in terminis huius reſtrictionis poſſunt intelligi & ſaluari Spec.tit.de teſte.§.1.ſub nu.64.verſ.teſtis enim. ibi. ſed dic valere. & n.65.in fine.Ant.de Butr.in cap. per tuas. nu.7.verſ.quæro an teſtes.Abb.nu.3.verſ.vltimo quæritur.de teſtib.dum opinantur,quòd teſtes debeant iurare nedum ſuper articulis datis,ſed ſuper tota cauſa, quorum opinionem eſſe communem * & ſeruari de cõſuetudine ſcribit & ſequitur Alex.Stiat.in pract. c. 16. nu.104.& ſeq.nam iſti Doct.& communis opinio relata à Stiat.procedere poteſt in terminis huius reſtrictionis;quando ſcilicet teſtes ſunt producti ſimpliciter.

552 Ratio huius reſtrictionis eſt;quia teſtis iurans ſimpliciter,intelligitur iurare ſuper tota cauſa,exquò indefinita æquipollet vniuerſali,vt ſcribunt Nel.de S.Gemin. tract.de teſtib. in verbo iurare.ſub nu.67.fol.82.Iaſ. in l.ſi duo patroni.§.idem iulianus.nu.30.ff.de iureiur. Fely.d.cap.de teſtibus.nu. 13. Luc. Pæt in pract. capitol. lib.2.cap 5.ſub nu.7.Veſtr.d.cap.2.ſub n.10. & plenius Alber.de Malet.tract.de teſtib.cap.7.nu.58.& ſeqq.fol. 175.&,quòd indefinita æquipolleat vniuerſali,quando eſt eadem ratio omnium contentorum ſub indefinita , ſeu ſubiecta materia patitur æquipollentiam , ſcribit Bar.in l.ſi pluribus.nu. 1. & ſeqq. & præſertim nu.6.ff. de leg.2.ſic quoquè teſtis,productus ſimpliciter,intelligitur productus ſuper tota cauſa.

553 Nec obſtat,quòd pars , quæ produxit teſtẽ ſimpliciter,producat poſtea certos articulos ita,vt ad eos videatur reſtringere illam ſimplicẽ productionem:quia limitata cauſa limitatum producat effectum,l.in agris. ff.de acquir.rer.domin.& l.cancellauerat.ff.de his,quæ in teſtam. del.Brun.tract.de ſtatut.art.5.nu. 40.fol.171.

554 Quia reſp.articulos,datos poſt generalem , ſeu ſimplicem productionem teſtium , non cenſeri datos ad reſtringendam illam generalem productionem Spec. tit.de teſte.§.1.ſub nu.65.ibi.nec dando articulos.& Fely.in locis ſupra proximè citatis.

555 EXTENDE iſtam reſtrictionem,vt ſit vera etiam ſi teſtis iuraret ſimpliciter ; ſicut loquitur Veſtr. d. lib. 6. cap. 2. ſub nu. 10.ibi. admoneo tamen. & ſatis probatur iſta extenſio ex allegatis ſupra n.552. in ratione præcedentis reſtrictionis.

556 SVBRESTRINGE iſtam reſtrictionem , vt non ſit vera ; quando darentur prius certi articuli , & poſtea producerentur teſtes ſimpliciter,vt hodie moris eſt: quia intelligentur producti ſolum ſuper articulis datis ; & conſequenter eſſet nulla depoſitio,quam facerent extra articulos datos.

557 RETENTA eadem II. declaratione, de qua ſupra num.540.

RE-

RESTRINGE I. nunc eam, vt non procedat, quando teſtes producuntur tàm ſuper articulis, quàm ſuper tota cauſa iuxta citationis formulam, quam poſui ſupra cap.præced.num.82.quia tunc valeret depoſitio,quam facerent extra articulos iuxta ea, quæ ſcribunt Veſtr.in pract.lib.6.cap.2.num.9.& Luc.Pæt.in pract. capitol. lib. 2. cap. 5. num. 7.& dummodo ipſi iurauerint ſuper tota cauſa, vel ſimpliciter iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.551.& 552.verſ.reſtringe ſecundo.& verſ.ratio.

558 RESTRINGE II. eandem, vt non procedat, quando teſtis deponeret ſuper connexis,ſeu depédentibus ab articulo; quia non diceretur deponere extra articulum; & conſequenter diceretur depoſitio iurata, & facta ſuper eo, ſuper quo teſtis fuit productus iuxta ea,quæ ſcribunt Bal. in l. ſi duo patroni. §. idem iulianus.ff.de iureiur.& ibidem Iaſ.num.27.& 28.Nel. de S.Gemin.tract.de teſtib.in verbo.qualiter teſtes.nu. 92. fol.83.Alber.de Malet.eod.tract.cap.7. ſub nu. 57. fol.175.Veſtr.in pract.lib.6.cap.2.nu.10.Maſcar. tract. de probat.concl.1365.num.4.& 5.lib.3.& latè Fely.in cap.de teſtibus.num.3. in prima & ſeqq. declarationibus. de teſtib.

559 Connexa & dependentia quæ dicantur in terminis huius reſtrictionis,collige ex his, quæ ſcribunt Iaſ. & Fely.vbi ſupra.

560 RESTRINGE III. vt non procedat quando teſtis interrogatus reſponderet ſuper eo, de quo poſſet à iudice interrogari ex offitio, quia valeret, quamuis eſſet extra articulos,Bal.in d.l.ſi duo.§.idem iulianus.ff. de iureiur Nell.à S.Gemin.tract.de teſtib.in verbo. qualiter teſtes.num.91. in fine. fol.83. & Alber. de Malet. eod.tract.cap.7.num.56. fol.175.

Iuramentum teſtis quando non ſit neceſſarium.

561 RETENTA concluſione principali, quòd teſtis debeat neceſſariò iurare ante examen iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.400.& ſeqq.ad eum.

LIMITA I. eam,vt non ſit vera; quando iuramentum eſt remiſſum à parte, contra quàm teſtis debet examinari; quia tunc valet eius depoſitio ſine iuramento cap. tuis quæſtionibus. in fine. de teſtib. & ibi Gloſ.in verbo.remittatur.Abb. num.3.Fely. num. 2. & communiter * omnes.Gloſ.in l.1.in verbo.ſententia, ff.de fer.& ibi Bar.num.3.in fine.& num.4.& Iaſ. num. 11.Cyn in l.iuriſiurandi. verſ. ſecundo quæritur. num. 3.C.de teſtib.Bar.in l.ſi quis legatum. ſub nu. 4.ff.ad l. corn.de falſ.& in l.filiusfamilias.ſub num. 5. ff. de donat.Rom.conſ.20.viſo puncto. num.4. Iaſ. in l. admonendi.ſub nu.188.& 196.ff.de iureiur in 2.repetitione. Curt.in auth.principales.§. ſed quia veremur. num. 8. & 9. C.de iureiur.prop.calum. fol.134. inter tract. diuerſ.Lanfr.in cap. quoniam contra num 4.in fine.de probat. inter tract. diuerſ. de teſtib. fol.179. Nell. à S. Gemin. eod. tract. de teſtib. in verbo. iurare. num.68. fol.82.Tynd. eod tract. cap.9. num.17. fol.150. Alber. de Malet.eod.tract.cap.7.num.65.in fine.66. & 75. fol. 175. Veſtr.in pract.lib.6. cap.2. num. 8. & ibi Grauat. in annot.num.42. Aſin.in prax.§.19.cap.28. num.3. & Maſcar.tract.de probat.q.5.ſub num.103 lib.1. & hæc eſt ſententia communis. *

562 Nec obſtat, quòd iuramentum calumniæ non poſſit expreſſo partium conſenſu, ſeu pacto remitti iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 1. quæſt. 19. in fine. num. 212.

Quia reſp.dupliciter.& primo,qd iuramentũ calumniæ eſt de ordine iudicij, & propterea non poteſt partium conſenſu tolli, ſed iuramentum teſtis non eſt de ordine iudicij, ſed eſt in ordine vnius actus in ſe ipſum, & ideo non vitiatur iudicium Bal.in l 1.ſub nu.2. verſ.item collige ff.de fer.

563 Secundo reſp. quòd facilius pars committit calumniã,quia agitur de intereſſe proprio,quàm teſtis committat falſum,cum non agatur de facto ſuo,& ideo iuramentum calumniæ non poteſt remitti Bal. in d. cap. tuis quæſtionibus. quem ibidem refert & ſequitur Felyn. ſub num. 4. ibi. in ea gloſſ. de teſtib.

Aliæ reſponſiones: videlicet, quòd calumnia non poſſit committi ſine periculo animæ; quia in calumnia offenditur Deus, læditur Reſpub. & ſcandalizatur eccleſia,ſed ſine teſte ego poſſim de meo dare tibi, ſicut conſiderat Hoſt.in d.cap. tuis quæſtionibus.relatus ibi ab Apoſtilla: item quia iuramentum calumniæ ſit introductum fauore publico, & iuramentum teſtis fauore partium,vt conſiderat Iaſ.in l.1.num.11.verſus finem.ff.de fer.mihi non ſatisfaciunt,quia facilè poſſet eis replicari in omnibus.

564 EXTENDE I. iſtam limitationem,vt poſſit remitti etiam ſine iudicis auctoritate, Abb. in cap. tuis quæſtionibus.not.3 ſub num.3.ibi. ſed in contrarium. de teſtib.& ibidem Fely.num.3.& Iaſ.in l. 1. ſub num. 15. verſ.ſecundo limita. ff. de fer. & hanc eſſe veriorem opin. ſcribit Crot. tract. de teſtib.par.7.fallen.7.num. 12. fol.217.& ſatis videtur probari ex d.cap.tuis quæſtionibus.vbi,nulla facta mentione de auctoritate iudicis, dicitur quòd poteſt remitti à parte.

565 Contra iſtam extenſionem tenent Bal. in dicta l. 1. ſub num.2.verſ.in ea glo.ff.de fer.& Ant.de Butr.in d. cap.tuis quæſtionibus.num.8. verſ. oppono quia. de teſtib.& hanc opinionem videtur apertè ſenſiſſe Spec. tit.de teſte.§.ſequitur.ſub num.6.verſ.& nota. & videtur de mente Glo.vlt.in verbo.remittatur.in d.cap.tuis quæſtionibus.

566 RETENTA extenſione pro vera, & communi. *

DECLARA eam, vt quamuis pars, ſeu partes remiſerint iuramentum teſti, tamen iudex poterit ab eo iuramentum exigere, ſi voluerit exigere, vt ſcribit Bal.in d.l.1.ſub num.2. verſ. in ea gloſſ. ff. de fer. quem refert Iaſ.ibidem.nu.197.in 2.repetit.hæc tamen declaratio mihi non ſatisfacit:quia iudex nihil debet agere, quando partes ſunt concordes.

567 EXTENDE II. eandem limitationem,vt procedat etiam ſi iuramentum ſit remiſſum ab ea parte tantum, contra quam teſtis eſt productus: quia non requiritur neceſſariò conſenſus vtriuſquè partis ſecundum Iaſ. in l.admonendi.ſub num.196.ibi.an autem. ff. de iureiur.in 2.repetitione, qui ſic firmat contra Io. Andr. & Abb.infra citatos.& videtur probari ex cap. tuis quæſtionibus.de teſtib. vbi loquitur in vna parte.

568 Contra iſtam extenſionem tenent explicitè Io.And. in d.cap.tuis quæſtionibus.ſub nu.1.in verbo. remittatur.& Abb.nu.4.verſ.an autem ſufficiat.de teſtib.Veſtr. in pract.lib.6.cap.2.ſub num.8.& Grauat. in annot. ad eum.nu.42. verſus finem.& implicitè Gloſſ.in l.1.ff.de fer.Cyn.Bar.Nell.Rom.Alber.de Malet.Lanfr.de Oria. Curt.Sen.& Aſin.omnes in locis, à me citatis ſupra n. 561.conſiderando eos,quòd non dicunt, poſſe remitti à parte, ſed aiunt,poſſe remitti à partibus.& ratio eſt, quia teſtis debet iurare de dicenda veritate pro vtraquè parte. & ab iſta contraria opinione, vti communi * & vera non recedo.

569 RESTRINGE nũc iſtam primam limitationem, vt non habeat locum in cauſa matrimonij diſiungendi: quia in ea partes non poſſunt remittere iuramentum teſtibus, Gloſſ. in cap. tuis quæſtionibus. in verbo.remittatur.& ibi Abb. num.5.verſ. quærit no.de teſtib. Spec.tit.de teſte.§. ſequitur. ſub num. 6. verſ.& nota.Iaſ.in l.1.num.14. verſ.limita prædictam. ff. de fer.Alber. de Malet.tract.de teſtib. cap. 7. num. 75. & hanc eſſe communem * opinionem ſcribit Crot.eod. tract. par. 7. num. 21. verſ. quarta & vltima. fol. 217. & videtur probari ex cap.ſuper eo.de eo,qui cognou. conſang.

570 EXTENDE iſtam reſtrictionem, vt procedat in omni cauſa, quæ non dependet à libera partium voluntate Abb.d.cap.tuis quæſtionibus.num 5.in fine.& Felyn. num. 3. in fine.

571 EXEMPLIFICA iſtam extenſionem cum Fely.vbi ſupra in cauſa, in qua iudex poteſt ſupplere ex offitio, vt puta, quia agatur de præiudicio animæ, vel de præiudicio publico. & hæc quoad primam limitationem.

572 LIMITA II. vt iuramentum non ſit neceſſarium, quando iudex informaretur ſuper fama, ſeu notorio, quia poſſet informari ſine teſtibus in forma iudicij receptis,

ceptis, vt ex Innoc. in cap. cum in tua. de ſponſ. refert & ſequitur Bal. in l. qui teſtamento. §. per contrarium. ff. de teſtam. ſed informari ſine teſtibus in forma iudicij receptis eſt eos examinari abſquè iuramento, vt conſiderant Rol. à Vall conſ 8. ſententia. num. 31. lib. 4. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1362. num. 14. & 15. lib. 3. eandem limitationem ex Ant. & Abb. refert, & ſequitur Felyn. in cap. tuis quæſtionibus. ſub num. 2. de teſtib. & ante eum Iaſ. in l. admonendi. ſub num. 196. ff. de iureiur. & ex Rom. in d. l. admonendi. refert, & ſequitur Crot. tract. de teſtib. par. 7. num. 9. fallent. 4. fol. 217. & facit id, quod dixi ſupra num. 70. de citatione, quæ omitti poteſt. & quòd informatio poſſit ſumi à teſte non iurato, ſcribit Bal. in cap. 1. §. ſi duo. num. 4. de pac. tenen. in vſib. fœud. pro intelligentia tamen huius limitationis vide quæ dixi infra cap. ſeq. limit. 3. num. 23. & ſeqq ad eum.

573 LIMITA III. quando proceditur ſuper poſſeſſorio ſummario, vt puta ad effectum inhibendi alteri parti, ne turbet, donec fuerit deciſum ordinariè ſuper proprietate, vel poſſeſſione: quia ad prædictum effectum teſtes poſſunt recipi ſine iuramento, ſicut ex Dec. conſ. 559. num. 8. & Catel. Cot. in ſuis memor. par. 2. verſ. teſti non iurato. refert, & ſequitur Neuiz. conſ. 80. ſub. num. 7. & ex Neuiz. Rol. à Vall. conſ. 8. ſub. num. 31. lib. 4. & ex his Maſcar. tract. de probat. concl. 1362. ſub num. 15. lib. 3.

574 LIMITA IIII. quando iudex informat ſe de conſuetudine loci, vt dixi ſupra limit. 7. num. 325.

Ratio iſtarum ſecundæ, tertiæ, & quartæ limitationis eſt; quia, quando examinantur ſuper fama, vel ſuper ſummario poſſeſſorio, ſufficit aliqualis probatio, quam faciunt etiam teſtes non iurati, exquò agitur de leui præiudicio, vt dixi infra nu. 576. lim. 6. item quando examinantur ſuper notorio, vel ſuper conſuetudine loci ratio eſt tùm, quia non requiritur ordo iuris, tùm quia ſumus in caſu, in quo apparet, nullam competere defenſionem, & conſequenter non poteſt opponi, quòd teſtes ſint recepti ſine iuramento.

575 LIMITA V. quando iudici, ſeu arbitro data eſt poteſtas procedendi de facto, & ſententiandi de iure: quia iſto caſu teſtes nō iurati probant Bal. in c. cō ſanguinei. ad fin. de re iud. quem referunt, & ſequuntur Iaſ. in l. admonendi. num. 191. verſus finem. ff. de iureiur. Felyn. in cap. tuis quæſtionibus. ſub num. 2. de teſtib. & Crot. tract. de teſtib. par. 7. fall. 2. nu. 5. fol. 217. & ita vidi quandoque ſeruari.

576 LIMITA VI. quando ſufficit aliqualis probatio, quia tunc probant etiam teſtes non iurati. Alex. in l. milites. num. 7. C. de milit. teſtam. & conſ. 147. viſis dubitationibus. num. 2. lib. 6. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 26. num. 5. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1362. num. 18 lib. 3. & faciunt, quæ ſcribit Crauet. conſ. 198. num. 11. concludens ex Alex. vbi ſupra, & alijs per eum allegatis, quòd teſtis minus ſolemniter examinatus facit aliquale indicium, & concludit apud graues uiros, qui iudicant, ſola facti veritate inſpecta.

577 EXEMPLIFICA iſtam limitationem quando teſtes iurati eſſent pro vtraque parte pares numero, pondere, & menſura: ſed pro vna parte ſupereſſet vnus non iuratus, quia iſta vna pars reportaret victoriam, exquò eius teſtes præferrentur, ſicut ex Bal. in cap. 1. §. ſi duo. ſub num 4. per illum textum. de pac. tenen. & eius viol. refert Crot. tract. de teſtib. par. 7. nu. 11. fall. 6. fol. 217. & ſequitur Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1362. ſub num. 18. lib. 3. & ſcribunt Addition. ad Bar. in l. admonendi. ſub num. 42. in litera. m. ff. de iureiur. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1 q. 26. num. 5. & faciunt tradita per Alber. de Malet. tract. de teſtib. cap. 7. num. 46. fol. 174.

578 Nec obſtat dubitatio Croti, ſumpta ex Bal. in cap. 1. § his verò. ſub num. 1. de ſucceſſ. fratr. firmante, quòd frater vtrinque coniunctus nō præfertur fratri coniuncto ex patre tantū: exquò in fœudo non ſuccedunt aliqui, quia cognati, ſed quia agnati: & ideo illa coniunctio ex matre non auget effectū ſuccedendi in fœudū.

Quia reſp. negando aſſumptum Croti, dicentis depoſitionem teſtis deponentis ſine iuramento eſſe nullam, & à iure non conſiderari, qđ nos etiā diximus ſupra dub. 3. n. 400. ſed aduerte, quòd eſt verum quantum ad plenam, & ſemiplenam probationem, & de per ſe, vt ibi loquebar, ſed non quoad aliquale indicium, &

579 aſſociatum, vt loquimur hic; † vbi habet locum regula illa: quæ ſingula non proſunt ſimul collecta iuuant. l. 2. in fine principij. ff. de excuſ. tut. & ibi Gloſ. in verbo. legitimis. & cap. cum cauſam. de probat. & ibidem Gloſſ. in verbo. adminicula.

580 EXEMPLIFICA II. in caſu tertiæ limitationis, quando examinantur ſuper poſſeſſorio ſummario.

581 LIMITA VII. quando teſtis repeteretur ad declarandam ſuam depoſitionem, quia tunc iuramentum non eſt neceſſarium, ſi iurauerit in priori examine: & ratio eſt, quia iſta declaratio ſe refert ad illud iuramentum, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra limit. 12. num. 386. & 387.

Iuramentum teſtis an, & à quo poſſit remitti.

DIFFICVLTAS CONTINGENS I.

582 Superſunt nonnullæ difficultates, & prima: an ſtatutum, ſeu conſuetudo poſſit ſtatuere, ſeu introducere, quòd teſtes non iurati probent.

Reſp. Rom. conſ. 20. viſo puncto. num. 3. & 4. tenet, quòd ſic: & mouetur eo, quòd iuramentum poteſt remitti pacto partium vt dixi ſupra num. 561. & ſeqq. ad

583 eum. Ergo, inquit, poteſt remitti per ſtatutum, † quia valet argumentum de pacto ad ſtatutum argumento textus in l. non impoſſibile. ff. de pact. & in l. nec ex prætorio. ff de re iud. cum ſimilibus, & prout in ſimili argumentata eſt Gloſſ in rub. C. de decret. decur. lib. 10. Bal. in l. non ignorat. in fine. C. qui accuſ. non poſſ. Rol. à Vall. trac. de dot. q. 26. num. 5 fol. 361. & Phanuc. eod. tract. gloſſ. 5. num. 34. fol. 426. & alij, quos omitto, qui communiter * dicunt valere argumentum de pacto ad ſtatutum affirmatiuè, vt in caſu noſtro, ſed non negatiue, & hanc opinionem Romani ſequutus eſt Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 7. in fine.

Confirmatur hæc ſententia, quia ſtatutum poteſt tollere citationem, vt dixi ſupra num. 391. limit. 14. in fine. ergo poteſt pariter tollere iuramentum; quia non eſt maior ſolemnitas iuramenti, quàm citationis, cum vtraquè ſit de iure diuino, vt firmauimus ſupra nu. . .

584 Contrariam ſententiam, quòd ſtatutum non poſſit tollere iuramentum, tenuit Andr. de Iſer. in proem. conſtitutionum Regni Neap. col. 9. verſ. & ſi fieret ſtatutū. lin. 52. & poſt eum Fely. in cap. tuis quæſtionibus. ſub num. 2. verſ. ex eodem. ibi. alius caſus. de teſtib. & hanc ſententiam referunt, & ſequuntur Aſin. in prax. §. 19. cap. 28. ſub num. 4. & 5. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1.

585 obſeru. 101. num. 11. † & ratio huius ſententiæ adducitur egregiè per Iſern. vbi ſupra, dum ait, quòd tale ſtatutum induceret veritatis occultationem, & daret occaſionem malignandi. & alia ratio ſumi poteſt ex reſponſionibus ad contraria.

Non obſtat igitur argumentum de pacto ad ſtatutū, qa reſp. qđ in caſu noſtro militat diuerſa ratio, & ideo non procedit: quòd militet, patet, quia partes potuerunt agnouiſſe integritatem teſtium, & propterea non eſt abſurdum, ſi remittant iuramentum: ſed hæc ratio nō poteſt cōſiderari in ſtatuto, teſtibus Felyno, & alijs adductis: Imò firmo regulam in contrarium, quòd vbi agitur de tollenda diſpoſitione iuris diuini, quod reſpiciat fauorem particularem, non valet argumentum à pacto ad ſtatutum: quia per pactum poteſt renuntiari fauori particulari, ſed per ſtatutum non poteſt abrogari ius diuinum, & faciunt, quæ dixi ſupra num. 433. & ſeqq ad eum, & infra num. . . .

586 Ad confirmationem reſpondeo, quod ſtatutum poteſt tollere citationem, quæ non reſpicit naturalem defenſionem, ſicq; poteſt tollere eam citationem, quæ non dicitur de iure diuino, ſed non eam, quæ reſpicit naturalem defenſionē, quęquè propterea dicitur de iure diuino,

diuino,& ſic ceſſat inſtantia:& pro intelligentia huius diſtinctionis videatur Gabr.in concluſ. lib. 2. tit.de citat concluſ.1.ampl.48.à nu.214.vſque ad nu.217.vbi declarãdo refert,& ſequitur,quòd ſtatutũ,diſponẽs,vt quis condemnari poſſit nulla præcedente citatione, non valet:quia tolleret defenſionem naturalem,ſecus, ſi diſponeret,vt in aliquo actu iudiciali etiam præiudiciali non requireretur citatio,quia valeret:quamuis & iſto quoque caſu non deſint, qui dixerint ſtatutum non valere.

587 RESTRINGE iſtam contrariam ſententiam,vt non procedat,quando ſtatutum non loqueretur generaliter,ſed limitatè in quodam genere teſtium, vt puta,ſi loqueretur de teſtibus integritate vitæ cõſpicuis, ſeu illuſtribus, & nobilibus; quia tunc non abrogaretur ius diuinum, ſed declararetur, & militaret illa ratio,ob quam diximus à partibus poſſe teſtium iuramẽta remitti, vt declarando ſcribit Gail.in pract. obſeru. lib.1.obſer. 101.num.13.& 14.dicens,in Regno Bohemiæ, & in Archiducatu Auſtriæ ex ſingulari priuilegio, & longa obſeruatione receptũ eſſe, vt nobiles,& illuſtres perſonæ non teneantur perſonaliter cõparere ad perhibendũ teſtimonium, ſed ſatis eſſe, qd per ſcripturam ſub fide ſua abſquè corporali iuramento deponant, & depoſitionem obſignatam iudici examinis tranſmittant; & hoc idem teſtatur receptum eſſe in Bauaria, & alijs locis, ſubdens, eorum ſigillla, & propriæ manus ſubſcriptionem ſtare loco iuramenti.

DIFFICVLTAS CONTINGENS II.

588 An Papa poſſit diſpenſare, vt credatur teſti non iurato.

Reſpon.Huic difficultati ſatisfeci ſupra num.432.ſolum hic repeto, quòd non valet iſta conſequentia: pars poteſt remittere iuramentum teſtibus, quamuis ſit de iure diuino iuxta ea, quæ dixi loco citato: ergo poterit etiam Papa, ſicut non tenet iſta: poteſt aliquis; donando rem ſibi ſublatam; facere, quòd illa ablatio non ſit furtum: ergo poteſt Papa facere, quòd auferens rem alteri, eo inuito,non committat furtum: eſt enim iuramentum teſtis inductum fauore partis; vnde ipſa ei renuntiare poteſt; & hanc ſententiam ſequuntur Marſ.& Gail.quos retuli d. num.432.Rol.à Vall.conſ.8.num.14.lib.4.& Maſcar.tract.de probat. q. 5.num.80.in fine.& 81. lib. 1.

DIFFICVLTAS CONTINGENS III.

589 An teſtes non iurati probent, parte non opponente.

Reſpon. Videtur dicendum,quòd ſic: quia dicta teſtium minus legitimè examinatorum, ſeu atteſtationes,quæ non valent, poſſunt de partium conſenſu approbari,& ratificari,vt ſcribunt Spec. tit.de teſte.rub. de teſtium examinatione.§.nunc tractandum.ſub num. 21.verſ.debet ergo iudex.Bar.in l.1.ſub num. 4. & Bal. ſub num.2. ibi.item collige.ff.de fer.idem Bal.in l. fin. num. 1. C.de teſtib. Curt. in auth. principales. §. ſed quia veremur.in fine.C. de iureiur. prop. calum. inter tract.diuerſ.Felyn.in cap.ſignificaſti.nu. 8.de for.compet.& latè in cap. cum cauſam. ſub num. 19. de teſtib. Rot.deciſ.8.alias 258.in fine de offic. deleg. in nou. & deciſ. 5.alias 148.de teſtib.in antiq.& faciunt,quæ ſcripſi ſupra num.561 & ſeqq.ad eum.

590 At is, qui non opponit, dicitur in propoſito conſentire ſecundum Iſern. ſuper conſtitutione: in pecuniarijs.lib.2.col.2. lin.77. fol.169. quem ibidem refert, & ſequitur Affl.not. 2. num. 8. & 9 qui clarius loquitur, dum ſentit,quòd illa conſtitutio,de non deleganda teſtium receptione in cauſis fœudalibus, non habet locum,quando delegaretur,parte non opponente,exquò atteſtationes nullæ poſſunt etiam tacito partium conſenſu ratificari,vt tradunt apertè Spec.vbi ſupra,& Fely.in d.cap. cum cauſam. ſub nnm. 19. & iſto caſu poſſet, forſan ſuſtineri illa commutatio pœnæ, quam refert Ant. Columb de controuerſ.crim.art.218.dicens, quòd, exquò notarius omiſerat in examine teſtium ſcribere eorum iuramenta; ille,qui fuerat condemnatus ad mortem; fuit ſolum condemnatus ad fuſtigationem: arbitror enim, quòd potuerit eſſe ratio, quia ille non oppoſuerat iſtum defectum; nam,ſi illum oppoſuiſſet, non video quomodo potuiſſet vllo modo condemnari, aut condemnationis factæ concedi executio: quia & ſi in ciuilibus probationes nõn videantur de ſubſtantia, tamen aliter omnino arbitror in criminalibus arduis.

591 Contrariam ſententiam:quòd non probẽt: tenuit in terminis Io. Andr. in cap. nuper. de teſtib. quem refert, & ſequitur Iaſ. in l.quæ dotis. caſ.8. num. 107. ff. ſol. matr. & ab iſta non eſt recedendum: quia eſt communis, * vt teſtatur Felyn. in cap. tuis quæſtionibus.ſub num. 2. verſ. ſed vltra. de teſtib. quem refert, & ſequitur Grauat. in annot. ad pract. Veſtr.lib.6.cap. 2.ſub num. 12.

592 Ad adducta in contrarium reſpondeo, verum eſſe illud primum aſſumptum; quòd poſſint ratificari conſenſu expreſſo; & ita intelliguntur, & loquuntur Doctores allegati, ſed, quòd poſſint ratificari etiam per conſenſum tacitum,non eſt ita determinatum,vt patet ex vacillatione, quam ex Innoc. innuit Rot.d deciſ.8. in fin. de offic. deleg. in nou. longa enim, & intricata eſt quæſtio, an tacens habeatur pro conſentiente, de qua in cap. is qui tacet. de reg.iur. in 6. & per Bar. & Iaſ in l.quæ dotis.ff.ſol.matr.

593 At dato etiam, quòd tacito conſenſu poſſint validari, tamen procedit hoc, quando conſenſus colligitur ex aliquo actu poſitiuo,vt puta, quia vſus ſit illis atteſtationibus iuxta ea, quæ ſcribit Iaſ. in d.l.quæ dotis. caſ.17. & vlt. num. 90. ff. ſol matr. quem refert, & ſequitur Crauet.tract.de antiq temp. rub. ſcriptura priuata in antiquis &c. num. 23. fol. 129. & 130.& ita loquitur textus in cap. ſi teſtes omnes. in fine 4. q 3.& 4. quem citat Spec. vbi ſupra, & non in conſenſu tacito (ſi conſenſum velimus appellare) qui colligeretur ex ſola taciturnitate;qualis eſt hic, de quo formata eſt difficultas: † vel reſponde vna cum Franc.de

594 Aret. in cap. tuis quæſtionibus. ſub num. 6. ibi.ſed tamen placet. & num. 7. quem ibidem refert, & ſequitur Felyn. ſub num. 2. de teſtib. quòd conſenſus tacitus operatur in actibus iudicialibus, qui valent ipſo iure, ſi non appelletur; quia tunc patientia inducit conſenſum fictum poſt lapſum tempus ad appellandum; ſecus eſt in actibus nullis, qualis eſt examinatio teſtis non iurati, quia, cum ſit nullus, nihil poteſt imputari parti, ſi non appellauerit, & conſequenter non poteſt fingi conſenſus; & hæc eſt optima ſolutio, & menti tenenda,† pro qua facit,quia in actibus nul-

595 lis, qui ipſo iure non tenent,deficit fundamentum, & conſequenter nihil poteſt ædificari iuxta ea, quæ tradunt Rot. d. deciſ. 8. in fine. & Fely. in cap.cum cauſam.num. 20. de teſtib.

596 Et pro perfectiori intelligentia ſcias obiter, quòd atteſtationes etiam expreſſo conſenſu quandoque ratificari non poſſunt, vide Felyn. in d. cap. cum cauſam. ſub num. 19. & 20. de teſtib. & Rot. d. deciſ. 8. in fine.

DIFFICVLTAS CONTINGENS IIII.

597 Si non appareat de iuramento teſtium, an præſumatur.

Reſpon.quòd non præſumitur ſecundum Nell. de S. Gemin. tract. de teſtib. num. 72. in fine. Iaſ. in ſolemni repet.l.admonendi. num. 199. ff. de iureiur. Felyn. in cap. tuis quæſtionibus. num. 6. de teſtib. Crot. tract. de teſtib. par. 7. num. 15. Maſcar. tract. de probat.concluſ.1315. num. 8. lib 3. & quæſt. 5. num. 82. lib. 1. qui alios allegant, & faciunt quæ tradit Bar. in d.l.admonendi. num.42. & 43. ff.de iureiur.& hæc eſt communis * concluſio, quæ non habet difficultatem, quia procedit etiam ſi notarius ſcripſiſſet: *teſtis iuratus*:per ea, quæ dixi ſupra num. 35. verſ. tertio requiritur. & infra num. 618.

598 RESTRINGITVR iſta concluſio ſecundum Iaſ. in l.admonendi.ſub num. 199. bi.limita tamen ff. de iureiur.& Crot.tract.de teſti.par.7.ſub num. 15. verſ. fallit tamen.& Maſcar.tract.de probat.q. 5. num.82. in fine, & 83.lib.1.vt non procedat in antiquis, quia iuramentum præſumeretur.

599 Comprobatur iſta reſtrictio: quia iuramentum eſt qualitas extrinſeca, vt teſtantur Iaſ. Crot. & Maſcar. vbi ſupra.

600 Sed qualitas, ſeu ſolemnitas extrinſeca præſumitur interueniſſe ſpatio longiſſimi temporis, vt ex Iaſ. Fely, Redo. Pariſ. Crauet. Maſcar. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra cap.11.num. 680. & probatur efficaciter ex his, quæ refert, & ſequitur Balb. tract. de præſcript. 1.par.3.par.princip.ſub num. 27. ibi. tertia concluſio. fol. 60. vbi, loquendo de præſumptione, tradit ſpatio longiſſimi temporis præſumi etiam titulum.& hanc eſſe comunem * opinionem teſtatur Gabr. de præſumpt. concl.1.ſub num.17.in fine.

601 Et quòd vitium non ſeruatæ ſolemnitatis purgetur per longiſſimam præſcriptionem, refert & ſequitur Pariſ.conſ 16.num.135.lib.2.

Non obſtant, quæ ex aduerſo de non præſumenda ſolemnitate poſſent opponi ex his, quæ ſcribit Fely.in cap.ſicut.ſub num.33.de re iud.

Quia reſpondeo, communem *opinionem eſſe; quòd conſenſus, auctoritas, ſeu alias ſolemnitas præſumatur interueniſſe, vt deciſum fuiſſe in Rota teſtatur Mohed. deciſ.2.alias 52. de tranſact. & quæ ſcribit Felyn. loco citato, vel habent locum in facto decem annorum, vel alias ſunt contra communem, vt teſtatur Rot. vbi ſupra.

602 Minus obſtat, quòd præcitati doctores loquantur de ſolemnitate actorum extraiudicialium.

Quia reſpondetur à fortiori præſumi ſolemnitatem actorum iudicialium, vt ſcribunt Crauet, d. tract. de antiq. temp. par. 2 num. 10. fol.144.& par.3 num.11. fol.147.& Alber.de Malet.tract. de teſtib. cap.7. num. 52.fol. 175.

603 Comprobatur iſta reſponſio, quia ſententia propter antiquitatem temporis præſumitur ritè, & rectè lata, vt ex pluribus oſtendit Crauet.videndus d. par. 2. per totam fol. 144. & firmat ex pluribus Maſcar. concluſ.
604 1316.num.11. lib.3. ✝ Et ideo eſt valida, licet non reperiantur acta, vt ex Innoc. refert, & ſequitur Bar. in l. admonendi.ſub nu.43 in fine.ibi. ſicut dicimus de ſententia.ff.de iureiur. & tamen ſententia eſt actus iudicialis:& in iudicialibus loquitur Maſcar.d. lib.3. concluſ.1315.limit.6.num.26. & quando dicatur lata de antiquo relinquitur arbitrio iudicis ſecundum communem * opin. quã referunt, & ſequuntur Crauet.d.par.2. num. 37. fol.145.& Menoch.tract. de arbitr.iud.caſ.4. num. 5.

605 ADVERTE obiter circa iſtam comprobationem, dum dixi, relinqui arbitrio iudicis quantum tempus requiratur ad hoc, vt ſententia dicatur de antiquo, & ſubinde præſumatur ritè, & rectè lata, quamuis nulla reperiantur acta; quia nunc declaro, hoc eſſe verum quoad acta ordinatoria, & ſolemnitates iudicij, & proceſſus: nam de præſumptione actorum, & ſolemnitatum loquuntur Bar.ſupra citatus. Alex. conſ. 123. viſo proceſſu.verſ.præterea.nu.4.lib.2.Gozad.conſ.96. nu. 16.verſ.ſexto.Crauet.loco ſupra proximè citato, & in his terminis eſt intelligẽdus Menoch.d.caſ.4 qui alias loquitur nimis generaliter: omnes enim qui allegantur in iſto paſſu, loquuntur de citatione, de libello, de litis conteſtatione, & de ſimilibus actis ordinatorijs, & de ſolemnitatibus loquitur Maſcar.tract.de probat. cõcl. 1316.num.11. lib.3. ſecus ergo quoad probationes, & merita iuſtitiæ, quia licet iſta dicantur acta probatoria, ſeu deciſoria, vt ex Innoc.Ioan. Andr. Ant.de Butr. Abb.Cyn.& alijs referam, & ſequar inferius verſ. ſed acta. tamen iſta ſunt acta magni præiudicij, quæ propterea debent longiori temporis ſpatio præſumi.

Quòd acta probatoria differãt ab actis ordinatorijs, & ſint etiã maioris præiudicij, probatur, quia, perempta inſtantia, pereunt acta ordinatoria iudicij, ſeu proceſſus, vt ſunt libelli oblatio, litisconteſtatio, aſſignatio dilationum, & alia quæ ſunt de tela proceſſus Innoc. in cap.cauſam quæ.il 1.ſub num.1.ibi.nec obſtat.& apertius ibidem Io.Andr.nu.1. Ant.de Butr. ſub nu. 4. ibi.ſi quæritur de actis.Abb nu.8.verſ.venio nunc ad ſecundum.& Fely num 27. verſ. quarta & vltima.de teſtib. Cyn.in l. properandum. §. & ſiquidem. verſ. ſecundo quæritur.num.7.C.de iudic.Bar. in l. 2. cum lite mortua.ſub num.2.ibi.aut ſunt acta pertinentia.ff.iudic.ſolu.qui loquitur etiam de citatione, & de datione fideiuſſoris. Alex.conſ.58.viſa petitione.verſ.ad quæ num. 1.lib.2.qui loquitur etiam de iuramento calumniæ, & de communi *teſtatur Maran.in ſuo ſpec par.5.in verbo. & omnia fiant durante inſtantia. ſub num. 55. ibi. iſta ergo, fol.247.& ratio eſt, quia iſta, renouata inſtantia, poſſunt facilè renouari.

Sed acta probatoria, vt ſunt atteſtationes, confeſſiones, inſtrumenta & ſimilia, quæ reſpiciunt factum, & tendunt ad veritatis indagationem, non pereunt Inno. Io.Andr.Ant.de Butr.Abb.Fely.Cyn.& Maran. in locis ſupra proximè citatis.Bar.in d. l. cum lite mortua. num.2.ibi.vlterius.ff.iudic.ſolu, Alex. d.conſ 58.nu. 2. & conſ.61.viſo proceſſu.nu.10.lib.2.Affl deciſ. 148.in cauſa iulij, verſ.ad ſecundum.num.3. & ibi Vrſill. in annot.num.6.& iſta dicuntur potius acta litis, ſeu cauſæ ſecundum eoſdem Innoc.Io. Andr. Ant. de Butr.& Abb. in locis ſupra proximè citatis. & multò minus pereunt acta deciſoria, vt puta ſententia, licet Cyn vbi ſupra, & alij quidam etiam iſta acta probatoria vocent acta deciſoria, & faciant bimembrem tantum diſtinctionem inter acta ordinatoria, & acta probatoria, ſeu deciſoria, & ratio eſt, quia iſtorum actorum peremptio eſſet magni præiudicij.

INFERO ex his tres concluſiones notabiles, & vtiles in praxi.

I. CONCLVSIO eſt, quòd ſi reperiatur ſententia, lata ſine actis ordinatorijs, ſed nõ ſine probationibus, & arbitrio iudicis dicatur ſententia lata de antiquo, is, contra quem lata eſt talis ſententia, non poteſt eam impugnare de nullitate ex defectu actorum: quia defectus actorum ſuppletur illa antiquitate temporis.

II. CONCLVSIO eſt, quòd ſi ſententia definitiua reperiatur lata ad fauorẽ actoris ſine probationibus, talis ſententia non probat, niſi eſſet ſententia centenaria, & moueor, quia antiquum in materia probationis inſtrumentalis dicitur ſpatium centum annorum ſecũdum opin. quam eſſe communem * oſtendunt Crauet. tract.de antiq.temp.par.1.num.4.& 5.fol.122.Menoch. de arbitr. caſ. 3. num. 7. & Maſcar. qui alios congerit tract de probat.in verbo.antiquum.concl. 103. num.1. & ſeqq. hancquè opinionem tenet Rot. diuerſ. deciſ. 284.in cauſa maioricen.num.4. par.3. lib. 2. Caputaq. deciſ.28.antiquitas.nu.4.par.1.& ſentit Put.deciſ.212. fuit dubitatum in vna Lucan.num.6.& 7. & per totam lib. 1.addo Hier.de Mont.tract.de finib.regun. cap.60. in fine. fol.347.

Confirmatur iſta concluſio, quia ſententia iſto caſu probat ea, quæ in ea enuntiantur, propter antiquitatem temporis; cum alias ſine temporis antiquitate nõ probaret: Ergo debet habere eam temporis antiquitatem, quæ requiritur in ſcripturis, quæ probant propter antiquitatem temporis.

Nota ex iſta II. concluſione: quòd Crauet. tract. de antiq.tempor.par.2.num.37. & ſeqq & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 4. non benè digeſſerunt iſtum paſſum.

III. CONCLVSIO eſt, quòd licet ſententia poſſet reputari de antiquo ex eo, quòd eſſet lata decẽ ab hinc annis & eò amplius, tamen iſta antiquitas operaretur ſolum, vt aduerſus eam non poſſem dicere de nullitate ex defectu actorum, & ſolemnitatum iudicij, & proceſſus, ſed non operaretur, vt non poſſem dicere de eius iniuſtitia propter defectum probationis: præſumitur enim iuſta quoad rectitudinem proceſſus, ſed non quoad merita cauſæ, & litis. & ideo ſi agerem & replicarem de iniuſtitia illius ſententiæ teneretur aduerſarius aliter probare, quàm per ſententiam decennalem, aut 20. annorum.

606 REDEVNDO ad reſtrictionem poſitam ſupra num. 598.

Contra

Contra restrictionem firmarem sententiam, nisi à tantorum virorum iudicio, & sine duce discedere nefas esset: nam relata doctrina de præsumenda solemnitate ob longissimi temporis spatium non habet locum, quando solemnitas non debet esse separata ab actu solemnizato, quia tunc ex ostensione actorum, in quibus solemnia describuntur, apparet solemnitatem non interuenisse Crauet.cons.134.scripsi.num.44.vers. secundo resp.& tract.de antiq.temp.par.2.limit.4. nu. 51.fol.146.& par.3.num.30. fol.148. Gabr. in conclus. lib.1.tit.de præsumpt.conclus.1.limit.4.nu.57. & Mascar.tract.de probat.conclus. 1316. num. 33. lib.3. qui alios allegant, & nos rursus scripsimus infra cap. 11.
607 num. 687. vers. prima regula † vnde (vt refert fuisse decisum in Rota.Caputaq.decis.304.& 314. par.3.) licet ex possessione immemorabili præsumatur titulus, hoc intelligitur dummodo non constet de contra-
608 rio, vel de titulo inualido per inspectionem: † & ratio est, quia in claris cessant coniecturæ & præsumptiones.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.

609 At iuramenta testium non describuntur extra acta, sed in ipsis actis, & initio attestationum, vt cuiquè in foro versanti notissimum est. Igitur si de eis non appareat in actis, non præsumentur.

610 Confirmatur ista nostra sententia ex his, quæ in simili de solemnitatibus exempli scribit Crauet. tract. de antiq.temp.post par. 3.rub. solemnitas extrinseca &c. in verbo.viso.num.24.fol.149.dicens, quòd si producitur actus ipsarum solemnitatum, idest, in quo solemnia exemplationis dicuntur adhibita, tunc, inquit, si apparet, omnia solemnia non fuisse adhibita, non præsumetur pro ipsis solemnitatibus, quia tunc sumus in casu claro, exquò cõstat per inspectionem actus pertinentis ad ipsa solemnia, quòd solemnia non fuerunt adhibita.

611 Nec obstat, quòd Bar.in l.admonendi.num.43. ff. de iureiur. dixerit, quòd, si reperiantur dicta testium sine iuramento, semiplenè eis credatur; vt puta, quando dicta testium erant scripta manu alicuius notarij antiqui defuncti, cuius acta non reperiuntur.

Quia respondeo, quòd Bar. loquitur in diuersis terminis: præsupponit enim actorum amissionem, & separationem inter scripturam attestationum, & scripturam iuramentorum.

At nos præsupponimus, omnia acta reperiri, & stylum esse vt initio attestationum, vel saltem in actis describantur iuramenta, vt dixi.

612 Non obstant, quæ pro restrictione adduximus supra vers. sed qualitas.num.600. quia resp. quòd illa procedunt in solemnitate, quæ solet aut ante, aut postea separatim adhiberi, sicut declarant Crauet.d. par. 3. nu. 30. de antiq.tem.& Mascar.d.concl.1316.num. nu. 36. de probat.lib.3. hancquè solemnitatem, quæ solet ante, vel post interuenire exemplificant communiter Doctores in consensu superioris, quando alienatur res ecclesiastica, & in insinuatione, quando fit donatio, excedens summam quingentum solidorum, & in similibus, quæ separatim fiunt.

613 RETENTA tamen, si placet, restrictione.

EXTENDE eam, vt tunc præcipuè procedat, quando dubitatur solum, an iuramentum sit solemniter latum, sed non de iuramenti delatione, de qua constet: & ratio est, quia facilius potest præsumi solemnitas iuramenti, quàm ipsum iuramentum per ea, quæ, loquendo de solemnitate citationis, scripsi infra c.11.nu.694. vers. declara.

DIFFICVLTAS CONTINGENS V.

614 Præsupposito, quòd notarius scripserit, *talis testis iuratus deposuit &c.* an depositio eius testis dicatur ritè, & rectè recepta.

Resp. Doctores non benè digesserunt hanc difficul-
615 tatem: † nam quærunt solum, an per istam assertionem notarij dicatur sufficienter constare de iuramento testis, & in hoc intricatè loquuntur: etenim Bal.in l.presbyteri.num. 9. in fine. C. de episc.& cler. obiter ait de iuramento constare, si notarius attestetur, & hanc esse
✱ communem * opin.testantur Masuer.in addit.ad prac. Papien.in forma iuramenti test.in glos.citati.in verbo. scriptũ.fol.286.& Grauat.in annot. ad pract.Vestr. lib. 6.cap.2.sub num. 40. ex traditis per Alc. tract. de præsumpt. reg. 3. præsump. 13. num. 4. qui tamen addit hanc communem opinionem; quòd dicatur sufficienter apparere de iuramento; esse contra Bar. in l. teopompus nu.3.ff. de dot. præleg. sed parcat mihi; hæc eadem opinio fuit Bartoli, quem ipse allegat, & quem referunt, & sequuntur Nell. tract. de testib. num. 72. in fine. Papien.in pract.in forma iuramenti testium.in gloss.citati. num. 2. fol.286. & Mascar. tract. de probat.quæst.5.num.113. lib.1.tradit enim Bar. credi notario attestanti de iuramento testis, sed subdit, non satis esse apparere de iuramento, nisi constet etiam de præsentia partis, quæ præsentia ex illa attestatione de iuramento non probatur, nec præsumitur, & est necessaria iuxta ea, quæ dixi. infra dub.5. num. 641. vers.cõtrariam.& per consequens ex Bartoli sententia ego infero, quòd depositio testis non dicitur ritè recepta.

Verum, quia hodie citatur pars, & citatio reproducitur in actis, nihil refert, quòd ex illa attestatione non probetur, aut non præsumatur præsentia partis; quia sufficit apparere ex actis fuisse citatam pro ea die, & hora: & consequenter satis esse videtur, si appareat de iuramento.

616 Quid dicendum?

Respon. adhuc non sufficere, quia non propterea apparet de præsentia iudicis iuxta ea, quæ scribunt Franc.de Aret.& Felyn.in cap. tuis quæstionibus. sub num. 6. de testib. & idcirco Alber.de Malet. tract. de testi.cap.7.sub num.51.& Felyn.vbi supra.vers. item sentiunt, quòd tunc sufficiat, quando notarius scriberet: *testis iuratus coram iudice, parte præsente.*

617 Verum & ista quoquè difficultas videtur cessare, quando iudex commisisset notario examen testium, sicut iudices communiter committere solent iuxta ea, quæ dixi supra num.42. quia non est necessaria præsentia iudicis.

DIFFICVLTAS CONTINGENS VI.

618 Remanet alia difficultas: videlicet, quia ista enuntiatiua: testis iuratus &c. daret præsumptionem, quòd testis non iurasset ea die, pro qua pars fuit citata ad tradita per Bal. in l. iurisiurandi. num. 2. C. de testib. Alber. de Malet. vbi supra, & Caputaqu. decis. 285.& 295. alias 32. par.3. qui propterea volunt, quòd notarius debeat scribere dispositiuè hoc modo: *testis iurauit tactis scripturis*, & quòd non sufficiat, si scripserit: *iuratus &c.* teste eod.Caputaq.decis. 246. par. 2. & quoniam Rotæ decisiones apud nos obtinent ferè locum prudentum responsorum; non recedo ab ista sententia; quòd testium attestationes non dicantur ritè receptæ in forma iuris valida, nisi dispositiuè sit dictum: *testis iurauit.*

DVBIVM IIII.

De iuramenti forma.

Retinendo ordinem dubitandi, intermissum supra num. 400.

Dubitatur. Quæ sit forma iuramenti testium.

Respondeo: aut loquimur de forma intrinseca: aut de extrinseca.

IN FORMA intrinseca iuramenti Glo.vltima.in cap. fraternitatis. de testib. quam refert, & sequitur formaliter Alber. de Malet.tract.de testib.cap.7.nu.49. fol.174. enumerat quatuor, quæ veniunt sub iuramenti præstatione: primum est, quòd ipse testis dicet veritatem iudici, vel cui iudex commiserit: secundum; quòd nullam interferet falsitatem: tertium; quòd pro vtraquè parte dicet veritatem, quam scit, & siue interrogatus fuerit, siue non: quartum; quòd nec pretio, nec timore, nec amore, vel odio, seu pro alio commodo testimonium dicet; & cum

his concordat forma, quam tradunt Tancr. tract. de ord.iud.rub.de iuramento testium.in principio.fol.64.
620 col.1. & Spec.tit. de teste.§. sequitur.nu. 1. † Addunt Spec. ibidem num. 2.& Fely. in cap. fraternitatis. nu. 12. vers.in glos. fin. de testib.& communiter * omnes, quòd dictum suum tenebit secretum, donec fuerint publicatæ attestationes; & hoc apparet apertè ex textu in cap. si testes. vers. qui falsò.4. q. 3. & 4. vbi habetur, quòd reuelantes puniuntur; & istud erit quintum, quod continetur in iuramento testis.

ADVERTE I. nunc circa istam formam iuramenti, quòd ex istis quinque primum, & vltimum videntur necessaria, reliqua verò videntur superflua: & tertium vltra quòd videtur superfluum, non videtur verum; quia testis tenetur deponere super his, super quibus est inductus, & non super alijs, quamuis essent vera, & facerent ad causam iuxta ea, quæ scripsi supra num. 540. & ideo breuiorem formam habes apud Bal. in l. presbyteri. n.4. C.de episc.& cleric.

621 ADVERTE II. quòd ista promissio de tenenda secreta depositione requirit aliud particulare iuramentũ, alias non teneretur tenere secretũ secundum Nell. à S.Gemin. tract. de testib.in verbo. iurare. sub nũ.59. fol.82.& Vestr.in pract.lib.6.cap.2. sub n. 20. qui scribit, quòd hoc iuramentum præstatur in fine examinis: verum ego in praxi non vidi præstari hoc iuramentum in causis ciuilibus.

622 ADVERTE III. quòd testis, reuelans suam depositionem, punitur d. cap. si testes. & quòd puniatur tanquam periurus, refert, & sequitur Gail. in pract. obseru. lib.1.obseru.100. n.6. & licet ista pæna periurij cesset quando non esset præstitum hoc particulare iuramentum; tamen reuelans adhuc nefariè, & improbè faceret, reuelando testificata ante publicatas attestationes: & posset teneri actione in factum secundum ea, quæ scribit Gail. vbi supra. Verum ego nunquam vidi istam aduertentiam practicari.

623 IN FORMA extrinseca iuramenti distinguo: aut loquimur de iure: aut de consuetudine.

Si de iure videntur oriri opiniones.

Prima opin.potest constitui ex infra citatis iuribus. text.in c.cõsidera.22.q.1.disponit, vt iuretur per Deũ, & nõ per cœlum,& terram, Hyerosolimam, aut caput iurantis: textus in cap.si aliqua.ead.22.q.1.reprehendit eos, qui arbitrabantur magis obligare iuramentum per Euangelium, quàm per Deum: textus in cap.ecce dico: ead.22.q.5. definit æquè periurum esse eum, qui falsum iurat super lapide, sicut qui iurat super libro, quia lapis non audit loquentem, sed Deus punit fal-
624 lentem; † imò textus in cap. qui peierare. ead. caus. 22.q.5. definit periurum esse eum, qui paratus est peierare, quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & corde: & ex his videtur firmata opinio; quòd forma iuramenti sit expressa, aut saltem tacita inuocatio Dei in testem eius, super quo iuratur: nam iuramentum est actus latriæ.

625 Altera opinio erit: quòd sit iurandum manu, tactis Euangelijs.cap. hortamur. 3.q. 9. & ita scribunt Abb. in c. tuis quæstionibus.sub n.7.de testib.Feder.Schenc. tract. de testib. nu. 3. Moncad.in addit. ad Crot. eod. tract.par.7.n.180. Vestr.in pract. lib.6.cap.2. num. 21. & clarius Addition. ad Fely. in d. cap. tuis quæstionibus.nu.5. in verbo. si defertur.in litera. a.& quòd hæc Abbatis opinio sit verior, testatur ibidem Fely. n.5. in fine. & hæc est conclusio communiter * recepta.

626 Non obstant adducta in contrarium, quia resp. quòd procedunt quando iuramentum non defertur ex dispositione legis, vel à iudice; quo casu sufficit iuratio verbalis, etiam sine tactu alicuius scripturæ, vt scribit Galles. ad form. camer. obligat.q. ad sextam particulam. vers. sed hic sumpta occasione.n.9.in fine. & n.10.fol.358. dicens propterea quòd in obligatione camerali non est necessarius tactus scripturarum, secus est quando lex mandat iurari, tactis euangelijs, vt in examine testium. Gl. in clem. 1.§. porrò. in verbo.tacta. de hæret.

627 Dixi (manu) quia non sufficeret tactus per aliam corporis partem, vt puta cum pectore, vel cubito Gl. in cap. vt circa. in verbo.corporali. de elect. in 6. Alber. de Malet. tract. de testib. cap.7. n. 50. fol. 174. &
628 communiter omnes: † & quidem non manu sinistra, sed dextra, vt probat Io. le Cier. tract. de primogen. lib.2.q.3.sub num.31.fol.44.

629 Dixi (tactis) quia non sufficeret, si essent solum posita in conspectu, & non tangeretur secundum Guli. & Gar. quos refert & sequitur Gl. in d. verbo.corporali.cap.vt circa.de elect.in 6. & tradunt Gl. in d. clem. 1. §. porrò.in verbo.tacta.de hæret.& Fely.in cap.fraternitatis.sub num.12. de testib. & facit Caputaq.decis. 123. seu 5. & decis. 246. seu 4.par.2. & decis.295. seu 32.par. 3.

630 Dixi (Euangelijs) quia non sufficeret iurare super alio libro, seu scriptura secundum Addit. ad Fely. in cap. tuis quæstionibus num.5. in litera.a. de testib.& Addit. ad Lanfr. in cap. quoniam contra. n. 6. de probat.inter tract.diuers.de testib.fol.179.

631 Et hæc forma seruanda est non solum in iuramento testium, sed in omni iuramento solemni, quod præstatur ex forma iuris, vel statuti secundum Addit. in locis citatis, & Galles. ad form. camer. oblig. q. ad sextam particulam.vers.sed hic sumpta occasione. nu.
632 10. fol.mihi 358. † & secundum ea, quæ scribit Alber. de Malet. tract. de testib.cap.7.n.53. & 54.fol.175.testis, qui iuraret tactis scripturis, quæ non essent Euangelia, & diceret: iuro per ista sacra Dei Euangelia, non esset periurus, licet iurasset falsum.

633 LIMITA I. nunc istam conclusionem, vt non habeat locum in Cardinalibus, Episcopis, alijsq; personis in sacris constitutis, quia hi iurant propositis solũ, sed non tactis Euangelijs cap. fin.de iuram. calum. & auth. sed iudex. C. de episc. & cler. & ibi Saly. Nell. à S.Gem. tract. de testib. in verbo. iurare. sub num. 59.fol.82. & Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2.n.7. & communiter * omnes.

634 LIMITA II. in iuramento iudæi; quia non iurat super Euangelia, quibus non credit, sed secundum legem suam, vt scribunt Spec. tit. de iuram.calum. §. restat. vers. sed pone.n. 17. Io. de Imo. in clem. 1. de testib. & Ant. de Butr. in proem. decretat. vers. quæro an nomen. sub n.19. quos refert, & sequitur Pegn. ad direct. Eymer. par. 2. comm. 13. in fine. & formam specificam ponit Spec. vbi supra. ego tamen vidi eis deferri iuramentum super calamo.

635 LIMITA III. consequenter in iuramento Turcarum, Maumethanorum, Maurorum, aliorumque infidelium, quia iurarent per Deum, si in foro Christianorum examinarentur: & dum Melitæ contingeret quandoq; mihi examinare Turcas, iurabant ij cum indicis digiti erectione, dicendo: *alla*, quod in eorum lingua significat Deum, & ita eorum dicta recipiebamus, & hæc de iure.

636 Si loquimur de consuetudine: dico formam extrinsecam esse, vt iuramentum deferatur super quauis scriptura Abb. & Fely. in cap. fraternitatis. sub num. 12. de testib. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. n. 21. & Grauat. in annot. ad eum.n.57. Octau. Simoncell. tract. de decret.tit.8. inspect.18.nu.188.fol.329. & Franc. Schenc. tract. de testib. n 4. in fine. & 5. vbi testatur de consuetudine Cameræ Imperialis.

637 Aboritur hic difficultas: an testis depositio dicatur ritè recepta: si notarius scripserit. testis iurauit, & deposuit, vt infra: omisso verbo: tactis.

Resp. quòd non; quia requiritur tactus, vt dixi; fallit tamen quando scripsisset. iurauit præsente iudice, & parte. quia tunc præsumuntur omnia solemniter acta, & parti neganti transfertur onus probandi contrarium, sicuti referunt, & sequuntur Fely. in d. cap. fraternitatis. sub num.12. vers. & si diceretur. & Alber. de Malet. tract. de testi.cap.7.num.51.fol.174. in fine, & num.52.

638 Sed quid dicendum si notarius scripserit: talis testis iurauit tactis &c. & omiserit: scripturis.

Respondeo, quòd adhuc valeret, & ita vidi passim scriptum in examinibus testium.

Nec obstat, quòd Caputaq. decis. 246. par.2. & alij citati supra n. 618. referat examen fuisse annullatum eo, quòd non scripserat: testis iurauit, tactis scripturis, sed solum: talis testis iuratus tactis, &c.

Quia

Quia reſp.fuiſſe annullatum eo,quòd non ſcripſerat: iurauit.iuxta ea, quæ dixi ſupra d.num. 618. verſ. ſed remanet.

639 DECLARA hanc conſuetudinem habere locum in teſtibus laicis; ſecus in religioſis,qui iurant ſolum tacto pectore, vt teſtatur etiam Veſtr.in pract.lib. 6. c.2. ſub num. 7.

DVBIVM V.

640 An ſufficiat citaſſe partem ad videndū iurare teſtes; quamuis neutra pars poſtea aſſiſtat ad videndum iurare teſtes, vel requiratur neceſſariò alterutrius partis præſentia, quando defertur iuramentum teſtibus.

Reſp. videtur dicendum, ſatis eſſe,quòd fuerit citata pars iuxta ea, quæ dixi ſupra n. 19. regula enim videtur, quòd vbi requiritur præſentia partis, ſufficiat, illam abeſſe per contumaciam.

641 Contrariam ſententiam; quòd neceſſariò requiratur alterutrius præſentia;tenuerunt Gl.in l.ſi quādo.in verbo.introduxit.C.de teſtib. & in cap.in primis.verſ. deinde cauſarum.in verbo. ſi eo præſente. litera e. 2.q. 1. Raph. Fulg.in l. 1. C. quom. & quan. iud. Lanfr. in cap.quoniam contra. q. 6.n. 13.de probat. inter tract. diuerſ. de teſtib. fol.180. & Crot. eod.tract. de teſtib. par. 7 num. 34. & hæc videtur communis* ſententia, quæ ſatis videtur probari ex d. l. ſi quando. † & hinc

642 Lanfr.& Crot. vbi ſupra referunt ex Raph.Fulg.quòd, ſi neutra pars fuerit præſens iuramento teſtium; eorum dicta, & totus proceſſus poterunt irritari.

643 Quid dicendum? Reſp. hæc ſecunda opinio videtur vera in puncto iuris:in praxi tamen non ſeruatur:vnde & Raph. Fulg. in loco citato, prout eum refert Maſcar. tract. de probat.q.5.ſub num. 86. lib. 1. ait, ſe prædicta allegaſſe, ſed parum fuiſſe auditum: Et ego nuſquam vidi hoc diſputari: & ratio videtur eſſe,quia partes poſſūt hæc remittere fidelitati Curiæ,vt refert, & ſequitur Bal.in l.præsbyteri.n.5.in fine. C. de epiſc. & cler. ſed ad euitandas difficultates bonum eſt,quòd notarius ſcribat, parte præſente,iuxta ea, quæ dixi ſupra num.616.verſ.quid dicendum.& num.637.

DVBIVM VI.

644 An teſtis debeat neceſſariò citari ad deponendum; alias, eo non citato, depoſitio ſit nulla.

Reſp. Doctores, vt teſtatur Fely.in cap.in nomine. ſub num.22.verſ. ſecundo quæritur. de teſtib. ſparſim tractant iſtum articulum; in quo Iacob. de Beluis. in Auth. de teſti. §. ſi verò ignoti. quem citant Nell. & Maſcar. in locis infra allegatis, tenuit, requiri citationem; & in hanc ſententiam videntur iuiſſe Specul. tit. de teſte.§. qualiter autem. nu. 6. verſ. volens ergo. & Papien. in pract. in forma iuramenti teſtium.in gl. citati. nu.1.fol.285. dum ſcribunt, eos vocandos eſſe per iudicem, & compellendos, alias haberi pro ſuſpectis, ſi ſe ingerant. Iaſ. in l.1. n.5. ff. de in ius voc. dicens, teſtem, non citatum, reddi ſuſpectum; quod etiam ſcribunt Pariſ.conſ.83.n.18.lib.1. & Monçad.in addit. ad Crot. tract. de teſtib. par.7.n.182. in fine fol. 224. & iuxta hanc opinionem videmus practicari, vt teſtes citentur, ſicut ſcribunt Maran.in ſuo ſpec. par. 6. actu 6. nu. 1. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 6.cap. 2.n.25. & Maſuer. in addit. ad pract. Papien.in d. gl. citati in 1. additione circa medium fol. 186. & Alber. de Malet. vbi infra.

645 Contrariam ſententiam; quòd citatio non ſit neceſſaria; & ſic quòd depoſitio teſtis poſſit eſſe valida etiam ſi non fuerit citatus, videtur tenuiſſe idem Spec. loco citato, dum inquit. is, qui producturus eſt teſtes, colligat eos, & producat, & iudici repræſentet; & dicat; domine, hos teſtes vobis repræſento. & in hanc ſententiam adducitur à Rot. vbi infra.hanc eandem ſententiam tenuerunt Bar. in l. poſt legatum. §. his verò.ſub n.1.ibi.dic ergo ſic.ff.de his quib.vt indig. & ibi Alex. in addit. Bal. in l. præsbyteri. ſub n. 9. C. de epiſc. & cler. dicens, ſatis eſſe, quòd fuerit productus eiq; à iudice delatum iuramentum, ex qua delatione inquit videtur monitus, quòd deponat veritatem. & in auth. ſed nouo iure. ſub n. 1.verſ. ſecundo not. C. ſi cert. pet. dicens, teſtes eſſe producendos à parte, quia exquò ſunt producti,creditur eis ſponte iurantibus, ſecus ſi non eſſent producti, & ſic inquit, debent intelligi Gl.in d. l. poſt legatum. §. his verò.in verbo. adiuuauerunt. Nell. de S. Gemin. tract. de teſtib. in verbo. ſi teſtes. ſub num. 42. fol. 81. dicens vna cum Bal. quòd exquò iudex defert iuramentum teſtibus videtur eos monere, quòd dicant veritatem, & illa inquit monitio tacita videtur eſſe maioris auctoritatis, quàm citatio facta per nuntium; quia maioris authoritatis eſt id,quod fit per ſe, quàm id,quod fit per imaginem. Abb. in c. in nomine. verſ.nota ibi. n.2. de teſtib.& ibidem.Fely.n.25.ſecundo caſu. Alex. conſ.68. vt viſo. ſub nu. 17. lib. 2. Lanfr. clarè in cap. quoniam contra.n.12.q.5. inter tract. diuerſ. de teſtib. fol.179. in fine. vocans imperitos eos, qui tenuerunt requiri citationem. Addit. ad eum.Luc. Pæt.in pract. capitol.lib.2.cap.5.n.18. Maſcar.tract.de probat. q.5. ſub nu.29.verſ. ſed hæc opinio.lib.1. & quòd hæc opinio ſit verior de iure teſtatur Alber. de Malet. tract. de teſtib.cap.7.ſub nu.29. & ita fuiſſe concluſum per omnes Dominos de Rota teſtatur Rot. deciſ.22. alias. 372. fuit dubitatum. de teſtib. in nou. & hæc eſt communis,*quæ ſatis probatur ex eo,quòd doctores communiter concludunt ſufficere, quòd teſtes ſint producti à parte, quia tollitur ſuſpitio; & quòd eis ſit delatum iuramentum à iudice, quia videntur tacitè moniti, vt dixi. & quòd nullo iure reperiatur cautum, vt teſtis debeat citari ad deponendum,teſtatus eſt Bal.in cap.1.§.porrò. quæ fuerit prima cauſa benef. amitten. quem referunt, & ſequuntur Alber. de Malet. d. cap. 7. num. 23. & Fely. in d. cap. in nomine.num.24. verſ. ſecundo limita.de teſtib.

Non obſtant adducta in contrarium, quia reſpondeo dupliciter,& 1.quòd loquuntur de teſte cogendo, in quo in primis eſt neceſſaria citatio priuſquàm procedatur ad aliam ſpeciem coactionis, vt dixi infra n. 647. ſecundo reſp. quòd loquuntur ſecundum practicam,quæ ad tollendam ſuſpitionem, quæ poſſet oriri ex ſpontanea depoſitione,introduxit,vt teſtes citentur: & his ſolutionibus poſſes concordare opiniones.

646 AMPLIA iſtam communem, vt tunc maximè habeat locum quando teſtis reperiretur caſu in iudicio, vt tradunt Bal.& Iaſ.in l.nec quicquam §.vbi decretū. ff.de offic.proconſ.alter ſub n.5.verſ.& nota quòd.ibi. item teſtis dum producitur.& alter nu.27.qui volunt, quòd ſi teſtis dum producitur caſu reperiatur in iudicio, poſſit iurare ſine vlla citatione; eandem ampliationem referunt, & ſequuntur Maſuer.in addit.ad practic. Papien. in forma iuramenti teſtium. in gl. citati. in 1. additione fol. 286. & Grauat. in annot. ad pract. Veſtr.lib 6 cap.2.n.25. in fine,& Aſin.in prax. §.7.c. 5. limit. 91. fol. 84. & Maſcar. tract.de probat. q.5. ſub num.31. lib. 1.

647 DECLARA modo eandem communem,de qua ſupra n.645.vt habeat locum in terminis validitatis depoſitionis, ſecus quando teſtis recuſaret, ſe ſubijcere examini: tunc enim rectè loquutus eſt Iacob.de Beluis.& procedit illa opinio,de qua ſupra n.644 quòd ſit neceſſaria citatio: nam, vt teſtes compellantur ad deponendum teſtimonium veritatis,prius citandi,atque monendi ſunt;& deinde, ſi contumaces ſint, mulctâ ſunt coercendi,vt ſcribunt Alber.de Malet.tract.de teſtib.c.7.n.30.& 31.Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2.cap. 5.n.19. Gail. in pract.obſeru.lib.1.obſeru.100.nu.9.& Maſcar.tract.de probat.q.5.n.35. lib. 1. & dixi infra c. 10.n.102.& ſeqq.& n.113.

Verum quia, & ſi regula ſit, quòd quilibet cogatur dicere teſtimonium veritatis, multæ tamē extant perſonæ, in quibus non procedit iſta regula, de quibus ſcripſi infra. d. cap. 10.

DVBIVM VII.

648 Poſtquàm concluſimus ſupra dub. præcedenti,citationem non eſſe neceſſariam, num erit neceſſaria ſaltem productio?

649 Reſpon. quòd ſic, † quia quando teſtis, non productus, deponit, eſt nimium affectatus, & propterea ſuſpectus, & conſequenter non facit fidem. l. quæ omnia. §. 1. ff. de procur. Bar. in l. poſt legatum.

gatum §. his verò. sub nu. 1. ibi. dic ergo. ff. de his quib. vt indig. Bal. in auth. sed nouo iure. sub num. 1. vers. secundo no. C. si cert. pet. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra num. 12. in fine. de probat. inter tract. diuers. de testib. fol. 180. & Crot. eod. tract. par. 7. num. 35. Alex. cons. 68. num. 17. lib. 2. Fely. in cap. in nomine. n. 23. primo casu. de testi. Mars. sing. 140. testis qui. Neuiz. cons. 25. num. 17. & cons. 78. num. 35. Masuer. in 1. addit. ad pract. Papien. in forma iuramenti testium. in glo. citati. fol. 286. & alij superius citati: est enim conclusio, quæ caret dubitatione; & aduerte, quòd intelligo non de sola productione verbali, quæ non sufficeret de per se, sed de productione reali, quæ præsumitur, si non appareat, vt dixi infra sub nu. 658.

650 AMPLIA istam conclusionem, vt habeat locum etiam si iudex ei detulerit iuramentum, & examinauerit; quia nihilomagis valeret eius depositio, quicquid in contrarium ex Bal. retulerit, & sequutus sit Fely. in cap. in nomine. num. 24. de testib. dicens, quòd testis non productus, si iuret præsentibus partibus, vel altera absente, & solenniter requisita, valebit dictum suũ, quia nullo iure cauetur, quòd citare testem sit de substantia.

651 Ratio huius ampliationis est; quia non cessat suspitio, si testis se vltrò obtulit: & si se vltrò non obtulit, sed iudex motu suo illum citat, & examinat, suspitio oritur in iudice, qui non potest ex officio examinare testes non productos, & sine instantia partis in causis ciuilibus Bal. in l. præsbyteri. num. 8. C. de episc. & cler. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. q. 5. nu. 12. in fine. de probat. inter tract. diuers. de testib. fol. 180. & Fely. in d. cap. in nomine. num. 26. tertio casu. de testib. & faciunt quæ dixi lib. præced. cap. 32. sub num. 12. & cap. 68. num. 2. & sub num. 8. ibi. si de consuetudine.

Comprobatur ista ampliatio, quia licet testis ritè iurauerit; tamen si deposuerit extra articulos, depositio illa extra articulos non tenet, quia diceretur facta à non iurato, vel saltem à non producto, vt declaraui supra nu. 540 & seqq. ad eum.

652 Nec obstat ratio Fely. vbi supra, dum inquit, depositionem sustineri ex tacito consensu partis præsentis, & non opponentis, vel absentis per contumaciam.

Quia respondetur, quòd & si hoc possit esse verum, quando pars, contra quam testis examinaretur, esset præsens, & sciens eum nõ esse productum; tamen, quando est contumaciter absens, ratio est falsa: quia consensus non debet trahi ad incogitata, sed is, qui citatur ad videndum iurare testes, debet credere, & cogitare solum de testibus productis, seu producendis à parte: ergo respectu aliorum testium nihil est ei imputandum, si non comparuerit: & nihil magis contrarium consensui, quàm ignorantia, & error, vt dixi supra num. 489. quòd si præsupponamus, eum citatum esse ad videndum examinari eum, qui postea examinatur: iam eo ipso diceretur produci à parte.

653 LIMITA I. nunc illam conclusionem, vt non procedat quando iudex examinaret testem non productum, præsentibus partibus, aut saltem præsente parte, contra quam sunt recipiendi testes, & non opponente; quia videretur consentire. Ias. in l. 1. sub num. 5. ff. de in ius voc. Masuer. in 1. addit. ad pract. Papien. in forma iuramenti testium. in glo. citati. versus finem. fol. 286. & Felyn. quem retuli supra, & sentit Rot. decis. 22. alias. 372. num. 2. in fine. de testib. in nou. licet re vera ipsa loquatur in dubio, & propter præsumptam citationem.

654 Nec obstat, quòd depositio inualida non conualidetur, nisi per consensum tacitum, qui habeat annexum aliquem actum positiuum, vel per consensum expressum, vt dixi supra nu. 593. vers. at dato.

Quia respondetur, illud esse verum in depositione inualida ratione formæ deficientis, quæ non cõualidatur per taciturnitatem, sed nos loquimur de depositione, quæ est valida respectu formæ, sed est inefficax ratione suspitionis, quæ potest à parte remitti, & tamen actus remanet in sua forma: & faciunt pro ista solutione ea, quæ scripsi supra. n. 593. & 594.

655 LIMITA II. quando ageretur de peccato euitando quia crederetur testi non producto Fely. in d. cap. in nomine. num. 23. in fine. de testib. & alij, quos refert, & sequitur Additio ad Ias. in d. l. 1. num. 5. litera d. ff. de in ius voc. Mars. sing. 140. testis qui. & Masuer. in 1. addit. ad pract. Papien. in forma iuramenti testium. in glo. citati. fol. 286. Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 5. num. 18. in fine.

656 LIMITA denique in omnibus casibus, in quibus iudex potest supplere ex officio, vt, saluando Bartolum, scribit Fely. in d. cap. in nomine. nu. 26. in fine. de testib. quorum casuum nos aliquos notauimus lib. præced. c. 68. à n. 3. vsquè ad nu. 8.

657 DECLARA etiam præmissam conclusionem, vt testis dicatur produci nõ solum quando ducitur coram iudice, seu notario à parte producente, vt illum examinent iuxta practicam, quam ex Spec. retuli supra num. 645. vers. contrariam. sed etiam quando solum citatur; quia paria sunt, imò citare est efficacior productio.

DVBIVM VIII.

658 Inuenitur examinatus testis: non apparet, quòd fuerit productus, seu citatus.

Dubitatur; an præsumatur productus; seu citatus, & consequenter dubitatur de validitate depositionis.

Resp. quòd præsumitur productus per ea, quæ refert & sequitur Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 7. num. 28. & hanc sententiam, quòd præsumatur à parte productus, & stimulatus, citatusquè, latè tenuit Rot. decis. 22. alias 372. fuit dubitatum. de testib. in nou. quam refert, & sequitur Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. sub num. 22. & Fely. in cap. in nomine. num. 27. quarto casu. de testib. intelligit eam indistinctè, & ampliat, vt habeat locum tàm in testibus de longinguo venientibus, quàm in non venientibus contra Lud. Rom.

659 DECLARAREM tamen, quòd ista præsumptio recipiat probationem in contrarium per confessionem ipsius testis, qui posset ad instantiam partis interrogari; an fuerit citatus, seu stimulatus à parte.

DVBIVM IX.

660 An vltra productionem, seu citationem requirantur delatio iuramenti, & monitio facienda per iudicem de veritate dicenda.

Resp. requiri delationem iuramenti, faciendam per iudicem tribus ex causis.

Prima, quia non est iurandum, nisi in casu necessitatis cap. & si Christus. de iureiur. & dixi supra nu. 431. & 440. Igitur nisi exigatur, & deferatur non est præstandum.

Secunda, quia cum tota vis depositionis consistat in iuramento, vt dixi cap. præced. q. 22. num. 702. & hoc cap. num. 366. sequitur, quòd si iuramentum sit spontaneum, spontanea etiam videatur depositio testis, & consequenter suspecta.

661 Tertia, quia omne iuramentum, quod defertur in iudicio, est præstandum solemniter cum auctoritate iudicis, sicut in iuramento calumniæ firmaui supra cap. 1. q. 8. num. 72. & 74. & in iuramento suppletorio dicam lib. seq.

662 Conludo ex his, quòd non teneret depositio testis, qui ex se iurasset: vbi tamen appareat de iuramento, præsumitur illud fuisse delatum.

663 Monitionem iudicis de veritate dicenda dico non esse aliter necessariam, quia per delationem iuramenti satis videtur monitus, vt scribit Bal. in l. presbyteri. sub nu. 9. C. de episc. & cler. Nell. à S. Gemin. tract. de testib. in verbo. si testes. sub nu. 42. & eod. tract. Alber. de Malet. cap. 7. nu. 23.

DVBIVM X.

664 Supra num. 19. firmauimus, necessariam esse citationem ad videndum iurare testes: nunc quæro, quando principalis litigat per procuratorem, quis eorum sit citandus.

Resp.

Resp hanc quæstionem disputauit Lambertinus de Rampo. Bononiensis, egregius Doctor, & antiquus Aduocatus, sicut testantur Bar.in l.procuratoribus.C. de procur.& in l.1.num.9.C.de sent.& interl.nom.iud. & in l.furioso.sub num.9.ff.de re iud.Paul. de Castr. in d.l.procuratoribus.num.3.Abb.in cap.2.num 17.de testib.& Io. Andr.in cap.si pater.col.2. de testam.in 6.de cuius Lambertini vita scripsit Mant.de uir.illustr.num. 171. & hunc articulum post Lambertinum tractarunt Bar.in locis allegatis.Bal.in l.si quando.num.9.C.de testib.Alber. de Malet. tract.de testib cap. 7. num. 10. & seqq.Ias.in d.l. furioso.num.10. Abb.& Fely. in d. cap. 2.alter num.17.& alter num.33. de testib. Boer. decis. 285.Luc.Pæt.in pract. capitol.lib.1.cap.8.nu. 13. Asin. in prax.§.3.cap.13.num.1.& seqq.& alij relati per Fely.vbi supra.

Et resolutio huius dubij continet plures casus,quorum tres diligenter congessit Felyn.loco citato,& nos retulimus eos infra sub 3.casu num.681.684. & 686.

I. CASVS igitur est qñ lis adhuc non est mota, sicquè quando tractatur de prima citatione:& in isto reperio Doctores variè esse loquutos, & ex eorum dictis colligo etiam contrarias opiniones.

Prima erit opinio,quòd in prima citatione sit citandus dominus,si inuenitur,& demum procurator:hancquè opinionẽ tenet Gl.in c.causam.in verbo.ad domũ. de dol.& contum. quam referũt Bar.in l.3.eũ qui res.n. 1.& 2.& Paul.de Castr. n.2. C.de procur.hoc idẽ sentit Bal.in l.1.vers.sed quomodo.num.20. de senten. & interl.omn iud. vbi soluendo oppositionẽ scribit dominum esse citandum in principio litis.& tenuit Vestr.in pract.lib.4.cap.3.num.2.vers.admonemur..& hanc opinionem obseruari,&esse meliorem practicam scribunt Bar.in d.l.3. nu. 2. Paul.de Castr. ibidem num. 2. & ab hac opinione secundum Bar.in l.quamuis num 10.ff.de damn. infec. non videntur discessisse Petr.& Cyn. qui eum refert, & sequitur in d.l.eum qui res.sub num. 3. ibi. pet. verò dicit. C. de procur. dum generaliter sentiunt,quòd contumacia procuratoris non noceat domino, quia debeat citari dominus.

665 Secunda opinio contraria est,quòd (loquendo in puncto iuris)satis sit,si citetur procurator:hancquè tenuit Bar.in d.l.3.num.1.& in d.l.quamuis.num. 10. 11. & 12.ff.de dam.infec. dicens,quòd illud, quod aiunt, procuratorem posse citari in subsidium, est inductum fauore actoris, & ideo non debere retorqueri in eius odium,vt,si ab initio voluerit eum citare, non possit: sic etiam sentit Bal. in l.cum clericis.sub num.3. C. de episc.& cler.& hanc esse magis communem * opinionem testatur Ias.in d.l.3.sub num.1.quam audacter refert, & sequitur Grauat.in annot.ad pract. Vestr. lib.4. cap.3.num.10.

666 Tertia erit opinio, quòd, si constat de mandato, & procurator illud acceptauit, põt etiam prima citatio incipere à procuratore, maximè absente domino, secus si non acceptauit mandatum, quia citatio non fieret de persona legitima: hancquè opinionem tenet Bal.in d. l.3. sub num.1.quæ opinio videtur potius declarare præcedentem secundam: Verum hęc opinio non videtur diuersa à præcedenti:quia præsupponimus

667 procuratorem, qui possit legitimè citari, † & certi iuris est, procuratorem, qui mandatum non acceptauerit, non dici procuratorem Caputaq.decis.319. nu. 2.par.1 vbi refert, fuisse annullatum examen, quia fuerat citatus procurator substitutus, qui non acceptauerat mandatum;vbi tamen ponit fallentiam in procuratoribus constitutis in Curia, vt intersint executioni processuum remissoriæ, & compulsoriæ in partibus, quos ait posse de stylo citari, licet non acceptent mandatum.

668 Quarta opinio videtur fuisse Pauli de Castr. in ead. l.eum qui res num.2.in fine, qui aliter visus est conciliare: inquit ipse,dominum esse citandum,si existat in ciuitate, vel propè ita, quòd de facili possit citari, alias inquit potest prima citatio inchoare à procuratore, & ita sentit Ias.ibidem.sub n.1.vers.intellige si dominus.Bal.etiam sibi parum constans huic distinctioni videtur adhæsisse in l.1.nu.20.vers.sed quomodo.C.de sent.& interloc. omn.iud.ait enim omnem citationem debere incipere à domino, si inuenitur,& iuxta hanc distinctionem possumus intelligere, vt procedat allegata Rotæ decis.31.fuit dubitatum.de procur. in nou. quando scilicet dominus non est in ciuitate,vel propè. Verum hæc opinio videtur potius militare pro Glos. quàm concordare.

669 Quinta opinio fuit Ant. de Butr. in d. cap. causam. sub num.7. ibi. ex ordine.quam videntur sequi Bar. in d. l.quamuis.sub num.11. & 12.in l. solent num. 17. ff. ff.de alim. & cibar.leg.& in l. meminerint. num. 5. C. vnde vi.Ias.in d.l.3.num.1.in fine ibi, secundo limita C.de procur.Barbat. in addit.ad Bal.ad eandem l.3.sub num.1.litera e. & Alex. adducit alios in addit.ad Bar. in d. l.meminerint. sub num.5.litera e. C.vnde vi. Mil. in suo repert.in verbo.citatio. qui, studendo cõcordiæ, scribunt, quoad primum decretum, sicquè in leuibus posse etiam à procuratore inchoare primam citationem, sed non quoad secundum decretum, sicquè in grauibus, quia debet inchoare à domino. & cum ista concordat Mar.Socc. tract.de citat. art. 5. sub num. 5. loquitur tamen is in casu,quo dominus non esset absens, nec comparuisset vnquã per procuratorem,alias si esset absens, vel comparuisset per procuratorem, sentit,quòd,quamuis ageretur de secundo decreto,posset citari procurator. & in terminis huius quintæ opinionis debes intelligere Dec.in cons 460.viso puncto. n.32. dum scribit debere citari dominum, & non procuratorem, quando agitur de graui præiudicio.

670 Et ex his,vt vides, tres saltem colliguntur opiniones: prima quòd sit citandus dominus,& in subsidium procurator:secunda, quòd possit ad libitum alteruter citari:tertia,quæ conciliat,vt prima procedat, quando agitur de re graui,secunda quando de leui.

671 Quid dicendum? Concludo, primam opinionem (quòd sit citandus dominus; si inuenitur, & demum præcurator) esse veram, & communem: nam eam tenent Glo.& alij in ea citati.item Bal. & Ias.citati in 4. opinione nu. 668.

Nec obstat, quòd Ias.dixerit, communem esse contra Glos.

Quia resp. quòd, attenta declaratione, quam subijcit,reddit communem opinionẽ Glossæ, à qua non est recedendnm,quia pro certo est melior in practica, & seruarur, vt ex Bar.& Paul.de Castr.retuli supra num. 664.in fine.

II. & III. CASVS require infra num.678.& 680.& seq. ad eum.

DIFFICVLTAS EMERGENS.

672 Superest difficultas circa istum primum casum, quãdo dominus dicatur non inueniri ita, vt possit tunc in subsidium citari procurator.

In hac difficultate colligo duas opiniones.Prima est Paul. de Castr.quem retuli supra num. 668.in 4. opin. vt non inueniri dicatur, quando non est in ciuitate, nec propè. & circa istam oritur alia difficultate, quando dicatur propè.Secunda opinio est Paul. de Elea. in clem. causam. de elect. quem refert Alex. in addit. ad Bar.in d. l. meminerint.sub num.5.litera.d.& e.C.vnde vi.qui dixit dominum esse citandum, si reperiatur in prouincia.

673 Quid dicendum?Teneo, quòd si dominus est in ciuitate,non possit citari procurator: si est extra ciuitatem; relinquerem arbitrio iudicis an dicatur de facili, seu commodè posse citari.

674 DECLARA istud arbitrium cessare, quando dominus, idest principalis est absens à ciuitate, nec habet in ea domicilium; & ideo constituit in ea,seu misit ad eam procuratorẽ,quia tunc posset sine scrupulo citari ab initio ipse procurator constitutus seu missus, & solum posset dubitari an ipsi procuratori esset concedenda dilatio ad consulendum principalem cap. dilectus. de procur.& Rot.decis.31.alias. 395.de procur.in nou.

675 DECLARA II. istud arbitrium cessare,quando constat,principalem discessisse,seu abesse causa alicuius negotij,requirentis longam moram, seu residentiam,puta causa studij:quia tunc poterit citari procurator d. cap. dilectus. de procur.

Continuatur dubium 10.

676 RESTRINGE nunc illam communem opinionem, quam firmauimus ſupra num.664.verſus finem. & nu. 671.cum Gloſ.& alijs,vt non habeat locum ſi ageretur de re leui,vt puta de immittendo in poſſeſſionē ex primo decreto, quia tunc, etiam omiſſa diligentia de citando domino,poſſet citari procurator: & hæc eſt communis,vt patet ex his,quæ dixi ſupra in.5.opin.nu.669.

677 Confirmatur hæc reſtrictio ex illa communi: quòd contumacia procuratoris noceat domino in his, quæ ſunt leuis pręiudicij,ſicut eſt miſſio in poſſeſſionem bonorum cauſa cuſtodiæ, ideſt ex primo decreto. Socc. reg.321. fallet.2. & adde quæ ſcripſi ſupra c.1. nu.272.

RESTRINGE II. eandem communem opin. vt non procedat in foro Capitolino ex diſpoſitione nouarum reformatorium ſtatutorum Vrbis lib.1. cap.52. vbi ponitur pro regula,qđ ſufficiat citare procuratorē & cap.53. vbi excipiuntur caſus,in quibus debēt citari procurator & dominus;& inter eos non adeſt iſte de prima citatione. & cum hac reſtrictione concordant quæ ex diſpoſitione priorum ſtatutorum ſcribit Luc. Pæt.in pract.capit. lib.1.cap.8.verſ. ſed & ſi forte.num. 11.dicens cōtra quoſdam ſatis eſſe,quòd in productione libelli,ſeu petitionis citetur dominus vel procurator, ſubdit tamen: fateor, quòd qui vtrumquè citari facit,anſam aduerſario diſputandi non præbet.

Et hæc ſufficiant circa primum caſum, qui ad dubium propoſitum ſpectare non poteſt, niſi in caſu,quo teſtes examinarentur ad perpetuam rei memoriam, vel aliter ante litem conteſtatam iuxta ea, quę dixi ſupra nu.120.& ſeq.ad eum.

678 II. CASVS eſt, quando ſumus in ſecundis citationibus,ſed ante litem conteſtatam.

Et videtur dicendum, quòd debeat citari principalis,quia procurator nondum eſt effectus dominus litis, aut ſaltem,quòd poſſit citari alteruter ad libitum, vt refert, & ſequitur Boer.deciſ.285.num.5. quando procurator nunquàm eſſet litem conteſtatus.

679 Contraria ſententia: quòd ſit citandus procurator: ſuadetur ex eo, quia in cauſis ciuilibus licitum eſt litigare per procuratorem, & non coguntur litigatores comparere perſonaliter: quia, conſtituendo procuratorem idoneum, eſt ſatisfactum legi, & aduerſario; ſicut,decidendo hanc difficultatem,ſcribunt Bal. in l. 1. verſ.ſed quomodo.num.20.C.de.ſent.& interloc.omn. iud.& Vant.tract.null.rub.de nullit.ex defec.citat. nu. 85.verſ.ſi non eſſemus.fol.410.& hæc eſt ſententia vera, quæ probatur ex l. 1.in fine ff.de procur. fateor tamen poſſe citari dominum ad libitum, ſed dico talem citationem contra dominum nōn eſſe arctatoriam,teſte Bal.vbi ſupra,& dixi latius infra nu.683 loquendo poſt litem conteſtatam.

RETENTA iſta contraria ſententia.

RESTRINGE eam vt non procedat in foro Capitolino ex diſpoſitione nouarū reformationum ſtatutorum Vrbis.lib.1. cap.52.quo diſpoſitum eſt, vt proceſſus non vitietur, ſi dominus ſolus citetur in intermedijs,niſi eſſent intermedia,expreſſa in cap.ſeq 53.in quibus vterquè citari debet, vt latius retuli infra num. 697.quare in foro Capitolino ſeruatur prima opinio.

680 III. CASVS eſt,quando lis eſt conteſtata; & de iſto propriè loquimur: & concludo,vt in præcedenti;quòd

681 ſit citandus procurator per ſupradicta; † imò,ſi ſit conteſtata à procuratore,à fortiori; quia tunc ipſe dicitur effectus dominus litis l. procuratoribus. & l. nulla. C. de procur.& cap.ſi.duo.de procur.in.6.& ita poſt Lambert.de Ramp.determinant Bar.in l. furioſo. ſub num. 4.& Iaſ.num.10.ff.de re iud.idem Bar.in l procuratoribus.C.de procur.& in l.1.n.9.C.de ſent.& interl. omn. iud.Bal.in l.ſi quando num.9.C.de teſtib.Abb.in cap.2. num.18.& ibidem Fely.nu 33.Dec. verſ. penultimo ſecundum.nu.77.de teſtib.Boer.d.deciſ.285.num.1. Luc. Pæt.in pract. capit.lib.1.cap.8.num.13.& Aſin.in prax. ✻ §.3.cap. 13.& hæc eſt communis * ſententia, prout videtur teſtatus etiam Luc. Pæt. vbi ſupra,& apertè Alber.de Malet.tract.de teſti.cap.7.ſub num.17.& 18.fol. 174.& Boer.d.deciſ.285.ſub nu.5.verſ.ſed vbi.

Contra iſtam communem opinionem multa adducit Alber. de Malet. loco citato, quæ ſatis colorata ſunt.

682 RETENTA communi opinione.

AMPLIA I. eam vt procedat etiam ſi citaretur alius procurator,qui non eſſet dominus litis Dec.d. n. 77.in fine.& 78.

683 EFFECTVS huius communis opinionis & ampliationis eſt,quòd ſi fuerit citatus dominus ad videndum iurare teſtes, vel publicari,vel ad audiendam ſententiam,& nec ipſe,nec procurator comparuerit,examen teſtium erit nullum, quia dominus non arctabatur ad comparendum Bal.in l. 1.verſ. ſed quomodo. num. 20. C.de ſent.& interl.omn. iud.Fely. in cap. 2. verſ. ſexto quęritur. num.33.de teſtib.licet in libro meo corruptè legatur.Aaddition.ad Rot. deciſ.2.alias 21.ſi dominus. num. 4.de procur.in nou.& Luc. Pæt.d.cap.8.ſub num. ✻ 5.& 13. qui teſtatur de communi. * & ſic intelligo Iaſ. in d.l.furioſo.num.10.& alios Doct.ibidem.

AMPLIA II. vt ſi citaretur dominus ad ſentētiam, omiſſo procuratore, qui deinde ſe opponeret, ſententia eſſet nulla, ſi in eorum abſentia eſſet promulgata, & hoc de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ſecundum quod non refert quis eorum fuerit citatus, & ita ſeruatur in Curia, vt teſtatur etiam Vant. tract.nullit. rub.de null.ex defec.citat. ſub num. 85.verſ.ſi non eſſemus.fol.410.ſed vide limitationem in foro Capitolino infra nu.697.

684 RESTRINGE nunc eandem communem ſententiam vt non habeat locum quando dominus citatus comparuiſſet,& procurator, qui eſt dominus litis, tacuiſſet, quia tunc citatio ſortiretur plenarium effectum, & conſequenter actus,qui fieret, eſſet validus, prout declarat Bar.in d l.procuratoribus.&in d.l.furioſo. ſub nu.5.ff.de re iud.vbi benè declarat, & reddit rationem,& ibidem Iaſ.ſub num. 10.ibi. limita quando. Bal.in d.l. 1.ſub nu.9.C.de ſent.& inter.omn.iud. Abb. d.cap.2.ſub nu.18.ibi.dicit tamen bar.& ibidem Franc. de Aret.ſub num.23.verſ.ſecundo quærunt.& ſub num. 24.verſus finem.ibi. aut mandatum.Fely. ibi. ſecundus caſus.num.34.in fine.& Dec.verſ.penultimo ſecundū. ſub num.78.& ſub num.80.ibi.iſta tamen. de teſtib. & Boer.d.deciſ. 285. num.4. & in terminis huius reſtrictionis intelligo Mar. Socc.tract.de citat art.5.ſub nu. 5.verſ.quod autem.& verſ.ſeq.dum;propoſita iſta difficultate circa validitatem examinis teſtium,quando eſt citatus dominus,& lis fuit conteſtata cum procuratore;concludit ſibi magis placere iſtam opinionem,quòd receptio teſtium ſit valida, & eſt communis reſtrictio;

685 † imo ſecundum Abb.Franc.de Aret.& Boer.vbi ſupra ſi dominus non fuerit proteſtatus, ſeu aliter ex coniecturis non appareat;procurator,qui tacuit,cenſetur reuocatus,quod hic non firmo.

686 EXTENDE iſtam reſtrictionem, vt ſit vera etiam ſi procurator non fuerit pręſens; quia ſufficit pręſentia principalis citati, vt ſentiunt Bar. Iaſ. Bal. Abb. Fely. Boer.& Mar.Socc.in locis ſupra proximè citatis, dum præcedentem reſtrictionem firmant ex eo, quòd principalis habet vtile ius inſtantiæ,quo iure poteſt vti ſine ceſſione:attenta enim iſta ratione,nonvidetur neceſſaria præſentia procuratoris.

Confirmatur iſta extenſio ex ſequentibus extenſionibus.

687 Contra iſtam extenſionem videntur ſentire Imol. in d.l.furioſo.in fine.Franc. de Aret. in d cap.in nomine. verſus finem.ſub num.24.& Dec.verſ.penultimo ſecundum. num.80.de teſtib.dum ſcribunt, non eſſe verum, quòd principalis ſit dominus vtilis inſtantiæ: quia ſi haberet vtile dominiū poſſet illo vti, inuito procuratore. item quia principalis non poteſt reuocare procuratorem inuitum: & licet principalis poſſit aſſiſtere inſtantiæ, & producere etiam teſtes pro ſuo intereſſe, non tamen per hoc ſequitur, quòd actus poſſint fieri, non citato domino inſtantiæ, qui eſt procurator, teſte Franc. de Aret.vbi ſupra. & apertius contra eandem extenſionem videtur ſe explicare Dec. vbi ſupra, dicens, quòd præcedens reſtrictio ſeu limitatio Bar. ſaluatur ex eo,qđ principalis cōparuit, procuratore præſente,& nō contradicente,& certè ita videntur ſentire ij omnes, qui ſe fundant in eo, quòd procurator tacuit;nam taciturnitas non videretur conſiderabilis,niſi ſup-

ſi ſupponeretur præſentia,cum alias poſſet à procuratore ignorari comparitio principalis.

688 Non recedas ab extenſione : quia tenetur communiter,& ſeruatur paſſim in practica:nam videmus quotidie procuratores reuocari ad libitum quandocunque ſine vlla diſputatione; quicquid in contrarium ſit diſpoſitum de iure poſt conteſtationem litis.

689 EXTENDE II. vt ſit vera etiam ſi non appareat, quòd principalis comparuerit uigore citationis: & ratio eſt,quia,cum fuerit citatus,præſumitur comparuiſſe pro actu, ad quem fuit citatus ſecundum ea,quæ ſcribunt Bar.in d.l.furioſo.num.6.Bal.in d.l.1.verſ.ſed quæritur.num.10.C.de ſent.& interl.omn.iud.& Fely.d.cap. in nomine.nu.35.de teſtib.

690 EXTENDE III. vt ſit vera, etiam ſi non appareat, quòd fuerit citatus:quia nihilominus teſtes poſſent examinari, ſeu ſententia ferri, ſi principalis eſſet præſens examini, vel ſententiæ ſecundum ea,quæ ſcribunt Bar. in d.l.furioſo. ſub num.6.ibi.ſi verò non fuit citatus. & Iaſ.ſub num.10.ibi.amplia ff.de re iudic.& Bal.in d.l.1. verſ.ſed quærit.ſub nú.10.dum ſcribunt,ſententiam,latam contra dominum præſentem,eſſe validam, quãuis non appareat,quòd fuerit citatus , dummodo notarius ſcripſerit fuiſſe latam,ipſo præſente.

691 Contra iſtam extenſionem motiuat Bal.vbi ſupra,& titubando videtur inclinare Feby. qui tamen loquitur intra dentes , & confusè in d. cap. in nomine.num.35. de teſtib.dicens , quòd ſententia valet, ſi ſit lata in eius fauorem,ſecus ſi contra eum:quia tacens,cum non potuiſſet cogi ad comparẽdum perſonaliter, non habetur pro conſentiente in præiudicialibus,ſed ſolum in fauorabilibus.

692 Non recedas ab extenſione, in qua reſident Bal. & Iaſ.vbi ſupra.

693 RESTRINGE II. eandem commun.ſententiam vt non procedat in cauſis ſummarijs: quia in eis poteſt citari procurator,vel principalis ad libitum, ſicut tenent Rom.ſing.20.Dec.in d.cap.in nomine.limit.3.num. 82. de teſtib.& A.M.Pap.in addit.ad Rot.deciſ.2. alias 21. ſub num.3.de procur. in nou. & hanc eſſe communem opin.refert Iaſ.in d.l.furioſo.ſub num.10.verſ.ſecundo. & n.11. ff. de re iud. licet poſtea referat opinionẽ Alexandri in contrarium , & pro ea aliqua adducat

694 INFERO ex hac reſtrictione,quòd in Regno Neap. nihil refert an citetur procurator, vel principalis, exquò ibi omnes cauſæ ſunt ſummariæ.

695 RESTRINGE III. vt non procedat, quando procurator eſſet impeditus:quia tũc poſſet citari principalis,quamuis procurator litem conteſtatus eſſet Dec.d. c.in nomine limit.2.nu.81.

696 RESTRINGE IIII. in foro Capitolino, vbi ad videndum iuramenta teſtium & in alijs actibus intermedijs ſufficit citare procuratorem,vel dominum ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis lib. 1.cap.52.& 53.

697 RESTRINGE V. ſeu declara in eodem foro Capitolino, vt non procedat tribus caſibus ſequentibus, in quibus debet fieri citatio contra principalem, & contra procuratorem. Primus eſt in omnibus cauſis ordinarijs,& poſſeſſorijs recuperandæ, adipiſcendæ, & retinendæ poſſeſſionis quando fit citatio ad ſententiam.Secundus eſt in cauſis executiuis,quando fit citatio ad videndum pronuntiari inſtrumentum , apocam, ſententiam, ſeu teſtamentum fore exequendum. Tertius eſt quando citatio fit ad videndum pronuntiari articulos haberi pro confeſſatis in omnibus cauſis prædictis;prout hæc tota reſtrictio continetur in eiſdem ſtat. Vrbis d.cap.53.lib.1.& quòd in foro Capitolino citari debeat procurator & principalis ad ſententiam, notat etiam Vant.tract.null.rub.de null.ex defec.citat. num. 85.in fine fol.410.

EXTENDE I. iſtam reſtrictionem,vt habeat locum etiam ſi procederetur contra eum , qui, lite pendente, diſceſſiſſet ab Vrbe cum ſua familia: nam contra iſtum citatio exequeretur, dimiſſa copia affixa in oſtio domus ſolitæ habitationis, vt habetur in ſtatutis d. cap. 53.lib.1. item habet locum iſta extenſio etiam ſi procederetur contra abſentem, habitãtem in diſtrictu,qui conſtituiſſet procuratorem , quia adhuc deberet ipſe abſens citari,ſed per affixionem cedulæ ad valuas Curiæ Capitolinæ , ſi non habeat, aut non elegerit domicilium in Vrbe,vt patet ex diſpoſitione eorundem ſtat. lib.1.c.55.& 56.

EXTENDE II. vt procedat etiam ſi procederetur contra aduenã,qui nec Romæ,nec in diſtrictu habitet, ſed aliqua via ſeu modo ſortiatur forum Capitolinum , vt patet ex ſtatut.d.cap.55.

SVBEXTENDE hanc ſecundam extenſionem , vt procedat etiam in citatione ad ſententiam; quia adhuc deberet citari principalis abſens per affixionem cedulæ,vt dixi.

Nec obſtant ſtatuta Vrbis lib.1.cap.52.diſponentia, vt ſufficiat citatio executa contra procuratorem ad audiendam ſententiam.

Quia reſpondeo,intellectum illius ſtatuti eſſe,quòd ſufficiat citatio executa perſonaliter ſeu domi contra procuratorem , quia contra principalem ſic abſentem ſine domicilio ſufficit citatio per affixionem cedulæ, alias ſine iſto intellectu illud cap.52. contrariaretur c. 55.in fine.

RESTRINGE demum vt non procedat in monitione,ſeu citatione ad reſpondendũ poſitionibus; quia de iure communi requiritur monitio in faciem principalis , vt dixi cap. præced. nu.486.& ſecundum conſtitutiones Marchię lib.5.cap.19.ibi. huic conſtitutioni.debet bis per literas citari principalis.& ſecundum ſtatuta Vrbis debet moneri reus perſonaliter vel domi , vt dixi,d.cap.præced.nu.476.verſ.prima.& verſ.ſecunda.

DVBIVM XI.

698 Qñ ſunt dati duo procuratores ſimpliciter ; vnus ſine altero non admittitur,ſecus ſi ſint dati inſolidũ:quia vnus admittitur ſine altero vſquè ad litiſconteſtationẽ: poſt aũt conteſtationẽ litis admittitur ſolũ is,qui litem cõteſtatus eſt, & non alter:qđ ſi in cõſtitutione adiecta ſit clauſula; quòd nõ fiat melior cõditio occupantis, & is , qui occupauit, ideſt litem conteſtatus eſt, ſit impeditus , vel aliter proſequi nolit, poterit alter , alio non ſubſtituto,negotium ſuſcipere:hæc eſt deciſio textus in cap.ſi duo.de procur.in 6.Pręſupponamus modo quòd ſint conſtituti duo procuratores inſolidum cum prædicta clauſula: Præſupponamus etiam, quòd vnus eorum litem conteſtatus ſit, & alter produxerit teſtes ſine impedimento alterius procuratoris.

Dubitatur,an talis productio ſit valida?

Reſpondeo.Videtur dicendum, quòd non.primo ex dicto cap.ſi duo.ſecundo quia per conteſtationem litis alter procurator eſt effectus dominus litis,vt dixi ſupra num. 680.& 681. tertio quia cauſę continentia non debet diuidi iuxta ea,quæ dixi lib.præced. cap. 11. ſub num. 24. quarto quia non debet quis cogi cum pluribus procuratoribus litigare.

Breuiter Bal.in l.ſi quando.q.8.n.10.C.de teſtib.Alber.de Malet.tract.de teſtib.cap.7. num. 21. & Fely. in c.2.n.36.q.7.de teſtib.ſentiunt,quòd valeat, ſi aduerſarius fuit præſens,& tacuit; & ita declarabimus textum in d.c.ſi duo.ſecus ſi aduerſarius cõtradixit: & ita procedat ille textus:nã vt ſcribit Bal.vbi ſupra,licet pp occupationẽ alterius nõ deſinat funditus eſſe procurator, tamen apud ipſum nõ remanet exercitium,cõtradicente aduerſario: & hanc diſtinctionem tenuit ante eos Marti.Syl.quem refert, & ſequitur Mar.Socc. tract. de citat.art.5.ſub num.6.vbi diſputat hunc articulum ad partes, quem videto,quia format plures caſus dubitationum in iſto paſſũ , quando ſunt conſtituti duo procuratores inſolidum ; videto etiam Abb.d. cap.2. ſub num.18.verſ.vltimo ponit.de teſtib. qui & breuius , & clarius reſoluit: ſed omnes concordant in ſupradicta theorica.

DVBIVM XII.

699 An ſufficiat ſimplex citatio , vel requiratur peremptorium,quando ſunt examinandi teſtes.

Reſp.diſtinguendo duos caſus.

Primus caſus eſt , quando agitur de citatione ipſius teſtis ad ſe examinandum : in quo rurſus diſtinguo: Aut con-

consideramus validitatem depositionis;& dico,quoad validitatem sufficere simplicem citationem, vt tradit Bal.in l.si quando. vers.quæro an requiratur. sub num. 3. C. de testib. quinimo isto casu necessariam non esse
700 citationem firmaui supra num. 645. Aut consideramus mulctam imponendam testi non venienti:& dico, requiri peremptorium; quia alias non posset propter contumaciam mulctari Bal.vbi supra,& faciunt,quæ di xi.lib.præced.c.99.n.10.& 11.

701 Secundus casus est; quando citatur pars ad videndum iuramenta testium: & in isto reperio controuersiam:nam Bal.in d.l.si quando. vers. quæro an requiratur. sub num.3. C.de testib.tenet, requiri peremptoriũ eo,quòd in receptione testium stat fundamentũ causæ, & agitur propterea in ea de plenissimo præiudicio, ad quod, vt dicebamus lib. præced.cap.91. sub num. 25. non deuenitur, nisi præuia citatione peremptoria.subdit etiam Bal.quòd in medio causæ est idem modus citandi, qui est in principio,& fine. & allegat Glos.in l.& post edictum. ff. de iud. & hanc opinionem Baldi defendit Dec. in cap. consuluit. num. 8. & sub num. 10. de offic.deleg.& in cap.2, n.30. de testib.

702 Contrarium; quòd sufficiat unica citatio; tenuerunt Abb.& alij in d.cap. consuluit. de offic. deleg. quos refert,& sequitur Fely.in d.cap.2.sub num.21.& 22.de testib. vbi in effectũ testatur etiam hanc esse communem * opinionem, & respondet ad contraria,& similiter hanc esse communem testatur Dec. in locis allegatis; & hanc opinionem nos secuti sumus d.cap.91. sub num. 25 & 36. & benè probatur à Fely.vbi supra, & quando testes examinantur post contestationem litis, sicut nos in isto casu loquimur, tunc hæc communis sententia confirmatur ex eo, quòd post litem contestatam omnes termini saltem de stylo palatij sunt peremptorij, vt dixi d.cap.91.num.28.& hæc opinio seruatur passim,& sine difficultate.

DVBIVM XIII.

703 Retenta restrictione secunda,de qua supra num. 41. & 42.quòd notarius possit de commissione iudicis examinare testes.

Dubitatur,an notarius ex commissione examinis,sibi facta in præsentia partium possit iuramenta testium recipere.

Resp.quòd sic tanquàm preambulum examinis:nam commisso examine, censentur commissa omnia, sine quibus examen non valeret Put.decis.258.die 6.februarij.num. 1. & seqq. lib.1. & Mohed.decis. 4.alias. 170. de testib.

DVBIVM XIIII.

704 An commissio ad examinandum testes tribuat iurisdictionem examinandi tàm testes tunc nominatos, quàm nominandos.

Resp.quòd sic.Mohed.decis.6.alias 290.de testib.didens,sic fuisse resolutum per maiorem partem dominorum.

705 EXTENDEREM istam responsionem, vt procedat tàm quoad testes eius, qui impetrauit commissarium ad examinandum, quàm quoad testes partis aduersæ: quia æquè pro vtraquè parte poterunt examinari.

706 RESTRINGE istam extensionem,vt non sit vera, quando commissio esset restricta ad testes eius, qui impetrauit commissionem,quia aduersarius non poterit vti illa commissione, & facere examinari suos testes àb eodem commissario sine noua commissione, teste eod.Mohed.eod.tit.de testib. decis.7.alias 339.

DVBIVM XV.

707 Firmaui lib.præced.cap. 100. sub num. 12. vna cum copia articulorũ esse edenda nomina testium:hic, declarando, addo esse verum,si eorum editio sit petita: addo etiam, quòd consequenter erit specificandus eorum numerus, cum sit inseparabilis ab editione,& specificatione nominum.

708 Difficultas modo oritur, quando non teneretur specificare nomina, an teneatur specificare numerum.

Resp.quòd sic: quia etiam testium multitudo,seu inquam effrænatus numerus impedit productionem iuxta textum in l.1.§.quanquam.ff.de testib. cap. significauerunt. & cap.cum causam.de testib. Papien. in pract. in form.opponen.contr.test.in glos.suntquè publicatis.num.14. fol.318. Alb. de Malet.tract.de testib. cap. 7.num. 103. fol. 176. Lescut. tract. de test. exam. in verbo.cui succedent.in fine.fol.233.col.3.Luc. Pæt. in pract. capitol.lib.2.cap.7.num.1. & Menoch. de arbitr.iud.lib.2.cent.3.cas.249.nu.1. 709 & ratio,cur effrænata testium multitudo sit refrænanda, est, ne litium fautores aduersarium nimis laboribus, & impensis fatigent, vt dicit Menoch.loco citato, & hac de causa dico ad partis instantiam posse compelli eũ, qui dat articulos,ad specificandum numerum testium.

DVBIVM XVI.

710 Dubitatur ex præcedenti; vsquè ad quem numerum possint produci testes, vt non dicatur effrænata multitudo.

Resp.Doctores quandoquè variarunt: nam Bar.in l.quoties.num.2.C.de naufr.lib.11. notat ex illo textu, quòd multitudo testium refrænatur quando reducuntur ad tres testes super quolibet articulo, dicens sic esse intelligendum textũ in l.1.§.quãquam.ff. de testib. & hoc magnifecit Rom.in l.si vero.§.de viro.fall. 45.ff. sol. matr. & certè ista sententia videtur satis tuta tùm auctoritate sacræ paginæ,dicentis: in ore duorum, vel trium stat omne verbum cap. in omni negotio.& cap. licet.de testib.tùm auctoritate iuris ciuilis.in l. vbi numerus.ff.de testib.

711 Alij dixerũt,numerum esse definitum negatiuè tantum; vt scilicet produci non possint vltra quadraginta in qualibet causa,argumento textus in cap. cum causam.de testib.& huius sententię videntur fuisse Papien. in pract.oppon. cont. test. in glos. suntquè publicatis. num.14.fol. 318.& Lescut. tract. de test. exam. in verbo.cui succedent.in fine.fol.233.col.3.

712 Alij dixerũt,relinqui arbitrio iudicis:& hanc sententiam tenuit Glo.in d. cap.cum causam.in verbo. effrænatam.de testib. dicens esse considerandam magnitudinem causæ, & personarum qualitatem; quia inquit præ multitudine viginti tria millium possunt dici pauci iuxta textum in cap. disciplina. circa medium. dist. 45. & hanc Glos. sequutus est Alber. de Malet. tract. de testib. cap.7.num. 104.fol.176. eandem sententiam tenet Oldr. cons. 145. quæritur.sub num.1.& Menoch. qui alios citat tract.de arbitr.iud.lib.2.cent,3.cas.249. num.2. & 3. & hanc esse communem * omnium scribentium opinionem testatur Glos.1.in pragmatica.statuimus super articulis. à qua communi censeo non esse recedẽdum:nam si agatur de probanda notorietate viciniæ sufficient pauciores testes, quàm si agatur de probanda notorietate prouinciæ.

713 Nec obstat textus in d.cap.cum causam.quia ei resp. cum Spec.tit.de teste.rub.de numero testium. in fine. quòd ibi non ponitur ius, sed Papa ibi sic fieri voluit; vnde tradit Spec.loco citato quòd si quis velit produce re 40.testes & iudex nolit recipere nisi 10. non posset appellare.

714 RETENTA præfata communi opinione,de qua nu. præced.qđ iste numerus relinquatur arbitrio iudicis.

RESTRINGE I. eam vt non procedat in Regno Neap.exquò ibi per pragmaticam.statuimus super articulis.rub.de reseruatione testiũ. est ordinatum,quòd super vno articulo nõ possint examinari vltra septem testes,sicut aduertit etiam Maran. in suo spec. par. 6. actu 6.num.5.cuius pragmaticæ dispositio fuit in primis per Sacrũ Consilium Neap.facta relatione in Collaterali Consilio, approbata,& postea decretum, ne in quauis causa possint recipi vltra quadraginta testes pro qualibet parte, vel ad summum vltra quinquaginta, si iudici videbitur æquum transgredi numerum quadragenarium, & quòd in causis,in quibus agitur de summario possessorio non recipiantur in tota causa vltra quindecim testes pro qualibet parte.

715 RE-

715 RESTRINGE II. eandem communem opinioné ſeu arbitrium iudicis, vt non habeat locũ in Vrbe, ſeu ſaltem in foro Capitolino; quia ſtatuta Vrbis lib. 1. c. 73. mandant ſuper quolibet articulo, ſeu capitulo non debere recipi vltra ſeptem teſtes, ſed bonum eſſet determinare non ſolum numerum circa articulos, ſed etiam circa totam cauſam, ſicut determinauit Conſilium Neap.

716 PRAXIM producendi teſtes ſuper articulis ad amputandum examinatoris laborem docet Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 7. nu. 4. dicens, vix eſſe, vt teſtes omnia articulata ſciant, quia Titius ſciet vnum articulum, & Meuius ſciet alium, & non vterquè vtrunquè; & ideo, inquit, diligens patronus annotabit in fine articulorũ ſuper quo articulo đbeat examinari Titius, & ſuper quo Meuius: do exemplũ: ſuper 1. 3. & 7. Sempronius & Seius. ſuper. 2. 4 & 5. Titius, & Antonius: & hæc praxis clare deſumitur ex Gl. in cap. præſentium. in verbo. nomina. de teſtib. in 6.

ADVERTE circa iſtam praxim, quòd non poſſunt dari alij teſtes, quàm nominati: quare Sempronius & Seius, dati vt examinentur ſuper 1. 3. & 7. non poſſunt tranſponi ſuper. 2. & 4. ad tradita per Arch. in d. c. præſentium. ſub. nu. 6. in verbo. continentur.

DVBIVM XVII.

717 Dubitatur quomodo procedendum ſit ad examen teſtium, qui ex priuilegio non coguntur, vel aliter non poſſunt venire ad iudicem.

Reſpondeo prima facie videtur dicendum, quòd iudex debeat accedere, quia regula, de qua teſtatur Bal. in cap. ſi qui teſtiũ. in principio. de teſtib. quem referũt & ſequũtur Fely. in c. cum cauſam. n. 26. eod. tit. & Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 344. eſt, quòd iudex debeat ipſemet recipere teſtes etiam in cauſa ciuili, pro qua regula faciunt, quæ dixi ſupra. num. 36. & ſeqq. ad eum, & quod non debeat concedere remiſſoriam ſecundum Menoch. loco citato.

718 Contraria ſententia eſt vera; quia iudex non cogitur ad eos accedere: hæcquè ſententia clarè probatur ex his, quæ dicam nu. ſeqq.

De perſonis egregijs, alijsquè qui non coguntur &c.

719 Pro veritate & intelligentia huius contrariæ ſententiæ conſidero duas ſpecies teſtium, qui non coguntur in cauſis ciuilibus venire ad iudicem.

Prima ſpecies eſt; quando teſtes ſunt perſonæ egregiæ, de quibus habetur in l. ad perſonas egregias. ff. de iureiur. ſeu fruũtur priuilegio perſonarum egregiarũ.

Secunda ſpecies eſt, quãdo teſtes ſunt in longinguis partibus. è quibus ſine eorum magno incommodo euocari non poſſunt.

Capio primam ſpeciem: Et cõcludo quòd iudex debet vel accedere, vel mittere notarium ad eorum domum, vt dicit textus in d. l. ad perſonas egregias. & ibi communiter *Doctores, & annotauit Grauat. ad prac. Veſtr. lib. 6. cap. vlt. num. 11. & nos tetigimus ſupra nu. 279. & 281. loquendo de muliere.

720 Quæ ſint iſtæ perſonæ egregiæ, quæ non coguntur venire in iudiciũ, ſcribunt Doct. in d. l. ad perſonas egregias. item Alber. de Malet tract. de teſtib. cap. 6. n. 1. fol. 171. & Feder. Schench. eod tract. nu. 41. fol. 78. Carauit. ſuper ritu. 142. n. 7. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cẽt. 1. caſ. 70. nu. 2. & ſeqq.

721 Sed aduerte, quòd licet Doctores in locis citatis enumerent, quæ dicantur perſonæ egregiæ, tamen communis * opinio, quam refert, & ſequitur Grauat. d. cap. vltimo. ſub num. 11. & 12. eſt quòd relinquatur arbitrio Iudicis, ſicuti cenſuit etiam Menoch. vbi
722 ſupra. † egregiæ tamé de quibus habemus in iure ſunt hæ, Cardinalis, Epiſcopus, Auditor ſacri Palatij, Illuſtris, Doctores etiam non docentes ſecundum magis communem *, de qua teſtantur Carauit. & Grauat. locis citatis, addunt aliqui Præsbyteros, alioſuè in dignitate conſtitutos, & his æquiparant honeſtas mulieres.

723 Et an priuilegio d. l. ad perſonas egregias. poſſit renuntiari, videto ibi Iaſ. num. 1. & Carauit. d. ritu. 142. num. 10.

724 Perſonæ, quæ in hoc fruuntur priuilegio egregiarum perſonarum, ſunt ſenes maiores 70. annis, item valetudinarij, & infirmi, vt ſcribũt Fed. Schẽch. & Alber. de Malet. vbi ſupra. ſed & qui dicantur ſenes, valetudinarij, & infirmi, cenſeo etiam iudicis arbitro poſſe cõmitti iuxta ea, quæ dixi ſupra n. 249. & 264. & quòd ad eiuſmodi perſonas, quæ non poſſunt venire, iudex debeat mittere vnum notarium, ſi nõ vult perſonaliter accedere, vide Iacob. Gentil. Peruſ. de ord. iud. ſub n. 19. & hęc de prima ſpecie, ꝓ cuius praxi, & vſu poteris addere, quę ſcripſit Alex. Stiat. in prac. iudic. c. 7. n. 2. & ſeq.

Literæ remiſſoriales conceduntur pro examinandis teſtibus, qui ſunt intra iuriſdictionem.

CASVS I.

725 Capio ſecundam ſpeciem diuiſionis, poſitæ ſupra n. 719 quando teſtes ſunt in longinguis partibus: & in iſta diſtinguo duos caſus.

Primus eſt, quando teſtes ſunt intra iuriſdictionem iudicis.

Secundus caſus eſt, quando teſtes ſunt extra eius iuriſdictionem.

In primo caſu concludo non eſſe euocandos, argumento textus in l. 2. § teſtes. ff. de teſtib. & textus in l. ſed ſi quis ex ſignatoribus ff. quemad teſt. aper. ex quo textu colligitur, teſtes non eſſe euocandos, quia ſæpè cum magna captione à proprijs negotijs reuocarẽtur, & quia eorum officium no debet eis eſſe damnoſum, & ex iſto textu firmarem regulam, quòd teſtes nõ ſint euocandi è longinguis partibus, ſed quòd concedi debeant literæ remiſſoriæ, vt interrogẽtur in loco, vbi degunt iuxta ea, quæ ſcribunt Carauit. ſuper rit. 87. ſub n. 4. Menoch. de arbitr. iud lib. 2. cent. 3. caſ. 250. & Vergin. de Boccat. tract. de liter remiſſor. cap. 2. nu. 4. & ſic ſentit Mandos. tract. de commiſſ in commiſſ 19. pro remiſſoria. in verbo. in partibus commorantibus. fol. 114. & ita intelligo Rotã, de qua Caputaq. decif. 68. remiſſoria regulariter. nu. 1. par. 3. dum ait remiſſoriam regulariter dari in prophanis in qualibet inſtantia etiam ſine fumo. & Vergin. de Boccat. tract de liter. remiſſor. d. cap. 4. nu. 1 dum ſcribit remiſſoriam regulariter nulli ſolere denegari. Imò ante Iuſtinianũ Imperatorem iudices ordinarij, ad quos cauſa prouocatione, vel aliter transferebatur, ſi magna erat longinguitas regionis, non ſolum non permittebant euocari teſtes, ſed nequè ipſos principales litigatores, qa totam cauſam delegabant in prouincijs, idquè etiam ſi longinguitas non eſſet magna; dummodo cauſa eſſet mediocris, vt recenſet Seuerol. de remiſſ. cap. 2. n. 1.

726 DECLARA concluſionem huius primi caſus; vt relinquatur arbitrio iudicis quanta debeat eſſe lõginguitas, ſeu diſtantia, ob quam iudex debet concedere literas remiſſoriales potius, quàm euocare teſtes, ſicut videtur ſenſiſſe Menoch. de arbitr. iud. caſ. 250.

727 RESTRINGE iſtam declarationem tu, qui verſaris in Regno Neap. quia ibi iudex non habet hoc arbitrium & non poteſt committere audientiam teſtium quando teſtes non diſtant vltra dietam legalem à Ciuitate, & non ſunt ſenes, & valetudinarij, aut honeſtæ mulieres, & ſimiles perſonæ, nec partes conſentiunt quòd committatur audientia, ſecus ſi teſtes ſint vltra dietam, vel ſint ſenes, aut valetudinarij, vel partes conſentiant, quòd committatur eorum audientia, vt diſponit rit. magn. cur. 141.

ADVERTE circa iſtum ritum. 141. quòd licet loquatur apertè in cauſis criminalibus, tamen corruptè legitur, quia debet loqui in cauſis ciuilibus, ſicquè eſt reſtituendus, vt benè in eo oſtendit Carauit. num. 2. in fine & ſeq. & præſertim in fine, dum ponderat quòd ille ritus concedit committi audientiam teſtium de conſenſu partium.

728 SUBRESTRINGE I. istam restrictionem de cõsuetudine in magna curia,& in regia audientia Principatus: quia quod disponit allegatus rit. 141. de testibus existentibus infra vnam dietam legalem videtur receptum in testibus, existentibus infra duas dietas legales:& quod disponit de testibus,existentibus extra vnã dietam legalem videtur receptum in existentibus vltra duas dietas legales secundum ea,quæ scribit Carauit.super rit.87.sub nu.4.licet nimis obscurè, seu confusè loquatur.

729 SUBRESTRINGE II. de cõsuetudine in eod.Reg. Neap.vbi non obstante d.ritu.141. sæpè infra vnã dietam committitur audientia testium officialibus locorum,vbi manẽt testes,sicut testatur Carauit.d.ritu 141. sub num. 1.

730 RESTRINGE II. eandem declarationem positam supra nu.726.tu,qui versaris in foro Capitolino. quia habes dispositionem stat.Vrbis lib.1. cap.76. quæ mandant,literas remissoriales esse concedendas, si testes sint extra districtum,quod disponebant etiam statuta antiqua lib. 1. cap. 53. §. & vt fraudibus. & notat Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2.cap.6.nu.1. & 2. qui districtus extenditur vsquè ad quadragesimum milliarium, vt disponitur eod.lib 1. stat.cap.vlt.

731 DECLARA istam restrictionem, vt non propterea sequatur à contrario sensu conclusio,quòd infra districtum non possint concedi literæ remissoriales: quia etiam intra districtum video dari quandoquè literas remissoriales pro examinandis testibus, nec illud statutum aduersatur;quia non præcisè disponit.

732 SUBRESTRINGE demum tàm primam, quàm secundam restrictionẽ,positas præcedentibus nu.727.& 730.in quibus asseruimus concedendas esse literas remissoriales pro examinandis testibus, existentibus vltra vnam dietam legalem,seu vltra districtũ,vt non sint veræ,quando appareret,quòd peterentur calumniosè: quia tunc & si propter distantiam essent concedendæ, tamen erunt negandę propter calumniam, quæ præualet:quia regula infallibilis est; quòd remissoria sit deneganda, quando petitur calumniosè iuxta ea, quæ scripsi infra num.823.

733 Confirmatur ista subrestrictio: quia in causis criminalibus pòt Iudex,si subest causa,in omnem casum denegare literas remissoriales,& non attenditur tunc distantia loci iuxta ea, quæ scribunt Carauit. rit. 87. sub nu.5.& Clar.lib.5.recept.sent.q.26.in fine principij.

734 DECLARAREM limitando istam subrestrictionẽ, vt non sit vera,quando de calumnia constaret præsumptiuè,& per coniecturas,& pars instans pro literis remissorialibus faceret depositũ, de quo loquuntur stat. Vrbis.in cap 76. lib. 1. & pragm.Regni Neap. aliqui. quia illud depositum meo iudicio tolleret omnẽ præsumptionem,seu suspitionem calumniæ,& consequenter non posset iudex sub prætextu præsumptæ calumniæ denegare literas remissoriales: quia illud depositum est tiriaca calumniæ:intellige tamen istam fallentiam in ciuilibus, sed non in criminalibus.

735 SUBDECLARA istam declarationem, vt non habeat locum,quando exaduerso pars aduersa faceret instantiam, vt suis sumptibus testes cogerentur venire ad deponendum coram iudice, quia denegarentur literæ remissoriales,& cogerentur venire, præsupposita tamen facultate cogendi eos,alias si cogi non possent, quia essent in aliena iurisdictione, darentur adhuc literæ remissoriales.

736 NOTA hic obiter,quòd in omnem casum, quo testes cogerentur venire coram iudice,is, qui eos producit, tenetur eos conducere suis sumptibus l. quoniam. & ibi Glo.in verbo.tempus Bal.Saly & Paul.de Castr. nu. 1.C.de testib.cap.si testes.versus finem.ibi.venturis autem.4.q.2.& 3.cap.statutum.§.penultimo. de rescri. in 6.Spec.tit.de teste §.qualiter autem.sub nu 12.& ibi Additionator in litera c.Abb.in prax. rub. forma literarum &c.nu.4.Carauit.ritu.87. nu.4. versus finem.ritu.140.nu.2.&ritu.141.sub nu 1. Luc.Pæt. in prax. captol.lib.2.cap.5. num. 25. & dixi supra cap.3.q.4.num. 137.& supra q 6.num.850.

737 EXTENDE hoc notandum, vt habeat locum etiam in causa criminali. d.l. quoniam liberi. & cap. si testes. loquuntur enim in testibus producendis ab accusatore.

738 EXTENDE rursus, vt habeat locum etiã si producerentur à Fisco; quia non debet quispiam grauari: & ita videtur sensisse Carauit.d.ritu 87. sub num. 4. & quòd in causa inquisitionis,in qua non est pars, satisfaciat Respublica de mandato iudicis pro expensis, tradit Bal.quem refert,& sequitur Fely. in cap. 1. sub nu. 2.de testib.

739 RETENTA regula posita supra num. 725.quòd testes non sint euocandi è longinquis partibus.

AMPLIA eam vt tunc præcipuè habeat locum, quando testes essent senes, aut valetudinarij, seu personæ illustr.Rot.diuers.decis.611.lib.3. par.3.

Reliquas ampliationes poteris videre apud Vergin. de Boccat.tract.de liter.remissor. c. 4. per totum. sum enim in ista materia contentus ponere regulã, & multas limitationes ad regulam.

Literæ remissoriales in quibus causis et casibus non concedantur intra iurisdictionem.

740 LIMITA I. nunc eandem regulam, vt non procedat,quando extaret consuetudo, vt ex eo loco, in quo morantur,euocentur l.3.§.fin.ff.de testib. quia, vt ibi notat Bar.in summario, in his, quæ spectant ad ordinem processus, debet attendi consuetudo, & stylus loci. & ideò ad instantiam partis essent euocandi, sicut aduertit etiam Vergin.de Boccat.tract. de liter.remiss. cap.2. nu.7. Verum credo, talem consuetudinem nullibi extare, maximè quando essent in remotissimis regionibus.

741 LIMITA II. vt non habeat locum in causis criminalibus, quia in eis regulariter non conceduntur literæ remissoriales iuxta ea,quæ dixi infra cap.seq.num. 601.& seqq.ad eum.

742 LIMITA III. consequenter, vt non habeat locũ in causis attẽtatorum,quia sunt probanda in Curia, & non conceduntur literæ remissoriales Rot. decis.7. alias.220.de probat.& decis. 10.alias 89.num.2. de appellat;in antiq.& Addit.ad Rot. decis.4.alias.57. vt lit. pend.in nou. Scacciol. tract. de remiss. cap. 11.num.1. Vestr.in prax.lib.6 cap vlt.nu.2.Hercul tract.de attent. cap.16.nu.1.fol 266.Manfred.eod tract. par.8. num. 5. fol. 238. & lib. 2. conclus. 4. fol.247.& latius Rober. Lancel.eodem tract.de attent.par.3.cap.26. de probatione attentatorum num.109.fol.412. vbi adducit alias decisiones,& post istos Mascar.tract.de probat.concl. 147.num. 1.& 2.lib.1.& Flam.Paris.tract. de confiden. q.78.nu.7. & hæc est communis limitatio, & in praxi recepta.

743 Ratio huius limitationis est: quia causa attentatorũ sapit delictum:nam qui attentat,contemnit iudicẽ,ius, & partem,vt scribunt Rot.decis.2. alias 14. & decis.5. alias 25.de restit.spol.in nou. & d. decis.4.vt lit. pend. in nou.Vestr.in pract.lib.6.cap.vlt.n.2.& Lancel.tract. de attent.par.1.cap.1 de attentatis à parte. nu. 10. fol. 290.& par.3. cap.28. de sententia in causa attentatorũ ferenda.nu.66.fallen.15.fol.448.& apertius cap.31.de pœnis attentatorum.nu.1.fol. 461. vnde attentans punitur varijs pœnis, de quibus per eundem Lancell.d. cap.31.nu.6. & seqq. & in causis criminalibus iam diximus remissiuè denegari literas remissoriales: alia ratio,quam assignat Lancell.d.c.26.nu.108.& reo est, vt loco fauorum, quos iura tribuunt actori in reuocatione attentatorum, compensetur aliquid reo in hoc, vt actor teneatur facere probationes in Curia.

744 EXTENDE istam limitationem, vt procedat etiam si per testes constaret de fumo attẽtatorum,vt ex Rot. refert Lancell.d. cap. 26. de probat attent. nu.112.fol. 442.& ex eo sequitur Mascar.d.concl.147.nu.2.in fine.

745 EXTENDE II. vt habeat locum etiam si attentans esset minor,& vellet probare læsionem, quia adhuc ei denegaretur, donec prius fuerit purgatum vitiũ spolij Rot.diuers.decis.1081.par.3.lib.3.& ratio est;quia minor in delictis non meretur restitutionẽ in integrum l. auxilium.ff.de minor.25 ann.c.bonæ.de elect.& tradit Rot.diuers.decis.1150.in fine par.3.lib.3.

746 DE-

746 DECLARA præmiſſam limitationem, vt procedat potius de ſtylo dominorum de Rota, quàm de iure ſecundum Lancell.d.c.26.nu. 134.fol.443.& Alex.Stiat. in pract.iudic.cap.6. nu.15. ſuper qua tamen declaratione non figo pedes pro nunc.

747 RESTRINGE I. præmiſſam limitationem vt non ſit vera reſpectu rei accuſati de attentatis, quia ei ad ſe defendendum cōcederetur remiſſoria. Caſſad. deciſ.4.num.1.de dilat.Veſtr.in prax.lib.6.cap. vlt.ſub num.2.& lib 8.cap.4.num.20.Seuerol.tract. de remiſſ. cap.11.num. 2.Manfr. tract. de attent. par.8,num.6.& 9.fol.238.Lācellot.eod.tract. par.3.c.26.de probat.attent.nu. 113.fol. 442. & Maſcar.tract.de probat.concl. 147. nu.3. lib.1. & limitatio procedit ſolum reſpectu actoris accuſantis, vt tradunt ijdem ſupra adducti.

748 EXTENDE iſtam reſtrictionem, vt habeat locum etiam ſi reus vellet remiſſoriam ad repulſandos teſtes accuſatoris.Veſtr.d.lib.8.cap.4.nu.21.Lancellot. de attent.d.cap.26.nu. 114. fol. 442. & Maſcar. d. concl. 147.ſub nu.3.

749 Ex hac extēſione euidentiſſimè probatur, concedendum eſſe terminum reo ſuper attentatis ad repulſam teſtium, de quo dubitarunt domini de conſilio Neap. teſte Affl. deciſ. 351. in fine, & conſuluerunt Rotam Romanam de eius ſtylo: nam ſi conceditur remiſſoria, à fortiori conceditur terminus.

750 SVBRESTRINGE eandem primam reſtrictionem vt non procedat, quando actor, qui accuſauit, iampridem probaſſet attentatum, quia tunc reo denegaretur remiſſoria ad ſe excuſandum Caſſad.deciſ.4.de dilat. Veſtr.in prax lib. 6.cap.vltimo ſub nu.2.Lancellot. d. cap.26.nu.116.& Maſcar.d.concluſ.147.ſub n.3. verſ. intellige.& à fortiori denegaretur, ſi notoriè cōſtaret de attentatis, vt per eundem Lancell.d.cap.26.ſub nu. 15.quia, vt inquit, tunc appareret de manifeſta calum-
751 nia.† Imò iſto caſu denegaretur nō ſolū remiſſoria, vt eſt dictum, ſed denegaretur ipſe terminus ad repulſandum, ſicut fuiſſe votatum per omnes DD. de conſilio Neap.teſtatur Affl.d.deciſ.351.bis fuit dubitatum. ſub n.6.quem refert, & ſequitur Hercul.de attent.cap. 17. n.6.in fine.fol.266.

752 EXTENDE iſtam ſubreſtrictionem, vt habeat locum etiam ſi actor nō dum probaſſet attentata, ſed eſſet ſolum paratus incontinenti probare Veſtr. vbi ſupra, & ex eo Lancell.d.cap.26.nu.16. in fine. & 17. & Maſcar.d.concluſ.147.nu.4.quia, vt aiunt, ſunt potius recipiēdæ probationes actoris, quæ ſunt in promptu, quàm rei, quæ abſunt.

753 RESTRINGE II. eandem limitationem vt etiam reſpectu accuſatoris nō procedat, quando veniret per modum replicationis, ſeu, vt ait Lancellot.infra allegatus, per viam indirectam, vt puta ſi tu, accuſatus à Titio de attentatis, ad tui excuſationem allegares, te feciſſe in continuationem tuæ antiquæ poſſeſſionis, Titius poſſet replicare, quòd ipſe erat in poſſeſſione tempore motæ litis, & petere remiſſoriā ad id probandū; vnde indirectè probaret attentata, vt ex Rota refert, & ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 3. cap. 26. num. 138.fol.443.pro iſta reſtrictione, & alijs concludentibus dari etiā actori ad probandū ſpolium, faciūt quæ argumentando tradit Caſſad.deciſ.4.n.2.de dilat.

754 RESTRINGE III. vt non procedat, quando attentatum eſſet commiſſum ab appellante præſertim in violatione ſequeſtri, quia tunc in iſto caſu daretur accuſatori remiſſoria ad probandū attentata, prout alias conceſſam fuiſſe teſtatur Caſſad. deciſ. 5. in finalibus verbis.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.& hanc reſtrictionē cōprobat Lancell.d.c.26.n 119.& ſeqq. fol.443.& ſequitur Maſcar.tract.de probat.concl,147.ſub n.3.lib.1.

755 RESTRINGE IIII. vt licet non detur remiſſoria cum rotulo in forma, tamen quandoquè iudices ſolent ſumere hoc temperamentum, quòd deſtinetur notarius ad recipiendas probationes ſuper attentatis, prout ex Rota refert, & ſequitur Lancell. d. cap. 26. num.137.

756 RESTRINGE V. quando conſtaret in petente remiſſoriam omnino abeſſe calumniam, quia remiſſoria concederetur Caſſad. d. deciſ. 5. Hercul. de attent.cap.16.num.11.& 12.fol.266.Seuerol.de remiſſ.cap.11.ſub n.8.& alij, quos refert, & ſequitur Lancell.d.cap.26.nu.131.fol.443.

757 RESTRINGE VI. quando teſtes eſſent in remotiſſimis regionibus ita, vt non niſi cum maximo diſpendio ad locum iudicij adduci poſſent, ſeu aliquo iuſto impedimento detinerentur Lancell. vbi ſupra num. 126.& ſeq.

758 RESTRINGE VII. quando ex denegatione remiſſoriæ poſſet ſequi aliquod irrèparabile damnum, vt ex intentione Menochij tract. de recuper.poſſ.remed. 15. n.334.iunctis his, quæ tradit nu. 348. refert, ſequitur, & declarat idem Lancell.vbi ſupra n. 129.

759 RESTRINGE VIII. quando peteretur remiſſoria pro liquidatione attentatorum iam probatorum. Lancell.eodem tract.de attent.par.3. cap.26.de probat.attentatorum n.133.fol.443.

760 Et quòd dentur etiam quandoque compulſoriales ſpeciales ad partes, vide eundem ibidem nu. 139.

761 Si vis uidere, quòd in iudicio attentatorum proceditur ſummariè, & quomodo, vide Affl.deciſ.351.& Lancel.d.par.3.de attent.cap.25.de proceſſu in cauſa attentatorum n.7.& ſeqq. fol.438.

762 LIMITA IIII. conſequenter, vt non habeat locum in cauſa ſpolij, in qua ſpoliatori denegatur remiſſoria, quaſi in ea agatur de crimine, vt ſcribit Veſtr. in prax. lib.6.cap.vlt.ſub n.2.verſ.amplius.& ſentit Caſſad.deciſ.2.in princ.de dilat.

763 Ratio huius limitationis eſt duplex.

Prima quia ſpoliū eſt delictū ſimile attētatis: nā in eo ſolū differt ab attentatis, quòd ſpolium cōmittitur ante litē motā, & conſequēter ſpoliator eſt minus odioſus, & punibilis, quā attentans, qui vltra quòd offendit ius, & partem, ſicut offendit etiam ſpoliator, offendit etiā
764 iudicem: † quia attentata committuntur poſt litem motam, vt ſcribūt Caſſad.deciſ.4.n 2.de dilat.Seuerol. de remiſſ.cap.11.n.7.& Lancell.de attent. par.3.c. 28. de ſententia in cauſa attentatorum ferenda.ſub nu.86. fol.448. vnde ſicut cauſa attentatorum ſapit delictum, vt dixi ſupra n. 743.verſ.ratio.ſic etiam dicemus de cauſa ſpolij.

765 Et, quod dixi, ſpoliatorem offendere ius, habet locū non ſolū in iure ciuili. l. 1.ff.de vi, & vi arm.l.ſi quis ad ſe fundū.C.ad l.iul.de vi.pub.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.cum vulg. de quibus per Pontan.tract.de ſpol.lib. 1.à nu.22.vſquè ad nu. 114.ſed etiam in iure canonico cap.reintegranda 3. q. 1. cap. ſæpè. cap.ad ſedem. & tot.ipſo tit.de reſt. ſpol. & etiam in iure diuino: nam per l.moſaycam prohibita eſt non ſolum ſpoliatio, ſed ipſa concupiſcentia rei alienæ, vt notauit Caſtr.in l.ſi conſtiterit.nu. 3.C.fin.regund.quem refert, & ſequitur Maſuer in addit.ad pract.Papien.in form.libell.in cauſa ſpol.poſſ.in 1.addit. fol. 802.& alia adducit Moder. tract.de proceſſ.execut. in præfat. num. 10. & cap. 2. num.72.par.1.& ideo clarius liquet, ſpolium ſonare in delictum.

765 Secunda ratio eiuſdem limitationis eſt: quia ſpoliator petens literas remiſſoriales prǽſumitur eas calumnioſè petere, vt diutius manuteneatur in ſpolio, & occupatione, vt ſentit etiam Caſſad. deciſ.2. in princ.de dilat.& dixit Rot.diuerſ.deciſ.1150.in fine.par.3.lib.3.

767 DECLARA iſtam limitationem, vt procedat quando ſpoliatus aliquid probaſſet de ſpolio, vt per eoſdem Caſſad. d.deciſ.2. num.1.Veſtr.in prax. lib. 6. cap.vlt.ſub num.2. verſ. amplius.Hercul. tract. de attent.cap. 16.num.10.fol. 266.& Menoch. de recuper. poſſ.remed 15. num. 325. & Maſcar.tract. de probat. concluſ.1327.nu.3.lib.3. licet hi omnes præter Veſtr. loquantur de dilatione, & non de remiſſoria; ſed poteſt inferri, quòd ſi eſt neganda dilatio eo, quòd ſpoliatus aliquo modo docuit de ſpolio, ſit etiam neganda remiſſoria, quia viget eadem ratio, & eſt conſequens ad dilationem iuxta ea, quæ dixi ſuprà num.751.

768 A fortiori procedet iſta declaratio, quando ſpolium eſſet clarè, ſeu omnino probatum Caputaqu. deciſ. 63. num. 2. par. 3. & Lancell. tract. de attent. par. 3. cap. 26. de probatione attentatorum.num.118, fol.442.

769 RESTRINGE nunc eandem quartam limitationē

iuxta hanc declarationem, vt non procedat, quando spoliatus nondum aliquid probasset de spolio Vestr. in prax. d. cap. vltimo sub n. 2. vers. amplius. Cassad. decis. 2. nu. 1. de dilat. Menoch. d. remed. 15. num. 324. & Mascar. d. conclus. 1327. nu. 1. & licet hi omnes præter Vestr. loquantur similiter de dilatione, tamen ratio, quam modo adduco, æquè concludit in remissoria: est enim ratio, quia si nondum est aliquid probatum de spolio non est præsumendum, quod prætensus spoliator calumniosè petat remissoriam ad diutius considen dum in spolio, de quo non apparet, testibus iisdem Doctoribus supracitatis, & ita procedat, quod tradit Seuerol. tract. de remiss. cap. 11. sub nu. 2. & 3.

770 RESTRINGE II. vt non habeat locum, qñ prætensus spoliator examinasset testes etiam nulliter in partibus; quia tunc ei non negaretur remissoria. Cassad. decis. 3. nu. 2. de dilat. & Pontan. tract. de spol. lib. 2. c. 14. sub num. 102. fol. 285. & ratio vtriusque restrictionis, seu casus est, quia cessat præsumptio calumniæ: vnde succedunt, quæ dixi infra nu. 823.

Et in casibus harum restrictionum procedat, quod tradit Rot. diuers. decis. 1013. nu. 2. lib. 3. par. 3. dum ait spoliatori interdum dari remissoriam ad excusandum spolium.

771 Hæc omnia, quæ diximus, procedunt in spoliatore; EXTENDE nunc eandem IIII. limitationem, loquentem in spoliatore, vt habeat locum etiam in spoliato, cui similiter denegari debet remissoria, exquò spolium habet magnam affinitatẽ cum attentatis iuxta ea, quæ dixi supra num. 763. & in attentatis, vt dixi supra nu. 743. vers. ratio in fine. reus subleuatur in hoc, quòd actori denegatur remissoria. Ergo in eodem releuabitur reus in causa spolij.

772 Contrarium est verum; quòd plerumquè concedatur ad probandum spolium, vt ex Cassad. decis. 4. nu. 2. de dilat. videtur firmasse Lancell. tract. de attent. par. 3. cap. 26. nu. 136. fol. 443. & notat Seuerol. tract. de remiss. cap. 11. nu. 4.

773 FALLIT hoc contrarium, quando spoliatus attentasset, quia non admitteretur ad probandum spolium, nisi prius reficeret expensas actorum, quia causa attentati suspendit tàm petitorium, quàm possessorium Caputaq. decis. 52. par. 3. contra tamen istam rationem poteris videre, quæ scribit Cassad. decis. 4. num. 3. de dilat.

774 EXTENDE II. eandem 4. limitationem loquẽtem in spoliatore, vt habeat locum etiam in intruso, cui nõ datur remissoria, nisi consentiat sequestro. Rot. diuers. decis. 919. par. 3. lib. 3.

775 LIMITA V. vt non habeat locum in causa simoniæ, quia exquò simonia est delictum, non admittit remissoriam, nisi constaret de magno fumo Caputaq. decis. 62. par. 3. Rot. diuers. decis. 687. num. 2. par. 3. lib. 3. & Paris. tract. de confiden. q. 78. nu. 5. & 6.

776 LIMITA VI. vt non habeat locum in causis beneficialibus, quæ ex vsu Sacri Palatij hanc habere videtur naturam, vt in prima, & secunda instantia non soleat in eis concedi remissoria, sed solum in tertia, tametsi Domini de Rota ex indulto Innocentij VIII. de facul. Audit. Rot. possent eam in quauis instantia concedere, tàm in prophanis, quàm in beneficialibus, huiusquè vsus rationem reddit Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. sub nu. 2. vers. vsu quoquè videlicet, quia cum in beneficialibus causis agatur de re, quæ non est in bonis nostris, sed solum est commissa administrationi nostræ, & dependet tota à superioris gratia, & is, qui eam committit, magis ecclesiæ, quàm homini, cui beneficium datur, prouidere intendat, (quod vtinam semper fiat) idcirco Patribus visum non fuit, propter interesse hominis prouisi de beneficio cõcedere eidem remissoriã, per quam causæ expeditio differretur in præiudicium ecclesiæ, quæ interim remaneret in suspenso.

777 Verùm ne ex hac præcipua intentione fauendi ecclesiæ oriretur homini prouiso aliquod iniustum, & nõ leuè damnum, adhibitum est temperamentum, quo & ecclesiæ, & homini prouidetur, hoc est, vt prouisus de beneficio, si velit remissoriam in prima, aut secunda instantia, renuntiet appellationi, promittatq; stare vnicæ sententiæ, vt scribunt Vestr. vbi supra, Caputaq. decis. 56. & 57. par. 3. & Seuerol. de remiss. c. 17. nu. 1. addens, vt, si possessor sit, patiatur fructus sacerdotij sequestro poni; si verò non possideat renuntiet futuræ sequestrationi: huiusquè vsus rationem latius cæteris prosequitur; tu poteris eum videre;

778 Hoc tñ temperamentum non habet locum, si remissoria peteretur ad probandum obiectus, quia quamuis intercederet promissio de stando vnicæ sententiæ, tamen remissoria non concederetur, nisi appareret de fumo obiectus. Caputaq. decis. 60. par. 3. dicens sic fuisse resolutum in Rota, dum petebatur remissoria ad probandam expressionẽ mali valoris, factã in gratia postquã datũ erat de regula de valore contra impetrãtem.

RESTRINGE nunc istam sextã limitationẽ, volentem, vt remissoria non concedatur in prima instantia, nisi is, cui conceditur, se obliget de stando vnicæ sententiæ: quia nõ procedit & concederetur sine ista obligatione qñ testes examinandi essent senes, & valetudinarij, & nominarẽtur in Curia, vt refert & sequitur Vergin. de Boccat. tract. de liter. remissor. c. 4. nu. 11.

779 ADVERTE, quod causæ beneficiales dicũtur illæ, in quibus agitur de sacerdotio, vel eius possessione; sed si ageretur de pensione annua super fructibus sacerdotij, vel de decimis, vel etiam de sacerdotio, non tamen principaliter, non existimaretur beneficialis, & ideo concederetur remissoria in quacumque instantia.

Infero ex ista aduertentia, remissoriam dari in causa confidentiæ: quia dicitur causa prophana, vt disputando firmat Paris. tract. de confiden. q. 78. nu. 8. & seqq.

780 LIMITA VII. vt non habeat locum in exceptionibus dilatorijs, alijsq; similibus, dependentibus à causa principali, quia non datur remissoria ad eas probãdas ad tradita per Rot. decis. 6. alias 218. de probat. in nou. Mil. in repert. in verbo remissio ad partes non est danda. Seuerol. tract. de remiss. cap. 8. n. 1. Vestr. d. c. vlt. sub n. 2. vers. quamobrẽ & Fely. in c. 1. n. 4. de appel. qui testatur de cõmuni. * quem refert, & sequitur Gomes. super reg. cancell. reg. de non tollen. iur. quæs. q. 10. n. 3.

781 LIMITA VIII. quando remissoria semel fuisset concessa, quia non conceditur nisi semel cuilibet litigantium super eisdem articulis Oldr. cons. 311. allegationes num. 1. versus finem. Rot. decis. 29. alias 590. & 830. de iud. in antiq. Vestr. in prax. lib. 6. c. vlt. num. 3. & Seuerol. de remiss. c. 6. nu. 2. vbi testatur de vsu Romæ, huncquè vsum ait obseruari etiam si fuerit petita ad probandos nouos articulos.

782 EXTENDE I. istam limitationem, vt habeat locum etiam in minore; quia ei denegatur secunda remissoria, quãuis soleat de iure restitui aduersus omissam probationem, præsertim quando constat, minorem esse læsum: & ratio huius extensionis est propter timorem subornationis testium examinandorum super antiquis articulis Caputaqu. decis. 50. seu 1. par. 3. dicens fuisse eo casu denegatam; quia constabat etiam fuisse per illum minorem factam omnem diligentiam possibilem examinandi innumeros testes in prima remissoria ita, vt præsumeretur calumnia allegare quosdam fuisse omissos.

783 RESTRINGE istam extensionem, vt non procedat, quando, præmissa diligenti inquisitione, constaret iudici probationes omissas esse sui facilitate, vel aliter cessaret præsumptio subornationis Caputaq. eadem decis. 50. sub num. 5.

784 RESTRINGENDA etiam videtur ista extensio, quando minor nominaret in Curia tres testes bonæ famæ, & conditionis, in quibus nõ caderet suspitio subornationis, quos vult examinari: † & moueor; quia re-785 missoria, quando est releuans ita, vt debeat concedi, & timetur subornatio testium, debet concedi cum præfato remedio, quòd volens remissoriam debeat hic Romæ nominare tres testes bonæ famæ, & conditionis, in quibus non cadat suspitio subornationis, quos faciat examinari, vt tenuit Rot. de qua Caputaq. decis. 70. seu 21. par. 3. vnde cum isto remedio cesset ratio extensionis, consequenter debet cessare extensio.

786 EXTENDE II. eandem limitationem, vt possit procedere etiam si remissoria ex nimia negligentia eius, cui concessa fuit, non dũm esset expedita, quia propter nimiam negligentiam posset ei denegari

gari

gari Caputaqu. decis.65.seq. 16. par.3 dicens dominis de Ponte, quibus fuerat pluries præfixus terminus ad expediendam remissoriam, fuisse deinde negatam, & deinde post longam disputationem fuisse concessam, prout facilius, & sine difficultate concederetur minori, & ecclesiæ; quia cessat suspitio subornationis, & solum militaret negligentia, quæ in minore est iusta causa restiturionis.

787 EXTENDE III. vt habeat locum etiam si remissoria peteretur in alia instantia, & super nouis articulis, & admissibilibus; quia sint de iure dantis: adhuc enim non concederetur, si semel fuisset concessa Mil. in repertorio. in verbo. remissio ad partes pro testibus. Rot. decis. 16 alias. 215. de testib. in nou. quam refert & sequitur Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. nu. 3. vers. eadem.

788 RESTRINGE istam extensionem, vt non procedat de iure canonico, secundum quod remissoriam, quam litigator non potuit prosequi, seu per negligentiam prosequutus non fuit in prima instantia, poterit prosequi eadem iudicis permissione in alia instantia, maximè si lis erit de sacerdotio Rot. decis. 20. alias. 301. de testib. in nou. & Seuerol. tract. de remiss. cap. 6. ibi. iuris tamen pontificij. fol. 379.

789 SVBLIMITA nunc istam octauam limitationem, vt non procedat quando cessaret suspitio calumniæ: quia tunc remissoria esset adhuc concedenda, quãuis alias fuisset concessa iuxta ea, quæ declaraui infra nu. 826. vers. retenta vltima.

DECLARA eandem limitationem cum ista intelligentia, vt si remissoria fuerit concessa in iudicio possessorio, non propterea possit denegari in petitorio, quia semel fuerit concessa; nec è contra si fuerit concessa in petitorio Seuer. tract. de remiss. cap. 6. versus finem ibi. cæterum. fol. 379. & ratio secundum eundem, & Rot. decis. vlt. alias. 437. de testib. in nou. est, quia possessio nihil habet commune cum proprietate.

790 LIMITA IX. vt non concedatur quando causa semel in prima, vel alia instantia fuisset cognita & examinata in partibus argumẽto textus in l. de die §. hoc autem. iuncto §. præcedenti ff. qui satisd. cog. quia videtur semel habuisse facultatẽ probandi in partibus, & ideo præsumitur potius calumniæ causa, quam probationis faciendæ remissoriam petere. Vestr. loco citato. Seuerol. de remiss. cap. 6. num. 1. & c. 7. & dixit Rot. diuers. decis. 128. num. 2. par. 3. lib. 3. & hæc limitatio facilè probatur ex præcedenti: nam si remissoria nõ conceditur eo, quòd in alia sibi concessa potuit probare, idem dicendum est, quando potuit probare eo, quòd causa ibi fuerit cognita in priori instantia.

791 INFERO ex hac limitatione vna cũ Paul. de Castr. in d. l. de die. §. tutor. nu. 7. quem refert, & sequitur Affl. decis. 137. n. 4. & vt vtrumq; Grauat. in annot. ad Vestr. lib. 6. c. vlt. nu. 23. quòd si pars potuerit semel facere examinari testes in loco iudicij, & non fecerit eos examinari; & sic testes recesserunt, non potest petere remissoriam ad locum, vbi sunt, quod idem ex Ang. & Alex. refert, & sequitur Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 6. n. 18.

792 SVBLIMITA, vt non procedat quando cessaret suspitio calumniæ: quia tunc remissoria adhuc esset concedenda iuxta ea, quæ declaraui infra nu. 826. vers. retenta vltima. & nu. 827.

793 LIMITA X. vt remissoria non detur pro reprobatione testium propter suspitionem subornationis, & falsitatis, Caputaq. decis. 54. seu 5. nu. 1. par. 3. & Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. sub nu. 2. vers. quamobrem. hanc eandem limitationem firmant Glo. in constitutione. in pecuniarijs. in verbo. quo quidẽ casu. rub. in quibus casibus audientia testium committatur. lib. 2. Cauens. & Carauit. super rit. 146. n. 1. & Fran. Scagl. super ritu 276. n. 2. fol. mihi 229. & qđ hæc limitatio seruetur in omni Curia Regni etiã si testes essent senes, & valetudinarij iuxta allegatũ ritũ 146. testatur Gl. & Carau. vbi sup. & ratio scđm Carauit. vbi supra est; qa repulsa est odiosa.

794 EXTENDE istam limitationẽ, vt habeat locũ etiã si pars vellet reprobare testes corã eod. iudice, cui esset data remissoria ad examinãdos testes; qa is adhuc nõ posset examinare testes ad repulsam, nisi hoc sibi esset expressè cõmissum, & tũc solũ cõtra personas secundum vnã opin. vt latius deduxi infra cap. seq. q. 8. num. 869.

795 RESTRINGE eandem limitationem, vt non procedat; qñ remissoria tenderet ad refutationẽ testium, seu contra testes ita, vt ex illa reprobatione periret totum ius partis: quia tunc diceretur petita pro exceptione peremptoria, & consequenter esset concedenda Rot. decis. 6. alias. 218. licet pro instrumentis in fine. de probat. in nou. & Seuer. tract. de remiss. cap. 8. fol. 379.

796 EXEMPLIFICA istam restrictionẽ secundũ Vestr. in pract. lib. 6. c. vlt. sub nu. 2. vers. quamobrẽ. & Vergin. de Boccat. tract. de liter. remiss. c. 4. n. 40. qñ tenderet ad probandum testes exaduerso productos fuisse corruptos, vt falsum deponerent; & ratio est secundũ eum, quia huiusmodi exceptio contra testes, exquò litẽ perimeret, esset exceptio peremptoria, pro qua cõceditur remissoria ad tradita per Rot. vbi supra. per Fely. in cap. 1. num. 4. de appellat. & Seuerol. eod. tract. de remiss. c. 6. n. 11. & d. c. 8 n. 2. & facit textus in c. licet causam. de probat. vbi ad probandã testiũ corruptionẽ recipiuntur testes etiã post lapsum tempus assignatũ ad probandum, sed non recipiuntur, ad probandas alias exceptiones contra personas testium.

Contra istam exemplificationẽ facit: quia licet exceptio falsitatis sit peremptoria; & pro peremptoria detur remissoria; tamen potest militare suspitio subornationis, & potest cõsiderari odiũ, quia agitur de probanda falsitatẽ. cogita; sed non recedas ab exẽplificatione.

797 LIMITA XI. vt remissoria non concedatur post rẽ iudicatam: quia per rem iudicatam est impositus finis litibus, & probationes vlterius non sunt recipiendæ Caputaq. decis. 51. par. 3.

798 DECLARA istam limitationẽ, vt in laudo, seu arbitramento, lato ab eo, qui habebat facultatẽ laudandi, & arbitrãdi de iure, & de facto nõ possit ex rõne huius limitationis denegari remissoria, nisi sint lapsi 30. anni à die laudi: quo tpe, & non prius præscribitur reductioni ad arbitrium boni viri, & consequenter non antea potest dici res iudicata, seu lis finita respectu huius reductionis ad arbitrium boni viri.

799 LIMITA XII. vt remissoria denegetur, qñ materia non est releuans Caputaq. decis. 66. par. 3. & Rot. diuers. decis. 1147. nu. 3. par. 3. lib. 3. vbi testatur, hũc stylũ seruari in Rota. Seuer. tract. de remiss. c. 5. nu. 7. & 8. & hoc est clarũ: quia super materia non releuanti minus examinarentur in loco iudicij, exquò iudicarentur articuli impertinentes iuxta, ea quæ dixi cap. præc. num. 91. & seqq. & à fortiori denegabitur quando esset materia merè obiectiua, vt puta qa petatur ad probãdum exceptionẽ, quæ nõ sit de iure excipiẽtis, quãuis appareret peremptoria Seuerol. vbi supra cap. 8. num. 4.

800 LIMITA XIII. vt remissoria regulariter non detur nõ possidenti, nisi renũtiet sequestro, si habuerit pro se sententiam. Rot. diuers. decis. 919 par. 3. lib. 3.

801 LIMITA XIIII. vt remissoria non concedatur in iudicio summario, quod non requirit longã indagationem, sed admittit solũ probationes, quæ possunt fieri incontinenti Rot. diuers. decis. 1039. 1040. & 1041. par. 3. lib. 3. quæ loquitur in remedio adipiscendæ ex l. fin. C. de edict. diu. adr. toll. & Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 6. nu. 17. qui scribit non dari in causa meri possessorij, quia dicitur esse modici præiudicij, & quando agitur de leui præiudicio refert ex Natta. in clem. sæpe. de verb. signif. non concedi literas remissorias.

802 DECLARA istam limitationem, vt in casu, quo remissoria concederetur in eiusmodi causis, in quibus requiritur summaria probatio, concedatur sine retardatione expeditionis causæ, & non aliter Rot. diuers. decis. 1111. & 1115. par. 3. lib. 3.

803 LIMITA XV. vt possidenti beneficiũ remissoria nõ cõcedatur ad probandũ ius patronatus, quãuis promitteret stare vnicæ sententiæ, nisi ponat etiam beneficium in sequestro Rot. diuers. decis. 873. par. 3. lib. 3.

Nec aduersatur ead. Rot. diuers. decis. 1433. ead. par. & lib. 3. dum tradit, posse dari remissoriam ad probandum iuspatronatus aliquorum tanquam singularium; quia resp. quòd ibi erat probatum iuspatronatus aliquorum tanquam singulariũ; & ideo agebatur solũ de probando eosdẽ esse patronos tanquã vniuersos, &c.

804 LIMITA XVI. vt remissoria denegetur, qñ articuli sũt probãdi per instrumẽta, seu scripturas, prout legitur

& not.in cap.cupientes.& ibi.Glo.in verbo. alibi.de
elect.in 6.& tradunt Bellam.decis.9.commissio gratio-
sa.de rescrip.& decis.495. cõclusio quòd si monachus.
in fine.de excep.Rot.decis.10. alias 266.num.6. de off.
deleg.& decis.6.alias.218.de probat.in nou. decis. 46.
alias 699.de testi.in antiq.Hercul.de attent.cap.16.nu.
805 4.fol. 266.& Seuerol. de remiss. c. 9. & 10. † & est ra-
tio,quia instrumenta,& scripturæ, aliaque huiusmodi
monumenta possunt transportari, & litigans tenetur
cum eis comparere instructus,& paratus Rot. d.decis.
6.de probat.in nou.latius Seuerol.de remiss.d. cap.10.
& probatur in dicto cap. cupientes,& in c.1. de elect.
& in cap.1.de appell.eod.lib.6.

806 INFERO ex hac limitatione vna cum Seuer. tract.
de remiss.cap.9.num.3.duo notanda.

Primum notandum est, quòd remissoria ad proban-
dam appellationem ab interlocutoria nõ conceditur,
quia ab interlocutoria non potest appellari viua voce,
quod,inquit, habet locum etiam si fuerit appellatum à
diffinitiua post diem, quo prolata fuit.

807 Secundum notandum est, quòd remissoria concedi-
tur ad probandam appellationem à diffinitiua, si fue-
rit interposita eadem die,qua prolata fuit; quia potuit
appellari viua voce.

INFERO etiam vna cum Bellam.decis.495.con-
clusio quòd si monachus. de except. prælato, petenti
remissoriam ad probandum se non aliter intulisse iniu-
riam,nisi vti iudicem,non esse concedendam; quia re-
missoria non est danda propter processum,cum proces-
sus debeat scribi.

808 SVBINFERO ex ista decisione, prout alias consu-
lendo scribebam, non benè coram domino Auditore
terræ Iannazzani fuisse per dominum Consultorẽ vo-
tatum, quòd notario, inquisito, quòd scripserit aliter,
quàm testes deposuerint, concederetur remissoria
super articulo, quòd ipse examinauerat illos testes cũ
809 præsentia iudicis: † & mouebar contra istud votum,
quia inter cætera scribenda in processu sunt etiam de-
signandæ personæ,vt dicit textus in cap. quoniam con
tra. de probat. & loquendo de persona iudicum notat
ibidem Ant.de Butr.num.30.& secundum communem
stylum omnium curiarum, quando iudex interuenit
examini,initiatur examen. *Examinatus fuit coram do-
mino &c.* vnde id,quod debebat probari per scripturã,
non erat probandum depositione testis, & maximè il-
lius iudicis, cuius dictum reddebatur vanum ex plu-
ribus.

810 Primo,quia erat inimicus vnius ex illis testibus,cõ-
tra quos reuoluebatur processus falsitatis: & inimici
repelluntur cap.2.& seqq.3.q.5. cap. licet heli. in fine.
811 de simon.† & repelluntur etiam si ageretur de crimine
hæresis,vt scribunt Eymer.in direct.inquis. par.3.q.67.
✱ Gundiss.tract.de hæret. q. 13.num. 13.& communiter *
812 omnes in diuersis locis;† & odioso,vt ait Bal. in tit.de
pac.constan.in verbo.vassalli nostri.sub nu. 6. non cre-
ditur, quantumuis in infirmitate acceperit corpus
Christi.

813 Et inimicitia probabatur, quia ille testis dederat
multas petitiones in syndicatu illius iudicis,cõcernen
tes etiam crimen peculatus:& consequenter erat effe-
ctus illius inimicus capitalis,etiamsi crimen obiectum
non esset capitale Blanc.tract.de indit.& tort.nu. 115.
& 116.fol.267.& Mascar.tract.de probat.conclus. 898.
num.16.lib.2.qui alios allegant.

814 Secundo,quia in casu,de quo agebatur, deponendo
ille iudex, se fuisse præsentem, deponebat aliqualiter
ad sui exonerationem, fugiendamq; turpitudinem, &
consequenter non faciebat fidem. Abb. in cap. quoniã
contra.sub nu.29.ibi.dico etiam.de probat.& in c.cum
à nobis.nu.2.de testib. Campeg.tract. de testib.reg 60.
vers.quarto repellitur.fol.93.Mascar. tract. de probat.
✱ conclus.950. n.6.lib.2.& est opinio communis,* quam
refert,& sequitur Farin.in qq.crim.lib.2.q.60.limit.10.
num.147.

815 Tertio,quia si quãdoque iudicis testimonium est re-
cipiendum,illud est, quando nemini præiudicat, sicut
limitando scripserunt Fely.in d. c. cum à nobis.nu. 10.
in fine. vers. fallit sexto. de testib. Menoch. de arbitr.
iud.lib.1.q.73.nu.14.Mascar.tract.de probat. d. concl.
950.nu.11.lib.2.& Farin.d.q.60.nu.105. aut si præiudi-
cat, recipitur tunc solum quando super actu, de quo
testaretur, non fuisset facta scriptura, vt loquitur Rot.
decis.5.alias.89.de testib.in nou.aut probaretur amissio
scripturæ:quæ omnia cessabãt in casu subillationis: qa
depositio iudicis erat maximi præiudicij,& eramus in
casu, in quo erat facta scriptura, & ea apparebat: sed,
dum ego fui requisitus, vt scriberem pro defensione di
ctorum testium, literæ remissoriales iam diu fuerant
expeditæ.

816 RESTRINGE præfatam decimãsextam limitatio-
nem, vt non procedat quando aliqui ex articulis da-
tis essent probandi per testes,quia tunc daretur remis-
soria pro omnibus, & sic etiam pro his, qui venirent
probandi per scripturam.Rot.decis.17.alias.248.de te-
sti.in nou.& concordat decis. 46. alias 699. de testi. in
antiq. dum ait:secus si probari debet aliquo modo per
testes.Adde quæ latius scribit Seuerol.de remiss.d.cap.
10.num.3.

817 DECLARA eandem limitationem vt non habeat
locum respectu signi,& sigilli instrumẽti, quia si à par-
te negentur, & sint probanda, dabitur remissio, ex-
quò illa signa sunt probanda per testes, quos litigans
non potest,nec tenetur secum ducere.Rot. d. decis. 6.
de probat. in nou.Mil. in repert. in verbo.remissio ad
partes licet.& Seuerol.dicto cap.10.in fine.

818 LIMITA XVII. vt remissoria denegetur quan-
do esset petita ante tempus, videlicet ante cõtestatio-
nem litis:quo casu Auditores Sacri Palatij eam nõ cõ-
cedunt,etiamsi peteretur ad examinandos testes vale-
tudinarios, seu ex loco originis ad remotas regiones
recessuros Rot.decis.37.alias.367.nota quod posito.de
testi.in antiq.Hercul.de attent.cap.16.nu.7.fol.268.&
Vergin.de Boccat.tract.de liter. remiss. cap.3.nu.2.&
Vestr.in prax.lib.6.cap. vlt.nu.6.qui propterea notat,
non satis esse,quòd remissoria sit de natura causæ con
cedenda,sed requiri etiam,quòd sit petita in tempore.
& ratio est in isto casu, quia expiraret iurisdictio Au-
ditorum. & quòd iudices non concedant remissoriam
ante litis contestationem, quia expiraret iurisdictio;
quæ ante contestationem litis non dicitur firmata,tra-
dit Seuer.de remiss.cap.13.nu.1.Collector tamen de-
cisionum d.decis.37. & Vestr.vbi supra sentiũt melius
fore,vt expiraret iurisdictio, quàm bonum ius partis.

819 LIMITA XVIII. similiter,quando peteretur post
tempus,vt puta postquàm esset ritè, & rectè seruatus
terminus ad articulandum:debet enim peti ante termi
num ad articulandum Cassad.decis.2.nu.3.de dilat.Se-
uer.tract.de remiss.cap.14.num.1.& Vestr.in prax.lib.
6.cap.vlt.sub num. 6. dicens,quòd à lapsu huius termi
ni quis non excusaretur; quia potuit præuidere ante-
quã terminus seruaretur,an sibi posset esse necessaria
remissoria; & ad omnem bonam cautelam illam ex-
abundãti petere, sicut, inquit,consueuerunt causarum
patroni, dum articulos dictant,& in eorum principio
petunt illos admitti, addere hæc verba. *in Rom. Cu-
ria,vel extra* iuxta formulam, quam retuli supra
cap. præcedenti. sub num. 56. & hæc additio inquit
Vestr.excusaret litigatorẽ ab hac mora:subdit postea,
quòd hodie raro, vel nunquam noceret ista mora, ex
quò inoleuit abusus,quòd terminos nõ sua die, sed an-
te,& nulliter seruamus,& vbi terminus est nulliter ser
uatus,est,ac si non esset seruatus, & consequenter ad-
huc posset peti remissoria, & ideo diximus, petendam
esse antequàm sit ritè,& rectè seruatus: & sic loquun-
tur Cassad. & Vestr.in locis allegatis.

Verum adhuc litigans hodie nõ esset tutus propter
reiteratoriam, qua omnis mala terminorum seruatio
sanaretur iuxta ea, quæ dixi supra cap. 3. num.265. &
consequenter forsan non prodest hæc defensio: quare
caueat omnino, vt petat eam antequàm sit seruatus
terminus ad articulandum.

820 LIMITA XIX.vt non cõcedatur quando peteretur
postquàm tantum tempus instantiæ effluxisset, quòd;
si concederetur tempus,quod ad illius expeditionem
desideratur; excederet tempora, præfixa expeditioni
causę,sicut ex Rom.cons.226.num.2.refert,& sequitur
Seuerol.de remiss.cap.14. nu.2.

821 LIMITA XX. quando remissoria fuit per rescri-
ptum

ptum conceſſa vtrique parti,& ab vna earũ fuit reſcriptum impugnatum; quia eidem poſtea petenti non conceditur Faſtol. in decif. cauſ. 9. dub. 28. & Seuer. tract. de remiſſ.cap.6.fol.379.

LIMITA XXI. quando teſtes eſſent ſuſpecti de ſubornatione quia tunc non concederetur remiſſoria Vergin.de Boccat. tract.de liter.remiſſ.cap. 3.num. 33. & maximè ſi cauſa ſit magna,& ardua vt loquitur idem in cap.2.num.14.

822 LIMITA vltimo,ſeu potius declara vt relinquatur arbitrio iudicis quo caſu remiſſoria non ſit concedenda: quia in eius arbitrio eſt poſitum, quando debeat concedi & quando non, vt ſcribunt Arch. in cap. præſentium.in verbo.productos.ſub num. 6. & Io. Andr. num.9.de teſtib.in 6.dum ſcribunt, quòd commiſſio, quæ fit de vna ciuitate in aliam committitur iudicis arbitrio.Paul.de Caſtr.in l.iudices.ſub num. 1. C. de fid. inſtr.dicens, quòd totum relinquitur arbitrio iudicis, qui pōt vel ad ſe vocare, vel cõmittere iudici, vbi ſunt teſtes Barb.in addit. ad Bal.in l iudices.in prima additione. & in principio. C. de fid.inſtr. & Seuer. tract.de remiſſ. c. 17. in fine. & c. 19.nu.3.& cap. 18.in fine. vbi teſtatur de communi, *de qua etiam videtur teſtari Mandoſ.tract.de commiſſ.commiſ.19.pro remiſſoria. in verbo.remiſſoriam.dum citat omnes in auth. apud eloquentiſſimum.& ideo ſolet Signatura reſcribere vt Auditor arbitrio ſuo remiſſoriam concedat, vt dixi infra num.

823 DECLARA iſtam limitationem vt ſit vera in arbitrio regulato,quia cũ eo iudex poteſt cōcedere,& negare; ſecus in arbitrio effrænato & irregulato: quare iudex debet inſpicere, an cauſa ſit magna, & propterea militet ſuſpitio contra teſtes,quo caſu non debet remiſſoriam concedere, ſed debet ad ſe vocare teſtes quamuis cauſa ſit ciuilis, vt ſcribit Arch. vbi ſupra.& item debet conſiderare, an petatur calumnioſè, vel non: quia ſi non petatur calumnioſè debet illam regulariter concedere;ſecus ſi petatur calumnioſè Caſſad. decif.3. num. 1.& 2. de dilat. & Pontan. tract. de ſpol. lib.2.num.100.fol.285.& hoc idem,loquendo de dilatione,ſcribit Menoch.tract.de recuper.poſſ.remed. 15. num.330. iunctis his, quæ proponit num. 323. & faciunt quæ dixi ſupra c.3.q.5.n.145. & 149.& quòd remiſſoria non ſit concedenda,quando conſtat de calumnia petentis,ſcribunt Mil.in repert.in verbo. remiſſio non eſt danda. Rom conſ. 273 clarum eſt.num. 3.Fely. in cap.de cætero.num.12.verſ.intulit.de ſent.& re iud. Veſtr.in pract.lib.6.cap.vlt.ſub num. 2.verſ.quòd ſi natura.& Alex.Striat.in pract.iudic.cap.6.num. 19. & loquendo generaliter de remiſſoria, eã denegari non ſolere, quando non eſt calumnioſa, ſcribunt Veſtr. in pract.lib.6.cap.vlt.ſub num.4.verſ.& generaliter.Caputaq. decif. 59. num. 1. par. 3. & Seuer. tract. de remiſſ.cap.5.num.1.& ſeq. & facit quod dixi ſupra num. 789.& 792.

824 EXTENDE iſtam declarationem, vt in tantum ſit vera, quòd ſi iudex, vtendo effrænato, ac irregulato arbitrio, denegauerit, cum deberet concedere, detur remedium appellationis, ſeu reſtitutionis in integrum aduerſus non conceſſam remiſſoriam, vt ſcribit Seuer.tract.de remiſſ.cap.18.in fine.fol.380.

825 RESTRINGE eandem declarationẽ & extenſionẽ, vt nō procedat in caſu, quo iudex cōceſſit,cũ eam deberet denegare;quia iſto caſu habet liberũ arbitriũ,& ideo teneret conceſſio, nec aduerſarius appellans ab iſta conceſſione audiretur,teſte Seuer. tract. de commiſſ.cap.22.num.1.& 2.fol.381.qui teſtatur, ſic obſeruatum eſſe Romæ in cauſis ciuilibus,exemplificatque iſtam reſtrictionem in eo,qui remiſſoriam obtinet eò, quòd teſtes examinandi ſunt ægroti, & aduerſarius appellat,volens probare,teſtes non eſſe ægrotos:& ratio huius reſtrictionis eſt:quia iſta conceſſio iudicatur par ui præiudicij.

826 RETENTA vltima limitatione, poſita ſupra num. 822.& retenta etiam declaratione illius, poſita ſupra num.823. quòd relinquatur arbitrio iudicis, quando remiſſoria ſit concedenda, & quando non; dummodo arbitriũ reguletur cum iſta regula,vt, ceſſante calumnia,concedatur iuxta ea,quæ ſcripſi d.declaratione num.823.

EXTENDE eandem limitationem in eo, quod diximus concedendam eſſe, ſi ceſſet calumnia,vt procedat etiam ſi eſſemus in caſu, in quo remiſſoria ſoleret denegari,vt puta in caſu,quo ſemel fuiſſet conceſſa, vel alias cauſa fuiſſet tractata in partibus, quia adhuc iſtis, & alijs caſibus, ſi ſummoueretur calumniæ ſuſpitio, remiſſoria concederetur iuxta ea, quæ ſcribunt Seuerol.tract.de remiſſ. cap. 6. fol. 379. & apertius Veſtr. in pract.lib.6. cap. vlt.ſub num.3. ibi. quapropter. & ratio huius extenſionis eſt: quia in iis caſibus ſolet denegari propter præſumptam calumniam: meritò ſuppoſitis terminis huius extenſionis;quòd ceſſet præſumpta calumnia; erit concedenda.

827 DECLARA iſtam extenſionem,vt tunc dicatur ceſſare,ſeu ſummoueri calumnia in relatis caſibus huius extenſionis, quando quis probaret, ſe remiſſoria vti non potuiſſe ob aliquod iuſtum impedimentum, vel quia fuerit impeditus facto aduerſarij, ſeu culpa, & negligentia iudicis, vel quia teſtes aliquo metu noluerint teſtimonium perhibere: item ſi priores depoſitiones fuiſſent nulliter receptæ:quia ſatis foret ad indicandum, quòd remiſſoria non petitur calumnioſè, teſtibus Seuerol. & Veſtr. in locis citatis ſupra.

INFERO ex hac extẽſione declarationem ſeu ſublimitationem ad octauam & nonam limitationem, quas poſui ſupra num. 781. & 790. vt non procedant in caſu huius extenſionis & declarationis.

828 RETENTA eadem declaratione,poſita ſupra num. 823. in eo,quod diximus, iudicem debere concedere literas remiſſoriales,ſi ceſſet calumnia,& debere negare, ſi non ceſſet.

SVBDECLARA eam, vt in dubio non præſumatur calumnia: quare ſi concurrerent æquales præſumptiones & ſuſpitiones pro calumnia, & pro non calumnia,attenderentur potius præſumptiones, excludentes calumniam, quàm includentes eam.& conſequenter concludo, in dubio remiſſoriam eſſe concedendam, & alleganti contrarium incumbere onus probandi;imò propter præſumptam calumniam non debet quis facile repelli à probando. Io. Monach. in cap. filij vel hæredes.de hæret. in 6. & Bellam. concl. 624.ſi habui ſemel.in fine.

Ratio huius ſubdeclarationis eſt: quia calumnia ſapit delictum,ſeu eſt quoadmodo affinis delicto,& delictum in dubio non præſumitur. & hæc de primo caſu, quando teſtes ſunt intra iuriſdictionem iudicis.

Literæ remiſſoriales conceduntur pro examinandis teſtibus,qui ſunt extra iuriſdictionem iudicis.

CASVS II.

829 Sumendo nunc ſecundum caſum diſtinctionis, allatæ ſupra num.725.quando teſtes ſunt extra iuriſdictionem iudicis;facio in eo concluſionem generalem, quòd in omnibus caſibus, in quibus conceditur remiſſoria pro examinandis teſtibus, manentibus intra iuriſdictionem iudicis,à fortiori conceditur pro examinãdis teſtibus, manẽtibus extra iuriſdictionem iudicis:& hæc eſt cōcluſio, quæ nō patitur difficultatẽ qa, ſi teſtes non ſunt de iuriſdictione iudicis, ceſſat aliud remedium:non enim poſſunt cogi,vt veniant iuxta ea, quæ dixi c.ſeq.limit. 4.nu. 617.& conſequenter ex hoc ipſo ceſſat magis ſuſpitio calumniæ,qua ceſſante, iam firmaui ſupra ſub num. 826. remiſſoriam eſſe concedendam.

830 Dubium remanet;an in caſu, quo remiſſoria negatur pro receptione teſtium habitantium intra iuriſdictionem iudicis, debeat concedi, ſi habitent extra iuriſdictionem iudicis.

Reſp. quòd ſic, niſi vrgeat aliqua præſumptio calumniæ per ea, quæ dixi cap. ſeq. limit. 4. num. 617. quia vt ibidem dixi num. 624. relinquitur arbitrio iudicis.

QVAESTIO I.

Proponuntur & ſoluuntur plures difficultates circa proceſſum remiſſorialium.

831 Nunc, abſoluto vtroque caſu, pro abſoluta intelligentia huius materiæ literarum remiſſorialium; quæro de pluribus.

QVAERO qui iudices poſſint concedere literas remiſſoriales.

Reſp. quòd poſſunt omnes iudices, qui habent cauſæ cognitionem, ſiue ſint ordinarij, ſiue delegati, ſiuè arbitri electi ex forma ſtatuti, ſiue de mera voluntate partium Seuerol. tract. de remiſſ. cap. 3. nu. 1. & ſeqq & hæc eſt concluſio, quæ tranſit ſine controuerſia.

832 RESTRINGE iſtam concluſionem vt non procedat in Auditoribus Rotæ: quia iſti, vt ſcribit Seuerol. vbi ſupra num. 4. ſiue quia eorum iuriſdictio ſit anguſta, & tenuis, ſiue ob quandam Cancellariæ regulam 69. iuxta ordinem antiquum, qua remiſſionum huiuſmodi expeditio prohibetur, niſi ſigno plumbeo Pontificis ſignatæ ſint, abſtinent à remiſſionibus, præter quã ſi vtriuſquè partis conſenſus accederet, vt etiam tradit Rot. deciſ. 1. alias 10. num. 4. de fid. inſtr. in nou. &, quòd remiſſio ad probandum in partibus concedatur ſolum ſub bulla, & per expedtionem papalem, niſi ſit conceſſum in commiſſione, quòd decernatur ſub ſigillo Auditoris; teſtatur Rot. deciſ. 28. alias 738. de iud. in antiqu. quas deciſiones adhoc propoſitum citat etiam Vergin. de Boccat tract. de liter. remiſſ. cap. 1. ſub num. 1. 2. & 4. & quòd de conſenſu partium Auditor poſſit dare remiſſionem ſub ſigillo ſuo, teſtantur Egid. conclu. 656 auditor palatij Addition. ad Rot. deciſ. 8. alias 258. ſub nu 4. de offic. deleg. in nou. & Vergin de Boccat. d. cap. 1 in fine num. 4. hancquè Auditorum Rotæ abſtinentiam à conceſſione remiſſorialium teſtatus idem Seuerol. d cap. 3. num. 4. in fine. obſeruatam fuiſſe etiam poſt bullam Innocentij VIII. concedentem Auditoribus Rotæ facultatem concedendi literas remiſſoriales. & quòd Auditores Rotæ in curia romana non dent literas remiſſorias ſine ſpeciali commiſſione Papæ, ſcribit Pauin. de offic. & poteſt. cap. ſede vac. q. 10. 1. par. princ. ſub num. 10. fol. 420.

833 EXTENDE iſtam reſtrictionem vt habeat locum in cæteris iudicibus delegatis Papæ hic in Vrbe: quia ipſi quoquè ita ſeruant, vt teſtatur idem Seuerol. d. cap. 3. num. 5. & latius proſequitur cap. 23. num. 2.

834 Ratio prædictæ regulæ, & obſeruantiæ illius fuit meo iudicio: quia iudex literarum remiſſorialium expeditarum ſigno plumbeo Pontificis dicitur delegatus Pontificis, & propterea poteſt citra controuerſiam ſubdelegare examen; vt dixi infra cap. ſeq. num. 690. ſed delegatus ab Auditore Rotæ, quia eſt ſubdelegatus delegati, non poſſet examen, alteri ſubdelegare iuxta ea, quæ dixi infra d. cap. ſeq. de teſtium productione &c. extenſione. 4. num. 685. vnde ſi eueniret, vt, iſte ſubdelegatus in partibus morbo, aut alio impedimento impediretur, non poſſet examen alteri committere, exquò eſt delegatus delegati: & ideo pars cogeretur denuo impetrare alium iudicem remiſſorialium.

835 SVBRESTRINGE I. iſtam reſtrictionem quantum ad illam regulam Cancellariæ, vt non ſit vera: quia illa regula iam diu videtur receſſiſſe ab vſu; quare Gomeſ. in regul. cancell. reg. de non iudic. iuxta form. ſupplic. q. 6. ſub num. 2. ibi quarta regula. inquit, quòd illa regula deberet deleri, quia propter continuas derogationes, quas ſola commiſſione facit Vicecancellarius, non eſt alicuius momenti. & quia nõ conuenit, vt pro tàm modica re requiratur expeditio literarum: vnde teſtatur, ſe nunquam vidiſſe mitti literas plumbatas, quamuis longo tempore fuerit in Rota. & quòd Vicecancellarius deroget illi regulæ, patet ex his, quæ tradit Rot. deciſ. 39. alias 776. de teſtib. in antiqu. &, quòd illa conſtitutio de remiſſionibus ſub plumbo expediendis ſit antiquata, teſtatur idem Seuerol. eod. cap. 23. nu. 6. dicens, quod Paulus III. hæc omnia ſuſtulit. &, quòd hodie Auditores Rotæ in vim ſupradictæ bullæ Innocentianæ in illis verbis: *remiſſorias propterea ad partes in cauſis coram eis nunc, & pro tempore pendentibus in quauis inſtantia nouamuè dilationem ſi petatur de aliorum Auditorum conſilio concedere:* poſſint abſquè alia commiſſione decernere literas remiſſoriales, & in dies decernant, teſtatur Mandoſ. de commiſſ. commiſſ. 19. pro remiſſoria. in principio, & quòd iſta bulla prouiſum ſit, ne requiratur expeditio ſub plumbo Papæ, cum ſine iſta bulla requireretur, ſcribit Addition. ad Rot. d. deciſ. 8. alias 258. ſub nu. 4. de off. deleg. in nou.

836 Ratio huius ſubreſtrictionis cur præfata regula fuerit antiquata vltra eam, quam ſupra nu. 835. retuli ex Gomeſ. potuit eſſe meo iudicio, quia, interueniente remiſſoria ſub ſigno plumbeo Põtificis; iuriſdictio Auditoris, ſeu alterius iudicis omnino ceſſaret: quia per interuentum Pontificis in cauſa ceſſat aliorum iudicum iuriſdictio in tantum, vt quamuis iudex remiſſoriæ remiſerit poſtea literas remiſſoriales expeditas; Auditor tamen non recuperaret amiſſam iuriſdictionem, ſed opus eſſet nouo Pontificis reſcripto, vt teſtantur Mil. in repert. in verbo remiſſio poſtquam eſt data. & Seuerol. tract de remiſſ. cap. 23. num. 3. 4. & 5. ſicquè dabatur litigatoribus diſpendioſus circuitus. ſed quando Auditor ſignat ſuo ſigillo remanet iudex, vt teſtatur idem Seuerol. eod. cap. 23. num. 5. in fine. & quòd iuriſdictio Auditoris ceſſaret poſtquàm Papa apponebat manus in cauſa, aduertit etiam Verg. de Boccat. tract. de liter. remiſſor. cap. 1. ſub. nu. 1.

837 RETENTA hac ſubreſtrictione, dum diximus Auditores Rotæ poſſe in vim bullæ Innocentij remiſſorias de aliorum Auditorum conſenſu concedere.

ADVERTE quòd in praxi ad tollendum iſtum laborem habendi commune votum Rotæ ſolemus pro faciliori expeditione dare commiſſionẽ in ſignatura, eaquè ſolet reſcribere, vt Auditor arbitrio ſuo remiſſoriam concedat, quaſi de dilatione tractetur, quæ eſt arbitraria, ſicut hæc refert Veſtr. in pract. lib. 6. cap. vlt. in principio, huiusquè commiſſionis formulam ponit Mandos. tract. de commiſſ., commiſſ. 19. pro remiſſoria.

SVBRESTRINGE II. eandem reſtrictionem, vt non procedat, quando in remiſſoria accederet conſenſus vtriuſquè partis: quia tunc Auditor Rotæ poſſet hodie, & poterat etiam olim eam concedere ſub ſuo ſigillo ſine alia cõmiſſione Papæ, & ſine conſenſu aliorum Auditorum, & circumducta etiam bulla Innocentij VIII. iuxta ea, quæ ex Egid. Addition. ad Rot. & Verg. Boccat. retuli ſupra ſub nu. 832.

SVBRESTRINGE III. eandem reſtrictionem præſertim quantũ ad illam regulam de expediendis literis ſub plumbo, vt nec hodie, nequè antea procederet, quando Papa per ſpeciale reſcriptum committebat Auditori, vt remiſſoriam concederet iuxta ea, quæ ex Rot. & Verg. de Boccat. retuli ſupra ſub d. nu. 832.

ADVERTE vlt. quòd Auditor, concedens literas remiſſoriales, ſemper illas concedit ſub ſuo ſigillo, ſiue concedat eas per commiſſionem Papæ, ſiue de communi voto Rotæ, ſiue de conſenſu partium, vt patet ex his, quæ retuli ſupra ſub num. 832. & ex his, quæ ſcribit Vergin. de Boccat. tract. de liter. remiſſ. cap. 1. num. 2. 3. & 4.

QVAESTIO II.

838 QVAERO, qui ſint eligendi iudices literarum remiſſorialium.

Reſp. cum duplici diſtinctione.

PRIMA diſtinctio eſt.

Aut eliguntur à Sede apoſtolica, ſeu ab eius delegatis: & tunc vide quæ ſcripſi de literis compulſorialibus infra cap. 13. q. 6. nu. 856.

839 Aut eliguntur ab alijs, quàm à Sede apoſtolica, ſeu eius delegatis: & iſto caſu concludo, quòd poſſunt eligi etiam laici, alijquè non conſtituti in dignitate. & hæc eſt prima diſtinctio.

840 SECVNDA diſtinctio eſt.

Aut examen venit recipiendum in loco,in quo com
mittens non habet iuriſdictionem:& iſto caſu conclu-
do, quòd debet eligi is, qui habet merum,& mixtum
imperium, ſeu iuriſdictionem, vt tradunt Gloſ.Bar.
Bal.Fely.& alij, quos retuli ſupra nu.47.verſ.ſecun-
do quia.& num. 54. verſ. nequè obſtat.vbi reddidi ra-
tionem.

841 FALLIT hæc concluſio, quando iudex committe-
ret alicui priuato de conſenſu partiũ, quia poteſt com
mittere,vt ſcribũt Bar. in auth.apud.eloquentiſſimum.
C.de fid.inſtr.Alex.conſ.213.viſo & opportune. num.
5. lib. 2. & Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 6.
num. 5.

842 RESTRINGE hanc fallentiam, vt procedat ſolum
in cauſis ciuilibus, ſecus in criminalibus:item proce-
dit ſolum in ordinario,ſecus in delegato iuxta ea, quæ
dixi infra cap.ſeq num.677. & 678.

843 Aut examen venit recipiendum in loco, in quo com
mittens habet iuriſdictionem:& cõcludo, quòd poteſt
committere etiam priuato,vt dixi ſupra d.nu. 54.verſ.
nequè obſtat.

QVAESTIO III.

844 QVAERO an procuratori,non habenti manda-
tum, concedatur remiſſoria.

Reſpondeo, conſiderando duos caſus.

Primus caſus eſt,qñ aduerſarius tacet: & in iſto con
cludo,concedi cum cautione,dominum rem ratam ha
biturum, vt teſtatur Seuerol.infra citatus; & eſt de
mente Rotæ deciſ.vlt.alias.731.de teſtib.in antiq.dum
vltimo loco refert,alios dominos tenuiſſe, quòd ille,
qui petit prædicta,caueat de rato,& ſub certis pænis,
quòd habebit mandatum infra certum tempus,ſeu pro
curatorium, prout declarando hanc deciſionem arbi-
tratur etiam Hercul.tract.de attent.cap. 16. ſub num.
4.& ſcribit Veſtr.in prax.lib.6.cap.vlt.ſub num.1.verſ.
at vbi.

845 Secundus caſus eſt, quãdo aduerſarius contradicit:
& in iſto concludo non concedi;quam tamen conclu-
ſionem reſtringo 1. vt non procedat ſi is, qui re-
miſſoriam petit,eſſet propinquus, vel alius, qui etiam
ſine mandato in cauſis pecuniarijs pro alio poſſet in
iudicio petere,aut reſpõdere,quia iſtis adhuc cõcede-
retur,dũmodo ſatiſdaret de rato,ſecus ſi cauſa eſſet de
illis,in quibus requiritur mandatum ſpeciale Seuerol.
tract.de remiſſ.cap.12.fol.380. & faciunt,quæ genera-
liter dixi lib. præced. cap. 101. num. 48. & ſeqq. re-
ſtringo 2.vt non procedat quando dubitaretur de man
dato Seuer.eod.cap.12.in fine.& in terminis huius re-
ſtrictionis intelligo Vergin. de Boccat. tract. de liter.
remiſſ cap 3.num.5.dum ſcribit, quòd remiſſoria non
conceditur procuratori, non habenti mandatum,quã-
uis ſatiſdaret de rato, ſi aliquo modo non conſtet de
mandato: quaſi dicat, quòd ſi aliquo modo conſtaret
de mandato, ſed de eo dubitaretur, conceditur re-
miſſoria.

Nequè hæc ſententia Virginij de Boccat. aduerſa-
tur primæ reſtrictioni, in qua diximus non habenti
mandatum dari remiſſoriam cum ſatiſdatione de
rato.

Quia reſp.quòd illa reſtrictio loquitur in perſonis,
quæ admittuntur ſine mandato cum ſatiſdatione de ra
to,& dictum Vergin.procedit in perſonis,quę non ad-
mittuntur ſine mandato, & ideo ſi in eis non conſtet
aliquo modo de mandato,non conceditur remiſſoria
etiam cum ſatiſdatione.

QVAESTIO IIII.

846 QVAERO quid agendum antequàm concedan-
tur literę remiſſionales ad tollendam ſuſpitionem
calumniæ.

Reſp.debet is, qui eas petit,iurare, ſe in loco iudi-
cij probare non poſſe, & ibi poſſe Seuer. tract. de re-
miſſ. cap. 5. num. 3. & faciunt quæ dixi ſupra cap. 3.
q.4.nu.136.& 141.& ad huiuſmodi iuramenti intelli-
gentiam conferunt quæ dixi ſupra cap. 1.q.2. num.40.
& 41.

847 RESTRINGE iſtam reſponſionem, vt non
procedat,quando rimiſſoria decerneretur de conſen-
ſu vtriuſquè partis; quia tunc ceſſat ſuſpitio calum-
niæ & conſequenter poteſt decerni, nulla præuia cau-
ſæ cognitione Seuerol. vbi ſupra cap. 21. num. 1.
fol.381.

QVAESTIO V.

848 QVAERO an literæ remiſſoriales ſint neceſſa-
riò petendæ in ſcriptis.

Reſpon ſatis etiam eſſe, ſi petantur verbo Seuerol.
tract.de remiſſ.cap.14.nu.3.

QVAESTIO VI.

849 QVAERO cuius expenſis mittatur portior, &
fiat iſte proceſſus literarum remiſſorialium.

Reſp.quoad portitorem mitti expenſis petentis re-
miſſoriam, vt tradit Rot.deciſ.34.alias 48.de teſtib.in
antiq.vbi deciditur,quòd reus non tenetur ad aliquid
pro expenſis Curſoris, quamuis interſerat interroga-
toria in rotulo articulorum actoris, mittendorum ad
iudicem remiſſorialium, poſito quòd actor tantundem
eſſet expenſurus ſine interrogatorijs, quod ſequuntur
Hercul. tract.de attent.cap.16.num.8.fol 266.& Seue-
850 rol tract.de remiſſ.cap.29.num. 2.† & facit, quod tra-
dit Abb.in prax.rub. forma literarum &c.num.4. fol.
mihi 68.dicens, quòd teſtis productus debet venire
expenſis producentis, & partem aliam pro eo, quia
dat interrogatoria, non teneri ad illas contribuere,
quod etiam benè declarauit Addit.ad Spec.tit.de teſte.
§.qualiter autem ſub num.12. in litera. c.dicens, quòd
licet teſtis iuret dicere veritatem pro vtraquè parte,
& licet is, contra quem teſtes producuntur,det inter-
rogatoria, tamen,inquit,is non tenetur contribuere
851 ad expenſas.† & ratio generalis eſt, quia cuius gra-
tia, & commodo celebratur actus, is tenetur ad ex-
penſas illius actus l.ſed & ſi.§.1 & ibi Bar. ff.ad exhib.
rurſus Bar. in l.ſi poſtulauerit.nu.2.ff.ad l.iul.de adult.
vbi decidit,expenſas pro conſilio ſapientis ſoluendas
eſſe ab eo, qui illud petit, quod firmat etiam Paç.
Scal.de conſ. ſapien.lib.3. cap. 11. & ſequitur etiam
Hier. Garz. de laud.mer.iur.par. 3.q.6.fol.329.ſed hoc
852 limita, vt per eoſdem. † & quòd petens aliquid fieri
teneatur expenſas erogare, tradunt Iaſ.& alij Moder-
niores in l.prętor ait. §. is etiam. num. 15. ff. de eden.
Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.3.caſu.228.num.5. &
ſeq.vbi ad hoc comprobandum adducit multos caſus.

EXTENDE hoc,quod diximus de portiore,mitten
do expenſis petentis literas remiſſoriales, vt habeat
locum etiam in portitore, reportante examen, quia
remittitur etiam expenſis eius, qui obtinuit remiſſo-
riam, vt ſcribit Vergin.de Boccat.tract.de liter.remiſ.
cap.6.nu.15.

853 RESTRINGE vt non procedat quoad expenſas ſa-
larij,& mercedis pro notario ſcribente examen,& re-
ſponſiones, ſeu interprete, & iudice,quia ſecundum
ea, quæ ſcribit Rot.adducta ſupra num. 849. videtur
dicendum, quòd vterquè teneatur contribuere expen-
ſas pro rata, quia actor non tantum expenderet ſine
interrogatorijs, quantum expenderet cum interroga-
torijs, & ita ſcripſit Pauin.de offic. & poteſt. cap.ſed.
vacan.q. 10. 1. par. princ. num. 11. fol.mihi 420.mo-
tus ex pluribus deciſionibus Rotæ, quas citat, & ſen-
tire videtur Seuerol.tract.de remiſſ.cap.29. num.2. &
pro iſta opinione facit, quod refert,& ſequitur Luc.
Pæt. in pract. capitol. lib.2.cap.5.num.27.dicens,quòd
ſi pars, contra quam teſtes producuntur, velit etiam
ipſa illos examinari facere,debet contribuere pro ra-
ta expenſarum.

854 Contrariam ſententiam; quòd adhuc teneatur ſo-
lum actor; videtur tenuiſſe Hercul. tract. de attent.

cap.16.

cap.16.nu.8.dicens, quòd decisionem Rotæ extenderet ad expensas pro iudice examinante, nisi consuetudo vigeret in contrarium.tu obserua stylum,&,eo deficiente,non recedas à priori opinione.

QVAESTIO VII.

855 QVAERO, an pars sit citanda ad videndum decerni literas remissoriales.

Respond.non esse necessarium,si fuerit citata, prout citari solet hic in Curia ad videndum admitti articulos ad probandum in curia, & extra, Rot. decis. 1. alias.10. sub num. 3. de fid. instr. in nou. subdens hoc amplius num. 4.quòd; facta articulorum admissione; Pontifex, & non Auditor concedit remissionem, etiã quòd remissio aliter decreta non sit,hancquè decisionem refert etiam Vergin. de Boccat. tract. de liter.remissor.cap.2.num.1. in fine.& ratio est; quia ista admissio articulorũ habet vim remissionis,vt dicit Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 5. versus finem. vnde, cum pars fuerit citata ad videndum admitti articulos, ad probandum in curia & extra, dicetur sufficienter citata ad videndum concedi remissoriam:& facit pro ista ratione, quod scripsi infra cap.11. num. 843. vers.
856 comprobatur.✝ sed si non fuerit citata ad videndum admitti, esset necessariò citanda tàm in concessione, quàm in prorogatione remissoriæ, vt scribit Vestr. d. cap.vlt. num. 5.
857 De stylo tamen & vsu hodierno, de quo testantur Seuerol.tract.de remiss.cap.21.num.3.& Vergin. de Boccat. d.cap.2.num.2.obseruatur indistinctè, vt partes citentur ad videndum remissionem decerni, & ad conueniendum de iudice remissionis, de loco, de tempore executionis illius, videndumquè illam claudi, & subsignari, ac viatori negotium dari, eiquè instrumentum remissionis iudici portandum tradi, prout & hanc eandem praxim citandi vberius refert Luc. Pæt. in pract. capitol. lib.2.cap.6. num. 4. quem videto, quia addit. *& ad dandum interrogatoria &c.* & postea num. 6.scribit, denuo reum citandum esse ad videndum includi articulos &c. & his literis decretis,sub qua forma iudici remissionis scribatur, vide Seuerol. tract. de remiss. c.23. & Luc.Pæt.d.cap.6. num. 10. & quæ nos scripsimus infra cap. seq. q.3.nu. 726. & seqq. ad eum.

QVAESTIO VIII.

858 QVAERO quomodo procedatur coram iudice remissionis.

Resp.Iudex, recepto instrumento remissionis, deputabit tabellionem ad scribendum ea, quæ coram se in negotio remissionis geri continget: deputabit etiã mandatarium,seu nuntium ad citandum partes in iudicio,ac,petente eo, qui negotium remissionis expediri desiderat, partem aduersam coram se citabit ad dicendum contra instrumentum remissionis; & exprimendam causam, si quam habet, quare ad eius prosequutionem procedi non debeat ad certam diem, qua adueniente, si pars citata nihil dixerit, quod releuet, iudex ad cætera peragenda procedet, quòd si pars citata opposuerit, non esse procedendum in causa, nisi facta recognitione signorum, quæ de instrumento remissionis pendere apparent: tunc, si signa parum nota fuerint,iudex audiet eam, nec vlterius procedet, nisi facta sit recognitio per testes:si verò nota fuerint,tunc exceptio opposita nõ impediet processum ad vlteriora, prout hæc omnia latius habes apud Seuerol.tract. de remiss.cap.31.qui ibidem num.6.tangit,& resoluit, an testes absentes à loco,vbi recipiendi sunt, sufficiat citari per edictum &c. & an, & quomodo pars sit citanda coram iudice remissionis,vide practicam,quam per extensum docet Luc. Pæt. in pract. capitol. lib.2. cap.6.num.7.& seqq.vbi similiter tradit modum procedendi coram iudice remissionis,sed aliquantulum diuersum in circumstantijs à Seuerolo.

QVAESTIO IX.

859 QVAERO an literas remissoriales retardent processum ita, vt,pendente earum dilatione, non possit iudex,qui eas concessit,ad vlteriora procedere.

860 Resp.quòd retardant processum; ✝ quia, pendente dilatione,officium iudicis conquiescit. l. siue pars. C. de dilat. Pauin.de off.& potest.cap.sed. vacan. par. 1. princ.q.10.sub num.10.vers. & aduerte. fol.420.& Seuerol.tract.de remiss.cap.27.fol.381.& hæc est communis * sententia,quæ comprobatur ex eo,quòd compulsoria specialis retardat processum, vt dixi infra c. 11. num. 839. vers. ratio potest. & compulsoria specialis habet magnam conformitatem cum remissoria, vt dixi eod.cap.11.nu.851.& 852.

861 DECLARA istam communem sententiam, vt retardet processum saltem quoad decisionem causæ, prout loquitur Seuer. vbi supra & confirmatur ex eo, quia sic retardat compulsoria specialis secundũ Vestr. quem retuli,& sequutus sum infra d.cap.11. num.839. vers.ratio potest.

862 RESTRINGE istam communem sententiã, vt non procedat quoad tertium collitigatorem, uide Seuer.vbi supra.

863 RESTRINGE rursus,vt non habeat locum, quando iudex in concessione remissoriæ reseruauit sibi facultatem iudicandi quandocumquè,& interim,vt ex eod.Seuer.& Caputaq.retuli,& sequutus sum supra cap.3. q.8.nu.170.

864 Circa istam materiam remissoriæ possent occurrere aliæ difficultates.

Prima,nunquid iudex remissoriæ possit subdelegare de qua dixi infra cap.seq.nu.672.& seqq.ad eum.

Secũda, an iudex remissoriæ habeat iurisdictionem tàm in principales,quàm in testes,& quam habeat,de qua dixi cap.seq.q.4.& 5.num.749.& 803.

Tertia quomodo iudex remittens scribat iudici remissoriæ, & sub qua forma, de qua scripsi infra cap. seq.q.3.nu. 726.

Quarta quas ferias obseruabit iudex remissionis,an ferias secundum legem, & consuetudinem iudicis remittentis,an potius secundum ius, & consuetudinem loci, in quo testes sunt examinandi,de qua poteris videre,quæ scribit Seuer.tract.de remiss.c.33.ad quẽ poteris recurrere in ista materia etiam pro alijs occurrentibus, quia multas proponit, & dissoluit in 38.capitibus.

De interrogatorijs testium.

865 Expeditis difficultatibus circa articulos, annecto non nullas alias difficultates cõtingentes circa interrogatoria facienda testibus: nam pars aduersa, habita copia articulorum, potest petere dilationem ad dandum interrogatoria, vt testantur Spec.tit.de teste §. iam de interrogatorijs. num.1. vers. datis igitur. Maran.in suo spec.par.6. actu.7.num. 1. Alber.de Malet. tract.de testib.cap. 8. num. 3. Campeg. eod. tract. reg. 275.vers.tertio fallit.fol.109.& quòd ista dilatio debeat dari tam de iure,quàm de consuetudine, testatur Glo.in cap.2.in verbo.interrogatoria.de testi.in 6.quã refert, & approbat Vestr.in pract. lib.6.cap.2. nu. 17.
866 ✝ Imò ad breuiandas lites stylus est, vt in ipsamet citatione, qua vocatur ad videndum admitti articulos, requiratur cum expressione certi termini ad dandum interrogatoria, vt patet ex formula citationis,quam posui supra cap.præcedenti. q. 5. num.82. hancque dilationem dandi interrogatoria non antea incipere currere, quàm sint edita etiam nomina testium diximus supra nu.14. versus finem & lib. præced.cap.110. sub num.12.

867 I. DIFFICVLTAS igitur est, quæ dicantur interrogatoria,& super quibus fiant.

Solutio. Dicuntur quædam interrogationes, quas pars vult fieri super circumstantijs ipsius negotij testibus,contra se inductis. Spec.tit.de teste.§. iam de inter-

interrogatorijs.in principio.& Alber. de Malet. tract. de testib.cap.8.num.1.
868 † Et fiunt circa materias articulatas super circumstantijs negotij,& qualitatibus personarum,loci , & temporis cap.licet.§. 1.ibi.de singulis circumstantijs . de probat. cap. cum causam.de testib.Glos. in cap.2. in verbo interrogatoria. de testib. in 6.Odofr. tract. de iud.num.39.Spec.d.§. iam de interrogatorijs.vers. interrogatorium.n.4.Alber. de Malet.vbi supra.Campeg eod.tract.reg.274.fol.109.Moncad.in addi.ad Crot.trac.de testib.par.7.n.177.fol.223 Io.de Grass.de substant.procur.in verbo. interrogatoria faciendum.nu.3.fol.371.& maximè si testes essent iudici suspecti , vt notat Spec. d.§.iam de interrogatorijs.sub num.14.dicens,tunc posse interrogari de qualitate temporis an esset serenum, vel nebulosum, item de formis hominum,de modo loquendi , & quæ verba dicta fuerint, & an simul , vel separatim peruenerint ad locum, & quis prius , &quis posterius recesserit , & an contrahentes starent , vel sederent , quis esset tunc Papa,vel Imperator, vel Rex, vel Comes,& similia,& sic,inquit,in sermone capiantur.hoc idem notauit Bal.in l.testium.nu.11.C.de testib.

869 II. DIFFICVLTAS. ad quem effectum fiant interrogatoria.

Solutio. Vt falsum, quod testis instructus & subornatus quandoquè forsan esset depositurus , ex eiusdemmet depositione appareat iuxta ea , quæ scribunt Io.Andr.in cap. per tuas.num. 7. versus finem. de testib.dicens , producenti non esse dandam copiam interrogatoriorum,quia, si daretur,instrui possent testes ad concorditer respondendum, ne posset,inquit,falsitas depræhendi,ad quod inuenta sunt interrogatoria. & Grauat.in annot.ad pract.Vestr.lib. 5.cap. vlt. num. 16.nam impossibile est, vt testis,& is,qui falsos dat articulos, potuerint excogitare singulas negotij circunstantias, super quibus testis erit interrogandus,& ,pinde allaturus incogitatas respõsiones, tales quandoquè dabit, vt earum falsitas, & mendacium facilè probari
870 possit , † & vbi plures testes sint examinandi contrarietatem incurrant , quam testes falsi facilissimè incurrunt , prout eam incurrisse legimus falsos testes Susannę dum interrogarentur à Daniele de loco , vt habetur Dan. cap. 13.& referunt Glos.in cap.cum causam quæ.in verbo.loco.de testib. & in cap. nihilominus. in verbo. simul. 3. q. 9. Spec. tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. num. 9. Boss.tract.crim.tit. de fals. num. 23. & tit. de opposit. contra test. num. 17. & Maran.in suo spec.par.3.num.134 fol.mihi.39. & nos
871 retulimus etiam lib. præced.cap. 51.num.5.† & ratio est , quia ; vt ait Franc. Petrar. lib.1.cap. de vita solitaria; *sicut immortalis est veritas, sic fictio , & mendacium non durant: simulata illicò vanescunt, & magno studio cõpta cæsarries uèto turbatur exiguo. & operoso licet impressus fucus sudore diluitur &c.* ad idem facit illud *mendacium non veterascit* : & illud, quod colligit Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de instrum. edit §. postremo restat.sub num. 11. in verbo. fraternitatis. ibi. adde.dicens , quòd facilius compræhenditur mendax quàm claudus ; & dato quòd singulas interrogationes faciendas excogitauerint , seu præuiderint , quia eorum copiam subtraxerint , aut, notario corrupto , habuerint , difficile tamen adhuc est , singulas præparatas , ac conceptas responsiones fideliter memoria custodire ; oportet enim, vt aiunt , mendacem esse memorem;vnde vituperandus non est eorum mos , qui membranas multis , varijsquè occupant interrogatorijs , imò iudex ipse,si testis sit suspectus,debet studere,vt eum varijs interrogatorijs illaqueet, sicut retuli lib.præced.cap.86.nu. 15.in fine.

872 Sed hominum succrescente malitia,quod prouisum est ad remedium , tendit ad noxam : dum enim interrogatoria fuerunt excogitata ad inueniendam veritatem,vt sentit Glos.in d.cap.cum causam quæ. in verbo.tempore.de testib.litigantes,qui fouēt malam causam , ijs vtuntur ad veritatem occultandam , infringendasq; veras testiũ depositiones,quo casu iudex debet studere vt captiosa , & sophystica interrogatoria resecet : quia semper malitijs obuiandum est .
873 Infero ex his , quòd licet interrogatoria fuerint excogitata ad bonum finem , tamen litigatores vtuntur ijs tàm ad bonum, quàm ad malum finem . vnde benè videtur loquutus Maran.in suo spec.par. 6.actu. 7. nu. 2.dum ait simpliciter interrogatoria fieri ad effectum, faciendi variare testes, quod est etiam de mente Spec. in d. §. iam de interrogatorijs. sub nu.15.dum ait,ideo interrogari de loco, tempore , & huiusmodi circunstantijs , quia si inueniuntur varij , non valet eorum dictum , & hoc idem esse de mente Baldi in l.testium. num. 14.C. de testib.arbitratus est Grauat.in annot. ad pract. Vestr. lib. 6. cap. 2. num. 54 & hæc variatio secundum Bal. vbi supra potest committi in vno ex illis decem prædicamentis, per eum ibidem enumeratis.

874 III. DIFFICVLTAS. an copia interrogatoriorum sit tradenda parti.

Solutio. Resp.quòd non , testibus Glos.in verbo.interrogatoria.versus finem cap.2.de testib.in 6.Spec.in tit.de teste §. iã de interrogatorijs.in principio.Alex. in l.2.sub nu.4.C.de eden.Io.de Grass.de substant.procur.in verbo. interrogatoria faciendum. num. 5. fol. 371.Fely in cap.per tuas. num.3.de testib.Luc. Pæt. in pract.capitol.lib.2.cap.5. num.13.& Grau.in annot.ad
875 pract.Vestr.lib.6.cap.2.num. 55.† & ratio est , vt scribunt præcitati , ne detur materia malignandi , & subornandi testes , & quia dantur solum ad instructionem iudicis Ioan. de Amic. cons.103.num.2.& Alb.de Malet.tract.de testib.cap.8.num.1.fol.177. Crot. tract. de testib.par.7.num.177.fol.224. subdens ex Innoc.quòd si iudex daret , pars posset appellare . Campeg. eod. tract.reg. 275.fol.109. dicens,quòd fallit qñ pars esset contenta , vt daretur , quia posset sibi in hoc prędiudicare , sicut posset etiam in tota causa,& similiter quando iudex pronuntiasset , esse dandam, & pars non appellasset. & quòd hæc sit vera conclusio , quòd copia interrogatoriorũ non debeat dari,testatur etiam Maran.in suo spec.par.6.membr 7.nu.20.& certè non habet contradictorem vllum .

876 IIII. DIFFICVLTAS. an iudex poterit ex officio supplere,& resecare interrogatoria.

Solutio. Circa suppletionem extarunt opiniones , nam;quòd iudex non possit supplere; tenuerunt Vber. & nonnulli antiqui , quia iudex non debet supplere in his,quæ dependent à facto l.1.C.vt,quæ des.aduoc. par. iud. suppl.& l.3.§. hoc autem ff.de damn.infect.

Contrariam sententiam tenuit Spec. tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. in principio . quem ibi approbat Io. Andr.in addit in litera e & sequitur Alber. de Malet.tract.de testi.cap. 8 sub num.c.fol.fol. 177.hanc quoquè sententiam sequutus est Io,Andr. in addit. ad Gl.in verbo. interrogatoria.c.2.de testib.in 6.& Campeg.tract.de testib.reg.274. vers. sexto quia iudex. fol. 109.& probatur ex l.3.§.1.ff.de testi. & in c.cũ causam quæ. de testib. cum similibus ; & probatur etiam ex his, quæ dixi supra num. 871. versus finem. ibi. vnde vituperandus &c. & ab ista recedendum non est , & maximè si interrogatoria essent circa substantialia causæ,vt tradit Campeg. d.reg 274.vers.decimotertio. & in statutis antiquis Vrbis lib.5.cap.6.præcipiebatur notario examinanti,vt omnino teneretur interrogare
877 de causa scientiæ, loco, tempore, & præsentibus. † & non omnino videtur omissum in nouis reformationibus lib.1.c.74.dum mandant,testes examinari sub religione notarij, quando non sunt data interrogatoria.
878 Circa resecationem; quòd iudex possit præcidere, &resecare interrogatoria superflua nemo iuit inficias: nam Spec.Io.Andr.& Alber.in locis allegatis Glos. in cap.præsentium. in verbo. interrogatoria. de testib. in 6.Io.de Grass.tract.de substant.procur.in verbo. interrogatoria faciendum.num. 5.fol. 371. Campeg. tract. de testi. reg.274. vers. quinto iudex.fol. 109. & Luc. Pæt.in pract capit.lib.2. cap.5.num.14.& communiter
* omnes tenent, quòd iudex possit : † & ratio est ma-
879 nifesta , quia cum pars non possit opponere superfluitatem , exquò eorum copia non datur , debet iudex ex officio iuxta suum arbitrium resecare,prout dispositum est à statut. Vrbis lib. 1. cap. 78. in fine. & maximè si essent circa liquidationem , & declarationem ; responsionum , seu aliorum actorum , vt ex Bal.

Bal. retuli ſupra cap. præced. diffic. 3. num. 13.

880 DECLARA iſtam communem ſententiam, vt procedat quando clare conſtat de ſuperfluitate, ſeu impertinentia, ſecus quando eſſet dubium: quia tunc quando eſt dubium an interrogatorium ſit ſuperfluum vel impertinens melius eſt non reſecare, quàm reſecare, vt annotauit Addit. ad Gloſ. in d. verbo interrogatoria. in margine, quam refert, & ſequitur Luc. Pæt. vbi ſupra. & probatur ex his, quæ ex Hoſt. refert, & ſequitur Io. Andr. in addit. ad eandem Gloſ. in verbo, interrogatoria, dicens quòd potius fiant ſuperflua, quàm omittatur aliquod neceſſarium, vel vtile. & apertius comprobari poteſt ex his, quæ nos adduximus c. præced. q. 6. num 85. & ſeqq. ad eum.

881 V. DIFFICVLTAS. Quæ dicantur interrogatoria ſuperflua, ſeu aliter impertinentia, quæ à iudice reſecari poſſint.

Solutio. Superflua ſeu aliter impertinentia, & reſecanda dicuntur ea omnia, quę non faciunt ad cauſam argumento eorum, quæ in terminis tradit Spec. tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. verſ. habita ergo. num. 3. & benè comprobatur ex his, quæ diximus cap præcedenti num. 91. verſ. limita. & num. 171. verſ. declara hũc poſitionē. & ratio eſt euidēs, quam adducit Spec. vbi ſupra. dicens, quòd, ſi interrogati reſponderent ſuper non facientibus ad cauſam, deponerent non iurati, cum iurent dicere veritatem ſuper cauſa.

882 INFERO ex hac ſolutione, & ratione ipſius iſtam concluſionem generalem: quòd interrogatorium non debet continere nouum capitulum diuerſum ab articulis, vt puta ſi pars produxerit teſtes ad probandum mutuum, non debet altera pars producere interrogatorium de ſolutione, quia ad probandam ſolutionem debet producere teſtes ſeparatim, vt benè admonet Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. ſub num. 4. in verbo. cauſam. quem referunt & ſequuntur Alber. de Malet. tract. de teſtib. cap. 8. num. 5. fol. 177. & Campeg. eod. tract. reg. 274. verſ. quarto teſtes. fol. 109.

883 FALLIT tamen forſan iſta illatio, quando teſtis ad inſtantiam partis iuraſſet dicere veritatem ſuper tota cauſa, prout ex Rota dixi, & ſequutus ſum ſupra reſtrict. 1. num. 549.

884 INFERO ſecundam cõcluſionem; quòd teſtes, producti ad probandam exceptionem dilatoriam, non debent interrogari ſuper peremptoria, aut ſuper negotio principali cap. de teſtibus. & ibi Abb. de teſti. & Campeg. d. reg. 274. verſ. vndecimo dic.

885 AMPLIA iſtam ſecundam illationem, vt procedat etiamſi teſtis iuraſſet dicere veritatem ſuper tota cauſa per ea, quæ dixi in terminis ſupra num. 545. & num. 550. verſ. extende 3. & verſ. ſubreſtringe iſtam.

886 VI. DIFFICVLTAS eſt: quæ alia interrogatoria ſint reſecanda vltra præfata, quæ dicuntur ſuperflua, & impertinentia.

Solutio. Reſecantur in primis interrogatoria crimi- noſa; quia teſtes non debent interrogari an ſint criminoſi, infames, vel hæretici; & ſi interrogantur non coguntur reſpōdere Alber. de Malet. tract. de teſtib. c. 8. n. 25. & Campeg. eod. tract. reg. 274. verſ. & tu dic primo. qui arbitrantur hanc ſententiam eſſe de mente Speculatoris in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. nu. 22. verſ. ſed nunquid. hanc eandem ſententiam, loquendo de iure, videtur probaſſe Guid. de Suzar. tract. de ord. iudic. ſub num. 98. & 99. fol. 37. tùm quia teſtes debent tantum teſtificari de his, quę aguntur in iudicio, tùm quia nemo cogitur ſuam dicere turpitudinem, imò debet quilibet parcere ſuo pudori, & nos tenuimus cap. præced limit. 10. num. 229. & 230 & ita ſentit Innoc. in cap. cum ſuper. ſub num. 1. verſ. ſi verò. de confeſſ. reddens rationem, quia de hoc non agitur, & quia ſuper hoc non iurarunt.

887 EXTENDE iſtam ſolutionem vt ſit vera etiam de conſuetudine, teſte Spec. vbi ſupra, qui, præmiſſis motiuis de iure pro vtraque ſententia, poſtea inuerſo quodam ordine teſtatur de conſuetudine non interrogari.

888 Contra iſtam extenſionem teſtatur Guid. de Suzar. vbi ſupra. dicens, quòd teſtes reſpondent huiuſmodi interrogationibus, prout & egò ſæpè vidi eiuſmodi interrogatoria, & allatas illis reſponſiones.

889 RETENTA iſta contraria opinione, quòd poſſint interrogari.

DECLARA eam, vt ſit vera ſolùm quando crimen, quo teſtis eſt irretitus, eſt notoriũ, eoque probato, redderetur inualidum eius teſtimonium: quia tunc poſſet de eo interrogari, & interrogatus cogeretur ad reſpondendum; ex quò ſic exoneratur is, contra quem teſtis eſt productus, à probatione criminis, vt tradit Spec. d. §. iam de interrogatorijs. ſub num. 22. paulò poſt principium, & verſus finem, dicens, quòd teſtis, interrogatus an ſit pauper, non tenetur reſpondere, niſi paupertas ſit euidens. idem poteſt dici, ſi eſt ſaltem diffamatus de illo crimine, ſuper quo interrogatur ſecundum Campeg. d. reg. 274. verſ. ſeptimo quia poteſt. & faciunt quæ dixi cap. præcedenti num. 244. verſ. reſtringe.

890 INFERO ex hac declaratione concluſionem, quòd teſtes poſſunt interrogari. prout interrogantur, indiſtinctè, an ſint condemnati de aliquo crimine; quia condemnatio non eſt crimen, ſed eſt notorium iuris, vt refert Innoc. in cap. cum ſuper. nu. 2. de confeſſ. licet dicat, ſibi hoc non placere.

891 RESECANTVR II. omnia interrogatoria captioſa, vt tradit Spec. in tit de teſte. §. iam de interrogatorijs. in fine. dicens, quòd caueat iudex, & repellat aſtutiam quorundam Aduocatorum, qui ad annihilandam depoſitionem teſtium poſtremo loco formant interrogatorium, an teſtis credat omnia, quæ ipſe teſtis depoſuit: quia ſi teſtis reſpondeat, vt communiter vulgares reſpondere ſolent, quòd credit, tota eius depoſitio, vti de credulitate nihil valet: hanc eandem concluſionem notarunt Alber. de Malet. tract. de teſti. cap. 8. num. 26. fol. 177. & Campeg. eod. tract. reg. 274. verſ. ſecundo non debet. fol. 109. & quòd iudex non debeat admittere hoc interrogatorium, teſtatur rurſus ead. reg. 274. verſ. decimo dic. & faciunt, quæ nos diximus de poſitione captioſa cap. præcedenti limit. 14. num. 281.

892 DECLARA iſtam ſecundam reſecationem, vt ſit vera quantum ad iudicem; quòd poſſit & debeat reſecare huiuſmodi interrogatorium tanquàm captioſum, & cauilloſum; tamen quantum ad annihilationem, & validitatem depoſitionis non eſt vera, quia licet teſtis reſponderit, ſe credere omnia ſuperius dicta eſſe vera, nihilominus depoſitio valet, quia qui ſcit poteſt credere, & ita ex pluribus, & præſertim ex Fely. in cap. quoties. ſub num. 8. de teſtib. quem poteris videre, firmat Moncad. in addit. ad Crot. tract. de teſtib. par. 7. ſub num. 178. fol. 223. & quòd ita fuerit in facto obtentum, teſtatur Card. Florent. quem refert Ioan. de Ana. in cap. inquiſitionis. §. fin. de accuſat. & ex eod. Fely. & Crot. vbi ſupra, & ab iſta non recedas; quia continet in ſe multam æquitatem, & quia tot ſunt inuentæ ab Aduocatis, & malis procuratoribus cauillationes, vt quandoque inſpici oporteat ſolum ius naturale, & quædam æquitas naturalis, ſi quidem alias & lites eſſent immortales, &, quod peius eſt, ius oriretur ex cauillationibus, & non ex iuſtitia.

893 RESTRINGE iſtam ſecundam reſecationem, vt non ſit vera, quando teſtis eſſet ſuſpectus iudici; quia tunc poſſunt teſti fieri interrogatoria captioſa, vt ſcribit Campeg. d. reg. 274 verſ. nono poſſunt. fol. 109. & faciunt quæ dixi ſupra in 1. difficultate ſub num. 688.

894 RESECANTVR III. interrogatoria, in quibus teſtes interrogantur, ſi tempus erat nebuloſum, vel clarum; & hoc qñ tempus eſt antiquum, ſeu aliter ita, vt veriſimiliter de eo teſtes recordari non poſſint Campeg. tract de teſti. reg. 274 verſ. ſexto iudex. imò Spec. tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. verſ. & nota nu. 14. indiſtinctè aſſerit de temporis qualitate, & de colore & qualitate veſtium teſtem non eſſe interrogandum, niſi teſtis eſſet iudici ſuſpectus.

895 RESECANTVR IIII. quando interrogarentur de circumſtantijs loci, vel perſonæ, vt tradit Capeg. tract. de teſtib. reg. 274. verſ. ſeptimo iudex. & quòd locus

non

non ſit ad angulum reſtringendus, teſtatur Spec. tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs, ſub num. 9. Reſtringe tamen hoc, niſi teſtis eſſet ſuſpectus per ea, quæ dixi ſupra num. præcedenti ex eod. Spec.

896 RESECATVR V. interrogatorium, in quo teſtis interrogaretur de definitione alicuius rei, quid eſt: quia non cogitur reſpondere per verba iuris, ſed ſufficit, quòd reſpondeat per verba facti Campeg. d. reg. 27 . verſ. nono quia.

897 RESECANDVM etiam videtur interrogatorium, in quo teſtes interrogantur, an ſint debitores, penſionarij, & affictuales eius, qui eos produxit, prout interrogari ſolent in Lombardia, teſte Campeg. tract. de teſtib. reg 274. verſ. tertio non eſt neceſſe. & quòd interrogentur Mediolani teſtatur Alber. de Malet. eod. tract. cap. 8. num. 9.

898 Ratio, quare videatur reſecandum, eſt; quia iſtud interrogatorium fit ad effectum, vt annulletur teſtimonium, ſi ſint debitores, quaſi debitor non poſſit eſſe teſtis pro ſuo creditore iuxta ea, quæ ſcribunt Iacob. Egid. tract. de teſtib. num. 13. fol. 74. & alij, quos citat Farin. in qq. crim. q. 60. illat. 10. num. 321. & 322.

899 Sed iſte effectus non ſequitur: quia non reperitur in iure cautum, quòd eiuſmodi teſtes reijciantur Alber. & Campeg in locis ſupra proximè citatis: & quòd poſſint eſſe teſtes, ſcribit idem Campeg. eod. tract. de teſtib. reg. 102. verſ. ſecundo fallit. num. 96. & quòd eiuſmodi teſtes faciant aliquam probationem præſertim ſi ſint debitores penſionarij, ſeu fictabiles, de quibus loquens Farin. d. illat. 10. num. 324. non magis vnam, quam alteram videtur firmare opinionem, ſed eam relinquit arbitrio iudicis: ergo cum iſti teſtes admittantur, & interrogatorium credat eos non admitti, poteſt reſecari, quia eſt erroneum, & ſuperfluum.

900 Contraria opinio, quòd non ſit reſecandum, eſt vera: & ratio eſt, quia ſatis operatur dum ex eo poteſt deueniri ad diminuendum de fide ipſorum teſtium, & conſequenter non eſt ſuperfluum, quia tendit ad diminuendam fidem teſtimonij: licèt enim hi teſtes admittantur, tamen non ſunt teſtes omni exceptione maiores per ea, quæ ſcribit Farin. in locis ſupra citatis.

901 VII. DIFFICVLTAS. teſtes non coguntur reſpondere, an ſint criminoſi: reſponderunt, & faſſi ſunt, ſe eſſe criminoſos: nunquid eiuſmodi reſponſio erit præiudicialis.

Reſpon. Spec. tit. de teſte. §. 1. num. 43. dixit, quòd ipſe adhuc inquireret plenariam veritatem, deferendo eis iuramentum, vel per torturam; & ad hunc locum remiſſiuè eod. tit. §. iam de interrogatorijs. num. 22. in fine.

Sed tu, diſtinguendo vna cum eodem Spec. eod. nu. 22. circa medium; conclude, quòd eorum confeſſio eſt præiudicialis ei, qui eos producit, ſed non ipſis teſtibus: nam quòd ſtetur confeſſioni teſtis in præiudiciũ producentis probatur primo argumento textus in cap. inquiſitionis. verſus finem. de accuſat. ſecundo probatur ratione: quia, ſi non ſtaretur eius confeſſioni, ſed recurreretur ad probationes per teſtes, tunc vel probaretur idem, & tantò magis ſtaretur confeſſioni, vel probaretur contrarium, & neceſſariò ſequeretur, quòd teſtis eſſet periurus, quod periurium eſſet tantò grauius alijs, quantò grauius eſt infamare ſe, quàm infamare alios, & conſequenter repelleretur tanquam periurus & falſarius: hæcque ſententia; quòd ſtetur eius confeſſioni; ſeruatur de conſuetudine.

Non obſtat, quòd Spec. dixerit eſſe adhuc inquirendam plenariam veritatem: quia reſp. quòd ſi intelligit eſſe inquirendam per delationem iuramenti, nos ſumus concordes; quia loquimur de teſte iurato: ſi verò intelligit eſſe inquirendam per torturam, aduerſatur practicæ, & conſuetudini; & dato quòd non aduerſaretur nihilominus inquirere per torturam non eſt non ſtare eius confeſſioni, ſed eſt confirmare eius confeſſionem per torturam.

902 Quantum verò ad præiudicium ipſius teſtis rurſus diſtinguerem: Aut loquimur de pleno præiudicio; & dico quòd non ſtatur; tùm quia acta facta in iudicio ciuili non probant in criminali iuxta ea, quæ dixi lib. præceden. cap. 74. num. 3. tùm quia confeſſio facta ad vnum effectum non operatur alium, cuius reſpectu dicitur incidenter facta, & ideo requiritur nouus proceſſus iuxta ea, quæ dixi d. cap. 74. ſub nu. 4. verſus finem. & cap. 75. ſub num. 3. verſ. ſi verò. Aut loquimur de non pleno præiudicio, ſed de aliquali, vt puta ad effectum inquirendi; & dicerem, quòd ſtaretur eius confeſſioni, vt dixi dicto cap. 74. num. 2.

903 VIII. DIFFICVLTAS. ſi teſtis non ſuſpectus fuerit interrogatus captioſe, & de pluribus circumſtantijs, & variauerit: nunquid illa variatio infringet eius dictum.

Solutio. Bal. in l. teſtium. ſub num. 16. C. de teſtib. tenet, quòd non; quia cum non fuerit ſuſpectus, non debuit interrogari: & ideo, inquit, iudicis factum malè actum non præiudicat iuri partis producentis.

904 ✝ Verum licet Bal. verè forſan loquatur, tamen in praxi difficile eſſet verificare ipſius dictum, cum ſuſpitio teſtis ſit commiſſa conſcientiæ, & arbitrio iudicis.

905 IX. DIFFICVLTAS. de quibus teſtes ſunt interrogandi, & interrogati coguntur reſpondere?

Solutio. Sunt interrogandi de omnibus, quæ faciunt ad cauſam, & ad deprehendendam falſitatem, & ad infringendam eorum depoſitionem: quare poſſunt interrogari circa ſubſtantialia cauſæ: item de circunſtantijs, nempe de loco, tempore, de conteſtibus, & de ſimilibus: item circa cauſas ſuorum dictorum, videlicet de auditu, viſu, ſcientia, credulitate, fama, & certitudine, vt ſcribunt Spec. tit. de teſte. § iam de interrogatorijs. ſub num. 4 & Alber. de Malet. tract. de teſtib. cap 8. num. 5. item de conditione ipſorum teſtium, an ſint nobiles, plebei, diuites, pauperes, amici, vel inimici alterius partis, an conſanguinei, ſubditi, commenſales, de familia, ſeu iuriſdictione producentis, an inſtructi, & quam partem mallent obtinere, de eorum ætate, & de ſimilibus, vt ſcribunt ijdem Spec. eod. §. iam de interrogatorijs. ſub num. 4. & 19. & Alber. de Malet. d. cap. 8. num. 6. & 7.

An iſta omnia repellant omnino teſtes non diſcutiã hic: ſed pro nunc in quibuſdam remittam vos ad Cæſ. de Graſſ. in tit. de teſtib. deciſ. 78. alias 9. nu. 4. & 5. fol. 115. & deciſ. 81 alias 12. nu. 1. fol. 118. vbi de paupertate, quòd non repellat teſtem. & deciſ. 73. alias 4. nu. 1. fol. 107. & deciſ. 82. alias 13. nu. 1. & 2. fol. 119. vbi de familiaritate. & deciſ. 72. alias. 3. nu. 12. fol. 105. & d. deciſ. 82. alias 13. num. 9. fol. 119. vbi de teſte deſiderante victoriam cauſæ &c.

906 Nota hic obiter vnum, circa præfatum interrogatorium, an fuerint inſtructi, quod ſcirè aduertit Bal. in l. fin. num. 17. ibi. ſtruere autem. C. ſi ex falſ. inſtrum. & in quo vulgares facilè forſan ſe deciperent: inquit ergo Bal. quòd ſtruere verba teſtis, qui interfuit negotio. vt plene, & aperte dicat veritatem non eſt peccatum, ſed imò eſt conſilium: & poſtea ſubdit, quòd ſi teſtis interrogatus, an fuerit inſtructus, dixerit, quòd non fuit inſtructus, non eſt periurus; quia interrogatio iudicis intelligitur de illicita inſtructione, quæ habet elidere teſtimonium; non de ea, quæ non habet elidere.

907 Poſſet etiam teſtis interrogari, an poſſibile fuiſſet, rem aliter ſe habuiſſe, quod teſtis ipſe ignoraſſet: nam tunc ſi fatetur, fuiſſe poſſibile, ille teſtis non probat; quoniam teſtis debet concludere de præciſa neceſſitate cap. in præſentia. cum ſuis concordantijs de probat. Alber. de Malet. tract. de teſtib. cap. 8. num. 8. & Campeg. eodem tract. reg 274. verſ. tertio ſi poſſibile. & hoc interrogatorium eſt admodum vtile contra teſtem, qui probaſſet articulatum; cuius interrogatorij exemplum ponit Alber. vbi ſupra. reliqua poteſtis videre apud Spec. in d. §. iam de interrogatorijs. ſub nu. 4. & ſeq vbi ponit nonnulla exempla interrogandi ſuper diuerſis articulis.

908 De quibus alijs ſint interrogandi non poteſt dari

 certa

certa doctrina iuxta ea, quæ de interrogatorijs reorum dixi lib. præceden. cap. 86. ſub num. 45. licet cum teſtibus non ſit ita rigidè agendum: ars igitur conficiendi interrogatoria relinquenda eſt procuratoris, ſeu Aduocati ingenio, quia, vt ſcribit Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 5. num. 12. in fine
909 melius excogitari, quàm tradi poteſt, ✝ eſtquè ars non modici ponderis, ſiquidem, vt aduertit Luc. Pæt. vbi ſupra, & ante eum Campeg. d. reg. 274. verſ. octauo adde, ſepè vidimus teſtes eò, quòd nimis diligenter fuerunt interrogati, rectè depoſuiſſe ſuper articulis, malè, & imperfectè formatis; quod ſine interrogatorijs forſan non feciſſent: quare ait Campeg. loco citato, tutum non eſſe examinare teſtes cum interrogatorijs; quia per hoc inſtruitur teſtis ad clarius, & diffuſius teſtificandum; imò nota obiter, damnoſum quandoquè eſſe examinari teſtes cum interrogatorijs eò, quòd facilius tunc concederetur ſanatoria nullitatis examinis, vt dixi ſupra. num. 392. limit. 16. Cæterum ex contrario ſæpè videmus teſtes productos eo, quòd artifitiosè interrogantur, contra producentem probare, aut ſaltem nullam fidem facere: ex quibus clarè conſtat, quanti referat interrogatoria eſſe benè confecta.

910 X. DIFFICVLTAS. Si iudex dolo, vel negligentia omiſerit interrogare teſtes ſuper interrogatorijs, ſeu aliquibus eorum, & proceſſus fuerit publicatus: nunquid examen erit nullum; an verò teſtes erunt interrogandi ſuper interrogatorijs omiſſis.

Solutio. Examen remanet validum. ſed remanet facultas parti faciendi repeti teſtes ſuper interrogatorijs, non obſtante publicatione. cap. per tuas. de teſtib. Spec. tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. ſub num. 21. verſus finem. verſ. item cautè. Alber. de Malet. tract. de teſtib. c. 8 ſub nu. 14. & Campeg. eod. tract. reg. 268. fall. 2. Alex. conſ. 172. viſis & opportune. nu. 9 lib. 2. Fely. in cap. cum cauſam. num. 8. de teſtib. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 7. nu. 4. & Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 5. num. 17.

911 XI. DIFFICVLTAS. Si pars fuerit contumax in dandis interrogatorijs, & examen ſit abſolutum; nunquid ſuis ſumptibus debeat admitti ad eorum repetitionem: & quid ſi examen non ſit omnino abſolutum.

Solutio. Statuta Vrbis lib. 1. cap. 74. diſponunt, vt, examine abſoluto, non admittatur ad repetitionem, ſed, eo non abſoluto, diſponunt, quòd teſtes, qui nondum fuerint examinati, interrogentur ſuper interrogatorijs. hancquè municipalem diſpoſitionem cenſeo communi rationi eſſe conſonam.

912 XII. DIFFICVLTAS. Nunquid teſtes ſint interrogandi prius ſuper articulis, & deinde ſuper interrogatorijs, vel è conuerſo.

Solutio. Videtur dicendum, prius ſuper articulis. primo, quia articuli ſpectant ad actorem, & interrogato-
913 ria ad reum, ✝ & prius auditur actor, quàm reus l. qui prior. & ibi Bal. ff. de iudic. Maran. in ſuo ſpec. in proe. num. 11. fol. 2. & par. 6. actu. 16. nu. 2. & faciunt quæ dixi ſupra cap. 3. quæſt. 10. num. 204. & ſeqq. ad eum, & qui prius agit prius expeditur Bal. vbi ſupra. ſecundo quia Spec. qui fuit pater practicæ, vt teſtatur Valent. Forſt. hiſtor. iur. ciuil. lib. 3. in verbo. ſpeculator. fol. 55. in tit de teſte §. iam de interrogatorijs. num. 4. verſ. ſuper primo. innuit, vt teſtis interrogetur ſuper reſponſionibus allatis ad articulos. tertiò quia forma interrogandi, an teſtes credant eſſe vera omnia, quæ depoſuerunt: item an fuiſſet poſſibile, factum aliter ſe habuiſſe &c quam retuli ſupra num. 891. & 907. verſ. reſecandum indicat, & præſupponit teſtes eſſe examinatos ſuper articulis.

914 Contrariũ ſeruatur de conſuetudine: videmus enim prius interrogari ſuper interrogatorijs; & ratio eſt duplex. Prima, quia interrogatoria tendunt ad diuertendas depoſitiones, quas teſtis inſtructus poſſet facere in præiudicium eius, contra quem eſt inductus: quæ quidem diuerſio facilius fieri poteſt, ſi interrogetur antea, quàm ſi interrogetur poſtea, quia poſtquã reſponderit ſuper articulis accuratius reſpondebit ſuper interrogatorijs, ne incurrat aliquam varietatem, ſed ſi prius reſponderit ſuper interrogatorijs, cauebit in reſponſionibus ferendis ſuper articulis, ne cauſa gratificandi amicum, qui eum produxit, aliquid, quod reſpõſionibus allatis ad interrogatoria aduerſetur, proferat. Secunda ratio eſt, quia in interrogatorijs ſolet examinari ſuper inimicitia, & ſuper excommunicatione, alijſquè ſimilibus exceptionibus, quæ teſtem penitus repellunt à ferendo teſtimonio; vnde ne contingat examinari eum, cuius examen eſſet omnino inutile, debet inchoari ab interrogatorijs.

915 Si tamen interrogarentur poſt depoſitionem factam ſuper articulis, non per hoc examen vitiaretur, etiam ſi pars, quæ dedit interrogatoria, proteſtata eſſet, eos recipi debere prius ſuper interrogatorijs.

916 Rubrica, ſeu initium, quo vtimur in interrogatorijs, talis vel ſimilis eſt.

Interrogatoria infraſcripta, & contenta, & deſcripta in eis, dat, facit, exhibet, & producit procurator, & eo nomine Meuij de Seis de Ciuitate Preneſte contra, & aduerſus Sempronium, ſuper quibus teſtes ex aduerſo inducendos diligenter interrogari petit, præmiſsis prius proteſtationibus, quæ de ſtylo, iure, & conſuetudine præmitti ſolent, & præmiſſa proteſtatione, ſibi ius opponendi contra teſtes, & eorum dicta ſaluum fore, & eſſe omni meliori modo.

917 XIII. DIFFICVLTAS ſit, an is, qui dedit interrogatoria, poſſit deinde illa emendare.

Reſp. quòd ſic. Bal. in repetitione patauina. l. edita nu. 103. C. de eden.

De ſuſpitione notarij.

918 Remanet, vt dicamus aliquid de ſuſpitione notarij: Et eſt ſciendum, quòd notarius cauſæ poteſt allegari ſuſpectus Bar. in Auth. de trien. & ſemiſſ §. & quod ſæpè. nu. 8. & ante eum Glo. ibi. in verbo. artificis. quam vti ſingularem refert, & ſequitur Lanfran. de Orian. tract. de recuſat. num. 3. Anch. conſ. 263. ſubtiliter & ad plenum. ſub num. 1. & 2. Alex. conſ. 104. circa primũ. num. 2. verſus finem lib. 5. idem ex antiq. ſtat. & ſtylo Vrbis ſcribit Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 5. num. 16. & ſeqq. dicens, quòd ſi notarius cauſæ ſit alterutri litigantium ſuſpectus, poteſt is, qui eum habet ſuſpectum, ante examen, & antequàm illi tradat interrogatoria citra iniuriam ex certis cauſis animum ſuum mouentibus ſuſpectum allegare, & proteſtari ad examen non deueniri, niſi concordato de adiuncto notario, qui
919 interueniat in examine. ✝ & ad probandam ſuſpitionem notarij ſufficit de iure communi iuramentũ eius, qui eum allegat ſuſpectum, exquò infertur modicum præiudicium, ſicut teſtantur Anch. & Alex. in locis citatis. & Gail. in pract obſeru. lib. 1. obſeru. 33. num. 17. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1095. nu. 32. & Vergin. de Boccat. tract de liter. remiſſor cap. 6. nu 14.

920 Imò nec in eius ſuſpitionis allegatione requiritur expreſſio cauſæ ſuſpitionis, teſte Maſcar. loco citato.
921 ✝ Et ſola ſuſpitio ſufficit ad recuſandum notarium, teſte Vergin. de Boccat. vbi ſupra.

922 Hæcq; allegatio ſuſpitionis contra notarium operatur, vt ſi, notario nõ remoto, procedatur ad examen teſtium, examen reddatur nullum, vt ſcribit Vergin. de Boccat. d. cap. 6. ſub num. 14.

923 Sed circa hanc ſuſpitionem notarij tu, qui verſaris in foro Capitolino, habes nouas reformationes ſtatutorum Vrbis lib. 1. cap. 29. vbi, vberius prouidendo, ſtatuitur, quòd notarius exemplo iudicum ante litem cõteſtatam, ſeu pro conteſtata habitam ſola ſuſpitionis allegatione à ſcribendo in cauſis ipſis remoueri poſſit: poſt litem verò conteſtatam, ſeu pro conteſtata habitam, quòd non poſſit, niſi cauſa expreſſa, & per iudicem approbanda, & quòd ab eius arbitrio non poſſit appellari. Remoto notario ex decreto iudicis mandant eædem reformationes vbi ſupra, quòd ſi partes ad primam diem de alio notario non concordauerint, iudex vnum ex buſſula omnium notariorum

tariorum

tariorum ſui tribunalis extrahat:& ſic, vt vides, hodie non datur adiunctus, ſed prior intotum remouetur.

924 Dixi ſupra num.918.in fine iuxta ſtylum relatum ex Luc. Pæt. eſſe allegandum ſuſpectum citra iniuriam, vt effugias actionem iniuriarum caſu,quo iniuſtè eum ſuſpectum allegaſſes, ſicuti ex Bal. refert, & ſequitur Lanfr.d.tractat.de recuſat.ſub nu.3.

925 Supereſt,vt dicamus aliquid de interpretibus: & eſt ſciendum,quòd de eis nihil eſt expreſſum in iure:de ſtylo tamen Vrbis tàm is, qui producit teſtes,quàm is, contra quem producuntur, poteſt adhibere interpretem,qui,præſtito iuramento de fideliter interpretãdo, vniuerſo examini aſſiſtat,ſtudendo pluribus:& primo, vt notarius ſcribat fideliter eà omnia, quæ teſtis ad ſui principalis fauorem deponet: ſecundo, vt non omittatur quicquam ex ijs, ſuper quibus teſtis ad fauorem ſui principalis debet interrogari, ſeu examinari: tertio vt ſuppleat interrogatoria opportuna, & in hoc debet aduertere notarius, qui propterea deberet eſſe valdè expertus,ne interpres faceret,ſeu ſuppleret interrogatoria impertinẽtia & illicita: adde quartum, vt ſuo principali poſſit teſtificata referre.& ſunt ambo interpretes præſentes; vnde vterquè audit depoſitiones tàm ſuper interrogatorijs,quàm ſuper articulis,& vterquè in fine examinis ſe ſubſcribit; hancq; ſubſcriptionem ad magis remouendam omnem ſuſpitionem, quæ poſſet oriri circa ſcripturam ipſarum depoſitionum, curamus fieri etiam ab ipſiſmet teſtibus in fine examinis,ſi ſciant ſcribere.

Oppono contra iſtum ſtylum adhibendi interpretem ad hunc finem, vt referat principali dicta teſtium, quia ſic principalis diſcet teſtificata.

Reſpon.huic oppoſitioni, quòd ſi principalismet legendo perfunctoriè dicta teſtium, non dicitur diſcere teſtificata iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 226. & 227. à fortiori non dicitur diſcere, ſi ea ſibi referantur ab eo, qui perfunctoriè audiuit: imò hic in Vrbe de ſtylo Rotæ datur parti ſummarium teſtium, & non propterea dicitur pars diſcere teſtificata Cæſ. de Graſſ. deciſ. 70. alias. 1. fol. 104. & deciſ. 80. alias 11. num. 1. & 2. fol. 117. de teſtib. de quo ſtylo in omnibus tribunalibus Vrbis teſtatus ſum etiam ſupra d.nu.227.

De teſtium productione, de literis remiſſorialibus, & de articulis,& interrogatorijs in cauſis criminalibus: dequè multis in communi, pertinentibus ad notorietatem, ad vſurarios manifeſtos, ad ſingularitatem teſtiũ, ad citationem eorum, qui impediti ſunt comparere, ad confiſcationem, ad legitimam, ad trebellianicam, ad ſubſtitutiones, & ad fœuda.

SVMMARIVM.

Teſtes non examinantur in cauſis criminalibus ſine citatione partis nu.1.& 2.Ampliatur 1.etiam ſi procedatur ex officio num. 3. Ampliatur 2. etiam ſi procedatur per viam inquiſitionis num. 4. Ampliatur 3. etiam in examine teſtium ad defenſam, quia debet citari fiſcus num.5. Ampliatur 4. etiam ſi examinentur ad offenſam num.6. Declaratur iſta ampliatio, vt ſit vera, quando examinantur ſpecialiter contra certam perſonam nu.7.Extenditur iſta declaratio etiã ſi ijdem teſtes fuiſſent prius examinati in inquiſitione generali nu.8.Extenditur 2. etiam ſi ageretur de probando inditio ad torturam num.9.reprobatis ijs, quæ dicuntur in contrarium nu.10. 11.& 12.Subextenditur hæc 2. extenſio etiam ſi eſſent mille teſtes nu.13.Subextenditur 2.etiam ſi procedatur contra vilem perſonam num.14. Extenditur 3.declaratio ampliationis,vt teſtes,examinati parte non citata,minus faciant inditium nu. 15. Reſtringitur iſta extenſio nu.16.20. & 21. Ampliatur 5.vt requiratur etiam citatio partis offenſæ quando iudex procedit ex officio num. 16. Declaratur iſta ampliatio, vt procedat quoad citationum de ſubminiſtrandis inditijs antequàm reus dimittatur nu. 17. Limitatur 1. vt non procedat quando teſtes examinantur in inquiſitione generali, quia examinantur, parte non citata num.18.& ſeqq.| Limitatur 2.quando reus inquiſitus eſt contumax in reſpõdendo inquiſitioni,quia tunc &c.nu.22.| Limitatur 3.quando iudex ſe informat de fama alicuius,ſeu de notorio num. 23. ſuper qua limitatione multa pro intelligentia cumulantur. | Limitatur 4. quando teſtes fuerunt affrontati cum reo,quia &c. num.584.| Limitatur 5. in cauſis fidei nu. 585. Extenditur hæc limitatio,vt procedat indiſtinctè etiam ſi non timeatur potentia inquiſiti num. 586.& 587.Extenditur eadem limitatio, vt procedat etiam in alijs cauſis criminalibus, in quibus iudex videret periculum imminere num. 588. Contra iſtam extenſionem num.589.| Limitatur vlt. in cauſa aſſaſſinij num. 590. & 591. Contrarium num. 592. & 593.

Citatio contra reum inquiſitum non decernitur antequàm ſit inuentus vti reus nu. 19.

Teſtes examinati in inquiſitione generali faciunt inditium ad tranſmittendum libellum cum citatione, & ad capturam num.20.

Teſtes examinati parte non citata faciunt aliquod inditium, & præſumptionem num.21.

Probatio in notorio facti permanentis non eſt neceſſaria num. 24. verſ.prima.| Cautela tamen bona eſt,vt probetur num. 26. & 27.Limitatur,vt probatio ſit neceſſaria quando notorium eſt in alio loco, quàm in loco iudicij num. 28. Reſtringitur, vt non ſit vera limitatio quando notorium correſpectiuatur ad locum iudicij num. 29. Exemplificatur reſtrictio num. 30.

Probatio in notorio facti tranſeuntis eſt neceſſaria num. 32. Limitatur quando factum notorij, vt puta delictum eſt commiſſum coram iudice, & tot alijs, qui ſufficiunt ad notorium num.33. ſecus ſi non eſſent tot alij, quot requiruntur in notorio num.34.niſi delinquens eſſet apprahenſus in flagranti num. 35.

Probatio in notorio facti interpolati eſt neceſſaria nu. 36.

Notorium quid ſit ignoratur num. 37. & quando dicatur num. 53. 54. 130. & 131. & quid ſit notorium iuris num. 571.

Teſtes examinati in inquiſitione generali,non ſunt neceſſariò repetendi, reo citato, num.38.verſ.prima. & nu. 39.& 40.Contraria opinio, quòd ſint repetendi,parte citata num.41.Conciliantur,vt prima opinio procedat in notorio facti permanentis ſeu tranſeuntis, ſed in conſpectu iudicis,& tot aliorum,vt &c.num.43.& etiam in notorio facti tranſeuntis, ſeu interpolati quoad ordinatoria proceſſus ſub num. 44. Secunda verò opinio procedat in deciſorijs notorij tranſeuntis,ſeu interpolati num. 45.

Citatio non eſt neceſſaria in notorio facti permanentis num.24.in fine. & num. 25. & ſub num. 38. verſ.prima. & num. 39. & 40. verſus finem. | Contrarium, quòd ſit neceſſaria num. 41. & ſeqq.Diſtinguitur, & concordantur num. 43. & ſeqq. Et quid in notorio iuris num.570.& ſeqq.

Notorium iuris &c.num.46.

Ordo iuris an poſſit omitti in notorijs, à Doctoribus confuſè tractatur num.47. & ſeqq. ad eum.

Contestatio litis, Iuramentum calumniæ & Libellus — non sunt necessaria in notorio facti num. 48. & sub num.57.vers. assumo.

Notorij processus non requirit ordinem, si sit notorium substantia, & qualitate num. 51. & 52. secus si non sit notorium substantia,& qualitate num.56.Item notorium facti non requirit ordinem in ordinatorijs, licet indigeat probatione nu.57.vers.assumo. | secus est quoad decisoria, quia requirit ordinem num. 58. ideoquè testes aliaquè probationes tendentes ad decisionem causæ debent recipi formiter num.59.Notorium verò iuris antequàm sit productum in esse requirit omnem ordinem num.572.& quòd notorium præsumptionis requirat ordinem num. 573. quod, si sit in esse productum, & agatur de ordinatorijs, non requirit ordinem nu. 574 sed si agatur de decisorijs requiritur citatio num.575. & hæc in causis criminalibus num. 576.

Limitatur 1.eadem regula,vt non sit vera quando fœudum alienaretur in extraneum num.1493. & qui dicantur extranei num. 1494. & seqq. Extenditur hæc limitatio, vt sit perpetuò vera,si alienatio est facta sine consensu directi domini num.1500.& seqq. Limitatur rursus in foeudo ex pacto, & prouidentia &c. num. 1537.

Foeudi hæreditarij alienatio facta cum consensu domini directi, etiam si sit foeudum nouum,non reuocatur ab agnato hærede, neque ab agnato non hærede num. 1507. Fallit si foeudum sit hæreditarium antiquum, quia agnatus non hæres potest reuocare, si sit alienatum in extraneum num.1508.

Foeudi non hæreditarij alienatio,facta sine consensu directi domini,an reuocetur ab agnatis num. 1509.

Hæres institutus non potest retinere foeudum omnino hæreditarium, & repudiare hæreditatem allodialium num.1510.idem dicitur de foeudo hæreditario si institutus hæres sit filius, vel descendens num. 1511. si non sit filius, neque descendens, est controuersum num. 1512.& 1513.Si foeudum est nouum, ad quod admittuntur solum filij, & non agnati, debet filius vel acceptare vtrumque,vel vtrumque repudiare nu. 1514. Si foeudum est antiquum potest non hæres repudiare hæreditatem, & retinere foeudum num. 1515. Fallit hoc in filio,seu alio descendente num.1516. Et quid in foeudo paterno seu antiquo num.1517.

Foeudatarius potest alienare foeudum omnino hæreditarium etiam in hæredes extraneos num. 1518. & seqq. Extenditur ista conclusio, vt procedat etiam si alienetur per viam legati num.1521.Extenditur 2.vt possit alienari etiam sine consensu domini directi num. 1524. Extenduntur omnia,vt procedãt in foeudo concesso pro se,& hæredibus, & cui dederit num. 1527.& seqq.& in foeudo concesso pro se, & cui dederit num. 1525.& 1531.Declaratur, vt possit alienare in extraneos de iure foeudorum, sed non in extraneos, inhabilesque de iure communi num.1522.

Fœudatarius potest alienare fœudum nouum in casibus permissis &c. num. 1532. sed si fœudum est antiquũ non potest in præiudicium agnatorum eod. num. 1532.

Fœudi ex pacto & prouidentia alienatio non potest reuocari ab hærede alienantis num. 1533. Limitatur ista conclusio vt non sit vera in fœudo antiquo, & quando agnatus est hæres cum benefisio &c. num. 1534. etiam si alienatio esset facta cum consensu directi domini nu. 1535. Notatur quòd alienatio fœudi noui, facta in extraneos sine consensu directi domini, reuocatur à domino quamuis non possit reuocari ab hærede num. 1536.

Fœudatarius non potest in præiudicium agnatorum alienare fœudum antiquum seu paternum num. 1537. Ampliatur 1. etiam si alienet in agnatum remotum cum consensu directi domini num. 1538. Ampliatur 2. quando alienat in remotum sine consensu proximi num. 1539. Ampliatur 3. vt nec possit facere primogeniturã num. 1541. & 1542. Restringitur ista ampliatio vt non procedat in loco, in quo viuitur more Francorum seu &c. num. 1543. Ampliatur 4. etiam si alienationi accedat consensus directi domini num. 1544. Ampliatur 5. etiam si disponat pro anima, seu &c. num. 1545.

Hæres cum beneficio legis & inuentarij non potest venire contra alienationem fœudi factã à defuncto nu. 1466. Contrarium num. 1467. Distinguuntur multi casus. | 1. est in fœudo omnino hæreditario, & nõ potest nu. 1468. | 2. est in fœudo hæreditario pro se & hæredibus, & adhuc non potest num. 1469. Contra, quòd potest num. 1470. | 3. est in fœudo ex pacto & prouidentia antiquo & potest contrauenire num. 1471. sed si est ex pacto & prouidentia nouum est controuersia, & quòd possit contrauenire num. 1472. Contra, quòd non possit nu. 1473. & 1474. | 4. est in fœudo mixto; & in isto Doctores sunt cõtrarij; tenetur tamẽ, quòd possit cõtrauenire n. 1475.

Euictionis actio quem tenet eundem agentem repellit exceptio num. 1479.

Fœudum quamuis concedatur pro hæredibus, non intelligitur concessum per hæredibus extraneis num. 1894.

Hæredes extranei, nõ comprehensi in inuestitura fœudali, dicuntur omnes ij, qui non sunt expresse vocati in inuestitura & qui sunt exclusi de natura fœudi n. 1495. & de natura fœudi sunt exclusi isti: fæmina extranea, item spurius ab omni fœudo etiam si fœudũ sit merè hæreditarium num. 1496. fæminæ, non agnati, & spurij, si fœudum est ex pacto & prouidentia antiquum vel hæreditarium antiquum nu. 1497. omnes præter masculos descendentes, si fœudum est nouum ex pacto, & prouidentia nu. 1498. & idem si est nouum hæreditarium num. 1499. & 1589. vbi, quòd est prohibita alienatio istius fœudi in hæredes extraneos.

Fœudi omnino hæreditarij alienatio, facta in spurium, seu in fæminam non agnatam reuocatur à domino directo nu. 1501. Fœudi antiqui facta in non agnatum, seu in spurium, vel in fæminam reuocatur ab agnato proximiori, qui non sit hæres hæreditatis num. 1502. Fœudi noui ex pacto & prouidentia, facta in non comprehensum reuocatur à domino directo num. 1504.

Hæres vt possit consequi fœudũ hæreditariũ an debeat esse hæres primi acquirentis, & vltimi morientis nu. 1503.

Dictio vniuersalis quibuscunquè *restringitur ad habiles num. 1519. Declaratur secundum communem opinionem vt sufficiat si restringatur ad habiles de iure communi, loquendo de fœudo concesso pro quibuscunque hæredibus num. 1520. & ad quos se extendat ista dictio in concessione fœudi num. 1521. & 1522.*

Clausula (& cui dederit) æquiparatur clausulæ (quibuscunquè hæredibus) nu. 1528. & est maioris importantiæ num. 1529.

Inuestitura vnica non potest continere plures species fœudorum num. 1551 præsertim si sint species incompatibiles num. 1553. Contraria conclusio, quòd possit continere plures species num. 1554. Exemplificatur ista conclusio num. 1555. Impugnatur exemplificatio, & defenditur eod. num. 1555. & seqq.

Species diuersæ ex eodem facto non oriuntur num. 1552.

Dictio. alius. *est relatiua præcedentium eum eadem qualitate num. 1556. Non procedit ista doctrina quando subiecta materia non patitur talem relationem num. 1558. & quando sumus in claris num. 1559.*

Ratio naturalis debet sẽper et præcipuè attendi nu. 1560.

Masculi præferuntur fæminis in successione fœudi concessi pro se, & descendentibus vtriusquè sextus. num. 1561.

Fœudum habens naturam plurium fœudorum admittit qualitates, quas habent illa plura fœuda &c. nu. 1551. & 1562.

Fœudalia bona non confiscantur num. 1333. 1371. 1624. & 1563. Ampliatur ista conclusio vt quoad proprietatem sit vera indistinctè num. 1564. & 1565. vbi redduntur rationes Extenditur ista ampliatio etiam si fœudum sit transitorium ad hæredes extraneos num. 1566. Extenditur. 2. vt habeat locum etiam in fœudo concesso pro se, & cui dederit num. 1570. & faciunt dicta num. 1574. Contra istam extensionem num. 1571. Defenditur extensio num. 1572. & seq. Ampliatur 2. vt procedat etiam quoad commoditatem, & fructus, quia non confiscantur, etiam durante vita condemnati nu. 1574. Contra ampliationem, quòd confiscentur, durante vita condemnati. num. 1575. Retinetur ampliatio num. 1576. & seqq. Extenditur hæc ampliatio vt habeat locum etiam in fœudo nouo hæreditario nu. 1588. Extenditur 2. vt habeat locũ in quolibet fœudo, excepto eo quod est transitorium ad hæredes extraneos nu. 1590. Extenditur 3. etiam si confiscatio sit facta propter crimen hæresis nu. 1591. Declaratur ista 2. ampliatio vt si fiscus apprahenderit fructus, parte negligente, posset dubitari de restitutione eorum num. 1596. Ampliatur 3. prima conclusio vt multò magis procedat quoad vtile dominium num. 1592. & cum non confiscentur, ad quem transeant num. 1612. 1613. & seqq. Limitatur eadem conclusio, vt non procedat in confiscatione, facta ex causa auxilij præstiti bannito, & attenta constitutione contra homicidas &c. quia fœuda auxiliatoris confiscarentur nu. 1597. Restringitur ista limitatio vt procedat solum in fœudis ecclesiasticis nu. 1598. Limitatur 2. vt non habeat locum in fœudo transitorio ad hæredes extraneos, quia &c. nu. 1599. siue hoc fœudum sit nouum, siue non num. 1600. & an confiscatio duret in perpetuum vel &c. num. 1601.

Fœudi alienatio cuius fauore sit prohibita n. 1577. & sub nu. 1589. & est prohibita expresse nu. 1578. & 1579.

Alienatio fœudi est nulla ab initio ipso iure num. 1580.

Fœudum non præscribitur &c. num. 1581.

Vsumfructum constituere est alienare partem dominij nu. 1583. & 1584. Contrarium num. 1855.

Venditio fructuum foeudi, durante vita foeudatarij venditoris, non est alienatio vtilis dominij nu. 1586.

Fœudatarius potest subinfœudare num. 1426. & 1575. in fine. quia subinfœudare non est alienare num. 1587.

Dominium vtile fœudi noui reuertitur ad dominum directum quando est alienatum à fœudatario in extraneos n. 1589. versus finem. Et dominium fœudi omnino hæreditarij reuertitur ad dominum in casibus num. 1569.

Fœudi vtile dominium confiscatum in casu, quo potest confiscari, remanet confiscatum, durante vita condemnati num. 1601. & 1602. Contraria opinio, quòd remaneat confiscatum in perpetuum. num. 1604. & procedit hæc contraria opinio in omni fœudo alienabili num. 1611. Declaratur eadem contraria opinio vt fiscus teneatur vendere illud ius confiscatum num. 1605. & 1606. & ad quem fiscum spectet dominium vtile confiscatum num. 1609.

Fœuda omnia / Dignitatesquè aliæ — spectant ad Imperatorem n. 1608. & 1609.

Imperator est dominus totius orbis num. 1609. & 1610.

Princeps debet esse vnus num. 1610. & non potest tenere rem in fœudum num. 1603.

Ecclesia non est capax foeudi, & quare nu. 1446. 1447. & 1602.

Fœudũ concessum pro se & cui dederit desinit esse fœudũ, si alienetur n. 1571. sed tamẽ remanet in eo aliquid dominij directi, spectantis ad dominum directũ nu. 1573.

Caducitatis pœna contra fœudatarium alienantem fœudum euitatur, si alienet cum clausula (saluo iure domini & agnatorum) num. 1593. Contrarium nu. 1594. procedit hoc contrarium, quando alienatur in tyrannum seu &c. nu. 1595.

Fœudum tàm nouum, quàm antiquũ reuertitur ad dominum

num

num directum, si fœudatarius cõmiserit felloniam, vel aliud delictũ contra ipsum dominũ n. 1612. Extenditur ista conclusio vt sit vera etiam in fœudo paterno, & antiquo num. 1615. relicta opinione, quòd transeat ad agnatos, priuatis filijs & descendentibus num. 1613. & opinione, quòd reuertatur ad dominum ad tempus nu. 1614. Extenditur etiam vt propterea ab illius successione excludantur omnes agnati num. 1616. & 1617. Subextenditur ista extensio vt excludantur tàm descendentes, quàm agnati in infinitum num. 1619. Limitatur 1. ista conclusio remissiuè num. 1621. Limitatur 2. vt non habeat locum si foeudatarius condemnetur in contumaciam &c. n. 1622. Limitatur 3. vt non habeat locum in fœudo dato ex causa onerosa. n. 1623.

Fœudũ nouum, sequuta confiscatione ex quouis delicto, reuertitur ad dominum directum, exclusis omnibus num. 1624. Limitationes remissiuè. num. 1626.

Fœudum antiquum, sequuta confiscatione ex delicto, non commisso in dominum foeudi, trãsit ad agnatos foeudatarij num. 1627. Declaratur ista conclusio, vt transeat solum ad agnatos distantes vltra quartum gradum num. 1630. Contra, quòd admittantur omnes n. 1633. Retinetur declaratio num. 1634. Limitatur ista declaratio vt non habeat locum in foeudo antiquo pro se & filijs num. 1635. Extenditur ista limitatio vt procedat etiam respectu filiorum num. 1636.

Dominus rei potest in eius traditione apponere legem quã vult num. 1618.

Offensus, videndo consanguineos offensoris intumescit nu. 1620 & 1632.

Filij puniuntur in successione fœudi propter delictum patris num. 1627. & seqq. Declaratur num. 1636.

Patres solent magis timere pœnas filiorum, quam proprias num. 1629.

Consanguinei quantò proximiores tantò similiores in vitijs num. 1631.

Fæminæ sunt exclusæ à successione fæudi num. 1497. & 1638. & seq. Ampliatur 1. hæc regula vt sint exclusi etiam masculi descendentes ab eis num. 1640. & seq. Extenditur ampliatio etiam si in concessione non sit facta mentio agnationis. num. 1642. Restringitur 1. ista ampliatio vt non habeat locum in masculo, qui sit masculus ex fæmina & masculus ex masculo, quia iste quamuis sit remotior masculo ex masculo, tamen præfertur num. 1657. Restringitur 2. vt non procedat quando extant masculus ex fæmina & fæmina ex masculo num. 1718. Restringitur 3. vt non procedat quando ex tenore concessionis apparet non esse concessum intuitu agnationis n. 1651. Exemplificatur ista restrictio in fœudo concesso masculinitati fauore vasallorum vt benè gubernentur n. 1655. Exemplificatur 2. in fæudo concesso pro se & descendentibus & hæredibus quibuscunquè n. 1659. & 1660. Exemplificatur 3. in fæudo concesso pro se & hæredibus quibuscunquè masculis nu. 1661. & an in casu huius 2. restrictionis in cõcursu ita admittatur masculus ex fæmina, sicut masculus ex masculo num. 1662. & seqq. Limitatur ead. regula vt non sit vera in fæudo omnino hæreditario num. 1522. & 1659. Declaratur 1. ista limitatio vt sit vera in fæmina agnata n. 1523. Declaratur 2. vt fæmina nõ admittatur, nisi cum defecerint etiam masculi descendentes ex fæminis num. 1659. 1667. 1668. & 1669.

Argumentum ab emphyteosi ad fæudum valet nu. 1643.

Masculi ex fæminis non veniunt in concessione fœudi pro se & descendentibus num. 1640. & seqq. & num. 1646. nequè in concessione emphyteosis num. 1644. & seqq. & d. num. 1646. nequè in pœnalibus num. 1648. nequè in concessione immunitatis num. 1649. nequè in alia concessione honoris & dignitatis num. 1650. Fallit tamen hoc quando fauor dignitatis venit in consequentiam & non principaliter num. 1658.

Masculus ex fæmina venit sub propria appellatione masculorum nu. 1645. & maximè considerata sola idoneitate masculinitatis num. 1656.

Causa finalis colligitur ex proemio concessionis nu. 1653.

Intentio colligitur ex præfationibus num. 1654.

Fœudum in dubio intelligitur concessum fauore agnationis num. 1647. & quomodo cognoscatur, quando non est concessum fauore agnationis num. 1652. & seqq.

Masculus ex masculo quando non præferatur masculo ex fæmina in successione fæudi, ad quod succedit masculinitas etiam ex fæmina num. 1662. & seqq. & quando præferatur num. 1666.

Proximior in gradu, proximior in successione nu. 1670.

Nepos ex masculo præfertur nepoti ex fæmina in successione foeudi, ad quod succedit tàm masculus ex masculo, quàm masculus ex foemina num. 1666. & 1671. & seqq. Exemplificatur 1. ista conclusio in foeudo hæreditario n. 1674. Exemplificatur 2. in foeudo ex pacto & prouidentia in quo &c. num. 1675. Exemplificatur 3. in fœudo concesso masculinitati ratione idoneitatis num. 1717. Impugnatur ista exemplificatio num. 1718. Soluuntur impugnationes. num. 1719. in fine. & seqq.

Gradus repræsentatiuus habet locũ in successione foeudi, in successione allodialium, in successione emphyteosis, & in successione statutaria, & habet locum quando descendentes succedunt ascendentibus, & quando nepos ex fratre, & patruus succedunt patruo & fratri respectiuè num. 1671. 1672. 1676. & seqq. & iura, disponentia contrarium, sunt correcta num. 1690. & exceptis his duabus successionibus; videlicet quando succeditur ascendentibus & quando succeditur patruo; in reliquis filius nunquàm repræsentat patrem. nu. 1691. & seqq.

Vincula duo magis stringunt quàm vnum num. 1673. & 1720.

Filius repræsentat patrem in successione aui, seu patrui etiam si succedatur ad foeudum ex pacto & prouidẽtia num. 1676. & 1695. sed in alijs successionibus præter successionem ascendentium & patrui non repræsentát num. 1691. & seqq.

Secundo genitus excludit filium primogeniti in successione maioratus, seu Regni num. 1695. vers. prima. Secunda opinio tenet contrarium num. 1697. & seqq. Tertia opinio distinguit vt si primogenitus antequàm moriatus adeptus fuerit possessionem procedat hæc opinio contraria, alias remanet contrarietas num. 1707. Quarta opinio distinguit, vt si filius primogeniti nascatur post secundogenitum, præferatur secundogenitus nu. 1708. Quinta opinio tenet vt in hac controuersia sit standũ consuetudini num. 1709. Vltima opinio tenuit, rem armis definiendam esse, num. 1710. Reijcitur hæc vltima num. 1711. & 1712. & tenetur secunda. num. 1713. Extenditur 1. ista secunda vt procedat etiam si primogenitus decesserit ante &c. eod. num. 1713. Extenditur 2. etiam si filius primogeniti sit natus post secundogenitũ. Extenditur 3. etiam si lex diceret, quòd filius primogenitus succedat num. 1714. Extenditur 4. etiam si filius primogeniti esset solum conceptus tempore mortis sui patris num. 1715. Extenditur 5. vt etiam filius secundogeniti excludat tertiogenitum, & sic deinceps num. 1716. Limitatur ista 2. opinio vt non procedat, quando secundogenitus esset ita sapiens, vt eius successio expediret regno num. 1706.

Filius non repræsentat patrem in successione cum patruo ad fideicommissum num. 1677. & 1678. Contrarium num. 1679. 1680. & seqq. Declaratur hoc contrarium vt non procedat, quando in fideicommisso sunt positæ clausulæ &c. num. 1664.

Successio ab intestato est similis successioni ex fideicommisso num. 1682.

Proximitas secundum veritatem attenditur in successione ex fideicommisso, seu alia dispositione hominis nu. 1678. Contra num. 1683.

Verba hominis sunt intelligenda secundum dispositionem iuris num. 1683. idem dicitur de verbis rescripti nu. 684. idem de verbis contractus num. 1685. & ponitur pro regula ad omnia num. 1686.

Testatoris dispositio in dubio interpretatur vt sit cõformis dispositioni iuris communis num. 1687. & intelligitur conformis statuto num. 1688.

Nepos, mortuo suo patre viuente auo, rumpit testamentum aui, si in eo sit præteritus nu. 1689.

Nepos succedit patruo magno, excluso filio alterius nepotis num. 1692.

Patroni filius succedit liberto, exclusis nepotibus ex fratre dicti filij num. 1693.

Apuliæ regnum est fœudum Ecclesiæ Romanæ nu. 1696.

Primogenitus succedit in Regno etiam de iure diuino nu. 1700. vers. ex iure diuino.

Primogenitura ius potest alienari num. 1700. vers. ex iure diuino.

Filius est portio corporis paterni num. 1701.

Reginæ Ioannæ interitus &c. num. 1704.

Rex Robertus non dicitur iudicasse contra casum suum num. 1705.

Duellum est prohibitum & quare num. 1711. & 1712.

Gradus non attenditur in successione descendentium ad ascendentes num. 1719.

Legitimationis est triplex species num. 1723.

Legitimatus per rescriptum principis non succedit ad fœuda num. 1723. & 1724. Contra istam conclusionem nu. 1725 Retinetur conclusio n. 1732. & soluuntur cõtraria n. 1733. & seqq. Ampliatur 1. ista conclusio vt sit vera etiam in legitimato cũ consensu patris n. 1740. Ampliatur 2. et si pater acquisiuerit fœudũ post legitimationẽ n. 1741. Ampliatur 3. vt à fortiori procedat in legitimato sine consensu patris n 1742. Ampliatur 4. in legitimato cum clausula, ac si esset ex legitimo &c. *nu. 1743. Ampliatur 5. tã in fœudo paterno, quàm in materno n. 1744. Ampliatur 6. etiam si nulli extarent legitimi & naturales n. 1745. Ampliatur 7. etiam in successione ex testamento num. 1746. Limitatur 1. eadem conclusio vt non sit vera quando is, cui conceditur fœudum habet filium naturalem, & dominus, qui concedit ei fœudum pro se & filijs natis, & nascituris, sciebat eum habere filium naturalem num. 1747. Limitatur 2. in legitimato ad fœuda num. 1748. Extenditur 1. ista limitatio vt habeat locum in fœudo nouo, & non extantibus alijs masculis descendentibus num. 1749 Extenditur 2. vt habeat locum in fœudo hereditario, num. 1750. Restringitur 1. eadem limitatio vt non procedat in fœudis antiquis ex pacto & prouidentia num. 1751. Fallit ista restrictio, si in legitimatione fiat mentio de fœudis antiquis ex pacto & prouidentia num. 1752. Contra istam fallentiam nu. 1753. & seqq. Retinetur fallentia num. 1757. Restringitur 2. vt non procedat in fœudis dignitatum num. 1760. Fallit ista restrictio, si fiat legitimatio ad fœuda dignitatum num. 1761. Restringitur 3. vt non procedat in fœudo, in quo sit datus certus ordo succedendi num. 1762. Fallit hæc restrictio si in legitimatione mutetur iste ordo ex certa scientia num. 1763.*

Legitimatus per oblationem curiæ nõ succedit ad fœuda, sed solum succedit patri in allodijs nu. 1764. & 1765. Limitatur hæc conclusio in fœudo, ad quod succederet etiam naturalis num. 1766.

Legitimatus per subsequens matrimoniũ succedit ad fœuda num. 1767. Ampliatur ista conclusio etiam in fœudo ecclesiastico nu. 1768. & 1769. Declaratur eadem conclusio vt in cõcursu ad successionem primogenituræ excludatur à secundogenito nato ex legitima vxore nu. 1770. Subdeclaratur hæc declaratio vt sit vera in legitimo nato ante legitimationem naturalis primogeniti num. 1771.

Legitimatus per subsequens matrimonium excludit filias fœminas, quæ excluduntur a statuto, stantibus filijs masculis num. 1769.

Princeps non potest legitimare ad fœuda antiqua &c. nu. 1753. nec potest alterare inuestituram num. 1755. Contrarium num. 1757.

Fœudum antiquum subiacet regulæ de non tollendo iure quæsito num. 1754. sed Princeps potest tollere hoc ius num. 1758. eius tamen intentio in dubio non est vt velit tollere num. 1759.

Legitimatus per rescriptum principis efficitur verè legitimus num 1725. & 1726. & ideo excludit substitutos sub cõditione &c. n. 1727. reprobata opinione cõtraria num. 1728. & venit appellatione legitimorum num. 1729. Declaratur esse verum, considerata legitimitate in genere num. 1732.

Legitimus esse est quid iuris num. 1726.

Legitimatio est fauorabilis num. 1730. ideoquè est latè interpretanda nu. 1731 Hoc in primis est controuersum &, remota controuersia, restringitur vt non procedat si ex ea lædatur ius tertij num. 1738.

Dispensatio est odiosa num. 1730.

Dispensatio & Legitimatio } quæ dicantur num. 1739.

Naturales non succedunt eorum patribus num. 1733.

Lex generalis non refertur ad casum specialem nu. 1734. & seqq.

Lex noua corrigens veterem non corrigit eam in casu, in quo specialiter prouiderat num. 1736. & seqq.

Testamentum condemnati ad mortem in fortijs curiæ non valet n. 1820. etiam si factum sit ante condemnationem num. 1821. & siue eius bona sint confiscata siue non num. 1822. & quid de consuetudine num. 1823. remissiuè.

Patria potestas perditur, cum pater condemnatur ad mortem num. 1824. seu efficitur seruus pœnæ num. 1825. & cum damnatur in metallum, vel bestijs subijcitur nu. 1826. & cũ deportatur n. 1048. & 1827. & cũ ponitur in banno &c. n. 1828. sed hoc non est verum, si banniti non æquiparentur deportatis num. 1829. quamuis sit bannitus status ecclesiastici num. 1830 & seqq.

Filiusfam. potest facere testamentum, si eius pater sit condemnatus ad mortem num. 1834.

Bannitus potest facere testamentum secundum dispositionem iuris communis, sed non secundum statuta num. 1839. Distinguitur melius, quòd si bannitus non est condemnatus ad mortẽ seu ad metallũ, potest facere testamentum num. 1840 Ampliatur hæc distinctio, vt sit vera etiam si sit bannitus cum confiscatione bonorum nu. 1841. Ampliatur 2. etiam si sit bannitus in perpetuum n. 1842. Ampliatur 3. etiã si extet statutum, quòd bannitus possit impunè offendi nu. 1843. Restringitur 1. ista ampliatio vt non sit vera si faceret testamentum secundum statuta ciuitatis, à qua est bannitus nu. 1845. Restringitur 2. quando statutum diceret, quòd banniti sint extra protectionem communis num. 1846. Ampliatur 4. vt possit testari etiam secundum statuta num. 1847. Restringitur 1. hæc ampliatio vt non sit vera quando banniti ex dispositione statuti possunt offendi nu. 1848. Restringitur 2. quando statutum disponit, quòd banniti non gaudeant beneficio statutorum nu. 1848. Ampliatur 5. vt possit testari etiam de bonis sitis in territorio à quo est bannitus n. 18 9 Distinguitur rursus, vt si bannitus est condemnatus ad mortẽ, seu ad metallũ, vel ad bestias & pro delicto, pro quo de iure communi est imposita pœna mortis naturalis &c. tunc non potest facere testamentum num. 1850. & seq. Ampliatur ista distinctio vt sit vera etiam in testamento extra territoriũ nu. 1852. Ampliatur 2. etiam in deportato n. 1853. Limitatur quando genus mortis, quod imponitur, est prohibitum à iure communi num. 1854. Distinguitur vltimo, vt bannitus ad mortem in contumaciam vigore statutorum possit facere testamentum num. 1855. Ampliatur hæc distinctio in bannitis status ecclesiastici num. 1857. & seqq. Limitatur eadem distinctio, vt non sit vera si faceret testamentum secundum dispositionem statuti num. 1861 Limitatur 2. vt non habeat locum, si sit condemnatus ad pœnam mortis statutæ in iure communi, & deuenerit in fortijs curiæ num. 1862.

Bannitus an possit capere ex testamento num. 1863. remissiuè. & num. 1860.

Bannitus condemnatus vigore contumaciæ non efficitur seruus pœnæ num. 1851. idquè est verum etiam si peruenerit in fortijs curiæ, dummodo pœna mortis non sit imposita de iure communi num. 1856.

Banniti secundum constitutiones Pontificum sunt priuati omnibus offitijs & actibus legitimis nu. 1830. & 1857. sed intelliguntur priuati actibus publicis nu. 1833. & d. num. 1857. in fine.

Infames possunt facere testamentum num. 1858. quamuis sint exclusi ab actibus legitimis publicis num. 1859.

Bannitus, qui potest ex dispositione statutorum impunè offendi dicitur transfuga & hostis ciuitatis num. 1843. vers. comprobatur.

Transfuga & Hostis ciuitatis } perdit illam ciuitatem & omnia iura municipalia illius num. 1844.

Actus legitimi qui dicantur num. 1831.

Patria potestas est inducta à iure ciuili num. 1832.

Mors ciuilis & Mors naturalis } æquiparantur nu. 1836. sed in quibusdam non æquiparantur num. 1837.

Argu-

Argumentum valet etiam ab asino ad clericum militan tã eadem ratione num. 1799.

Relegatus non perdit ea, quæ sunt iuris ciuilis, nec eius bona publicantur, & ideo potest citari num. 1801.

Excommunicatus potest citari num. 1802.

Deportatus partim, partimq; relegatus potest citari nu. 1803.

Transfuga & Hostis potest citari num. 1804. quia hostis non perdit, nisi iura sua ciuitatis nu. 1805.

Bannitus æquiparatur deportato num. 1020. 1028. versus finem. num. 1047. & num. 1779. Contra quia differunt in multis num. 1780. & seqq. | 2. Aequiparatur relegato num. 1785 Contra quia differunt in multis nu. 1786. | 3. Aequiparatur damnato ad vltimũ supplicium, seu ad bestias num. 1787. Contrarium num. 1789. | 4. Aequiparatur excommunicato sub num. 1028. 1065. & & 1791. similiterquè æquiparantur bannum, & excommunicatio num. 1058. in fine. Contrarium n. 1792. | 5. Aequiparatur partim deportato, & partim relegato num. 1793. | 6. Aequiparatur transfugæ nu. 1794. | 7. Videtur quodam genus distinctum de per se num. 1795. & 1796. tamen secundum diuersam dispositionem statutorum diuersimode æquiparatur num. 1797. non tamen potest omnimodo vni ex prædictis æquiparari num. 1798.

Deportato interdicitur omnis locus nu. 1781. isquè non potest impunè offendi num. 1783.

Bannitus pot. stare in omni loco, excepto eo, à quo est bannitus nu. 1782. & potest is impunè offendi nu. 1784.

Condemnatus ad mortem efficitur seruus pœnæ nu. 1788. & 1820. sed si sit absens non efficitur seruus pœnæ, nisi deuenerit in fortijs curiæ nu. 1789. etiam si sit condemnatus vigore statutorum in contumaciam num. 1790.

CAPVT IX.

1 PONO pro regula, qd sicut in causis ciuilibus testes nõ examinantur, idest nõ recipiuntur ad iurandum sine citatione partis iuxta ea, quæ scripsi cap. præcedenti num. 19. & seqq. ad eum; ita à fortiori non examinantur in causis crimi-
2 nalibus: † & moueor: quia si citatio partis requiritur in causis pecuniarijs, multò magis requiritur in criminalibus, in quibus agitur de maiori præiudicio, vt scribunt Abb. in cap. in nomine. sub num. 8. ibi. item si in ciuilibus. de testib. Ang. tract. de malef. in verbo. qui iudex fecit sibi dari licentiam. sub num. 1. Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 7. num. 38. fol. 174. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 31. vers. adde quòd. Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 15. num. 1. in fine. & nu. 4. & dixi etiam lib. præced. cap. 88. num. 19. in fine.

3 AMPLIA I. istam regulam, vt sit vera non solum in processu, qui fit ad instantiam partis, sed etiam in processu, qui fit ex officio, vt ex Io. And. in addit. ad Spec. referunt, & sequuntur Fely. in d. cap. in nomine. vers. tertio declara. num. 5. & Dec. vers. tertio amplia. num. 39. de testib. Gram. cons. 1. num. 64. de foriudicatione, impresso ad finem decisionum suarum. & Mascar. tract. de probat. concl. 682. num. 10. lib. 2.

4 AMPLIA II. vt sit vera etiam si procedatur per viam inquisitionis, sicut contra Ant. de Butr. in d. cap. in nomine. vers. oppono quòd. num. 13. in fine de testib. sentiunt apertè Abb. ibidem. sub num. 8. & Fely. sub nu. 9. vers. tertio limita. & contra eundem Ant. de Butr. Host. & Io. And. firmat Rom. allegatus sub diuersis quotis: nam Fely. vbi supra allegat eum sing. 374. fuit vnus ex vobis. Mars. in l. de vnoquoquè. num. 75. ff. de re iud. allegat eum sing. 366. & Asin. d. §. 7. cap. 5. limit. 15. sub num. 1. & Mascar. d. concl. 682. limit. 3. sub nu. 20. lib. 2. allegant eũ sing. 369. & nos habemus in nostro libro in sing. 364. fallen. 2. contra eosdẽ firmant Asin. d. limit. 15. sub num. 1. & seq. & Socc. reg. 406. fallen. 3. & contra Ant. de Butr. & Io. And. sentit Campeg. tract. de testib. reg. 164. fallen. 18. fol. 99. contra eundem Ant. de Butr. sentit Mascar. d. concl. 682. num. 19. lib. 2. contra eundem sentit Mar. Socc. tract. de citat. art. 7. num. 8. vers. quinto procedit. contra eosdẽ Ant. de Butr. Host. & Io. And. allegat Gabr. in cõcl. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. ampl. 18. nu. 102. & deniquè omnes, qui scripserunt post Ant. de Butr. scribunt in hoc contra ipsum, & nemo eũ defendit, nisi Aret. in eod. cap. in nomine. sub num. 11. vers. tertio fallit. dicens, quòd eius dictum potest intelligi in bono sensu de testibus, qui recipiuntur super fama. sed mihi seuerum nimis videtur, quòd omnes Doctores ita eum liberè repræhendant, & non considerarint, quòd est verisimile, vt ipse loquatur de inquisitione generali, in qua non requiritur citatio partis iuxta ea, quæ scripsi infra num. 18.

Comprobatur ista ampliatio ex ampliatione præcedenti: quia ego non facerem differentiam inter processum ex officio, & processum per inquisitionem: tamen posui separatas ampliationes pro ceruicosis, qui volunt casum decisum per syllabas, & alphabeta.

5 AMPLIA III. vt sit vera etiam si testes examinentur ad defensam: quia erit citandus fiscus, & etiam accusator, si aderit, seu instigator, si erit apertus.

Contra istam ampliationem de citando instigatore in processu inquisit. vide Gabr. in conclus. lib. 2. de citat. concl. 1. limi. 35. num. 473.

6 AMPLIA IIII. vt sit vera etiam si testes examinentur ad offensam contra reum: quia reus erit citandus iuxta ea, quæ scribo infra.

7 DECLARA istam quartam ampliationem vt sit vera, quando testes examinantur specialiter contra certam personam, seu in inquisitione speciali ad effectum procedendi ad aliquẽ actũ præiudicialẽ, quia in eiusmodi inquisitione speciali requiritur citatio, vt sentiunt Bar. in l. fin. in fine. ff. de quæst. Abb. d. cap. in nomine. sub num. 8. ibi. ego vt dixi. & Fely. sub num. 9. vers. tertio limita. de testib. dum scribunt requiri citationem etiam si procedatur per inquisitionem; nam sunt intelligendi in inquisitione speciali per ea, quæ in contrarium dicimus in inquisitione generali infra num. 18. limit. 1. adduco etiam pro ista declaratione Aret. in cap. qualiter & quando. il 2. §. debet. num. 1. 2. & 3. de accusat. qui loquitur ad literam; & apertè. Rol. à Val. cons. 12. vt ex themate. num. 34. in fine. & num. 35. lib. 3. Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 15. sub num. 8. Mascar. tract. de probat. concl. 682. sub num. 20. lib. 2. & concl. 1366. num. 6. in fine & nu. 7. lib. 3. & alij communiter * in diuersis locis, dum scribunt, quòd testes non faciunt inditium, nisi examinẽtur, parte citata, seu repetantur, parte citata: & in terminis huius declarationis intelligo etiam Io. And. in d. cap. qualiter & quã do. il 2. sub num. 26. dicens, quòd communiter seruatur vt inquisitus citetur ad videndum iurare testes. & ibidem Ant. de Butr. col. penult. vers. quæro qualiter. sub num. 40. dicens, quòd communiter seruatur, & quòd debet de iure fieri: nam motiuum, quod faciunt ipsi in cõtrarium ex eo, quòd sicut ante testium receptionem non sunt eorum nomina edenda, ne corrumpantur; ita etiam nõ deberet inquisitus citari ad videndum eos iurare, ne postea eos corrumpat: procedit istud inquam motiuũ in inquisitione generali, in qua, dum perficitur, nomina testium non eduntur, & ideo nequè reus citatur: vel procedit in crimine hæresis, in quo ipsi videntur loquuti, quia in eo sicut non eduntur nomina testium propter timorem & potentiam rei iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 87. num. 19. ita nequè reus debet citari ad videndum eos iurare iuxta ea, quæ scripsi infra num. 585. sed in alijs delictis eduntur nomina testium, vt habetur in d. cap. qualiter & quando. il 2. §. debet. ergo inhærendo eorum motiuo debet reus citari ad videndum iurare testes; & ita communiter * tenetur, & seruatur vbiquè, & quæ possent adduci in contrarium, procederent solum in inquisitione generali, vel in crimine hæresis, aut alio delicto, in quo testibus immineret periculum.

8 EXTENDE I. istam declarationẽ, vt procedat etiam si ijdem testes fuissent iam prius examinati in inquisitione generali, quia adhuc essent repetendi, parte citata, & alias nec probationem nec inditium facerent Bar. Abb. Fely. Rol. à Val. citati supra in præced. declar. & Mascar. d. concl. 1366. nu. 6. in fine. & 7 lib. 3.

9 EXTENDE II. vt procedat etiam si ageretur de proban-

probando inditio, seu inditijs ad torturam: quia adhoc vt testes examinati faciant inditium debent esse examinati, parte citata, alias si essent examinati in inquisitione generali, in qua reus non citatur, non facerent inditium ad torturam Alex. cons. 180. in causa anglorum.num.8.lib.2.Mars.in l.1.num. 4. ff. de quæst. Gundis.tract.de hæret.q.13.num.5.Gramm. decis. 11. num.8.Clar. lib. 5. recept. sent. q.11. vers.item quæro. Mascar.tract.de probat.concl. 1366.sub num. 1. lib.3. & hanc esse communem opinionem scribunt Blanc. in pract.crim.fol.mihi.6.sub num.33.& Gomes.cap. 12. delictorum. sub num. 18.quos refert, & sequitur Clar. vbi supra. & confirmatur ex seqq. subextensionibus.

10 Neque obstat, quòd Alex. cons.65.habita sub num. 9.lib. 1.& Blanc. d.pract. crim. fol. 6. num. 33. in fine num.34.& 37.scribant, consuetudinem esse in contrarium,præsertim in ciuitatibus Lombardiæ, vt testes examinati, parte non citata, faciant inditium ad torturam.

11 Quia resp. apud nos nullibi extare talem consuetudinem.

12 Minus obstat, quòd Ang. tract. de malef. in verbo. hæc est quædam inquisitio. sub num. 54. quem refert, & sequitur Comens.in lucer. inquis.in verbo. inquisitio. fol. 336.dixerit, reum posse examinari cum tortura ante formatam inquisitionem.

Quia resp.dupliciter.& 1. hoc dictum neque secundum ius,neque secundum praxim esse verum iuxta ea, quæ scripsi lib.præced. cap. 86. sub num. 65. vers. nec obstat.

Secundo resp.hoc dictum posse sic saluari, vt citato reo in examine testium, eoquè legitime torto,iudex formet aliam specialissimam,& vltimam inquisitionem contra reum.

13 SVBEXTENDE istam extensionem vt sit vera etiam si essent mille testes: quia adhuc non facerent inditium ad torturam,si essent examinati parte non citata Albert.tract.de agnosc.assert.cath.q.34.sub nu.37.Gram. vot.30 num 8.Rol.à Val.cons.12. vt ex themate.num. 36.in fine & 37.lib.3.& Mascar.tract.de probat.q.5.sub num.37.lib.1.& concl.1366.num.2.lib. 3.

14 SVBEXTENDE II. vt sit vera etiam si procederetur contra vilem personam: quia testes, examinati sine citatione ipsius,non facerẽt inditium ad torturam; quicquid in contrarium referat & sequatur Gabr. in conclus.lib.2.tit.de citat. concl.1. num. 263. ex Gram. vot.3.num.26.& cons. crim. 17. num. 16. versus finem, & num.17.& cons. 34. num. 13. & ex August. ad Ang. tract. de malef. in verbo. quod fama publica &c. sub num.38.

Nam non benè eos refert: quia loquuntur de copia inditiorum non danda, & non de citatione: qui sunt termini diuersi: preterea August. sentit copiam inditiorum esse dandam reo inquisito etiam si millies sit homo malæ famæ & vitæ, & solam copiam inquisitionis & testium super diffamatione existimat posse denegari.

15 EXTENDE III. eandem declarationem, de qua supra num. 7. vt procedat etiam si agatur de inditio; quia testes examinati, parte non citata,non solum non probant plenè, sed neque faciunt inditium Fely.in cap. in nomine.num.3.de testib.Clar.lib.5.recept.sent.q.45. vers.cæterum si reus.Dec.eod.cap.in nomine.num.31. & num.54.vers.septimo fallit. vbi scribit,hanc esse communem opinionem, quam ex eo referunt,& sequuntur Gabr.in conclus.lib.2. tit.de citat.concl.1.ampl.77.nu. 261. Grauat.in annot.ad pract,Vestr.lib.6.cap. 2. num. 29.& Mascar.tract.ad probat.q.5.num.36.& 37. lib. 1. & concl.682.num.8.iuncto num. 2.& seqq.lib.2.

16 RESTRINGE istam extensionem iuxta ea, quæ scripsi infra num. 20. vers. declara. & num. 21. & sub num. 22.

16 AMPLIA V. vt ad offensam in inquisitione speciali, quam Curia faceret ex officio, requiratur non solum citatio rei, vt dixi in ampl.præcedenti,sed etiam citatio partis offensæ,quæ querelauit: imò etiam si non querelasset,cauti iudices solent eam citare ad subministranda inditia,vt scribit Clar.lib.5. recept. sent. q. 11. vers.sed quid è conuerso.

17 DECLARA istam ampliationẽ, vt procedat in terminis,in quibus loquitur, videlicet ad subministranda inditia;quia iudex non debet procedere ad dimittendum reum,quin citauerit partem offensam ad subministranda inditia, ne oriretur suspitio contra iudicem dimittentem reum: sed non est necesse, vt citetur ad videndum iurare testes offensiuos: sed solum ad videndum iurare testes defensiuos.

Testes quando possint examinari sine citatione partis.

18 LIMITA nunc firmatam regulam nu. 1. vt non procedat,quando testes examinantur super inquisitione generali ad inuestigandum, & sciendum quis commiserit delictum,de cuius corpore constat per rei euidentiam, seu per testes, vel per querelam,vel denuntiam, quia testes possunt recipi & examinari, parte non citata, vt benè scribunt Innoc. in cap. bonæ memoriæ.il 1. vers.item not.col.2.num.5.de elect.& elect. potest. dicens,quòd totus mundus sic seruat, quòd;contingente maleficio notorio;statim iudex inquirit generaliter nõ contra certam personam: & facta inquisitione, vocat nominatos in inquisitione de maleficio,vt se defendat: item inquit, cum maleficium sic notoriè factum est,sed quis illud fecerit sit incertum;iudex,nullo vocato,procedet ad inquisitionem illius malefici), scilicet per quos sit factum.Abb. qui refert, & sequitur Innoc. in eod.cap.num.5 Bal in l.ea quidem col.6.vers.diuiditur autem.num.42.C.de accusat dicens,quòd in inquisitione præparatoria ad inueniendum,quæ est generalis inquisitio,nemo citatur præter testes. Gabr. in conclus. lib.2.tit de citat.concl 1.num.104. Maran. in suo spec. par.6.in principio.sub nu.7.fol.mihi.256.& in terminis huius limitationis intelligo eundem Bal in l.idem & si. §. si tibi. vers. sed pone quodam. ff. de condic. ob turp. caus.quem referunt & sequuntur Alber.de Malet.tract. de testib.cap.7.nu.38.& 39.fol.174. Campeg.eod.trac. reg.164.fallen. 8.fol.99.& Asin.in prax.§.7 cap.5.limit. 15. num.5.& 6.dum scribit,quòd syndicus, qui tenetur denũtiare maleficia,si ignorat malefactorem,sed agnoscit maleficium, & eos, qui sciunt malefactorem, potest denuntiare maleficium cum testibus, quos iudex potest,parte non citata,cogere ad deponendum,& manifestandam personam malefactoris.& in terminis huius limitationis sunt intelligendi omnes Doct.scribentes,in inquisitione testes recipi,parte non citata.& hęc limitatio est communis:* & quando non haberemus legem,quæ de ea loqueretur,neque Doctores, qui eam ponerent,habemus sufficientem rationem.

19 Ratio huius limitationis est: quia reus non solum nõ debet,sed non potest citari,nisi sit inuentus: antequàm enim sit inuentus,non dicitur adesse reus quoad iudicium: sed in inquisitione generali non est inuentus,sed inuestigatur,& inquiritur: ergo in ea non potest citari iuxta ea,quæ in simili dicebam lib.præced.c.100.sub n. 11.vers.variæ.loquẽdo de copijs,quæ in inquisitione generali nõ dantur: quia adhuc nõ apparet cui dentur. & ideo Bal.in d. §. si tibi.& relati eius sequaces scribunt istam primam indagationem non habere formam alicuius processus & ideo non requiri citationem: de hac generali inquisitione loquuti sumus, lib. præcedenti cap.83.

20 Declara istam limitationem, vt licet testes in inquisitione generali possint examinari,parte non citata,tamen ij non facient,nisi inditium ad transmittendum libellum inquisitionis specialis vna cum citatione ad cõparendum,vel ad capturam.

21 Ratio huius declarationis est: quia testes quamuis sint examinati,parte non citata,tamen faciunt aliquod inditium,& præsumptionem,vt scribunt Glo.& Bar.in l.hæreditarias.ff.de crim.expil.hæred.Dec.in cap.in nomine.sub num.31.& 54. & ibi Additionator. de testib. Gram.decis.11.sub num.12.& Mascar.tract.de probat. concl.682.num.3.lib.2.sicquè declarabis extensionem tertiam supra num. 15.

22 LIMITA II. attenta generali consuetudine habendi contumaces pro confessis;vt non procedat, quando reus,

reus,cõtra quem testes sunt examinati in inquisitione, est contumax in nõ respõdendo monitorio,seu libello specialis inquisitionis: quia tunc licet illi testes fuerint examinati,reo non citato; tamen potest reputari pro confesso, & diffinitiuè condemnari absquè, quòd illi testes repetantur: & ratio est, quia testes examinati in generali inquisitione fecerunt inditium sufficiens ad eum citandum, & citatus non comparens habetur pro confesso secũdum generalem consuetudinem, & statuta Italiæ, & confessus potest condemnari, vt declaraui lib. præced.cap.97.nu.23.& seqq. & cap. 98. sub num.7.

Notorium quando probetur sine citatione, & quando non egeat probatione.

23 LIMITA III. vt non procedat, quando iudex se informat de fama alicuius, seu de notorio, quia possunt examinari testes, parte non citata Innoc. in cap. bonæ memoriæ.il 1.num.4.in fine.in verbo.testes. & Ant. de Butr.sub num.38.de elect. Abb.in cap.in nomine. num. 7.& Dec num.44.de testib.Rom.sing.364.fuit vnus ex vobis.fallent.6.Crot.tract.de testib. par.7. limit. 9. nu. 32.fol.217.Asin.in prax.§.7.c.5.limit.16.& Masc.tract. de probat.concl.682.nu.15.concl.749.nu.38.& concl. 1103.num.1.& seqq.præsertim num. 10. lib. 2. & alij, quos citaui cap.præced.num.78.

24 Hæc tertia limitatio habet multas spinas, quas longa serie euellam adeo, quòd in ea immorabor vsquè ad num.584.ideo pro intelligentia & resolutione considero in primis duas species notorij.

Prima species erit notorium facti.

Secunda species erit notorium iuris:& de hac secunda dicam infra num. 570. & seqq.ad eum.

CAPIO primam speciem;eamque rursus considero in triplici qualitate facti, sicut consideraui lib. præced. cap.76 num.2.& 7.

Primum dicitur factum permanens.

Secundum dicitur factum transiens.

Tertium factum interpolatum.

ACCEDO ad primam speciem in prima qualitate, videlicet, ad notorium facti permanentis:& in ea facio tres conclusiones.

PRIMA conclusio sit, quòd in notorio facti permanentis non est necessaria probatio iuxta ea, quæ dixi d. cap. 76. sub num. 8. vers. si loquimur. & consequenter hæc tertia limitatio est verissima in notorio facti permanentis: quia si non est necessaria probatio, multo minus est necessaria citatio, quę tendit ad finem probationis:
25 † & quòd in isto notorio facti permanentis non sit necessaria citatio, quando de eo assumuntur informationes & probationes, declarat soluendo contraria Prosp.Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 21. num. 100. & 101.

26 SECVNDA sit conclusio, quòd ad cautelam bona est praxis, vt notorium probetur, quamuis probatio nõ esset necessaria per ea, quæ scripsi d.cap.76.sub num.8. vers.si loquitur.versus finem.

27 TERTIA sit conclusio; quòd est melius examinare testes super notorio, parte non citata, quàm nullatenus examinare:quia vbi aliquid non est necessarium, si illud fiat ineptè non præiudicat iuxta ea, quæ scripsi lib.præced.cap.50.num.16.

28 LIMITA primam conclusionem, vt non procedat, qñ notorium esset in alio loco, quàm in loco iudicij: quia tunc esset necessaria probatio secundum Bal. in auth.qui semel.sub num. 10, C. quom. & quand. iud. Iacob.Nouel.in pract. crim. in principio. sub num.13. vers. fallit. fol. 9. Mascar. tract. de probat. concl.1103. num 27. lib.2. & Prosp.Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 21. num. 91.

29 RESTRINGE istam limitationem, vt non procedat quando istud factum notorium haberet correspectiuitatem ad locum iudicij, talisque, tantaque esset correspectiuitas vt induceret notorietatem in loco iudicij: quia tunc nequè sententia, nequè documenta, nequè ordo iuris exigerentur secundum And.de Iser.& alios citatos num.seq.

30 EXEMPLIFICA istam restrictionem in barone, qui se rebellasset regi, vel teneret castrum publicè contra regem:item in subdito regio, qui iuisset ad hostes, & cum eis publicè moraretur contra regem suum, prout in istis loquitur And. de Iser. super vsib. feud. tit. quo temp. mil. inuest. pet. deb. cap. sancimus. il 2. num. 3. quem referunt, & sequuntur Boss tract.crim.tit. quom. proced.in crim.not. num.15.in fine.& num 16.& Vrsil. in annot.ad Affl.decis.289.num.31.

31 ADVERTE quòd in praxi bonũ est assumere informationes, & probationes per ea, quæ; loquendo de eo, cui princeps donasset bona rebellis confiscata, scribit Boss.d.num.16.& 17.

32 REDEO ad eandem primam speciem in secunda qualitate;hoc est, ad notorium facti transeuntis;& concludo contrarium, quòd in notorio facti transeuntis requiritur probatio notorij, vt scripsi lib.præced. cap.76. sub num.8.vers.si loquimur.il 2.

Ratio differentiæ inter notorium facti permanentis & notorium facti transeuntis est; quia factum permanens subijcitur oculis populi, & oculis iudicis:sed factum transiens non subijcitur oculis iudicis, nisi sit commissum coram populo & iudice.

33 LIMITA istam conclusionem, vt non procedat quã do factum transiens esset commissum coram iudice, & tot alijs, qui sufficerent ad notorium; quia tunc probatio non esset necessaria;& procederetur in eo, sicut in notorio facti permanentis;dummodo sit commissum coram iudice, dum est iudex, & non antea, vel postea: adduco pro ista limitatione Gand,Vital.Boss. & alios, quos retuli, & sequutus sum lib.præced.cap.76 sub nu. 8.vers.si loquimur.ibi.quarto in eo.

34 ADVERTE circa istam limitationẽ, quòd si isti alij, existẽtes cum iudice, coram quo committitur delictũ, non constituerent sufficientem numerum in notorio, delictum non diceretur notorium, quamuis esset commissum coram iudice & testibus Mil.in repert. in verbo.notorium facti si gestum nõ sit.fol.233.& ideo non sufficerent duo testes, sicut malè arbitrantur quidam iudices modicæ literaturæ.

35 RESTRINGE istam aduertentiam, vt non procedat quando delinquẽs fuisset appræhensus in flagrãti, quia tunc diceretur notorium, quamuis numerus testium nun esset sufficiens in notorio iuxta ea, quæ notaui lib. præced.cap.71.sub num. 3 vers. si vero sumus. ibi. aut igitur.

36 REDEO rursus ad eandẽ primam speciẽ in tertia qualitate, hoc est, ad notoriũ facti interpolati. & concludo;quòd etiã in notorio facti interpolati requiritur probatio, sicut requiritur in notorio facti transeuntis iuxta ea, quæ scripsi lib.præced.cap.76, num. 7. in fine. vers.notorium.& sub num.8. vers. si loquimur, il 2. & pro meliori intelligentia huius conclusionis uide quæ scripsi infra num.83.& seqq.ad eum.& num.565.

DIFFICVLTAS I.

Notorij processus quomodo formetur, quomodo probetur. & quæ probatio requiratur.

His præcognitis, & prosequendo materiam, & intelligentiam tertię limitationis, videndum est diligenter quomodo sit procedendum in probationibus, & processu super notorio:
37 † quia quotidie loquimur de notorio, & de eo parum certi scimus, vt scribit per alia verba Glos.vnica.in cap.manifesta 2.q.1. quam sequitur Ant.de Butr.trac.de notor.in principio.& Clar.lib. 5.recept.sent.q.9.in principio. & ego dixi lib. præced. c.76.nu.12. in fine.& vt aliquo ordine procedamus mo ueo tres difficultates, quas longo sermone expediam, & ideo de secunda agam infra num.82.& seqq.de tertia num.139.de quarta num.555.& seqq.

38 DIFFICVLTAS I. est: an is, contra quem recipitur probatio notorij, sit citandus ad videndum iurare testes.

Casifica istam difficultatem:iudex, reperto cadauere N.interfecti in publica platea, inquirit generaliter,

vt mo-

vt moris est, quis illum interfecerit,&c,examinando te stes, inuenit ex eorum depositione quòd M. eum occidit,& qđ notoriè occidit:quia testes deponūt, quòd die prima præsentis mensis hora.18.congregatis hominibus more solito in platea ad effectum faciendi publicum cōsilium,M. ense & pugione interfecit N.ibidem existente & uidente maiori parte populi : captus est modo homicida, & est examinatus iuxta practicam, quam retuli lib.præced.cap.76.sub num.9. vers. si in secunda. & examinatus negauit se commisisse illud homicidium : dubitatur particulariter modo, an testes,examinanti in inquisitione generali, sint repetendi,reo citato.

Resp.constituendo prius opiniones.

PRIMA opinio erit negatiua, quòd non sint repedi:& hanc opinionem videntur sequuti Innoc.Ant. de Butr.Abb.Dec.Rom.& alij citati supra num 23.in 3.limitatione,dum scribunt, super notorio posse examinari testes, parte non citata: nam si intelligeremus eos, vt loquerentur de testibus,qui examinantur in inquisitione generali, superfluè posuissent limitationem in notorio, cum etiā super delictis nō notorijs examinentur testes,parte non citata, in inquisitione generali, vt scripsi supra num.18.limit.1.& in hanc opinionem interpretor ea, quæ scribit Dec.in cap. in nomine. num. 44.in fine.de testib.dum scribit, hāc tertiam limitationem habere locum,si alias in notorio requiratur citatio,quasi dixerit in examine testium posse omitti citationē,quāuis essemus in ea specie notorij,in quo procedi non posset sine citatione,& hanc opinionem apertius tenent Mil.in repert.in verbo.notorium quotiescūque negatur.fol.233.& alij, quos citat Prosp. Farin. in qq.crim.lib.1.q.21.num.96.

39 Cōfirmatur ista opinio : primo quia alias notorietas non operaretur effectum suum, qui est vt pro accelleranda expeditione ordo possit omitti, vt dixi lib. præced.cap.76.sub num.8. vers.si loquimur. & nu. 9.

40 Confirmatur secundo: quia vel consideramus factū, vel consideramus notorietatem facti: si consideramus factum,non requiritur probatio ipsius facti: si consideramus notorietatem,sufficit, quòd iudici constet ex actis esse notorium,vt ex his,quæ scribit Bal. in l. ea quidem.num.52. & 53. vers. item quæro an sit necesse. C.de accus.referunt,& sequuntur Alex.cons. 117. viso processu.num.10.lib.4.Ias.in l.si verò.§.qui pro rei.sub num.13.ibi.secundo aduerte.ff.qui satisd. cog. & Natt. ✻ cons. 275. visis motiuis. num.2.lib.2.& de communi* opin.testantur Alex.& Ias.qui eum sequitur vbi supra. sed in probatione notorij non requiritur citatio partis iuxta ea,quæ dixi supra in tertia limit.nu.23.ergo nulla uia potest esse necessaria citatio.

41 SECVNDA opinio contraria præcedenti erit affirmatiua ; quòd citatio partis sit necessaria; hancquè tenuerunt Innoc.in cap. statuimus.num.5.de offic.& potest.iud.deleg.dicens,quòd partes debent esse præsentes, quando iudex recipit testes super maleficio, quod est notoriū,alij, & non sibi.& ibi Apostillator ad eum, rursus idem Innoc.in cap.tua nos.sub num.4.de cohabit.cleric. ibi. & quòd faciat citari partes ad merita causarū.Clar.lib.5.recept. sent.q.9.vers.item quæro.in fine.dicens,non sufficere informationes sumptas à iudice extraiudicialiter. & Prosp.Farin.in qq crim.lib.1. q.21.num.97.dicens,esse absurdū, quòd in facto notorij transeuntis, seu momentanei recipiantur informationes extraiudiciales. & num. 99. ampl. 7. dicens, testes esse examinandos cum iuramento, & parte citata.

42 Comprobatur ista contraria opinio:quia in isto notorio debet seruari ordo iudiciarius,vt scribunt Ant.de Butr.tract.de notor.art.4.sub num.23. fol. 54. dum refert multa circa ordinem processus in notorijs,confusè dicta per Innoc.in d.cap.tua nos.& Affl.qui alios allegat in costitut.humanitate.num. 35. lib. 2. & probatio debet recipi,iuris ordine seruato,vt scribit Boss. tract. crim.tit.de denunt.num.9.& tit.quom.proced.in crim. not.sub num.8.& 10.

43 His opinionibus adductis, pro resolutione, & concordia opinionum distinguo triplex genus notorij.

PRIMVM genus est notorium facti permanentis, vel facti transeuntis coram iudice,& tot alijs, qui sufficiunt ad notorium : Et in isto procedit indistinctè prima opinio;quòd citatio non est necessaria per ea,quæ, loquendo de notorio facti permanentis, dixi etiam supra sub num.24.in prima conclusione,& per ea, quæ, loquendo de facto commisso coram iudice, & alijs in numero sufficienti pro notorio, dixi supra num. 33. vers.limita istam conclusionem. & ita procedant adducta pro prima opinione, & in 3. limit. supra num. 23.

44 SECVNDVM genus est notorium facti transeuntis, seu facti interpolati: & in isto,in quo loquitur casificatio difficultatis, posita supra num. 38. distinguo duos articulos.

Primus articulus est,sumēdo ordinatoria processus: Et in isto concludo,quòd non solum potest omitti citatio;quando versamur in ordinatorijs,sed possunt omitti etiam ipsa ordinatoria,idest ea omnia,quæ sunt de ordine iuris, qualia sunt libellus, litis contestatio, iuramentum calumniæ,& similia,vt declaraui infra num. 57. quæ tamen ; circumducta notorietate, omitti non possent:quare sufficit quòd notorietas sit probata in processu informatiuo etiam parte non citata: & in isto primo articulo potest procedere prima opinio & tertia limitatio, de qua supra num.23.

45 Secundus articulus est,sumendo decisoria:Et in isto concludo requiri ordinem iuris,& citationem,vt declaraui infra num.58.& 59.& in isto secundo articulo est vera & procedit secunda opinio.

46 TERTIVM genus est notorium iuris : & de isto agam infra num. 570.

47 Retentā ista concordiā opinionum.

Pro maiori declaratione prædictorum,& particulariter primę & secundæ confirmationis adductæ pro prima opinione aduerte 1. circa primam confirmationem, in qua diximus in notorijs posse omitti ordinem iuris ; quòd Doctores in hoc puncto loquuntur nimis confusè, vt de Innoc.scribit Ant.de Butr. tract. de notor. art.4.num.22. versus finem.fol.50.nam Innoc.in cap.tua nos. sub num.2. 3.& 4. de cohab. cler. & mul. recitat multas opiniones, quas Ant.de Butr.d.num.22. 23.& 24.& in cap. vestra sub num.40. d. tit. de cohab. cler.ex cuius cap.repetitione sumptus est de verbo ad verbum ille tractatus de notor. reassumit, & reducit per ordinem ad quinque opiniones, & addit sextam ex Io.de Monte Merlo.& num.25.addit distinctionem allatam à Spec. & non distinctionem Calderini. & demum eod.num.25.& seqq.adducit opinionem suam ex qua formantur hi duo casus.

48 PRIMVS est in notorio facti: in quo firmat hanc cōclusionem ; quòd non sit necessaria contestatio litis, nec iuramentum calumniæ, vt substantiale, quamuis possit iudex, si sibi videatur,illud exigere vti iuramentum de dicenda veritate : & ratio, quam assignat, est, quia iste ordo fuit inuentus ad inueniēdam veritatem : meritò ; ea notoriè apparente ; ordo iste non requiritur : item quia prædicta non requiruntur in summarijs, & ideo multò minus requiruntur;in notorijs: hæcquè conclusio secundum eius dicta procedit generaliter tàm in notorio facti continui, quàm in notorio facti momentanei, seu interpolati, & transeuntis:item in notorio præsumptionis iuris,seu fictionis ; si tamen præsumptio,seu fictio surgat à notorio facti:item procedit siue procedatur ex officio;siue ad instantiam partis:item siue procedatur contra præsentem, siue contra absentem.

49 SECVNDVS casus est in notorio iuris, probationis, vel confessionis: & in isto qualis ordo exigatur in prima instantia ait esse planum : sed in quantum probationes, vel confessio inducantur in alia instantia, planum esset inquit, quòd requiritur ordo iuris, nisi peteretur executio cōfessionis:quo casu,inquit,requiritur processus summarius,si agatur officio iudicis:sed si agatur actione in factum ait requiri ordinem iuris secundum naturam causæ : nam si causa est de summarijs requiritur summarius,& si est plena,seu inquam ordinaria,requiritur ordinarius.

50 Relata opinione Antonij de Butr.

Adduco meam sententiam non multum dissimilem conten-

contentam duabus sequentibus conclusionibus.

51 PRIMA conclusio est, quòd in notorijs, quæ & substãtia, & qualitate sunt notoria, nullus ordo requiritur, sed potest immediatè deueniri ad sententiam, & executionem, sicut ex Spec. Gand. Vital. & Boss. retuli & sequutus sum lib. præced. cap. 76. sub num. 8. vers. si loquitur. ibi. si verò supponamus. & ita procedant textus in cap. quoniam. de fil. presbyt. & alij similes, quos citat Ant. de Butr. tract. de notor. art. 4. nu. 1. & si vis uidere quomodo sententia sit ferenda super notorio iuris, & super notorio facti vide quæ scripsi infra num. 251. & 258. & seqq. ad eos.

52 EXTENDE istam conclusionem, vt sit vera indistinctè in qualibet specie notorij, quod substantia & qualitate sit notorium.

53 DECLARA istam conclusionem, vt notorium substantia & qualitate dicatur illud, quod nulla tergiuersatione celari potest, seu quando nihil superest dicendum.

54 SVBDECLARA vt relinquatur arbitrio iudicis, quãdo notorium facti sit eiusmodi, vt nulla tergiuersatione possit celari, vt ex pluribus refero & sequor lib. præced. cap 76. sub num. 5.

55 SVBDECLARA rursus, vt vix sit reperire factum, quod ita sit substantia, & qualitate notorium, vt possit deueniri ad sententiam sine citatione iuxta ea, quæ dixi eodem cap. 76. sub num. 8. vers. si loquimur. in fine.

56 SECVNDA conclusio est; quòd in notorijs, quæ non sunt substantia & qualitate notoria, requiritur aliquis ordo: & ita procedant textus & doctrinæ, quæ exigunt aliquem ordinem.

57 Pro declaratione huius ordinis, requisiti in eiusmodi notorijs, constituo duas species notorij.

Prima species erit notorium facti, quod indiget probatione.

Secunda species erit notorium iuris.

CAPIO primam speciem, videlicet notorium facti, quod indiget probatione: & in ea considero duos status processus.

Primus est circa ordinatoria processus.

Secundus est circa decisoria.

Assumo primum statum primæ speciei: quando scilicet agitur de ordinatorijs processus super notorio facti, quod indiget probatione: Et in eo concludo non requiri vllum ordinem, quia proceditur sine libello, vt scribit Ant. de Butr. d. art. 4. num. 19. sine contestatione litis, & sine iuramẽto calumniæ, vt ex eod. Ant de Butr. retuli supra nu. 48. vers. primus. & sine alijs, quæ sunt ordinatoria processus, & iudicij, vt admonet Abb. in cap. vestra. num. 18. in fine. de cohab. cler. & sentit apertè etiam Bal. in l. ea quidem. sub num. 50. q. 3. C. de accusat. dicens, ordinem nõ esse necessarium quoad præparationem causæ, declarans de præparatorijs dici, qđ quis sit accusatus, & quòd accusator se inscripserit: & postea subdit, in decisorijs requiri ordinem iuris: imò extendendo dico, quòd etiam ipsa probatio reciperetur sine ordine: & ideo cap. præced. num. 327. vers. declara. dicebam, quòd de consuetudine, & stylo in respicientibus ordinatoria processus iudex potest se informare extraiudicialiter in camera ab aduocatis, & procuratoribus, & sic declaro vno modo dictum Innocentij, Bal. Croti. Mars. & aliorum, quos retuli cap. præcedenti num. 78. vers. exemplifica. dum tradunt, iudicem posse se informare de notorio, & fama sine testibus in forma iudicij receptis.

58 ASSVMO secundum statum eiusdem primæ speciei, quando scilicet agitur de decisorijs processus super notorio facti, quod indiget probatione: & in isto concludo, requiri ordinem iuris iuxta ea, quæ dixi supra ex Bal.

59 INFERO ex ista conclusione, quòd probationes tendentes ad decisionem, & expeditionẽ causæ, exquò dicuntur de decisorijs, vt supponit Butr. d. tract de not. art. 4. num. 22. fol. 54. debent recipi formiter, iuratis testibus, & citata parte, sicut de testibus examinandis super consuetudine, quæ respicit decisionem causæ dixi d. cap. præcedenti num. 335. vers. sublimita.

Nec huic cõclusioni, seu illationi obstat, quòd Dec. Bal. Ant. de Butr. & alij quos citaui supra d. c. præced. num. 337. vers. restringe. sentiant hoc non esse verum in consuetudine notoria, in qua sentiunt posse examinari testes, parte non citata: Quia resp. prout declaraui ibidem num. 347. vers. ad primum. hoc esse verum solum in consuetudine, quæ habet permanentiam euidentem; & ideo dixi ibidem, in ea non esse necessariam probationem, quia dicitur notoria facti permanentis; secus est in consuetudine, quæ non habet permanentiam euidentem.

60 CAPIO secundam speciem: videlicet notorium iuris: & de ista secunda specie agam infra num. 570.

Aduertentiæ ad com. opinion. positam supra num. 40.

61 Retenta illa communi opinione posita supra nu. 40. vers. confirmatur. quòd factum notorium non sit probandum. sunt multa aduertenda pro illius integra intelligentia.

ADVERTE I. opinionem illam procedere indistinctè in facto antiquo, cuius veritas per testes probari non potest Bal in l. ea quidem num. mihi 53 vers. quidam alij C. de accusat. & Mil. in repert. in verbo. notorium facti si gestum. fol. 233.

EXEMPLIFICA istud factum antiquũ in tyrannide ducis Athenarum: item in subiectione Carthaginis aratro: hæc enim facta sunt adeo antiqua, vt nemo possit testificari de visu Bal. vbi supra.

62 DECLARA istam aduertentiam, vt factum antiquũ tunc dici possit notorium, quando in memoria populi est reseruata certitudinaliter scientia continua illius facti, sicut est reseruata de passione CHRISTI nostri redemptoris, vt declarant Aegid. Bellam. conclus. 736 al. bi. 737. vers ideo licèt communis. num. 4. in fine. & num. 5. & Ant. de Butr. tract. de not. in 5. art. vers. venio ad quintum. sub num 61. fol. 56. † alias non diceretur notorium, sed diceretur opinio communis, exquò notorium non est, nisi de præsentibus, vel proximè præteritis secundum Innoc. in cap. veniens. num. 6. de verb. signif. quem referunt, & sequuntur Bellam. vbi supra. & Rot. decis. 6. alias 327. sub num. 5. de except. in nou quod idem sentit Ant. de But. d. tract. de not. art. 4. num. 43. fol 55. & sub d. num. 61. vers. venio ad quintum.

63 DECLARA II. quòd licet non requiratur probatio facti, vt dictum est; tamen probatio notorietatis, assumenda ad finem condemnandi, seu ferendi diffinitiuam sententiam, debet sumi, & recipi formiter, parte citata iuxta ea, quæ ex Innoc. Bal. Ant. de Butr. Mil. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 41. 57. 58. & 59. & infra num. 65. dum diximus notorium esse probandum parte citata, si agatur de decisorijs.

64 SVBDECLARA, istam declarationem non esse veram in facto, quod retinet permanentiam euidentem notorietatis, reseruatæ indubitanter in memoria populi forsan per scripturas authenticas, publicas, & vniuersales.

65 ADVERTE II. eandem comm. opin. esse veram indistinctè respectu processus informatiui, & inquisitionis etiam specialis; quia poterit fabricari, & formari, non aliter probato ipso facto, etiam si factum esset recens: & ratio est, quia notorietas derogat solemnitati, & ordini processus fabricandi, vnde in primis aperit viam iudici, vt possit procedere ex officio etiam in casibus, in quibus non posset procedere sine quærela iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 76. sub num 9. vers. si in secunda. & cap. 68. num. 7. operatur secundo, vt possit procedi sine contestatione litis, & sine iuramento calumniæ, vt dixi supra num. 48. & demum operatur, vt possit formari processus, & inquisitio specialis, etiam non constito de veritate facti secundum ea, quæ scribunt Gloss. in cap. ad nostram. il 3. in verbo. obseruandus. de iureiur. dum inquit, quòd, facta fide iudici de notorio, iudex potest formare inquisitionem ex officio. Cyn. in l. ea quidem.

vers.tertio iuxta hoc quæritur.sub num.5.ibi.dicas ergo.C.de accusat.& Ant.de Butr. quem refert,& sequitur Mil. in reper. in verbo. notorium idest ipsa qualitas. fol. 235. dicens, notorium posse probari, parte absente, & non citata, quia talis probatio est modici præiudicij, cum non fiat nisi ad finem, vt iudex possit tanquàm in notorio procedere,ordine iuris non seruato,probatio tamen,inquit,eius, quod dicitur notorium, non potest fieri, parte non vocata, ad finem ferendi diffinitiuam condemnationem, quia, inquit, hoc nullo modo cauetur, nec aliquis Doctor dicit, & qui hoc diceret, malè diceret,quia esset dictum diabolicum, & ex Mil. sentit Mascar. tract. de probat. conclus. 1103. num. 20. & 23. lib. 2. & adde quę dixi supra num.38.versus finem.43.& 44.

67 Contra istam aduertentiam opponit Mascar.d.conclus.1103.num.21.& 22.dicens, hanc opin. contra aduertentiam posse videri veriorem, & Mascardum refert, & sequitur Prosp.Farin.in qq.crimin. lib.1.q.21. num.107. in fine.& 108.volentes requiri probationem ipsius facti,& non solius notorietatis.

68 Ratio huius contrariæ opinionis est, quia cum esse notorium sit qualitas accidentalis ad factum, quod fertur notorium, ideo debet omnino constare de facto per ea, quæ in terminis scribunt Bal. in l. ea quidem. num.53.C.de accusat.& in auth. qui semel. num. 11. C.quom & quan. iud.Dec.in cap. consuluit. il 1. num. 6.de appell. & Affl. in constitut.humanitate. num. 31. lib.2. quos retuli, & sequutus sum lib.præced.cap. 76. sub num.11.

69 Ratio rationis est, quia non potest probari accidēs sine substantia Bal.in d. auth.qui semel. num. 11. seu, quia impossibile est intelligere accidentia extra subiectum,vt eleganter scribit Ias.in rub.num.2.& 3.Instit. de action.ad quod facit textus in l.si seruum.§. si modus.ff.de act. empt.in illis verbis.*non potest æstimari bonitas loci,qui non extat.*

70 Retenta aduertentia,quæ est vera, resp. adductam oppositionem non procedere in processu informatiuo, de quo loquimur, sed in processu offensiuo, quando agitur ad finem ferendi sententiàm, à qua responsine nec ipsi Mascar. & Farinac. conciliantes discedunt.

71 ADVERTE III. illam communem opin. non esse veram respectu processus offensiui, & sententiæ ferendæ, quia debet probari factum,vt sentiunt ijdem Cyn. Mil. Mascar. & Prosp. Farin. quos citaui in præcedenti 2. aduertentia sub num. 66. 67. & 70.

72 DECLARA istam aduertentiam, vt licet non sit vera quoad factum antiquum per ea, quæ dixi supra in 1.aduertentia num.61.tamen si probatio notorietatis esset facienda ad effectum condemnandi, & notorietas non haberet euidentiam permanentem; dico, quòd hæc probatio notorietatis esset sumenda formiter, parte citata, vt dixi supra in 1. aduertentia. in 2.declaratione num.64.quia prior probatio facta in processu informatiuo non seruiret,exquò illa potest solum operari,vt iudex possit formare inquisitionē specialem & procedere sine ordine iuris, vt dixi supra in 2.aduertentia num.66.

73 ADVERTE IIII. quòd dum illa communis opinio requirit,vt iudici constet ex actis de notorietate; sunt in hoc distinguendi duo casus.

Primus casus est, quando notorietas venit probāda ad effectum, vt iudex possit procedere sine ordine iuris,seu alias prout in notorijs.

Secundus casus est,quando notorietas venit probanda ad fundandam iurisdictionem iudicis iuxta textum in cap.1.de offic.& potest.iud.deleg.in 6.

In primo casu rursus considero duas species iudicum.

Prima species est iudex delegatus.

Secunda species est iudex ordinarius.

CAPIO nunc primum casum,& in prima specie iudicum; quando notorietas venit probanda ad effectum, vt iudex possit procedere sine ordine iuris, & is iudex est delegatus: Et in isto casu & specie concludo,esse attendendam formam delegationis,vt scribit Ant. de Butr. in cap. vestra. sub num.42. ibi. puto quòd in delegatis.de cohab. cler. & repetit idem in tract.de not.art.4.num.39.fol.55.dicens,quòd si Princeps delegans assumit assertiuis verbis factum, quod delegat, pro notorio;processus valebit,non habita informatione super notorio: & hoc benè confirmatur; quia processus contra non diffamatum,stante commissione Principis, ex cuius tenore colligatur,quòd Princeps præsupponit diffamationem, valet absquè, quòd fuerit assumpta informatio de diffamatione iuxta ea, quæ dixi lib. præcedenti cap.84.num.20. sed si delegat sub his verbis: *si ita est*. ait processum non valere, non habita informatione super notorio.

74 Prosequor eundem primum casum,sed in secunda specie: quando notorietas venit probanda ad prædictum effectum vt iudex possit procedere sine ordine iuris,& iudex est ordinarius:Et in isto casu & specie formo duas opiniones.

Prima opinio est, quòd debet constare de notorietate, vt sentiunt Bal.Alex. Ias.& Natt.quos citaui supra num.40.vers.confirmatur secundo.& alij,quos retuli,& sequutus sum pro communi opinione lib.præcedenti cap.76.num. 8.versus finem.& hæc est communis * opinio legistarum,quam aiunt practicari, teste Ant.de Butr.tract.de notor.art.4. sub num. 37.

75 Secunda opinio,quæ est contraria huic primæ, est, quòd processus valeat, etiam si non constiterit de notorietate,hancquè opinionem tenuerunt multi alij, relati per eundem Butr.loco citato.

76 Quid dicendum?Resp.quòd Ant. de Butr. d. art. 4. sub num.39. & 40.& in cap.vestra.sub num.42. col.3. ibi.si est ordinarius.de cohab.cler. quem refert, & sequitur Foller.in pract.crim.in verbo.item quòd est notorius delinquens.sub nu.13.quamuis is loquatur obscurius, videtur sentire,quòd si processus fiat contra præsentem, & non negantem notorium,processus valeat, etiam non habita informatione super notorio; quia,vt aiunt, ea, quæ in libello ponuntur, habentur pro veris, quoad modum procedendi; si à parte non sint expresse negata.& hoc similiter cōfirmatur ex eo, quia processus,factus per inquisitionem contra præsentem,& tacentem, valet,licet nō præcedat diffamatio iuxta ea, quæ dixi dicto cap. 84. num. 18. quòd si processus fiat contra absentem,aut contra præsentem, sed negantē notorietatem, tenet his duobus casibus in puncto iuris processum nō valere, cuius dictis in omnibus me subscribo; sed libentius in casu, quo esset præsens, & opponeret de non præcedente notorietate;& procederetur ad instantiam partis, vt ipse loquitur;quia si postea appareret,quòd nō præcesserit notorietas,& nihilominus iudex fabricauerit processū, vti super notorio, processus erit nullus: hæc excusabitur eo,qđ dum processit ad vlteriora,non obstante negatione & oppositione rei, videtur tacitè pronuntiasse, se esse competentem: quia adhuc processus esset nullus,vt tradit Butr.in d.cap. vestra.loco citato, & tota hæc distinctio Butrij videtur approbata per Affl.in cō stitutione.humanitatem.not.8.n. 34.lib.2 & quòd,quā do proceditur contra absentem,debeat constare de notorietate in actis,vide,quæ dixi infra num. 268.

77 DECLARA I. & restringe ista dicta vt non habeāt locum,quando delictum esset verè notorium, quia tunc satis est, quòd postea appareat de notorietate, sicq; confirmaretur sententia lata sine probationibus, vt dixi infra nu.566.& 569. in 5.difficultate.

78 DECLARA II. seu restringe vt procedant in terminis, in quibus loquimur, videlicet, quando iudex vult procedere via extraordinaria per modū notorij, secus si velit procedere via ordinaria, & iuris ordine seruato: quia isto casu non requiritur aliqua informatio super notorietate Ant.de Butr.tract.de notor.art.4. sub num.37.fol.55.dicens, quòd hoc est planum. Foller.in pract.crim.in verbo.item quòd est notorius delinquens.sub num.13.

79 CAPIO secundum casum,quando notorietas venit probanda ad fundandam iurisdictionem iudicis iuxta textum in d.cap.1.de off.deleg. in 6 Et isto casu firmo conclusionem indistinctā, quòd debet constare in primis de notorietate,alias processus esset nullus, vti factus

ctus à iudice ignorante ſuam iuriſdictionem Ant.de Butr.d.art. 4.ſub nu.36.in fine.fol.55.& in cap. veſtra. ſub n.42.ibi.ſi factum non eſt geſtum.de cohabit. cler. Abb.in c.ad noſtram.il 3.ſub num.7.de iureiur.Fely.in cap.ſuper literis.num.32.de reſcrip.& Mil.in repert.in verbo.notorium facti geſti.fol. 234. facit pro iſta concluſione:quia, ſi iudex ignorat fundamentum ſuæ poteſtatis,non valet ſententia Maran.in ſuo ſpec. in 3.& vlt.par.6.par.in verbo. & demum fertur ſententia. nu. 54.fol.439.& ego, fauente Deo, dicam lib.ſeq. cap. num.

80 EXTENDE iſtam concluſionem, vt ſit vera etiam ſi notorium non negaretur Ant.de Butr.d.art.4. nu.36. fol.55.& in cap.veſtra.ſub num.42.col.3.in fine. de cohabit.cleric.& Foller.in pract.crim. in verbo. itē quòd eſt notorius delinquens. ſub num. 13. & hæc eſt veritas,licet Foller.ibidem, ſibi parum conſtans,contrariū ſentiat,dicens,quòd ſi procedatur contra præſentem non negantem notorium, proceſſus valet.

Nec huic extenſioni obſtat,quòd reo reſpondente inquiſitioni, & non opponente de non præcedente diffamatione, proceſſus eſt validus, vt retuli ſupra ſub num.76.

Quia reſp.aliud eſſe omittere aliquid circa modum procedendi, vt in caſu obiectionis: aliud verò carere iuriſdictione, quæ eſt lapis & fundamentum, & cuius defectus eſt inſanabilior.

81 RESTRINGE nunc eandem concluſionem, vt non procedat in notorio facti permanentis, ſeu commiſſi coram iudice,vt iudice:quia tunc probatio non eſt neceſſaria,quamuis notorietas ſit fundamentum iuriſdictionis Ant.de Butr.in cap.veſtra. ſub num. 42. col. 2. in fine. ibi.de primo,de cohabit.cleric.& faciunt, quæ dixi indiſtinctè ſupra num.33.34. & 35.

DIFFICVLTAS II.

Notorij facti tranſeuntis probatio quanta requiratur.

82 Retenta concluſione, quam firmaui ſupra num. 32. verſ.redeo ad eandem. quòd in notorio facti tranſeuntis & interpolati requiritur probatio.

Quæro qualis,quantaquè probatio requiratur in notorio facti tranſeuntis.

Reſp.Bal.in tit.de pac.conſtan.§.damna. ſub num. 2. fol. 101.Abb.in cap.veſtra.in fine.de cohabit.cler.Nat. conſ. 252.nu.8.lib.2.Maſcar.tract. de probat. concluſ. 1103.num.9.lib.2.& Farin.in qq.crim.lib.1.q.21. num. & 99. ſcribunt, requiri probationem plenam; & hęc videtur communis * opinio, pro qua facit, quia ſtylus debet plenè probari Oſaſc.deciſ. 22. nu. 3. & tamen ſtylus non videtur eſſe ſine notorietate: ſecundo facit, quia,vt dixi lib.præcedenti cap.76. ſub num. 10. notorium ad minus debet probari per duos teſtes.

83 Contraria ſententia: quòd ſufficiat probatio ſemiplena:ſuadetur his duobus argumentis.

84 Primo, quia probatio per famam inducit ſemiplenam, tantum probationem ad tradita per Bar. in l. de minore. §. plurium num. 30. ff. de quæſt. Alex. conſ. 83.num. 7. lib. 3. cum alijs congeſtis per Fely.in cap. veniens.num. 10. verſ.2. concluſio. Maſcar. tract. de probat.concluſ.753.num.5.in fine & nu.6.lib.2.& Fa-
85 rin.in qq.crim.lib.2.q.47. num.54. † imò in criminalibus non facit ſemiplenam, teſtibus ijſdem Fely. in d. cap.veniens.verſ.tertia concluſio.nu. 12. Maſcar. concluſ.754. num. 1. & ſeqq. & Farin.d. q.47. ſublimit. 2.
86 num.59.& ſeqq.qui plures congerunt.† Sed notorium poteſt probari per famam,vt tradunt Bal.in auth. quas actiones.num. 16. C. de ſacroſan. eccleſ.& in l.ea quidem.ſub num.53.verſ. quidam alij C. de accuſ. Mil. in repert.in verbo.notorium facti de longinguo.fol. 234. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1101. num.22. &
87 concluſ. 1105. num.6. lib. 2. † imò, loquendo de fama antiqua,ipſamet facit notorium,vt ex Bal.conſ.73.dominus thomas. lib.3. refert Dec.cap.1.num.46. de appellat. Igitur in notorio ſufficit ſemiplena probatio,& minor, quàm ſemiplena.

88 Secundo quia in cauſis ſummarijs ſufficit regulariter probatio ſemiplena ſaltem quando iudicium ſummarium non parat præiudicium irreparabile in alio iudicio,ſeu eſt modici præiudicij iuxta ea, quæ tradunt Doct. quos refert & ſequitur Maſcar.tract. de probat. concl. 1198. num.5.& ſeqq. lib.3.

89 Quid dicendum?Reſp.Iſtæ opiniones poſſunt conciliari: Aut enim notorium venit probandum ad effectum decidendi cauſam; & iſto caſu procedet prima opinio,quòd debeat plenè probari,& in his terminis, quando ſcilicet agitur de probatione facti, ſunt intelligendi Bal. Abb. Nat. & alij pro ea allegati, prout & apertè declarat Maſcar.d.concluſ. 1103. nu. 13. quem refert, & ſequitur Farinac. in qq. crim.lib.1.q.21.ſub
90 num. 98. † Aut notorium venit probandum ad effectum ordinandi proceſſum, & procedendi in cauſa: & iſto caſu procedet ſecunda opinio, quòd ſufficiat probatio ſemiplena,ſeu extraiudicialis informatio, teſtibus ijſdem Maſcar.& Farin.vbi ſupra, qui licet reſtringat hanc concordiam,vt habeat locum in ciuilibus tātum; ego tamen intelligo eam tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus tùm per ea, quæ dixi infra num. 92. ampl.1.tùm quia Maſcar.& alij loquuntur indiſtinctè: imò iſto caſu ſufficit minor probatio, quàm ſemiplena, quia de eo poteſt ſumi informatio extraiudicialiter, teſtibus non iuratis, & parte non citata iuxta ea, quæ dixi remiſſiuè ſupra num. 44. & num. 59. & ſub num.66. & ita procedunt quæ dixi ſupra limit.3.num. 23. confirmatur iſtud membrum diſtinctionis: quia de notorio, prout tendit ad ordinem, & expeditionem proceſſus iudex ſe informat ad ſui inſtructionem, & quando ſe informat ad ſui inſtructionem ſufficit, quòd ſe informet ſummariè, & parte non citata, vt dixi cap.præcedenti limit.2. num.70.

91 Ex hac conciliatione habemus duas concluſiones.

I. CONCLVSIO. Quando notorium venit probandum ad effectum ordinandi proceſſum iuxta ſecundum membrum diſtinctionis; tunc ſufficit, quòd ſemiplenè probetur, vt dixi ſupra in ſecunda opinione num. 83. & 84.

92 AMPLIA iſtam I. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, in quibus probationes requirūtur clariores iuxta ea,quæ dixi lib.præced.cap.63.ſub num.1.verſ.verum. & cap.97.ſub num.170. Et probatur hæc ampliatio ex eo,quòd iudex,aſſumptis informationibus in proceſſu informatiuo de notorietate delicti, poteſt procedere ſine ſolemnitatibus iuris, vt dixi ſupra num. 44. & tamen illa informatio non poteſt plenè probare, ex quò fuit recepta, parte non citata.

93 AMPLIA II. iſtam concluſionem,vt habeat locum etiamſi qualitas notorij exigatur ad fundandam iuriſdictionem iudicis iuxta textum in cap.1.de off. & poteſt.iud.deleg. in 6.quia ſufficit, quòd iudex ſe informet ſummariè de qualitate notorij, vt tradunt Ant. de Butr.tract. de not. art. 4.ſub num.36. fol.55. & in cap. veſtra.ſub nu.42.col.4. in principio. ibi. ſi negetur notorium.de cohabit.cleric.& Mil.in repert.in verbo.notorium facti geſti.fol.234.Foller.in pract.crim. in verbo.item quòd eſt notorius delinquens.ſub num.13.ibi. ſed ſi negetur.& in terminis Abb.conſ.100.ſub num.3. lib. 1. dicens ex notatis per Ioan. Andr. in d.cap.1. de offic.deleg. in 6. poſſe ſuper notorietate ad ſui inſtructionem examinari teſtes,etiam parte abſente.

94 EXTENDE I. iſtam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi reus allegaret aliquid ad ſui defenſionē; vt puta,quia diceret,ſe illud ſuo iure feciſſe: quia adhuc ſufficeret illa informatio ſummaria ad effectum, vt iudex poſſit procedere Glo.magna in cap.1.de off. deleg.in 6.ibi,ſi autem confiteatur. Ant.de Butr.& Foller.vbi ſupra:& hoc eſt clarum, quia non opponit circa iuriſdictionem.

95 EXTENDEREM II. vt habeat locum etiam ſi reus opponeret,& negaret notorietatem:quia adhuc iudex poſſet vigore ſemiplenæ probationis, ſeu ſummariæ informationis aſſumptæ ſuper notorietate procedere ad vlteriora;& moueor, quia in ſimili videmus, quòd & ſi iudex non poſſit ex officio contra aliquē ſpeciali-

ter inquirere, & procedere; nisi præcedat contra eum diffamatio; nihilominus satis est, quòd diffamatio fuerit probata in processu informatiuo, reo etiam nō citato; nec posset reus se iuuare, dicendo quòd diffamatio non est plenè probata, exquò fuerunt examinati testes eo non citato: vide ad hæc quod scripsi lib. præced. c. 84. num. 26. & supra cap. præcedenti dub. 2. limit. 2. nu. 70. vbi dixi, quòd testes possunt examinari, parte non citata, quando examinantur ad instructionem, & informationem iudicis, & super fama seu notorio.

96 DECLARA istam extensionem, vt reo petenti copiam processus, & informationis captæ super notorietate, sit ei concedenda iuxta ea, quæ dixi de copia diffamationis lib. præced. cap. 100. sub num. 11.

97 DECLARA II. vt si data copia, iudex adhuc procedat, & reus appellet, iudex non teneatur admittere appellationem, quia in notorijs non admittitur appellatio tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus iuxta ea, quæ dixi lib. præced. cap. 97. num. 119.

98 Contrariam sententiam; quòd admitti debeat appellatio, &, ea pendente, nihil innouandū sit, firmāt Abb. cons. 100. sub nu 3. versus finem. lib. 1. Fely. in cap. rodulphus. versus finem. in verbo. & appellari. num. 43. de rescript. & in cap. cum non ab homine. sub num. 12 de iudic. Foller. in pract. crim. in verbo. item quòd est notorius delinquens. num. 14. in fine. Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 3. num. 60. Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 9. nu. 13. fol. 366. & Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 21. sub num. 116. 127. & 128.

99 Confirmatur ista contraria sententia, quia appellatio ab interlocutoria expressa, quà iudex se declarat competentem, & etiam à tacita, quando post oppositam exceptionem incompetentię procedit ad vlteriora, debet admitti, vt dixi lib. præced. cap. 97. num. 58. & cap. 101. num. 18.

100 Sed ista appellatio sapit naturam appellationis ab interlocutoria, qua iudex declarat se competentem, cum hæc iurisdictio dependeat ab existentia notorietatis. ergo.

101 Non obstant adducta in contrarium ex lib. præced. cap. 97. num. 119. quia loquuntur de appellatione à diffinitiua, lata super facto notorio, & hæc solutio satis, aperteque colligitur ex traditis per Abb. Fely. & alios supra citatos: estquè aduertendum, quòd & si regula, sit de non appellando in factis notorijs, vt dixi d. cap. 97. num. 119. tamen recipit multas fallentias, de quibus, fauente Deo, agam lib. seq. cap. . num. . . interim poteris videre Lancell. & Farin. in locis proximè citatis.

102 ADVERTE circa secundam ampliationem, positā supra n. 93. quòd ista summaria informatio in tantū est necessaria, vt requiratur etiam si notoriū non negetur; & vbi nō interuenerit, processus est nullus, vt ex Ant. de Butr. & Foller. retuli, & sequutus sum supra nu. 80. & hæc est communis sententia.

103 II. CONCLVSIO. Quando notorium venit probandum ad decisionem causæ iuxta primum membrū distinctionis, positum supra nu. 89. tunc debet probari plenè; & ita sunt intelligendi Bal. Abb. & alij, quos citaui supra num. 82. vers. resp.

104 RESTRINGE modo istam conclusionem, vt nō habeat locum, quando factum notorium esset antiquum; quia tunc posset probari per famā, vt tradunt Bal. Mil. & Mascar. quos citaui supra nu. 86. sed fama facit solū semiplenam probationem, vt tradunt Bar. Alex. Fely. & alij, quos retuli supra num. 84.

105 SVBRESTRINGE istam restrictionem, vt non possit applicari iudicijs criminalibus, in quibus ageretur de imponenda pæna, quia pæna debet tenere suos authores, & auctores, vt possent puniri, deberent viuere saltem 110. annos: nam in primis debemus præsupponere delictum esse commissum post pubertatem, vel paulò ante; & sic in anno x. circiter; & deinde requirūtur anni 100. vt dicamus delictū rei puniendi esse probatum per famam eo, quòd simus in antiquis iuxta ea, quæ dixi infra num. seq. sed ad istam ætatem hodie nemo peruenit.

106 Oppono 1. contra præcedentem restrictionē seu illius probationē, dū dicimus, famā semiplenè probare: & dico, qd fama in factis antiquis, à quibus distamus p annos centū, vel circa, probat. nō semiplenè, sed plenè, vt tradūt Bal. in l. cū super. sub n. 1. C. de rei vend. & in l. proprietatis. sub nu. 3. C. de probat. & clarius in l. conuenticulam. sub nu. 6. ibi. est tn verum. C. de episc. & cler. referens ex Innoc. in cap. cum in causa. vers. illud autem. de iuram. calum. quòd si in antiquis nō admitteretur ista probatio non posset probari, quòd Cæsar fuisset imperator. Rom. cons. 109. in proposita consultatione. ibi. aut enim hoc. Alex. cons. 83. n. 7. & 8. lib. 3. cons. 139. nu. 10. & 11. lib. 6. Dec. in cap. 1. n. 43. & seq. de appell. & in c. cū causam. n. 3. de probat. quē refert, & sequitur Caputaq. decis. 337. n. 8. & decis. 344 n. 2. & 3. par. 3. Paris cons. 104. nu. 20. lib. 1. Natt. cons. 506. nu. 37. lib. 3. & multi alij, [quos longū esset recensere.] cōgesti per Fely. in cap. veniens. num. 16. vers. quarta conclusio. de testib. Mascar. tract. de probat. conclus. 753. nu. 7. & seq. lib. 2. & fusius per Arelet. in addit. ad Alc. tract. de præsump. reg. 2. præsump. 3. sub num. 3. fol. 320. & per Farinac. in qq. crim. lib. 2. q. 47. limit. 12. nu. 106. & de communi * testantur Fely. in d. cap. veniens. sub nu. 16. vers. nihilominus. Mascar. Arelet. & Farin. in locis allegatis. Crauet. de antiq. temp. par. 1. tit. fama an fidē faciat in antiq. nu. 1. 2. & 3. fol. 141. Hier. de Mont. tract. de finib. regun. cap. 55. nu. 14. in fine fol. 346. Paris. cons. 23. nu. 236. lib. 1. & cons. 52 nu. 50. lib. 3. Dec. cōs. 428. sub. nu. 3 vbi etiam respondet contrarijs. & in d. c. veniens il. 1. nu. 20. & 21. de testib. quamuis eo loci asserat contrariam esse veriorem in puncto iuris; hæcq; communis seruatur in iudicando.

Resp, huic oppositioni dupliciter.

107 Primo resp. verum esse, vt aiunt Doctores, quòd fama probat in antiquis, sed ratio non est ea, quam assignāt, videlicet, quia fama in antiquis probet plenè, sed est ea, quia in antiquis admittuntur probationes leues, & semiplenæ, vt tradūt Cyn. & Bar. in l. si quidem. sub. nu. 2. vers. item sufficit C. sol. matr. & ibi clarius Additio, in litera. d. Bal. in auth. quas actiones. sub nu. 16. C. de sacros. eccles. Alex cons. 187. in hac causa & litē. n. 3. lib. 2. Affl. decis. 13. sub n 24. Paris. cons. 104. nu. 42. & 44. lib. 1. vbi plures allegat. & quòd hæc sit approbata omnium * nostrorum sententia, testātur Crauet. tract. de antiq temp. in principio. fol. 121. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 115. nu. 1. & seqq. & Mascar. tract. de probat. conclus. 103. sub num. 11. & seqq. lib. 1. & hanc esse generalem conclusionem firmat Crauet. d. tract. de antiqu. temp. tit. testes deponentes de credulitate. num. 30. fol. 143. 108 † & ratio quare admittantur probationes leues, & semiplenæ, præsumptiones, & inditia est propter difficultatem probationis, vt tradunt Bal. in d. auth. quas actiones. sub num. 16. Paul. de Castr. in l. admonendi. num. 40. ff. de iureiur. Alex. d. cons. 187. num. 3. lib. 2. & cons. 83. num. 8. lib. 3. & cons. 117. sub num. 7. lib. 4. Par. de Put. tract. de reassump. instr. rub. 12. num. 9. fol. 39. & rub. 13. num. 16. eod. fol. Dec. cons. 42. sub num. 3. & cons. 652. sub num. 2. & Hier. de Mont. tract. de fin. regun. cap. 50. num. 6. & 9. & cap. 55. num. 15. Boss. tract. crim. tit. de par. suppos. num. 13. 31. & seqq. Crauet. eod. tract. de antiqu. temp. in principio. num. 1. fol. 121. Bec. cons. 52. num. 41. lib. 1. Hier. Gig. de crim. læsæ maiest. q. 29. num. 2. fol. 66. Redoan. de simon. ment. par. 4. cap. 6. num. 33. fol. 107. & Mascar. tract. de probat. conclus. 753. limit. 9. num. 22. & 32. lib. 2. 109 † Et quòd in his, quæ sunt difficilis probationis, lex contenta sit probationibus leuioribus, & his, quæ haberi possunt, pbatur ex textu in l. si vicinis. C. de nup. & l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & cap. veniens. il 2. in fine. de testi. & ex alijs adductis p Alex. cōs. 115. n. 12. lib. 4. quos poteris videre, idē tradūt Ias. in solēni repe. l. admonēdi. sub n. 203. ff. de iureiur. Ant. de Butr. ī c. tertio loco. n. 13. & 14. de probat. Natt. cōs. 648. nu. 8. lib. 4. Rot. diuers. decis. 289. n. 4. par. 1. & decis. 95. n. 17. par. 2. & Becc. d. cons. 52. n. 41. ibi. quarta conclusio. qui multa cumulat, & apertius probatur, quando sumus in antiquis ex cap. cum causam quæ. de probat. 110 † sicq; illa cōmunis opinio, quòd fama probet plenè in antiquis, de qua supra num. 106. confutatur ex duabus æquè communibus opinionibus, quarum prima est; quòd fama

fama facit ſemiplenam probationē in ciuilibus, vt di-
xi ſupra num.84 Secunda, quòd fama in antiquis pro-
bat eo, quòd in antiquis propter difficultatem proba-
tionis recipiuntur probationes leuiores, vt hic ſupe-
111 rius dixi.† Et hinc animaduerto, Doctores variè eſſe
loquutos: nam Alex.conſ.4. num.11. lib.2. dixit, quòd
fama idem operatur in antiquis, quod plena probatio,
& Ant.de Butr.in cap.veniens.ſub num.10.verſ.ſed qñ
agitur. de teſtib. quòd fama obtinet locum plenæ pro-
bationis, & idem Alex.conſ.16.nu.22. lib. 5. quòd pro-
bat ſufficienter. & Rot.diuerſ.deciſ.171. num.7. par.2.
quòd probat: nam non tenet iſta conſequentia: fama
in antiquis probat, ſeu ſufficienter probat, ſeu obtinet
locum plenæ probationis propter difficultatem pro-
bationis: ergo fama in antiquis plenè probat; ſed be-
ne tenet iſta; fama ſufficienter probat in antiquis,
quia admittuntur leues probationes propter difficul-
tatem probationis; ergo in antiquis ſufficit ſemiple-
na probatio per famam; ſeu ſemiplena habetur pro
plena, & perfecta.
112 Secundo reſp. quòd licet fama probet plenè in anti-
quis, vt dicunt Doctores, tamen in poteſtate ſcripto-
ris eſt ſumere, & conſiderare eam, attenta eius propria
natura, ſecundum quam eſt ſemiplena probatio, vel
attenta ſubiecta materia, videlicet probationis diffi-
cultate, ſecundum quam habetur pro plena probatio-
ne: & ſic dico, quòd nos ſupra num.104. reſtringendo,
reſpeximus eius propriam naturam; & conſequenter
iſta diſputatio verbalis; an debeat vocari ſemiplena
probatio, vel probatio plena; eſt relinquenda pertina-
cibus, ceruicoſis, & otioſis, cum ſimus concordes in
113 ſubſtantia, quòd ſufficienter probat in antiquis; † &
cum etiam ſemiplena probatio dici poſſit plena pro-
batio ſecundum ſubiectam materiam argumēto textus
in l.2. & ibi Doctores C. de carb. edict. & notat Boſſ.
tract.crim.tit. de delicto num. 13.
114 ORITVR hic qō non inutilis, an iſta probatio per
famam, quæ in antiquis habetur pro plena, & perfecta
probatione, differat in effectu à probatione, quæ pro-
priè eſt plena, & perfecta probatio.
Reſp. videtur dicendum, quòd differat.
115 Primo, quia probatio, quæ eſt propriè plena, & per-
fecta probatio, extinguit totaliter, & annullat in totū
probationem ſemiplenam ſibi de directo contrariam,
vt puta ſi actor probaret plenè per duos teſtes, quòd
tali tempore, & loco mutuauit Seio centum, & è con-
tra Seius probaret ſemiplenè per vnum teſtem, quod il-
lo tempore abfuit ab illo loco, & quòd ſibi mutuum
factum non fuit: vtiquè probatio actoris annihilaret
omnino probationem Seij, vt tradunt Bar. in l.admo-
nendi.num.50.& ibidem Iaſ.col.mihi 88.ſub num.219.
verſ.quærit etiam bar.ff.de iureiur. Ant.de Butr.in cap.
vt noſtrum not.2.num.3 de off.archid.dicens, eſſe be-
nè notandum. & in cap. fin.ſub num. 18. verſus finem.
ibi.ſic & actore.& ibidem Abb.in §.ſanè num.10. de
iureiur.Alex.conſ.134.in cauſa & lite inter albertinū.
num.1.lib.2.Hier.de Mont.tract.de fin.regun. cap. 59.
num.16.fol.347.Ioan.de Amic.conſ.20.nu. 10. & Rot.
diuerſ.deciſ.26.num.1. & 3. par. 1. & faciunt quæ dixi
lib.præced. cap. 97. ſub num. 160. & hæc eſt commu-
✠ nis * opinio, de qua teſtatur etiam Addit.ad Bar.vbi ſu
116 pra.in litera.I. † & procedit etiam in criminalibus, vt
loquitur Boſſ. tract. crim. tit. de conuict. num. 62. ibi.
veritas eſt.
117 Sed probatio per famam etiamſi eſſemus in antiquis
non extinguit aliam ſemiplenam probationem, ſibi de
directò contrariam, ſed potius ipſa extinguitur, vt ſen
tit Rot.diuerſ.deciſ.176.num.6. par.1. Igitur iſta proba
tio differt ab ea, quæ eſt propriè plena, & perfecta
probatio.
118 Secundò & fortius, quia dato concurſu inter proba-
tionem per famam etiam in antiquis ex vna parte, &
probationem, quæ ſit propriè plena probatio ex alte-
ra parte; certè iſta, quę eſt propriè plena, excludet prio
119 rem per famam: † quia probatio per famam nititur
coniecturis, & præſumptionibus iuxta ea, quæ dixi ſu-
pra num. 107. & tradit apertè Crauet. de antiq. temp.
par. 1. in fine. num 31. fol. 143. & ea, quæ eſt propriè
120 plena, nititur veritati, † & nos ſcimus, quòd præſum-
ptio cedit ſemper veritati, vt ſcribunt Paul. de Caſtr.
conſ.81. in cauſa quæ vertitur inter reuerendum. ſub
num.3.verſ.tertio inducit.lib.2.Alex.conſ. 1. pondera-
tis his.num.21.lib.4.Iaſ.in l.1. num. 15. limit.5. C. qui
admitti.Fely.in cap.per tuas. ſub num. 17. verſ. quinto
nota.de probat.Crauet.de antiq.temp.par.3. num. 28.
fol.148.Rot.diuerſ.deciſ.64.num. 3.deciſ. 582. num.3.
par.1.& deciſ.84.num.7.par.2. latè Maſcar. tract. de
probat.concluſ.1316.limit.6.num. 32. in fine. & 33. &
ſeqq.lib.3.qui omnes concludunt, quòd ſi ex lectura
inſtrumenti non appareat ſolemnitas, quæ debebat in-
teruenire tempore actus, & non antea, vel poſtea, ceſ-
ſat præſumptio, quòd interuenerit per antiquitatem
temporis; quod eſt verum etiam ſi eſſet tempus mille
annorum. & quòd præſumptio cedat veritati, latè etiā
deducit Dec.in conſ.400 viſo eleganti conſilio.num.8.
lib.2.& probatur ex l. fin. ff. de probat. & ex pluribus
121 alijs adductis per Dec. & Crauet. vbi ſupra. † Scimus
pariter, quòd probatio certior vincit probationem mi
nus certam Iaſ.in l.1.ſub num.4.limit.2. & ſub num. 5.
& ibidem Socc.Iun.num. 47. & 50. ff.ſol. matr.Gamb.
de auct.leg de lat.lib.3.num.670 fol.174.& Natt.conſ.
122 572.num.8.& ſeqq.lib.3.† quare probatio in ſpecie vti
magis certa pręfertur probationi in genere Alex.conſ.
88.num.8.& 10.lib.5. cum alijs cumulatis ibi per Ad-
dition.Balb.tract.de præſcript.q.5.principali. num. 15.
in fine.fol.54.Natt.d.conſ.572.num. 10. & ſeqq. vbi id
123 pluribus comprobat:† Scimus quoque, quòd vbi mo-
numenta probationum ſunt paria, ſi aliquid addatur
vni parti, illa præponderatur, quia tunc paritas per il-
lud additum reducitur ad imparitatem Bal. in l. pro-
prietatis. num. 2. in fine. C. de probat. & Natt.d.conſ.
124 572.num. 13. † & quòd potentior ſeu fortior probatio
tollat & confundat minus potentem, tradit Crauet. de
antiq.temp.par.1.tit. verbis enunciatiuis Papæ &c. nu.
34.& 35.fol.126. Igitur nulla remanet difficultas, quòd
dato concurſu vna probatio differt ab altera.
Infero ex his ad caſum, in quo A. fuit conuentus à
B.reiuendicatione ſuper domo: A. allegabat præſcri-
ptionem centenariam. B.probabat malam fidem, & fa-
mam, quòd illa domus ſpectaret ad ipſum actorem: &
ſic recuperauit dictam domum: Nunc C. agit rei ven-
dicatione ſuper eadem domo contra B. & probat per
inſtrumenta & cataſtra antiqua, quòd eius pater emit-
& poſſedit dictam domum à patre dicti.B.& quòd ſol-
uit gabellam pro emptione dictæ domus: concludo in
125 iſto caſu quòd B. debet ſuccumbere cū C. † quia pro-
batio per inſtrumenta, & per cataſtra inter eaſdē per-
ſonas, & per verba diſpoſitiua faciunt propriè plenam
probationem; imò inducunt notorium, vt conſuluit
Dec.conſ.428. nu.5. concludens ex eis probari domi-
nium; quod tamen hic non firmo, ſed poteris videre
allegata per Maſcar concluſ.540.per totam.lib.1.
126 CONTRARIA ſentētia, quòd probatio per famā in
antiquis non differat à probatione, quæ eſt propriè ple
na probatio, ſuadetur ex eo, quòd præſumptiones ap-
probatæ à iure æquipollent veris, & legitimis proba-
tionibus: vnde dicimus, quòd iuris præſumptiones
ſunt liquidiſſimæ probationes, vt congerit Dec. rub.
127 de probat.num.149. † & hinc dicimus, quòd probatio
per famā in antiquis ſeu aliter coniecturalis, & præ-
ſumptiua, quæ ſit approbata à iure pro plena proba-
tione, habet locum etiam in lege, ſeu ſtatuto, requiren
te plenas, & perfectas probationes, ſeu etiam inſtru-
mentales, vt ſcribunt Dec.dicta rub.de probat.nu.150.
& conſ.54.nu.3.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.2.caſ.
115.num.5.& 6. & latius Crauet. tract.de antiq.temp.
par. 1.tit.fama an fidem faciat &c.n.36.& ſeq. fol.143.
reprobato per eoſdem Socc.in conſ.194. lib.2.
128 Quid dicendum? Conciliantur. Si loquimur de pro-
batione ſemiplena in cōcurſu cum plena probatione;
concludo, quòd differunt, quamuis illa ſemiplena ha-
beretur à iure pro plena: & ſic procedit prima opinio:
129 † Si loquimur de ſemiplena ſine cōcurſu; concludo, qđ
non differūt, & ita procedat ſecūda opinio: cui nō ob-
ſtat argumētum adductū pro prima opinione, qa latet
æquiuocatio in minori propoſitione, poſita num. 117.
ideo enim probatio per famam non extinguit ſemiple-
nam probationem, quia etiā contraria ſemiplena pro-

batio cum ſimus in antiquis habetur pro plena proba-
tione iuxta ea,quæ dixi ſupra num,106.& ita declara-
rem deciſionem Rotæ,ibi ex aduerſo allegatam,vt ha-
beat locum , ſi illa quæ allegantur contra famam ſint
talia , quæ æquipolleant famæ, & ſint etiam in an-
tiquis .

130 Oppono ſecundo contra eandem reſtrictionem, po
ſitam ſupra nu. 104. quia,cum notorium ſit de præſen-
tibus , vel proximè præteritis , non poteſt probari per
famam,quæ eſt de longè præteritis, Innoc. in cap. ve-
niens.num.6.verſ.item aliud. de verb.ſign. & alij,quos
citaui ſupra ſub num. 63. & in terminis ſic conſiderat
Maſcar.tract.de probat.concluſ.1191.n.19. & 20.lib.2.

131 Huic obiectioni reſp. quòd notorium poteſt eſſe
etiam de longè præteritis, de quibus ſit reſeruata cer-
titudinaliter memoria hominum ; vt dixi ſupra nu.62.
quare diſtinguo:aut eſt notorium de recenti, & in lo-
co non de longinguo, & habet locum obiectio,quia
teſtes non debent deponere de fama,ſed de viſu,vt di-
132 xi ſupra,& de iſto non loquitur noſtra reſtrictio: † aut
eſt de facto antiquato, & tunc ſi illud fuerit certitudi-
naliter reſeruatum in memoria hominum iuxta ea,
quæ dixi ſupra num. 62. dico, quòd poteſt probari per
famam.vt tradunt Innoc.Bellam.Butr.& Rot.quos ci-
taui d.num.62.& 63.& hic addo Maſcar.tract. de pro-
bat.d.concluſ.1101.num.21. & ſeqq lib.2. & Farinac.
in qq.crim.lib. 1.q.21. num. 106. qui alios allegant. Et
quòd eiuſmodi notorium poſſit probari per teſtes de
auditu,ſcribunt idem Ant.de Butr.tract. de notor.art.
4.num.44.& Foller.in pract.crim. in verbo.item quòd
133 eſt notorius delinques.num.11. in fine, † Et hoc noto-
rium ſuper facto antiquato Bal.in l.ea quidem.ſub nu.
24.& 26.verſ.notorium eſt id.C. de accuſat. vocat no-
torium,olim neceſſarium , & hodie cõtingenter noto-
134 rium,† & Ant.de Butr.d.art.4.nu. 42. in fine & nu.43.
ex Arch.refert notorium tranſire in famoſum,quando
omnes teſtes,qui fuerunt præſentes actui,ſunt mortui;
& benè meo iudicio ſic appellari poteſt, exquò non
poteſt probari aliter , quàm per famam , & per teſtes
de auditu .

135 RESTRINGE II. eandem concluſionem, poſitam
ſupra num. 103. vt non habeat locum in notorio facti
de longinguo, quia poterit ſimiliter probari per famã,
ſicut teſtantur ijdem Butr.eod. art 4. ſub num 67. Mil.
in repert. in verbo. notorium facti de longinguo. fol.
234.Maſcar.d.concluſ.1101 num.22.& 23. & Farin.d.
q.21.num. 106.militat enim in vtroque caſu difficultas
probationis,ob quam admittitur probatio per famam.

136 INTELLIGE & diſtingue iſtam reſtrictionẽ,prout
intellexi & diſtinxi in præcedenti n.107.& ſeqq.ad eũ.

ORITVR ſecunda quæſtio circa has reſtrictiones:
an ex eiuſmodi probatione per famam poſſit deueniri
ad expeditionem .

Reſp. Si ſumus in cauſis ciuilibus, crederem , quòd
ſic,quia in his,quæ ſunt difficilis probationis , fama
137 probat ſufficienter, vt dixi ſupra num.107.& 108. † Si
ſumus in criminalibus,diſtinguo:aut agitur circa ordi
natoria:aut circa deciſoria:ſi circa ordinatoria, & ali-
qua emergentia; dico ſimiliter quòd ſic Maſcar.tract.
de probat.concluſ.754.num.19.20.& ſeq. lib.2. & ra-
tio eſt,quia reputantur modici præiudicij,& in his fa-
ma ſufficienter probat; vide eundem Maſcar. concluſ.
753. num. 17. & quòd in ordinatorijs probet,patet ex
eo,quia poteſt deueniri ad capturam, & ad inquiſitio-
nem iuxta ea,quæ dixi lib. præced. cap. 84. num. 1. &
138 21.iunctis his,quæ dixi eod.lib.cap.42.num.16.† ſi cir
ca deciſoria : rurſus conſidero duos caſus : aut agitur
de pœna ordinaria, quæ ſit corporis afflictiua , & non
poteſt deueniri ad condemnationem:aut agitur de pœ
na extraordinaria mitiori , & poteſt , dummodo iſtæ
præſumptiones ſint vrgentes iuxta ea , quæ dixi lib.
præced.cap.93.ſub num. 1. verſ. ſed prædictum conſe-
quens.cæterum totam diſtinctionem hanc latè proſe-
quar,Deo dante,lib.ſeq.hæc dicta ſint de probatione
notorij facti tranſeuntis .

DIFFICVLTAS III.

Notorij facti interpolati probatio quanta requiratur.

139 Quæro qualis, quantaquè probatio requiratur in
notorio facti interpolati.

Reſp.Innoc.in cap.tua nos. num.2. propè finem.ibi.
ſi autem ſit notorium.de cohabit.cleric.Ioan.Andr. in
cap.veſtra.ſub num.13.verſ.ſecundum dicitur.eod. tit.
& ibidem Abb.ſub nu.19.Ant.de Butr. tract. de notor.
art.4.num.30.fol.55.& num.44.in fine fol.56.Mil.in
prax.crim.tit.tractatus de notorio.num.17.fol.153.Io-
doc.in prax.crim.cap.11.num.10.in fine.Maſcar.tract.
de probat.concluſ.1103.num.15.lib.2. & communiter
* omnes in diuerſis locis ſcribunt, ſufficere ſemiplenã
probationem;& ratio meo iudicio eſt , quia Doctores
loquuntur de probatione in genere , quæ fit per teſtes
ſingulares iuxta ea,quæ retuli infra num.469.verſ.pro
parte affirmatiua . nam in actibus interpolatis ad pro-
bandum aliquid in genere admittuntur ſecundum eos
teſtes ſingulares,vt dixi loco citato. & certũ eſt, quòd
teſtes ſingulares regulariter non probant,niſi ſemiple-
nè, vt dixi infra num.367. verſ.ſecundo.

Reliquas difficultates habes infra nu.555.& 566.

DVBITATIO I.

Notoria facti interpolati quæ ſint.

140 Dubitatur quot caſibus verificetur hoc notorium
facti interpolati .

Reſp. in illis omnibus,in quibus lex determinat,ma
nifeſtum,ſeu notorium dici id , quod pluribus vicibus
commiſſum eſt , & cum euidenti propoſito reiterandi
illud quoties euenerit caſus ita, vt poſſit tranſire in pu
blicam notitiam omnium : alias enim ſi requireretur,
quòd eſſet commiſſum,vidente toto populo,ſeu maio-
ri parte illius,diceretur notorium facti tranſeuntis, &
non interpolati,vnde ex his infero duas concluſiones:
Prima eſt;quòd is,qui ſæpè extorſit vſuras, & eſt para-
tus in dies extorquere à quolibet,qui velit accipere
pecunias mutuo ſub vſuris,diceretur vſurarius mani-
feſtus facti interpolati, ſicut latius declaraui infra nu.
154.Secunda concluſio eſt ; quòd is, qui, vidente toto
populo,ſeu maiori parte illius, recepit vſuras etiam ſi
ſemel tantũ, dicitur vſurarius notorius facti trãſeuntis.

DVBITATIO II.

Vſurarius qui dicatur .

Dubitatur qui dicatur vſurarius notorius , ſeu ma-
nifeſtus .

Reſpon.In primis oportet cognoſcere , qui dicatur
141 vſurarius:† nam,non cognita ſubſtantia,non poteſt co
gnoſci qualitas illius iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.
142 69.verſ.ratio. † & reſolutiuè agendo , dico proprium
vſurarium dici , quando vſura eſt commiſſa in contra-
ctu mutui,& non in alijs,teſte Hoſtien.quem refert,&
ſequitur Paul.de Caſtr.conſ.160.ad primum. ſub nu.1.
143 lib.1.† in alijs enim contractibus,vt puta in venditio-
ne cariori prætio propter dilationem temporis non
committitur vſura formalis,ſed ſolum largè,& impro-
priè ex intentione Caſtren.loco citato,& num.2.

Vſurarius manifeſtus dicitur multis modis .

MODVS I.

144 Hoc præmiſſo ; concludo , quòd vſurarius manife-
ſtus , ſeu notorius dicitur multis modis , vt patebit ex
infradicendis .

Primo ergo, & propriè loquendo , manifeſtus , ſeu
notorius vſurarius [conſiderata notorietate facti : lo-
quor enim adhuc de notorio facti iuxta diuiſionẽ,quã
præmiſi

præmiſi ſupra num. 24.] dicitur is, qui tenet menſam ſeu altare paratum ad mutuandum ſub vſuris Gl. in cap. 1. in verbo manifeſtos. de vſur. in 6. Hoſt. in ſum. tit. de vſur. ſub num. 10. verſ. quæ pæna vſurariorum. fol. 251. Beat. Ant. tract. de vſur. tit. de manifeſtis vſurarijs, cap. 5. ſub num. 1. fol. 91. & tract. de excomm. cap. 49. num. 2. fol. 378. Bar. in l. fur eſt manifeſtus. ſub num. 3. ff. de fur. Bal. conſ. 162. caſus ſuper quo. num. 2. & conſ. 311. quidam thomas. num. 3. lib. 2. conſ. 459. viſa dicta petitione. num. 3. & 8. lib. 4. Ant. de Butr. tract. de notor. art. 2. num. 23. & in cap. veſtra. ſub num. 34. de cohabit. cleric. & in cap. cum in dioceſi. num. 7. de vſur. Abb. conſ. 34. num. 2. lib. 1. & conſ. 2. ſub num. 1. lib. 2. Dec. in l. 1. ſub nu. 17. circa medium. C. de eden. Ioan. Franc. de Plat. tract. de excommunic. in declaratione excommunicationis. § 4. n. 3. fol. 350. Ioan. à Capiſtr. de vſur. in principio. num. 78. fol. 96. & par. 2. 2. par. princip. num. 14. fol. 104. Ambroſ. de Vign. eod. tract. §. ſalubriter num. 226. fol. 64. Rolandin. de teſtam. rub. 38. num. 2. fol. 25. Ioan. Mil. in prax. crim. tit. tractatus de notorio. num. 16. fol. 153. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83. Iodoc. in prax. crim. cap. 11. num. 10. Maſcar. de probat. concluſ. 1101. num. 14. lib. 2. Cauenſ. ſuper ritu. 199. num. 2. & Franc. Scagl. ſuper ritu. 20. & 21. nu. 17. qui dicunt; vſurarium manifeſtum eſſe eum, qui tenet bancum in publico. Io. Ant. de Nigr. in cap. nouiter noſtræ maieſtati. num. 13. & communiter* omnes in diuerſis locis, ſicut teſtatur Abb. dicto conſ. 2. ſub num. 1. & ſic eſt definitum in conſtitut. March. lib. 3. cap. 13.

145 DECLARA hunc primum modum, vt non ſatis ſit tenere publicè menſam paratam; quia, vt tradunt Bal. dictis conſ. 311. num. 2. lib. 2. & conſ. 459. num. 2. & 3. lib. 4. & Petr. de Anch. conſ. 189. tribus de cauſis. num. 6. ad hoc vt quis dicatur vſurarius manifeſtus requiruntur duo, factum ſcilicet, & qualitas facti, factum eſt ipſe contractus, ſeu [& melius] ipſa exactio vſuræ: qualitas eſt ipſum manifeſtum, quod depræhenditur ex euidentia rei, vt puta quia teneatur menſa parata, vel ex diſpoſitione iuris.

146 INFERO ex hac declaratione; dũ dixi, requiri exactionem vſurarum; nõ ſatis eſſe, quòd quis dederit pecunias ad vſuras, niſi eas etiam receperit, teſtibus Gemin. in cap. quamquam. nu. 4. de vſur. in 6. quem refert, & ſequitur Lup. tract. de vſur. comm. 4. in eod. cap. quamquam. num. 28. fol. 147. & ſub num. 31. fol. 148. & vtrumquè Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1418. num. 5. lib. 3. hoc idem tradit B. Ioan. à Capiſtr. de vſur. in 2. 2. par. principalis num. 16. fol. 104. & Neuiz. conſ. 88. num. 8. & ante hos omnes Ioan. Andr. d. cap. quamquam. in fine principij de vſur. in 6. quem referunt, & ſequuntur Anch. conſ. 189. tribus de cauſis. num. 6. & Rodulp. de vſur. q. 89. in fine num. 23. fol. 31. ait tamen quòd libellus procederet, ſi in eo diceretur, quòd eſt vſurarius manifeſtus, quia intelligeretur, quòd vſuras recepiſſet: vnde Io. And. Rodulp. & Gemin. vbi ſupra inſtruunt Aduocatos, vt non forment ſimpliciter articulos, quòd quis mutuo dederit pecuniam ad vſuras, ſed addant, quòd receperit etiam eas. & hæc ſententia ſatis videtur probari ex textu in d. c. quamquam. de vſur. in 6. & notat ibi Apoſtillator in verbo. receperant.

147 LIMITA I. hanc illationem ex his, quæ tradit B. Ioan. à Capiſtr. vbi ſupra nu. 17. vt non habeat locum quando obligatio debitoris ad vſuras apparet in ſcriptis, hocquè factum iam ſit manifeſtum, quia tũc vſurarius tenetur abſoluere debitorem, & inſtrumentum obligationis deſtruere, & debitorẽ liberare, ne ab hæredibus vexetur, quòd ſi eũ non liberauerit, & ita mortuus fuerit vſurarius, vtiquè diceretur incuriſſe pœnas contentas in cap. quia in omnibus. de vſur. & cap. quãquam. eod. tit. lib. 6. quod tamen hic non audeo omnino pro certo firmare; præſuppoſito quòd aliter non cõſtet de receptione vſurarum ab alijs.

148 LIMITA II. quando probaretur euidenter, quòd ab alijs receperit vſuras, quia tunc dicitur omnino manifeſtus vſurarius, & tenetur ad reſtitutionẽ vſurarum etiam illi, qui non poſſet probare vſurarium à ſe quoquè exigiſſe; dummodo conſtet de mutuo, & de tempore, quo durauit obligatio, ſicut ex Io. Andr. Butr. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra dub. 8. ſub num. 305.

149 RETENTA iſta declaratione, poſita ſupra num. 145.

EXTENDE iſtũ I. modum, vt dicatur vſurarius manifeſtus, ſeu notorius, quamuis ſemel tantum receperit vſuras: nam concurrunt in eo duo extrema requiſita, vſura ſcilicet recepta, & ſufficit vnicus actus, vt ex B. Ant. retuli infra num. 185. in fine. & ſub num. 188. & ſic eſt vſurarius; & concurrit notorietas, ſeu manifeſtum, reſultans ex menſa parata: vnde benè concluditur, quòd eſt vſurarius manifeſtus, ſeu notorius.

150 CONTROVERSIA poſſet oriri; an eiuſmodi vſurarius, qui tenet menſam paratam, dicatur notorius notorietate facti permanentis, & continui, vel facti interpolati.

Nam Abb. in cap. cum in dioceſi. nu. 4. prope finem. de vſur. titubando, dicit eſſe notorium facti permanẽtis, vel interpolati, & poſtea concludit, de eo eſſe iudicandum, ſicut de notorio facti permanentis: in hanc eandem ſententiam, quòd ſit facti permanentis apertè iuerunt Saly. in l. ea quidem. in 1. q. ſub nu. 67. C. de accuſat. quem refert, & ſequitur parua Additio ad Ioan. Andr. in cap. veſtra. col. 4. litera b. de cohab. cler. B. Ioan. à Capiſtr. tract. de vſur. 2. par. 2. par. ſub. num. 14. fol. 104. & nonnulli, quos ſine expreſſione refert Rodul. tract. de vſur. q. 87. ſub num. 15. fol. 30.

151 Contrariam ſententiam, quòd ſit facti interpolati; præmiſſa diſputatione; videtur amplexus Ant. de Butr. in d. cap. veſtra. ſub num. 34. de cohab. cleric. & tract. de notor. art. 2. nu. 23. hanc eandem ſequutus eſt Iodoc. in pract. crim. cap. 11. num. 10. cui & nos aſſentimur, quia vt dixi infra num. 306. & 307. ſufficit in eo ſemiplena probatio: & enim ſi eſſet facti permanentis nulla requireretur probatio.

Nec obſtat, quòd qualitas, ſeu inquam notorietas ipſius ſit permanens, & continua; quia reſpõdeo, quòd factum, quod vti ſubſtantia attrahit, & non attrahitur, eſt facti tranſeuntis; adhærendo ijs, quæ ſcribit Bal. conſ. 459. viſa dicta petitione. ſub num. 5. lib. 4. dum ſcribit, quòd ſi per aliquos teſtes fuerit dictum, quòd aliquis exercebat vſuras iam ſunt anni 30. & per aliquos, quòd anni 22. & per aliquos, quòd ſunt anni 20. non poteſt ſuper tales probationes iudicari, quòd poſt illa tempora & præſertim tempore mortis fuerit vſurarius; cum hoc notorium non ſit notorium facti permanentis, ſed facti tranſeuntis.

152 RETENTA iſta contraria ſententia; quòd ſit facti interpolati.

Oſtendo contra Bal. vbi ſupra, quòd non eſt notorium facti tranſeuntis; quia ad probandum vſurarium notorium ſufficit probatio ſemiplena, vt dixi ſupra num. 139. & tamen in notorio facti tranſeuntis eſt neceſſaria probatio plena, vt dixi ſupra num. 82. & 103.

153 DECLARA eandem contrariam ſententiam, vt iſtud notorium declinet à notorio facti interpolati in eo, quòd in vſurario manifeſto non eſt neceſſaria reiteratio iuxta ea, quę ſcripſi ſupra num. 149. & tamen natura notorij facti interpolati eſt requirere reiterationem iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 140. & num. ſeq.

MODVS II.

154 Secundo modo dicitur vſurarius notorius, ſeu manifeſtus is, qui domi, ſeu in camera aſſiduè, frequẽterquè exercet vſuras Bar. in l. fur eſt manifeſtus. ſub nu. 3. ibi. item ſi non facit. ff. de fur. Bal. conſ. 463. qualiter accipiatur. ſub num. 1. lib. 3. dicens, in Italia vocari preſtitores. & conſ. 459. viſa dicta petitione. num. 8. lib. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 160. ad primum. ſub num. 1. ibi. ad ſecundum. lib. 1. Abb. conſ. 34. ſub nu. 2. lib. 1. conſ. 2. num. 2. in fine & conſ. 81. num. 2. in fine. & nu. 3. lib. 2. Cauens. ſuper ritu. 199. ſub num. 2. Ioan. Ant. de Nigr. in cap. nuper. ſub n. 13. Lup. tract. de vſur. comment. 4. ſuper cap. quamquam. num. 22. fol. 147. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 235. ſub. num. 9. & 16. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1418. num. 4. lib. 3.

lib.3.qui omnes requirunt etiam, quòd is sit paratus mutuare omnibus sub vsuris: & aduerte, quòd in isto secundo modo requiritur, quòd pluribus vicibus recepe rit vsuras.

MODVS III.

155 Tertio modo dicitur manifestus vsurarius is, qui coram sacerdote, seu notario, & testibus publicè fassus est, se esse vsurarium, & vsuras mandauit restitui, & præcipuè si etiam libros rationum tradiderit. Glos. in cap.quamquam. in verbo.manifesti.de vsur.in 6.Feder.de Sen.cons.8.quæstio quomodo.sub num.1. Bal. cons.17.factum super quo.sub num.2.ibi.vel quòd ipse sit confessus.lib.1. & cons.162.casus super quo. sub num.1.& apertius num.4.in fine.lib.2.& cons.459.visa dicta petitione.sub nu.8.vers.alio modo.lib.4.Abb. in cap.quia in omnibus. sub num.11. de vsur. & cons. 34.attingam.sub num.2.lib.1. qui loquitur sine illa dictione *publicè* B. Ioan. à Capist. tract.de vsur.num. 78.fol.96.Ant.eod.tract.tit.de manifest.vsur.cap.5.nu. 2.versus finem fol.91.Foller.in pract.crim.can.in verbo. vel vsuram committere. cap. 20. sub num. 8. fol. 226.Io.Ant.de Nigr.in cap.nuper.sub num. 13. & est ✠ communis ✠ opinio, de qua testatur Socc. cons. 127. quoniam.num.1.lib. 3. quem referunt, & sequuntur Clar.lib.5.recept.sent.§.vsura.vers. sed hic quæro. & Gabr.in conclus.lib.7.tit.de malef.conclus.20.nu. 10.

156 Verum video hic latere partem illius contrarietatis, quam Abb.cons.1.illud in facto in fine principij. par.2.testatur esse tàm inter Canonistas, quàm inter Legistas, definientes quis dicatur vsurarius manifestus.

Nam Bal.d.cons.17.ait satis esse, quòd sit confessus in testamento coram sacerdote, vel notario, qui sunt publicæ personæ, vel in multitudine hominum, & magis largè videtur loqui cons.463.qualiter accipiatur. num.1.lib.3.dicens, manifestum esse eum, qui coram sacerdote, qui est ipsius iudex, fassus est, & restitutionem fieri mandauit in publico instrumento, vel in scriptura proprio sigillo sigillata, vel confessus est coram testibus, & restitutionem fieri mandauit.

157 Alij volunt, quòd confessio sit publicè facta coram sacerdote, seu notario & testibus, ita loquitur Gl.Io. à Capistr.Foller.Socc.&Clar.in locis allegatis supra, & Bal.d.cons.459. sub num.8.imò Glo.Bal.& Clar.requirunt etiam, quòd mandauerit restitui vsuras.& Gl. & Bal.præsupponunt hoc amplius, quòd tradiderit libros rationum Diocesano; sed Couar.var.resolut.lib. 3.c.3.sub n.4.vers.tertio licet.& Foller. vbi supra satis esse arbitrãtur, si sit facta publicè coram sacerdote, & testibus ita, quòd deuenerit in plurimũ notitiã; & Bal. cons.162. sub n.4.in fine ait, tunc maximè istam confessionem facere manifestum vsurarium, quando esset facta in articulo mortis, & ita etiam loquitur Ioan. Ant.de Nigr.d. cap. nouiter. sub num. 13. & ante hos Feder.de Sen.d.cons.8.quæstio quomodo. sub num. 1. paulò ante finem. Arbitratur idem Bal.cons. 311. quidam thomas.sub n.3.lib.2. confessione extraiudiciali, facta coram pluribus, probari vsurarium manifestum, & sic loquitur etiam Gabr.d.conclus.20.num. 10.de malef.

158 Alij requirunt, quòd in confessione contineatur cõfessio publicitatis, confitendo scilicet, quòd publicè, & palàm fœnus exercuit, alias, inquiunt, ex confessione sine ista qualitate non probatur vsurarius manifestus, Lup.tract.de vsur.in 4.commen.super cap.quamquam.num.23.fol.147.Menoch.tract.de arbitr.iud.lib. 2.cent.3.cas. 235. sub num. 20.& hanc esse veriorem testatus est Mascar.tract.de probat.conclus.1418. nu. 10.lib.3.& hæc opinio est de mente Baldi, & Fely.qui eum refert, & sequitur in cap.in præsentia . sub num. 13.ibi.& dicit esse casum.de probat. & ratio secundum Bal.& Fely.est, quia ista qualitas manifesti in vsurario non tendit ad salutem animæ, sed solum inducit effectus odiosos, non respicientes saluté animæ, & ideo confessio dubia debet intelligi in mitioré partem, videlicet sine ista qualitate manifesti.vel est ratio secundum Menoch. & Lup. vbi supra, quia vsurarius seu fœnerator est nomen verbale, descendens à fœneror; & propterea non potest verificari in vnico actu, sed confessio, quòd quis dederit pecunias sub vsuris potest verificari in vnica datione, & consequenter simplex cõfessio non probat vsurarium, nedum vsurarium manifestum; & hæc ratio militabit, quando quis confiteretur, se pecunias mutuasse sub vsuris, vt loquuntur Menoch. & Lup. secus si fateretur, se esse vsurarium, quia includeret plures actus reiteratos ex vi nominis verbalis, retinendo eorundem argumentum: Et est notanda hic etiam diuersitas inter Bal.& Fely.& inter Menoch.& Lup.& Mascar.d. num.10.iuncto num. 11. nam Bal. & Fely. loquuntur de confessione testatoris, & sic meo iudicio de confessioné extraiudiciali, & Menoch. Lup.& Mascar.de confessione iudiciali.

159 Quid dicendum inter istas varias loquutiones Doctorum?

Considero duas species confessionis: prima est iudicialis: secunda extraiudicialis.

Si loquimur de iudiciali: dico, ex ea probari vsurarium manifestum, quamuis sit confessio simplex, vt dixi infra num. 170. vers. amplia. & quamuis dicat solum; se dedisse, seu mutuasse pecunias sub vsuris, vt reprobando Menoch.Lup.& Mascar. dixi infra num. 177.& 178.

160 Si loquimur de extraiudiciali; & de ista videntur loqui Doctores citati supra num.155.tunc distinguo: aut ex illa confessione conuincitur in iudicio: aut non: Si conuincitur, dico, ex illa in primis probari manifestum, seu notorium vsurarium notorietate iuris, siue fuerit confessio simplex, siue non, & siue dixerit, se esse vsurarium, siue non, & hic non facio differentiam inter confessionem, quæ fit in iudicio, & eam, quæ est facta extra iudicium, dummodo in iudicio probetur iuxta ea, quæ dixi infra num. . . & secundario, si conuincatur, quòd publicè exercuerit; dico ex eadem probari etiam notorium notorietate facti: Si non conuincitur, clarum est, quòd non dicitur vsurarius manifestus; imò nec quidem vsurarius.

161 NOTA singulariter circa istam confessioné extraiudicialem, quòd; si confessio sit facta in testamento coram notario & testibus, seu coram sacerdote, & testibus; tunc ex sola productione testamenti sine alio examine notarij, & testiũ probatur vsurarius manifestus; & sic intelligo Glos. in cap.quamquam. in verbo. manifesti.de vsur. in 6.Bal.cons.17. factum super quo. sub num.2.lib.1.& cons.459 sub num.8.vers.alio modo.lib. 4. Abb. B. Ioan. à Capistr. Foll. & alios, quos citaui supra num.155. & nota perpetuò istum casum ad probandum delictum per instrumentum, quia est contra regulam, de qua dixi lib. præced. cap. 63. num. 1.

162 † & tamen, si confessio sit facta coram multitudine hominum, vt loquitur Bal dicto cons.17. quem refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iud. cas. 235. num. 21. in fine. testes sunt examinandi; imò addo, quòd vbi probaretur, istam confessionem fuisse factam coram tot testibus, vt posset transire in manifestum, possent forsan examinari, parte nõ citata, & extraiudicialiter eò, quòd videtur probata fama, super qua testes possunt examinari parte non citata, vt retuli supra limit.3.num.23.& probatio tendit ad salutem animæ; hanc tamen additionem non firmo.

163 RETENTO isto tertio modo, de quo supra num. 155.& notabili, de quo supra num.161, quòd vsurarius notorius dicatur is, qui publicè fassus est in testamento se esse vsurarium.

DECLARA vt dicatur notorius notorietate iuris secundum Bal.dicto cons.359.sub num.8.vers.alio modo.lib.4.cuius sententiæ adhereo libenter, quia tota ista notorietas dependet ex probatione contenta in testamento, & notorium probationis dicitur notoriũ iuris, vt dixi lib.præced.cap. 76 num. 3 & posset dici etiam notorius notorietate facti, quando in testamento dixisset, se publicè exercuisse fœnus, vsurasquà extorsisse, qa sunt verba, quæ denotant notorietaté facti.

164 DECLARA rursus hæc omnia, in quibus diximus; ex confessione probari aliquem esse vsurarium notorium, seu manifestum; vt habeant locum quando in

confess.

confeſſione exprimitur in ſpecie vſura cõmiſſa;alias ſi confeſſio eſſet generalis,non preiudicaret, quia requiritur expreſſio actus,ſicut ex Fed.de Sen.refert, & ſequitur Bal.conſ. 98. betonus de couo. ſub num. 4. lib. 1.& conſ.383.ſub num.3.lib. 5. quod eſt duplicatum, quia eſt confeſſio obſcura, quæ pro nulla habetur,
165 † & ex Bal.refert, & ſequitur Crauet. conſ. 29. ſub. num.2.& conſ.48.ſub num.7.lib.1.dicens, non eſſe in poteſtate partis facere delictum vbi non eſt, quare; ſubdit, confeſſio partis non poteſt mutare diſpoſitionem iuris: & ideo,inquit,ſi quis confitetur ſe commiſiſſe furtum, quod re vera non commiſit, quia res,quã
166 accepit, erat ſua, talis confeſſio ei non nocet: † & quòd confeſſio partis in his,quæ ſunt iuris, non præiudicet,refert, & ſequitur Becc.conſ.55.illuſtriſſimus. num.32.lib.1.ex Bar.in l.ornamentorum. ff. de aur. &
167 arg.leg.& ex Crauet.d.conſ.29. num. 2. † & facit ad hoc,quod ex eod.Fed.de Sen.vbi ſupra refert,& ſequitur Paul.de Caſtr.conſ.31.clarum videtur.ſub num. 1. verſ.quamcumquè autem.lib.1.dicens,quòd ſi quis mã dauerit reſtitui vſuras, quas apparebit ſe extorſiſſe, ex hoc non conuincitur, niſi aliter appareat eum extorſiſſe.

168 AMPLIA iſtam declarationem vt non ſolum requiratur expreſſio vſuræ, ſed requiratur etiam, quòd fuerit vſura; quia ſi pars confiteretur, ſe feciſſe talem contractum vſurarium, credens eſſe vſurarium, & tamen non ſit,in foro fori eſt excuſatus iuxta ea, quæ tradit Crauet.in locis allegatis.

MODVS IIII.

169 Quarto modo dicitur manifeſtus vſurarius is,qui in iudicio faſſus eſt crimen vſurę Glo.in cap.1.in verbo. manifeſtos.de vſur.in 6.ibi. quia confeſſi. Bar. in l. fur eſt manifeſtus.ſub num 3.ff.de fur.Feder.de Sen. conſ. 8.quæſtio quomodo. ſub num. 1.Bal. conſ. 162.caſus ſuper quo. ſub num. 1.& 2. lib. 2. vbi refert verba Federici de Sen.& conſ. 463. qualiter accipiatur. n.1. lib 3.& conſ.459. viſa dicta petitione. ſub num. 3. lib. 4.Ant.de Butr.in cap. quia in omnibus.num.4.de vſur. Abb.conſ.34.attingam.ſub num.2.lib.1.conſ.2 illud in facto.num.1.lib.2.B.Ant. tract. de vſur. tit. de manifeſtis vſurar.cap.5.ſub nu.1.fol.91.& tract.de excomm. cap.49.num.2.fol.378.Io. Fran.de Plat.eod.tract. in declaratione excommunicationis.§.4.num.3.fol. 350. B.Io.à Capiſtr.tract.de vſur.num.78.fol.96.& par. 2. 2.par.princip.nu.14.fol.104.Rolandin.de teſtam. rub. 38.num.2.fol.25.Couar.var. reſolut. lib. 3. cap. 3. ſub nu.4.verſ.eſt enim.Ambr.de Vign. tract.de vſur.§.ſalubriter. ſub num.227. fol.64 Dec.in l.1.ſub num.17.circa medium C.de eden.Cauenſ.ſuper ritu. 199.ſub nu. 2.Foller.in pract.crim.can. in verbo.vel vſuram committere. cap.20.ſub num.8.fol.226. Io. Ant. de Nigr. cap.nouiter.ſub num.13.Clar.in pract.crim.§.vſura. verſ.ſed hic quæro.& communiter * omnes in diuerſis locis,prout & de cõmuni teſtantur Bal.d.conſ.162. ſub num.2.& Gabriel.in concluſ.lib.7. de malef. concluſ.20.num.7.& 8.

170 AMPLIA ſeu potius exemplifica iſtam communem ſententiam,vt habeat locũ in confeſſione ſimplici, qua quis fatetur,ſe eſſe vſurarium:& moueor primo;quia de ſimplici cõfeſſione loquũtur Glo.Bar.Bal. Ant.de Butr.Abb. & cœteri, quos citaui ſupra num. præcedenti, ſed expreſsè Couar. d. verſ. eſt item.in
171 fine. † ſecundo moueor ex textu aperto ab alijs, quos viderim, adhuc non ponderato in cap.ſuper quibuſdã. de verbor.ſignif.vbi Innoc.III. conſultus à Comite Toloſano, qui dicantur hæretici manifeſti, reſpondet,hæreticos manifeſtos vocari eos, qui coram ſuis Prælatis ſunt confeſſi.quem textum retuli lib.præced. cap 77.num.2.& ſuper eo poteris videre Albertin. de
172 agnoſc. aſſert. cath.q.29.num.26.† tertio, quia ſi confeſſus delictum in iudicio dicitur delinqués notorius, vt dixi lib.præced.cap 76.ſub num.8.à fortiori dicitur manifeſtus, cum eſſe manifeſtus ſit minus, vt dixi eod cap. 77. num 1. & in ſimilibus terminis arguunt Bal.conſ.311.quidam thomas.nu.3.lib.2.& Abb.conſ. 34.attingam.ſub nu.2.verſus finem.lib.1. Igitur,qui eſt confeſſus vſuram in iudicio poteſt dici vſurarius manifeſtus.

173 Contra iſtam ampliationem adducuntur multa.

Primo adduco Bal.& Fely.in cap. in præſentia. ſub num.13.de probat.quos citaui ſupra num. 158. dum ſcribunt,eiuſmodi confeſſionem non probare publicitatem, niſi contineat,quòd publicè vſuras exercuit, quia,vt inquiunt,cũ contineat effectũ odioſum,videlicet,annullationem teſtamenti, qui effectus non reſpicit ſalutem animæ, eſt ſtrictè intelligenda,& prout ſonat: & hanc opinionem contra ampliationem videtur amplexus Gabriel.in concluſ.lib.7. de malef. concluſ.20.ſub num.8 verſ.contrariam.

174 Secundo adduco Menoch.de arbitr.iud.caſ.235.nu. 20.in fine.Lup.tract.de vſur. in 4.comment.ſuper cap. quanquam.num.23.fol.147.& Maſcar.tract.de probat. concluſ.1418.num.10 lib 3.qui ſimiliter tenent, non probari manifeſtum vſurarium, quando quis confitetur, ſe dediſſe pecunias ſub vſuris, exquò aliud eſt dare pecunias ſub vſuris, quod põt verificari in vno actu,& aliud eſſe vſurarius,ſeu fœnerator, quod requirit pluralitatem actuum,ſicut,loquendo de fœneratore,ſcribit Rip.in cap.1.num.96.in fine.de iudic.dicens,non rectè appellari fœneratorem, ſi ſemel tantum fœneratus eſt,& ſicut ſentit etiam Verg.de Bocc. tract. de interd. vti poſſ. cap.18.num.218.fol. 318. dicens,ex communi requiri, quòd exercuerit vſuras vltra ſecundam vicem,& quòd fuerit declaratus adhoc, vt dicatur vſurarius manifeſtus.& pro iſto ſecundo argumento facit,quod ſcribit Tiraq.tract.de poen.temper.cauſ.51.nu.159.dicens ad hoc vt quis bonus,probatusquè dicatur nõ ſatis eſſe,quòd ſemel in vno actu fuerit bonus,probatuſuè,ſed requiri vt ſæpiſſimè, & in pluribus actibus probatus ſit,quia vna hirundo non facit ver.

175 Tertio,quia aliud eſt manifeſtum in hæretico, in quo poteſt ſufficere vnicus actus, & aliud in vſurario, in quo requiritur frequentia actuum,& ſic tollitur uis illius textus in cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſignif.

176 His argumentis, ſeu obiectionibus reſpondeo.

Ad primum dico,quòd Bal. & Fely. loquuntur in confeſſione extraiudiciali,quæ induceretur ad probandam notorietatem facti, videlicet,quòd exercuerit publicè vſuras: tunc enim requiritur, quòd probetur notorietas,ſeu publicitas,quæ probaretur ex confeſſione,continente iſtam qualitatem,quòd publicè fœneratus eſt; ſecus eſt in notorietate iuris: quia ſufficit confeſſio iudicialis;& hæc eſt diſtinctio apta ad tollendas contrarietates: Non obſtat ratio,per eos adducta, quia reſp.quòd illa poteſt habere locum in confeſſione dubia, qualis eſt confeſſio extraiudicialis, quæ non inducit notorium, niſi exprimat, ſecus in confeſſione iudiciali reſpectu notorietatis,cum confeſſio iudicialis indubitanter inducat notorietatem iuris,& ſic concordantur ſine contradictione.

177 Ad ſecundum reſp. quòd Menoch. Lup.& Maſcar. loquuntur contra Gloſ.Bar.Bal.Ant. de Butr. Abb. & communem ſcholam Doctorum, quos citaui ſupra num.169.verſ.quarto modo:ij enim omnes loquuntur ſimpliciter de confeſſione iudiciali. Nec obſtat ratio, per eos cõſiderata de nomine verbali: quia reſpõdeo, verum non eſſe,quòd nomen verbale non poſſit verificari in vnico actu iuxta ea,quæ contra eoſdem ſcripſi infra num.179.

Ad tertium reſpondeo, negando aſſumptum, quia non eſt reperire diuerſam rationem inter confeſſionem ſuper hæreſi,& confeſſionem ſuper vſuris quoad inducendam notorietatem,ſeu manifeſtum.

178 AMPLIA II. contra eoſdem Menoch. Lup. & Maſcar.citatos ſupra nu. 158.& 174.vt habeat locum etiam in ſimpliciori cõfeſſione, vt puta,quia faſſus ſit, ſe pecunias dediſſe ſub vſuris,& moueor ex d.cap.ſuper quibuſdam.de verb.ſign.& quia omnes Doctores ſupra citati num.169.loquuntur ſimpliciter,& in ſpecie Cauenſ.ſuper ritu.199.num.2.qui loquitur apertè in terminis huius ampliationis.

179 Oppono contra iſtam ampliationem,& conſequenter etiam contra aliam præcedentem ex ratione,quam addu-

adducit Menoch.quem refert,& sequitur Lup.citati su pra num.174.dum scribit, quòd vsurarius seu fœnerator,vti nomen verbale, requirit pluralitatem actuum. quam oppositionem tacitè adduximus etiam d. num.175.

Huic oppositioni resp,doctrinam,quam circa nomē verbale tradūt Bar.in 1.rub.ff.vteris.n.9.& 10.in l.legatis seruis.n. 4.ff.de leg.3.& in l.mariti.§.qui quæstum. num.2.& 3 ff.ad l.iul.de adult. Abb.in cap 1. num. 38. de iudic.& ibidem Dec. in 2.lectura num.111.& 112. Alber.Brun.tract.de reb.dub.§. condescendo. num. 3. fol.368.& communiter* omnes in diuersis locis,esse, vt in dignitatibus,ad quas nō perueniturex solo exercitio, sed habens dependentiam ab aliquo præambulo; nemo acquirat nomen illius dignitatis ex solo actu exercitij, nisi præcesserint præambula requisita;

180 † exemplum sumunt in Doctore, qui & si dicatur à docendo, tamen, vt dicatur Doctor,non sufficit, quòd doceat, sed requiritur,quòd ad doctoratus gradum perueneris medio optimorum Doctorum aspirante

181 cōsensu l.magistros.C.de profess.& med. lib. 10 † idē dicunt in Imperatore, qui & si dicatur ab imperando, tamen requiritur, quòd fuerit electus ; & coronatus cap.venerabilem.de elect.& solus actus imperandi nō sufficit: quare in his non valet argumentum ab ethi-

182 mologia: † in alijs verò exercitijs, ad quæ perueniтur ex solo exercitio sine alijs medijs,ijdem Doctores dicunt,quòd,si actus sonat in delictum, ex unico actu acquiritur nomen illius exercitij,seu delicti: dant exēplum in calumniatore, præuaricatore, & similibus; qui ex unico actu calumniādi, & præuaricandi appellantur calūniatores, & preuaricatores,Bar.Abb. Dec. Alber.Brun.in locis citatis.Rom.cons.404. in casu propositæ consultationis.num.2.& 3.Rip. in cap. 1. num. 96.de iudic.& Thom. Act. de lud. schac. q. 8.princip. nu.57.& 58.fol.183.& communiter* omnes tradunt istam conclusionem, quæ secundum Bar. & Abb. vbi supra fallit in tribus casibus.primo in abigeo,secundo

183 in errone,& tertio in plagiario: † in alijs verò actibus, qui non sonant in delictum distinguunt, quòd, si sumuntur à se ipso;& non ab alio,requiratur pluralitas, & frequentia actuum; dant exemplum in mercatore, & similibus Bar.in d.l. legatis seruis.num. 4. ff. de leg.3.Bal.in rub.num.16.C. de constit.pecun.& de cōmuni* testatur Strac.de mercat.par.1.num.7.fol. 285. vbi plures congessit, quam commūnem refert, & sequitur Thom.Act.de lud.scacchor.d.q. 8. princip. nū

184 18.& 19.fol.182.†.si vero sumatur ab alio & non à se ipso, tradunt verificari in vnico actu: dant exemplum in procuratore,tutore, & similibus. Bar. in allegata l. legatis serius.num.4.ff.de legat.3.& Alber.Brun.tract. de reb.dub.d.§.condescendo. sub num 3.fol.368.

Nos sumus in nomine verbali, quod sonat in delictum,de quo nomine verbali dixi supra sub num. 182. quòd sufficit vnicus actus.& non est de illis tribus exceptis.Igitur.

185 Præterea, quicquid sit de relata communi doctrina, in qua essent multa dicenda, veritas est,quòd in hoc est standum vulgi opinioni, quando aliquis dicatur mercator,& similia vt tradit Bar.in 1.rub.num.10. ibi. sed regulariter dico.ff.vet.vnde debuissent Menoch.& Lup.potius probasse,quòd vsurarius secūdum communem vulgi opinionem non dicitur nisi is, qui pluries, & pluries exercuit vsuras.

Vlterius reperio,quòd idem Lup.eod.commen.4.super cap.quamquam.sub n.31.fol.148. ait eum, qui semel dedisset pecunias sub vsuris, vocari vsurarium simpliciter. imò reperio,quòd B.Ant.tract. de excom. cap.49.nu.3.refert, & sequitur.ex Io.Andr. & Lap. ex vnico actu posse quempiam dici vsurarium manifestū, si ille possit probari.

186 LIMITA nunc,seu declara istum quartum modum & communem opin.quòd confessus in iudicio dicatur manifestus vsurarius;vt habeat locum,si sint expressæ vsuræ,& rei veritas non repugnet, alias confessio generalis non præiudicaret iuxta ea,quæ ex Bal.& Crau, retuli,& sequutus sum supra num.164.& 165.

MODVS V.

187 Quinto modo dicitur vsurarius manifestus is, qui est conuictus per testes, seu alijs inditijs, & probationibus.

Verum hic etiam reperio contrarietatem inter Doctores.

Nam, quòd non sit manifestus vsurarius, videtur tenuisse Bal.in l.1.sub num.3.circa medium.ibi. manifestum autem C.de sacros. eccles. quem refert, & sequitur Laurent.de Rodulph.tract.de vsur. q. 88. num. 11.in fine.& num.12.fol.30.inquit Bal.loco citato:manifestum intelligitur, quando communis opinio est, qd ipse sit vsurarius per duos vel per tres testes: licet enim probetur vsurarius, tamen si non probetur communis opinio,vel actus publicè factus, nō dicitur vsurarius manifestus. Rodulph. vbi supra subdit, intentionem Baldi esse, vt ad probandum quempiam vsurarium manifestum requirantur duo copulatiuè.vnum est communis opinio, & alterum est depositio testiū, & quòd vnum sine altero non sufficiat; quod idem tenuit q. 88. num. 18. fol. 30. hanc eandem sententiam clarè sequutus est Abb.cons.34.sub num.2.ibi.hoc idē videtur sentire.& in fine.ibi.ille ergo.lib. 1. & cons. 2. sub num.3.lib.2.& in cap.cum in diocœsi. num.2.& 5. de vsur.& in cons.81.videtur quòd dictus num. 1. lib. 2.dicens,per famam & alia argumenta probari vsurarium manifestum quoad illas illas tres poenas,contentas.in cap.quia in omnibus.de vsur.Ias.in l.licet imperator.num.11.in fine.ff.de lega.1.& quòd fama iuncta cum alijs adminiculis probet, aliquem esse vsurarium manifestum, refert, & sequitur Gabr.in conclus. lib.7. tit.de malef.conclus.20.num. 11.& eandem videntur sequuti Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent.3.cas.235. num.6.& sub num 9.& 20.& Lup.tract.de vsur.comm. 4.super cap.quamquam.sub nu. 30. & 31. ibi. alioquin si semel aut bis.& apertius num.32.dum concludunt, satis non esse,si probaretur aliquē semel,aut bis mutuo dedisse pecunias sub vsuris, sed esse probandum etiam,quòd paratus fuit omnibus dare,quia requiritur secundum eos frequentia delicti.

Pro hac eadem sententia possunt adduci Gl. in cap. 1.in verbo.manifestos.de vsur.in 6.B.Ant.tract. de excomm.cap.49.num.2.fol.378. Io.Franc. de Plat. eod. tract.in declaratione excommunicationis.§.4.num.3. fol.350.& Rolandin.de testam.rub.38.num.2. fol. 25. qui omnes enumerant vsurarios notorios,& nullam faciunt mentionem de vsurario conuicto.

188 Contrariam opinionem: quòd conuictus dicatur manifestus;dummodo testes deponant, quòd viderunt eū pluries mutuasse, & recepisse vsuras,etiā si nō probetur ista qualitas, quòd erat paratus dare, seu dabat cuilibet volenti eas accipere: videntur tenuisse Feder. de Sen.cons.8. quæstio quomodo.sub num. 1. qui simpliciter opinatur,vsurarium manifestum dici, quando conuincitur claris,& indubitatis probationibus. Menoch. & Lup. sed hi duo sibi parum constantes, alter dicto cas. 235. num. 22. & alter dicto comm. 4. num. 25.sicquè intelligunt Abbatem cons.81. num. 1. lib. 2. & alios,quos citant hanc eandem opinionem videntur sequuti Dec.in l.1.sub num.17.circa medium C.de eden.& Cauens.super ritu.199.sub num.2.ibi.*seu conuictus mutuasse ad vsuras dicitur manifestus vsurarius.* Io.Ant. de Nigr.in cap.nouiter. sub num. 13. Et quòd conuictus de vsura dicatur vsurarius notorius notorietate iuris,testantur Bal.cons.162.casus super quo. sub num.2.lib.2.& in cons.459. num. 3.lib. 4.B.Ant. tract. de vsur.tit.de manifest.vsur.cap.5.sub num.1.fol.91.& tract.de excommunic.cap.49.num.3 fol.378 referens ex Io.Andr. & Lap. vsurarium manifestum posse dici ex vnico actu,si ille probari possit. Io. Franc. de Plat. eod.tract.in declaratione excommunicationis.§.5.nu. num.11.fol.351. Ant.de Butr.in cap.quia in omnibus. num.4.de vsur.B.Ioan.à Capistr.tract.de vsur.num.78. fol.96.& 2.2.par.princip.num.14.fol.104. Angel. de Gambell.tract.de testam.glos.18.sub num.1.fol.42.qui omnes scribunt,manifestum vsurarium dici cum, qui est conuictus. & quòd vsurarius manifestus probetur per testes,scripsit Ambros.de Vig.tract.de vsur.§.salu

briter

briter ſub num. 227. ibi. adde quòd. fol. 64. & hæc eſt communis * ſententia.

189 Confirmatur hæc opinio; quia ſecundum communem ſententiam probationes ſaltem poſt concluſum in cauſa producunt notorium iuris, vt ex Ant. de Butr. Abb. Cur. Sen. Affl. Gramm. Pariſ. Menoch. & Farin. retuli & ſequutus ſum lib. præced. cap. 76. ſub nu. 8. verſ. ſi ſumus in ſecundo. quia quod liquet ex actis dicitur notorium, nec requiritur alia communis opinio, ſeu fama, ex qua communi ſententia ſequitur, quòd etiam ſi quis eſſet conuictus ſolum de vnica receptione vſuræ diceretur vſurarius manifeſtus.

190 AMPLIA iſtam communem ſententiam, vt habeat locum etiam ſi quis fama, & argumentis tantum conuinceretur, vt tradit textus in cap. cum in diocæſi. & ibi Glo. in verbo. manifeſtos. de vſur. & ſentiunt etiam Gabr. in concluſ. lib. 7. de malef. concluſ. 20. num. 11. & alij, quos retuli ſupra. ſub num. 188 ibi. hanc eandem.

191 AMPLIA rurſus ſecundum eundem Gabr. d. concl. 20. ampl. 5. num. 12. vt habeat locum etiam ſi conuinceretur ſolum ex inditijs, & coniecturis: & licet Abb. & Iaſ. quos allegat, loquantur quando concurrit fama, tamen ampliatio eſt vera.

192 Non obſtant adducta pro contraria opinione ſupra n. 187. quia reſp. quòd procedunt in vſurario manifeſto ſeu notorio notorietate facti: tunc enim non ſufficit vnum ſine altero: quia, ſi conuincatur ſolum de receptione vſurarum per teſtes, erit notorius notorietate iuris: ſi probetur ſola fama, non ſufficit, quia non probatur factum, licet quodamodo videatur probari manifeſtum facti, & ſic aduerte qđ probatio per teſtes, & famā coniunctim valet ad probandū factū & notorietatē facti, & ita intelligas Bal. Abb. & alios quos adduxi ſupra ſub num. 187. Sed nos loquimur de vſurario notorio notorietate iuris, in quo ſufficit, quòd ſit conuictus de facto.

Non obſtat, quòd Gl. B. Ant. Io Fran. de Plat. & Rolandin. non fecerint mentionem de vſurario conuicto, quia reſp. quòd eſt ſumere argumentum à coniectura, & veriſimile, quod non concludit, quando ſumus in claris, ſicut in caſu noſtro.

MODVS VI.

193 Sexto quis probatur vſurarius manifeſtus; ſi ex libro ſuarum rationum appareat de vſuris, per eum receptis Bal. conſ. 311. quidam thomas. ſub num. 5. lib. 2. & conſ. 463 qualiter accipiatur. ſub num. 1. & 2. lib. 3. Imol. in clem. 1 de ſepult. quem referunt, & ſequuntur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 235. num. 30. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1418. num. 14. lib. 3. & Lup. tract. de vſur. comm. 4. ſuper c. quamquam. num. 31. fol. 148. referens ex Lap. alleg. 29. num. 2. quòd ſi quis in ſuo teſtamento dixiſſet: relinquo de bonis meis pro reſtitutione vſurarum illis perſonis, de quibus fit mentio in libris meis vſquè ad illam quantitatem, quæ apparet fuiſſe per me ab eis recepta, diceretur vſurarius manifeſtus: & vterque rationem aſſignat quia liber rationum probat contra ſcribentem. l. 1. & ibi Doct. C. de eden. vbi Dec. num. 2. teſtatur de communi: addo his Fed. de Sen. conſ ſeu q. 8. ſub num. 1. qui, reddēdo rationem, ſcribit, quòd ſicut defectus auditus, viſus, & ſcientiæ non palàm apparet omnibus & tamen ex perientia fit euidens & manifeſtus, vt puta ſi examinetur, ſtatim fit manifeſtus defectus ſcientiæ: ſic etiam, inquit, aliquis non exercuit notoriè & palàm vſuras, tamen per modicam examinationem poteſt fieri manifeſtus, vt puta, quia appareant libri rationum, in quibus exercuit vſuras.

194 DECLARA iſtum ſextum modū ſcđm eoſdem Menoch. Lup. & Maſcar. vt tunc liber rationum probet vſurarium manifeſtum, quando in eo apparet de frequentia vſurarum, alioquin, aiunt, ſi legeretur, quòd ſemel, aut bis vſuras exegiſſet, non probaret vſurariū manifeſtum, cum requiratur frequentia, quæ facit manifeſtum. & ita Menoch. vbi ſupra declarat Io. de Ana. in cap. quia in omnibus. col. 2. verſ. tu conſidera quòd. de vſur qui tenuit contrarium, videlicet, qđ liber probet vſurarium, ſed non manifeſtum, quod etiam tenuiſſe videtur Gabr. in concluſ. lib. 7. tit. de malef. concluſ. 20. num. 9. verſ. contrarium. † quia doctor, referens plures opiniones, videtur ſemper approbare eam, quam refert vltimo loco, Gl. vulg in l. qui filiū. ff. ad ſenatuſc. trebel. Dec. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. nu. 8. & ſeq. ff. ſi cert. pet. & Alex. conſ. 100. ſuper primo ſub nu. 5. lib. 1. Ioan. de Amic. conſ. 127. num. 2. in fine. & num. 3. Socc. conſ. 252. viſis inſtrumentis. num. 17. lib. 2. Io. le Cier. tract. de primogenit. lib. 1. q. 25. num. 30. fol. 40.

195 (see above)

196 Ego tamen diſtinguo. Aut loquimur de notorio notorietate iuris: & concludo indiſtinctè, quòd liber probat vſurarium manifeſtum quoties fuerit productus in iudicio, & eo fuerit plenè conuictus; & moueor ex his, quæ dixi ſupra num. 188. verſ. contrariam. Aut loquimur de notorio notorietate facti: & tunc rurſus diſtinguo: Aut ille liber tenetur in publico, ſicut tenentur libri publici mercatoris: & concludo quòd probat vſurarium manifeſtum, quamuis in eo legeretur vnica vſuræ receptio; & moueor ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 149. nam exquò ille liber erat publicus influit illam qualitatem in ea, quæ in libro continentur. Aut tenetur in ſecreto ita, quòd occultè vſuras exercuerit: & concludo, quòd non probat vſurariū manifeſtum, ſed ſolum vſurarium, etiamſi in eo appareat, quòd ſæpius vſuras receperit, & ſic intelligo Bal. in l. 1. ſub nu. 15. ibi. item dicas. C. de fals. cauſ. adiect. leg.

MODVS VII.

197 Septimo dicitur vſurarius manifeſtus is, qui eſt condemnatus de crimine vſuræ Gloſ. in c. 1 in verbo. manifeſtos. de vſur. in 6. Abb. in cap. quia in omnibus ſub num. 11. de vſur. Bal. conſ. 459. viſa dicta petitione. nu. 3. lib. 4. B. Ant. tract. de excommun. cap. 49. num. 2. fol. 378 Io. Franc. de Plat. eod. tract. in declaratione excommunicationis §. 4 num. 3. fol. 350. Rolandin. tract. de teſtamen. rub. 38. num. 2. fol. 25. Ambroſ. de Vign tract. de vſur. §. ſalubriter. ſub num. 227. fol. 64. Ang. de Gambell. tract. de teſtam. gloſ. 18 ſub num. 1. fol. 42. Foller. in pract. crim. canon. in verbo. vel vſuram committere. cap. 20. ſub num. 8. fol 226. Ioan. Ant. de Nigr. in cap. nouiter. nu. 13. & alij communiter * in diuerſis locis. prout & de communi teſtatur Couar. lib. 3 var. reſolut. cap. 3. poſt num. 4. verſ quarto etiam. quem refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recep. ſent §. vſura. verſ. ſed hic quæro. in fine.

198 DECLARA iſtum ſeptimum modum, vt ex ſola cōdemnatione dicatur manifeſtus, ſeu notorius notorietate iuris, quia ſentētia inducit notorietatem iuris, vt dixi lib. præced. cap. 76. ſub num. 2. & 8.

MODVS VIII.

199 Vltimo ſecundum Bal in addit. ad Spec. tit. de appellat. verſ. nota quòd priuilegium. qui dicatur vſurarius manifeſtus, relinquitur arbitrio iudicis, & Baldum ſequuti ſunt Menoch. de arbitr. iud. caſ. 235. nu. 2. & 31. & Lup. tract. de vſur. com. 4 ſuper cap. quamquam. nu. 32. in fine fol. 148. etenim, vt inquit Menoch. probationes vt plurimum reſident ſub arbitrio iudicis, & ad probandum quempiam vſurarium manifeſtum requiruntur probationes. Igitur vera eſt ſentētia Baldi, relinqui iudicis arbitrio qui dicatur vſurarius manifeſtus.

200 Verum iſta Menochij ratiocinatio non magis probat, poſitum eſſe in arbitrio iudicis, qui dicantur manifeſti vſurarij, quàm cætera alia, quæ in iudiciū deduci poſſunt, cum in qualibet re probatio requiratur: & contra Bal. facit textus in cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſign. vbi eſt definitum, quando delinquens dicatur manifeſtus; & nos habemus, arbitrium iudicis ceſſare in eo, quod à iure eſt deciſum, prout à contrario ſenſu colligitur ex his, quæ dixi lib. præced. cap. 76. ſub num. 5.

201 Defenditur tamen ſententia Baldi, quia manifeſtum propriè dicitur illud, quod tranſit in notitiam plurium ita, vt oriatur quædam publica, ſeu famoſa inſinuatio communis ex certa ſcientia ad tradita per Butr. in c.

veſtra

vestra.sub num. 33.de cohabit.cler.quem referunt, & sequuntur Mil.in repert.in verbo.manifestum. & Ma-
202 scar.de probat.conclus.1014.num. 1.lib.2. † quæ notitia plurium qualis quantaquè esse debeat nō potest à iure definiri ad tradita per Ant. de Butr. tract. de notor.art.2.sub num. 20. fol. 52.& in dicto cap. vestra.sub num.33.versus finem & Mascar.tract. de probat.conclus.1014. num. 9. lib. 2. & hac ratione dixi lib. præced.cap. 76.sub num. 5. relinqui arbitio iudicis quando dicatur notorium. & Diaz in pract. crim. canon. cap. 83.scribit, quòd bonum esset si per episcopum fieret constitutio sinodalis,qua,conuocatis eminentissimis Iureconsultis, definiret, qui dicendi sint manifesti vsurarij;sicquè repræhensibilis non est sententia Baldi. Aduerte tamen,quòd hac in re, sicut in cæteris alijs, arbitrium iudicis est moderandum præfatis conclusionibus, in quibus tradidi, quando vsurarij dicantur manifesti; prout admonet etiam Menoch. d. cas. 235.num.3.

Dubia,contingentia poenas,condemnationes, & inditia,quibus puniuntur, & conuincuntur vsurarij manifesti.

DVBIVM I.

Nunc insurgunt nonnulla dubia, quæ etiam pro maiori capacitate, & intelligentia prædictorum sunt omnino dissoluenda.

203 Quæro igitur in primis: an pænæ contra vsurarios manifestos habeant locum solùm contra vsurarios manifestos notorietate facti,vel etiam contra manifestos notorietate iuris.

Resp. Doctores præsertim antiquiores videntur loquuti admodum obscurè in tantum, quòd Laurent. de Rodulph.tract.de vsur.q.87.sub num.13 vers.attendendum.fol.30.dixerit,se non rectè percipere, quid dicat Feder.de Sen.cons.62.& tandem sub num.16.vers. patet primum.post relata hinc inde argumenta inquit; *tene,quod placet*;

Ego tamen vt res, quò facilius fieri potest, intelligatur, procedam distinctè, & pro distinctione est sciendum,quòd pœna.contra vsurarios manifestos est triplex secundum Host.in sum.tit.de vsur.vers.quæ pæna num. 10. prima imponitur à canone. secunda à iudice. & tertia ab aduersario ope exceptionis: Ego vna cum Doct.agam hic de prima, quæ, attentis duobus Concilijs, quorum alterum est relatum in cap. quia in omnibus.de vsur.& alterum in cap.quamquā. eod.in 6.est similiter duplex: nam ea, quæ continetur in Concilio,relatò in cap.quia in omnibus.est, vt vsurarius manifestus nec ad communionem altaris admittatur,nec christianā,[si in hoc decesserit peccato] accipiat sepulturam, nec ipsius viui oblationes recipiantur;alias clericus recipiēs puniretur, vt per Host. vbi supra.pœna verò contenta in Concilio, relato in cap.quamquam. est,vt vsurarij manifesti testamentum sit irritum,seu nullum.

204 Si ergo nos loquamur de pœnis cōtentis, seu relatis in cap.quia in omnibus.dico,quòd habent locum tàm contra manifestum notorietate facti,quàm contra manifestum notorietate iuris Fed.de Sen.dicto cons. 62. quem referunt Rodulp.vbi supra,& Abb.in cap. cum in diocæsi.sub nu.6.de vsur.& cons. 81. videtur quòd. nu. 1.lib.2.hæc eadem sententia videtur de mente Io. Andr.in d.cap.quia in omnibus.ibi.manifesti idest notorij iuris vel facti & apertè hanc sententiam tenent Couar.var.resolut.lib.3. cap.3.sub nu.5. vers. tandem. Foller.in pract.crim.can.in verbo.vel vsuram committere.cap.20.sub num.8.fol.226.Lup.tract.de vsur.comment.4.super d.cap.quamquam.num.33.fol.mihi.148.
✲ & communiter * omnes.sed an inter istos manifestos remaneat differentia quoad publicationē faciendam per episcopum vide, quæ dixi infra num. 230. & 239.

205 Si loquamur de pæna annullationis testamenti, de qua in cap. quamquam. res videtur controuersa.

Opinio enim affirmatiua, quòd illa pæna æquè locum habeat contra manifestum notorietate facti,sicut contra manifestum notorietate iuris, suadetur ex pluribus.

Primo suadetur ex textu. in cap. super quibusdam. de verb. signif. vbi vterquè hæreticus appellatur manifestus.

Secundo probatur in specie,quia tàm vsurarius notorius notorietate facti,quàm vsurarius notorius notorietate iuris appellatur notorius,seu manifestus iuxta ea, quæ tradunt Glo.in cap.1.in verbo.manifestos. de vsur.in 6.Bart.Bal.Butr. Abb.& alij, quos citaui supra num.169.vers.quarto,& nu. 188.vers. contrariam. dum & confessum, & conuictum de vsuraria prauitate vocant vsurarium manifestum, cum tamen is sit
206 notorius ex iure; † Sed iura in punitione vsurariorū manifestorum non distinguunt, sed loquuntur generaliter. Igitur generaliter etiam sunt intelligenda.l. 1. §. generaliter.& ibi Glo.in verbo.in infinitum.vbi allegat cotas.ff.de leg.præst.l.de pretio ff. de publ. & cap. si romanorū.dist.19.ibi,dicendo.& ibi Gl.& rursus in verbo.diuersis.Steph.de Feder.tract.de interp.iur.nu. 128. fol. 213. & hoc eodem argumento, fortius illud stringendo,vsus est Abb.cons.2. illud in facto. sub nu. 3.lib. 2.

Tertio: quia sic in specie videtur tenuisse Bal. cons. 463.qualiter accipiatur. num. 1. & 2. lib.3. post Spec. & Fed.de Sen.q 9.sed voluit eum allegare cons.8.quæstio quomodo.nu. 1.quos citat,& formaliter refert, dicens ex Fed qd vsurarius manifestus in concilio lugdunensi, relato in cap. quamquam.de vsur.in 6.accipitur pro notorio; quando scilicet habet facti euidentiam, vel pro notorio iuris:& postea ex sua propria sententia subdit,& subtiliter,quòd ea, quæ fiunt, seu dicuntur secreto in camera,fiunt manifesta,cū veniunt deinde in lucē, & ideo, inquit,licet clam fœneretur,& de more scribantur libri sub silentio,tamen cum fiet manifestatio veritatis in publicum, manifestum quidem erit de delicto,sed non per hoc manifestus erit modus delinquendi:qualitas ergo,inquit,quæ significatur per modum manifestum, quandoquè requiritur tanquàm comitatiua delicti ad grauandam manifestationem: qñquè tanquā comitatiua delicti ad grauandū delictū, & tunc inquit debet inesse delicto; & quandoque requiritur tanquam infamia facti: concludens sic requiri ad inualidandum testamentum vsurarij, & propterea non esse necessarium,quòd hæc qualitas manifesti insit actioni nascienti,sed satis esse,quòd ex confessione, vel similibus proueniat postea. & hoc Baldi consilium de verbo ad verbum refert, & sequitur Rodulph. quem citabo infra in eandem sententiam videtur apertè iuisse Ambr. de Vign.tract. de vsur.§.salubriter. sub num.227.ibi. Io. autem. fol. 64.dicens quantum ad dictum cap. quamquam. manifestos vsurarios vocari eos,qui sunt vsurarij notorij de facto, vel de iure; subdens hæc verba: de iure vt puta, quia sint confessi vel condemnati:de facto vt puta &c. verum Ioan. Andr.quem ipse allegat,in libro meo non loquitur,vt ipse refert; nam in cap.1.num.6.in fine. dicit solum, quòd argumenta cum fama sufficiunt quoad illam constitutionem, & tamen illa constitutio non loquitur de nullitate testamenti,& in cap. 2.eod.nullum verbum. pro hac eadem sententia Federici. d. q. seu cons.9 faciunt tradita per Rodulph.tract. de vsur. sub q. 87. sub num. 13. vers. præterea video. fol.30. &
207 re vera in puncto iuris ista videtur verior. † & esset seruanda in statu ecclesiastico;dummodo tamen vsurarius esset conuictus,& declaratus,quòd vltra secundam vicem vsuras exercuisset, sic disponente constit. March.lib.3.cap.13.& hanc constitutionem fundatam esse in communi opinione Doctorum arbitratus est Virg.Bocc.de interdic.vti possid.c.18.n.218.fol.318.

208 Contrariam sententiam: quòd non habeat locum in vsurario manifesto notorietate iuris:tenuerunt Fed. de Sen. d. cons. 62. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 3. sub num. 5. vers.at si tractetur. Folier. in pract. crim. can. in verbo. vel vsuram committere. cap. 20. sub num. 8. fol. 227. Lup. tract. de vsur. comm. 4. super

cap.

cap.quanquam.n.33. fol. 148. & hæc videtur cõmunis.
209 Cõfirmatur iſta ſententia ex his.quæ concludit Abb. conſ.34.attingã.ſub n.2.ibi.ſed ego. lib. 1.dicẽs, quoad pœnam nullitatis teſtamenti non ſatis eſſe,vſurarium eſſe conuictum per teſtes de vſura exacta, ſed requiri etiã copulatiuè probationem per famam : quod idem videtur ſenſiſſe conſ.2. illud in facto.ſub num.3.ibi.ſeptimus.lib.. & corroborari poteſt ex his, quæ tradunt Bal. Rodulph. & Iaſ. quos citaui ſupra ſub num. 187. etenim,ſi non ſufficit probatio per teſtes, ſed requiritur etiam opinio communis,habemus argumentum, quòd requiritur manifeſtum facti iuxta ea,quæ dixi ſupra num.192. verſ. non obſtant. Et licet in iſto puncto Fed.de Sen.coſ.62.teneat adhuc non eſſe locum pœnę nullitatis teſtaméti,& Couar.var.reſolut.lib.3.c.3. ſub nu.4.verſ.quarto.verſus finem. dixerit, hoc tutius eſſe in pænis grauibus,tamen in iſto caſu contra Fed.tenet Zabarel.quem refert,& ſequitur Abb. in locis allegatis ſupra,& ſequitur rurſus in cap. cum in dioceſi. n.6. de vſur. & eandem ſententiam videtur amplexi Laur. de Rodulp.tract.de vſur.q.87.ſub nu.16.verſ.patet primum.ibi.quare iudicio meo.& apertius n.17. verſus finem.fol.30.vbi formaliter recitat Bal. in d. conſ. 463. lib.3.& Ambr.de Vign.tract.de vſur.§.ſalubriter.num. 227.fol.64.ſed is requirit, quòd fuerit etiam publicatus,de qua re vide, quæ ſcripſi infra dub.6.
210 Non obſtant adducta ex aduerſo.

Ad primũ enim reſp. quòd & ſi hæreticus notorius, ſeu manifeſtus notorietate iuris dicatur manifeſtus, ſicut manifeſtus notorietate facti:nõ tamen ex hoc ſequitur, quòd debeant æquali pæna puniri manifeſtus ex iure, & manifeſtus ex facto, quando in vno poſſet conſiderari maior,ſeu minor ratio circa pænam;Et qđ in vſurario,manifeſto ex facti euidentia,delictum vſuræ ſit grauius puniendum, conatur oſtendere Couar.
211 dicto verſ.at ſi tractetur. † &, quòd qualitas manifeſti aggrauet delictũ, ſcribit Maſcar.tract. de prob.concl.
212 1418.nu.1. lib.3. † imò retorquendo argumentum,dico,quòd licet hæreticus confeſſus,ſeu conuictus dicatur notorius,ſicut is,qui palàm hæreſim prædicauit, nihilominus iſte grauius eſſet puniendus, vt teſtatur Simanc. de cath.inſtit.tit.46.de pænis. nu. 80. allegans Io.in Apocalypſi.dum inquit: appræhenſa eſt beſtia, & cum ea pſeudopropheta, qui fecit ſigna, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ. & ratio eſt manifeſta, quia non tantum ipſe errat,ſed alios in errorem trahit: vnde & Conrad.Brun. tract. de ſedit.lib.5.cap.6.num.1.& ſeqq.fol mihi 135. quem etiã refert Simanc.loco citato,tradit, authores, principeſque ſeditionum grauius errare, duplicique nomine peccare; quia delinquunt ipſi, & quia authores ſunt, vt alij delinquant, quos inquit vel malos, cum boni ſint, vel,cum ſint mali, deteriores reddunt.
213 Secundo reſpondeo, quòd, ſi inter iſtos manifeſtos non conſtitueretur aliqua differentia circa pænam; illud adiectiuum *manifeſti* fuiſſet otioſè appoſitum in d. cap. quanquam. de vſur. in 6. quia, cum agitur de puniendis vſurarijs, neceſſe eſt, quòd vel ſint conuicti, vel confeſſi, & ſic in propoſito omnis vſurarius eſſet notorius notorietate iuris; & conſequenter vana redderetur illa diſputatio, an vſurarius non manifeſtus poſſit puniri à iudice eccleſiaſtico, de qua Dec. conſ.120.Rol.conſ.75.lib.1.& alij,relati per Menoch. de arbitr.iud.caſ.398.num.34. & ſeqq.
214 Tertio reſp.non eſſe verum, quòd notorij notorietate iuris dicantur æquè notorij,ſicut notorij notorietate facti, teſtibus Ioan.Andr.in cap.veſtra.col.3. verſ. notorium iuris.ibi. dixit tamen. de cohab. cler. & ibidem Butr.ſub num.35.verſ.tertium exemplum.ibi. ſed dicit.fol.12. col.2. in fine. Bermon.Chouer. de public. concub.in verbo.notorium eſt.num 2. in fine fol. 177. & Affl.in conſtitutione. humanitate.num.32.lib.2. qui tradunt notorios notorietate iuris dici impropriè notorios: vnde notorijs notorietate facti denegari ſolet appellatio;ſed non notorijs notorietate iuris iuxta ea, quæ dicam, fauente Deo. lib. 3. & aliæ extant differentiæ.

Ad ſecundum reſponſio ſatis colligitur ex reſpon-
215 ſionibus allatis ad primum, † Et in ſpecie reſpondetur,quòd iura loquentia generaliter non ſunt generaliter intelligenda quando repugnat ratio Bar.in d. l. 1. §.generaliter. ff. de leg. præſtan.

Ad tertium reſp.quòd hæc poſterior opinio contra Bal.videtur verior,& æquior auctoritatibus, & rationibus deductis.

DVBIVM II.

216 Quæro: an pœna nullitatis teſtamenti, de qua in cap. quamquam.de vſur. in 6. habeat locum contra eos, qui manifeſtè vendunt carius propter dilatam ſolutionem,ſeu aliter vſuram palam committunt in eorum contractibus ſine mutuo.

Reſpon.Abb.in conſ. 22. quamquam conſultum.ſub num.1.lib.1. & in cap.ad noſtram.num. 3. de empt. & vendit.tenuit quòd ſic,quem refert, & ſequitur Dilect. de art.teſtan.tit. 1.caut.7.in fine, & in eandem ſententiam videtur iuiſſe Affl.qui multa adducit,in conſtitutione.vſurariorum.ſub num.13.& 14.lib.1.dum firmat, pœnas ſtatutas contra dantem pecunias mutuo ſub vſuris habere locum etiam contra alios indirectè vſuram committentes.
217 Contrariam ſententiam,quòd non, tenuerunt Paul. de Caſtr.conſ. 160. ad primum.lib. 1. quem referunt, & ſequuntur Dec. in l. 1. ſub num. 17. C. de eden. & Lup.tract. de vſur. comm. 4. ſuper cap. quamquam. ſub num. 33.fol. 148.& ratio huius opinionis eſt, quia iſti non dicuntur formaliter vſurarij, & habent aliud peculiare nomen; videlicet,negotiatores, ſeu mercatores, quæ ſunt nomina honeſta; & ideo quanto quòd in eorum contractibus aliquando committant vſuras; tamen quia eorum propoſitum non tendit ad hoc principaliter,ſed ſecundario,ideo debet attendi quod principaliter agitur,& non quod venit ſecundario:& conſtitutio pænalis debet intelligi in potentiori, & proprio ſignificatu.

Quid dicendum? Diſtinguo: Si loquimur de iure: dico iſtam ſecundam opinionem negatiuam in vno ex illis quinque caſibus enumeratis per Dec.conſ. 111. pro tenui facultate. ſub num. 12. lib. 1. eſſe veriorem reſpectu cuiuslibet pænæ; & ſic videtur ſenſiſſe Strac. de mercatur.par. 1 num. 34. verſus finem fol. extra autem illos caſus res eſſet diſputabilis. Si loquimur de conſuetudine: dico indiſtinctè ſeruari hanc ſecundam opinionem.

DVBIVM III.

218 Quæro,an requiratur ſententia, ſeu ſaltem declaratio contra vſurarium manifeſtum,priuſquàm poſſit deueniri contra eum ad executionem pœnarum;de quibus in cap. quia in omnibus. de vſur. & c. quamquam. eod. in 6.

Reſp.Hoc dubium eſt difficile, & fructuoſum.

Pro parte negatiua,quòd declaratoria non ſit neceſſaria,adducuntur plura.
219 Primo,quia manifeſti, ſeu publici vſurarij ſunt ipſo iure excommunicati tribus excommunicationibus, vt dicit Innoc.in d.cap.quia in omnibus. de vſur. hæcque opinio Innocentij contra Goffr. & Hoſt. hodie eſt approbata,vt teſtatur ibidem Ant.de Butr. num. 7.
220 Sed in ſententia ſiue excommunicationis, ſiue alterius pænæ, lata à iure, non requiritur declaratio, ſeu ſententia hominis, teſte Abb. in d. cap. quia in omnibus.ſub num.9.ibi.ſed ego tenerem.de vſur. qui loquitur in proprijs terminis huius quæſiti,dicens, iſtas pænas contra vſurarium manifeſtum eſſe inflictas ipſo iure, & propterea non requiri aliam declaratoriam iudicis; hancque teſtatur eſſe opinionem Innocentij: hanc eandem opinionem videtur tenuiſſe idem Abb. conſ.81.num.3.& 4.lib.2.& in cap. cum in dioceſi. ſub num.6.de vſur. dum tenuit, conuictum per famam, & alia argumenta dici manifeſtum etiam ante iudicis ſententiam, & conſequenter non potuiſſe ſepeliri in loco ſacro.
221 Secundo,& fortius probatur, quia & ſi in ſententia, lata ipſo iure,requiratur adhuc declaratio,ſeu ſententia iu-

tia iudicis;tamen hoc non procedit,qñ delinquens inclusus sub generali sententia iuris est delinquẽs notorius,cuius delictum nulla tergiuersatione celari possit; tunc enim declaratoria nõ est necessaria, teste Couar. in c.alma mater.§.2.nu.9.de sent.excomm.in 6. fol.mihi 388. quem vti testantem de communi refert Clar. lib.5.recept.sent.q.9. vers.præterea quæro. & ego post
222 eum lib.præcedenti cap.76.sub nu.12. ✝ Et quòd super facto notorio non sit necessaria alia iudicis declaratio dixerunt Abb.in c.cum nõ ab homine.sub n.29.de iud. & in proposito nostro apertius ibidem Dec.n.72.73.& 74.dicens,non requiri declaratoriã,qñ ex processu constat,factum esse notorium. & benè faciunt,quæ allegabam lib.præced.c.97.nu.112.ad ostendendum,non esse necessariã declaratoriã super cõtumacia,apparente ex actis,seu cõfessione,resultãte ex ea;quia sunt notoriæ.
223 At contra vsurarios pæna est imposita ipso iure, & hoc est verissimũ & approbatum,teste Butr. quẽ citaui supra n.219. & præsupponimus vsurarios esse manifestos,notoriosq; vel ex probationibus factis, vel ex confessione, vel aliter ex facti euidentia iuxta ea, quæ dixi sup.n.144.& seqq.in 1.modo.& nu.154. & seqq.ad eũ.

Igitur declaratoria non est necessaria in vsurario manifesto.

224 Tertio,quia suspectus de hæresi, citatus, contumax, excõicatus, & in excommunicatione perseuerans per annũ,est condẽnatus lapso anno ab ipso iure per auth. gazaros,C.de hæret. nec requiritur alia iudicis declaratio,teste Host. quẽ referunt,& sequuntur Ioan. Andr. in cap.excõicamus.il 1.circa principium.in verbo.condemnentur.ibi.dicebat.de hæret.& ibidem Fely. sub n. 3.& Pegn.ad Eymer.direct.par.3.commen.49 vers.sententiam. fol. 374. quos retuli lib. præcedenti cap. 98. num. 10.& nulla alia ratio reddi potest,nisi quia habemus sententiam latam à iure,& factum manifestũ, id est,delinquentem notorium ex actis, & sic confirmantur, quæ dixi in maiori propositione præcedentis argumenti,Igitur. &c.

225 Quarto, quia cadauer vsurarij manifesti potest ex tumulari,seu exhumari, itemquè testamentum potest declarari nullum post eius mortem, vt dixi infra num. 280.& seqq.ad eum, quod nobis argumento est,declaratoriã non esse necessariam, quia si esset necessaria debuisset fieri in vita,& post mortem fieri non posset.

226 Hæc omnia argumenta inseruiunt etiam ad ostendendum, vsurarij manifesti testamentum esse nullum, & irritum ipso iure sine alia iudicis declaratione; quia ista pœna nullitatis est imposita ipso iure cap. quamquam in fine.de vsur.in 6.

227 Contrariam sententiam: quòd requiratur declaratoria:videntur tenuisse Hostiens.in summa. tit. de vsur. vers.quæ pæna.sub nu.10 ibi.sed quomodo. Abb. cons. 2.illud in facto.sub nu.1.vers.tertio dicit.lib.2. & in c. quia in omnibus.sub nu.11.de vsur.Couar.var.resolut. lib.3.cap.3. sub nu.4.vers. quarto etiam. fol. mihi 242. Diaz in pract.crim can.c.83.Foller.in pract. crim.can. in verbo, vel vsuram committere.c. 20, sub num.8. fol. 326.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.3.cas.235. nu. 12. 13.& 31.Lup.tract.de vsur.comm.4.super.c.quamquã. num.32.fol.148.Virgin.Boccac. tract. de interdict. vti possidet.c.18.sub nu.218.fol.318.& Mascar.tract. de probat.conclus.1418.nu.7. & 17.in fine lib.3.dum concludunt,manifestos, seu notorios vsurarios notorietate iuris,videlicet mediantibus ꝓbationibus,nõ dici,nisi sequuta declaratione iudicis; seu manifestũ vsurariũ dici,qñ est conuictus,& condẽnatus,prout sic copulatiuè loquutur Abb.d. c.qa in omnibus.sub n.11. Diaz, & Foller.vbi supra;& tũc illam condemnationẽ Rom. cons.324.in proposita consultatione.n.4. Gram. decis. 36.nu.44.& Lup.vbi supra aiunt non esse propriè sententiam,sed quandam iuris executionẽ:&,quòd,remota propria confessione, nunquã quis possit dici vsurarius manifestus antequã ita ob id crimen à iudice fuerit condemnatus,quãuis esset legitimis probationibus conuictus,testatur Gabr.in concl. lib.7.de malef. cõcl. 20.n. 13. si attendamus opin. ab eo primo loco relatã.

228 Confirmatur ista sententia,quia & si factũ sit notorium,tñ adhuc requiritur declaratoria,vt scribũt Dec. cons.402.sub nu.11.& cons.483.sub nu.27.Boss.Foller. Natt. Clar.& alij,quos retuli,& sequutus sum lib.præcedenti c.76.sub nu.12. ibi. contrariam sententiam.

229 Confirmatur secundo, quia non desunt, qui tenuerint publicum vsurarium non incurrere pœnas ipso iure,testibus Butr. in c. quia in omnibus. num.7.& sub num.8. de vsur. & ibidem Abb.num.9.

VTILITAS huius dubij est;qa, admissa prima opin. sequuntur istæ conclusiones.

CONCLVSIO I. est,quòd clerici sepelientes vsurarium manifestũ,seu recipientes ab eo oblationes,vel illum admittentes ad communionem altaris contra textum in c.quia in omnibus. de vsur. & contra clem. 1.de sepult.tenentur in primis restitu̇re accepta, & donec satisfecerint ad arbitrium episcopi manebunt suspensi, vel ipso facto excommunicati iuxta dictam clem. 1.de sepult.itemquè testamentum per vsurarium manifestũ conditum erit nullum ipso iure iuxta c.quãquam.de vsur.in 6.& per oppositum,si est vera opinio contraria,quòd declaratoria sit necessaria,& non fuerit declaratus;cessabunt prædictæ pænæ.

CONCLVSIO II. est, quòd prædictæ pęnæ indictæ cõtra vsurarium manifestum, quarũ executioni sit locus,habebunt locum etiam eo mortuo,& non declarato,seu non condemnato:Et per oppositũ, si requireretur declaratoria iuxta secundam opinionẽ, militaret aliqua difficultas iuxta ea,quæ dixi infra num.

230 Quam ergo opinionem firmabimus?

Respon. distinguendo duos casus.

PRIMVS est qñ vsurarius est manifestus ex probationibus factis;& sic qñ est notorius notorietate iuris: Et in isto casu Host. Abb. Couar. Diaz. & alij cõiter, quos citaui supra n.227.& præsertim Virg.Bocc.tenẽt requiri declaratoriam:& ita procedat secunda opinio, & erit communis secundum Virg. Bocc. loco citato.

Infero ex isto primo casu duas illationes.

231 Illatio prima est,quòd sepelientes vsurarium manifestum notorietate iuris, sed nondum publicatum,non solũ non incurrunt pænas impositas contra sepeliẽtes vsurarios manifestos, sed nequè possunt aliquo pacto declarari incidisse in eas,quis sint impositæ ipso iure.

232 Illatio secunda est:quòd sepelientes hæreticum, nõ declaratum hæreticum, non incidunt in pœnã excommunicationis, de qua in clem. 1. de sepult. nequè ex hoc solo in suspitionem hæresis;licet in eas inciderint ob non factam denunciationem,vt dixi cap.seq.nu.22.

Non obstant adducta supra nu. 219. & seq. ad eum. pro prima, & contraria opinione.

Ad primum.n. resp. quòd non valet ista consequentia:pæna est inflicta ipso iure: ergo non requiritur sen-
233 tentia,seu declaratoria iudicis;✝ quinimo,quòd etiam in pænis inflictis ipso iure requiratur declaratio iudicis,est commuis * opinio, de qua testatur Couar. in c. alma mater.§. 2. nu.9. de sent.excomm. in 6. fol. mihi 388.& de magis communi Menoch.de arbitr. iud. lib. 2.cent.3.cas.220.nu.7.Flam.Cart tract de execut sent. capto bann.c.1.n.187.& 355.& Prosp.Farin.in qq. cri. lib.1.q.10.nu.70.quos retuli,& sequutus sum lib. præcedenti c.97.nu.114.& 115. & quòd ita seruetur,retuli d.n.114.in fine.Et pro hac communi,& magis communi opinione vide multa, quæ congerunt Barb. in c. ex parte.col.4.de fœud. & Curt. Iun. qui eum refert, & sequitur tract.de fœud.par.4.versus finem. sub n. 155.
234 ibi.secundo facit glo. fol.87. ✝ Et in proprijs terminis excommunicationis latæ ab ipso iure, quòd requiratur declaratio,suadetur ex traditis per Anch.cons.189 tribus de causis.nu.3.dum ait,quòd quantumcunque aliquis sit excommunicatus à canone,non debet vitari in publico, nisi fuerit lata sententia declaratoria su-
235 per hoc,parte citata, & causa cognita: ✝ Et quòd per constitutionem factam Constantiæ, renouatam per Concilium Basiliense, Christifideles non teneantur in diuinis,nec extra uitare excommunicatos, nisi fuerint nominatim denũciati, seu publicati,præterquã excõicatos de iniectione manuum in personas ecclesiasticas notoria,quæ nulla tergiuersatione celari possit; testatur Iacob.de Beluis.tract.de excomm.in fine,vbi ponit tenorem dictæ constitutionis fol. 386. sed fusius de hac re,& constitutione uide per Couar.in dicto cap.alma mater. §. 2. num. 7. & seqq. de senten. excomm.

fol.

236 fol.387.† Et quòd in Romana Curia contra excommunicatum ipſo iure requiratur, nihilominus declaratoria; teſtatur Ant.Bard.de temp.vtil.cap.13. nu.5. in fine fol.219.

Secundo reſp. non deeſſe qui negauerint illam maiorem propoſitionem, teſtibus Butr. & Abb.quos citaui ſupra num. 229.

Ad ſecundum reſp. quòd, dum præcitati Doctores ſupra num.233.communiter ſcribunt, in pœnis, impoſitis ipſo iure, requiri declaratoriam, neceſſariò præſupponunt, delinquentem eſſe notorium notorietate iuris eò, quòd vel ſit confeſſus; vel conuictus; vel confeſſus, & conuictus; alias ſine iſto præſuppoſito vanè
237 loquerentur: † nam, vt benè Additionator ad Rot. deciſ.3.alias 16.num.6.de reſtit.ſpol.in nou. refert ex Io. Mon.in cap.ſtatuimus.de ſent.excomm.in 6. & ego ex eo lib.præced.cap.98.ſub num. 10.verſus finem. ſententia iuris differt à ſententia hominis: quia ſententia iuris expectat poſt ſe probationes, per quas declaretur, aliquem incidiſſe in eam; alias, vt inquit, ex ſola maiori propoſitione concluderetur: quare vt pœna, impoſita ipſo iure contra vſurarium manifeſtum, ſeu hæreticum, ſeu alium quemlibet delinquentem poſſit habere locum, neceſſariò debet conſtare in actis ex proceſſu in indiuiduo de vſurario, ſeu hæretico, vel alio delinquente; vt puta, quòd Titius commiſerit vſuram; prout ex Siman.de cath inſtit.tit.9.nu.168. retuli lib. præcedenti cap.98.ſub num.10.verſ.contrariam.& dum conſtabit in actis, dicetur notorius notorietate iuris iuxta ea, quæ dixi lib.præcedenti cap.76.nu.2. per totum. & ſub num.8.& ſupra num.224. in fine. Et ſimiliter præſupponunt, factum nulla tergiuerſatione celari poſſe: quia tunc dicitur notorium iuris, quando eſt cõcluſum in cauſa, ſeu factæ ſunt defenſiones, vt ex Ant.de Butr. Abb.Cur.Sen. Affl.Pariſ.& alijs retuli, & ſequutus ſum lib.præced.cap.76.ſub nu. 8. verſ. ſi ſumus in ſecundo. & ſic etiam iſto caſu non remanet amplius locus inficiationi, ſeu tergiuerſationi. Igitur, ſtantibus his præſuppoſitis, ex communi * Doctorum ſententia dicendum eſt indiſtinctè, requiri declaratoriam, etiam ſi notoriè conſtet de perſona delinquentis, & etiã per propriam confeſſionem, & ſic contra Gabr.quem retuli ſupra num.227.verſ.contrariam.in fine.dum videtur ſenſiſſe, quòd non requiratur condemnatio, præſuppoſita propria confeſſione: Et quòd etiam in eiuſmodi notorio requiratur declaratoria contra Couar. teſtatur eſſe communiorem, * & æquiorem Farin. in qq.crim.lib. 1. q. 21. ſub num. 116. & Couar. ipſe videtur in praxi admittere, prout aduertit idem Farin. loco citato, & ego firmaui infra num. 243. & 244. vbi habes declarationem.

238 Nec obſtat, quòd Abb. & Dec. dixerint, declaratoriam non eſſe neceſſariam, quando ex proceſſu conſtat factum eſſe notorium: quia reſpondetur, contrariam opinionem eſſe veriorem, & communem, vt dixi lib. præcedenti.cap.97.num.112. verſ. ſecunda opinio. & ſeruatur in practica, vt dixi eod.lib. cap.98. ſub nu.10 verſ. ſi in practica. Et ſic tollitur etiam tertium argumentum.

Ad quartum reſpondeo, negando conſequentiam per ea, quæ dixi infra num.

239 SECVNDVS caſus eſt, quando vſurarius eſt manifeſtus per rei euidentiam, vt puta quia tenet altare paratum, ſeu confeſſus eſt coram ſacerdote, & multitudine hominum, & fortè libros rationum tradidit, in quibus de vſurarum voragine, & receptione conſtat, ſeu in camera vſuras exercet publicè, & eſt paratus pecunias ſub vſuris dare cuilibet eas volenti, vt dixi ſupra num.144.154.175.& ſeqq.ad eos.in 1.2.& 3.modo: Et iſto caſu ex dictis per Hoſtienſem in ſum. tit. de vſur. ſub nu.10.Ioan.Andr.in cap.veſtra.nu.5.in verbo.operis euidentiam.de cohabit.cleric. Ambr.de Vign. trac. de vſur.§.ſalubriter.verſ.& ſciendum.nu. 226. & ſeqq. fol.64.Fely.in c. rodulphus n.37.de reſcrip.& Couar. quẽ citaui ſupra n.221. verſ. ſecũdo & fortius. colligo concluſionem, quòd declaratoria non ſit neceſſaria. Hoſt.quẽ refert, & ſeqtur Ambr.de Vig. loco cit. inqt. *manifeſtos voco notorios vel euidentia facti &c. & patiuntur pœnam ipſo iure &c. vel manifeſtos intelligam notorios iuris, puta quia per epiſcopum ſunt publicati in eccleſia, ſecus ſi ab eccleſia adhuc tolerentur &c. ſufficit autem ad publicationem faciendam, quòd vocati confiteantur, vel conuincantur per teſtes.* & Ioan. And. ait: *hoc generale, quod omnium ſuſpenſorum à iure, id eſt ſine ſententia hominis, ſi crimina, pro quibus ius eos ſuſpendit ab offitijs, vel quolibet actu, ſint notoria facti euidentia, licet cuicunquè eos in his vitare &c. idem de irregularibus, qui à iure ſuſpenſi dici poſſunt: ſi verò crimina, pro quibus à iure ſuſpenduntur; ſint occulta &c. euitari non debent.* Fely.& Couar.qui alios allegant, aiunt, declaratoriam non eſſe neceſſariã, qñ factum ita eſt notorium, vt nullã habeat excuſationẽ, nec tergiuerſatione celari poſſit. Hæc eadẽ concluſio colligitur ex traditis per Abb.Diaz.Foller.Couar.Menoch.Lup.& Maſcar. quos citaui ſupra nu.227.verſ.contrariã. dum firmantes declaratoriã eſſe neceſſariã, loquuntur reſtrictiuè de vſurario conuicto per teſtes, vel alijs argumentis, & probationibus; ſicq; in notorio iuris, & quaſi à contrario ſenſu aliud ſenſerint in notorio euidentia facti; vnde poteſt firmari hæc concluſio pro communi: & ex hac diſtinctione relata in his duobus caſibus poteſt colligi conciliatio inter primam, & ſecundam opinionem.

240 Contra iſtam cõem concluſionem obijciuntur duo. Obiectio 1. eſt, quia in notorijs requiritur ſententia, vt tradunt Gl.in c.ab excõmunicato.in verbo.de facto ſuo.de reſcrip.Bar.in l.emptorẽ.n.3.ff.de act.empt. Farin.in qq.crim.lib.1.q. 21.n. 114.Marſ.& Clar.in locis infracitatis, qui oẽs loquuntur ſimpliciter. Et quòd requiratur in quocumq; notorio expreſſit Gl.in c.euidentia.in verbo.non indiget.in fine.de accuſat.quã cõmuniter eſſe receptam teſtatur Marſ. in pract. crim.§. aggredior.ſub n.133.& ex eo Clar.lib.5.recept.ſent.q. 9.verſ. præterea quæro. & in ſpecie qđ requiratur etiã ſuper notorio, in quo nec probationes, nec ordo iuris ſunt neceſſatij, teſtatur Gl.in c.ſuper eo. in verbo. non requirant.de teſti.cog.intelligendo eã ſcđm caſum il-
241 lius capituli.† & non ſolũ requiritur ſentẽtia in notorijs, ſed requiritur etiam citatio ad eã, vt tradunt Ioan. Andr.in addit.ad Gl.in d.c.ab excõmunicato.in verbo. de facto ſuo.de reſcr.Bal.in c.ad noſtrã.il 3.de iureiur. Abb.conſ.3.nitar in præſenti.col.7.n.5.verſus finẽ. ibi. hinc eſt.& apertius conſ. 68. quamquã ſuper vacatione.ſub nu.4.ibi.quinimo plus.lib.2. Marſ.in d §. aggredior.n.33.alios allegans.& de cõi * teſtatur Boſſ.tract. crim.tit.de denunt.nu.9.in fine.& tit. quomodo procedatur in crimine not.ſub nu.6.ex Aret.conſ.165.n.7. & quòd nullus dubitet, teſtatur Alber.in l.ea quidẽ.nu.14. in fine. C.de accuſat.quos poſtremos refert, & ſequitur Clar.lib.5.recep.ſent.q.9.verſ.quæro nunquid in notorijs.& poſt eum Farin.in qq.crim.lib.1.q.21. n.69. & faciunt, quæ retuli lib.præced.c.76.ſub num.12.verſ. imò requiritur.

Infero ex dictis in iſta prima obiectione, probatum eſſe per excellentiã, qđ in notorio facti interpolati, ẽtſi de eo conſtiterit per facti euidentiã, requiritur ſententia: nam ſi requiritur in quocunque notorio, & etiã in eo, in quo nec probatio, nec ordo iuris eſt neceſſarius, vt dixi, à fortiori requiritur in notorio facti interpolati, & ſic requiritur cõtra vſurariũ manifeſtũ etiã ex facti euidẽtia, cũ aduerſus eũ requirãtur probationes, vt ex Bal.Abb.Iacob.Nouel.Maſcar.& Farin.retuli, & ſequutus ſum lib.præced.c.76.ſub n.8.ibi. nunc aduerte. & ſaltem ſemiplenæ, vt ex Innoc.Io. Andr.Butr. Abb. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 139.

242 Obiectio 2. eſt, quia eſto quantumuis notorium, tñ, vt pœna exigi, executioquè in facto fieri poſſit, requiritur declaratio, & iudicis iuſſio, vt quotidie videmus ſeruari in facto; & faciunt tradita per Couar.in c.alma mater.§.2.ſub nu.9.ibi.ipſe vero. fol.388. col.2. verſus finem.de ſent. excomm.Pegn. ad Eymer. direct. par. 3. comm.49.verſ. dum autem. & Farinac. in qq. crim.lib. 1.q.21.ſub nu.70.verſ.ſed his.dum tradunt, in pęnis impoſitis ipſo iure requiri declaratoriam.

243 Quid ergo tenendũ iſto caſu? Diſtinguo duos caſus. Primus eſt, quando ſententia eſt lata ipſo iure, ſicut dicimus latam eſſe contra vſurarium manifeſtum, item contra hæreticum, & ſimiles.

Secundus caſus eſt, quando eſt ferenda ab homine

IN PRIMO casu,& retēto huiusmodi notorio facti, quod nulla tergiuersatione celari possit,seu nulla com petat defensio: rursus distinguo. Aut illa sententia potest secum trahere executionem,vt de sententia excōmunicationis tradit textus in cap. pastoralis.versus finem,& ibi Glos. in verbo.cum executionē. de appellat. notans idem in sententia absolutoria ab impetitione alicuius. Aut non potest secum trahere executionem sine facto hominis: Si in primo membro huius distinctionis: dico, declaratoriam non esse necessariam;& ita procedant,quę ex Couar.in cap.alma mater.& alijs retuli supra num. 221. Si in secundo membro:dico requiri aliquam declaratoriam; & ita procedunt,quæ in contrarium adduximus supra in responsione num.236.vers.ad secundum. & num.237. Verum tamen est, quòd sufficit qualis qualis declaratoria, vt dixi infra num.260.& tota hæc distinctio benè probatur ex his,quæ tradit Ant.de Butr.qui etiam testatur de communi * in cap.vestra.num.44. de cohabit. cler. licet loquatur per diuersa verba.dicens, *quòd in casibus in quibus notorium habet in se inclusam sententiam iuris,nō expedit quoad effectus iuris alia sententia: quia eo, quòd quis est in notorio delicto,irregularis est,et suspēsus; cum hunc effectum suspensionis, et irregularitatis imprimat ipsa notorietas à principio absquè alia sententia. In alijs autem effectibus facti imprimendis &c.* & hæc eadem habes in eius tract.de notor.art.4.nu.50. & seqq. fol. 56.

244 INFERO iuxta primum membrum distinctionis,positæ in isto primo casu, quòd vsurarius manifestus euidentia facti absquè alia declaratoria iudicis est excommunicatus illis tribus excommunicationibus, de quibus in cap.quia in omnibus. de vsur. & sic procedat opinio Hostiensis & aliorum, quos retuli supra num. 239. tenentium, declaratoriam non esse necessariam.

245 INFERO II. quòd clerici, alijquè, sepelientes eiusmodi vsurarium,incurrunt pænas contentas in dicto cap.quia in omnibus.& in clem. 1.de sepul.quāuis ille vsurarius non fuerit declaratus;quas pœnas retuli supra sub num.229. vers.prima. sed,an ipsi sepelientes sint monendi, & declarandi, non definio.

246 LIMITA istam illationem,vt non habeat locum quando clerici,alijquè sepelientes ignorassent, illum esse vsurarium manifestum, quia non incurrerent penas d.clem.1.de sepult. & cap.2.de hæret.in 6.& vtrobiquè Glo. in verbo. scienter.

247 DECLARA istam limitationem, vt in foro poli, & conscientiæ procędat indistinctè, & sic quoad excommunicationem; quia sententia excommunicationis requirit scientiam cap.cum desideres.& cap.significauit.de sent.excomm Glo.in d.clem. 1.de sepult. ideoquè lib. præceden.cap.45.nu.21.vers. quinto dubitatur.dixi eum,qui non est citatus personaliter, non

248 posse excommunicari, † sed quoad alias pęnas,puta quoad restitutionem oblationum non sufficit allegare ignorantiam, nisi sit probabilis.l.si tutor.& ibi Glo.in verbo.ostenderis.& Bal.num. 1.C.de peric.tut. etenim & si ignorantia præsumatur regulariter,fallit tamen in notorijs,vt testantur Gl.& Bal in loco citato, & dixi supra in alio proposito cap 7.num.628.& 629.oportet igitur probare ignorantiam.

249 INFERO iuxta secundum membrū distinctionis, positæ sub eod.primo casu supra num 243. quòd licet testamentum vsurarij manifesti sit ipso iure nullum, tamen requiritur declaratoria: & hæc circa primum casum.

250 IN SECVNDO casu,quando est ferenda ab homine:concludo indistinctè,requiri sententiam, seu declaratoriam,quantumuis factum sit notorium etiam per continuam rei euidentiam: & ita procedant adducta supra num.227.228 & 240.

251 Ex tota disputatione & resolutione huius tertij dubij,positi supra num.218.firmo duas regulas cum ampliationibus, & limitationibus, vt omnia, quæ disputando diximus, habeas sub compendiosis resolutionibus.

PRIMA regula. In notorio iuris est necessaria sententia,vt dixi supra n.230.& 240.vers.obiectio prima.

252 AMPLIA I. istam regulam,vt habeat locum,quando sententia non est lata ab ipso iure, quia tunc est ferenda ab homine vt dixi hic supra num. 250. in 2. casu.

253 EXTENDE hanc ampliationem, vt tūc requiratur sententia solemniter ferenda,& ita practicatur in toto orbe.& ita procedant adducta supra num.241.

254 AMPLIA II. regulam, vt habeat locum etiam si essemus in casu, in quo sententia esset lata ab ipso iure, & ita procedant adducta supra num. 233. & seqq. ad eum.

255 EXTENDE hanc ampliationem, vt habeat locum etiam si sententia lata ab ipso iure secum executionem traheret; quia adhuc requireretur declaratoria, sicquè explica ea, quæ dixi supra nu. 236. vers. ad secundum.& num.237.

256 DECLARA, seu restringe istam secundam ampliationem eiusquè extensionem,vt eiusmodi sententia non mereatur nomen sentētiæ,sed declarationis, quia cum sentētia sit lata ab ipso iure,iudex nō profert sententiam, sed declarat incursum in sententiam,& ita procedant,quæ dixi supra num.233.vers. ad primum. & d.nu.236. ve.s. ad secundum.& n.237.hæcq; omnia benè colliges ex doctrina Antonij de Butr. viden. in cap.vestra.sub num.44.de cohab.cler.& in eius tract.

257 de notor.art.4.n.50.& seqq.† Et ex his nota differentiam inter sententiam,& declaratoriam: nam sententia,propriè loquendo,dicitur illa, quæ definit negotiū principale,sicut est illa,quæ vel fertur ab ipso iure, vel ab homine; & sententia declaratoria est triplex: prima enim est illa,quæ fertur ab homine pro executione sententiæ latæ ab ipso iure, & de hac dixi supra nu.254.secunda est,quæ fertur loco sententiæ diffinitiuæ in causis,in quibus non requiritur solemnis sententia; & de hac dixi infra num. 260. tertia erit, quæ fertur ante diffinitiuam sententiam, qualis est quælibet interloquutoria; & de ista declaratoria in materia notorij scripsi infra. num. 264. in 4. dub. & tene menti, vt scias cognoscere quando Doctores rectè loquuntur, quia sæpè confundunt hos terminos.

258 SECVNDA regula. In notorio facti tàm transeuntis, quàm interpolati, & permanentis firmo eandem conclusionem: quòd requiratur sententia: & ita procedant,quæ dixi supra num.240.& sub num.243.in secundo membro distinctionis.

259 AMPLIA istam conclusionem, vt tunc præcipuè habeat locum,quando sumus in casu, in quo sententia non est lata ipso iure.

260 DECLARA istam conclusionem,& ampliationem vt non requiratur sententia solemnis cum requisitis, de quibus in cap.fin.de re iud.in 6.& in tit.de sent. ex breuic.recitan.C. quia sufficit aliqualis sententia, & etiam sine scriptis, sicut post Archid.in cap. quæ lotharius. 2. q. 1.& alios referunt, & sequuntur Ant. de Butr.in d.cap.vestra sub num. 44. circa medium. de cohabit. cler.& tract. de not.art.4.num. 51. Foller. in pract. crim. in verbo. item quòd est notorius delinquens.num.20.& Farin.in qq crim. lib 1. q. 21. num. 115 & de cōmuni * testatur Ant.de Butr.qui ita videtur intelligere Ioan. Andream in c. ex parte. il 1. col. 2.ibi.& est ratio. de verb.signif.dum ipse Ioan. Andr. tradit in notorijs criminibus non requiri sententiam: & ita procedūt, quę tradunt Rom.Gram.& Lup.quos citaui supra sub num. 227. ibi. & tunc illam. & quòd isto casu sufficiat notificare delinquenti, quòd mittitur ad suppliciū, scribit Foller.vbi supra,& hoc à fortiori haberet locum in ciuilibus, quia sufficeret præceptum,vt refert,& sequitur Butr sub d.num.44.

261 EXTENDE I. istam declarationem,vt tunc præcipuè habeat locum, qnando sententia esset lata ab ipso iure;quia tunc à fortiori sufficit declaratoria, vt dixi supra num.256.

262 EXTENDE II. vt tunc habeat principaliter locum quando sententia ferretur in exercitu; quia in eo non proceditur solēnitatibus iuris,sed executiuè ad morē belli, in quo Princeps, & exercituum Duces vtuntur illo C.Marij dicto, quòd armorum sonitus, & rumor leges nō sinit audiri,prout ex Petrin.Bell. de re milit.

par.

par.2.tit.9.num.9.Capic.deciſ.69.num.5.Menoch.de arbitr.iud lib.2.cent.1.caſ.95.num.28.& Val. Max.lib. 5.cap.2.retuli libro præcedenti.cap.11.num. 91. in fine.& cap.97.ſub num.197.verſ.ſecundo reſpondeo.in 2. edit.

263 RESTRINGE nunc declarationem,poſitam ſupra num.260.vt non habeat locum, quando ſententia lata ab ipſo iure trahit ſecum executionem, quia tunc nec ſententia, nec declaratio eſt neceſſaria iuxta ea, dixi ſupra ſub num. 243.

Declaraui quando in notorijs requiratur ſententia,vel ſaltem declaratoria loco ſententiæ.

DVBIVM IIII.

264 Quæro an requiratur declaratoria,ideſt interloquutio ſuper notorietate,videlicet, quòd factum eſt notorium,priuſquàm poſſit deueniri ad condemnationem.

Reſp.videtur dicendum, quòd ſic per ea, quæ ex Abb.Dec. Gram.Foller. Rol. à Vall. Natt. & alijs retuli lib.præced. cap. 76. ſub num. 12. ibi. contrariam ſententiam.

Breuiter & apertius hic loquendo:ſi iudex intendit procedere veluti ſuper notorio, iuris ordine non ſeruato;aſſumo duos caſus.

PRIMVS eſt, quãdo pars opponit contra eiuſmodi proceſſum,negãdo in primis notorietatẽ:Et firmo cõcluſionem,quòd declaratoria eſt neceſſaria,teſte Saly. in l.ea quidem. num. 83. verſ.ad octauam.C.de accuſ. quem refert, & ſequi videtur Foller. in pract. crim. in verbo.item quòd eſt notorius delinquens. num. 14. in fine.& ſic cenſuit etiã Farin.in qq.crim.lib.1. q. 21. n.116.quare,ſi iudex vellet nihilominus procedere ad vlteriora,reus poſſet appellare,vt ex Abb.Fely.Foller. Gabr. & alijs retuli, & ſequutus ſupra num. 98. verſ. contrariam. & ita procedunt quæ ſcribunt Abb. Dec. & alij,quos retuli dicto cap.76.ſub num.12.

265 AMPLIA iſtam concluſionem,vt tunc præcipuè habeat locũ,quando notorietas requireretur ad fundandam iuriſdictionem per ea,quæ dixi ſupra num.79. & ſeqq.ad eum.

266 SECVNDVS caſus eſt;quando non opponit: & in iſto facio duas conſiderationes.

Prima conſideratio eſt, quando reus eſt præſens proceſſui.

Secunda conſideratio eſt, quando reus eſt abſens.

CAPIO primã:quando eſt præſens:Et cõcludo,declaratoriam non eſſe neceſſariam;quia, vt ex Ant. de Butr. & Foller.retuli,& ſequutus ſum ſupra num. 76. parte præſente,& tacente,informatio ſuper notorietate in actis non eſt neceſſaria: Igitur multo minus eſt neceſſaria declaratoria; & hanc opinionem tenet ſimiliter Farinac.in reſpondendo ad contraria d. num. 116.in fine.& ab iſta non recedas,quicquid in contrarium ex Abb.& alijs retulerit Foller. d. num. 14. in principio.dum ait ſecundum Abb.& alios requiri ſiue negetur eſſe notorium, ſiue non negetur:nam Abb.vt retuli infra num. 272. verſ. cæterum loquitur ad cautelam.

267 AMPLIA iſtam concluſionem, vt habeat locum etiamſi notorietas requireretur ad fundandam iuriſdictionem:ſatis enim eſt,quòd ex actis conſtet de notorietate iuxta ea,quæ dixi ſupra num.79. nam hæc declaratoria ſe habeat per modum pronunciationis ſuper cõpetentia,vt ex Ant.de Butr.retuli ſupra n. 76. verſus finem.Sed pronunciatio ſuper competentia nõ eſt neceſſaria,niſi,inſtante parte. Igitur ſic eſt dicendum in iſta,vt non ſit neceſſaria,parte non oponente: Benè verũ eſt, quòd iſto caſu informatio ſuper notorietate in actis eſt neceſſaria, etiam parte non opponente,vt dixi ſupra num.80.verſ.extende.

268 CAPIO ſecundam cõſiderationem: quando reus eſt abſens:Et concludo requiri declaratoriã:& in hoc videtur melior eſſe conditio abſentis, & contumacis, quàm præſentis;& ita eſt: quia qui eſt præſens, cum poſſit opponere,& non opponat,videtur conſentire, vt dixi lib.præcedenti cap.84. ſub num.18.vnde ſi iudex procedat ex officio contra non diffamatum, ſed præſentem,& non opponentem,proceſſus valebit, vt dixi dicto cap. 84. num. 18. & retuli ſupra ſub num. 76. ibi. & hoc ſimiliter. ſecus tamen ſi procederet contra abſentem; quia requireretur præcedens diffamatio.

269 ✝ Et eſt rationi conſonum, quia multa præiudicia oriuntur abſenti, & contumaci:is enim reputatur pro confeſſo,vel conuicto, vel patitur miſſionem in poſſeſſionem bonorum, vel bannum,& ſimilia,de quibus dixi lib.præcedenti cap. 96. num. 1. & ſeqq.& cap.97.n.2.& ſeqq.quæ præiudicia,& damna haud ſentit præſens, quia is niſi ſit uerè couictus,vel confeſſus, non poteſt condemnari:quare non mirum, ſi reus abſens nõ poſſit reputari contumax,& multò minus pro confeſſo,& conſequenter corruat ſententia, & totus proceſſus,quando fuiſſet proceſſum, non præcedentibus legitimis inditijs iuxta ea,quæ dixi lib. præcedenti.cap.84.ſub num.37. ibi. imò exquò. & dicto cap.97. ſub num.78.& ſub num.198.verſ.pondera.in fine.& tamen poſſit procedi contra reum præſentem, & tacentem,quamuis non præcedant legitima inditia: etenim ſicut valet proceſſus ex officio contra reum nõ diffamatum,ſed tacentem; ita etiam contra reum non ſufficienter inditiatum,ſi permittat,ſe interrogari, & reſpondeat; quia inditia ſucceſſerunt in locum diffamationis, vt dixi dicto cap. 84. ſub num. 35. & 37.

270 ✝ Benè verum eſt, quòd interrogatio non poteſt eſſe ſpecialis,ſed ſolum generalis,ſicuti ex Flam.Car. de interrog.reis lib.2.cap.1.n.67.& ſeq.& alijs retuli, & ſequutus ſum. lib.præcedenti cap.86.num.40.& ex his remanet firma cõcluſio,quòd contra abſentem requiratur declaratoria; quę cõcluſio comprobatur per ea, quæ dixi ſupra ſub n.76.ibi.qđ ſi proceſſus ex Ant. de Butr.qui æquiparat proceſſum contra præſentem & opponentem;& proceſſum contra abſentem; dum vtroquè caſu ait debere conſtare ex actis de notorietate, ſi iudex intendat procedere via extraordinaria, vti ſuper notorio.

271 RETENTIS duabus concluſionibus, poſitis ſupra ſub num.264.verſ.primus. & num. 268. verſ. capio ſecundam. in quibus dixi requiri declaratoriam ſuper notorietate.

LIMITA eas,vt non habeat locum, quando notorium eſſet facti permanentis,ſeu commiſſi coram iudice,& tot alijs, qui ſufficerent ad notorietatẽ,ſeu alias eſſet notorium,quod aliqua tergiuerſatione celari nõ poſſet;qa ſicuti in iſtis nõ eſt neceſſaria probatio iuxta ea,quæ dixi ſupra ſub num.81.verſ. reſtringe. & libro præcedenti cap.76.num.12.ita multò minus eſt neceſſaria declaratoria.

272 EXTENDE iſtam limitationem vt habeat locum etiam ſi notorietas requireretur ad fundandam iuriſdictionem iuxta eadem,quæ dixi ſub d. num. 81. verſ. reſtringe.

Cæterum ad cautelam conſuluit Abb.in cap.ad noſtram.il 3.ſub num. 7. de iureiur. quem referunt & ſequuntur Dec. conſ. 483. pro reſolutione. num. 27. in fine.Foller.in pract.crim.in verbo.item quòd eſt notorius delinquens.num.14.& alij,quos retuli lib.præcedenti cap.76.ſub num.12.verſ.contrariam.quòd omni caſu fiat iſta declaratoria,quod notauit etiam Farin.in qq.crim.lib.1.q.21.num.116.in fine.

De declaratoria,quæ vel fertur loco ſententiæ diffinitiuæ,vel fertur poſt latam ſentẽtiam ab ipſo iure,vide quæ ſcripſi ſupra dub.3.num.218.230.243.& ſeqq. ad eum.

DVBIVM V.

273 Quæro, an vſurarius, contra quem extant fama & inditia,iudicetur manifeſtus notorietate iuris,vel euidentia facti,cum inter vnum, & alterum ſint differentiæ,quas potes videre ſupra num.230.239.& num.

Reſpon. Ex his, quæ firmaui vna cum Abb. & alijs ſupra num.209.ſatis conſtat,iudicari manifeſtum notorietate facti,quia in eo habet locum pœna nullitatis teſtamenti,vt ibidem dixi;pro qua pœna;quamuis ſit impoſita ipſo iure,requiritur nihilominus ſententia declaratoria iudicis, vt dixi ſupra n.223.verſ.ad primum etiam ſi notoriè conſtet,de eo.contra quem eſt impoſita,vt dixi ſupra nu.236.verſ.ad ſcdm & nu.237. & et ſi

ita de eo conſtet, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, dummodo ſententia talis ſit, quæ ſecum executionem trahere non poſſit ſine miniſterio hominis, vt dixi ſupra ſub.num.243.ibi.ſi in ſecundo.

DVBIVM VI.

Vſurarius condidit teſtamentũ, non ſeruata forma decretalis in cap.quamquam.de vſur.in 6.de qua infra num.295.& 297.deceſſit poſtea priuſquàm inquireretur de vſuraria prauitate: nunc probatur per famam, & teſtes quòd fuit vſurarius.

274 Quæro; an eius teſtamentum ſit nullum?

Reſp. videtur prima facie, quòd non ſit nullũ: hancq; opinionem negatiuam tenet Gabr.in concluſ.lib.7. de malef. concl. 20. limit. 2. num. 14. ſequentibus argumentis.

275 Primo, quia decretalis in cap. quamquam. de vſur. in 6. declarat irrita ipſo iure teſtamenta vſurariorum manifeſtorum. Igitur ad hoc, vt teſtamentum vſurarij manifeſti ſit nullum, requiritur neceſſariò, quòd illa manifeſtatio extet tempore, quo conditur teſtamentũ:

276 † quia, vt omnes Doctores vno ore ſcribunt, qualitas, adiecta alicui actui, determinatur ſecundum tempus illius actus; ſeu, vt aiunt, adiecta verbo determinatur ſecundum tempus verbi, cui adiungitur; prout in hac q.arguunt Bal conſ.459.viſa dicta petitione.num.5.& ſub nu.9.ibi.tertio.lib 4.& Laur.de Rodulp. de vſur. q. 88.ſub num.13.verſ.præterea & num.14.fol 30.

Quare ſi intelligeremus, vt illa decretalis haberet locum etiam in teſtamento vſurarij, qui veniret manifeſtandus; imperfectè dixiſſet: vſurariorum manifeſtorum: cum debuiſſet addere: & manifeſtandorum: Igitur cum non fuerit manifeſtus tempore conditi teſtamenti, ſed manifeſtetur poſt mortem, ceſſat in eo pęna contra manifeſtos vſurarios.

277 Secundo; quia nemo poſt mortem poteſt regulariter accuſari, & vexari de delicto; cum delictũ, & pœna extinguantur morte delinquẽtis l.1.ff.de priuat.delict. & ibi Bar. tit. & l. vnica. ne, ex delict. defunct. C. & ibi Bar.& Bal.& Inſtit. de perpet.& temp.act.§.non autem omnes.cap.quorundam.& ibi Glo. in verbo.nõ poteſt.diſt.23.cum alijs adductis per Oſaſc.deciſ.151. num.1.& 3.Abb.conſ.3.nitar in præſenti.num.7. lib.2. Iaſ.in l.ſi quis iniquum.§.quod autem. num. 2. ff. quod quiſque iur. Aret.tract.de malef.in verbo.qui dominus iudex videns.&c.num.41.Boſſ.tract.crim tit. de accuſat.num.33.& 34.Clar.lib.5.recept.ſent.q.51. verſ. vlterius quæro. Pegn.ad direct. Eymer.par.3. comm.92. verſ.quantum ad primũ.& infiniti alij Doctores, quorum multos cumulauit Farinac.in qq.crim.lib.1.q.10.

278 num.36.† & eſt ratio, quia mors omnia ſoluit.§. deinceps. Auth.de nupt.& mortui ſunt relicti iuſto Dei iudicio, dicto cap.quorundam. diſt. 23.& actio ad pœnam ad hæredes non tranſit Franc.Becc. conſ. 9. num. 4.& ſeqq.lib.1.

279 Tertio; quia probationes, quæ recipiuntur poſt mortem vſurarij, non probant illum manifeſtum vſurariũ; quia huiuſmodi probatio non concludit: hodie conſtat de qualitate manifeſti: ergò & antea erat manifeſtus, Bal.d.conſ.459.num.5.& 6. lib.4. quem refert, & ſequitur Maſcar.de probat. concluſ. 1418. num. 15.& 16.lib.3.

280 CONTRARIAM ſententiam: quòd teſtamentum ſit nullum: tenent Feder de Sen.conſ.8.quæſtio quomodo.num.1.in fine, & num.2.Bal. conſ. 162. caſus ſuper quo.num.1.& ſeqq.vſque ad nu.6.lib.2.& d.conſ.459. viſa petitione.nu.1.lib.4.Laur.de Rodulph. de vſur. q. 88.ſub num.16.ibi.quare iudicio meo.fol.30. Abb.in cap. cum in diœceſi. ſub num. 6. verſus finem. de vſur. reprobata lectura Hoſtienſis. Et quòd probatio, an quis fuerit vſurarius, poſſit recipi etiam poſt mortem illius, teſtatur B. Ant tract.de excomm.cap.49. num.4. fol.377.& ſentit Dilect.de arte teſtan.caut. 7. ſub nu. 3. fol.111.dum tractat, an ad annullandum teſtamentum ſufficiat probare, quod teſtator erat vſurarius manifeſtus.

Confirmatur iſta ſententia, quia pœna nullitatis teſtamenti eſt pœna impoſita ab ipſo iure cap.quanquã. in fine. de vſur. in 6. & notaui etiam ſupra num. 226. verſ.hæc omnia.

281 Sed pœna, impoſita ab ipſo iure, durat etiam poſt mortem delinquentis, & tranſit ad hæredes Glo. vlt. in fine in l.ſi quis iniquum.§.quod autem. ff. quod quiſq; iur.& ibi Doct.Bar.in d.l.1.nu.2.in fine & num.3. ff.de priu.delict.Abb.in cap.fin. ſub num. 5. circa medium. de ſepult.& in conſ.3.nitar in pręſenti.q.9.num.7. lib. 2. Afflic.deciſ.255.habẽs fœudum.num.3.& de communi * teſtatur Iaſ.in d.l.ſi quis iniquum.§. quod autẽ. ſub num.2.ff.quod quiſque iur.Tiraq.in l.ſi vnquam. in verbo.reuertatur.num.296.C.de reuoc.donat. Couar. in tit.de matrim.par.2.cap.6. §.8. num.6. fol.mihi 200. Menoch.conſ.99.num. 158. & ſeqq. lib. 1. Flam. Cart. tract.de execut. ſent. capto bann. cap. 1. num. 353. & 354.& Farinac.in qq.crim. lib.1. q.10. nu.68. qui multos cumulant. Igitur &c.

NON obſtant adducta in contrarium.

282 Ad primum enim reſp.quòd vſurarius, contra quem extant duo, vel tres teſtes, & communis opinio, ſeu fama, quòd ſit vſurarius, dicitur vſurarius manifeſtus, ſicut ex Bal.Rodulph.& Abb.retuli ſupra ſub num. 187. & num.209.quod comprobatur, quia manifeſtum dicitur illud, quod ex certa ſcientia tranſit in notitiam plurium ita, vt oriatur quædam publica, ſeu famoſa inſinuatio, vt ex Butr.& Mil.retuli ſupra num. 201.

Sed eiuſmodi eſt vſurarius, de quo loquimur. Ergo ceſſat argumentum, quia licet requiratur declaratoria, prout requiri in quolibet manifeſto, & notorio dixi ſupra num. 233.& ſeqq.ad eum. tamen non propterea ſequitur, quin fuerit manifeſtus tempore conditi teſtamenti.

Ad ſecundum dico, quòd vera, & clara reſponſio colligitur ex his, quæ dixi ſupra. ſub nu.280. verſ. confirmatur & num.281.

283 Secundo reſp.quòd illa regula; vt nemo poſt mortẽ poſſit accuſari, & actiones contra hæredes non tranſeant; recipit multas limitationes, & declarationes, quas, Deo dante, alibi forſan proſequar: interim, ſi occurrerit caſus videndi eas, adito in primis iura ſuperius citata num.277.& Doctores ſuper eis, & deinde Boſſ.Oſaſc.ibidem citatos, Franc.Becc.d.conſ.9.nu. 10.& ſeqq.& Farinac.qui dicta q.10.num.37. vſque ad num.83.latè eas proſequutus eſt, & ibidem refert mo-

284 dum procedendi contra mortuum. † & in propria facti ſpecie, quòd etiam poſt mortem poſſit agi propter bona, tradit, ſoluendo difficultatem, Feder. de Sen. conſ.8.quæſtio quomodo.num. 1.in fine.

285 Ad tertium reſp.quòd illud dictum Baldi, & Maſcardi eſt verum in vſurario manifeſto ſolum notorietate iuris, videlicet ex probationibus: nam & ſi is dicatur notorius notorietate iuris, vt ex Bal.Ant. de Butr. Io. Franc.de Plat.B.Ant.B.Io.à Capiſtr. Ang.& alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub num.188. verſ. contrariã. tamen is duabus rationibus non ſubiacet pęnæ, de qua in c.quanquã.de vſur.in 6. cõtra vſurarios manifeſtos; prima rõ eſt, quia iſta qualitas manifeſti oriretur poſt mortem ex notorietate iuris; & ſic nullo modo extaret tempore conditi teſtamenti ante mortem teſtatoris, & conſequenter ceſſaret pęna nullitatis teſtamenti; & ſic procedit dictũ Baldi in conſ.459.n.5. & 10.lib.4.ſecunda rõ eſt, quia ad hoc, vt pęna nullitatis teſtamenti habeat locum, requiritur, quòd ſit vſurarius manifeſtus euidentia facti; aut ſaltem ex fama, ſeu communi opinione, & ex probationibus; cum in eo, qui eſt manifeſtus ſolum notorietate iuris, prædicta pęna nõ habeat locum iuxta ea, quæ firmaui ſupra num.208.& 209.

286 At nos ſumus in vſurario manifeſto ex communi opinione, ſeu fama, & ex probationibus, in quo licet recipiantur probationes poſt eius mortem, & fiat notorius notorietate iuris, tamẽ qualitas manifeſti extraiudicialiter reperiebatur ante eius mortem; quia extabat communis opinio, ſeu fama iuxta ea, quæ verè tradit Abb.conſ.81.ſub num. 4. lib.2.

RETENTA iſta contraria ſententia, quòd teſtamentum ſit nullum, quæ eſt vera, & communis.

287 AMPLIA I. eam vt habeat locum quando probatio famæ reſpiceret, & concluderet de tempore conditi teſtamenti, quia tunc qualitas manifeſti annullatiua

actus reperitur tempore actus, & ſic ceſſat obiectio, quam facit Bal.conſ. 459. viſa dicta petitione. num. 5. ſub num.9.verſ.tertio.& nu.10. lib.4. & conſequenter hæc ſententia intrat iſto caſu ſine difficultate.

288 EXTENDE iſtam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi poſtea deſiſteret ab vſuris; quia adhuc teſtamentum eſſet nullum, nec conualeſceret argumento textus in §.item furioſi.Inſtit. quib. non eſt permiſſ.fa-
289 cer.teſt.† item quia nullitas teſtamenti eſt pœna impoſita ipſo iure, quæ virtualiter ſecum trahit executionem ad tradita per Affl.deciſ. 255. habens foeudum. ſub num. 3. Igitur nihil iuuat, quòd poſtea defecerit ab vſuris; Et licet requiratur declaratoria iudicis, vt dixi ſupra ſub num.243.ibi. ſi in ſecundo.tamen effectus retrotrahitur ad diem latę ſententiæ ab ipſo iure, vt dixi infra num. 303. quare vt conualeſcat neceſſe eſt, quòd teſtator poſtea prę ſtet cautionem de reſtituendis vſuris, vel eas reſtituat.

290 AMPLIA II. etiam ſi probatio famæ concluderet ſolum de tempore ante conditum teſtamentum; quia adhuc diceretur teſtamentum vſurarij manifeſti ſecundum magis communem * opinionem, de qua teſtatur Socc.conſ.127.ante num.1.lib.3.quam refert, & ſequitur Clar.lib.3.recept.ſent.§.teſtamentum.q.26. verſ.itē quæro.& ratio eſt, quia illud vitium vſurarum poſtquā ſemel extitit in aliquo cum manifeſtatione impreſſum perpetuò ei impedimentum præſtat, nè valeat condere teſtamentum, donec iuxta formam dicti cap.quamquā. ſit ſublatum per cautionem de reſtituendis vſuris, vel
291 per ipſammet reſtitutionem vſurarum; † Imò licet vſurarius manifeſtus deſinat fœnerari, non tamen propterea deſinit eſſe vſurarius, teſte Clar.lib.5.recep. ſent. §. vſura.in fine. & d. §. teſtamentum. q. 26. verſ. item quæro.qui mouetur ex traditis à Dec. in cap.1. n. 99.de probat. quo loci Dec. ait, vſurarium dici vſurarium, quamuis deſinat fœnerari.

Confirmatur iſta ampliatio; quia in dubio qui probatur antea vſurarius, præſumitur etiam hodie vſura-
292 rius:& moueor,† quia mutatio non præſumitur Alex. conſ.81.reuocatur in dubium.num.4.conſ.146.in cauſa.num.19.lib.5.conſ. 189. viſo ſtatuto. propè finem. lib.7. Pariſ.conſ.vlt.nu.6.lib.4.Alc.tract. de præſumpt. par.3.reg.2.præſump.16.Crauet.de antiq.temp. par.1.
293 num.22.& par.4. num. 226. † & ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali cap.ſemel
294 malus.& ibi Dyn.de reg.iur.in 6.† quare alleganti mutationem incumbit onus probandi Rom.conſ 295.donatio patris.nu.8.cum alijs adductis per Maſcar.tract. de probat.concluſ.1078.ſub num.1.lib.2.

Nec obſtat, quòd Bal.in conſ.459.viſa dicta petitione.ſub num.5.& 6.lib.4 conſuluerit contrarium, dicēs antea vſurarium non præſumi hodie vſurarium, &, quando præſumeretur, ex eiuſmodi præſumptione non poſſe deueniri ad condemnationem.

Nam reſpondeo dupliciter.

Primo reſpondeo, quòd primum eius dictum confutatur ex prædictis, & ſecundum non habet locum in caſu noſtro, quia ſumus in caſu, in quo condemnatio fuit impoſita ipſo iure, vt dixi ſup. n.219.& 226.& condemnatio impoſita ipſo iure trahit ſecum executionem à die commiſſi delicti, ſicquè à die, quo ſemel extitit vſurarius manifeſtus; fuit ipſo iure effectus inteſtabilis: vnde licet non poſſet condemnari ex prædicta præſumptione, tamen reperitur iam condemnatus à iure.

295 Secundo reſp.quòd ad hoc, vt vſurarius manifeſtus poſſit teſtari non ſatis eſt, quòd non præſumatur vſuras exercuiſſe in futurum: quia etiam ſi hoc probaretur nō ſufficeret, cum requiratur, quòd reſtituerit vſuras, aut ſaltem præſtiterit cautionem de reſtituendis eis iuxta formam cap quanquam.de vſur. in 6.teſte etiam Clar.
296 d.q.26.verſ.item quæro.† & reſtitutio vſurarum, itē cautio de reſtituendis eis; quia conſiſtunt in facto; non præſumuntur l.in bello.§.factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.latè Maſcar.tract.de probat.concluſ. 732. num. 1.& ſeqq.lib.2. vnde debent probari.

297 EXTENDE iſtam ampliationem, vt habeat locum etiamſi vſurarius ſic manifeſtus præſtaret ſolemniter cautionem iuxta textum in d. cap. quanquam. de vſur. in 6.quia ſi deinde occultè vſuras committeret, nihilòminus teſtamentum eſſet irritum, vt late oſtendit Feder.de Sen.conſ. 7. quidam vſurarius. num. 2. & ſeqq. quem refert, & ſequitur Laur. de Roduiph. de vſur. q. 106.num.9. fol. 32.

298 Et habet locum iſta extenſio etiamſi fuiſſet præſtita cautio tàm nomine vſurarum factarum, quàm faciendarū, vt ex Bal.refert, & ſequitur Paul. de Caſtr. conſ. 39.præfatum teſtamentum.num.15. lib.3.

299 AMPLIA III. vt habeat locum etiamſi concluderet de tempore poſt conditum teſtamentum, quia teſtamentum adhuc eſſet nullum argumento textus Inſtit.quib.mod.teſtam.infirm.in principio & §. alio au-
300 tem.ibi.hoc autem caſu.† & probatur ex regula quòd actus, qui deuenit ad caſum, in quo incipere non poteſt, eſt nullus.§. vnde ſi alienus.& ibi Gloſ. in verbo. non potuit.Inſtitut.de noxal.act. & ita pro veritate ſentit Laur.de Rodulph.de vſur.q.106.nu.9.fol.32.dicens, quòd ſi quis, condito teſtamento, manifeſtè mutuauerit ad vſuram, cum antea non mutuaſſet, teſtamentum nihilominus irritatur.

301 EXTENDE iſtas ampliationes, & extenſiones, vt habeant locum in eo, qui eſſet vſurarius manifeſtus ex euidentia facti, ſeu alio modo, quo comprahenderetur ſub cap.quanquam. de vſur. in 6.

302 LIMITA nunc quod dixi de probatione per famam, vt non habeat locum, quando fama, ſeu communis opinio ortum haberet poſt formatam inquiſitionē, ſeu poſtquàm inceptus eſſet proceſſus iuxta ea, quæ ex Bar.Bal.Abb.Boſſ.Gram Caputaq. & alijs retuli, & ſequutus ſum lib.præcedenti cap.84.num.28. ad oſtendendum, quòd fama debet probari ante litem motam, alias non probaret.

DVBIVM VII.

303 Quæro: quid operetur, pæna eſſe impoſita ipſo iure.

Reſp. vt tranſeat ad hæredes, vt dixi ſupra num. 281.verſ. ſed pœna. item quòd retrotrahatur ad diem commiſſi delicti, vt, loquendo de pœna confiſcationis, dixi lib.præcedenti cap.98.num.12 & ſeqq. item quòd non requiratur ſententia ſolemnis, ſed ſufficiat declaratoria, vt dixi ſupra num. 233. & 256. & quando traheret ſecum executionem ſine miniſterio hominis poſſet habere effectum etiam ſine declaratoria, vt dixi ſupra ſub num.243.verſ.in primo.

DVBIVM VIII.

304 Dixi ſupra ſub num. 139. quòd in notorio facti interpolati, prout verificatur in vſurario, ſufficit probatio ſemiplena.

Quæro nunc quomodo, & quare ſufficiat probatio ſemiplena.

Reſp.Notorietas facti interpolati probatur ex euidentia menſæ paratæ ad mutuandum ſub vſuris, vel ex frequentia vſurarum in camera cum propoſito fœnerandi indiſtinctè, vt ex Glo.Hoſt. Ant.de Butr. Abb. B. Ant.B.Ioan.à Capiſtr.& alijs retuli, & ſequutus ſum
305 ſupra num. 144. & 154. † Verum licet ex his, ſit probata notorietas, tamen debet deinde probari factum ipſius notorietatis, quod eſt vſura, quæ poteſt probari per argumēta, coniecturas, & præſumptiones, ſicut ſentit Ioan. Andr. in cap.ex literis.circa medium. ibi. quod valet etiam.de iureiur.& in cap.quamquam. ſub num.4. ibi.ſed arch. quærebat. de vſur. in 6. quem referunt, & approbant Laur. de Rodulph. tract. de vſur.q.85.num.8.fol.29.& Affl.deciſ.91. num.7. Inquit Ioan. Andr. quòd ſi quis probauerit de ſorte principali, hoc eſt, quòd mutuum receperit, & de tempore, quo durauit obligatio, hoc eſt mutuum: & conſtet, quòd is, à quo mutuum recepit, ſolitus ſit fœnerari ad tot pro libra; poteſt condemnari ad reſtitutionem vſurarum pro tempore, quo durauit obligatio; quamuis probata non ſit ſolutio vſurarum: & ſic ait fuiſſe multoties ſeruatum in Epiſcopatu Bononienſi, & tētum in ſcholis, & ſeruatum in iudicijs.ſic etiam ſeruari de conſuetudine teſtatur Rom. ſing. 359. volo repetere vſuras. & hoc idem ſequitur Ant. de Butr.eod.cap.quamquam.ſub

num.

num.5.quos Ioan.Andr.& Butr.refert,& ſequitur Abb.
cõſ.113. tria ſunt.ſub n.3.lib.2.& Antoniũ de Butr.alle
gat Alex.conſ.54.circa primum.nu.3.lib. 6. Et quam-
uis Cyn.& Bal.in l.vt creditor.num.1.C. de probat. &
Paul.de Caſtr. conſ.26.viſis & ponderatis.ſub.num.3.
lib.2. & Neuiz.conſ.88. num. 7.in fine.& num. 8. te-
neant contrariam opin. quam veriorem videri teſta-
✲ tur Rom.d.ſing. 359.tamen opinio communis * eſt cũ
Ioan.Andr.& Butr.ſicuti teſtatur Abb.loco citato ; &
ad Cyn.reſpondẽt Io.Andr.& Butr.vbi ſupra. hoc idẽ
quòd vſura poſſit probari per argumenta,& coniectu-
ras tradunt Dec.conſ.18.viſo puncto & pro tenui. in
principio. lib.1.Strac.de mercat.tit.mandati. num. 35.
fol.302.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.3.caſ.235.nu.
29.& Maſcar.tract.de probat.concluſ.1124.num.12.&
concluſ.1417.num.3. & ſeqq lib.3. vbi ampliat multis
modis,& multos alios congerit, & hæc eſt communis
✲ opinio tàm legiſtarum,quàm canoniſtarum , prout de
canoniſtis teſtatur Abb. loco citato. & de communi
306 omnium ſcribentium Maſcar.d.concluſ.1417.num.4.†
& ratio meo iudicio eſt duplex:prima propter dfficul
tatem probationis , vt tradit Abb. vbi ſupra , dicens
quòd ſi contra vſurarios exigerentur plenæ probatio-
nes,rarò aut nunquàm conuincerentur de vſura.Natt,
conſ.198.nnm.16.lib.1.& Maſcar.dicta concluſ.1417.
num.3.qui aiunt,quòd vſurarij ita occultè, & clande-
ſtinè contrahunt cum pauperibus , infinitoſquè adhi-
bent cauillos,& verſutias,interponendo etiam quan-
doquè tertias perſonas , vt probatio vſuræ reddatur
impoſſibilis nedum difficilis ; quod ſatis expreſſum
eſt in clem.1.§.cæterum.de vſur. & in conſtit. March.
307 lib. 3. cap. 13. † ſecunda , quia , vt vſurarij extor-
queantur è manibus demonum,& exeant de vinculis
peccatorum;debent admitti probationes ſemiplenæ,
per argumenta,& præſumptiones , vt tradit B.Ioan. à
Capiſtr. tract.de vſur.2. par.2. par. princip.num.12. &
13. in fine. fol. 104. ſunt enim fauorabiles eorum ani-
mabus,& propterea in dubio ſequendæ,ſicut teſtantur
etiam Ioan. Andr. in c. ad noſtram. circa principium.
de emp. & vend.& in cap.illo voſ.in fine.de pignor.&
Cæpol. tract. de ſimulat. contract. præſump. 23. num.
158.fol.9.

308 Accedat pro confirmatione prædictæ communis
opinionis, quòd in contractibus vſurariorum vt pluri-
mum interueniunt dolus,fraus,& ſimulatio, prout de
dolo ſatis eſt expreſſum in d.clem.1. §. cæterum quia.
de vſur.& ſatis declarat Io.Andr.in d.c.ad noſtram.de
emp.& vend.vbi poſtquàm ex Hoſt.retulit, quòd vſu-
rarij ſunt peſſimum genus hominum, ſubdit, quòd fa-
ciunt multas barattarias,& quòd experientia docuit ,
quòd ; dimiſſis contractibus mutui ; inchoauerunt fa-
cere contractus emptionum conditionalium, & dein-
de,ne ex pacto cõditionali iudicaretur cõtractus vſu-
rarius;bina inſtrumenta, primum puræ venditionis,&
ſecundũ promiſſionis de reuendendo : & poſtea inquit
hodie volunt purum inſtrumentum venditionis;& de-
mum,relatis varijs fraudibus , quas committunt in
modo contrahendi,concludit,tot eſſe fraudes , vt non
poſſit reperiri prouiſio competens.& quæ ſint eorum
fraudes,& ſimulationes facilè cognoſces ex lectione
conſiliorum,redditorum in iſta materia,& interim vi-
deto Bal.conſ.311,in queſtione galuagni. per totum,
lib. 5.

309 Dolus autem probatur per coniecturas , præſum-
ptiones,inditia, & argumẽta,vt cõſtat ex l.dolũ.C. de
dol.l.ſi procuratorẽ.§.dolo aũt.ff.mand.& ibi Gl. quæ
adducit iura cõcordantia,traduntq; Paul.de Caſtr. in
d.l.dolum.in princ.& conſ.58.viſis his.ſub nu.3.ibi.vn
de & dolus.conſ.319.viſis & examinatis.num.3.lib. 2.
Pariſ.conſ.75.num.31.conſ.89. num. 29. lib.1. & conſ.
149 num.21.lib.4.Sebaſt.Med.tract.de fortuit.caſib. q.
10.num.18.fol.205.Becc.conſ.52.num.42.lib.1. & alij
quamplures,quos refert, & ſequitur Maſcar. tract. de
310 probat.concluſ.530.num.1.& ſeq.lib.1. † & ratio eſt ,
quia dolus conſiſtit in animo,vt tradũt Paul. de Caſtr.
in d.l.dolum.in principio.dicens,quòd conſiſtit in ma
lo animo.Pariſ.d.conſ.149.nu.21.lib.4.& Neuiz.conſ.
22.num.47.addens,quòd ea,quę in animo cõſiſtunt,ſo
li DEO nota ſunt , quod etiam adducit Sebaſt.Medic.

311 vbi ſupra;† & propterea generaliter dicimus,animum
de directò probari non poſſe;ſed ſolum per inditia,&
coniecturas , vt pluribus comprobat Maſcar.tract. de
probat. concluſ. 94. num. 1. & ſeqq. lib. 1. quia ſolus
312 DEVS eſt ſcruator cordium; † & conſequenter dolus
eſt difficilis probationis,ſicut ex Boer.deciſ.101.num.
3.& 4.referunt, & ſequuntur Menoch. de arbitr. iud.
lib.2.cent.2.caſ.116.num.21.& Maſcar.d.concluſ.530.
313 num.1.lib.1.† Et cum ſit difficilis probationis debent
admitti probationes leues, & ſemiplenæ, p inditia,&
argumenta,vt ex Bal.Paul.de Caſtr.Alex.Dec. & alijs
retuli & ſequutus ſum ſupra num. 118.ſeu, vt loquun-
tur Paul.de Caſtr.& Sebaſt.Med.in locis allegatis,non
poteſt probari de directò,ſed ſolum per inditia , quæ
314 proueniunt ex interiorrbus actibus;† quia per exte-
riora cognoſcuntur interiora,vt,loquendo de animo,
tradit Gloſ.in §.pauonum quoquè.in verbo.de ſieri int.
Inſtit.de rer.diuiſ. allegans verſum. *intima per mores cognoſcimus exteriores.*

315 ADVERTE tamen hic obiter,quòd inditia ad pro-
bandum dolum debent eſſe perſpicua,vt ait allegata l.
dolum.C.de dol.

316 Ad cognoſcendum quæ inditia dicantur perſpicua,
habemus duas regulas. Prima eſt quando inditia
ſunt approbata à iure: nam dolus,& fraus ſunt vnum,
& idem,vt ex Bar.in l.quod nerua.num.1.ff.depoſ.re-
tuli infra num.320. ſed inditia,& coniecturæ ad pro-
bandam fraudem debent eſſe legitima , & approbata
à iure,vt ex Anch. conſ.388.num.4.retuli infra num.
317 322.Igitur &c. † Secunda regula , quæ colligitur ex
dictis per Paul.de Caſtr.in eadem l.dolum.num.2.erit,
quòd perſpicua dicũtur , quãdo non poſſunt ſe habere
niſi ad malum. Paul.de Caſtr. vbi ſupra,& Boſſ. tract.
crim.tit.de defens.reor. n.41.ſumunt exemplũ , quod
refert Gloſ. in d. l. dolum.in verbo.conuenit. de illis
Hiſpanis,qui inuitauerant Aldricum ad prandium,vt
fideiuberet pro eis, & dabant ei vinum album , quaſi
aquam rubeo mixtum,vt ſic inebriaretur: inquit enim
Paul. de Caſtr. quòd ille actus inebriandi non poteſt
interpretari aliter,quàm in malum hoc idem ex Glo.
& Paul.de Caſtr.refert, & ſequitur Maſcar.de probat.
concluſ.530.num.7. & 8.lib.1.vnde infero,quòd ſi Al-
dricus fideiuſſiſſet, fideiuſſo non tenuiſſet:& huiuſmo
di inditia , quæ niſi ad malum ſe habere poſſunt,Impe
rator in ſæpè citata l. dolum. vocauit inſidias perſpi-
318 cuas. † Cæterum ſi poſſent interpretari etiam in bo-
num,inditia,vti dubia, non probarent dolum; quia in
dubio dolus non præſumitur , teſtibus Paul.de Caſtr.
loco proximè citato.Crauet.conſ.8.num.2.lib. 1. Pa-
riſ.conſ.13.num.57.lib.1.& conſ.25.nu.27.lib.2.Becc.
conſ.52.num.25.lib.1.& Maſcar.qui multos cumulat
tract.de probat.concluſ.531. num. 1. lib.1. & videtur
probari ex l.quoties. ff.de probat.& adde ampliando
quæ dixi infra num. 334.

319 Fraus quoquè quòd probetur ex inditijs , argu-
mentis , præſumptionibus , & coniecturis , textus eſt
apertus in cap.2.de renunt. & ſcribunt Petr. de Vbal.
tract.de canon.epiſc.& paroch.rub.de canon.paroch.
cap.6.ſub num.36 verſ.tertio incidenter.fol.230.Paul.
de Caſtr.conſ.109.viſa petitione. num.1.lib.2. Abb. in
cap.nobis fuit.num.4.de ſimon.Alex.conſ.69 viſa facti
narratione.num.1.lib.2.Dec.conſ.399. concluſionem.
ſub.num.9.lib.2.Pariſ.conſ.89.nu.29.lib.1. Becc. conſ.
72.num.20.& conſ.52. num.43.lib. 1. & Maſcar. tract.
320 probat.concluſ.815.num.1. lib.2.† & probatur clare
ex eo , quia fraus,& dolus idem ſunt , vel fraus ineſt
dolo,ſicut ſpecies in ſuo genere,vt tradit Bar.in l quod
nerua.num.1.ff.depoſ.ergo ſicut dolus probatur ex in-
321 inditijs,vt oſtendi ſupra;ita etiam & fraus.† item com-
probatur,quia in fraude militat eadem ratio difficilis
probationis , teſtibus etiam Menoch.de arbitr.iud.lib.
2.cent.2.caſ.116.num.13.& Becc.conſ.52. num. 43.in
fine.& num.44.lib.1.

322 ADVERTE tamen quia,vt dicit Anch.conſ.388.in
caſu præmiſſo.num.4. debent eſſe legitimæ coniectu-
323 ræ,approbatæ à iure † Ad cognoſcendum autem quæ
coniecturæ,ſeu inditia dicantur legitima,& approba-
ta à iure in quibuſdam caſibus ad probandum fraudẽ
adito Bar.& alios Doctores in l.poſt contractum.ff.de
donat.

donat.Ioan.de Amic.conf.1.num.70. Nicol. Vall. de reb.du b.rub.coniecturæ iuris.&c.num. 2. & feqq. fol. 333.& Mafcar.tract.de probat.conclus.815.num. 2. & feqq.lib.2.& alios in diuerfis locis iuxta facti contingentiam : Et ex his deducitur clara conclufio, quòd fraus in dubio non præfumitur;pro qua conclufione vide, quæ dixi infra num. 333.

SIMVLATIO, quòd probetur fimiliter per inditia
324 & coniecturas,teftantur Paul.de Caftr. conf. 74. in caufa mota. fub num.2.verf.prima quòd.lib. 2. Bal. in l. emptione.fub num.1. verf. quæro qualiter probetur fimulatio.C.plus valere &c.& in l.& qui.in fine.C. de diftract.pign.conf.431.an poffeffio.in fine. lib.5. Paul. de Caftr.conf.109.vifa petitione.n.1.lib.2. Alex.conf. 197. vifis dubitationibus. nu. 7.lib.7.Dec.conf.14.col. penult.verf.fimulatio enim.conf.123.perlectis fub nu. 1.ibi.nam fimulatio contractus.lib.1.conf.403. quamuis in cafu propofito.fub num.18.conf.587.coram.magnificis.num.3. & conf. 644. vifo & perlecto. num. 4. lib.2.Affl.tract.de iur.prothomis.§.4.num. 10. fol. 12. Parif.conf.53.num.8.conf.54 num.21.conf.55.num.27. lib.1.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.3.caf.257.num. 1.Natt.conf.198.nu. 16. lib.1. & quamplures alij,quos retulit,& fequutus eft Becc.conf.52.num.43.in fine.& num.45.in fine. & num.46 & 127. verf. quamobrem.
325 lib.1.† & de varijs coniecturis ad probandam fimulationem videto Cæpol. tract. de fimulat. contract. & Becc.d.conf.52.

326 CAETERVM hic quoquè aduertendum eft, quòd ficut dicebam fupra num. 322. circa fraudis coniecturas,quòd debent effe legitimæ,& approbatæ à iure; idem quoquè concludo in coniecturis circa fimulationes; quia,vt dicit Crauet.conf. 145. num. 2. ad finem,quem referunt, & fequuntur Caputaq.decif.163. num 7 par.3.& Becc. conf.52.num.51.in fine,& n.52. lib.1 debent effe coniecturæ legis,& non hominis; & hæc eft conclufio communis.

327 RETENTIS aduertentijs,in quibus fupra nu. 315. 316. 322. 323. & num. præcedenti dixi inditia & coniecturas circa dolum,fraudem, & fimulationē debere effe perfpicua, & legitima, taliaquè effe ea,quæ funt approbata à iure.

DECLARA vt inditia, feu coniecturæ legitimæ,& approbatæ à iure dicantur non folum ea, quæ reperiuntur determinata in iure,vt loquuntur Doctores fuperius citati,fed etiam ea, quæ funt fimilia illis, vt benè confuluit Paul.de Caftr.conf.74.in caufa mota. fub num.2.verf. prima quod. lib 2.dicens, quòd licet in cap. illo vos. de pignor.& in cap.ad noftram.de empt.& vend. fiat mentio de aliquibus coniecturis ad probādam fimulationem;tamen non excluduntur aliæ verifimiles coniecturæ;quia exempla non folent arctare regulam: hanc eandem declarationem tradunt Barb.& Bolog.quos refert,& fequitur Becc. d. conf. 52.num. 52.

328 SVBDECLARA I. iftam declarationem,vt inditia fimilia dicantur ea, quæ funt æquiualentia, vel quæ magis apertè fraudem detegūt, vt fcribit Laur.de Rodulph.tract de vfur.q.6.fub num.2.verf.item dico. fol.27 quem referunt,& fequuntur Fely.in cap. fi cautio.fub num.70.verf.de materia.de fid.inftr.& Becc.d. conf.52. fub num. 52 Et ratio huius fubdeclarationis eft;quia fi attenderentur illæ folæ coniecturæ,quæ fūt determinatæ in iure;fœneratores,alijquè illicitè contrahentes nouos reperirent modos contrahendi, diuerfos ab illis, quibus infunt coniecturæ, quæ ex iuris determinatione probant fimulationem, feu contractum aliter illicitum.

329 SVBDECLARA II.vt arbitrio iudicis relinquatur, quæ inditia dicantur fimilia,feu æquipollentia,aut magis apertè detegentia fraudem Bal. conf. 311. in queftione galuagini. verf. duodecimo confiderandum. nu. 12.lib.5. vbi loquitur de arbitrio iudicis,an,& quando contractus debeat cenferi vfurarius : pulchrè Cæpol. tract.de fimul contract.verf.fexto cafu. conclus.10. & vlt.num.231.& 232.fol.14.Affl.decif.40.num.19.Parif. conf.53.num 8.conf.54.num.22.conf.55.num. 28. lib. 1.Crauet.conf.156.num.14.Couar. var. refolut. lib.3. cap.7.num.3.in fine.& Becc.conf.52.num.51.lib.1.qui plures congerit, & de communi * omnium fententia teftatur Menoch.de arbitr.iud lib.2. cent. 3. caf. 247. num. 2.

330 SVBDECLARA III. vt hoc arbitrium ficut in cæteris cafibus debeat effe à iure regulatū; & vt fit regulatū iudex in primis debet obferuare coniecturas,& inditia approbata à iure : non enim
331 fub arbitrij prætextu poteft ab illis recedere, † quia in definitis à iure ceffat arbitrium Bar in l.ambitiofa num.11.ff.de decret.ab ord.facien.Imol.conf.44.num. 4.quos refert, & fequitur Menoch.de arbitr.iud.lib. 1. q.14.num.2. & non poteft aliter iudicare Inftit.de off. iud. in princ. & faciunt, quæ dixi lib. præced. cap. 53.num.28.fecundo debet obferuare ea,quæ funt à cōmuni Doctorum fententia, & iudiciorum vfu pro legitimis approbata iuxta ea, quæ dixi eod. lib. præced. cap.84.num.4.in fine.& d. cap. 53. num. 28 tertio debet attendere fimilia, l. non poffunt. ff.de leg. & in his habet locum arbitrium, quod adhuc debet effe regulatum.

332 EXTENDE nūc ea omnia,quæ fupra n.309.& feqq. ad eum dixi de dolo, vt habeāt locum etiam in fraude, & fimulatione, & quæ dixi de fraude, vel de fimulatione habeant locum in dolo; & fic coniecturæ, & inditia vnius poffunt applicari etiam alteri:nam dolus,fraus, & fimulatio videntur nomina fynonyma fignificantia vnum,& idem,prout de dolo, & fraude dixi fupra num.320. ex Bar.in l.quod nerua. n.1.ff.depof. & de fimulatione, qđ fit idē,quod fraus,fatis tibi liquebit, fi videris ea,quæ fcribunt Doctores in locis fuperius citatis:loquuntur enim promifcuè de his omnibus, prout inter alios poteris videre apud Cæpoll. tract.de fimulat.contract.verf.tertio cafu. in fine. num. 34. fol. 4. & Ambrof. deVign.tract.de vfur. §. falubriter.num.101. fol. 58 vnde Bal in l.fraus.num.1.ff.de leg Vital.tract de claufул.tit. de fraude.num.1.fol.420. Affl. de iur. prothomis. §. 4. fub num. 10. fol. 12. & Becc.conf.52.nu. 20. & 21.lib.1.moti ex d l.fraus.ff.de leg. aiunt, totidem modis fieri fimulationem, quot fit frauf.

333 INFERO ex ifta extenfione, quòd ficut dolus non præfumitur in dubio iuxta ea,quæ ex Paul.de Caftr.& alijs dixi fupra num. 318. ita etiam dico de fraude, & fimulatione, quòd in dubio non præfumuntur, prout in fraude teftatur Petr.de Vbal. trac.de canon.epif. & paroch.rub.de canon.paroch.cap.6.fub nu.36.verf. fecundo incidenter.fol.230.Dec conf.313.promifit do minus.num.5.lib.1.Parif.conf.13.num.57.lib. 1. conf. 25.num.27 lib.2.Gozad.conf.55.num.13.& Becc.conf. 52.num.25.lib.1. & alij quamplures, quos citat Mafcar.tract.de probat.conclus 814 num.2.lib.1.& in fimulatione teftantur Bal.in l. quamuis. C. fi quis alteri vel fibi. & conf.456.feia origine.fub num 1.lib.1.Dec. conf.463.in caufa quæ.fub num.7.& conf.491. in cafu.num.4.lib.2.Parif.conf.54.in præfenti caufa.num. 7. lib.1.& conf.77.num.5 in fine.& num.6.lib.3.Crauet. conf.145.nu.2.quos refert,& fequitur Becc. d.conf.52. cum fimulatio.num.1 lib.1.quibus addo Cæpoll.tract. de fimulat.contract.præfumptione vigefima fexta. nu. 180.fol 10.& Caputaq.decif.163.num. 2. par.3. & faciūt quę tradit Bal.conf.39.proponitur quòd celebratus.num.5.in fine. & nu.6.lib.4.dicens,quòd quis non præfumitur fœnerator, quia non præfumitur delinquere, cum fœnerari fit crimen ecclefiafticum.

334 AMPLIA iftam illationem,vt habeat locum etiam fi alteri fiat præiudicium quando quis de re fua difponit, quia adhuc non præfumitur dolus, vel fraus, tefte Barb.quem refert, & fequitur Becc. d.conf. 52. nu. 25.lib.1.

335 RETENTIS communibus conclufionibus,& opinionibus,quas firmaui fupra nu 305. & feqq. ad eum. & nu. 309. 319. & 324.

Non obftat,fi contra eas opponas,quòd ad probandam fimulationem requirantur probationes apertiffimæ,& euidentiffimæ argumento textus in l.fed fi maritus.§.fin.ff.qui & à quib.manum.&c.quæ ad hoc con fueuit allegari,Paul.de Caftr.conf. 58. vifis his.fub nu. 2.lib.2.& maximè,quando fimulatio allegata non eft verifimilis,quo cafu efficaciores requiri probationes, tradi-

tradiderunt Alex.conſ.28.in cauſa & lite.num.13. lib. 5.Dec.conſ.463.in cauſa quæ.num.9. lib.2. & Caputaq.deciſ.163. num. 5. par. 3. quod idem dicendum eſt,quando ageretur de probando dolo,vel fraude, cũ ſint ſynonima, ſeu ſubalterna,vt dixi ſupra num. 332. & tunc clariores requirerentur,quando ageretur de probanda fraude,ſeu dolo,pro quo veniret imponenda pœna corporalis.

336 Nam reſp.quòd probationes,quæ fiunt per vrgentia inditia, & probabiles coniecturas in caſibus, in quibus probationes de directò fieri non poſſunt,ſeu aliter difficilis probationis ſunt, dicuntur probationes manifeſtiſſimæ l.licet imperator.ff.de leg. 1. & l. ſi tutor. C.de peric.tut.cum ibi not.per Bal.in principio.Paul. de Caſtr.conſ.58.viſis his.ſub num.3. ibi: probationes autem.& conſ.73.in cauſa mota.ſub num.2. verſ. item eſt alia.lib.2.Fely.in rub.de probat.num. 2. & ibidem Dec.ſub num.149 & ſeqq.& num.161.Natt.conſ. 581. num.17.lib.3.Couar.var.reſolut.lib.2.cap. 6. num. 1. Maſc.tract.de probat q.10.n.41.lib.1.& Becc.conſ.52. num.91.& 93.lib.1.qui alios congerunt. & quòd probatio,quæ fit ex pluribus validis, & proximis coniecturis, dicatur euidentiſſima probatio,refert, & ſequitur Farinac.in qq.crim.lib.2.q. 36. num. 256. Intellige tamen de coniecturis,& præſumptionibus iuris, vt ex Dec.Crauet. & Menoch.retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.126.& 127.verſ.cõtraria.quare in probatione iſtorum,quæ ſunt difficilis probationis, maximè procedit dictum Baldi in conſ.70.apparent quædam. in principio.lib.1.dum inquit,quòd ſi homines haberent oculum diuinum in ſcienda veritate, non eſſet opus ſpecu lari per argumẽta:tamen, inquit,quia oculi noſtri ſunt ſicut nicticorax obtuſa lumine;idcirco iudicia exigunt ſigna,argumenta,& coniecturas.

337 AMPLIA ſeu exemplifica illam communem opinionem,in qua ſupra num.305. firmaui,ad probandam vſuram, ſeu quempiam eſſe vſurarium ſufficere coniecturas,præſumptiones, & probationes non plenas, & quæ alias non admitterentur, vt procedat etiam ſi probatio fieret per teſtes, qui deponerent, ſe ſoluiſſe vſuras, quia quamuis videantur intereſſati, & participes delicti; nihilominus in odium vſurarum, propter difficultatem probationis, & fauore animarum admittuntur, & probant;dummodo examinentur in fauorem tertij.Bal.conſ.361.verba bartoli.ſub num. 3. lib. 5. Ang. de Caſtellione Aret. inter conſ. eiuſdem Bal.conſ.405.ego angelus.num.1.lib.1.Ang. de Peruſ. in quadam diſputatione. aſtenſis miles. Abb. conſ.113.tria ſunt.col.3.in fine.ſub num.3. paulò ante finem.verſ.nec obſtat ſi dicatur.lib. 2. Crauet. conſ. 6. num.102.verſ.reperio tamen.conſ.73.num.31.& tract. de antiq.temp par.4.rub.teſtium triplex ſingularitas. num.12.fol.165.Gabr.in concluſ.lib. 1. de teſtib. concluſ.2.num.32.& lib.7.de maleſ.concluſ.20. num. 17. verſ.contrarium.Couar.var.reſolut.lib.3.cap. 3. num. 5.in fine principij.Io.Ant.de Nigr.in cap.nouiter. ſub num.4.& 5. in additione. fol. 244. Maſcar. tract. de probat.concluſ.1417.num.14. lib.3. & Farinac. in qq. crim. lib. 2. q. 60. illatione 2. num.84. & hæc eſt com- ✲ munis * ſententia.

338 Cõfirmatur primo hæc ampliatio ex eo, qđ legatarij & eorum cõſanguinei poſſunt eſſe teſtes pro teſtamẽto.§.legatarijs.Inſtit.de teſtam.ordin.Tiraq.in comment.ad rub.res inter alios acta. C.limit.1.verſ.hæc limitatio. fol. mihi. 104. col 3.in principio.& ratio,quæ communiter approbatur,teſtibus Addit.ad Glo.in d.§. legatarijs.in fine.& Iaſ.in l.dictantibus.num. 3. & 4.C. de teſtam.ordin.eſt;quia non agitur principaliter de cõmodo legatariorum,ſed in conſequentiam,quæ non attenditur,teſte Tiraqu.d.limit.1.& præſertim.d verſ. hæc limitatio.& ſeqq.ad illum.in quibus hoc latè com probat.

339 Confirmatur ſecundo, quia,cum non diſputetur de cauſa ipſorum teſtium,eorum teſtimonium quoad eorum cauſam, & intereſſe dicetur receptum ante conteſtationẽ litis;& ideo quantũ ad eorũ cauſam nullam fidem faciunt,quia teſtes,examinati ante conteſtationem litis,non probant, Bar.Bal. & alij, quos retuli,& ſequutus ſum lib.præced.cap.86.ſub num.54. & ſupra cap.7.num.8. & conſequenter in hoc teſtimonio non conſideratur eorum intereſſe; ex quò non poteſt ſeruire eorum cauſæ. hancquè rationem ſubtiliter tradit Bal.in d.l.dictantibus. ſub num.1. C. de teſtam.ordin. & eandem conſiderauit Ang. d. conſ.405. ſub diuerſis verbis,dicens,quòd dictum teſtium ſibimetipſis non prodeſt, quia res inter alios acta &c.

340 CONTRARIAM opin.videlicet quòd ij,qui ſoluerunt vſuras,non ſint idonei teſtes ad probandum eum, cui ſoluerunt, eſſe vſurarium;ſuadent textus in cap. perſonas.de teſtib.& notata in eo,præſertim per Abb. ſub num.2. ibi. aliud exemplum. & Fely. num. 2. dum ſcribunt,eiuſmodi teſtes,qui teſtificantur, ſe ſoluiſſe vſuras,non eſſe admittendos.quod etiã tradunt Anch. conſ.189.tribus de cauſis.ſub nu.6. ibi. ſed in queſtione. Lauren.de Rodulph.tract.de vſur.q. 117. num. 26. & ſeqq.fol. 33.Rom. ſing. 355. volo. Alex. conſ. 72. inſpecto diligenter.nu.7.& conſ. 107. in cauſa & lite. num.3.lib.1.Oſaſc.deciſ.72.ſub num. 5. verſ. nec obſtant.Campeg.tract.de teſtib.reg.57.verſ.tertio repellitur.Gabr.in concluſ.lib.7.de maleſ.concluſ.20.limit. 4.num.17.Rol.à Vall.conſ.95. num. 13. & 14. & conſ. 98.num.31.32.& 33.lib.4.Io.Ant.de Nigr. in cap. nouiter noſtræ maieſtati.num.3. Menoch. de arbitr. iud. lib.2.cent.3.caſ.235.ſub num.23. ibi.rurſus.Farinac.in qq.crim.lib.2.q.60.illat.2.ſub nu.77.qui relatos ab iſtis ✲ congerit,& teſtantur hanc eſſe magis communem*Doctorum opinionem.

Confirmatur iſta contraria opinio ex reſponſionibus,quas ad Ioan.Andr.in reg.ſine poſſeſſore. de reg. iur. in 6. pro defenſione huius opinionis affert Rodulph.vbi ſupra,& refert,& ſequitur Alex.dicto conſ. 72.ſub num.7.

Iſtæ duæ opiniones contrariæ poſſunt ſeq. declaratione concordari

341 DECLARA ergo ampliationem,vt ſit vera, quãdo teſtium depoſitio eſt totaliter in fauorem, ſeu damnũ tertij ita, vt ex ſuccumbentia vel victoria ipſius tertij nullam ipſi principaliter, aut ſecundario, & in conſequentiam conſequantur vtilitatem,ſeu commodum; quia iſto caſu admittuntur; &, niſi cum iſta reſtrictione poſſint interpretari dicta per Bal. Abb. & alios allegatos in ampliatione, dico, eorum opinionem nõ eſſe admittendam; & ita videtur clarè ſentire Couar.d.cap.3.num.5.in fine principij, dum ait,eſſe admittẽdos; modò nullam ex eorum teſtimonio vtilitatem conſequantur. & ita, concordando opiniones, apertè tenuit Menoch.de arbitr.iud.d.caſ.235. ſub nu.

342 25.† alias,ſi vtilitatem,quamuis in conſequentiam cõſequuturi ſint,idonei non ſunt l.nullus.ff.de teſtib.& l. omnibus.C.eod.& ita loquuntur Rodulph.& Alex.& ſic ſunt intelligendi Abb.Anch. & alij adducti contra ampliationem;& ita apertè etiam declarat Gloſ.in d.l. omnibus.dicens prohibitum eſſe ferre teſtimonium in re propria principaliter,vel ſecundario, & reſpondet ad §.legatarijs.Inſt.de teſtam. ordin. ſic etiam apertè ſentit Bal.in d.l.dictantibus.nu.3. in fine C. de teſtam. ord.dicens, quòd repelluntur tanquam in re propria, & clarius Lup.tract.de vſur.comm.4.ſuper cap.quanquam. in præfat. num. 26. fol. 147. & in hanc ſententiam inclinauit Iaſ. in d.l. dictantibus. ſub num. 8. dicens,quòd multum dubitat, quomodo teſtis ſit idoneus,quando ad eum ſpectat commodum in conſequẽ ✲ tiam.& certè hęc eſt opinio communis, * & vera.

343 Contra iſtam declarationem in 2. membro, poſito num. præcedenti videntur apertè ſenſiſſe Crauet. d. conſ.73.num.31.Hercul.de negat.prob.num.215.in fine.fol.23.dicens,quòd teſtis repellitur,quando ad ipſum ſpectat principaliter vtilitas,& dedecus, ſecus ſi ſecundario.Tiraq.in d.rub.res inter alios acta C.limitatione 1.verſ.hæc limitatio.& Gabr.in concluſ.lib.1. de teſtib.concluſ.2.num.32.dum,ſequutus Ang.in allegata diſputatione.aſtenſis mileſ.col. 15.ait,teſtes iſtos, quamuis ſint ſingulares, & probatio reſultet in fauorem ipſorum;eſſe admittendos,& probare,& lib. 7.de maleſ.concluſ.20.num.18.dum ait, primam opinionem de non admittendis his teſtibus habere locum, quando ageretur de commodo ipſorum teſtium; & ſecundam de admittendis,quando non ageretur: debemus

enim isto loco intelligere cum, vt in 1. opinione loquatur de commodo, quod principaliter testes sentirent, & in 2. de commodo, quod non sentirent principaliter, sed solum in consequentiam: & iste intellectus est verisimilis tùm ad ipsum sibimet concordandum, cum sine isto intellectu videretur sibi contrariari in eo, quod ex eodem d.conclus.2.de testib.retulimus, tum etiam: quia sic loquitur Abb.quem allegat in cõs. 81.videtur quòd.sub num.1.ibi. item dictum multorum.lib.2.

344 Retenta declaratione pro vera, & communi, respondeo dupliciter.

Primo respondeo, quòd ipsi loquuntur contra Glo. in d.l.omnibus.contra Rodulph.Alex. & alios citatos in ea supra num.342.

345 Secundo resp. quòd loquuntur contra textum in d. cap.personas.de testi. contra Abb. in cap. insuper.sub num.9. ibi.dubium est pulchrum, de testib. Fely. in d. cap. personas. in fine. & contra infrascriptos in tract.de testib. Nell.à S.Gemin.num.218.fol.87.Alber. de Malett.cap.4.nu.1.& seqq.fol.167.Lanfr. de Orian. sub num.72.vers.de habente.fol.185.Campeg. reg.56. & 57.fol.92.Nep.à Mont. Alb.num.156. fol. 60. Aufr. num.88.vers.similituto,Mascar. tract. de probat. conclus.1357.num.54.lib.3,Farin.in qq. crim. lib. 2, q.60. num.41.Rot.decis.52.alias 381. sub num. 1. de appell. in nou. qui omnes, & alij communiter * scribunt, testem, habentem consimilem causam, & interesse, seu aliter habentem præsumptiuè affectionem ad causam, repelli à testimonio. & ita etiam videtur sensisse Ioan. Andr in d.cap.personas.prout eum refert, & sequitur in effectu ibidem Abb. sub num.2.& latè tenuit Ias. in l.dictantibus.num.6. in fine.nu.7.& 8.C.de testam. ordin.dicens, ex hoc ineuitabiliter confundi opinionem communem, quæ vult, eum, de cuius commodo principaliter non agitur, sed solum in consequentiam, posse esse testem: nam vt inquit Ias. si repellitur ob solam affectionem ad causam, quantò magis ob interesse, ex quo indubitata oritur affectio. Et non est dubitandum, quòd testis, qui soluit vsuras, possit habere interesse consimile, seu affectionem ad causam.

346 Contra eandem declarationem oppono de textu in §.legatarijs, Inst.de testam ordin.vbi dicitur, quòd legatarij possunt esse testes in testamento: & tamen potest eorum vtilitas, seu commodum ex eorum testimonio resultare in consequentiam.

Resp huic oppositioni, quòd vltra quòd ille §. recipit multas restrictiones, de quibus per Bal.in l.dictantibus.nu.1.& seqq.C.de testam.ordin.per Ioan. Andr. & per Abb.in cap.insuper.num.9.de testi.Bal.vbi supra assignat pro responsione rationem diuersitatis ex Nic. de Mat.dicens, quòd ille §.& l.dictantibus habent locum in testibus instrumentarijs, & non in iudiciarijs: nam, vt copiosius in ead.l. dictantibus sub num.8.ibi. secunda.soluendo scribit Ias. in legatario cõcurrit approbatio testatoris, qui eum rogauit, vt esset testis: concurrit etiam magnus numerus aliorum contestium, & alia, de quibus per eum, quę omnia simul iuncta sufficiunt, sed non quodlibet de per se.

347 RETENTA ergo declaratione pro vera.

EXEMPLIFICA eam sequentibus casibus.

PRIMVS est, quando testes remisissent vsuras ipsi vsurario iuxta ea, quę scribit Crauet.cons.73.dicendũ. num.29.& quæ dicimus nos infra num.351.in 3. casu, quia, stante remissione vsurarum, non possent testes

348 eas repetere: † nam quòd vsurarum repetitio possit remitti per eum, qui soluit vsuras, refert, & sequitur Alex.cons.91.visis actis num.1.lib.2. & quamuis Dyn. in cap.peccatum.de reg.iur.in 6.& Abb.cons.113.tria sunt.nu.4.lib.2.sequuti opinionem quorundam Theologorum dixerint, in eiusmodi remissione facienda requiri actualem oblationem, præsupposita possibilitate, & facultate restituendi, à qua opinione potest videri non discrepasse Bal.in l.rogasti. §. si tibi.vers.quòd autem.ibi.sed dyn.dicit.tamen communis opinio, de qua testatur Alex.d.cons.91.num.9 est in contrarium; quòd sufficiat remissio absquè prædicta oblatione; de qua ta

349 men re non disputo; † sed affirmo solum hic, quòd remissio debet esse omnino libera, alias nõ teneretur, testibus Feder.de Sen.cons.18.num.4.versus finem.vers.secundo.& num.5.quod consilium est duplicatum in cons.22.an vsurario.sub num.5.ibi.dicendum est. dum concludit post relatas varias opiniones, valere remissionem quantum ad restitutionem; cessantibus tamen dolo, metu, circumuentione, calliditate, & omni fraude; sed non quantum ad peccatum, quia debet illius pænitere.Bal.in citato §. si tibi. vers. quid autem. ibi. sed dyn.dicit.& Rodulph tract.de vsur.q.62.num.6.fol.27. vbi ostendit, recurrendum esse ad coniecturas, an fuerit libera remissio; & inter coniecturas non liberæ remissionis considero casum cuiusdam M. Sublacensis contra N, qui cum non posset liberari à carcere, nisi prius solueret vsuras, obtinuit remissionem earum ab M. etenim non videtur libera, & maximè quia continuabat fœnus cum eod.M. & sic præsumitur fraus, vt testatur Bal.vbi supra.

350 SECVNDVS est, quando iam fuissent eis vsuræ restitutæ: quia, vsuris recuperatis, cessat omnino eorum interesse: & hoc censeo esse clarum.

351 TERTIVS est, quando testes expresè protestarentur ante examen, quòd ex eorum testimonio non intendunt aliquod ius quærere Feder. de Sen. cons. 62 Bal. in l.dictantibus.num.3.C.de testam. ordin quem referunt, & sequuntur Laur.de Rodulph.tract.de vsur. q.117.sub num.28.ibi.soluit.fol.33.Io.de Ana. in cap. cum in diocœsi.col.2.vers.& sic potest colligi cautela.de vsur.dicens esse dictum singulare. Alex.cons.72. inspecto diligenter.num.7.lib.1.Socc.reg. 422. fall. 1. Fely.in cap personas.in fine. & in cap veniens. num. 18.de testi.Dec.cons. 342. in causa partus. sub num.4. ibi.accedit etiam. lib. 2. Aret. in §. legatarijs. num. 3. vers.tu dic si protestetur, & ibidem Thob. num. 3. in fine & num.4.Inst.de testam.Ferrat.caut.40. Alber. de Malet. tract.de testi.cap.4.num.59 Lup.tract. de vsur. comm.4.super cap.quanquam.in præfatione. num. 26. versus finem.Crauet.cons.73. dicendum, sub num. 29. Rol.à Vall.cons.98,nu.31.lib.4.Hercul. de negat. proban.num.215.in fine.Caball.de Cing.in glos.super constit.March. lib.3. cap.13.in verbo.testibus.num.2.Celsus in additione ad Bal.vbi supra.Io. Ant.de Nigr.in cap.nouiter nostræ maiestati. num. 5. Menoch. de arbitr.iud.lib.2.cent.3.cas.235. num. 25. in fine Mascar. tract.de probat.conclus.1357.nu.57.lib.3.& alij, quos refert, & sequitur Farinac.in qq.crim.lib.2.q.60. num.

352 52. † Et quòd eiusmodi testes non aliter admittantur, nisi vsurarum repetitioni apertè apud acta renuntiauerint ante depositionem, vel tempore depositionis dispsuit d.constit.March. lib.3.cap.13.in fine, quo loco definitum quoquè est, quot testes requirantur.

353 QVARTVS est, quando in omnem casum etiam si non examinarentur essent nihilominus consequuturi vsurarum restitutionem iuxta ea, quæ in legatario tradunt Ioan.Andr.& Ant.de Butr. in cap.insuper. num.5.& Abb.sub num. 9. de testi. ibi. & hæc opinio. qui volunt, tunc legatarium posse sine difficultate testimonium ferre, quando in omnem euentum legatum est præstandum, siue testamentum sit validum, siue non.

354 QVINTVS est per oppositum, quando earum restitutionem nullo casu consequuturi sunt, nam militat eadem omnino ratio; vt puta si examinarentur contra mortuum inopem, cui nemo extaret hæres.

355 Retenta declaratione posita supra num. 341. & retentis præfatis casibus, in quibus fuit exemplificata.

Oppono; quia remouendo sic interesse testis, vt remouetur in præfatis casibus, testis in qualibet causa posset admitti, sicquè nihil specialitatis tribuitur causæ restitutionis vsurarum, in qua supra nu.305. & 307. dixi, fauore animarum, & odio vsurarum receptum esse, vt probatio alias non sufficiens admittatur pro sufficienti.

356 Resp. huic oppositioni, admittendo, causæ restitutionis vsurarum nullam specialitatem in hoc esse tribuendam, vt in ea admittantur testes interessati: sed dico, ei specialitatem tribui in hoc, quòd admittuntur testes, quamuis sint participes criminis, vt scribit Mascar.tract.de probat.conclus.1417.num.14.lib.3. seu,

(quòd

(quòd magis placet) admittuntur testes, qui allegãt turpitudinem suam, exquò dederunt causam fœnori, vt tradit Fely. in cap.personas.versus finem.de testib. dicens, quòd istud cessat in recipiente ab alias fœneraturo.

357 DECLARA II. quòd & si in prædictis casibus testes admittantur, tamen non sunt testes omni exceptione maiores Bursat. & Claud. ad Bertaz. quos refert, & sequitur Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 60. num.53.

358 EXEMPLIFICA nunc sequentibus casibus eandẽ declarationẽ in scđo membro,posito supra nu.342.seu opinionem contrariam ampliationi,positam supra nu. 340.quando scilicet eiusmodi testes, qui testantur, se soluisse vsuras, non admittantur propter interesse, & commodum,resultans eis in consequentiam ex eorum depositione.

PRIMVS casus est, quando synodalis constitutio dictaret,quòd omnia instrumenta eius,qui in aliqua causa fuerit declaratus vsurarius, sint nulla,& fingantur vsuraria, & teneatur de duplo, & testis, nulla præmissa protestatione, quòd ex sua depositione nullum intendit ius quærere, vel aliter non concordatus,induceretur ad probãdum,seu deponendum,quòd ipse testis soluit vsuras: hic enim testis non esset admittendus ad trad.per Bal.in l.dictantibus. nu. 3.C.de testam.ordin.& ita procedat opinio Laurentij de Rodulph. Anch. Alex.Campeg. & aliorũ, quos retuli supra num 340.

359 SECVNDVS casus est; qñ quis ageret ad probandum aliquem esse vsurarium, & consequenter ad recuperandas vsuras solutas; & testis induceretur; nullo alio præsupposito,ad deponendum, quòd ipse testis soluit eidem reo vsuras.

Nec obstat,quòd testis isto casu nullum videatur cõsequi commodum, cum respectu sui commodi, & interesse circa recuperationem vsurarum lis non sit contestata; & cõsequenter eius depositio quantũ ad suum interesse nullam fidem faciat,& res inter alios acta alteri non præiudicet per ea, quæ adduxi supra cap. 7. num. 8. & in his terminis loquutus sum supra num. 339. & vbi causam propriam vellet instituere non posset suam depositionem renouare, quia diceretur testificari principaliter in causa propria.

Nam resp.quòd nihilominus militat aduersus eum affectio ad causam: habet enim consimilem morbum seu causam cap.personas.de testib & dixi supra num. 345. vers. secundo respondeo. allegando Abb. Fely. Nell. à S. Gemin. Alber. de Malett. Campeg. Rot. & alios.

360 RETENTA illa communi opinione; quòd testis, qui deponit, se soluisse vsuras, non sit admittendus, vti habens interesse secundarium, quam retuli, & firmaui supra num. 340. & num. 342. ibi. alias si vtilitatem.

RETENTA pariter illã alia communi;quòd testis, habens affectionem ad causam,non sit idoneus;quam firmaui supra num.345.vers. secundo respondeo.

DECLARA vtramquè opinionem, vt relinquatur arbitrio iudicis quantum debeat esse interesse;& quanta debeat esse affectio,sicut tradunt Abb. in cap. personas.versus finem.de testib. Lanfr.de Orian. tract. de testib.num.72.& Campeg.eod.tract. reg. 56. fallen. 2. & 3.quos retulit, et sequutus est Farinac. in qq. crim. lib.2.q.60.num.44.

361 DECLARA II. pro regnicolis;quia,si,concurrente fama publica contra aliquem de vsuraria prauitate, tres testes fide digni,& iurati testificẽtur, criminatum ipsum in eos exercuisse huiusmodi vsurariam prauitatem, in Regno Neap.habetur ac si legitimè probatum esset crimen, non obstante,quòd in eodem testimonio sint singulares, & in eorum causis proprijs quodammodo deposuisse,cognoscãtur cap.nouiter nostræ maiestati.& ibi.Ioan. Ant.de Nigr. Affl.in constitutione. statuimus.num.3.& constitut.vsurariorum.num.21. in fine. lib.1. & istud. videtur posse defendi etiam de iure communi per ea,quæ concludit Crauet. cons.73. n.31.in fine.dicẽs qđ eiusmodi testes probãt,cõcurrẽtibus alijs præsũptionibus,de q̃bus p̃ eũdẽ eod.cõs.73

DVBIVM IX.

De singularitate testium.

362 Quæro,an testes singulares probẽt,aliquem esse vsurarium;vt puta quia vnus deponat, eum mutuasse sub vsuris Martino,& alius mutuasse sub vsuris Caio.

Resp.Vt euitemus omnem æquiuocationẽ, quæ resolutiones modò reddit cõtrarias,& pugnantes,& modò obscurissimas,& intricatas,est sciẽdum, quòd istud dubium apud Doctores habet duo capita.

Primum caput est,an probent vsurarium in specie, de qua ageretur.

Secundum caput est,an probent vsurarium in genere:& in vtroquè capite latè reperitur disputatum, sicut ex infradicẽdis liquebit:sed aduerte, quòd sumimus hic speciem,& genus modo quodã doctorali cõfuso & de isto dubio in 2.capite agimus infra nu.469.

SVMO dubiũ in primo capite:an probẽt in specie. Videtur prima facie dicendum, quòd sic, prout apertè tenuit Nell.à S. Gemin.tract.de testib. nu. 187. fol.86.& pro eadem opin. nonnullos alios,quos de industria omitto,adducunt Gabr.in conclus. lib. 1.de testib.conclus.2.num.29 & Mascar.tract.de probat. conclus.1417.n.11.lib.3.& in eandem sententiã possumus dicere,quòd iuerit Siman.de cath.instit.tit.64. n.75.& 76.dum tenet, quòd hæreticus probatur, si duo testes de eadem specie hæresis testificentur, quamuis sint singulares in loco,& tempore, subdens sub d.nu.76.quòd potuit eandem hæresim repetere varijs locis, & temporibus.

363 Confirmatur hæc opinio duplici argumento.

Primo,quia testes singulares;quando non discordãt in vnum rei finem,sed veniunt in eundem per diuersa media;seu diuersas coniecturas,sibi inuicem patrocinantes;vtputa quia vnus testis testificatur de numeratione pecuniæ,seu aliter de veritate,& alius de confessione;non sunt omnino singulares, & ideo deferretur iuramentum in supplementum plenæ probationis, vt tradit Bal.in rub.de controuers.inuestit. num. 2. quem referunt,& sequũtur Alex.cons.21.repetitio in causa. num 3.in fine.& nu. 4. lib.4.Ias.in l.admonendi. num. 212.& 214. ff. de iureiur. & Curt. tract. de testib. conclus.46.num 92.Fely. in cap.licet ex quadam. col. 4.versus finem sub nu.2.vers. modo aduerte. de testib. & in cap.si cautio.nu.85.in fine.de fid.instr. Dec.cons. 650.in casu vt vulgo dicitur.sub nu.10.lib.2.& in c.licet causam.nu.66.de probat.Crot.tract.de testib. par. 7.n.140.conclus.8.Gabr.in conclus.lib.1. de testib.cõclus.2.n.65.& 66.Crauet.de antiq.temp.rub.testiũ triplex singularitas.num.3.& 10.fol.165.& cons. 73. nu. 35.lib.1.Petr.de fideicom. q.12. num. 507.& sub num. 517.& in hoc exemplo Gabr.vbi supra.refert communem * opin.hoc idem sequitur Simanc.de cath. instit. tit.64.de testib.num.77.dicens, quòd si sint plures,fide digni,& deponãt verisimilia,iudex potest illis adhibere plenam fidem. & quòd hæc sit communis * opinio vt sufficiat testes conuenire in vnum,& eundem rei finem,quamuis in alijs discrepẽt,testatur Crauet.d.rub. testium triplex singularitas.sub num.9.ibi. adducitur. & num.10.fol.165.& hæc opinio confirmatur ex textu in l.instrumenta domestica.C.de probat.

364 Hinc dicimus, quòd testes singulares probant possessionem alicuius;dummodo &c.vt retuli infra num. 505.

365 † Hinc quoquè dicimus, quòd testes singulares probant scientiam,seu notitiam alicuius de aliqua re Rot.diuers.287.num. 1.par.1.

366 Sed testes in relato dubio ad probandũ aliquem esse vsurarium,seu commisisse vsuras tendunt ad eundẽ finem,quia licet non sint contestes in personis, à quibus recepit vsuras,sunt tamen contestes in perceptione vsurarum,sicuti testatur Nell.loco citato.

Igitur probant,delato iuramento parti in supplemẽtum plenæ probationis.

367 Secundo [& tendit ad idem] quia testes singulares, quando singularitas non est obstatiua,sed adminiculatiua probant semiplenè,sicut ex Bal dicta.rub.de controuers.inuest.nu.1.& 2.colligũt Alex. d. cons.21.repetitio

titio in causa.sub.nu.4.lib.4.Iaſ.in l.admonẽdi nu. 214.
ff.de iureiur.& Crau.de antiq.temp.rub. teſtiũ triplex
ſingularitas.nu.3.& 25.fol.165. allegans etiã Socc.in l.
gallus.§.ille.ſub nu.4.ff.de lib. & poſth. colligenſq; ex
eo,quòd imò faciunt maiorẽ probationem ſemiplena,
prout tradit etiã Iaſ.in d. l.admonẽdi.ſub nu. 216.ff.de
iureiur.& qd ex pluribus teſtibus ſingularibus reſultet
ſaltẽ ꝓbatio ſemiplena,patet ex his,quę ſcribũt Alex.
conſ.65.habita ſuper contentis.nu.10.lib.1.& apertius
Bal.conſ.240.donatio.lib.1.& Saly.in l.teſtiũ.nu.16.C.
de teſtib.cuius verba formaliter refert,& ſeqtur Pegn.
in comment.ad direct.Eymer.par.3.comm.121.verſ.&
rationem.& tradit rurſus Crauet.conſ.35.nu.15. lib.1.
368 Confirmatur hoc ſecundũ argumentũ; qa ad inferen
dam torturã reo ad effectum inueniẽdi veritatẽ requi-
ritur probatio ſemiplena.Alex. conſ.89. viſo themate.
nu.6.lib.3.Marſ.in pract.crim.§.diligẽter.nu.5.Io.Bap.
de S.Seuerino in l.admonẽdi.nu.72.ff.de iureiur.Socc.
Iun.conſ. 39.n.56.lib.2.Menoch.tract.de præſump.lib.
1.q.89.nu.3.& conſ.283.nu.4.lib.3.Hypol.Riminal.in-
ter conſ.crim.diuerſ. conſ.105. nu.15.lib.1. & hoc eſſe
tritum teſtatur Rol.à Vall.conſ.3.nu. 39.in fine. & nu.
40.lib.3.& pro indubitato videtur ſupponere Clar.lib.
5.recept.ſent.q.62.in principio: hanc eãdem ſententiã
apertè ſenſit Fr. Mich.Sal.in 2.2.D.Tho.q.69 art.2.cõ-
trouerſ.2.verſus finem.fol. mihi 449.dicens,quòd indi
tia gerunt vicẽ teſtis,& probationis,quia,inquit, indi-
tia ſumuntur ad probandũ delictum, ſicut & teſtes, &
ex illis ſicut ex ſemiplena probatione,ſi reus neget de-
369 lictũ,traditur torturæ: * Vnde videmus etiam,quòd ad
hoc,vt vnus teſtis,qui deponit ſuper ipſo maleficio, fa
ciat inditium ad torturam,debet eſſe omni exceptione
maior,& inuulnerabilis,ſicut ex Bal.Alex.Socc. Corn.
Iaſ. & Dec refert,& ſequitur Crauet.conſ.9.nu.11.lib.
1.& dicam fauente Deo lib.ſeq.cap. . nu. . & cer-
tum eſt,quòd teſtis omni exceptione maior facit ſemi-
plenam probationem ſicut dixi etiam infra nu. .
370 Sed teſtes ſingulares faciunt inditium ad torturam.
ſicut teſtantur Alex.conſ.77. in cauſa accuſationis. nu.
10.in fine.& nu.11.lib.1.Brun.tract.de indit.par.1.q.2,
nu.5.fol.246 adducens ex Fulg.exemplum duorum te-
ſtium,quorum vnus deponit,ſe vidiſſe Seium vulnera-
tum,& proſtratum in terra,eumq; interrogatũ ab ipſo
teſte quis eum vulnerauerit,reſpondiſſe vulneratũ fuiſ
ſe à Titio: & alter teſtis deponit, vidiſſe hunc Titium
exeuntem directo tramite, & fugientem verſus ne-
mora,& in eis ſe occultaſſe.Farinac.tamen in qq.crim.
lib. 2. q. 37. num. 34. addit huic exemplo tertium te-
ſtem, qui deponat, ſe vidiſſe Titiũ ſanguine aſperſum,
& cum euaginato enſe fugientẽ.&, retento hoc exem
plo, inquit Brun.quem refert, & ſequitur Farin.quòd
nemo ſanæ mentis, negabit hos teſtes,quamuis ſingu-
lares,facere inditium ad torturam: hanc eandem ſen-
tentiam;quòd teſtes ſingulares faciant inditium ad tor
turam,tenuerunt Socc.conſ.54.num.2.lib.3.Marſ. in
pract.crim.§.diligenter.nu.10.& 11.Gabr. quamuis nõ
poſſit tutè allegari in concluſ.lib.1.de teſtib.concluſ.2.
nu.72.Gig.de crim.læſæ maieſtatis. lib.2. rub. quomo-
do & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur. q.25.
nu.3.in fine.fol.66.Gram.deciſ.34.nu.35.Alb. conſ.72.
nu.15.Carrer.in pract.crim.tract.2. de indit. & tortur.
§.quæ autem & qualia &c.num.6. Clar. lib. 5. recept.
ſent.q.53.verſ. dixit etiam.quẽ refert, & ſequitur Petr.
de fideicom.q.12.nu.520.effectu 6.& nu.608. & defen-
dit eam Albert.tract.de agnoſc.aſſert.cath.q.25.nu.20.
& 21.vbi ad Ant.de Butr.Felyn. & alios,qui dixerunt,
quòd teſtes ſingulares,ſeu imperfectæ probationes nõ
coniunguntur,& non probant,reſpondet,verum eſſe
quoad plenam probationem, prout reſponderunt etiã
Alex.& Marſ.in locis allegatis;ſecus quoad faiendum
inditium ad torturam;quia tunc intrat illa regula; quæ
ſingula non proſunt ſimul collecta iuuant; ſicut in iſto
propoſito ſcribũt Brun.tract.de indit.par.1.q.2.ſub nu.
5.Alex.conſ.65.ſub nu.10.lib.1.& alij communiter.

Igitur teſtes ſingulares faciunt ſemiplenam proba-
tionem.

Ergo à primo ad vltimum probant ſufficienter,quia
ad conuincendum aliquem de vſuraria prauitate ſuffi
ciunt inditia,& argumenta,& probationes ſemiplenę,
vt ex Innoc.Io.Andr.Ant.de Butr.& alijs retuli, & ſe-
quutus ſum. ſupra num. 139. & declaraui num. 304.
& ſeqq.ad eum præſertim ex ratione Abbatis, qui, vt
ibidem retuli,ait,quòd,ſi contra vſurarios exigerentur
probationes plenæ, nunquàm, aut rarò conuincerentur de vſura.

371 Imò ſi vera ſunt, quę tradit Crauet. de antiq. temp.
rub.teſtium triplex ſingularitas.nu.24.& 25.fol.165.&
conſ.73.ſub nu.35.lib.1. teſtes ſingulares ſingularitate
adminiculatiua coniunguntur quandoquè etiam ad fa
ciendam plenam probationẽ. & quòd depoſitio vnius
teſtis ſingularis de veritate ſuppleatur alijs teſtibus,&
præſumptionibus perſuadentibus ad faciendam ple-
nam probationem,tradit idem Crauet.conſ.35.ſub nu.
6. lib. 1.

372 CONTRARIAM ſententiam: quòd teſtes ſingula-
res non probent in crimine vſurariæ prauitatis:tenue-
runt Bal.in l.1.q.8.nu.14.ibi. ſolutio. C. de teſtam. or-
din.& conſ.459.viſa dicta petitione.ſub n.2.lib.4.Ant.
de Butr.in cap.cum oporteat.ſub nu. 20. verſus finem,
ibi.idem ſi vnus.de accuſat.Abb.conſ.42.ex multis.nu.
1.in fine.ibi.tertio rationes.lib.1.Alex. conſ. 72. inſpe-
cto diligẽter.nu.3.verſus finẽ.& conſ.100.ſuper primo.
ſub nu.5.lib.1.Affl.in conſtitutione. vſurariorũ.nu. 21.
lib.1.Crot.tract.de teſtib.par.7.nu.131.fol.221.Ioan.de
Amic.conſ.127.num.8. Gabr.in concluſ.lib.1. tit.de
teſtib.concluſ.2.nu.29.verſ.contrarium,Couar.var. re-
ſolut.lib.3.c.3.ſub nu.4.verſ.quarto etiã.ibi.nec etiam.
Clar.lib.5.recept.ſent.q.53.verſ.dixit etiã. Menoch. de
arbit.iud.lib.2.cent.3.caſ.235.nu.23.Lup.tract.de vſur.
commen.4.ſuper c.quanquàm.in præfat.nu.27.fol.147.
Maſcar.tract.de probat.concluſ.1417.nu.12.lib.3. pro
hac eadem opin. poteſt allegari Fed. de Sen. conſ. 17.
quæſtio talis eſt nunquid conſtitutio.& eſt communis,
* de qua teſtantur Gabr. & Maſcar. in locis allegatis.
Et quòd teſtes ſingulares non probent in crimine hæ-
reſis, ſed ſolum ſufficiant ad procedendum ad inquiſi-
tionem,uel purgationem,tenet Io.Lopez.in allegatio-
nibus in materia hæreſis §.12.nu.2.3.& 4.fol. 23.

373 Hæcquè concluſio,quòd teſtes ſingulares non pro-
bent, patet ex textu in cap. licet cauſam.de probat. c.
bonæ.il 1.de elect.cum alijs ibidem per Glo.allegatis,
& tradunt Feder.de Sen.conſ.162.domine griffole. Ia-
cob.Egid.tract.de teſtib.nu.14.Alex. conſ.45.viſis atte-
ſtationibus.nu.4.lib.2.Rol.à Vall.conſ.7.ſub. num. 48.
verſ.penult.lib.1.& eſt doctrina communis, * quæ eſt
fundata in ea ratione,quòd teſtes ſingulares tantũ pro-
bant mille,quãtum vnus,vt inquit Bal. in l.iuſiurandũ.
num.4. C. de teſtib.quem referunt,& ſequuntur Alex.
conſ.21.repetitio in cauſa,nu.2.lib.4.Iaſ.in l.admonen
di.nu.212.ff.de iureiur.Dec.conſ. 310. viſis diligenter.
nu.6.in fine.lib.1.Rol.à Vall.conſ.5.n.6.lib.4.Petr.de fi
deicomm.q.12.nu.503.& ſcribit, nemine citato, Cæſ.
de Graſ.deciſ.97.alias 4.ſi valor.nu.5.de ſent.& re iud.
374 fol.140.quia eſt dictum vulgatum, & manifeſtum: * nã
ſingularitas idẽ eſt,quod vnitas, teſte Bal. qui in conſ.
406.in cauſa vincentij.nu.1.lib.1.ait,quòd vbi eſt ſingu
laritas,ibi eſt vnitas.& Baldum refert,& ſequitur Petr.
d.q.12.num.479.& 480. ſubdens, dictum ſingulare dici
quando ab vno tantum fuit dictum, & non reperitur
alibi:quare,vt num.484.concludit,idem eſt dicere eſſe
teſtem ſingularem,vel dicere eſſe ſolum.Et conſequen
ter cum mille teſtes ſingulares valeant quantum vnus,
ſequitur,vt ait Bal.in d.l.iuſiurandum. nu.4. quòd defi-
ciat numerus teſtium,qui, vt ait idem dicto conſ. 406.
375 nu.1.& iure diuino, & humano deſideratur. * quin-
imò,vt tradit idem Bal.in d.l.iuſiurandum.nu.4.in fine,
quem referunt,& ſequuntur Dec.dicto conſ.310.nu.7.
& in c.licet cauſam.num.62.de probat.& Petr.d. q.12.
nu.487.quandoque minus probant mille, quàm vnus;
quod eſt qñ eſt ſingularitas obſtatiua.& quòd non pro-
bent in ſpecie,videtur ſentire apertè Gl.vltima.in l.ob
carmen.ff. de teſtib. dum ait, non probare quòd poſſe-
derit tali die.

376 QVID dicendũ? Reſp.nõ eſſe recedendũ ab hac vl-
tima opinione, quia eſt cõis, * & verior, & ad ea,quæ
ſunt adducta in contrariũ, reſpondimus infra nu. .

377 AMPLIA iſtam communem opinionem, vt ſit vera
etiam ſi extaret conſtitutio epiſcopi, quæ diſponeret,

vt teſtes ſingulares probarent aliquem eſſe vſurarium, quia eiuſmodi conſtitutio, vti contraria iuri diuino, quod requirit ſaltem duos teſtes, non valet. Feder. de Sen. conſ. 17. Bal. conſ. 406. in cauſa vincentij. nu. 1. lib. 1. & Abb. conſ. 42. ex multis. nu. 2. lib. 1. & hanc eſſe cõmunem * opinionem teſtatur idem Abb. in c. cum in diocæſi. in fine. de vſur. quam referunt, & ſequũtur Couar. var. reſol. lib. 3. c. 3. n. 4. verſus fin. fol. 242. Lup. trac. de vſur. comm. 4. ſuper c. quanquam. in præfatione. ſub num. 27. verſ. quod intelligitur. fol. 147. Foller. in pract. crim. can. in verbo, vel vſuram committere c. 20. nu. 17. fol. 229. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 53. verſ. ſed quid ſi epiſcopus. Caball. in conſtit. March. lib. 3. c. 13. num. 2. in fine. & Petr. de fideicom. q. 12. nu. 562. facit ad idem Bal. conſ. 276. veritas eſt. lib. 4. dicens, quòd conſtitutio epi non poteſt facere manifeſtũ vſurarium eum, de quo nõ

378 ſunt dilucidæ probationes. † Et ratio huius ampliationis eſt, quia eps non poteſt ſtatuere contra ius Abb. in c. venerabilis. nu. 8. de iudic. & in c. veniẽtes. nu. 4. de iureiur. & latè Fed. de Sen. d. conſ. 17. in pluribus locis, & maximè cõtra iura diuina, nec põt diſpenſare contra iura, niſi in caſibus expreſſis, teſte eodem Abb. in c. ioannes. ſub nu. 7. de cler. coniug.

379 EXTENDE iſtam ampliationem, vt ſicut non valeret conſtitutio in teſtibus ſingularibus, ita quoquè non valeret, ſi diſponeret, quòd credatur vni teſti Fed. de Sen. vbi ſupra, & Crot. qui alios refert, & ſequitur trac. de teſtib. par. 6. n. 19. fol. 215. & faciũt tradita per Gabr. in concluſ. lib. 1. de teſtib. concl. 1. limit. 2. nu. 10 & Maſcar. tract. de probat. q. 11. nu. 10. lib. 1. qui duo loquuntur in ſtatuto, & conſuetudine.

380 LIMITA I. iſtam extenſionẽ, vt non habeat locũ in conſtitutione Summi Põtificis; quia is põt interpretando limitare ius diuinũ ex cauſa, & ſic facere conſtitutionem, quòd vni teſti adhibeatur plena fides contra vſurarios, Abb. in c. nuper nobis. num. 1. de teſtib. Rom. ſing. 356. quos allegat Fely. in eod. cap. nuper. ſub nu. 3. Iaſ. in l. admonendi. nu. 177. ff. de iureiur. Fely. in c. cum à nobis. ſub nu. 3. ibi. & facit pro excelſo duce noſtro. de teſtib. Crot. tract. de teſtib. par. 6. ſub nu. 16. & 20. in fine. fol. 215. & ibi Moncad. in addit. Boſſ. tract. crim. tit. de oppoſit. contra teſtes. ſub nu. 70. Barbat. de præſtant. card. q. 11. ſub num. 7. Tiraq. tract. de iudic. in reb. exig. circa principium. verſ. ex quibus. fol. mihi 86. tom. 5. & Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 63. num. 12 qui omnes tenent, quòd Papa in aliquibus cauſis, & ex certa cauſa poſſit ſtatuere, vt credatur vni teſti. & hæc eſt cõis.* & qđ ſit verior, teſtatur Additionator ad Boſſ. loco cit. litera p.

381 Contra iſtam limitationem adducuntur multa.

Primo adducitur textus in c. indicas hermannum. 3. q. 9. in illis verbis. *vni parti ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſſumus*, & textus in c. admonere. 33. q. 2. in illis verbis. *quoniam nec Euangelium, nec vlla diuina, humanaquè lex vnius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnat, vel iuſtificat.*

382 Secundo: quia licet Papa poſſit interpretando, & ex cauſa limitare ius diuinũ iuxta doctrinã, quã tradunt Abb. in c. quæ in eccleſiarũ. nu. 8. & 9. & Felyn. concluſ. 2. nu. 19. & ſeqq. de conſtit. & cõmuniter omnes:* † &

383 ſignanter circa teſtium numerum, qui nõn vniformiter terminatur: nã de iure diuino requiruntur duo, vel tres c. nouit ille. de iudic. & c. licet. il 1. & c. in omni negotio. de teſtib. & lex poſitiua in multis caſibus, quos recenſet Spec. tit. de teſte. rub. de numero teſtiũ. §. reſtat. nu. 1. requirit plures, quàm duos: nam in teſtamẽtis requirit ſeptem teſtes. l. ſi vnus. & l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. & in codicillis quinque. l. fin. §. in omni. C. de iure codicil. & Papa ad condemnandum Epũm, Cardinalẽ, Presbyterũ, & alios Clericos Romanæ Eccleſiæ reqrit modò 72. teſtes, & modò 44. & nõ pauciores ſeptẽ. c. præſul. 2. q. 4. ſicut ad hoc propoſitũ tradũt Ant. de Butr. in cap. fin. in 2. lect. nu. 51. in fine. de conſuetud. Abb. dicto c. quæ in eccleſiarũ. ſub nu. 8. & Io. de Selu. tract. de benef. par. 3. q. 8. nu. 28. fol. 61. & par. 4. q. 8. nu.

384 23. fol. 109. † Tamen aduertẽdum eſt, quòd iſta doctrina reſpectu numeri teſtiũ procedit in auctione, ſed nõ in diminutione: nã põt Papa ex cauſa augere numerũ duorũ teſtium, ſed non minuere argumento textus in dicto c. licet. in fine. & tradit Barbat. de præſtant. card. q. 11. ſub num. 6. & Fely. mox allegatus infra.

385 Tertio, quia contra iſtam limitationem tenuerunt Rom. ſing. 707. an papa. Fely. in cap. nuper. ſed in libro meo. ſuper. ſub nu. 3. de teſtib. dicens, ſe ſæpè dubitaſſe de dicto Rom. & Abb. quos allegaui ſupra num. 380. in limitatione. Petr. de fideicom. q. 12. num. 561. aſſerens, quòd multi dicunt, Papam non poſſe ſtatuere, qđ credatur vni teſti. & Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 63. nu. 8. allegans Crot. Matheſ. Gabr. Tiraq. Maſcar. & alios, & concludens ſub nu. 10. hanc eſſe magis communem *.

386 Verum iſtis omnibus reſpondetur.

Ad primũ reſp. dupliciter. Primo, quòd dum Papa ait, ſe non poſſe credere vni parti, non loquitur de teſte, ſed de parte, cui dicit ſe nõ poſſe credere, & ita per illum textũ loquitur Gabr. in concluſ. lib. 1. de teſtib. concluſ. 1. nu. 4. & 5. & ſic videtur loqui Rom. dicto ſingul. 707. & hanc reſponſionem ante nos tradidit Dec. in cap. veniens. il 1. ſub nu. 45. de teſtib. præterea, ut cõſiderauit etiã Additionator ad Boſſ. vbi ſupra, Papa loqtur de honeſtate, & in cã graui, videlicet homicidij.

387 Secundo reſp. Papam habere maiorem poteſtatẽ per viam legis generalis in futuris, quam per viam particularis reſcripti in vno negotio præterito, ſeu præſente: quia diſponẽdo ſuper futuris lex eſt vniuerſalis, & nõ dicitur claudicare, ſed ſuper vno negotio præſente, ſicut erat crimen Hermani, eſſet priuilegium, per quod facilè parti præiudicium faceret, vt dicebam l. b. præced. cap. 97. ſub nu. 88. verſ. ſimiliter.

388 Ad ſecundum reſpondeo, non eſſe verum qđ Papa poſſit ſolum augere, & non minuere numerũ teſtium taxatum à iure diuino: nam tantum operatur propoſitum in propoſito, quãtum oppoſitum in oppoſito, Bar. in l. & ſi cõtra. n. 3. ff. de vulg. & pupil. & Paul. de Caſtr. in l. ſi ex toto. nu. 3. & 4. ff. de leg. 1. quare ſi vnũ de contrarijs operatur vnũ, aliud contrarium debet operari aliud cotrariũ: qa contrariorũ eſt eadẽ diſciplina vulg. iur. Si igitur vna ratio in quibuſdã cauſis efficit, vt numerus potuerit augeri: ergo oppoſita ratio in quibuſdã

389 alijs efficiet, vt poſſit minui: † Vnde iuxta hanc theoricam multi extant caſus, in quibus ius ciuile, quod eſt inferius Papa, ſtatuit, vt credatur vnico teſti, quos caſus latè enumerat Nell. à S. Gemi. tract. de teſtib. in verbo. ſed an credatur. num. 85. & Spec. tit. de teſte. rub. de numero teſtiũ. §. reſtat. nu. 8. & ſeqq. ponendo 30. caſus, & remiſſiuè ad eum Ant. de Butr. in c. veniens. il 1. ſub nu. 8. de teſtib. & ibidem Fely. ſub nu. 18. verſ. in gloſſ. Iaſ. in l. admonendi. nu. 173. ff. de iureiur. in repet. magna. & poſt eos Campeg. tract. de teſtib. reg. 197. Crot. eod. tract. par. 6. nu. 1. & ſeqq. & Gabr. in concluſ. lib. 1. de teſtib. concluſ. 1. & Imperator in c. oẽs itaque. 11. q. 1. ſanxit, vt in controuerſijs ciuilibus crederetur teſti-

390 monio ſolius Epiſcopi. † Et quòd Princeps poſſit ex cauſa in aliquibus caſibus limitare, & reſtringere ius diuinum circa numerũ teſtium, tradit Alex. conſ. 188. nu. 6. lib. 7. & quòd poſſit in aliquibus caſibus ex cauſa diſtinguere, limitare, vel declarare ius naturale, vel diuinum, ſcribit etiam Lancellot. tract. de attent. in præfat. nu. 66. fol. mihi 289.

391 Non obſtat textus in dicto c. licet. in fine. de teſtib. citatus ſupra nu. 383. & 384. dum ait, nullam reperiri cauſam, quæ vnius teſtimonio terminetur.

Nam reſpondeo dupliciter. Primo, quòd ille textus intelligitur in cauſis, in quibus agitur de magno præiu-

392 dicio: † quia talia sũt ſubiecta, qualia prædicata demõſtrant Inſtit. de inutil. ſtipul. §. præterea inutilis. ad finẽ. & de vulg. & pupil. §. & ſi ex diſparibus. Bar. in l. fundũ. nu. 1. ff. de fund. inſtr. Bellamer. de permut. benef. par. 3. q. 7. nu. 6. fol. 197. & Franc. Sonsb. ad vſus fœud. par. 13. nu. 82. fol. 154. Sed dum ille textus prius dixerat, reperiri quaſdã cauſas, in qbus requirũtur plures teſtes, quàm duo, loquutus eſt in cauſis arduis, tum reſpectu ipſarũ cauſarũ, tũm reſpectu perſonarum. Ergo dum poſtea ſubdit nullã reperiri, quę vnius teſtimonio terminetur, debet intelligi, vt loquatur ſimiliter de cauſis arduis, & magni præiudicij: & hæc eſt veriſſima ſolutio.

393 Secundo reſpondeo, quòd dum ille textus ait, nullã reperiri cauſã, quæ vnius teſtimonio terminetur, intelligitur, vt loquatur de iure diuino, non obſtante, quòd in præcedẽtibus proximioribus loquutus ſit forſan de iure

iure poſitiuo,dum dixit adeſſe quaſdã cauſas,quæ plu-
394 res exigunt teſtes,quàm duos: † quamuis enim ſequen tia referantur ad præcedentia,tñ referuntur ad præcedentia,quæ principaliter in oratione poſita ſunt l.vlt.§.titia.in fine.& ibi Bar.n.1.ff.de liber.lega.& ad ea,quibus adaptari poſſunt l.1.§.lex falcidia.in fine.ff.ad l.falc.Alex.cõſ.81.viſa cõſultatione.nu.11.lib.6.&Becc.conſ.101.ſub num.78.lib.1.ſed deciſio illius textus eſt fundata principaliter in iure diuino,&relatio ad aliud ius non poteſt adaptari,quia ille textus pateretur oppoſitiones;ſiquidem de iure poſitiuo reperiuntur multi caſus,qui vnius teſtimonio poſſunt determinari,vt dixi ſupra nu 389.Igitur neceſſariò debet intelligi,vt dicat,de iure diuino nullã cauſam vnius teſtimonio terminari;quo intellectu ſtante,nõ ſequitur iſta cõſequentia:ergo Papa non poteſt ſtatuere,vt in aliquibus cauſis ſtetur dicto vnius Ad textum in cap.admonere.reſpondeo,vt in prima reſponſione allata ad cap.indicas hermannum quòd loquitur in cauſa adulterij,quæ eſt cauſa admodum ardua,vt oſtendi ſupra cap.4 num.19.& 20.alias ille textus,dum loquitur de lege humana pateretur multas oppoſitiones,cum de iure humano multi extent caſus,in quibus creditur vni teſti,vt dixi ſupra.

395 Ad tertium,poſitum ſupra nu.385.reſpondeo,quòd illa opinio contraria eſt vera,loquendo de correctione generali:verum enim eſt,quòd Papa non poteſt tollere in totum illud ius diuinum,& ita declarando ſequitur idemmet Farin.ead.q.63.nu.12.& in iſta generalitate loquuntur Rom.Tiraq.Crot.& Petr.allegati in argumento ex aduerſo,ſed ſine iſta generalitate,quando diſpoſitio reſtringitur ad aliquam ſpeciem teſtium,ſeu vnum genus cauſarum,iidem Rom.& Tiraq.quos allegaui ſupra nu.380.& infra nu. . approbant opinionem contrariam pro vera: præterea dictum Romani in ſing.707.ex aduerſo allegatum,eſt fundatum ſolũ in cap.indicas hermannum:cui ſatis reſpondi ſupra num.381.verſ.ad primum.& alij adducti per eundem Farin.ead.q.63.nu.8.non faciunt meo iudicio ad propoſitum:nam Fely.videtur ſimiliter loqui in correctione generali,& tñ dubitat,& non firmat.& Crot.dicit oppoſitum,ſicut patet ex allegatione noſtra ſupra in limitatione.num.380.& Mattheſ.ſing.51.loquitur de conſuetudine,quæ diſponeret generaliter in omnibus cauſis,& præſertim criminalibus,ſed ſi diſponeret in quibuſdam,ait,quòd valeret.Gabr.in concluſ.lib.1.de teſtib.concluſ.1.nu.4.& 5.loquitur non de dicto teſtis,ſed de dicto partis,& nu.10.loquitur de conſuetudine,ſeu ſtatuto,quod mandaret,vt indifferenter ſtaretur dicto vnius teſtis,& ſic loquitur de correctione generali.& Maſcar.in tract.de probat.q.11.nu.10.lib.1.quamuis loquatur in crimine vſurarum,loquitur tamen non in Papa,ſed in conſuetudine,& ſtatuto,quod mandaret,nullo diſcrimine habito,vni teſti fidem adhiberi;& nihilominus tàm Gabr.d.nu.10.quàm Maſcar.non firmant iſtam opinionem.

396 DECLARA iſtam limitationem,vt conſtitutio Papæ,ſeu Principis de adhibenda fide dicto vnius teſtis habeat locum ſolum in cauſis,quæ non ſunt arduæ:nã in his ſolet quandoq; ex cauſa minui numerus duorũ,ſeu trium teſtium,ſicut videbis apud Tiraq.à nobis citatum ſupra nu.380.verſ.limita.loquentem in leuibus,& modici præiudicij & apud Crot.Campeg.& Gabr.à nobis allegatos ſupra n.389.diſcurrẽdo apud eos caſus,in quibus creditur vni teſti;ſed in arduis,præſertim in quibus ageretur de vita hominis,conſtitutio nõ haberet locũ,primo quia eſſet irrationabilis,exquò in arduis non minuitur,ſed augetur numerus duorum teſtium argumento textus in l.ſi vnus.l.hac conſultiſſima.C.de teſtam.l.fin.§.in omni.C.de iur.codicil.& c.præſul.2.q.4.& faciunt,quæ dixi ſupra n.384.& 390.in fine.& nu.391.& 392.ſecundo,quia eſſet plena periculi:tertio,quia excitaret materiam fabricandi
397 falſum: † quarto,quia nec teſtimonium ipſius Regis,ſeu Papæ ſufficeret ad imponendam pœnam vltimi ſupplicij,nec diſponere poſſet,vt crederetur vnico teſti F.Mich.Salon ad D.Tho.in 2.2.q.70.art.2.concluſ.3.fol.493.col.1.ſubmitto me tñ meliori determinationi.

398 INFERO ex iſta declaratione,quòd conſtitutio,qua Papa diſponeret,debere credi vni teſti contra vſurarios,intelligeretur quoad repetitionem vſurarum,ſed non quoad pœnam corporalem,quæ eſſet impoſita contra vſurarios.

399 EXTENDE iſtam limitationem ſic declaratam,vt ſicut valeret conſtitutio Pontificis de adhibenda fide dicto vnius teſtis,ita quoque valeret eiuſdem conſtitutio,qua diſponeret,debere adhiberi plenam fidem teſtibus ſingularibus cõtra vſurarios;& moueor pro iſta extenſione,quia multi teſtes ſingulares probant ſaltem quantum vnus,vt ex Bal.in l.iuſiurandum.nu.4.C.de teſtib.Alex.Dec.Rol.à Vall.& Petr.retuli,& ſequutus ſum.ſupra num.373.

400 SVBEXTENDE iſtam extenſionem,vt tunc à fortiori procedat quando eſſet ſingularitas adminiculatiua,ſeu tendens ad eundem finem;quia teſtes ſingulares probarent plus,quàm vnus iuxta ea,quæ ex Bal.Alex.Iaſ.Fely.Dec.& alijs retuli,& ſequutus ſum ſupra nu.363.verſ,confirmatur.& nu.367.verſ.ſecundo.& nu.371.verſ.imò ſi vera.

401 RESTRINGE eandem extenſionem,vt non procedat in teſtibus ſingularibus ſingularitate obſtatiua;qa Papa non poteſt vlla via facere,vt credatur teſtibus contrarijs,cum ex teſtibus contrarijs pro neutra parte colligatur probatio cap.nihilominus.3.q.9.& cap.licèt cauſam.de probat.& benè declarat Gloſ.in cap.ſi teſtes.in verbo.eorum.4.q.2.& 3 & probatur ex l.ſcripturæ.C.de fid.inſtru.& ſcribit Nep.à Mõte Alb.tract.
402 de teſtib.nu.126.† & quòd teſtes cõtrarij reprobẽtur,teſtantur multi,quos refert,& ſequitur Maſcar.trac.de probat.concluſ.1361.nu.3 lib.3 & quòd nihil probent etiam omnes ſimul iuncti & nullus remaneat integer,qui ſemiplene probet,teſtatur Crauet.tract.de antiq.temp.poſt 4.par.rub.teſtium triplex ſingularitas.nu.2.fol.164.& num.6.fol.165.& Petr.de fideicom.q.12.nu.
403 490.† Imò nec ipſe Papa poſſet ferre ſententiam condemnatoriam,ſtante contrarietate teſtium,quia Papa non poteſt condemnare ad debitum non probatum,teſte Alex.conſ.2.viſis dubitationibus.ſub n.3.lib 2.quem refert,& ſequitur Afflic.deciſ.91.ſub num 2.

404 DECLARA iſtam reſtrictionem,vt habeat locum in contrarietate æqualiter pugnante:nam ſi vnus teſtis cõtradiceret pluribus,talis contrarietas non obſtaret,quia teſtimonium unius nec iuſtificat,nec condemnat cap.admonere.33.q.2.& cap.veniens.de teſtib.Gl.in d.cap.ſi teſtes in verbo.eorum 4 q.2.& 3.

405 EXTENDE II.limitationem,eiuſq;extenſionem,poſitas ſupra n.380.& 399.vt habeãt locum etiam in cõſti
406 tutione,ſeu ſtatuto confirmato à Papa;† quia actus cõfirmatus à Papa,quamuis nullus,valet l.adoptio.la 2.ff.de adopt.& l.legata inutiliter.ff de leg.1.Rot decil.11.alias 545.nu.7.de iure patr.in antiq.& alij,quos refert,& ſequitur Benin.de paupert & eius priuileg 4.ſpeciali in contractibus q.8.n.83 fol.158.qui teſtatur de com
* muni:* quia tunc valet vti nouiter factus à confirmante Rot.& Benincas.in locis allegatis.

407 Ex hac extenſione habes abſolutam intelligentiam ad conſtitutionem Marchiæ.lib.3.c.13.licet enim nõ loquatur apertè de teſtibus ſingularibus,tñ ſi interpretemur eã,vt loquamur de eis,prout interpretatur Virg.Bocc.tract de interd.vti poſſed.cap.18.nu.20 fol.318.& videtur interpretari Cabal.in Conſtit.March.d.c.13.n.2.in fine.remanet adhuc valida,quia fuit confirmata à Papa,ſicut aduertit etiam Vig.Bocc.loco citato,& cum clauſula,ex certa ſcientia,alijſquè clauſulis ſalutaribus,& neceſſarijs.

408 LIMITA II.iſtam extenſionem,quam firmaui ſupra nu.379.vt non habeat locum in ſtatuto,quia valeret eius diſpoſitio de adhibenda fide vnico teſti.Rom.ſing.356.tu ſcis.vbi loquitur de Communitate,non recognoſcente ſuperiorem,vt poſſit ſtatuere,quamlibet cauſam decidi debere teſtimonio ſolius Epiſcopi,vel Marchionis.Alex.conſ.188.viſo proceſſu.ſub nu.3.lib.7.vbi firmat,poſſe per ſtatutum induci,quòd credatur vni teſti in certis cauſis,& allegat repetitionem Baldi in l.cunctos populos.col.28.C.de ſum.trin.& fid.cath.Campeg.tract.de teſtib.reg.197.fallent.15.Gabr.in concluſ.lib.1.de teſtib.concluſ.1.limit.2.num.10.verſ.contrarium.allegans etiam Rocch.in cap.

 fin.

fin.col.40.de conſuet.& latè Madal.tract.de num. teſt.
c.31.n.38.quē refert,& ſequi videtur Farin.in qq.crim.
409 lib.2.q.63.n.12.† &, qđ Princeps poſſit cōdere hoc ſta
tutū,tradit Abb.in c.nuper.n.1.de teſtib. quē refert,&
ſequitur Iaſ.in l. admonēdi.nu.177.ff. de iureiur. & ab
iſta limitatione non recedas , quicquid in contrarium
apertè tenuerit Crot.tract.de teſtib.par.6.ſub num.18.
verſ. contrarium.

410 LIMITA III. vt nō habeat locum in cōſuetudine,
quia pōt inducere,vt in quibuſdā cauſis adhibeatur ple
na fides vnico teſti.Matheſ.ſing.51.nota qđ cōſuetudo.
quem refert,& ſequitur Rocch. Curt. in c. cum tanto.
ſect.2. gloſ.1. num.9. de conſuetud. inter tract. diuerſ.
de ſtatut.fol.mihi 353.Tiraq.tract.de iudic.in reb.exig.
verſ.his adſtipulatur.fol.mihi.86.col.2. tom.5. Madal.
d.c.31.n.38.qui loquitur etiā in conſuetudine. & eum
ſequi videtur Farin.in qq.crim.lib.2.q.63.n.12. in fine.

411 Ratio huius limitationis eſt,quia conſuetudo habet
tacitum populi conſenſum,vt tradunt Cyn.in l.de qui-
bus.n.1.& Bar.in principio.ff.de leg. & ſenatuſc. Ant.
de Butr.in vtraq; lect.c.fin.de conſuet.in prima nu.14.
& in 2.nu.16.& 19.verſus finē.& ibidē Abb.n.7.9.in fi.
& 17.& Roch.Curt.in præfatione ſub nu.17. fol. mihi
346.& ſect.3.glo.fin.n.9.fol.356.& n.26.fol.358.& ſec.
4.nu.2.24.38.& 47.fol.361.& 362 inter tract.diuerſ.de
ſtat.eſtq; communis * ſententia , à qua nemo diſſentit;
412 † & iſte tacitus conſenſus habet eandem vim , quam
habet expreſſus,vt dicit Bar.ead.l.de quibus nu.4.

413 Sed tacito,vel expreſſo partium conſenſu pōt indu-
ci,vt ſit ſtandum dicto vnius teſtis , ſeu tertij Spec. tit.
de teſte.rub.de numero teſtium.§.reſtat.ſub n.8.fallen.
24.Ant de Butr.in c.veniēs.il 1.ſub nu.8.ibi.inter quos.
de teſtib.& ibidem Fely.n.19.Rom.& Alex.in l.1.§.fin.
ff.de verb.oblig.per illum textum,quem Bal.in l.dire-
ctas.in fine.C.de teſtam.manū.ait , eſſe omnibus notū,
quibus nō cecidit puluis ſuper libró.Iaſ.in l.admonen
di.ſub nu.180.ff.de iureiur.Crot.tract. de teſtib.par. 6.
nu.8. Campeg.eod.tract.reg.197.fallen. 24.Affli.deciſ.
91.ſub nu.14.verſ.item poſſunt. il penult.Tiraqu.tract.
de iudic.in reb.exig.verſ.confirmatur hæc.fol.86.to.5.
Gabr.in concluſ.lib.1.tit.de teſtib.concl.1. limit. 11.n.
31.Crauet.conſ.100.nu.13.lib.1.Maſc.tract.de probat.
q.11.n.12.qui alios allegant,& de communi * teſtatur
Iaſ.in d.l.1.§.fin.n.8.ff.de verb.oblig.quem refert,& ſe-
quitur Gabr.vbi ſupra:rurſus idem Iaſ.in l. iuſiurandū.
la 2.nu.6.ff.de iureiur.& de magis communi * teſtan-
tur M.Ant.Blanc.tract.de compromiſ.q. 8. de ordine
procedendi,& decidendi.nu.27. verſ. ſed nunquid. fol.
188.Dec.in d.c.veniens.il 1.ſub nu.45. & 46.in fine.de
teſtib licet is, teſtando de cōi,ſe reſtringat in conuen-
tione de ſtando dicto aduerſarij , prout eum retuli in-
fra num.420.in vltimis verbis,& prout etiam loquitur
Alex.conſ 54.circa id quod quæritur.ſub.nu.1.ibi.qui-
nimo etiam.& conſ.67.uiſo themate.ſub nu.4.lib.2.in
quo ſe fundat M. Ant.Blanc.

Igitur pōt induci etiā per conſuetudinē;quia cōſue-
414 tudo habet tacitum conſenſum populi,vt dixi,† & va-
let argumentū de toto ad partē,& è contra l.quæ de to
ta. ff. de rei vend. latè de hoc Euer. de lócis arg. in lo-
415 co: à toto ad partem.† & quòd valeat argumentū de pa
cto ad conſuetudinem, latè proſequitur Euer. d. tract.
de lóc.arg.in loco à pacto ad legē &c.& teſtantur My
ſing.in obſeru cent. 4.obſeru.23.num.2. & Affl.deciſ.
91.nu.9.dum ſcribunt,quòd conſuetudo poteſt facere
illud,quod poteſt facere pactum, & ſub num. 10. aſſe-
rens,quòd cōſuetudo ita ligat,& obligat,ac ſi eſſet ex-
preſsè deductū in cōtractu;imò videtur, qđ plus poſſit
cōſuetudo, quàm pactū;quia per cōſuetudinem poſſet
renunciari fauori publico,dūmodo ex eiuſmodi renū-
tiatione conſuetudo nō redderetur irrationabilis, ſeu
inhoneſta,quod eſſet difficile,quia tenderet contra bo
416 num publicū:† Sed per pactum certum eſt, quòd non
poſſet renuntiari fauori publico;quia quod multorum
fauore,& non vnius eſt introductum,non poteſt vnius
conſenſu annihilari Ant.de Butr.in c.ſi diligenti.nu.4.
& ſeqq. de for. comp.& ibidem communiter * cæteri
417 Doct † & deniquè tanta eſt uis conſuetudinis,vt leges
vim aliter non videantur habere , niſi quatenus ab vſu
receptæ ſint,vt in effectu ſentiunt Cyn.in l. de quibus.
ſub nu.1.ibi.quia.& n.2.ff.de legib.dicens , quòd leges
nulla alia ratione adſtringunt,niſi quia conſenſu popu
li nituntur,& fulciuntur,& quòd ideo lex per conſue-
tudinem contrariam abrogatur.& Anch.conſ.283.iu-
re iſto.poſt princ.quē refert,& ſequitur Mandoſ. tract.
de commiſſ.commiſ.19.verſus finem.fol.115.& proba-
tur argumēto textus in c.deniquè.diſt.4. in illis verbis,
*vnde nec à tali conſuetudine auerti poſſunt,& ideo cum
uenia ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne fortè peiores exi-
ſtāt,ſi à tali cōſuetudine prohibeātur.* & argumēto tex-
tus Inſtit.de his per quos ag.poſſ.in fine principij.& in
§.hęc autē.Inſtit.de pęn.temer.litig.vbi Imperator re-
format leges ad vſum conſuetudinis;& propterea bo-
na videtur ratio,quam ad hanc limitationem 3.tradunt
Abb.in c.fin. ſub n. 9.de cōſuetud.& ibidē Roch.Curt.
ſectione 3.glo.fin. ſub nu.7.fol. 356. inter tract.diuerſ.
de ſtat.licet ipſe eam non ſequatur,dum tradunt,laicis
ideo conceſſum eſſe , vt poſſint ſtatuere contra leges,
quia.ll.continent ipſorum laicorum vtilitatem, & vti-
litati, ac fauori ſuo quiſquè renuntiare poteſt.

418 ADVERTE tamen,quia aliud eſt cōſentire de ſtan-
do dicto alicuius;quo caſu ille vnicus teſtis plenè pro-
bat,vt dixi:& aliud conſentire in perſona tantum,quia
tunc probaret ſolum ſemiplenè: ita prædicta declarant
Bal.in l.in bonæ fidei.ſub nu.8.ver.ſed dubitatur. C.de
reb.cred.Iaſ.in d.l.1.§.fin.ſub n.8. ff.de verb.obli.& in
l.admonendi.nu.180.circa mediū.ff. de iureiur.Fely.in
d.c.veniens.il 1.n.19. verſus finē.de teſt. Crot.tract.de
teſtib.par.6.ſub nu.8.verſ.limitatur. & Blanc.d. q.8. de
ord.proc.& decid.n.28.verſ.intellige prædicta.fol.188.

419 AMPLIA iſtam III. limitationem,vt habeat locum
ēt in dicto partis aduerſæ ; quā ampliationē ſic probo.

420 Partes poſſunt paciſci de ſtando non ſolū, vt dixi,di
cto alicuius , ſed etiā de ſtando teſtimonio aduerſarij,
vt teſtantur Spec.tit.de teſte. rub. de numero teſtiū. §.
reſtat.ſub nu.8.limit.24.Bar.in l.fin.n.3. ff.de prætor.ſti
pula.vbi, qđ valet ſtipulatio,in qua promiſi ſtare dicto
tuo de expēſis,& intereſſe,& in l.thopompus. in fin. ff.
de dot.præleg.Iaſ.in d.l.admonendi.ſub nu.180. ibi.ad
iſtud facit.ff.de iureiur.& in d.l.1.§.fin.ſub nu. 8. ff. de
verb.oblig.Alex.conſ.47.circa primū.nu.4.lib.1.vbi fir
mat,quòd valet conuētio inter creditorem, & debito-
rem de ſtando declarationi debitoris circa capitale,&
lucrum ſocietatis.& conſ.67.viſo themate nu. 4. lib.2.
vbi, quòd valet conuentio de ſtando dicto creditoris.
Affl.deciſ.91.ſub nu.9.& 11.dicens,quòd cōuentio in-
ter mandantem,& mandatarium de ſtando dicto man-
datarij circa intereſſe,& vſuras ſolutas per ipſum man
datarium,valet,& apertius nu.14.dicēs,qđ partes poſ-
ſunt facere,vt credatur parti, cui eſt factum mandatū,
& teſtibus in cauſa propria,& qđ hæc ſit magis cōis *
opinio,teſtatur Alex.conſ.54.circa id.ſub n.1.& d.cōſ.
67.nu.4.lib.2.& ex eo refert,& ſequitur Dec.in c.ve-
421 niēs.il 1.n.46.de teſtib. † & ratio iſtius cōis opinionis
ea eſt, quòd qñ tractatur abſolutè de præiudicio par-
tium plus pōt pactum,quàm ſtatutum, ſeu lex etiā pa-
palis ad tradita per Iaſ.in l.1.§.fin.ſub nu.9. ibi. probo
iſtam doctrinam.ff.de verb.oblig.vbi ad hoc probandū
adducit tria argumēta.Moncad.in addit.ad Crot.tract.
de teſtib.par.6.nu.28.ad finē.& M.Ant.Blanc. tract. de
compromiſ.q.8.de ord.proced.& decid.n.27.in fi.verſ.
nec obſtat.fol.188 & benè cōfirmatur ex his , quæ dixi
ſupra c.præced.nu.434.& 437.art.1.vbi ex Bal.& alijs
oſtendi, qđ iuramētum promiſſoriū eſt de iure diuino,
& ex Spec.& Natt.quos ibidem citaui,quòd pōt remit
ti à parte:dixi etiā ibidē nu.438.qđ de iure diuino non
pōt remitti peccatū,niſi reſtituatur ablatū,& quòd iſta
ablati reſtitutio poteſt remitti à parte:retuli quoque
ibidē n.439.citationē,quamuis ſit de iure diuino,poſſe
remitti à parte, & tñ Imperator , vel Papa non poſſet
hæc remittere:adde quòd licet iuramentū teſtis,ex quò
eſt de iure diuino , non poſſit remitti à Papa , teſtibus
Fely.Marſ.Ant.Colum.Menoch.& alijs,quos retuli,&
ſequutus ſum d.c.præced.nu.432. verſ.contrariam:ta-
men benè pōt remitti à parte, vt ex Bar.Alber. de Ma-
let.Tynd.Iaſ.& Maſcar.retuli,& ſequutus ſum ſupra d.
c.præced.n.447.in fine & nu.561.Et qđ ſtāte partiū cō-
uentione multa concedantur , quæ aliàs non concede-
rentur,oſtendit pluribus exemplis Affl.deciſ.91.nu.14.

422 Et

422 Et in tantum valet promiſſio de ſtando dicto aduer-
ſarij ſuper expenſis,& intereſſe , vt promiſſio amplius
reuocari non poſſit,teſtibus Alex.conſ.130. difficultas
huius.n.6.lib.1.& Affl.deciſ.91.ſub nu.11.qui teſtantur
✻ de communi * contra Bar.in l.fin.ſub nu.3.ibi. quid di-
cemus.de prætor.ſtipulat.quem ijdem aiunt in hoc cō-
✻ muniter * reprobari.† & quòd poſt approbationem fa
423 ctam de dicto,& perſona alicuius teſtis,pars,quæ aſſen
ſit,non poſſit probare contrarium eius, quod ille teſtis
depoſuit,latè , & generaliter firmat,reſpondēdo etiam
contrarijs,M.Ant.Blanc.tract.de compromiſ.q. 8. de
ord.proced.& decid.n.29.verſ.ſed quid ſi poſt.fol. 188.

Sed valet argumentum de pacto partium ad conſue
tudinem,quia conſuetudo habet conſenſum populi,vt
dixi ſupra num 411 Igitur &c.

424 COLLIGE ex iſta tertia limitatione,poſita ſupra
nu. 410. & ampliatione ad eam notabilem declaratio-
nem ad textum in cap.fin. de conſuetud. & ad notata
ibidem per Ant.de But. in 2.lect.& Abb.in ſummario,
& Roch.Curt.poſt præfationē ſub nu.12. fol.mihi 349.
inter tract.diuerſ.de ſtatut.dum tradunt,per conſuetu-
dinē non poſſe derogari iuri naturali,ſeu diuino,quod
etiam tradunt Rot.deciſ.10.alias 840. nu.4. de conſue-
tud.in antiq.& Put.deciſ.365.nu 2.lib. 1. quia eſt verū,
loquēdo de iure diuino,cuius tranſgreſſio inducit pec-
catum,vt ad literā aperit ille textus , & notauit Roch.
Curt.d. nu. 12. ſecus ſi tranſgreſſio non induceret pec-
catum,quia tunc conſuetudo poſſet illi derogare, ſicut
notauit etiam Roch.Curt.d. cap. fin ſub num. 32. fol.
350.& ita procedunt limitatio,& ampliatio , quas po-
ſui ſupra num.410.& 419.

425 DECLARA I. iſtam ampliationem, poſitam ſupra
num.419.& 420. vt non habeat locum , quando appa-
reret dolus, ſeu iniquitas partis declarantis ; quia tunc
non ſtaretur illius dicto Bar.in l.fin.nu.3.in fine.ff.de
prætor.ſtipulat. quem refert , & ſequitur Ant.de Butr.
in cap.finem litibus.num.28.in fine.de dol. & contum.
Alex.conſ.47.circa primum.ſub num. 4. verſus finem.
lib.1.conſ.67.viſo themate.num.4.lib.2.vbi teſtatur de
✻ vera,& magis comm.* opinione.† Et diceretur cōſta-
426 re de dolo ſecundum eundem Alex.d.conſ.47.ſub n.4.
quando adeſſet exceſſus in nimis magna quantitate.

427 DECLARA II.vt hæc declaratio faciēda à parte ſu
per damnis,& intereſſe poſſit reduci,& taxari per iudi
cem arbitrio boni viri,Bar.in l.fin.ſub n.3. ibi.ſed poſt-
quàm quis declarauit.ff.de prætor.ſtipulat. Affl. deciſ.
91.num.12. in fine.& ita vidi ſeruari in praxi.

428 DECLARA III. vt ſi in declaratione facienda per
partem,requiratur iuramentum eiuſdem partis,iudex
ipſe prius moderet,& taxet, & deinde faciat ſuper il-
la taxatione iurari per partem,debentem declarare,ad
tradita per Gl.in cap finem litibus.in verbo.expenſas.
in fine.de dol.& contum.& ibidem Ant. de Butr.n.28.
& Glo.in cap.fin.in verbo.taxatione. & ibidem Innoc.
nu.4.de his,quæ vi metusuè cauſa fiunt. & bene vide-
tur probari ex textu in 3.q.3.in fine,ibi. ſi igitur. & ex
alijs allegatis per Glo. vbi ſupra.

429 Sed nunquid iuramentum ſit neceſſariū qn̄ conuen-
tū eſſet, qđ ſtaretur verbo partis,vide Io.Andr.ad Spe.
tit.de prob.§.fin.verſ.quid ſi ibi.ad quē locū ſe remittit
in d.c finē litibus.in verbo.& ibi iurabit.ſub nu.22.de
dol.& contum.& ibidem Ant.de Butr.n.28. qui tenēt,
qđ adhuc ſit neceſſariū, poſſet ſolū remanere difficul-
tas quando eſſet conuentum de ſtando ſimplici verbo.

430 DECLARA IIII. vt licet de conſuetudine, aut ſta
tuto, ſeu ex conuentione partium ſit ſtādum dicto ad-
uerſarij;tn̄ non per hoc prohibetur altera pars, qn poſ
ſit probare contrariū,Iacob.But.in l.1,C. de re iud quē
refert,& ſequitur Paul.de Caſtr.in d.l. fi. num. 5. ff. de
prætor.ſtipulat.dicens,qđ de natura probationis eſt,vt
vna probatio recipiat aliam meliorem in contrarium.
Abb.in c.propoſuiſti.nu.1.de probat.quos refert,& ſe-
quitur Affl.deciſ.91.nu.12.ſtude tamen pro concordia,
ne aduerſentur ea,quæ ſcripſi ſupra nu. 423.

431 AMPLIA II. tertiam limitationem, vt habeat lo-
cum etiam ſi conſuetudo eſſet introducta ſine ſcien-
tia Principis;quia adhuc eſſet valida,Alex conſ.6. viſo
themate ſub nu.4.ibi.ad idem.lib.1.qui alios allegat.&
✻ hanc eſſe comm.* opin.teſtātur Abb.in c.fin. ſub n.13.
de conſuetud.& ibidē Roch.Curt.ſect.4.requiſ. 3. ſub
nu.24.qui allegat Barb.in eod.c.& Corn.conſ. 155. ex
quo ſtatutū.ſub num.3. lib.4. teſtantes ſimiliter de cōi.

432 RESTRINGE eandem tertiam limitationem , po-
ſitam ſupra nu. 410. vt non habeat locum in cauſis ar-
duis,in quibus ageretur de vita hominis,vel alia pæna
corporis afflictiua,ſeu de re graui,quia conſuetudo de
ſtando dicto vnius teſtis non valeret ad tradita per
Matheſ.ſing.51.nota quod conſuetudo.quem refert,&
ſequitur Tiraq.tract.de iudic.in reb.exig.verſ.his adſti
pulatur.fol.mihi.86. tom.5. & ratio huius reſtrictionis
eſt triplex.

433 Prima ratio eſt,quia per iſtam conſuetudinem quis
efficeretur dominus membrorum ſuorum cōtra textū
in l.liber homo.la 1.ff. ad l. aquil. & contra communē
doctrinam,quam ex Fely. Guid. Pap. & alijs retuli , &
ſequutus ſum lib.præced.cap.51. ſub nu. 14.

Probo:Valet argumentum à pacto partium ad con-
ſuetudinem,vt oſtendi ſupra nu.411.& ſeqq.ad eum.&
retuli ex Affl.& Myſing.ſignanter. nu.415.

Sed pars in cauſa criminali non poſſet facere eiuſ-
modi pactum, vel ſimile , per quod efficeretur domina
membrorum ſuorum; Igitur nec conſuetudo.

434 Secunda ratio eſt ; quia eiuſmodi conſuetudo eſt ir-
rationabilis,teſtibus Fed.de Sen.conſ.17.nunquid con
ſtitutio.ſub nu.10.ibi.ſed non poteſt eſſe rationabilis.
& Matheſ.dicto not. 51. nota quòd conſuetudo. & Ti-
raq.& quòd ſit irrationabilis probatur , primo quia eſt
contra legem diuinam,& humanam: nam lex diuina
requirit duos teſtes.cap. nouit ille.de iudic. & cap. li-
cet.il 1.de teſtib.& dixi ſupra num.383.& certum eſt,
quòd omnis lex,& præſertim diuina eſt fundata in ra-
tione. ſecundo quia ratio poſtulat , vt in criminalibus
requirantur probationes luce meridiana clariores , vt
dixi lib.præced.cap 63.ſub nu.1.verſ. verum circa . &
quòd vbi maius periculum,ibi cautius agi oporteat. c.
vbi maius.de elect.in 6.cum alijs à nobis adductis lib.
præced.cap.87.ſub nu.8. tertio quia, ſi cauſæ capitales
poſſent definiri vnius teſtimonio;ſequeretur,quòd cau
ſæ ciuiles poſſent determinari quaſi ſine probationi-
bus;quod eſſet abſurdum , quia deſtrueretur tota ſub-
ſtantia iudicij,& iuſtitiæ.Igitur cōſuetudo, recedendo
à lege diuina,& à ratione manifeſta,dicitur irrationa-
435 bilis:† & quando conſuetudo eſt irrationabilis non
tenet d.cap.fin.in fine.de conſuetud.& ibi Ant.de Butr.
in 2.lect.nu.8. dicens , quòd conſuetudo irrationabilis
perdit ſuam ſubſtantiam.Abb.in c.cęterum.ſub num.9.
436 verſ.hic ergo.de iuram.calum.† Nec obſtat,ſi diceres,
hanc ſecundam rationem non concludere eo,quòd re
linquitur arbitrio iudicis quando cōſuetudo eſt ratio-
nabilis,vel irrationabilis,ſicut ex Hoſt. & Ioan. Andr.
referunt,& ſequūtur Fed.de Sen.d.conſ.17.nunquid cō
ſtitutio.nu.10.Ant.de Butr.in d.c.fin. ſub nu.14. & ibi-
dem Abb.ſub nu.5. de conſuetud. quorum opinionem
✻ pro communi * refert,& ſequitur Roch.Curtij eod. c.
ſect.2.gloſ.1.nu.20.alios allegans:quia reſpondetur ar-
bitrarias queſtiones definiendas eſſe per regulas, & ra
tiones iuris iuxta ea,quæ dixi lib.præcedēti c.53.n.29.

437 Tertia ratio erit:quia quamdiu durat ratio , per quā
lex communis erit vtilis , conſuetudo ſubſequens non
vincit legem, ſed vincetur ab ea , vt ex Arch. refert &
ſequitur Fed. de Sen. d. conſ. 17. nunquid conſtitutio.
ſub num. 6.

Sed hic ſemper durat ratio legis, ne innocentia con
fundatur , teſte eodem Fed. de Sen. vbi ſupra præſer-
tim in iudicijs capitalibus , in quibus agitur de vita
hominis.

438 EXTENDE iſtam reſtrictionem , vt habeat locū in
2.limitatione de ſtatuto,poſita ſupra nu. 408. quia vi-
gent in eo iſtæmet rationes.

439 RESTRINGE II. illam tertiam limitationem, ſeu
[& melius] ſecundā ampliationem ad eam, quam po-
ſui ſupra num. 431. vt non habeat locum , quando
ageretur de re,ſpectante, ſeu reſeruata Principi ; quia
tunc conſuetudo de ſtando dicto vnius teſtis non te-
net in præiudicium Principis , niſi fuiſſet , ſciente
Principe , & tacente , inducta : in eiuſmodi enim
conſuetudine requiritur ſcientia Principis iuxta
ea , quæ tradit Spec. rub. de fœud. ibi. non ommit-

Ff 3 tam

tam ad intellectum dicens, quòd conſuetudo diuidendi fœuda Imperialia in Italia, & in certis partibus Alamaniæ defenditur, quia eſt introducta Imperatoribus ſcientibus, quæ ſcientia, inquit, neceſſaria eſt: & hoc dictum Speculatoris refert, & ſequitur Roch. Curt. in cap. fin. ſect. 4. requiſ. 3. ſub num. 36. de conſuetud. fol. mihi 360. inter tract. diuerſ. de ſtat. & ante eum Fely. in cap. cum ex officij. ſub num. 8. circa medium. de præſcript. tribuens illud Ioanni Andr. in dicta rub. de fœud. ad Spec. & pro iſta reſtrictione faciunt tradita per Io. Andr. in cap. fin. ſub num. 2. de cenſib. quem referunt, & ſequuntur Petr. de Rauen. tract. de conſuetud. ſect. 2. num. 6. fol. 382. & Fely. in dicto cap. cum ex officij num. 8. de præſcrip. dum ſcribit, quòd conſuetudo contra ius publicum vtilitate, & authoritate non valet, niſi interueniat ſcia Principis; licet in hoc contrarium ſentiat Abb. quem refert, & ſequitur Roch. Curt. d. cap. fin. ſect. 4. ſub num. 26.

440 EXEMPLIFICA I. iſtam reſtrictionem in cauſis criminalibus, quia ſicut ſtatutum de compromittendis cauſis inter conſanguineos non habet locum in cauſis criminalibus iuxta ea, quę ex Bar. Bal. Paul. de Caſt. & alijs, retuli & ſequutus ſum ſupra cap. 2. num. 66. limit. 2. & partium voluntas non valet, in eis, quantum valet in ciuilibus; ita etiam conſuetudo de ſtando dicto vnius teſtis in cauſa criminali requireret ſcientiam Principis.

441 EXEMPLIFICA II. in cauſis fœudalibus; quia, ſi agatur de probanda inueſtitura fœudi, requiruntur de iure duo teſtes Bal. ſuper vſib. fœud. §. ſi quis ſe. in principio. & nu. 1. tit. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oriatur. & Caccialup. tract. foeud. art. 6. num. 4. & Maſcar. qui alios allegat, tract. de probat. concluſ. 940. 442 n. 6. lib. 2. ✝ & quidem requirũtur teſtes, qui ſint pares Curiæ d. tit. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal. lis oriatur. §. ſi quis ſe. & ibi Gloſ. in verbo duos pares. fol. mihi 177. & Martin. de Silm. rub. de inueſtit. qualiter fiat, 443 & per quos teſtes. n. 225 fol. 8. ✝ Sed quando requirantur pares Curiæ, & quando ſufficiant extranei, vide Bal. ſuper vſib. foeud. tit. qui teſtes ſint neceſſarij ad probandam nouam inueſtituram. num. 1. fol. 62. & Maſcar. d. tract. de probat. lib. 2. concluſ. 942. num. 1. & ſeqq. & conſuetudo in contrariũ de ſtando dicto vnius teſtis non haberet locum iſto caſu, niſi fuiſſet inducta ſciente, & patiente Principe iuxta ea, quæ ex Spec. & alijs retuli ſupra num. 439.

444 Confirmantur iſta exempla quia, quòd ſit ſtandum dicto vnius teſtis, eſt ius, & conſequenter eſt res in-
445 corporalis; ✝ & in re incorporali non datur poſſeſſio,
446 ſed ſolum quaſi poſſeſſio; ✝ & quaſi poſſeſſio non cauſatur, niſi interueniat ſcientia & patientia aduerſarij; & conſequenter, ceſſante quaſi poſſeſſione, non poteſt habere locum præſcriptio ad tradita per Bar. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. in fine principij. & num. 1. & 2. ff. de public. & vectig. vbi ait, quòd Ciuitates, & Caſtra Tuſciæ, quæ exegerũt vectigal longiſſimo tempore, nõ præſcripſerunt, quia non peruenit ad notitiam Imperatoris, nec Præſidis ſui, quia tempore Federici Impe-
447 ratoris citra non fuit aliquis Præſes in Italia, ✝ Et qđ in iuribus, & ſeruitutibus non currat præſcriptio, niſi concurrat ſcientia & patientia aduerſarij, exquò ſine ſcientia, & patientia aduerſarij non cauſatur quaſi poſſeſſio, teſtatur Balb. tract. de præſcrip. in 2. par. 3. par. princip. in 2. princip. requiſ. q. 6. num. 22. fol. 64. & 4. par. 4. par. princip. q. 28. num. 4. fol. 82. & clarius ac fuſius in 2. par. 4. par. princip. q. 1. num. 12. fol. 72. vbi vi-
448 deas. ✝ & facit, quod ſcribit Iaſ. in l. 1. ſub nu. 18. ff. de iuriſd. omn. iud. dicens, iuriſdictionem non poſſe præſcribi, niſi concurrat ſcientia Principis.

449 Contra iſtam 2. reſtrictionem, poſitam ſupra num. 439. videtur tenere Glo. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. in verbo memoriam. ff. de aqu. quotid. & æſtiu. vbi, ſoluendo obiectionem, ait, non requiri ſcientiam eius, contra quem præſcribitur, quando præſcriptio exce-
450 dit memoriam hominum: ✝ Et, quòd in præſcriptione regalium non requiratur ſcientia Imperatoris, quando præſcriptio non habet memoriã in contrariũ, tenet Bal. in vſib. foeud. tit. quæ ſint regalia. num. 3. motus his rationibus, prima, quia nõ dicitur præſcriptio, ſed potius conſuetudo, quæ æquiparatur priuilegio conceſſo à Principe ex certa ſcientia. cap. ſuper quibus. §. præ-
451 terea. de verb. ſignif. ✝ ſecunda, quia non poteſt allegari ignorantia in Principe, cum veriſimiliter ſciat per ſe, vel alium, vel etiam in genere; & hanc opinionem ſequuntur Ant. de Butr. in cap. peruenit. de cenſib. ſub num. 15. vbi multa refert, verſus finem. ibi. ſed melius credo. & apertius ſub num. 16. verſus finem. ibi. ſed ſi non conſtat. dicens, quòd licet nõ conſtet de patiẽtia, nihilominus propter continuationem tanti temporis, cuius initij nõ extet memoria in contrariũ, iuſtè præſumitur vſus. Mart. Laud. tract. de princ. q. 171. conſuetudo populi. in fine. Iacob. de S. Georg. tract. de fœud. in verbo, cum mero & mixto imperio. ſub nu. 19. ibi. ſed an ad acquirendum. & ſub nu. 20. fol. 192. Alex. conſ. 6. viſo themate. num. 4. lib. 1. vbi alios allegat. Iaſ. in l. imperium. ſub n. 21. circa medium. ff. de iuriſd. omn. iud. Fely. in cap. cum nobis. ſub num. 2. verſ. ſed aduerte. de præſcript. Dec. conſ. 85. ſub num. 2. verſ. & in tali præſcript. lib. 1. referens ex Ang. in dicto §. ductus aquæ. per illam glo. quòd, ſi Ciuitas, ignorante Papa, vel Cæſare, exercuerit merum imperium per tempus, cuius initij memoria non extat, præſcribit illud ius. Balb. tract. de præſcrip. 2. par. 3. par. princip. in 2. princip. requiſ. q. 6. num. 22. fol. 64. & in 2. par. 4. par. princip. q. 1. num. 13. & 14. fol. 72. & 73. & quòd hæc ſi veritas, teſtantur Ant. de Butr. ſub d. nu. 16. ibi. & hæc eſt veritas & Iaſ. d. num. 21. circa medium. ibi. veritas eſt. & quòd hæc opinio ſit verior, & magis communis,* teſtatur Alex. d. conſ. 6. num. 4. lib. 1. quam referunt, & ſequuntur Dec. d. conſ. 85. ſub num. 2. & Gabr. qui multos cumulat in concluſ. lib. 5. de præſcript. concluſ. 1. effec. 4. nu. 61. & quòd ita ſit tenendum contra Panor. in d. cap. cum nobis. & Alex. ſibimet contrarium conſ. 16. col. 3. & 4. lib. 5. teſtatur Balb. d. num. 22. in fine. fol. 64. & quòd ſit communis* teſtatur d. num. 14. fol. 73. & quòd opinio contraria Bartoli in l. ſi publicanus. §. in omnibus. num. 1. & 2. ff. de public. & vectig. ſit communiter damnata, refert, & ſequitur Iaſ. vbi ſupra. & ab iſta communi non erit recedendum.

Retenta iſta contraria opinione communi contra reſtrictionem,

Non obſtant adducta pro reſtrictione ſupra num. 439. quia illa procedunt in præſcriptione rerum incorporalium, & quæ non excedit hominum memoriam; vt ex Glo. Fely. & Balb. deduxi infra num. 453.

452 PRO CONCORDIA tamen, & abſoluta intelligẽtia conſidero duos caſus principales.

Primus caſus eſt in præſcriptione.

Secundus eſt in conſuetudine, ſeu vſu.

CAPIO primũ in præſcriptione: & rurſus conſidero eã dupliciter: Primò in rebus corporalibus: & in his dico, eam currere ipſo iure etiam contra ignorantẽ, licet ei detur reſtitutio in integrum iuxta ea, quæ refert, & ſequitur Balb. tract. de præſcript. 4. par. 4. par. principalis. q. 28. & q. 29. n. 1. & ſeqq. fol. 82. & ſic in iſto caſu
453 ceſſant penitus adducta in reſtrictione. ✝ Secũdò eam conſidero in iuribus, rebuſque incorporalibus: & iſto caſu diſtinguo: Si loquimur de præſcriptione communi, qualis eſt præſcriptio 10. vel 20. annorum: dico, requiri ſcientiam, & patientiam eius, contra quem præſcribitur Gloſ. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. in verbo memoriam. ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Fely. in cap. cum nobis. ſub num. 2. verſ. ſed aduerte. de præſcript. Balb. tract. de præſcript. 2. par. 3. par. princip. in 2. princip. requiſ. q. 6. num. 22. fol. 64. & 4. par. 4. par. princip. q. 28. num. 4. fol. 82. & apertius in 2. par. 4. par. princip. q. 1. num. 12. fol. 72. vbi notat hanc differentiam inter præſcriptionem rerum corporalium & præſcriptionem rerum incorporalium: & ita procedunt adducta ex aduerſo in confirmatione ſupra num. 444. & 446. ex Bar. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de public. & vectig.
454 ✝ Si loquimur de præſcriptione immemorabili, hoc eſt cuius initij memoria non extet: ſcientia non eſt neceſſaria iuxta doctrinam, quam tradunt Fely. d. cap. cum nobis. ſub num. 2. verſ. ſed aduerte. de præſcript. & Balb. tract. de præſcri. 2. par. 3. par. princip. in 2. princip. requæſ. q. 6. num. 22. fol. 64. & in 2. par. 4. par. princip.
455 q. 1. num. 13. & 14. fol. 72. ✝ & hæc doctrina procedit

multò

multò magis in præscriptione rerum corporalium, & sic est vera generaliter, prout ita generaliter loquendo tradunt Bal. dicto tit. quæ sint regalia nu. 3. Ant. de Butr. d. cap. peruenit. sub nu. 16. de censib. dicens, scientiam requiri, quando quis fundaret acquisitionem ex præscriptione, secus si fũdat ex vsu. Martin. Laud. trac. de princip. q. 171. consuetudo populi. Alex. cons. 6. viso the mate num 4. lib. 1. Ias. in l. imperium. sub num. 21. ibi. veritas est. ff. de iurisd. omn. iud. & Gabr. in conclus. lib. 5. de præscript. conclus. 1. num. 61.

Et licet ex his Bal. Martin. Laud. Alex. & Ias. loquantur de præscriptione regalium, & iurium incorporalium; tamen certum est, quòd ista doctrina à fortiori procedit in prescriptione rerum corporalium, quia, vt dixi supra nu. 452. ea indistinctè currit contra igno-
456 rantes, siue sit immemorabilis, siue non: † differentia remanet in hoc, qđ in ea, quæ non est immemorabilis, datur restitutio in integrũ, vt ibidem dixi, secus in ea, quæ est immemorabilis, præsertim, quia in ista præsumitur scientia, & iustus titulus, & habet vim iuris constituti, & priuilegij, vt Bal. Ant. de Butr. & Gabr. in locis allegatis supra nu. præcedenti & præsertim Gabr.
457 abunde tradiderunt: † sed in ea, quę est de rebus incorporalibus, non habet vnquam locum restitutio: quia vel est immemorabilis, & currit etiam contra ignorantes indistinctè sine spe restitutionis: vel non est immemorabilis, sed est communis, & non currit ipso iure: & sic habes in compendio totam theoricam, quam supra tradidimus: & hæc de 1. casu.

458 CAPIO secundum in consuetudine [& hic est casus, de quo agimus] Et concludo indistinctè, scientiam non esse necessariam, testibus Ant. de Butr. Martin. Laud. & Bal. in locis allegatis, qui loquuntur de consuetudine, & vsu, & etiam Gabr. d. conclus. 1. num. 61. de præscript. nõ intuẽdo titulũ, de quo agit, & clarius Iacob. de Santo Georg. tract. de feud. in verbo. cum mero & mixto imperio. sub num. 20. fol. 192. vbi ex his, quæ tradit Ant. de Butr. supra allegato, concludit istam præscriptionem pedagiorum, & similium regalium iurium, cuius initij non extat memoria, dici propriè consuetudinem, & non præscriptionem; & propterea ad eam inducendam non requiri superioris patientiam.

459 LIMITA nunc illam communem opinionem, quam firmaui supra num. 372. & 376. circa vsuram, quòd non probetur testibus singularibus; vt non procedat, quando singularitas non est obstatiua, & concurrũt aliquot aliæ coniecturæ, scilicet multitudo testificantium, aliaue præsumptio; quia tunc diceretur sufficiens probatio, vt scribunt Crauet. cons. 73. nu. 36. lib. 1. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 3. num. 4. versus finem. fol. 242. Lup. tract. de vsur. comm. 4. super cap. quamquam. in præfatione. sub nu. 27. vers. quod intelligitur. fol. 147. & Petr. de fideicom. q. 12. num. 526. in 7. effectu & nu. 707. in quinta declaratione. & facit Paul. de Castr. cons. 250. viso puncto suprascripto. sub num. 3. ibi. & licet videatur. lib. 2.

460 Confirmatur ista limitatio, quia iudicis arbitrio cõmittitur, an sit præstanda fides testibus singularibus, vt ex Socin. cons. 262. num. 12. lib. 2. & cons. 11. num. 6. vol. 3. refert, & sequitur Petr. de fideicom. d. q. 12. num. 534. effectu 12. quod ego latius ex Socc. & alijs retuli & sequutus sum infra num. 530.

461 INFERO ex ista limitatione pro Regnicolis, iuridicium esse cap. nouiter nostræ. prout annotauit etiam Io. Ant. de Nigr. in eo num. 2. & 4. dum disponit, quòd testes singulares, concurrente fama pulica, sufficienter probent aliquem esse vsurarium: intellige tu de testibus singularibus singularitate non obstatiua.

Reliquum modo est, vt respondeamus argumentis adductis supra num. 362. & seqq. ad eum pro illa opinione: quòd testes singulares sufficienter probent in causa vsurarum, quam reprobaui supra num. 372.

Ad primum, positum supra nu. 362. vers. & videtur. resp. quòd opinio communis, quam retuli supra num. 372. est contra Nell.

462 Ad primam confirmationem, positam supra num. 363. priusquam respondeam, prætermitto, materiam singularitatis testium esse sparsim à Doct. tractatam, & sic credimus Petr. de fideicom. q. 12. nu. 473. vers. quantum igitur. est malè intellecta; imò, vt testatur Crauet. trac. de antiq. temp. post. 4. par. rub. testium triplex singularitas. in principio. fol. 164. hæc materia versatur in summo, & vasto pelago adeo, vt Doctores non solum contendant inter se, sed ne quidem sibiipsis consentiant; & Aduocati quid certi consulere nesciant, & iudices iudicandi rationem non facilè habeant.

463 Nũc respondeo tripliciter. 1. resp. quod testes, quorũ vnus deponit de numeratione pecuniæ, & alius de cõfessione, vt in casu, de quo loquuntur Bal. Alex. Ias. Fely. & alij ibidem citati, non sunt verè singulares; quia licet testentur de diuersis actibus, tamen tendunt adminiculatiuè, & subordinato quodam modo ad probandum aliquod vnum certum in specie, videlicet mutuum, sicuti testatur Bal. ex aduerso allegatus; & hæc dicitur singularitas adminiculatiua; quæ potest coniungi, vt dixi etiam infra num. 529. versus finem: non sic est, quando vnus testis deponit de vno contractu vsurario, & alius de alio: nam vel præsupponimus, procedi contra certam personam, quòd sit vsurarius in genere sine expressione alicuius certæ vsuræ: & dico, quòd testes, ut supra deponentes, non tendunt ad probandam vnam, eandemquè, & certam vsuram in indiuiduo, sed diuersas vsuras; & sic multiplicationem actuum, & ideo remanent verè singulares singularitate diuersificatiua; quæ non coniungitur ad faciendam plenam probationem per ea; quæ dixi infra d. nu. 529. & num. 547. & 552. vel præsupponimus procedi contra aliquem, quòd cõmiserit in specie certam vsuram in indiuiduo: & tunc, si neuter testis deponat super illa certa vsura, remanent non solum singulares, sed videntur deponere extra causam; quòd si vnus eorum deponat super illa certa vsura, & alius super alia; adhuc remanent singulares, quia non tendit vterquè ad probandam vsuram deductam specialiter in inquisitione, seu accusatione, aut aliquid de connexis ad illam.

464 Secundo respondeo, quòd non desunt, qui dixerint, testes in relato exemplo esse penitus singulares, sicut refert, & sequitur Hier. de Mon. tract. de fin. regun. cap. 53. num. 9. præsertim in fine.

465 Tertio respondeo, quòd quamuis probarent semiplenè, nihilominus ex eorum depositione non posset sequi condemnatio; quia adhuc requireretur etiam iuramentum in supplemẽtum plenæ probationis, vt tradunt Bal. & alij ex aduerso allegati supra num. 363.

466 Sed istud iuramẽtum non habet locum in causa vsurarum, quia vsura est delictum, & infamiam inducit, vt tradunt Bal. in l. bonæ fidei. sub num. 1. vers. item quia istud iuramentum C. de reb. cred. Socc. reg. 204. fall. 15. & Ias. in l. admonendi. num. 229. ff. de iureiur. & & quòd ita seruetur de consuetudine, testatur Bal. in loco proximè citato. & hæc est conclusio, quæ sine difficultate procedit quando ageretur criminaliter ex statuto, vt loquitur Socc. loco citato; licet contrarium dicat, quando non ageretur criminaliter; quod tamen adhuc pro nunc non firmo.

Demum, quia omnia adducta ex aduerso tendunt ad ostendendum, quòd testes singulares semiplenè probant: & hoc an, & quibus casibus sit verum longam re-
467 quireret disputationem; † cum in primis esset reuoluenda totâ materia singularitatis, quæ secundum magis communem * diuisionem, teste Petr. tract. de fideicom. q. 12. num. 488. vers. alij verò. est triplex. 1. obstatiua, seu aduersatiua 2. adminiculatiua, seu cumulatiua 3. diuersificatiua, vt docent Bal. in cap. licet causam. num. 11. de probat. & latè & ordinatè Crauet. tract. de antiq. temp. post. 4. par. rub. testium triplex singularitas. num. 1. & seqq. fol. 164. & Petr. d. q. 12. sub num. 488. & latius num. 585. & seqq. & nu. 615. & habes infra dub. 12. num. 538. & seq. ad eum & ego volo presupponere, quòd semiplenè probent; ideo tota difficultas consistit in respondendo primo ad illã opinionem Doctorum, qui tenent, sufficere semiplenam probationem ad probandum notorium facti interpolati, vt retuli supra nu. 139. quod Doctores exemplificant in vsurario, vt dixi lib. præcedenti cap. 76. num. 7. in fine & latius supra num. 140. secundo consistit in respon-

reſpondendo ad illam communem opinionem; quòd vſura poſſit probari per argumenta, & coniecturas; vt retuli, & ſequutus ſum ſupra dub.8.num.305.

Quoad primam opinionem reſpondeo, quòd dum Doctores tradunt, ad probandum notorium facti interpolati ſufficere ſemiplenam probationem, & loquuntur de vſurario manifeſto, ſunt intelligendi, vt loquãtur de probatione vſurarij in genere, cõtra quẽ tenuerũt ſufficere teſtes ſingulares, vt retuli infra n.469.

Quoad ſecundam opinionem reſpondeo, quòd non valet iſta conſequentia: à iure admittuntur probationes non plenæ, ſed imperfectæ, quales ſunt coniecturales, præſumptiuæ, & per argumenta: ergo debet admitti probatio ſemiplena per vnũ teſtẽ, ſeu per plures

468 teſtes ſingulares; † Et ratio cur non valeat, eſt, quia vbi à iure non eſt generaliter conſtitutum, quòd probatio ſemiplena ſufficiat, ſed ſunt determinatæ certæ coniecturæ ad aliquid probandum, prout ſunt determinatæ in cauſa vſuraria, illæ habentur pro manifeſtiſſimis probationibus, ſicut ex l. licet imperator. ff. de leg. 1. & l. ſi tutor. C. de peric. tut. dixi ſupra num. 336. vbi allegaui Bal. Paul. de Caſtr. Fely. Dec. & alios & illæ ſolæ, & illis æquiualentes, & non aliæ admittuntur iuxta ea, quæ de inditijs ad probandum dolum, vel fraudem retuli, & ſequutus ſum ex Paul. de Caſtr. & alijs, quos citaui ſupra num. 327. & in his imperfectis, & non plenis probationibus, quæ à iure tamen ſunt approbatæ, procedit doctrina Ioannis Andr. Ant. de Butr. Abb. Dec. & aliorum, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra dub.8. ſub nu.305. dum dicunt, in cauſa vſuræ admitti probationes non plenas. Sed in iure nõ reperitur cautum, quòd probatio ſemiplena per vnicum teſtem, aut plures ſingulares debeant admitti ad probandũ vſuram; nec Doctoribus viſa eſt huiuſmodi probatio æquiualens coniecturis, & præſumptionibus, determinatis à iure, vt patet ex his, quæ dixi ſupra num. 372. Igitur probatio ſemiplena non eſt ſufficiens. & hæc de primo capite, poſito ſupra ſub num. 362.

469 SVMO dubium in ſcdo capite iuxta diſtinctionem, quam præmiſi ſupra num. 362. an teſtes ſingulares probent, aliquem eſſe vſurarium in genere.

Pro parte affirmatiua adducuntur Glo. vlt. in l. ob carmen. ff. de teſtib. quæ loquitur in poſſeſſione, & ſine determinatione alicuius certi temporis; & eam refert, & ſequitur, aliosquẽ adducit Caputaq. deciſ. 269. ſeu 6. num. 1. & 2. par. 3. Iacob. Butr. in l. arriani. C. de hæret. Albertin. de agnoſcen. aſſert. cath. q. 34. num. 9. & 10. qui loquuntur in hæretico. Bal. in l. 1. q. 8. ſub num. 14. ibi. ſolutio licet. C. de teſtam. ordin. qui loquitur in terminis, videlicet de vſurario. Anch. conſ. 277. ex prædicta. ſub num. 6. qui loquitur de tractatu, de rebellione, & commotione. Abb. conſ. 81. videtur quòd. nu. 1. in fine. & num. 2. lib. 2. qui etiam loquitur in vſurario, concludens, ex teſtibus ſingularibus probari aliquod totum, quãdo deponunt ſingulariter de partibus illius totius. Bal. conſ. 207. quia dicta domina paganoſſa. num. 2. lib. 4. Alex. conſ. 13. attentis his. num. 24. lib. 7. qui loquuntur de inhoneſtate mulieris. & in eodem propoſito Alb. conſ. 25. Fely. in cap. licet cauſam. ſub num. 6. not. 7. de probat. qui loquitur de iuriſdictione. Gabr. in concluſ. lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 2. num 29. & 30. qui ſimiliter loquitur de vſurario in genere. Alex. conſ. 141. ponderatis. num. 2. lib. 1. conſ. 86. viſis dubitationibus. num. 11. lib. 2. conſ. 92. viſo. nu. 20. lib. 5. & conſ. 147. viſo themate. num. 20. lib. 7. qui loquitur de hæretico, de infame, & de furioſo. & in furioſo loquitur etiam Dec. conſ. 448. num. 8. lib. 2. qui tamen poſtea eod. conſ. ſub num. 34. allegat eundem Alex. in alijs conſilijs pro contraria opinione. Couarr. var. reſolu. lib. 3. c. 3. nu. 5. qui loquitur de vſurario, de iuriſdictione, de poſſeſſione, & de infamia. Crauet. tract. de antiquit. temp. poſt. 4. par. rub. teſtium triplex ſingularitas. num. 11. fol. 165. qui loquitur de hæreſi, iuriſdictione, vſuris, poſſeſſione, fama, & ſimilibus. Lup. tract. de vſur. comm. 4. ſuper cap quanquàm in præfatione. ſub num. 27. verſ. benè verum eſt. fol. 147. qui loquitur de vſurario. & Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 66. n. 11. in fine. qui loquitur in iuriſdictione & ſeruitute venãdi, & in materia decimarum. adde Bal. in l. de quibus. ſub num. 39. verſus finem. verſ. dictum eſt. ff. de legib. dum concludit, genus probari per ſingula generis, quia genus repræſentatur in qualibet ſpecie, & teſtes, inquit, non dicuntur ſingulares in probando genere, ſicquè in dicto, ſed in cauſa ſcientiæ, & ex Bal. refert, & ſequitur Crauet. vbi ſupra. poſſem hic in diuerſis caſibus allegare infinitos Doctores ad oſtendendum, quòd teſtes ſingulares probant in genere, ſed omitto, quia huic labori ſatisfecerunt Gabr. in concluſ. d. concluſ. 2. num. 19. & ſeqq. vſquè ad num. 56. in quibus loquitur de eo, qui ſe geſſit pro hærede, de iuriſdictione, de cõſuetudine, de vſurario, de poſſeſſione, de fama, de hæretico, de furore, de ſocietate, de habitatione, de malafide, de vita hominis, de cenſu, de ſeruitute, de ætate, de adulterio, de diſcordia, de cõfeſſione, de præſumpta volũtate, & de minis. & poſt eũ Petr. de fideicom. q. 12. ſub n. 589. & ſeqq. vſq; ad n. 615. qui lo-

470 quitur de prædictis, & de alijs. † & hãc eſſe magis cõmunem * opinionem; quòd teſtes ſingulares in actibus particularibus iungantur ad probandum quodlibet genus, à quò illi particulares actus deſcendunt, teſtantur Gabr. d. concluſ. 2. ſub num. 21. verſ. tenendo. Crauet. conſ. 73. ſub num. 34. lib. 1. & tract. de antiqu. temp. poſt 4. par. rub. teſtium triplex ſingularitas. ſub num. 11. fol. 165. & Petr. d. q. 12. ſub num. 539. colligens pro iſta parte 42. auctoritates, & ex his ſex, vel ſeptẽ, quæ teſtantur de communi. & num. 683. verſ. ſi tamen. dicens, hanc affirmatiuam opinionem eſſe maiori numero auctoritatum fulcitam, demptis his, qui ſibi parum conſtiterunt. & in ſpecie noſtræ quæſtionis, quòd probent aliquẽ eſſe vſurarium in genere, teſtatur eſſe comm. opin. * Lamberteng. ſuper ſtatuto de contract. mulier. col. 341. num. 15. & 18. quem ſimiliter refert, & ſequitur Petr. d. q. 12. num. 541. & in his verificatur illa communis concluſio, quòd notorium facti interpolati probatur per ſemiplenam probationem: quã opin. retuli ſupra num. 139. quia poteſt probari per teſtes ſingulares, & teſtes ſingulares regulariter non probant, niſi ſemiplenè iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 367. verſ. ſecundo.

471 Pro parte negatiua adducuntur Hoſt. in ſumm. S. quæ diuerſitas. verſ. quid ſi agatur. qui loquitur de decima, in qua vnus teſtis ait, ſe vidiſſe ſolui fabã, & alius ciceram. Innoc. in c. licet ex quadam. de teſtib. qui loquitur de probatione gradus per teſtes de auditu, dicens, tutius eſſe, quòd quilibet teſtis deponat audiuiſſe ab eiſdem duobus, & eodẽ tempore. & ibidem Ant. de Butr. num. 8. allegans Innocentium & Hoſt. Spec. tit. de teſte. rub. de interogatorijs. num. 13. in fine. vbi poſt relata nonnulla exempla de diſcordantia teſtium circa tẽpus, vel rem, refert vltimo loco opinionẽ, quòd tales teſtes non probant, & loquutus eſt de iuriſdictione, & de decima. Bal. in cap. licet cauſam. col. 7. de probat. Alex. conſ. 72. inſpecto diligenter. num. 4. lib. 1. Iaſ. in l. admonendi. ſub num. 212. ff. de iureiur. in 2. lect. Dec. d. cap. licet cauſam. ſub num. 69. de probat. & alios congeſſit Petr. de fideicom. q. 12. ſub num. 549. verſ. contrariam. cum alijs ſeqq. quos omitto. & quòd hæc ſit communis * opinio, teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 53. verſ. dixit etiam. ibi. alij verò. & quòd ſit magis communis, * & vera, teſtatur Ioan. de Amic. conſ. 127. ſub num. 1. &, quòd ſit tutior, teſtatur Iaſ. vbi ſupra, & quòd ſit verior, loquendo de probatione hæreſis, teſtatur Conrad. Brun. tract. de hæret. lib. 4. cap. 9. num. 18. & ſeqq. fol. 313. & loquendo de probatione iuriſdictionis, teſtatur ſimiliter de veriori Simanc. de cath. inſtitut. tit. 64. num. 67. fol. 202. & quòd opinio contraria, loquendo poſtea in materia hæreſis, ſit omnino periculoſa, & omnino falſa, & ab inquiſitoribus confutata, teſtatur ibidem num. 69. imò num. 72. ait ineptiſſimum eſſe, ſi dicatur poſſe pluribus teſtibus ſingularibus probari aliquem eſſe hæreticum in genere, & vtendo verbis Auguſtini, inquit, ſi quiſpiam ſeriò id contendat, nemo doctus riſum tenebit, nemo non ſuccenſebit indoctus; & ſub num. 73. irridens poſtremo iſtam opinionem, ait, ſe cuidam clamanti fuiſſe probatum in genere teſtibus ſingularibus, reũ quendam eſſe cinædum; reſpondiſſe: ſi nefandum crimen probatum eſt in genere, pæna ſimiliter irrogetur in genere

nere, & ſaluum ſit indiuiduum, & cinædus in genere,
ſi libet,comburatur;cuius opinio comprobatur ex tra-
ditis per Paris.conſ.163.n.9.& 11.lib.4. hanc eadē inue
ctiuam aduerſus priorem opinionem facit Pegn. in-
direct.Emer.par.3.comm.121.verſ.cęterum omiſſa.di-
cens,vix poſſe intelligi quid ſit,hominem aliquem eſſe
hæreticum in genere,& eo ipſo, quòd dicitur hæreti-
cus in genere, neceſſariò aſſeuerari nihil certi eſſe
probatum,cum genus ſit quid confuſum, incertum, &
commune;itaquè,inquit, conuincere aliquem eſſe hæ
reticum in genere, aut nihil eſt, aut ridicula planè
eſt loquendi ratio. &, quòd hęc opinio negatiua ſit
verior indefinitè in quouis caſu, teſtatur Dec. in d.
cap.licet cauſam.ſub num.69.de probat.loquens de
iuriſdictione,& de alijs.

Quid dicendum inter tot ambages, & diſſentio-
nes?

Reſp.Doctores,vt retuli ſupra dub.9.ſub num. 362.
ſecarūt iſtam diſputationem in duas partes; & ſectio-
nem ſumpſerunt ex allegata Gloſ.vlt. in l. ob carmen.
ff.de teſtib.quam Glo.Bar.ibi in fine.appellat mirabilē
& notabilem, & Bartolum in hoc retulit Balb. in l.
celſus.in 6.& vlt.par.princ. ſub num. 18.fol.mihi 121.
col.1.ff.de vſucap. & eam Doctores cōmuniter * alle-
gant, & ſequuntur, vt teſtantur Alex.conſ.72.inſpecto
diligenter.num 3.lib.1.& Petr.de fideicom.q.12. num.
539.dicens, eam eſſe & celebrem,& communiter ap-
probatam tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus,&
ſub num.589.addens eam eſſe magiſtralem: Inquit il-
la Gloſ. *ſi dicam,quòd poſſederim, et inducam plures te-
ſtes, vnus dicat, ego vidi eum poſſidere per annum, alij
per alium, & ſic de cęteris, eorum teſtimonium tenet,
quia hoc ſolum quæritur, an poſſederim, quod omnes te-
ſtes dicunt*:& hoc eſt primū dictum illius Gl.& poſtea
ſubdit in fine: *nec enim quæſtio eſt,an illa, vel illa die
poſſederim.* Ex iſto primo dicto Gloſſæ Doctores arbi-
trati ſunt, qđ teſtes ſingulares probēt in genere,vt re-
fert Ioan.de Amic.d.conſ.127.ſub num.1.dicens,iſtam
eſſe theoricam illius Gloſ.& licet Siman.& Pegn.in
locis ſupra citatis acriter mordeāt hunc loquendi mo
dum, quo Doctores vſi ſunt; tamen ego tranſeo cum
iſto modo loquendi,tùm quia diſputare de modo lo-
quendi,& de vocabulis,quandò habemus intētionem
loquētium, eſt res futilis [cum loquendi vſus ſit diuer
ſus, vt ex Horat. in poetica retuli lib.præcedenti cap.
472 64.num.6.paulò ante finem; ✝ & pręſertim apud Iu-
reconſultos, quibus deficiunt vocabula, & ſuperſunt
negotia.l.4.ff.de pręſcri.verb.vt dixi etiā infra n.1383.
473 maximè temporibus iſtis, & magis in futurum; ✝ ex-
quò natura quotidie properat nouas edere formas l.2.
verſ.ſed quid diuinæ C.de vet.iur.enucl.Auth.de inſtr.
cau.& fid.in fine principij.coll.6. ibi. *nec inuenimus de
reliquo dicere quanta natura generans innouat, et legis
latoribus nobis præbet cauſas.* Gomes.in regul.cancel.
reg.de trien.poſſ.q.5.ſub nu.1. & Cumia in ritib.Sicil.
474 cap.5.num.3.in fine] tùm etiam,✝ quia poſſeſſio,iuriſ-
dictio,& ſimilia,quæ illi Doctores ſumpſerunt tanquā
genus, habent magnam ſimilitudinem, & analogiam
cū genere:ſicut enim genus eſt inuiſibile, & ens quo-
dam rationis, quod cōſtituitur ex pluribus ſpeciebus,
& eſt quid commune, & vniuerſale;ſic quoquè poſſeſ-
ſio,& iuriſdictio, & nonnulla ſimilia non cernuntur,
niſi in actibus particularibus,quibus conſtituuntur,&
ſunt quid vniuerſale, cùm conſtituantur ex diuerſis
actibus: quod idem dicimus de nominibus vniuerſa-
libus, quæ requirunt pluralitatem actuum, ſicut ex
Lup.Menoch.& alijs dixi ſupra ſub.num.174. verſ. ſe-
cundo.& deniquè de toto reſpectu partium: & quia
arbitrati ſunt,hæc, ſeu eorum aliqua poſſe probari per
teſtes ſingulares, moti ex allegata Glo.vlt.in l.ob car-
men.ideo vſi ſunt hoc modo loquendi,quòd teſtes ſin
gulares probent aliquid in genere: fateor tamen
quòd ſectio,& modus iſte loquendi ſunt vani, vt dixi
infra num.488.& multæ concluſiones, quas pleriquè
Doctores ſumpſerunt ex illa Glo. ſunt erroneę in iu-
re, licet Gloſ. illa ſit vera, & benè loquatur; tenen-
do tamen, quòd cauſa poſſeſſionis ſit parui præiudicij
iuxta ea, quæ dixi infra num.508.
475 Sed,quò facilius,& clarius procedamus, admitto,
quòd teſtes ſingulares probent in genere, vt loquuti
ſunt Doctores, tamen dico, quòd eiuſmodi probatio
non probat:& adhoc clare oſtendendum firmo duas
concluſiones:vnam in criminalibus,& alteram in ciui
libus,& vtramquè negatiuam.

I. CONCLVSIO igitur ſit.

Probatio in genere non admittitur in cauſis crimi-
nalibus Franc.Caſ.tract.de malef.tit.de indit.præmed.
476 tract.2.cap.2.num.5.&.6.fol.284.✝ & ratio eſt, quia
in eis requiruntur probationes plenæ, concludentes,
& luce meridiana clariores.l.ſciant cuncti C. de pro-
bat. Gand. Alex. & alij, quos citaui lib. præced. cap.
63.ſub num 1.verſ.verum. Et ſemiplena probatio non
ſufficit, quamuis procederetur ſummariè, & cauſa
eſſet leuis per ea, quæ dixi eod.lib.præced.cap.65.nu.
4.& quamuis extaret conſtitutio Principis,vel conſue
tudo de ſtando ſemiplenæ probationi per ea, quæ dixi
hoc eod.cap ſupra num.398.& 432.

477 Sed probatio in genere eſt probatio ſemiplena, vt,
ratiocinando, concludit Salic in l.teſtium.ſub nu. 16.
C.de teſtib.& ratio eſt manifeſta;quia fit per teſtes ſin-
gulares,vt patet ex his,quæ diſputando tradunt Do-
ctores,quos citaui ſupra ſub num.469.verſ. pro parte.
& teſtes ſingulares non probant plene,ſed ſemiplenè,
vt dixi ſupra num.363.& 367.

Igitur certi iuris eſt,quòd probatio in genere reijci-
tur in cauſis criminalibus, & ita procedat opinio ne-
gatiua Ioan.de Amic.Conr.Brun.Simāc.Pegn.& alio-
rum ante eos, qui dixerunt, vſurarium, homicidam,
adulterum, hæreticum, & ſimiles non probari teſti-
bus ſingularibus, ſeu probatione in genere, quos ci-
taui ſupra ſub num. 471. ibi. & quòd ſit magis com-
munis,

Et hæc concluſio tunc proculdubio procedit,quan-
do ſingularitas verſatur vel circa perſonam delinquē-
tis, vt puta quia vnus deponit, quòd Titus interfecit
Sempronium, & alius deponit, quòd fuit Caius: vel
circa perſonam eius, in quo commiſſum eſt delictum,
puta quia vnus deponit quòd interfecit Sempronium,
alius deponit quòd interfecit Seium, ſicut exēplificat,
& tradit Ant.de Butr.in cap.cum oporteat.q.9.ſub nu.
20.ibi.vnde ſi volo probare.de accuſat.ſed quando ver
ſatur ſolum circa tempus, vel locum,& ſumus in actu
reiterabili,tunc ſunt opiniones, quas retuli infra dub.
10.nu.518.& ſeqq.ad eum.
478 LIMITA I. iſtam concluſionem, vt non procedat
qñ ageretur de formanda inquiſitione, quia probatio
in genere per teſtes ſingulares admitteretur, vt ſcribit
Pariſ.conſ. 2. num. 92. lib. 4. quem refert, & ſequitur
Petr.de fideicom.q.12.num.518.effectu 4.& num.711.
declarat.7.dicens, hanc limitationem eſſe indubita-
tam.& quòd ſit veriſſima patet ex eo,quia teſtes ſingu
lares vel probant ſemiplenè, & faciunt inditium ad
torturam,vt dixi ſupra num. 367. 368. & 370. aut ſal-
tem probat quaſi ſemiplenè: & ſemiplena proba-
tio, aut quaſi ſemiplena ſufficit ad formandam in-
quiſitionem iuxta ea, quæ dixi lib.præced.cap.84.nu.
1. & ſeqq.vbi recenſui nonnulla inditia ad formandā
inquiſitionem ſpecialem,quorum tamen pleraquè nō
faciunt ſemiplenam probationem.
479 LIMITA II. vt non habeat locum reſpectu eliden
di aliquam coniecturam, ſeu cuiuſuis alterius effe-
ctus,in quo ſufficeret ſemiplena,aut minor probatio;
quia tunc ſufficeret probatio in genere per teſtes ſin-
gulares,quę tm̄ valet, quantum probatio ſemiplena:
vide pro iſta limitatione Clar.lib.5.recept.ſent. q. 53.
verſ.dixit etiam. dum generaliter ait, admitti proba-
tionem in genere;dummodo nō agatur de imponenda
pæna: & licet Petr.de fideicom.q.12.num.713. impu-
gnet iſtam limitationem,ſeu declarationem; tamen
eius oppugnatio eſt debilis,& iſta limitatio eſt fulcita
valida ratione,quia & ſi teſtes ſingulares non valeant
ad condemnandum, poſſunt tamen valere ad multos
alios effectus.
480 LIMITA III. vt non habeat locum reſpectu tortu
ræ inferendæ,quia teſtes ſingulares probarent ſecun-
dum opinionem,quam retuli ſupra num.370. verſ. ſed
teſtes ſingulares.
481 DECLARA iſtam limitationem, dummodo vltra
duos

duos teſtes ſingulares ſit aperta via ad inquirendum ſpecialiter contra reum ſuper illo delicto, de quo deponeret vnus ex dictis duobus teſtibus ſingularibus: alias vnus ſaltem eorum fungeretur vice accuſatoris, ſeu querelãtis, & conſequẽter repelleretur à teſtimonio, & alter, cum ſit ſingularis, deponeret differenter ab eo, qui fungeretur uice denuntiatoris, ſeu querelantis, quia præſupponimus, quòd teſtificetur in eodem genere, ſed de diuerſo actu iuxta exemplum, quod poſui ſupra ſub num. 463. ibi. ſed videntur deponere extra cauſam.

482 FALLIT hæc declaratio in crimine hęreſis: quia dictum denuntiatoris ſumitur etiam pro dicto teſtis, vt ex Simanc. Maſcar. & alijs retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 72. num. 1. in fine. & num. 2. & ſic remanerent accuſatio, & duo teſtes ſingulares.

483 EXTENDE iſtam fallentiam, vt habeat locum in omnibus ijs, quæ tendunt ad exonerationem peccati, quia cum agatur ad commodum, & nõ incommodum denuntiati, denuntians numeratur inter teſtes cap. in omni negotio. & ibi Ant. de Butr. num. 2. de teſtib. Sed quomodo hoc procedat vide ibidem eundem Ant. de Butr. & Abb. num. 4.

484 LIMITA IIII. vt non habeat locum reſpectu diffamationis, ſeu malę famæ in genere, quia poteſt probari per teſtes ſingulares Bal. in l. ea quidem. num. 64. C. de accuſat. exemplificans, quando vnus teſtis deponeret, talem diffamari de adulterio, & alter de lenocinio. Crauet. conſ. 78. nu. 6. & ex Riminal. Steph. Lamberten. Io. Mar. Monticel. & Hect. Aemil. refert, & ſequitur Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 47. nu. 304. referens * iſtam eſſe magis comm. * opin. & quòd infamia, ſeu quem eſſe infamen probetur teſtibus ſingularibus, tradunt Alex. conſ. 141. ponderatis. num. 2. lib. 1. conſ. 92. viſo. num. 20. lib. 5. & conſ. 147. viſo themate. num. 20. lib. 7. Gabr. tit. de teſtib. concluſ. 2. num. 39. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 749. num. 24. & concluſ. 895. num. 3. lib. 2.

485 ADVERTE autẽ, quòd infamia, ſic in genere probata, non valeret ad inquirendum ſpecialiter Bal. d. l. ea quidem. ſub num. 64. an tamen ſufficeret ad repellendum diffamatum à teſtimonio, hic non definio, licet idem Bal. loco citato arbitretur, quòd ſic in criminalibus, ſed non in ciuilibus.

486 LIMITA V. generaliter, vt non procedat quando non requireretur maior probatio, quàm ſemiplena, qa tunc ſemper probatio in genere admitteretur, ſumendo probationem in genere, vt ſumunt Doctores, quos citaui ſupra ſub nu. 469. & explicaui num. 477.

487 DECLARA ſublimitando iſtas omnes limitationes, prout alias declaraui ſupra num. 401. vt habeant locum ſolum, quando teſtes ſingulares non ſunt obſtatiue ſingulares, ſecus ſi ſunt ſingulares obſtatiuè.

488 Ex his limitationibus poſſumus concordare aliqualiter opiniones: nam prima affirmatiua, quæ admittit teſtes ſingulares ad probandum in genere, procedit in ſemiplena probatione, aut minori; & negatiua procedit in probatione plena: vel poſſumus colligere iſtam theoricam, ſeu regulam, quæ continet concluſionem, & limitationes; videlicet, quòd teſtes ſingulares regulariter probant ſemiplene & non plene: & ſic fruſtra queritur an probent in ſpecie, vel in genere: quia retẽtis terminis, & caſibus, in quibus loquuntur Doctores, probatio in genere non eſt aliud, quã ſemiplena probatio. Et nota, quòd dixi, regulariter hos teſtes probare ſemiplenè: quia in quibuſdam caſibus Doctores tenuerunt, quòd probent plenè.

II. CONCLVSIO.

489 Probatio in genere non probat in cauſis ciuilibus, quia in eis requiritur probatio plena, etiam ſi cauſa eſſet ſummaria Bar. in l. 3. §. cauſæ. nu. 3. ff. de carb. ędic. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo. ſummariè. ſub num. 11. Iaſ. in l. fin. num. 4. ff. de fer. Iacob. Nouel. tract. de iure proth. §. 5. nu. 70. fol. 41. Redoan. de ſpol. eccleſ. q. 11. nu. 10. fol. 253. & dixi lib. præced. cap. 65. ſub num. 4. & ex Bal. Alex. & alijs firmaui eod. lib. pręced. cap. 53. ſub num. 23. verſ. ſed quid dicendum. † quare requiruntur duo conteſtes cap. licet. il 1. de teſtib. & l. iuriſiurãdi. C. eod. & l. vbi numerus. ff. eod. Nell. à S. Gemin. tract. de teſtib. in verbo. de numero. & verbo. ſed an credatur. nu. 83. & 85. fol. 82. Crot. eod. tract. par. 6. num. 1. fol. 214. Petr. de fideicom. q. 12. num. 558. in fine & num. 559. Corat. tract. de elect. opin. rub. qui numerus & auctoritas Doctorum faciat communem opinionem. num. 6. fol. 224. allegans Iacob. Nouel. & Petr. Duen. reg. 213. teſtes duo in omni. tom. 2. quia vox vnius dicitur vox nullius. d. l. iuriſiurandi. & ibi Bal. C. de teſtib. & Cyn. in l. ne in arbitris. n. 3. C. de recep. arb.

490 Sed probatio in genere non eſt maior ſemiplena probatione, quia fit per teſtes ſingulares, qui ſemiplenè tantum probant, vt dixi ſupra nmu. 367. & remiſſiuè num. 477. & ſatis patet ex eo, quòd plures teſtes ſingulares tantum probant, quantum vnus, vt dixi ſupra num. 373. Igitur &c. & ab hac concluſione non diſcrepat Bal. in l. 1. ſub nu. 14. verſus finem. ibi. ſolutio. C. de teſtam. ordin. qui licet velit, teſtes ſingulares ꝓbare aliquem eſſe vſurarium in genere, tamen firmat, quòd illa probatio non valet ad repetendas vſuras.

491 Non obſtat aduerſus iſtam concluſionem, quòd teſtes ſingulares probent poſſeſſionem, vt tradunt Gloſ. vltima. in l. ob carmen. ff. de teſtib. & alij, quos citaui infra num. 505.

Nam reſpondeo, id eſſe, quia ſecundum vnam opinionem, quæ eſt de mente dictæ Gloſ. in probanda poſſeſſione regulariter ſufficiunt leues, & ſemiplenæ probationes, vt dixi infra num. 506. & ſeqq. & nota iſtam ſolutionem ſingularem, & magni momenti, cum Glo. illa ſic intellecta non præbeat amplius occaſionem tot erroneis illationibus, quas Doctores ex ea, nõ benè intellecta extorſerunt, inferentes modo poſſeſſionem, modo iuriſdictionẽ, & modo alia ſimilia poſſe probari in genere, quæ compendioſè recenſui ſupra num. 469. cum illa Glo. poſſit ſolum allegari, quòd ad probandum ſemiplenè ſufficiunt teſtes ſingulares.

492 AMPLIA iſtam II. concluſionem, vt habeat locum in quolibet caſu, in quo requiritur probatio plena; cum probatio in genere eo, quòd fit per teſtes ſingulares, probet ſolum ſemiplenè, vt dixi ſupra.

493 INFERO ex iſta ampliatione, quòd probatio in genere non probat iuriſdictionem, ſeu [vt loquuntur Doctores] quòd teſtes ſingulares non probant iuriſdictionem in genere cap. licet cauſam. de probat. & ibi Bal. num. 11. verſ. adde. & Dec. ſub num. 69. qui textum illum notant pro ſingulari. & hanc opinionem videntur tenuiſſe Innoc. in cap. qualiter & quando. il 2. ſub num. 3. ibi. ſed alij. de accuſ. & ibidem Ioan. Andr. col. 3. verſ. ſed alij contradicunt. dum vltimo loco referunt opinionem eorum, qui tenent, quòd niſi teſtes de loco, tempore, perſonis; & alijs omnibus concordent, non habentur pro pluribus teſtibus. Alex. conſ. 72. inſpecto diligẽter nu. 4. & conſ. 100. ſuper primo. ſub nu. 5. ibi. fortius videtur. lib. 1. dicens, verius eſſe, quòd etiam vbi tractatur de probando aliquid in genere nõ ſufficiant teſtes ſingulares, loquens poſtea de quaſi poſſeſſione iuriſdictionis. & pro iſta opinione faciunt, quæ ſcripſi ſupra num. 471.

494 Confirmatur iſta illatio: quia regula eſt, quòd in omni negotio tàm de iure diuino, quàm humano requirantur duo teſtes cap. licet. il 1. de teſtib. cum alijs adductis ſupra num. 490. & in propoſito deducit Petr. de fideicom. q. 12. ſub num. 559. Et huic regulæ in caſu iſto non reperitur derogatum, nec aliqua poteſt adduci ratio, cur non debeat habere locum. Igitur inhærendum eſt regulæ, vt ex Gloſ. Bar. & alijs dixi lib. præced. cap. 97. ſub nu. 126. verſ. tantum. ſed plures teſtes ſingulares reputantur vnus, vt dixi ſupra num. 373.

495 Non obſtat, quòd contra iſtam illationem videatur ſentire Anch. conſ. 277. ex prædicta. ſub num. 6. & 7. dum inquit, quòd ſingularitas teſtium, probantium ſingulariter hoc, & illud, non vitiat in facto, quòd non capit eſſentiam in momẽto temporis, vel in vno loco, vt in conſpiratione, tractatu, & ſimilibus, quæ habent continuationem, & perſeuerantiam temporis. & quòd expreſſe contra eam ſentiant Socc. conſ. 295. in cauſa contra filios. num. 5. lib. 2. Curt. Papien. tract. de teſtib. concluſ. 37. num. 77. & ſeqq. Fely. in cap. licet ex quodam. ſub nu. 2. col. 3. in principio. de teſtib. Gabr. in concluſ.

clus.tit.de testib. conclus.2.illat 2.num. 23. Gail. in pract.obseru.lib.2.obseru.66.sub num.11. & alij antiquiores relati per Socc.loco citato.

496 Nam ad Anch. resp. quòd in iurisdictione quilibet actus iurisdictionis capit essentiam in momento, quo perficitur ille actus: & quod ipse dicit, procederet in actu, qui vnico temporis contextu committitur; quia tunc singularitas testium non vitiaret: do exemplum in probatione furis manifesti: vnus testis deponit, quòd inuenit eum cum re furtiua fugientem, & satellites eum sequentes ante ianuam Studij Sapientiæ, & alius testis deponit, quòd inuenit eum fugientem cum clamore gentium apud ipsum in medio plateæ Dohanæ; vtique isti testes, quamuis discrepent in loco, &, consequenter in hora, seu momento temporis, nihilominus sunt contestes, quia dicuntur adhuc testificari de vno, & eodem delicto numero. Glos. in cap. nihilominus. in verbo.simul. ibi.si tamen aliquem.3.q.9.Cy.& Bal.in l.testium.num.25.C.de testib. Ant.de Butr.in cap.cum oporteat. q. 9. sub num. 20. ibi.mihi autem.de accusat.dicens, quòd diuersitas penès immediatum sensum percipiendi non reddit testes singulares; quia alias nullus testis probaret, cum quilibet habeat sensum separatum ab alio, & meus, inquit, non est tuus, prout etiam aduertit Abb.cons. 42.ex multis. num.3.lib.1.adde in confirmationem adducti exempli Butrig.Iacob.de Aren.Saly. & Gemin.quos refert, & sequitur Pegn.ad Eymer.direct.par.3.comm.121.vers. postremo. & vers. & breuiter. qui omnes loquuntur in testibus, quorum vnus post alterum vidit per foramen hostij fornicationem, seu adulterium, vel aliquod factum hæreticale, in quo loquitur Pegn.

Ad Socc.Fely.& Gabr.respondeo, quòd Innoc.quē allegant.& Alex. quem allegat Gabr. in contrarium, probant istam illationem, pro qua nos eos allegauimus: vide benè Abb. infra allegatus, & Alex. vtroquè consilio aiunt, quòd qui aliter allegat Innocen. in cap.qualiter & quando, malè, & corruptè allegat. & quòd Innoc.debeat allegari pro nostra illatione non est dubitandum, quia, sic allegando, allegamus opinionem, quam vltimo loco ipse retulit, & sic iuxta communem Doctorum theoricam; quòd Doctor censeatur sequi opinionem à se vltimo loco relatam, vt ex Glos.Alex.Dec.& Ioan.de Amic.retuli supra num. 195. Minus etiam idem Innoc.posset allegari aduersus istam illationem in cap.licet ex quadam.de testib.tùm quia ex resolutione, quam facit in probando gradu, videtur sentire pro nostra illatione, tùm quia, dum incidenter dicit vnum verbum de isto articulo, remittit se ad ea, quæ scribit in dicto c.qualiter & quando.de accusat.& quòd Innoc.vtroque loco tenuerit istam opinionem, in qua nos eum allegauimus, firmat etiā Petr. de fideicom.q.12. num. 554.& sentit ante nos Abb. in cons.42.ex multis.sub num.2.ibi.hanc eandem sententiam.lib.1.

Resp.secundo, quòd opinio contraria, quam refert Gabr.loco citato, procedit in probāda quasi possessione iurisdictionis; & ita loquuntur quandoquè Innoc. Socc.& Alex.ex aduerso allegati, qui loquuntur etiā in possessione decimandi; & ego admitto, possessionem, in qua nō requiratur tempus de substantia, posse probari per testes singulares, vt dixi & declaraui infra num. 505. 506. & num. 513. sed textus in cap. licet causam. de probat. qui reprobat testes singulares, loquitur non in possessione, sed in proprietate iurisdictionis, cum loquatur super iurisdictione, honore, & districtu, quæ denotant proprietatem, sicut aduertit etiam Petr de fideicom.q.12.num.566.& 567.

497 DECLARA istam illationem, quòd testes singulares non probant iurisdictionem in genere; hoc est, non probant plenè iurisdictionem, sed solum semiplenè in aliqua specie, dummodo non sint singulares singularitate obstatiua; hæcquè declaratio probatur ex his, quæ remissiuè dixi supra sub num. 490. vers. sed probatio.

498 EXTENDE I. istam illationē sic declaratam, vt habeat locum etiam si testes singulares deponerent de actibus vnius speciei iurisdictionis; quia adhuc non probarent plenè dicto c.licet causam.de probat. loquitur eīm textus ille generaliter, & dicere, qd ibi testes deponebant de diuersa specie iurisdictionis, vt respondendo, tradit ibi Aret.sub num.15. vers. secundus est non caret diuinatione, sicut ibi contra Aret. notauit Dec. sub num. 69. & hanc extensionem comproba. Curt. Papiens.tract.de testib.conclus.37.num.77. fol. 128. ex his, quæ tradit Bal.in l.actor.num.5.C.de probat. dicens, quòd si tractaretur de probanda certa specie iurisdictionis, puta meri imperij, esset specificè probanda.

499 EXTENDE II. etiam si testes deponerent de diuersis speciebus iurisdictionis, quia adhuc non probarent plenè vnam speciem iurisdictionis, teste Gabr.in conclus.lib.1.tit.de testib.conclus.2.sub num. 25.& dicere, quòd isto casu probant iurisdictionem in genere, vt loquuntur multi Doctores, & in proprijs terminis declarādo, tradit Gabr.loco proximè citato, allegans Cassan. Ruin.& Corn. non video quomodo possit sustineri: quia genus constituitur ex pluribus speciebus: est enim genus, vt Dialectici tradunt, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: Igitur, si non sunt probatæ species, non probatur genus, & si tu diceres, species esse imperfectè probatas: ego facio cō sequentiam, genus quoquè earū esse imperfectè probatū, quia talia sunt prædicata, qualia subiecta demōstrant, & è conuerso, vt dixi supra num.392. Preterea ita se habent species ad genus, vt se habent indiuidua ad speciem, † sed per indiuidua singularia non probatur species in specie, teste Curtio loco citato: ergo nec per species singulariter probatas probatur genus. 500

Sed demus esse probatam iurisdictionem in genere, tamen esset probatio inanis, quia genus, nisi contrahatur ad aliquod indiuiduum, remanet ens rationis, circa quod iura, & iurgia non versantur, quia esset qō de lana caprina: & prout contrahitur ad aliquod indiuiduum fatentur, quòd testes singulares non probant; ergo vides quid sit probare aliquid in genere: vides etiā, quòd Doctores se inuoluunt, & nō habent intellectum eius, quod ipsi ponūt, sicut in simili Bar.in l.de quibus. num.24.in 2.repetit.ff.de legib.notauit de Cyno circa probationem consuetudinis.

501 INFERO II. & ijsdem rationibus, quòd testes singulares non probant consuetudinem, quamuis ea sit quid vniuersale, conflatum ex frequentia plurium actuum ad notata per Doctores in l.de quibus. ff. de legib.& in cap.fin.de consuetud.&, quòd eam non probent, tenuerunt Petr.& Cyn.in.l.2.C. quæ sit long. consuet. Alex.cons.45.visis attestationibus. num. 4. & 9.cons.131.in causa vertente.num.9. & cons. 196. viso testamento.num.14.lib.2.Anch.cons.277.ex prædicta. sub nu.7. ibi. ad hoc respondeo. licet eius doctrina eo loci sit nimis scabrosa.Paris.cons.27 nu.39 lib.1. Gail. in pract.obseru.lib.2.obseru.31.num.15. & 16.Petr.de fideicom.q.12.num.731.qui sequuntur Dec.infra citatum.& hanc opinionem verè, & subtiliter poteris defendere ex traditis per Abb.viden.cons.42. ex multis. sub num.2.& 3.per totum.lib.1.& in eandem videntur iuisse Ioan.Andr.in c. fin. sub nu.50.ibi. si autem testis vnus deponat.de consuetud.& Ant.de Butr.in cap. licet ex quadam, sub num. 10. ibi. per hoc dico. testib. dum tradit consuetudinem probari, si duo testes deponant de vno actu, alij duo de alio, reprehendendo Cyn.qui aliter sentiebat in d.l.2. & denique hanc esse communem * opinionem testantur Alex. cons 104. num.7.in fine.& 8.lib.3.Dec cons.215 num.3 lib.1. & Gabr.in conclus.lib.1.tit.de testib.conclus.2.sub num. 26. vers. contrarium.

502 Contra istam illationem videntur tenuisse Bar. in l. de quibus.sub nu.24.ff.de legib.dum concludit, quòd testes, quorum vnus deponat de frequentia plurium actuum, & alius de frequentia aliorum actuum, non dicuntur singulares circa frequentiam, ad quam probandam inducuntur, licet discordent in causa scientiæ, exquò vnus dicit, quòd vidit quosdam actus, & alius alios.& Bartolum referunt, & sequuntur in effectu Roch.Curt.in cap.fin.sect.8.dubit.5. num. 41. in fine de consuetud. fol. mihi. 373. inter tract. diuers. & Petr.Rauen.eod.tract.de statut. tit. de consuetud. sect. 4.num.69.fol.388 Bal.in ead.l.de quibus.sub num. 39. versus finem vers.dictum est.vbi, postquàm superius dixit de singularitate testiū, concludit, quòd testes, deponen-

ponentes super singulis generis, probant genus, quia deponunt de eodem genere, & non sunt singulares in dicto principali, sed solum in causa scientiæ, dans exẽplum, quando vnus deponit, quia ita obtentum in Petro, & alter in Ioanne, subdens esse modum sciendi per diuersa media, sed conclusionem & effectum esse vnum, & eundem: quare discrepat à Bar. in eo, quòd ipse non requirit frequentiam, sine qua Bar. arbitratur esse testes singulares, & propterea non probare; & hãc theoricam, quòd non sit necessarium, vt testes concordent in causis scientiæ, ex Inno. & Henric. Boich. refert Petr. de fideicom. q. 12. n. 1107. & seqq. &, qđ testes singulares probent consuetudinem, asserunt Io. Fab. in §. ex non scripto. Instit. de iure natur. & Crauet. cons. 73. nu. 32. lib. 1. & hanc esse communem * opinionem testatur Alex. cons. 172. visis & opportune. num. 10. lib. 2. quem referunt, & sequuntur Curt. Iun. tract. de fœud. par. 1. q. 1. num. 14. fol. 44. Paris. cons. 25. num. 46. lib. 4. & Mascar. tract. de probat. conclus. 423. num. 8. lib. 1. referens ex Bal. cons. 514. num. 4. lib. 5. hanc esse communem, quod consilium non reperi in libro meo: ab eod. Mascar. pro ista opinione allegantur Bal. in cons. 207. quia dicta domina paganossa, num. 2. lib. 4. Alex. cons. 141. ponderatis. num. 2. lib. 1. cons. 18. consideratis his. num. 9. lib. 3. Dec. cons. 640. in causa. num. 10. in fine. & num. 11. lib. 2. sed non loquuntur in consuetudine, sed de probando aliquid in genere, puta hæreticum, inhonestatem, infamem, furiosum, administrationem, & similia & à Gabr. d. conclus. 2. num. 26. de testib. allegatur Bal. in l. 1. sub num. 14. versus finem ibi. solutio. C. de testam. ordin. qui minus loquitur de probanda consuetudine, sed de probando aliquid in genere: & si allegandi sunt in ista difficultate ij, qui hoc dicunt, poteris videre eos, quos citaui supra num. 469.

503 Sed non recedas ab illatione, quicquid isti dixerint, quibus congruè responderi potest ex his, quæ scitè scripsit Abb. cons. 42. ex multis. sub num. 2. & 3. per totum. lib. 1. & ex his, quæ dixi supra num. 477. vers. sed probatio. & num. 488. & omnino num. 499. & seqq. ad eum. & signanter possumus respondere Bartolo, & Bal. dum tradunt, singularitatem testium circa causam scientiæ non esse considerabilem: nam contrarium tenet Abb. d. cons. 42. sub num. 3. & scitè quidem in casu nostro; ex quò diuersitas causæ scientiæ ostendit necessario, quòd non est idem actus numero, sed diuersus, factus in diuerso tempore.

Omitto alias illationes, quas tu per te ipsum potes inferre; inhærendo regulæ; quòd testes singulares non probent plenè.

504 LIMITA modo per oppositum secundam illam conclusionem, quam firmaui supra num. 489. vt non habeat locum in casibus, in quibus sufficit probatio semiplena; quia tunc testes singulares sufficienter probant; dummodo non sit singularitas obstatiua iuxta ea, quæ dixi supra num. 363. vers. confirmatur. & nu. 367. vers. secundo.

505 INFERO ex hac limitatione, quòd testes singulares probant possessionem, Glo. vltima in l. ob carmen. ff. de testib. quam Doctores communiter sequuntur, vt retuli supra sub num. 471. vers. resp. & in proprijs terminis testatus est Mascar. tract. de probat. cõclus. 1198. num. 21. lib. 3. & hanc sententiam ex pluribus refert, & sequitur Gabr. in concl. lib. 1. tit. de testib. concl. 2. nu. 33. & 34. in fine. vbi testatur hanc videri communẽ * opinionem, eamquè amplexa est Rota, vt testantur Cæs. de Graf. decis. 78. alias 9. in fine. num. 10. de testib. fol. 115. & Caputaq. decis. 269. alias. 6. testes singulares. par. 3. dicens, quòd probant, dummodo sint cõtestes in quadam generalitate.

Comprobatur ista sententia, quia testes singulares probant semiplenè, vt supra sæpius dixi, & præsertim num. 367. vers. secundo.

506 Sed in iudicijs possessorijs semiplena probatio sufficit, vt testantur Bar. in l. 1. num. 6. & 10. C. quor. bonor. & in l. 2. §. fin. sub num. 1. ibi. quandoquè fit præiudicium in possessione. C. vbi in rem actio. Mathes. sing. 2. nota quòd in iudicijs possessorijs. Alex. cons. 103. super eo. num. 3. lib. 7. Ias. in l. admonendi. in repetit. magna. sub num. 173. ff. de iureiur. Dec. cons. 56. sub num. 1. cons. 252. num. 2. lib. 1. & cons. 663. in causa mota num. 2. lib. 2. Crauet. cons. 158. nu. 12. lib. 1. Paris. cons. 10. num. 32. lib. 2. Neuiz. cons. 80. num. 10. in fine. & nu. 11. &, quòd sufficiant probationes minores, testatur idem cons. 14. sub num. 12. & Gozad. qui loquitur in interdicto quorum bonorum, cons. 12. sub num. 12. & cons. 50. nu. 5. & omitto multos alios, quos refert Mascar. tract. de probat. conclus. 1198. num. 1. lib. 3. apud eum, si desideras, videas, ne membranas inutiliter occupẽ. 507

507 † & quòd sufficiat probatio per vnicũ testem in causis possessorijs, seu modici præiudicij, vide Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de testib. conclus. 1. limit. 4. num. 22. vbi multos congerit; & hanc refert, & sequitur esse communem * opinionem. Et illam communiter adducunt rationem, quòd causa possessoria dicatur parui præiudicij, vt potè ea, quæ potest reparari in definitiua ferenda super petitorio: 508

508 † licet ergo magna sit res, de cuius possessione agitur, possessionis tamen causa non dicitur magna, teste Bar. in d. l. admonendi. num. 55. ff. de iureiur. quem refert, & sequitur Dec. d. cons. 56. in causa appellationis. num. 1. lib. 1. 509

509 † Et quòd sufficiat præsumptiuè probari primum extremum spolij secundum subiectam materiam, testatur Put. decis. 74. sed mihi est in numero. 75. dubitauit dominus. lib. 3. quem refert, & sequitur Rot. diuers. decis. 394. num. 2. par. 1.

510 Contrariam opinionem: quòd testes singulares non probent possessionem: tenuerunt Abb. & Corn. quos refert, & sequitur Rip. in l. si constãte. nu. 17. ff. sol. matr. & Arch. & Imol. quos refert Gabr. dicta conclus. 2. nu. 34. in fine. de testib. & hanc sententiam possumus arbitrari & veriorem, & communem * propter sequentem rationem.

511 Ratio huius cõtrariæ opinionis erit, quia non est verum, quòd semiplena probatio sufficiat; imò requiruntur probationes plenæ, vt tenuerunt Glos. in verbo. finium. ibi. tu dic plenè. in l. 1. C. quor. bon. & ibidem Iacob. Butr. Ang. & Saly. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. summariè. num. 12. dicens, in omnibus iudicijs possessorijs, quamuis summariè examinentur, requiri plenas probationes ex parte agẽtis. quẽ refert, & sequitur Capic. decis. 55. sub nu. 2. ita etiam tenuerunt Crot. tract. de testib. par. 6. fallen. 6. nu. 13. Osasc. decis. 99. num. 12. & hãc opinionem esse communem, * & magis communem testantur, & sequuntur Alex. cons. 139. circa primum. num. 14. lib. 6. & cons. 187. visa copia scripturæ. num. 3. lib. 7. Rol. à Vall. cons. 50. num. 16. lib. 2. Natt. cons. 630. viso themate. sub num. 6. lib. 3. Hier. Gabr. cons. 31. in specie proposita. num. 6. Menoch. de recuper. remed. 15. q. 32. nu. 408. cum seqq. & Petr. de fideicom. q. 12. nu. 461. &, quòd ita practicetur, testatur Addit. ad Dec. cons. 663. lib. 2. & quòd hæc sit communis, * & verior in remedio ex l. vlt. C. de edic. diui adr. tollen. testatur Menoch. tract. de adipiscen. possess. remed. 4. q. 79. num. 678. & hanc communem veluti indubitatam referunt, & sequũtur in spolio, seu iudicio recuperãdæ possessionis Natt. dicto cons. 630. num. 6. in fine. & 7. Petr. de fideicom. d. q. 12. num. 462. & 463. & Pontan. de spol. lib. 2. cap. 14. num. 81. & 85. fol. 284. & 285. loquens is de probatione primi extremi. & hanc sententiam sequutum est Cons. Neap. quando agitur remedio reintegrãdæ, vt testatur Affl. decis. 364. num. 5.

512 † & quòd in probando primo extremo requiratur probatio plena, & concludens, testantur Rot. diuers. decis. 165. num. 1. par. 2. dicens hoc esse tritissimum in Rota. & Pontan. d. cap. 14. num. 81. referens ex Sarnen. & alijs passim seruari per Dominos de Rota. & hæc sententia in probatione dicti primi extremi est nõ solum vera, & communis, & seruatur in Rota, vt testãtur prædicti, sed seruatur vbiquè, & ratio suadet, quia cum spolium sit delictum, & iura præsumant pro reo, requirũtur probationes efficaces: adde quæ pro vtraq; opinione congesserunt Contard. in l. 1. in rationibus decidendi. C. si de moment. possess. Mascar. d. conclus. 1198. num. 1. & 10. lib. 3. & breuiter Petr. d. q. 12. num. 464. & seqq.

513 RETENTA tamen illatione pro vera saltem in aliquo casu.

RESTRINGE eam, vt nõ procedat, quando ageretur de

tur de probatione possessionis ad effectum probandi præscriptionem, quia tunc testes debent deponere nõ in genere, sed in specie de eodem tempore: vnde si dicant possedisse decem annis, & non dicunt de quibus, non probant, quia possunt esse singulares Bal. in l. fin. post. 15. oppositionem. sub nu. 34. ibi. item debent deponere. C. de edic. diui. adr. tollen. benè etiam ante eum Bar. in l. celsus. sub nu. 29. ff. de vsucap. admonens actorem allegantem præscriptionem, quòd articuletur, se possedisse per decẽ annos finitos tali tempore, vel inchoatos tali tẽpore, quia alias, inquit, si testes deponerent vidisse eum possedisse per tempus decem annorũ, & non constaret qui essent illi decem anni, potuisset vnus intelligere de aliquibus decem, & alius de alijs; & consequenter probatio esset dubia, & non releuaret Alex. cons. 51. viso & discusso. in fine. cons. 72. inspecto diligenter. sub nu. 3. lib. 1. & cons. 118. in causa & lite. sub. nu. 17. lib. 2. Papiens. in pract. in forma responsionis rei conuenti. in glos. præscriptionis. num. 22. versus finem. fol. mihi 207. Petr. de fideicom. q. 12. num. 665. & Balb. in dicta l. celsus. in 6. & vlt. par. nu. 18. ff. de vsuca. fol. mihi 120. & 121. vbi plura cumulat. & ratio huius restrictionis est euidens, quia tunc agitur in effectu de proprietate, oriente ex possessione, & sic de possessione magni præiudicij; vnde cessat ratio adducta supra sub num. 407. in confirmatione illius illationis.

514 EXTENDE istam restrictionem, vt habeat locum in quauis possessione præcisa alicuius temporis, seu habito respectu ad certum tempus, quia tunc requiruntur contestes in illo tempore, aliàs vti singulares non probarent possessionem, vulg. Glo. vltima in l. ob carmen. ff. de testib. quam retuli supra sub num. 471. vers. resp. & ibidem Bar. & alij, Socc. cons. 95. in causa communis. nu. 19. lib. 3. Alex. cons. 100. super primo. sub nu. 5. lib. 1. Ruin. cons. 44. num. 10. versicum igitur. lib. 4. & Gabr. in concl. lib. 1. tit. de testib. concl. 2. n. 35. 57. 58. & 61. ✝ Et hæc extẽsio est fundata in illa regula genera-

515 li, quòd testes singulares in tempore non probent, quãdo tempus est de substantia actus probandi, quia debet præcisè probari, vt tradunt Socc. cons. 42. in causa restitutionis. nu. 9. lib. 1. & Alex. d. cons. 100. super primo, nu. 2. & sub nu. 5. ibi. quia respondeo. lib. 1. & Petr. de fideicom. q. 12. sub num. 589. & 684.

516 EXTENDE rursus in casu, quo ageretur de probanda præscriptione, quia testes singulares circa initium præscriptionis reputarentur singulares in tota depositione, & sic etiam in ea parte, in qua viderentur contestes: dò exemplum: vnus testis dicit, quòd ego incœpi possidere iam sunt viginti anni, & alius dicit, qđ sunt iam triginta, Bal. in l. 1. sub nu. 14. versus finem. ibi. quod autem. C. de testam. ordin. vbi sic declarat Arch. in cap. nihilominus. nu. 2. 3. q. 9. & Baldum referunt, & sequũtur Socc. cons. 59. visis actis. sub nu. 4. ibi. & ad dictum. lib. 4. Alex. cons. 64. visa consultatione. num. 3. lib. 2. & Petr. tract. de fideicom. q. 12. num. 787. & 788. & ratio, quam assignat, est, quia implicant contradictionem.

517 DECLARA per oppositum istam extensionem, vt non procedat; remota singularitate circa initium possessionis; quia tunc probarent, & dicerentur contestes in minori tempore: puta, volo probare, me possedisse decem annis: vnus testis deponit, quòd vidit me possidere per 30. annos: secundus per 20. & tertius per 10. vtiquè isti testes probant possessionem decem annorũ, quia in ea sunt contestes, vt testantur Bal. Socc. Alex. & Petr. in locis proximè citatis. & de veriori, & magis communi * Socc. d. cons. 59. visis actis. sub nu. 4. lib. 4. qa communis Doctorum sententia est, quòd minor summa contineatur in maiori, de qua communi sententia testatur Petr. dicta q. 12. sub. num. 787.

DVBIVM X.

518 Quæro, an testes concordantes omnino in eadem specie facti, seu delicti reiterabilis, præterquàm in tempore, & loco dicantur singulares, & consequenter non probent, vel sint contestes: dò exemplum, quod tradũt in hæresi: vnus testis deponit, quòd N. de mense Aprilis in Ciuitate Bononiæ dixit, Papam non esse Vicarium Christi: & alius deponit, quòd hoc dixit Romæ de Mense Iunij.

Affirmatiuam opinionem, quòd hi testes probẽt plenè, & non reputentur singulares; tenuerunt Conrad. Brun. tract. de hæret. lib. 4. cap. 9. nu. 9. fol. 314. dicens, quòd locus non plurificat hæresim sæpius formatam. Albert. de agnosc. assert. cath. q. 34. nu. 12. & Simanc. de cathol. instit. tit. 64. num. 75. sequuti Saly. in l. testium. nu. 16. versus finem. C. de testi. qui ait, quòd isto casu locus non plurificat hæresim sæpius formatam.

519 Comprobatur hæc opinio; quia si Antonius commiserit adulterium cum Berta pluribus vicibus, nihilominus imponeretur pœna pro vno solo adulterio, & non pro pluribus. Gl. in l. vulgaris. in verbo. fur erit. ff. de fur. Alber. de Ros. tract. de statut. p. 2. q. 43. noua quæstio est, nu. 2. fol. 35. Bar. cons. 222. antonius. nu. 1. & 2. lib. 1. & in l. nunquã plura. sub nu. 4. ff. de priuat. delict. dicẽs in delictis nominatis, quale est furtum, delictum sæpius reiteratũ, & cõmissum, vnicũ reputari, prout habet nomen iuris. ad idẽ facit Gl. in verbo. cõmissi criminis. in fine. in l. mariti. §. sex mẽsium. ff. ad. l. iul. de adult. dicens secundũ quosdã, quòd præscriptio contra accusationẽ de adulterio incipit currere à die cõmissi primi adulterij, quamuis per triennium perseuerasset in adulterio. quam Glo. Bar. in d. cons. 222. sub nu. 2. & Farin. vbi infra non allegant, sed allegãt textũ, qui tñ hoc non di-

520 cit; ✝ &, qđ puniatur pro vno adulterio, vide etiã Bal. qui subtiliter loquitur in l. quicunque. sub num. 5. C. de seru. fugit. & Ias. in l. eũ qui. §. in popularibus. nu. 15. ff. de iureiur. & quòd hæc sit communis * opinio contra Bar. distinguentem in d. l. vulgaris. num. 1. ff. de furt. testantur Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 10 sub nu. 8. vers. quod verò diximus. & Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 22. nu. 18. in fine. & hæc opinio probatur ex l. ei qui. & ex l. inficiando. §. infans. ff. de furt. vbi ex continua contrectatione furis vnica tantum actio oritur. Igitur in casu nostro non potest dici, quòd isti testes testificentur de diuersis, sed de vnamet hæresi.

521 Cõprobatur secũdo, quia duæ semiplenæ probationis eiusdẽ generis coniunguntur ad perficiendã vnam plenã Dyn. in l. 2. C. de excus. tut. & maximè in his, quæ sunt difficilis probationis, vt concludit Ant. de Butr. in

522 c. veniens. il primo nu. 10. versus finẽ. de testib. ✝ &, qđ testes singulares, qñ vnus semiplenè probat, iungantur ad faciendã probationem plenã, ostendit Crauet. trac. de antiq. temp. post 4. par. rub. testiũ triplex singularitas. nu. 24. & seqq. fol. 165. Sed in casu nostro sunt duæ semiplenæ probationes eiusdem hæresis: ergo.

523 Negatiuam opinionẽ: quòd hi testes vti singulares non probẽt plenè hæresim deductã: tenuit Franc. Pegn. ad Eymer. direct. par. 3. comm. 121. vers. ommissa igitur. & in hãc videtur inclinasse Ioan. Roy. tract. de hæret. par. 2. assert. 6. nu. 145. fol. 225. dum concludit, priorem affirmatiuam opinionem esse multum periculosam. & hanc negatiuam sequentibus confirmo rationibus.

524 Prima ratio est, quia singularitas in tempore repellit testes, seu singulares dicuntur quando sunt varij in loco, & tempore, Bal. cons. 39. proponitur quòd celebratus. sub num. 4. ibi. ita sunt singulares. lib. 3. & cons. 459. visa dicta petitione. sub n. 2. ibi. sed in casu nostro, lib. 4. Ant. de But. qui benè declarat in c. cũ causam. nu. 22. de testib. Abb. cons. 98. in quæstione. sub nu. 2. lib. 2. Paul. de Castr. cons. 137. in causa quæ vertitur. in fine, lib. 2. qui tradunt eos testes esse singulares, quia non deponunt de eisdem verbis eodem tẽpore prolatis, sed diuersis temporibus &c. Anch. cons. 64. in causa quæ vertitur. sub nu. 2. & cons. 147. super alia querela. sub nu. 2. ibi. contrarium dico. Crauet. cons. 9. num. 17. arguens, qđ si ista singularitas repellit in ciuilibus, à fortiori repellet in criminalibus. Pegn. dicto comm. 121. vers. omissa igitur. qui loquitur in istomet articulo, & ad hanc rationẽ noto primo verba Gratiani in 3. q. 9. ante c. 16. nihilominus. ibi. *quòd si vnus alio tempore viderit, diuersitas temporum eorum testimonium non admittit.* secundo pondero verba D. Thomæ 2. 2. q. 70. art. 2. in responsione ad secundum argumentum, dum inquit, *ad secundum dicendum, quòd discordia testium in aliquibus principalibus circumstantijs, quæ variant substantiam facti, puta in tempore, vel loco, vel in personis,* *de qui-*

de quibus principaliter agitur, aufert efficaciam teſtimonij, quia, ſi diſcordant in talibus, videntur ſingulares eſſe in ſuis teſtimonijs, & de diuerſis loqui: puta, ſi vnus dicat, hoc factum eſſe tali tempore, vel loco, alius alio tempore, vel loco, non videntur de eodem facto loqui: huncquè Diui Thom. locum, quem Simanc. ſupra citatus allegauerat pro contraria opinione ſub num. 76. Pegn. adducit contra eum, & benè dicto comm. 121. verſ. primum itaquè.

525 Secunda, quia ex diuerſitate loci, & temporis neceſſariò inſurgit diuerſitas actus, ad tradita per Crauet. tract. de antiq. temp. poſt. 4. par. rub. teſtium triplex ſingularitas. num. 4. & ſeqq. fol. 165. præſertim in his, quæ ſunt facti tranſeuntis, prout eſt aſſertio alicuius hæreſis: quarè licet duo, aut plures actus ſint vnus in ſpecie, tamen numero, & in indiuiduo neceſſe eſt, vt ſint plures, & conſequenter teſtes, qui de eis teſtificantur diuerſis loco, & tempore, poſſent vocari conteſtes, inſpecta ſpecie, ſed non inſpecta indiuiduitate, quæ conſideratur à lege: nam ſpecies, niſi contrahatur ad indiuiduum, remanet ens rationis, de quo Legiſtæ non diſputant, quia non tractant de lana caprina, vt, loquendo de probatione generis, dixi ſupra num. 500. verſ. ſed demus.

526 Tertia, quia depoſitio iſtorum teſtium non poteſt referri ad eandem prolationem hæreſis numero, quia redderentur ſingulares ſingularitate obſtatiua ad inſtar teſtium Suſannæ: Igitur ad euitandam contrarietatem in eis, & vt idonei reddantur, debet referri ad eandem reiteratam, ſicut per alia verba, & benè declarat Ant. de Butr. in cap. cum cauſam. num. 22. de teſtib. dicens, quòd ſi actus eſt reiterabilis, diuerſitas in tempore concludit diuerſos actus, & ideo, inquit, teſtes non contradicunt, ſed ſi actus non eſt reiterabilis, & diſcordant in tempore, concluditur contrarietas: hoc idem in effectu benè colligitur ex his, quæ tradit Bal. in l. conſtitution. C. §. quibus. num. 3. verſ. vnum ad uerte. dicens, teſtes tunc ſaluandos eſſe cum diſtinctione. quando deponunt de actu reiterabili, ſeu in quo poſſunt diuerſa tempora conſiderari, & verificari, ſecus ſi deponant de actu inſtantaneo, & non iterabili; quia, vt inquit, tunc eſt impoſſibile, vt ſaluentur à contrarietate. Sed teſtes, qui reducuntur ad concordiam, præſumendo multiplicationem actus, non probant, quia quilibet remanet ſingularis in ſuo dicto, vt ſcribit Ioan. Crot. tract. de teſtib. par. 7. num. 148. verſ. tertia ſit concluſio. ergo.

527 Quid dicendum? Ego cenſeo, non eſſe recedendum ab hac vltima opinione: quòd non probent plenè: fateor tamen quòd faciunt maiorem probationem ſemiplena: & ideo in iudicando poſſet grauius torqueri, vel; omiſſa tortura; poſſet poſt magnam adhibitam conſiderationem, & longam diſcuſſionem imponi aliqua pæna extraodinaria; ſicut cenſuit etiam Pegn. dicto comm. 121. verſ. quia verò. licet is velit, etiam tormentis ſuperatis, poſſe imponi aliquam pænam.

Reſpondeo nunc ad ea, quæ adduxi in contrarium, & primo ad rationem, quam adducit Saly. dico, quòd licet diuerſitas temporis, & loci non plurificet hæreſim ſæpius formatam, hoc inquam eſt verum in ſpecie, ſed in numero vtiquè plurificat.

528 Ad primam comprobationem de pluribus adulterijs reſpódeo tripliciter. Primo reſpódeo, quòd contrariam opin. tenuit Bar. in l. vulgaris. num. 1. ff. de furt. dicens, quòd ideo eo caſu non imponebantur plures pænæ; quia pæna non erat reiterabilis. & hæc contraria opinio videtur ſaltem vera quando ex interuallo fuerunt multiplicata adulteria, ſicut ex Bal. deducit Fely. in cap. ſicut. not. 4. ſub num. 3. de teſtib. & eſt indubitata in foro conſcientiæ etiam ſi eadem vice plura ſint commiſſa, vt teſtatur Felyn. loco citato. ſed iſta non eſt tuta reſponſio, cum Bar. ſit ſibimet contrarius, vt patet ex his, quæ dixi ſupra num. 519. in hac
529 comprobatione. † Secundo reſpondeo, quòd delictum ſæpius reiteratum grauius punitur Gloſ. 1. in l. ſi diutino. ff. de pæn. Abb. in cap. ſicut dignum. num. 9. de homicid. & latè Roch. Curtij in cap. fin. poſt præfat. not. 1. num. 3. de conſuetud. fol. mihi 348. inter tract. diuerſ. de ſtatut. & Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 23. num. 1. & ideo non tenet conſequentia: grauius ſolum punitur: ergo reputatur vnum delictum: quia nos quotidie videmus, quòd dum agitur de puniendo reo plurium ſcelerum, non imponuntur ei plures pœnæ, ſed vna quæ ſit grauis, ſeu aliter commenſurata delictis arbitrio iudicis: Tertio reſpon. non valere iſtam conſequentiam: reputatur vnum delictum: ergo teſtes, deponentes de eo, iudicantur conteſtes: nam iſta illatio eſt præſumptiua, quæ non habet locum in caſu, in quo clarè conſtat de ſingularitate, vt conſtat in caſu noſtro, ſtante diuerſitate temporis, & loci iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 524.

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo dupliciter: Primo, quòd Cald. quem in re non difficilis probationis refert, & approbat Ant. de Butr. in cap. veniés. il primo. ſub nu. 10. verſus finem. de teſtib. retulit contrarium; videlicet, quòd duæ ſemiplenæ probationes etiam eiuſdem generis non coniungantur ad faciendam plenam probationem, exemplificans in duobus teſtibus ſingularibus, deponentibus de diuerſo tempore: Secundo reſp. quòd tūc forſan duæ ſemiplenæ probationes poſſunt coniungi ad faciendam plenam probationem, quando verſantur circa idem ſubiectum numero, & in indiuiduo, & ſic quando in eis latet ſola ſingularitas adminiculatiua; ſecus quando verſantur circa ſeparata loco, & tempore, vt in caſu noſtro, in quo adeſt ſingularitas diuerſificatiua, quæ non coniungitur ad faciendam plenam probationem iuxta ea, quę dixi infra num. 547. & 552.

DVBIVM XI.

530 Quæro quomodo poſſit cognoſci quando teſtes ſingulares probent plenè, quando ſemiplenè, & quando nullatenus: & erit quæſtio valdè vtilis.

Reſp. Concluſio eſt, quòd relinquitur arbitrio iudicis quando teſtes ſingulares probent plenè, & quando non, ſicut tenent Socc. conſ. 262. in cauſa magnifici. nu. 11. in fine, & num. 12. lib. 2. & conſ. 11. in cauſa dominæ catherinæ. ſub num. 6. lib. 3. Dec. conſ. 163. in cauſa matrimoniali. ſub nu. 2. ibi. & per hoc. lib. 1. Crauet. conſ. 35. ſub num. 15. conſ. 73. num. 35. in fine. & conſ. 78. nu. 7. lib. 1. Pariſ. conſ. 57. num. 48. & conſ. 75. num. 15. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 90. num. 5. in fine. & 6. & Gabr. qui alios refert in concluſ. lib. 1. tit. de
531 teſtib. concluſ. 2. num. 62. † & omnes vnus poſt alium mouentur ex traditis per Paul. de Caſtr. in l. lucius titius. num. 4. ff. de his, qui not. infam. & in l. admonendi. num. 39. ff. de iureiur. dum in arbitrio iudicis ait poſitum eſſe ſequi, vel non ſequi dicta teſtium, dicens, probationem nihil aliud eſſe, quàm iudicem ad finé ſcientiæ, & credulitatis perfectum rei geſtæ deducere, ſuper quo, inquit, non poteſt dari perfecta doctrina, ſed totum relinquitur arbitrio iudicis, & ideo probationes ſunt arbitrariæ, dependentes ex mero iudicis arbitro ſecundum ſubiectam materiam. & hoc dictum Pauli. de Caſt. aſſumpſit Dec. conſ. 219. viſo puncto. verſus finem. lib. 1. dicens, omnes probationes eſſe arbitrarias. & in conſ. 596. ad dubia. num. 2. in fine. allegans etiam Ant. de Butr. in cap. ex literis. not. 6. de probat. hancquè eandem concluſionem ex Socc. vbi ſupra refert, & ſequitur Petr. tract. de fideicom. q. 12. num. 534. effectu 12. & horum ſententia fundatur in l. 3. §. ideoquè. ff. de teſtib. ibi. *tu magis ſcire potes quanta fides habenda ſit teſtibus.*

532 AMPLIATIONES ad iſtam concluſionem forma ex his, quæ ſcribit Menoch. dicto caſ. 90. ſub num. 3. & ſeqq. ibi enim refert, & ſequitur, quòd probatio, reſul-
533 tans ex libro antiquo cenſus, eſt in arbitrio iudicis: † ſimiliter quòd iudex ex duabus contrarijs probationibus poteſt eligere quam vult & ex cauſa non adhibere fidem teſtibus clarè, & clariſſimè pro aliquo deponentibus, ſed iſto caſu ne vexaretur in ſyndicatu, inquit, debere eum exprimere cauſam in ſentētia, quare
534 fidem non adhibuit: † Adde etiam pro ampliatione dictæ concluſionis Rot. in deciſ. 73. nu. 3. par. 1. dum refert, quòd Domini de Rota conſiderabant, quòd iudex poteſt credere teſtibus non idoneis, quando deponunt veriſimilia.

535 LIMITA iſtam concluſionem, vt non ſit vera in probationibus, in quibus iuris regulæ, ſimilitudines, & rationes apertè dictant, & oſtendunt an, & quanta ſit adhibenda fides teſtibus, quia tunc iudex non debet, iuris regulam, & rationes excedendo, arbitrij prætextu fidem non adhibendam adhibere, & adhibendam reijcere, ſicut notat Corſet. in ſuis ſing. in verbo. duo teſtes qui ſunt tabelliones, in fine. dicens poſt Bal. quem citat, non eſſe ſimpliciter in arbitrio iudicantis, quibus teſtibus velit fidem adhibere, quia debet ſtare teſtibus dignioribus, & melioris famæ, quod ex eo retulit Menoch. de arbitr. d. caſ. 90. ſub num. 7. † Facit
536 aliqualiter ad hoc, quod ſcribit Bal. in l. puniri iubemus. in fine. C. ſi contra ius vel vtil. publ. dicens puniri iudicem, qui licitam, & debitam probationem non admittit. & in l. mancipia. num. 1. C. de ſeru. fugit. dicens, quòd ſi iudex noluerit examinare teſtes, facit litem ſuam.

Confirmatur iſta limitatio ex his, quæ dixi lib. præced. cap. 53. num. 29. & 36. vbi dixi generaliter, quòd iudex, qui habet arbitrium, debet ſequi rationem naturalem, æquitatem, & deciſiones iuris in caſibus ſimilibus.

Confirmatur poſtremo, quia fruſtra Doctores laboraſſent circa diſtinctionem ſingularitatis in illas tres ſpecies, quas retuli, & declaraui infra dub. ſeq. ſi totaliter committeretur arbitrio iudicis; & certè ſi nos diceremus eſſe abſolutè in arbitrio iudicis admittere, & reijcere probationem, ſequeretur, quòd is poſſet reijcere inſtrumentum publicum nulla ſui parte vitiatum, quod eſſet abſurdiſſimum.

537 DECLARA ergo ex iſtis, concluſionem eſſe veram, quando iuris regulæ, ſimilitudines, & rationes ſunt ita ambiguæ, vt non magis in vnam, quàm in alteram partem iudicis animum flectere videantur.

DVBIVM XII.

De ſpeciebus ſingularitatis teſtium.

538 Quæro igitur vlterius pro integra reſolutione præcedentis dubij [& erit 12. dubium] quam regulam habeamus in iure ad agnoſcendum an, & quantum ſit credendum teſtibus ſingularibus.

539 Reſp. In primis reminiſci oportet, ſingularitatem eſſe triplicem. Adminiculatiuam, Diuerſificatiuam. Obſtatiuam; ſicut dicebam ſupra num. 467. nunc declaro breuiter ſingulas vna cum Crauet. tract. de antiq. temp. poſt 4. part. rub. teſtium triplex ſingularitas. num. 1. & ſeqq. fol. 164. & Petr. tract. de fideicom. q. 12. num. 488. 585. & 615.

540 Adminiculatiua ſingularitas dicitur illa, quæ reſpicit vnum, & eundem actum numero, & in indiuiduo, & non patitur in ſe aliquam repugnantiam Crauet. vbi ſupra num. 3. Petr. d. q. 12. ſub num. 617. exemplum habes ſupra num. 363. verſ. confirmatur. & num. 463. in teſtibus, quorum vnus deponit de numeratione pecuniæ, & alter de confeſſione, & ſunt inducti ad probandum mutuum.

541 Diuerſificatiua dicitur illa, quæ reſpicit pluralitatem actuum reiterabilium, apparentem vel ex diuerſitate perſonarum, vel ex diuerſitate temporis, & loci, Crauet. loco citato num. 4. & 5. & Petr. num. 616. habes exemplum ſupra dub. 9. num. 362. & dub. 10. nu. . . & denique iſta diuerſificatiua exemplificatur in omnibus illis caſibus, in quibus Doctores diſputant, an teſtes ſingulares probent in genere, de qua re latè differui ſupra num. 469.

542 Obſtatiua dicitur illa, quæ continet repugnantiam, & contradictionem ratione temporis, vel loci, & hæc habet locum in actu vnico, & non reiterabili Crauet. vbi ſupra num. 1. 2. & 5. Petr. ſub num. 585. & num. 615. exemplum, quod communiter tradunt Doctores, eſt in teſtibus contra Suſannam, & Danielem: de eodem enim adulterio numero, & indiuiduo deponebant ſub diuerſis locis, vide Petr. d. q. 12. num. 586. & 587. & Abb. in cap. cum tu. ſub num. 2. de teſtib. vbi, loquendo de teſtibus contra Suſannam, & præſupposita vnitate actus inquit. *ex eo quòd deponebant de eadem hora colligebatur vnitas actus, ideo diuerſitas in loco commiſſi adulterij induxit contra eos præſumptionem falſitatis.* vel dà tu exemplum aliter in quouis actu non reiterabili, in quo teſtes deponant cum diuerſitate temporis ſicut ex Bal. & Ant. de Butr. retuli ſupra num. 526. verſ. tertia.

De adminiculatiua.

543 His declaratis, ſoluo quæſitum.

Si ſumus in ſingularitate adminiculatiua; concludo, quòd teſtes ſingulares poſſunt probare magis, quàm ſemiplenè, & plenè ſecundum qualitatem depoſitionis, & teſtium: nam, quòd coniungantur ad faciendam maiorem probationem ſemiplena, teſtatur Pariſ. conſ. 57. num. 43. lib. 1. & Gabr. qui plures cumulat in concluſ. lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 2. num. 65. & 66. & nos plures allegauimus ſupra num. 363. verſ. confirmatur.

544 vbi habes exemplum. † &, quòd coniungantur etiam ad faciendam plenam probationem, teſtantur Crauet. tract. de antiq. temp. poſt. 4. par. rub. teſtium triplex ſingularitas. num. 24. fol. 165. & Gabr. in concluſ. lib. 1. tit. de probat. concluſ. 1. num. 2. & Put. deciſ. 476. num. 3. lib. 2. dicens, quòd Domini de Rota dixerunt, quòd teſtes ſingulares non ſingularitate obſtatiua, ſed adminiculatiua probant confeſſionem, exquò confeſſio

545 eſt actus momentaneus, & ſucceſſiuus. † Et in iſta ſingularitate habet verè locum regula illa, quæ ſingula non proſunt ſimul collecta iuuant, de qua latiſſimè Gabr. dicta concluſ. 1. de probat. per totam. & in hac ſingularitate poteſt habere locum illa cõcluſio, quam firmaui ſupra dub. præced. in princ. nu. . . quod teſtes ſingulares plenè probent, ſi ita iudex ſuo arbitrio iudicauerit.

546 An autem probationes imperfectæ in genere ſuo, & ſemiplenæ coniungantur, hic non definio: vide tu interim Gabr. d. concluſ. 1. nu. 33. 36. 61. & 62. &, quòd teſtes ſingulares coniungantur quoad ſemiplenam probationem, vide Crauet. d. rub. num. 25. fol. 165.

De diuerſificatiua.

547 Si ſumus in ſingularitate diuerſificatiua; Aymon Crauetta Iureconſultus quidem, & ingenij perſpicacis, & eruditionis non vulgaris dicta rub. teſtium triplex ſingularitas. num. 7. non conſtituit differentiam inter eam, & obſtatiuam, dicens, quòd in iſta diuerſificatiua teſtes ſingulares nullo modo coniunguntur, vt probent plenè, nec ſemiplenè, nec adminiculatiuè, nec aliquis teſtium per ſe remanet integer, vt ſemiplenè probet, quia dictum vnius eliditur per dictum alterius, & iſto caſu procedit illud dictum, quòd minus probant mille teſtes ſingulares, quàm vnus: ſi enim eſſet vnus teſtis tantum integer, & legitimè deponens probaret ſemiplenè, ſed vbi ſunt plures, diuerſa loquentes in actu reiterabili, licet non ſint repugnantes, nihil tamen probant, quia inuicem ſe debilitant, cum articuletur de vno tantùm mutuo, & ipſi loquantur de pluribus factis diuerſo loco, & tempore, vt neſciatur qd, & quale ſit illud, de quo deponunt, & ſic ex tali ſingularitate diuerſificatiua inducitur incertitudo, & redditur probatio dubia, quæ dubietas ceſſat vbi vnus tantum eſt teſtis: hæc ille.

548 Sed ego ſum in contraria ſententia: arbitror enim, quòd teſtes ſingulares in iſta ſingularitate non poſſint ipſi ſoli probare, magiſquàm ſemiplenè, ſed tamen, quòd poſſint probare ſemiplenè; & hoc patet ex his, quæ dixi ſupra in varijs locis, & præſertim num. 370. verſ. ſed teſtes. & denique patet ex his tribus concluſionibus. Prima concluſio, quam ſæpè retuli ſupra, & præſertim ſub num. 469. verſ. pro parte. eſt, quòd teſtes ſingulares probant in genere, ſicut latè tenet ipſemet Crauet. conſ. 73. ſub num. 34. lib. 1. & rub. teſtium triplex ſingularitas. ſub num. 11. vbi teſta-

tur de communi:Secũda concluſio eſt, quòd probatio in genere conuertitur cum probatione ſemiplena, vt dixi dicto num.477.& patet ex his,quæ dixi ſupra nu. 478.& ſeqq.ad eum.& ſub nu. 490. verſ. ſed probatio. & num.491.vbi oſtendi,quòd probatio in genere facit ſemiplenã probatione:Tertia concluſio eſt,quòd probatio in genere habet locum in ſingularitate diuerſificatiua; vt patet ex exemplo, in quo formaui dubium nonum ſupra num.362. & num. 469. verſ. ſumo. item ex eo, quòd Doctores, quos allegaui ſupra in diuerſis locis,& præſertim d. num. 469. dum volunt probare, quòd teſtes ſingulares probant in genere, allegant Gl. vlt.in l.ob carmen.ff.de teſtib. quę loquitur in probatione poſſeſſionis,in qua ex multis Doctoribus quos citaui ſupra num.505. verſ.infero.retuli ſecundum eorum opin.quòd ſufficit probatio ſemiplena, reſultans ex depoſitione pluriũ teſtium,quorũ vnus deponat de vno actu, & alius de alio, & ſic in caſu ſingularitatis diuerſificatiuæ.Igitur à primo ad vltimum teſtes ſingulares ſingularitate diuerſificatiua probant ſemiplenè;

549 ✝ Et ex his concludo,differentiam eſſe inter diuerſificatiuam,& obſtatiuam.

550 Non obſtant quæ ex aduerſo tradit Crauet. vbi ſupra;dum ait, quòd inuicem ſe debilitant; cum articuletur de vno tantum mutuo,& ipſi loquantur de pluribus. &c.

Nam reſp.quòd vel ipſe præſupponit pro indubitato, mutuum non eſſe reiteratum;& iſto caſu ſingularitas redderetur obſtatiua iuxta ea,quæ dixi ſupra num. 526.verſ.tertia.& num.542.verſ.obſtatiua. & conſequenter teſtes eſſent contrarij,& falſi,ſicut contra Crauet.aduertit Petr.de fideicom.q.12.ſub num.588.& facit etiam, quod tradit idem ſub nu.489.vel præſupponit potuiſſe reiterari; & iſto caſu nego, quòd ſe ipſos inuicem debilitent:aut enim vnus ſolus eorum deponit de articulatis,ſeu libellatis,aut vterque,aut neuter: ſi vnus ſolus,dico, quòd ille probat ſemiplenè,præſuppoſito,qđ ſit omni exceptione maior, & alius, vti deponens extra cauſam,& conſequenter non iuratus,repellitur,ſicquè colliditur,ſeu debilitatur,& non debilitat; & ceſſat iſto caſu dubietas, & incertitudo; quia conſtat & de re petita, & de re teſtificata;& cõſequenter eſt ſublatum fundamentum Crauettæ:ſi vterquè; dico,quòd poteſt eſſe duplex ſemiplena probatio: puta ſi quis dediſſet libellum contra Titium, quòd commiſerit vſuras cum Seio,& cum Caio, & duo inducerentur teſtes,quorum vnus deponeret de vſura commiſſa cum Seio,& alius de vſura cum Caio; ſicquè iuxta tenorem libellatæ vſuræ;imò iſto caſu arbitrarer, quòd facerent maiorem probationem ſemiplena; quia non videntur omnino ſingulares; cum vtriuſquè depoſitio tendat ad probandum quid certum,deductum in libel

551 lo,& quilibet rectè deponat: ✝ ſi neuter;dico,quòd nihil probant;& ita procedat opinio Crauettæ,& Petræ de fideicom.q.12.ſub num.489.verſus finem.non quòd ſit incertum,quid petitum ſit,vt ipſi ſentiunt, ſed quia neuter facit ad cauſam.dò exemplũ:accuſatur aliquis, quòd commiſerit vſuram cum, A.vnus ex teſtibus inductis deponit quòd commiſit vſuram cum. B.& alius deponit, quòd eam commiſit cum C. ſicquè vterquè extra cauſam:vtiquè iſto caſu quantum ad proceſſum, & libellum inſtitutum nihil probant; aperiunt tamen viam ad procedendum,& inquirendum contra eundé de vſura commiſſa cum B.& C.ſtante,quòd in crimine vſuræ poſſit procedi ex offitio: vide pro tota iſta theorica ea,quæ dixi ſupra num.463.& num.481.

552 Concordo tamen cum Crauetta,quòd teſtes ſingulares diuerſificatiuè non coniunguntur ad probandum plenè, aut ſemiplenè,quia quilibet eorum remanet in ſua depoſitione,ſicut declaraui hic ſupra.

De obſtatiua.

553 Si ſumus in ſingularitate obſtatiua:concludo,qđ teſtes nihil probant;quia ſunt contrarij,vt notat Crauet. de antiqu.temp.poſt4.par.rub.teſtium triplex ſingularitas, num. 2.& 6. fol. 164. imò quia ſunt falſi, vt tradit Petr. de fideicom. q.12. num. 490. & reprobantur iuxta ea,quæ dixi ſupra num.401.verſ.reſtringe.

De vſuræ prohibitione.

554 Agendo huculquè de notorio facti interpolati, plura de vſuris, quàm locus forſan poſtularet, dixiſſe videor, ſed tamen priuſquàm ab earum tractatu recedam volo, quòd ſcias etiam hoc, quòd vſura eſt damnata, & prohibita vtriuſquè teſtamenti pagina, ſicut dicit textus in cap. quia in omnibus. de vſur. & ex eo refert Cæpol. de ſimulat.contract.num. 16. fol. 4.nam, quòd ſit damnata in teſtamento veteri,oſtendit Lup.in comment.l. curabit. §. 3.num. 13. C. de act.emp. fol.115. inter tract.diuerſ. de vſur.dicens, hoc eſſe indubitatum apud Theologos, & Iure conſultos:idem oſtendit Ambr.de Vign.eod. tract. de vſur.§.reuerendi.nu.28.fol.51.& ante eos Ioan. à Capiſtr. num.68. fol.95. Et quòd ſit damnata etiam in teſtamento nouo oſtendunt ijdem Ioan. à Capiſtr. de vſur. num. 70. fol. 96. & Lup. eod. §. 3. num. 14. Et quòd ſi prohibita iure naturali, diuino, & humano latè oſtendit Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 5. per totum. Et quòd ſit contra charitatem Dei, & proximi, contra legem moſaicam, contra propheticam, contra euangelicam, contra apoſtolicam, & contra canonicam,oſtendit Ioan. à Capiſtr.vbi ſupra, à num.67. vſquè ad num.72.incluſiuè: Et quòd ſit prohibita omni lege, naturali, diuinali,& humanali, tradit Ant.Arch.Flor.tract. de vſur.ſub num.5. & 10. fol. 79. Virg. Boccac. de interd. vti poſſid. cap. 18. num. 170.fol.316.Monticul.de inuent. cap. 9. num. 319. & latè Oſaſc.deciſ.137.num.6.& ſeqq. Quòd ſit contra naturam oſtendit Ant.de Roſel.tract.de vſur.num. 81. fol.70.Et quòd in nullo caſu concedatur,teſtatur Ant. Arch.Floren.eod.tract.cap.2.num.9.fol.81.

DIFFICVLTAS IIII.

Redeo ad difficultates intermiſſas ſupra ſub n.139. Supra num.82. in 2.difficultate vidimus qualis quãtaquè probatio requiratur in notorio facti tranſeuntis,& notorio facti interpolati.

555 Videamus nunc qualiter debeant deponere teſtes ad probandum præfatum notorium ad effectum, vt poſſit deueniri ad ſententiam.

Reſp. Doctores variè loquutos eſſe adeo, quòd ex eorum dictis colligo quatuor opiniones.

Prima opinio eſt Baldi in l.ea quidem.num.53.verſ. item quæro an poſſit.C.de accuſat.qui relatis duabus antiquorum opinionibus inuicem cõtrarijs,eas in effectu diſtinguendo conciliat in hunc modum:Si ſumus in factis antiquis ſupra memoriam hominum,vt puta, quòd Dux Athenarum fuerit tirannus,ſufficit probare notorium abſquè eo,quòd probetur factum,quia factũ includitur ſub notorio, & poſſibile eſt probare notoriũ:Si in alijs factis notorijs,inquit,impoſſibile eſt ꝓbare notorium,niſi probetur factũ:vnde,inquit,ſi volo probare,quòd tu notoriè occidiſti Titium in platea, impoſſibile eſt,quòd probem eſſe notorium, niſi probem factum, quia non poſſunt probari circumſtantiæ ſine principijs. & hæc concluſio eſt de mente omniũ antiquorum, ſicut patet ex his,quæ refert, & ſequitur Ant.de Butr.tract.de notor. art.4.nu.34. in fine. & ſub 43.& 44.qui,relatis Nic.de Mataral.& Ioan.Andr.clarius quàm Baldus loquitur.

556 Secunda opinio eſt Socc.& Iaſ.in l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog.alter num. 6. & alter nu. 11, qui in effectu conſiderant duos caſus: primus eſt, quando factum notorium eſt notorium populo, ſeu maiori parti; & in iſto aiunt probationem non eſſe neceſſariam:ſecundus; quando factum eſt notorium viciniæ: & in iſto tradunt ſatis eſſe, quòd teſtes deponant ſuper notorietate, quamuis non deponant ſuper facto,ſeu veritate facti.

557 Ter-

557 Tertia opinio eſt Boſſij.Foll.& Clar.in locis infra citatis, qui,loquendo indiſtinctè de quolibet notorio, ſentiunt,non eſſe neceſſarium,quòd teſtes deponant directè de facto:ſed ſolum de notorietate; diuerſo tamen modo loquuntur: nam Boſſ.tract.crim.tit. de denunt. num. 8. inquit, quòd & ſi in facto,puta in homicidio, commiſſo in præſentia officialium,qui ibi ſunt,vt exerceant officium eorum , non requiratur probatio facti, quòd ille occiderit talem;tamè,inquit, requiritur probatio,quòd notoriè eum occiderit.Foller.in pract. cri. in verbo. item quòd eſt notorius delinquens.ſub num. 15.verſus finem. ait, quòd ad faciendam fidem de notorio ſufficit, ſi teſtes deponant de præſentia populi in facto , licet non deponant directè de facto , & hoc inquit,poteſt contingere, quando teſtes viderunt magnum tumultum, ad quem totus populus,ſeu eius maior pars conuenerat, & poſt commiſſum homicidium, ſedato tumultu, viderunt Titium captum , qui publicè dicebatur commiſiſſe dictum homicidium, vel quando viderunt Titium inde aufugientem cum gladio ſanguinolento , & publicè ferebatur ipſum commiſiſſe dictũ homicidium:nam licet teſtes non viderint actum occiſionis,tamen ſufficit. Clar. lib. 5. recept.ſent.q.9.verſ. item quæro.diſtinguit in effectu hos tres caſus.Primus eſt, an debeant deponere delictum eſſe commiſſum. Secundus eſt,an debeant deponere fuiſſe notoriè commiſſum:& in vtroque caſu reſpondet affirmatiuè. Tertius eſt , an debeant deponere commiſſum eſſe ab eo, contra quem prætenditur eſſe notorium: & inquit,non eſſe neceſſarium,& hanc teſtatur eſſe cõmunem * opinionem, ſubdens poſtea , eam eſſe valdè periculoſam: & iuxta hanc theoricam tradunt communiter, quòd ſatis eſt, ſi teſtes deponant Titium occidiſſe Seium præſente,& vidente populo,vel maiori parte, & quòd viderunt ſic populum videre, vel maiorem partem , etiã quòd teſtes non deponant ſe vidiſſe dictum Titium occidentem Seium , quia,inquiunt,ſufficit,quòd deponãt de præſentia populi in facto, licet non deponant de ipſo facto ; ſicut totum iſtud exemplum depoſitionis clarè colligitur ex traditis per Ant.de Butr.d.tract. de not.art. 4.ſub num.43.ibi.non tamen exigo. & iſta tertia opinio relata ad ſecundum membrum primæ opinionis , videlicet in factis recentibus, fuit opinio omnium antiquorum , qui dixerunt ſatis eſſe , quòd probetur factum eſſe notorium ; quia eo ipſo concluditur per teſtes illud factum,cum de non ente non poſſit eſſe notorium ; ſic refert Butr. d. art. 4. ſub num. 43. & propterea eſt communis , vt teſtatus eſt Clar. loco citato.

558 Quarta opinio eſt Modernorum , nempè Maſcardi tract.de probat.concluſ. 1103.num.21.& ſeqq.lib.2.& Farin.qui eum refert, & ſequitur in qq. crim. lib. 1.q. 21.num.108.qui contra communẽ aiunt,requiri,quòd teſtes deponant de facto tanquàm de principali ente , & ſubſtantia, ſine quo notorium, quod eſt qualitas accidentalis , non poteſt conſiſtere.

559 QVID dicendũ?Si vellẽ recenſere omnia,quæ reperio dicta à Doctoribus in iſto paſſu , inuoluerer vna cũ ipſis , qui videntur non intellexiſſe, quod poſuerunt: ideo inhærendo ijs , quæ & ratione , & praxi videntur intellectui magis ſatisfacere ; conſtituo hanc vnicam generalem concluſionem , quòd teſtes debeant neceſſariò deponere de facto ipſo , & de qualitate notorietatis , & qualitatibus pertinentibus ad notorietatem, ſed diuerſimodè & ſecundum ſubiectam materiam,& rem, de qua agitur.

560 DECLARA hanc generalem concluſionem ſeqq. tribus particularibus concluſionibus.

I. CONCLVSIO eſt,In factis antiquis ſupra memoriam hominum non requiruntur teſtes,qui deponãt per ſenſum viſus ſuper veritate facti;ſed ſatis eſt,quòd deponant de auditu per famam , quæ probat in antiquis,vt latè dixi ſupra num.106.& ſeqq. ad eum;debet tamen eorum depoſitio continere tàm factum , quàm notorietatem facti , & ſic concordo cum Bal. & alijs antiquis. & pro maiori intelligentia & declaratione vide omnino, quæ ſcripſi ſupra num. 61. & ſeqq. ad eum.

561 ADVERTE tamen , quòd iſta concluſio habet locũ in cauſis,quę ciuiliter agerentur,ſecus in ijs,in quibus ageretur criminaliter ad punitionem iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 137. & iſtud notorium vocatur propriè famoſum,quia non poteſt probari per teſtes de viſu, ſed ſolum per famam,vt dixi ſupra num. 134.

562 II. CONCLVSIO . In factis, quæ probantur præſumptiuè, qualia ſunt concubinatus,filiatio, & ſimilia, ſufficit,quòd teſtes deponant de factis, & circumſtantijs mediatis,quia ex eis reſultat probatio facti immediati , & principalis,Innoc.in cap. tua nos.num. 4. de cohabit.cler.& Ant.de Butr.tract. de not. art. 4. num. 30.in fine.

563 III. CONCLVSIO. In factis,quæ directò probari poſſunt , qualia ſunt homicidium, incendium, & ſimilia,teſtes debent deponere de veritate facti , & immediate,deponendo directò contra delinquentẽ;quare reprobo in hoc illam communem * opinionem , & exempla , quæ ibidem ſub num. 557. retuli ex Foller. & alijs.

564 DECLARA tamen iſtam concluſionem quoad effectum condemnandi , ſicut dixi ſupra num.71.& in themate difficultatis poſitæ ſupra num. 555. ſecus quoad effectum procedendi , quia non eſſet neceſſarium,quòd teſtes deponerent ſuper veritate facti iuxta ea, quæ , conciliando, dixi ſupra num.66. 89. & ſeqq. ad eum.

565 AMPLIA iſtas concluſiones,vt habeant locum etiã in notorio facti interpolati , in quo vltra notorietatem probandam debet etiam probari factum directè, & verè, aut ſaltem præſumptiuè ſecundum ſubiectam materiam: præſumptiuè,vt in vſura,quæ quandoquè directò probari non poteſt propter ſimulationes , & fraudes,quibus contrahentes vtuntur ſicut ex Ioan. Andr. retuli ſupra num.308.verſ.accedat . & ideo recurrendum tunc eſt ad coniecturas, argumenta , & præſumptiones,vt ex eod.Io.Andr. Butr. Abb. Paul. de Caſtr. Pariſ.& alijs retuli , & ſequutus ſum ſupra num. 305. & d.num. 308. ex quibus coniecturis ius ſolet præſumere contractum vſurarium.

DIFFICVLTAS V.

566 Supponamus,iudicem ex abrupto tuliſſe ſententiam ſuper delicto verè notorio facti tranſeuntis , ſeu interpolati,omiſſis tamen penitus probationibus.

Quæro, an ſententia ſit valida.

Reſp.Innoc.in cap.tua nos.ſub num. 10. verſus finẽ, ibi.item dicimus quòd etiam.de cohabit. cleric.quem referunt,& ſequuntur Ant.de Butr.tract.de not. art. 4. num.34.fol.55.& ſub num.38. Abb. in cap. cum olim. num.27.in fine,& ibidem Fely. ſed dubitando. ſub nũ. 11.not.2.de ſent.& re iud.tenet,quòd ſententia irreuocabiliter teneat,licet iudex peccet in ſententiãdo,non conſtito ſibi prius de notorietate delicti : & hæc videtur communis * concluſio,de qua teſtatus eſt Mil.in repert. in verb. notorium facti geſti. fol. 234. dicens, quòd communis opinio tenet , quòd iudex benè facit, ſi de notorio ſe informet,ſi tamen,inquit, hæc omittat, nihilominus proceſſus valet,dummodo verũ ſit , quòd notorium ſit, & hoc poſtea conſtet.

Confirmatur hæc ſententia ; quia ſi notorium eſt probatio euidens,prout eſt,non poteſt impugnari ſententia ex defectu non receptæ probationis.

567 Quòd notorium ſit euidens probatio , oſtendo dupliciter . Primo quia , vt ſcribunt Ant. de Butr. dicto tract. de not. art. 4. ſub num. 34. & Socc. in l. ſi verò.§.qui pro rei qualitate.nu.5.& 6.ff.qui ſatiſd.cog. notorium æquiparatur probationi, concludẽtes, notorium in effectu eſſe probationem . & hinc paſſim legimus apud Doctores , quòd notorium non indiget probatione: Secundo quia, vt refert Butr. vbi ſupra ex Spec.& Socc.ex Tancr.& tradit Paul.de Caſtr.in l. lucius titius.num.4.ff.de his,qui not.infam.& in l.admonendi . num. 39. ff. de iureiur. quem rurſus citaui ſupra num. 531. probatio dirigitur in finem faciendi fidem , & certificandi iudicem : ſed iudex nullam maiorem fidem , nullamquè maiorem certitudinem habere poteſt , quàm ex notorietate. Igitur &c.

568 Contra istam conclusionem de directò faciunt ea, quæ opponit Felyn. vbi supra: & videntur facere ea, quæ firmaui supra num. 76. dum dixi, processum factum contra præsentem, & negantem, aut contra absentem non valere, præcipuè si procederetur ad instantiam partis, nisi fuerit prius habita informatio de notorietate.

569 Sed; his non obstantibus; non recedo ab ista communi conclusione; quia ea, quæ firmaui d. num. 76. habent locum, præsupposito, quòd postea non constet de notorietate, quo casu non sustineretur processus fabricatus contra absentem, aut contra præsentem, & negantem, sed solum contra præsentem, & tacentem, vt ibi declaraui: at hic supponimus totum oppositum, videlicet, quòd delictum sit verè notorium, sicquè quòd postea de notorietate appareat: & teneo istam ampliationem indistinctè, quàmuis Butr. videatur ex mente eiusdem Innoc. eam restringere. Et his sum expeditus de illa prima specie notorij iuxta distinctionem, quam feci supra num. 24. in 3. limitatione.

Notorij iuris processus quomodo formetur.

570 Resumendo amplius tertiam limitationem, de qua supra num. 23. in secunda specie notorij, videlicet notorietatis iuris iuxta considerationem, quam adhibui supra num. 24.

Quæro, an citatio requiratur super informatione notorij iuris, seu generalius, an in notorio iuris requiratur ordo & citatio.

571 Respondeo præmittendo, & distinguendo: † Præmitto, quòd notorium iuris secundum Mil. in suo repert. in verbo. notorium iuris. fol. mihi. 235. allegantem Ant. de Butr. in cap. vestra. de cohabit. cleric. dicitur probatio finita, per medium in iure facta, aut ex facto iudicialiter discusso, siue alias notorio à iure sumpta, probata, ficta, vel præsumpta: seu, apertius loquendo ex nostra descriptione, dicitur illud, quod oritur, seu resultat ex probationibus, & actis, seu ex confessione, seu ex

572 re iudicata: Distinguo nũc & resoluo: † Aut loquimur de notorio iuris, formando, hoc est, antequàm aliquod ex prædictis sit factum: & in isto membro distinctionis concludo, requiri non solum citationem, sed requiri etiam integrum ordinem iuris secundum naturam, & qualitatem causæ, & processus; quia notorium iuris oritur ex ipso processu, & ex actis causæ ritè, & rectè factis, vt colligitur etiam ex descriptione notorij, quam

573 ex Ant. de Butr. & Mil. retuli hic supra. † & in specie, quòd requiratur omnis ordo iuris in notorio præsumptionis, scribunt Innoc. in cap. tua nos. num. 4. de cohab. cler. & Bal. in l. ea quidem. q. 3. sub num. 56. C. de accusat. & tamen notorium præsumptionis est species notorij iuris, vt dixi lib. præced. c. 76. nu. 3. & qualis sit iste ordo est planus, vt ex Ant. de But. retuli supra n.

574 49. si requiritur ordo iuris: igitur requiritur citatio: † Aut loquimur de notorio iam formato, hoc est, postquàm aliquod ex prædictis est factum, vt puta, quia est conclusum in causa, seu est lata sententia, vel extat res iudicata: & in isto membro distinctionis cõsidero duos casus: primus est, quãdo versamur circa processum: & isto casu concludo, quòd iudex potest se informare de notorietate iuris absq; partis citatione: finge enim, quòd Seius denuntiauerit Titiũ de vsuraria prauitate, & quòd ad hunc effectum producat instrumentum sententiæ, ciuiliter latæ super restitutione vsurarum extortarum per eundem à Meuio, & quòd iudex ad effectum inquirendi contra ipsum Titium super crimine vsurarum velit videre illam sententiam productam, in qua fuit condemnatus ad restitutionem vsurarum: vtiquè iudex, visa hac sententia, potest, ipso non aliter citato, formare inquisitionem specialem: quia potuit iudex ad hunc effectum se informare super illa notorie-

575 tate iuris, reo aliter non citato: † secundus casus est quando versamur circa decisoria: & isto casu concludo, citationem requiri: finge enim, quòd sit conclusum in causa, auditis partibus toties, quoties opus fuit; nihilominus iudex non potest deuenire ad sententiam sine citatione partis, quamuis probationes post conclusum in causa faciant notorium iuris, vt ex Ant. de Butr. Abb. Affl. Paris. Gram. & alijs retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 76. sub num. 8. vers. si sumus in secundo casu. quare non potest se informare super illo notorio ad effectum decidendi sine vocatione partis: finge rursus, quòd aliquis instet pro executione sententiæ, & rei iudicatæ, quæ similiter inducunt notorietatem iuris, vt ex Gand. Vital. & Iod. retuli eod. cap. 76. sub num. 2. nihilominus iudex non procedet ad executionẽ, nisi prius fuerit citatus reus, quia posset aliquid releuans adducere, vt, Deo fauente, latè explicabo lib. seq.

Notorium an detur in causis ciuilibus, & quomodo procedatur.

576 Attingo hic vnum punctum, practicabilem in iudicijs. Punctus est iste: an in ciuilibus detur notorium, & consequenter processus sine ordine iuris, prout datur super notorio in criminalibus iuxta ea, quæ ex Gl. Innoc. Spec. Ant. de Butr. Gand. & alijs retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 76. sub num. 8. vers. si loquimur de notorio facti. & supra hoc eod. cap. num. 51. vers. prima.

577 Resp. Innoc. in cap. tua nos. num. 6. de cohabit. cleric. quem refert, & sequitur Ant. de Butr. tract. de not. art. 4. sub nu. 24. paucis agendo, concludit, in alijs præter malefitia, puta in contractibus, non habere locum prædictum processum, imò seruari in eis ordinem iudiciarium, & postea num. 10. in fine. mutata aliqualiter sententia, ait, quòd licet non solum factum, sed etiam possessio, & cõtractus possessionis possent esse notoria; tamen, inquit, raro debet procedi secundum formam notorij, prout & in eis raro proceditur in forma inquisitionis, & hoc inquit, sibi magis placere.

578 Cæterum ego considero, quòd iste articulus habet tres inspectiones: prima est, an in ciuilibus detur notorietas: secunda, an tunc procedatur sine ordine iuris: tertia, an procedatur in eis, vt in criminalibus.

Quantum attinet ad primam inspectionẽ dico, etiã in ciuilibus dari notorietatem facti, & notorietatem iuris: facti, vt puta si quis, præsente maiori parte populi, promitteret soluere centum alicui, vel alium iniret contractum: de notorietate iuris non est dubium, quia probationes, & res iudicata non magis inducunt notorietatem iuris in criminalibus, quàm in ciuilibus.

579 Quantum ad secundam concludo similiter, quòd potest procedi sine ordine iuris, quia potest procedi sine libello, sine contestatione litis, & similibus, sicut de libello aduertit etiam Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 21. nu. 64. & ideo, si esset lata sententia in ciuilibus super aliquo verè notorio, non tamen iudici constito de norio, nihilominus sententia teneret irreuocabiliter, sicut dixi in crimalibus supra num. 566. in quarta difficultate.

580 Quantum attinet ad tertiam constituo vnam differentiam: quia in criminalibus regulariter potest procedi ex officio, maximè vbi extat notorietas, quo casu proceditur ex officio etiam in illis casibus, in quibus procedi non posset sine instantia partis, vide ad hoc quæ ex Bal. Socc. Affl. Gram. & alijs retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 68. limit. 5. num. 7. & cap. 76. sub num. 9. vers. si in secunda. & dixi supra num. 67. secus est in ciuilibus, quia in illis regulariter non proceditur sine instantia partis, etiam si essemus in notorijs; hancquè differentiam notauit etiam Farin. in qq. crim. d. q. 21. nu. 61. & 63.

581 RESTRINGE istam differentiam, vt non habeat locum in aliquibus casibus, in quibus etiam in causis ciuilibus potest procedi sine instantia partis, vt notaui dicto cap. 68. num. 3. & seqq.

582 RESTRINGE rursus generaliter ex ui notorij, vt non procedat in articulis notorijs, qui sunt annexi, & dependentes à causa principali, in iudiciũ deducta ad instantiam partis; quia tunc super illis articulis emergentibus, si notorij sint, potest iudex decidere, & supplere absquè instãtia partis, vt ex Ant. de Butr. trac. de no-

de notor. art.4.ſub num.5.6.& ſeqq.retuli,& ſequutus ſum d.lib.præced.cap.68.ſub num.7.in 2. edit.

583 Hac tertia differentia circumducta, in reliquis non reperio differentiam,quia modus procedendi in criminalibus, & modus procedendi in ciuilibus habent magnam analogiam inter ſe etiam in proceſſu contra abſentes,ſicut oſtendi lib.præced.cap.97. num. 37. & notorietatis ratio,quæ militat in ciuilibus,militat etiã in criminalibus:quare & in illis, & in iſtis proceditur executiuè,& ratio in oĩbus eſt,quia notorium æquiparatur probationi,vt dixi ſupra num. 567.verſ.quòd notorium.& dicitur probatio probata; & conſequenter non eſt quærendum de proceſſu, qui ſolet fieri ſolum ad effectum indagandæ veritatis; cum in notorijs veritas ſit inuenta:qualis autem debeat eſſe iſte modus executiuus ſuper notorijs dico nõ dari certam doctrinam,& ideo ſtylo,& conſuetudini in hærẽdum erit: & hæc ſatis circa tertiam limitationem principalem,quã poſui ſupra num. 23.

Reſumuntur limitationes principales.

Reſumendo limitationes principales inchoatas ſupra num. 18.& intermiſſas ſupra ſub num. 23. quando teſtes poſſint examinari,parte non citata.

584 LIMITA IIII. principaliter,vt non habeat locum in teſtibus,qui fuerunt in eorum dictis affrontati; ſeu confrontati cum reo, quia illa confrontatio obtinuit vicem citationis,ſicut ex Affl.Clar.& Fiam.Cart.retuli & ſequutus ſum lib.præced.cap.86.ſub num.53.

585 LIMITA V. vt non procedat in cauſis fidei; quia teſtes examinantur, reo non citato ad videndum iurare eos.Rom.ſing.364.fuit vnus ex vobis.fall.5.Socc. reg.406.fallen.4.Fely.in c.2.limit.14.nu.17. & ibidem Dec.fallen.4.nu.50.de teſtib.Nicel.de concord.gl.cõcord.52. fallen.43.ibi.quinto in cauſa hæreſis ſub nu. 288.fol.mihi.208.Carrer.tract.de hæret. num. 121. Simanc.de cath.inſtit.tit.64.num.28.fol.260. Gabr. in concluſ.lib.2.tit.de citat.concluſ.1.limit.13.num.343. Aſin.in prax.§.7.cap.5.limit.70.& Maſcar.trac.de probat.q.5.num.41.lib.1.& concluſ.682.limit.14.num.36. lib.2.& dixi cap.præced. num. 95. hancquè limitationem fundant omnes in cap.fin.de hæret.in 6. vbi prohibetur Epiſcopis,& Inquiſitoribus,ne in publicatione proceſſus facienda edant nomina teſtium. & ibi Ioan.And.in principio reddit rationem.

586 EXTENDE iſtam limitationẽ,vt habeat locũ nõ ſolum, quando timetur potentia inquiſiti,ſicut ita limitatè loquuntur Rom.Socc.Fely.Dec.Gabr.Aſin.& Maſcar. in locis citatis, & colligi videtur ex allegato cap. fin. de hæret. in 6. ſed indiſtinctè, prout indi-

587 ſtinctè loquuntur Nicell.Carrer.& Simanc. † & ratio huius extenſionis eſt, quia hodie ſemper præſumitur imminere graue periculum, & licet non immineret maius,quàm in alia cauſa criminali, tamen fauore fidei ſufficit quale quale periculum,quia teſtes etiã propter leuiſſimum periculum ſubtrahunt ſe à ferẽdo teſtimonio, & ſit reus inquiſitus quantũ vis vilis & abiectus tñ,quia efficitur inimicus teſti,eſt timendus, cũ etiã viles quandoquè offenderint potentes; ſicquè non obſtat textus in d.c fin.dum prohibet nominum editionẽ, ſi teſtibus periculũ immineret,& ita ſeruatur in ſupremo tribunali Sanctæ Inquiſitionis, & ſeruari vidi etiã in alijs, & ideo aduertas, ne decipiaris à Rol. à Vall. conſ.12 num.79.lib.3.dum ex Marſ.conſ.8.num.35.refert, & ſequitur,quòd in cauſa hæreſis,ceſſante potentia hæretici,teſtes non poſſunt recipi ſine citatione partis.

588 INFERO ex iſta quinta limitatione eiuſquè extenſione,etiam in alijs cauſis criminalibus poſſe examinari teſtes,reo nõ citato,ſi iudex viderit graue periculum eis imminerè: Et moueor duplici ratione.Prima, quia ſi hoc concederetur in cauſis ciuilibus, quando periculum immineret contra principalem, vt dixi ſupra cap.præced.nu.89 90.& 96.à fortiori debet concedi in cauſis criminalibus quando immineret cõtra teſtes, tùm quia cauſæ criminales preſertim graues, & & infamatoriæ ſunt magis odioſæ,tùm quia conuenit vt magis conſulatur indemnitati teſtium, quàm principalium, quia teſtes nullum ſperant cõmodum,& inuiti potius,quàm voluntarij liti interueniunt.Secunda quia cum militet periculum,in quo eſt fundata deciſio textus in cap.fin.de hæret. in 6.ergo debet militare illius diſpoſitio,quæ eſt,vt teſtes poſſint examinari, reo non citato,& tantò magis,quia in crimine hæreſis examinantur reo non citato,etiam ſi non appareat de periculo, & conſequenter ceſſat argumentum pro contraria parte.

589 Contra iſtam illationem tenent Ant.de Butr.in cap. præterea.il 2.ſub num.5.de ſponſal.dicens,ſolum in materia peccati poſſe examinari teſtes occultè,quando timetur potentia aduerſarij, & ibidem Abb. num. 7. in fine, dicens ex textu in d. cap. fin. de hæret. in 6. poſſe colligi argumentum pro & contra; concludens ſibi magis placere iſtam opinionem.Gundiſſ.tract. de hæret.cap.14.num.2.& 3.dicens textum in d. cap. fin. eſſe exorbitantem à iure communi,& ideo non eſſe extendendum, niſi ad caſus ſimiles, quos ait vix poſſe reperiri attenta grauitate delicti hæreſis,repræhendens propterea Ant.de Butr.quòd dixerit generaliter, permitti in materia peccati. &c. & Gabr. in concluſ. lib.2.tit.de citat.concluſ.1.limit.13. ſub nu. 343.& ita video ſeruari de conſuetudine; quamuis in puncto iuris prima opinio mihi videatur vera.

590 LIMITA vltimo in cauſa aſſaſſinij prout limitat Gabr.in concluſ. lib. 7. de malef. concluſ. 1. num. 21. qui tenet,teſtes in cauſa aſſaſſinij poſſe examinari,reo

591 non citato,† & ratio eſt,quia aſſaſſinium poteſt probari probabilibus argumentis cap.1.in fine. de homic. in 6.& ibi Ioan.Andr.ſub num.7. poſt Hoſt. quem citat.Fely.in cap.afferte.limit.3.num.9.de præſumpt. & Dec. in conſ. 189. num. 4. ibi. ad ſecundum. lib.1. Et ad probandum ea, quæ probantur argumentis, & inditijs poſſunt examinari teſtes, parte non citata,vt ex Soc.Marſ.& Aſin.retuli ſupra cap.præced.num.394.

592 Contrariam ſententiam;quòd requiratur citatio;tenuit Gram.poſt deciſ.conſ.1.num.63. in fine. & 64.& hæc ſententia ſuadetur dupliciter:primo ex regula de adhibenda citatione in quolibet actu,cui regulæ in

593 hoc non reperitur derogatum: † ſecundo, quia non eſt verum,citationem non eſſe neceſſariam in examine teſtium,quando lex contentatur ſolis argumentis, ſeu inditijs,& hæc eſt communis * ſententia,quòd requiratur,vt ex Dec.in cap. 2. num. 54. de teſtib. retuli & ſequutus ſum ſupra d.cap.præced.nu.395.ſufficiant hæ limitationes.

De neceſſitate iuramenti in teſtibus ſufficiant quæ dixi cap.præced.num.

Quæſtiones contingentes examen teſtium.

QVAESTIO I.

594 Accedamus nunc ad multas difficultates, quæ poſſent oriri in examine teſtium.

Quæro igitur 1. an in cauſis criminalibus poſſint examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam?

Reſp.Circumferuntur tres opiniones.

Prima eſt affirmatiua,quòd poſſint examinari; quia accuſator tenetur ad pænam talionis; vt tenuit Vinc.

595 Secunda,quæ præcedentem declarat, eſt, vt poſſint examinari poſt inſcriptionem ad pænam talionis,ſicut tenuit Ioan.Andr.

596 Tertia opinio eſt negatiua,quòd non poſſint examinari,quamuis ſint ſenes,ſeu valetudinarij, aut abſuturi Bal. in auth. ſed & ſi quis ab aliquo. num. 3. & ſub nu.5.ibi.ſoluẽdo quæſtionem.C.de teſtib.Abb.in cap. quoniam frequenter. ſub num.3 ibi.quarto. & ibidem Marſ.Socc.ſub num. 9. fallen. 1. declaratione 7. vt lit. non conteſt.Clar.lib. 5. recept. ſent. q. 44. circa principium. Gail. in pract. obſeru. lib. 1.obſeru. 92. num. 13.& hæc opinio eſt communis * & probatur ex d. cap. quoniam frequenter. ibi *cum ciuiliter eſt agendum.* arguendo à contrario ſenſu, ſicut notat Socc. vbi ſupra. & hæc opinio eſt vera, & alias duas præcedentes confutant Abb. & Socc. in d. cap. quoniam frequen-

frequenter.alter sub num.5.& alter in loco citato.

597 Rationem huius opinionis communiter adducunt; quia in causa criminali testes non recipiuntur ante cõ testationem litis,& requiruntur probationes strictissimæ Glos.in d.cap.quoniam frequenter. in verbo. ciuiliter.vt lit.nõ contest.& in c.veritatis.in verbo. probatum.de dol.& contum.Abb.in d.c.quoniam frequẽter. sub num.5. & ibidem Socc.sub nu. 9. vers.septimo declaratur.qui & illud addunt, sanctius esse nocẽrem absoluere, quàm innocentem condemnare, inferentes propterea,aliquid inordinate fieri non debere, maximè parte absente.

598 Sed nulla ex his rationibus satisfacit; quia etiam in causis ciuilibus non recipiuntur testes ante litem cõtestatam iuxta ea, quæ dixi supra cap. 7. num. 7. & 8. cap.præced.num. 120.& lib.prçced. cap. 86. sub num. 54.& nihilominus examinantur testes ad perpetuam rei memoriam,si sint senes,aut valetudinarij,seu absuturi, vt dixi d. cap.præced. num. 125. 127. & seqq. ad eos. Imò,attenta ista ratione,& attenta deinde consuetudine procedendi in criminalibus summariè,& manu regia,vt dixi lib.præced.c.50.nu.34.c.51.nu.30.& c.65. sub nu.3.sequeretur,quòd indistinctè possent testes tàm senes quàm iuuenes examinari ad perpetuã rei memoriam,quia quando potest procedi summariè & manu regia nõ requiritur litis contestatio iuxta ea, quæ dixi eod.lib.1.cap.vlt.num.9.& 11.& consequenter funditus corrueret ista ratio;& in crimine hæresis corrueret, etiam attenta dispositione iuris,cum de iure in eo procedatur summariè &c. vt dixi lib. præced. cap. 52.num.1.& 2.& consequenter minus in eo requiritur contestatio litis,sicut etiam dixi eod.lib. præced. cap. vlt. num. 10.

Minus etiam satisfacit, quòd sit melius nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, quia hoc etiam diceremus in ciuilibus, in quibus iura magis abhorrent, actorem carentem titulo ingredi possessionem,quàm possessorem vitiosum non eijci,quia tur pius eijcitur,quàm non admittitur hospes,vt dixi supra cap 7.num.424.

Minus,quoquè satisfacit,quòd in criminalibus requirantur probationes strictissimæ, maximè parte absente:nam non propterea,quòd testes examinantur ad perpetuam rei memoriam dicimus esse admittendas leues probationes,aut parte absente; imò præsupponimus,quòd debeant esse strictissimæ &c. reo presente, aut saltem citato.

Minus satisfacit, quòd in causis criminalibus agatur de magno præiudicio:nam & in causis fidei,& lesæ maiestatis agitur de magno præiudicio,& nihilominus dicimus in eis necessariam non esset contestationem litis.

599 Ratio ergo meo iudicio est,quia examen ad perpetuam rei memoriam est remedium extraordinarium, quod in causis ciuilibus conceditur actori,qui non est paratus ad agendum eo, quòd vel non habet omnia documenta,seu monumenta necessaria,vel eget pecunia pro sustinenda lite, vel aliquo alio grauiori negotio,aut impedimẽto detinetur:nec enim posset is post cœptum iudicium dilationes petere, testibus Spec. Vestr.& Caputaq.quos retuli & sequutus sum lib.prçced. cap. 10. num. 3. quia actor debet venire instructus,vt ex Gl. Abb.& alijs retuli loco proximè citato: & dato,quòd actor esset paratissimus ad agendum, & inciperet agere,nihilominus posset adeò durare controuersia super exceptionibus dilatorijs,vt priusquàm deueniretur ad contestationem litis, testes saltem senes, seu valetudinarij essent mortui; & propterea iura concesserunt ei,vt possit examinare ad perpetuã rei memoriam testes,de quorum morte, vel absuturatione timeretur: eademquè ratione concesserunt possessoribus, vt possint testes indistinctè examinare ad perpetuam rei memoriam,quia ab eorum potestate non dependet,quando actores agere debeant iuxta ea,quæ scripsi cap. prçced. num. 163. & seqq. ad eum. cæterum,si actor posset statim agere,& non immineret periculum mortis, vel diuturnæ absuturationis in testibus,non cõcederetur ei, vt posset examinare testes ad perpetuam rei memoriam, quia remedium ordinariũ

600 facit cessare extraordinarium,vt tradit Socc.reg.413. sed sic est in causis criminalibus,quia iudex semper est paratus ad procedendum, cessantquè in eo supradicta impedimenta: prodest enim quandoquè actori differre diem inchoandæ litis, sed non prodest vnquàm Reip.differre persequutionem delinquentium; imò adeo paratus esse debet iudex ad inquirendum facinorosos,procedendum contra eos,& purgandam prouinciam malis hominibus iuxta ea, quæ dixi lib. præced.cap. 69. sub num.2. vt si in hoc fuerit negligens, veniat remouendus ab officio;meritò non est introductum,vt in causis criminalibus testes possint examinari ad perpetuam rei memoriam.

601 RETENTA hac ratione,infero sequentes ampliationes,& limitationes.

AMPLIA I. istam communem opinionem, vt habeat locum etiam in causis, in quibus procedi potest summariè,& sine figura iudicij,quales sunt causæ læsæ maiestatis,& hæresis, in quibus procedi potest summariè,& sine figura iudicij,vt dixi lib.præced.cap. 52.num.2.& quales sunt hodie omnes causæ criminales,attentis quibusdam legibus municipalibus,constitutionibus, & consuetudine, de quibus dixi eod. lib. præced.cap.50 nu.34.cap.51.nu.30. & cap. 65. sub nu. 3.quia licet in his non requiratur contestatio litis, vt dixi eod.lib.præced.cap.vlt. sub. num. 9. & 11. tamen in eis non possunt examinari testes ad perpetuam rei memoriam; quia iudex potest procedere, quãdo vult. imò tenetur quàm primum procedere,vt dixi,& præsertim in causa hæresis, sicut scripsi lib. præced. cap.59.sub num.1.nec vllum habet impedimentum, quominus procedere valeat:is enim pro instruendo processu,conducendisquè procuratoribus,& Aduocatis non eget pecunia: habet latas habeas ad cogendos testes, potest resecare subterfugia,& potest procedere contra absentes,& contumaces varijs modis, de quibus egi lib.præced. cap.97.& 98.

602 AMPLIA II. vt habeat locum etiam in causis, in quibus non est imposita pæna maior relegatione; quia licet in ijs non sit necessaria contestatio litis, & possit propterea procedi contra absentem, & deueniri ad sententiam diffinitiuam,vt ostendi lib. prçced.cap.97. nu.1.& 2.tamen non possent examinari ad perpetuam rei memoriam.

603 LIMITA I. nunc eandem tertiam communem opinionem,vt non procedat quando super crimine non ageretur criminaliter, sed ciuiliter; quia tunc possent examinari ad perpetuam rei memoriam, quãuis lis oriatur ex delicto Bal. in auth. sed & si quis ab aliquo. sub num.5.ibi.soluendo quæstionem. C. de testib. Abb.in cap.quoniam frequenter. sub num.5. versus finem.& ibidem Mar. Socc.sub num. 9. declaratione 7.vt lit.non contest. militat enim in ista limitatione eadem ratio,quæ militat in ciuilibus.

604 LIMITA II. vt non habeat locum,quando reus vellet examinare testes, puta quia vellet probare, quòd fecit aliquid ad sui defensionem: posset enim eos examinare ad perpetuam rei memoriam,vt tradit Bal. in dicta auth. sec & si quis ab aliquo. sub num. 5. vers. credo tamen.C.de testib.& ratio est,quia non est in eius potestate,vt agatur;& fraudis suspitio cessat,quia teneretur illos examinare coram iudice criminali, isquè tunc posset processum formare.

QVAESTIO II.

Literæ remissoriales in causis criminalibus non conceduntur.

605 QVAERO, an in causis criminalibus iudex possit committere receptionem, & examen testium, & concedere ad instantiam partis literas remissoriales.

Resp.Regula est,quòd non possit,testibus Abb. in cap.si quis testium.sub num.1.ibi.dic hoc.de testib. & August.ad Ang.tract.de malef.in verbo.qui iudex statuit.num.33 & hæc regula colligitur ex his, quæ scribunt

bunt Innoc. in d. cap. ſi qui teſtium. in fine. de teſtib. Spec.tit.de teſte.rub.de teſtium examinatione.§.nunc tractandum.ſub.num.2.& §. qualiter autem. num. 15. verſus finem.Iacob.Gentil.tract.de ord. iud. num. 20. Ioan.Andr.in cap.romana.num.9.de for.compet.in 6. Cyn.Bal.Ang.& Saly.in auth.apud eloquentiſſimum. C.de fid.inſtr.Paul. de Caſtr.in l.iudices. ſub. num. 1. C.eod.Ant.de Butr.in cap.conſtitutus. num. 12. de fideiuſſ.Lanfr.in cap.quoniam contra.num.19.in verbo. teſtium. de probat. Rom. ſing. 392. perſonæ egregiæ. Abb.in cap.cum cauſam.num.22.& ibidem Fely.num. 21.verſ.prima cōcluſio.de teſtib.rurſus Fely.in d.cap. ſi qui teſtium.num.2.fallen.2. eod. tit. Diaz. reg. 757. Aret.tract.de malef. in verbo. qui iudex ſtatuit terminum.num.23.Iaſ.in l.ad egregias.ſub num.7.ff. de iureiur.Campeg.tract.de teſtib.reg.286.fall.2.Boſſ.trac. crim.tit.de oppoſit.contra teſtes.num.26.Mill.in prax. crim.in verbo.reuocatus. num. 3. & 8. fol. mihi. 103. Affl.in conſtitutione.in pecuniarijs.not.3.num.13.lib. 2.Veſtr.in prax.lib.6.cap.vlt.ſub. num. 1. verſ. at vbi. & ibi Grauat.in annot. ad eum. num. 11. Carauit. rit. 142.ſub num.1.& rit.157.num.3.Seuerol. tract. de remiſſ.cap.4.num.1.Gabr.in concluſ.lib.7.de malef.concluſ.25.nu.1.& ſeq.Caputaq.deciſ.62.ſeu. 13. nu.1. & 2.& deciſ.63. nu.3. par.3. & faciunt,quæ dixi in cauſa attentatorum, & ſpolij cap. pręced.num.742.& 743.
✲ verſ.ratio.& num.762.& de communi * opinione teſtantur Abb. in d. cap. ſi qui teſtium. ſub num. 1. ibi. ſed quæro. de teſtib.& Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 26. verſ.ſed quæro.& hæc opinio probatur ex textu in dicta auth.apud eloquentiſſimum.quam citant omnes, & ex textu in cap.vnico. Clement. de offic. & poteſt. iud.deleg.arguendo à contrario ſenſu, & ibi Gloſ. in verbo.ciuili.& ex cap. 2. & ibi Gloſ. in verbo. iure prohibente.de iudic.in 6.& ex alijs adductis per Fely. & Auguſt.vbi ſupra.

606 Ratio huius regulæ,huiuſquè communis opinionis eſt,quia cauſa meri,vel mixti imperij non poteſt delegari Aret.loco citato. & ibi Additionator in litera. a. in verbo.delegari.Mil.in d. verbo. reuocatus. num. 4. fol. 103.Ioan.Ant.de Nigr.in cap.quia de vicarijs. nu. 8.& ſeqq.Carauit.d.ritu.157.num.4.Iaſ.in l.à iudice. ſub num.11.limit.4.C.de iudic.& communiter omnes.

607 Sed in examine teſtium quandoquè eſt adhibenda tortura,vt puta,ſi vacillarent, ſicut dicit textus in d. auth.apud eloquentiſſimum. & notant Abb. Veſtr. & Carauit.in locis proximè citatis. & Andr. de Iſern. in cōſtitutione.in pecuniarijs.fol.mihi.169.col.1.lin. 57.
608 lib. 2. † & tortura in cauſa criminali ſemper eſt meri imperij,vt tradit Iaſ.in l.imperium. ſub num. 24. verſ. ſed aduerte.ff.de iuriſd.omn.iud. & fauente Deo, dicam lib. ſeq.

609 AMPLIA iſtam regulam,vt habeat locum etiam ſi conſuetudo eſſet in contrarium,vt ex Gloſ.la 2.in verbo.ſed præſentes.cap.teſtes.3.q.9.dum inquit, *in cauſa criminali ſemper teſtes erūt præſentes, ſed in ciuili ſeruetur conſuetudo regionis*, deducunt Auguſt.ad Ang.trac. de malef.in verbo.qui iudex ſtatuit terminum. ſub nu. 33.Fely.in cap. cum cauſam.num.21.in fine. fallen. 1. de teſtib.& ſentit ibidem Abb.ſub num.22.dum diſtinguendo concludit,in cauſa criminali teſtes eſſe euocandos etiam extra prouinciam, ſed in cauſa ciuili eſſe ſeruandam conſuetudinem. & ita audacter ex illa Glo.affirmat Affl.in conſtitutione.in pecuniarijs. ſub num.15.ibi.quarto quæro.lib.2.

610 AMPLIA II. vt habeat locum, etiam ſi teſtes examinandi eſſent perſonæ egregię; quia adhuc deberent venire ad deponendum coram iudice; & eorum examen non poſſet committi notario iuxta ea, quæ dixi infra num. 630.

Iudex, exercens iuriſdictionem ſine locumtenente, quando poſſit concedere literas remiſſoriales in cauſis criminalibus.

SPECIES I.

611 Pro declaratione iſtius regulę communiter receptę & ſic ampliatæ,& aliarum amplationum, & limitationum,quę à Doctoribus ſub diſputatione circumferuntur,ſunt conſiderandæ duæ ſpecies iudicium.

Prima ſpecies eſt eorum, qui iuriſdictionis actus ſpectantes ad iudicem exercent in propria perſona ſine locumtenēte, ſeu ſubſtituto, exquò eorū dignitati non dedecet,nec multitudine negociorum impediuntur:& in hac ſpecie iudicium procedant regulæ,& adducta in ea.

Exemplifica tu,mi conciuis Carſeolane, hanc ſpeciem iudicium in Gubernatore Carſeolano, qui vna cum Magiſtro actorum in propria perſona cōmodè totam illam iuriſdictionem exercet.

612 LIMITA I. eandem regulam in iſta prima ſpecie iudicum, vt non procedat quando teſtes examinantur pro informatione Curiæ ſuper inquiſitione generali, quia iudex poſſet committere etiam
613 notario, vt eos examinaret, † & ratio huius limitationis eſt, quia teſtes examinati ante conteſtationem litis, & parte non citata, non probant iuxta ea, quæ ex Gloſſ. in verbo. ciuiliter. Abb. num. 5. & alijs in cap.quoniam frequenter,vt lit.non conteſt. Bar. in auth.ſed & ſi quis ab aliquo.& ibidem Bal.ſub num.2. C.de teſtib.Blanc.in pract.crim.nu.30.Boſſ.tract.crim. tit. de indit.& conſid.ante tort.num.128. & alijs retuli, & ſequutus ſum lib.præced.cap.86.ſub num.54. ſed ſolum faciunt inditium ad formandam inquiſitionem ſpecialē,eamquè vna cum citatione tranſmittendam, & ad capturā, ſicut in praxi quotidie videmus,& dixi ſæpè lib. præced. in diuerſis locis; & conſequenter eſt examen modici præiudicij,quare illi teſtes veniunt repetendi: Et quòd de ſtylo hoc examen committatur notarijs, & actuarijs,teſtantur Clar.lib.5.recept. ſent. q.26.in principio.Carauit.ritu.156.ſub num.1.dicens, plurimum practicari, vt audientia teſtium ſenum, & valetudinariorum committatur alicui probo actuario, & rit.157.num.2.in fine.dicens,quòd de conſuetudine actuarijs Curiarum committitur quotidie audientia in criminalibus pro teſtibus impeditis, & ſic intelligo Boſſ.tract.crim.tit.de oppoſit.contra teſt.ſub num.26. ibi. *intra iuriſdictionem fit commiſsio notario*.

614 DECLARA iſtam limitationem, quoad notarium, prout declaraui infra num. . . ,

615 LIMITA II. ſecundum Carauit.ritu.157.ſub num. 11.fall.9.vt non procedat in teſtibus,qui examinantur pro fiſco,quia poteſt iudex eorum etiam repetitionem committere,& ratio ſecundum Carauit.d.num. 11. & 12. eſt duplex, prima propter fiſci priuilegium, quod, inquit,adeo ſe extendit, vt nunquàm in extendendo fiat finis: ſecunda, & magis placeret, quia in fiſco non præſumitur ſubornatio,vel alius timor calumniæ.

Verum iſtam limitationem non approbo: quia ratio communiter aſſignata per Doctores,& quam retuli ſupra num.606. eſt, quia cauſa meri, vel mixti imperij non poteſt delegari,& valet argumentum de toto ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei vend.

616 LIMITA III. vt non procedat quando iudex eſſet abſēs,vel infirmus,vel aliter occupatus,& impeditus; quia iſto caſu concedunt Doctores; quòd etiam cauſa meri imperij poſſit delegari,ſicut inter alios teſtantur Bal.in auth.apud eloquentiſſimum.ſub num. 1. & 2.C. de fid.inſtr.Paul.de Caſtr.in l.iudices.num.2.C.de fid. inſtr.Lanfr.in cap.quoniam contra.num.19.in fine.de probat.dicens, poſſe delegari examinationes teſtium propter multitudinem occupationum. Aret.tract.de malef.in verbo.qui iudex ſtatuit terminum. num. 23. Mil.in prax.crim.in verbo.reuocatus.num.5. fol. 103. Campeg.tract.de teſtib.reg.286.fall. 3. dicens, non poſſe iudicem delegare examinationem teſtium, niſi fuerit impeditus iuſto impedimento. & Carauit. ritu. 157. limit.4.num.6.& faciunt,quæ ſcripſi lib.præced. cap.13.ſub nu.16. verſ.ſi verò non habet.vbi dixi iudicem ordinarium, ſi ſit infirmitate, aut abſentia impeditus, poſſe ſibi ſubſtituere locumtenentem in cauſis criminalibus, ſed citra executionem penæ ſanguinis.

617 LIMITA IIII. vt non habeat locum quando teſtes manent extra ſuam iuriſdictionem; quia cūm iudex non poſſit eis iniungere,vt veniant,debet poſſe committe-

mittere examen iudici illius territorij,in quo sunt Bal. in auth.apud eloquentissimum.sub nu.1.C.de fid.instr. allegans Iacob.de Aren,idem Bal.in cap.si qui testium de testib. Ang. tract.de malef. in verbo. qui iudex statuit terminum.sub num.23.& ibi ad eum, relatis opinionibus,August.sub num.34. ibi. tene ergo primam. Lanfr.de Orian.in cap. quoniam contra.sub num. 19. de probat. Felyn. in cap. cum causam. fall. 5. num. 24.& d.cap.si qui testiū.sub num. 2.ibi. secundo nisi. de testib. dicens, posse committi examen testium, quando sunt extra prouinciam.& num. 25.vbi, relata opinione contraria, ait, hanc sibi placere. Boss.tract. crim.tit.de oppos.contra testes.sub num.26.Affl. in constitutione.inquisitiones generales.sub num. 5. lib. 1.Gabr.in conclus.lib.7.tit.de malef.conclus.25.num. 4.Carauit.ritu.157.limit.5.num.7. & ritu. 87. num. 4. Crescent.decis.8.alias. 130. remissoria de probat.fol. 97.dicēs in Rota fuisse cōcessam remissoriā in Prouincia Virdunen.ad probandum, Abbatissam fuisse corruptā,& filios peperisse, & sic ad probandū delictum.Et licet nōnulli Doctores tenuerint contrariū,relati per August. ad Ang. & per Fely. vbi supra, & per Seuer. tract.de remiss.cap.4.sub num.8.inter quos vnus fuit Abb.in dicto cap. cum causam.sub num.22.tamen ista opinio, seu limitatio est approbata de consuetudine, vt testantur Ant.de Butr. in cap.constitutus. in fine. de fideiuss.Fely.dicto num.25.& alij,quos refert,& sequitur Clar.lib.5.recep.sent.q.26.vers.sed quæro.ad quem se remittit Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent.3.cas.250. versus finem.

618 EXTENDE istam limitationem vt tunc sit securior,quando testes sunt nō solum extra iurisdictionem iudicis,sed etiam extra iurisdictionem Principis; quo casu Seuerol.etiam loco proximè citato concurrit cū ista opinione,testans,sic obseruatum fuisse Romæ contra Archiepiscopum Malphitanum,cum desideraretur testimonium eorum, qui Pontifici non subessent.

619 Ratio huius limitationis,& extensionis est duplex. Prima,ne pereat facultas probandi,& vt parcatur expensis,sicut ex Ia.de Aren.refert Bal. in sæpè citata auth.apud eloquentissimum.sub num.1.C.de fid.instr. Fely.dicto cap.cum causam.sub num.24.de testib.Ca-
620 rauit.ritu.157.nū.7.& Seuer.d.cap.4.sub num.8.† Secunda, quia etiam causa meri imperij propter absentiam potest delegari, vt testantur Bal.d.auth.apud eloquentissimum.num.2.Affl.in constitutione.inquisitiones generales. nu.5.versus finem.lib.1.Paul.de Castr. Aret. & Carauit. quos sequutus sum supra num. 616.
621 limit. 3.† & quia vacillationes testium, & alia signa facientia ad causam possunt transcribi ab examinatore ad tradita per Innoc. in cap. quoniam contra. num.5.de probat.August.ad Ang.tract.de malef. in verbo.qui iudex statuit terminum.sub nu.34. & Fely.
622 dicto cap.cum causam.num.24.in fine.de testib. † adde tertiam,si placet; & quia necessitas facit probabile quod alias non esset, vt tradunt Bal. ead. auth. apud eloquentissimum.sub num.2.C.de fid. instr. & Affl. in d.constitutione, inquisitiones generales. sub num. 5.lib. 1.

623 Cæterum si testes sunt intra iurisdictionem eiusdē Principis, difficilius admittunt,posse concedi literas remissoriales Boss.d. tit. de opposit. contra testes. sub num. 26.dicens,quòd si ipse esset iudex conaretur pro uiribus ex auctoritate Senatus, si testes manerent sub eodem Principe,vt ad ipsum venirent: imò Seuerol. loco citato tenet, quòd isto casu non sint concedendæ literæ remissoriales;quia facile sit implorare a Principe,vt cogat testes ad veniendum coram iudice; & sic videtur esse de mente Afflicti in d.cōstitutione. inquisitiones generales. sub num.5.lib.1. dum ait, non esse committendum examen in causa criminali, nisi testes sint absentes extra regnum,& non subditi Domino Regi: Imò Seuerol.eod.tract.cap.29.num.1. & 2.generaliter loquutus est, quòd non sit locus literis remissorialibus quando testes sunt in eadē Prouincia, nisi consuetudo aliter disponat.& præsupposita ista facilitate, sentio etiam ipse, non esse concedendas; alias diceremus posse concedi. Et tene menti materiam huius quartæ limitationis,quia est practicabilis in Romana Curia,vt testatur Paul.de Castr.in l.iudices. sub num.1.C.de fid.instr.

624 DECLARA istam limitationem,vt habeat locum, prout loquitur,videlicet, vt iudex possit concedere remissoriam ad examinandum, sed non quòd necessitetur concedere;quia hoc relinquitur eius arbitrio,vt ex Alber.refert, & sequitur Affl.in constitutione. inquisitiones generales.num. 6. lib.1.& ex vtroquè Carauit.super ritu.157.sub num.7.& hæc declaratio non patitur difficultatem; quia licet examen sit delegabile, tamen remanet postea in arbitrio iudicis an velit illud delegare, vt ex multis retuli & sequutus sum cap. præced. num. 822. & 823. quo loci firmaui, remissoriam esse concedendam, si cessat calumniæ suspitio,alias non:& sic dico in isto casu.

625 In dubio tamen consulo iudici, vt abstineat à remissoriæ concessione, nisi accedente consensu superioris iuxta stylum,de quo testatur Clar.lib.5.recept.sent. q. 26.vers.sed quæro.in fine.dicens,quòd in Ducatu Mediolanensi nullus iudex inferior tales literas cōcedit, nisi iussu Senatus, qui,inquit,nisi rarò, & ex magna causa fieri permittit.& hoc consilium de non concedendis literis remissorialibus sine consensu superioris tunc præcipuè obseruandum est, quando ageretur de examinandis testibus ad instantiam rei, vel ad instantiam accusatoris,quia priori casu adesset suspitio subornationis testiū; & secundo casu adesset suspitio calumniæ,præsertim reo manente carcerato:secus qñ examinarentur ad instantiam fisci, in quo non solet præsumi subornatio testium, nec calumnia iuxta ea, quæ dixi supra nu.615.limit.2.sed adhuc consulo, eas non concedi, nisi consulto superiore, aut, clarè cessante omni calumniæ suspitione.

626 LIMITA V. vt non habeat locum;quando ageretur de causa criminali per viam exceptionis, quia tunc posset committi examen, sicut in causa ciuili, vt ex Anch.in cap.præsentium.§.testes. in principio. de testib.in 6.referūt,& sequūtur August.ad Ang.trac.de malef.in verbo.qui iudex statuit terminum.sub num. 33.Fely.in cap.cum causam.num.23. fall. 2. de testib. Carauit.ritu.157.fall.8.num.10.& Seuerol.tract. de remiss.cap.4.num.4.sentiens, hoc esse verum in qualibet causa criminali, in qua, probato crimine, condemnatio tamen non sequitur; & Seuerolum refert, & sequitur Foller. in pract. crim. can. in verbo. testibusquè diligenter examinatis. cap. 8. sub num. 40. fol. 123.

627 LIMITA VI. si persona examinanda non posset venire ad iudicem,& iudex esset persona multum honorata cap.2.& ibi Glos.in verbo. personæ. de iudic. in 6.Abb.in cap.si qui testium. sub num.1.ibi.si autem talis.de testib. August. ad Ang.tract. de malef. in verbo.qui iudex statuit terminum.num.33.versus finem. Fely.in cap. cum causam.num.22.de testib.Boss. tract. crim.tit.de opposit.contra testes.sub num.26.ibi. in iurisdictione. & Seuerol.tract.de remiss.cap.4.sub nu.
628 3.† eandem limitationem notauit Apostil. ad Ioan. Andr.in d. cap. si qui testium. in litera b.colligens ex d.cap.2.de iud.in 6. hoc notabile, videlicet, quòd vbi simul concurrunt priuilegium personæ, & priuilegiū causæ,potius læditur priuilegium causæ. quod notabile licet colligatur ex illo textu, tamen contrarium colligitur ex l.ad personas egregias. ff. de iureiur. &
629 ideo non est tutum,sed infirmum; † & quòd iudex debeat mittere ad examinandos testes valetudinarios, vel senes, aut debiles, vel pauperes in eorum domibus,& non possit eos compellere venire ad præsentiam ipsius iudicis, refert, & sequitur Mil. in repert.in verbo.testes valetudinarij.& scribit etiam Alber.de Malet.tract.de testib.cap.6.num.23.fol.172.

630 Pro absoluta intelligentia huius limitationis sunt attingendæ duæ difficultates.

Prima est, an persona egregia connumeretur inter personas, quæ ad iudicium venire non possunt, & quæ sint istæ personæ, in quibus habet locum hæc limitatio.

Secunda,qui iudex dicatur persona multum honorata in themate huius limitationis.

Ad primam difficultatem respondeo, quòd non, & sic

ſic iſta limitatio non habet locum in perſonis egregijs, quia tenentur venire ad iudicium in cauſa criminali, ſi iudex nolit accedere, Ant.de Butr.in cap.ſignificauit.num.13.& ibidem Abb.num.4.in fine. de offic. iud.ordin.& Foll.in pract.crim.can.in verbo.teſtibuſque diligenter examinatis.cap.8.num.42.fol.123.& in pract. crim. in verbo. capiat informationem, num. 40.verſus finem. qui ſcribunt,quòd ad perſonas egregias mittitur de gratia ſola, & nō ex neceſſitate, quia de iure poſſunt cogi venire ad iudicem. clarius idem Abb.in cap. ſi qui teſtium. ſub num.4.ibi.puto ſic dicendum. & ibidem Fely.num.4.de teſtib.Gemin.in cap.præſentium.num.26.de teſtib.in 6.Rom.ſing.392. perſonæ egregiæ.& ibi Additionator,Gomeſ. in cap. 2.num.39.de iudic.in 6.Iaſ.in l.ad egregias.num.7.ff. de iureiur.Carauit.ritu.142.ſub num.1.verſus finem. & ritu.156.ſub nu.7.ibi. quoniam reſpondetur. Clar. lib.5.recep.ſent.q.26. verſ. & aduerte. & eſt communis opinio, cuius ratio eſt,quia, vt aiunt Abb. Addit. ad Rom.& Iaſ.in locis citatis, æquius eſt, vt perſona egregia accedat ad iudicem, quàm quòd iudex accedat ad eam argumento textus in l.2.§.ſi præſes.ff. quis ord.in bon.poſſ.ſeru.cum iudex debeat in cauſa criminali examinare in propria perſona,& non committere notario iuxta ea, quæ dixi ſupra num.605. & in proprijs terminis Iaſ. d. l. ad egregias. ſub num. 7. & Carauit.ritu.142.ſub num.2.Vnde nota pro intellectu d.l.ad egregias. ff. de iureiur. quòd in cauſa criminali ille textus habet locum de honeſtate, & non de neceſſitate. Abb.in dicto cap.ſignificauit. nu.4.in fine.de offic. iud. ord.& Fely.in d.cap. ſi qui teſtium. num.3. de teſtib.

631 Fallit quando iudex committeret alicui examen, quia tunc perſona egregia non teneretur coram eo cōparere,ſed ille Commiſſarius teneretur ad eam accedere.Fely.in d.cap. ſi qui teſtium. ſub nu.3.ibi. & hoc limitatur.

632 Cæterum in cauſa ciuili iudex tenetur vel accedere,vel mittere notarium,vt diſtinguendo tradunt Abb. in d.cap.ſi qui teſtium.nu.4.in fine.de teſtib. & Rom. ſing.392.perſonæ egregiæ.& hæc eſt concluſio vera, & communis,* quæ probatur ex textu in d.l.ad egre-

633 gias, vbi videto Alex. & Iaſ. † & quæ dicantur perſonæ egregiæ,ad quas iudex debet mittere in cauſa ciuili, vide Gloſ.in d.l.ad egregias.quæ loquitur in Epiſcopis, & in Doctoribus, & in eorum Familia, & ibidem Alex. num. 6. vbi ex Spec. refert, & ſequitur, perſonas egregias dici Præsbyteros, & Diaconos. & ex Bal. Aduocatum deputatum de publico. & Iaſ. nu. 10.& 11.qui loquitur in Doctoribus,Aduocatis Reip. vel Fiſci,& in Auditoribus Rotæ Romanæ,& in Licentiato.vide et Rom.ſing.169. tu audiuiſti.& d.ſing.392. qui loqtur in Epiſcopo, Cardinali, & in quolibet alio in dignitate conſtituto, & in Militibus, & Clericis. & Abb.in d.c.ſi qui teſtiū. nu. 5. qui ſimiliter loquitur in Doctoribus,& in Præsbyteris. & Carauit.ritu.142.nu. 7.& 8.qui loquitur in Epis,Cardinalibus,in Illuſtribus & Illuſtriſſimis,& in alijs,de quibus alij ſupra citati.

Satisfaciendo nunc poſtremæ parti difficultatis,di-

634 co,perſonas,in quibus habet locum hæc ſexta limitatio, eſſe in primis mulieres.d.cap.2. de iud.in 6. Abb. Auguſt. & alij, quos citaui ſupra num. 627. item infirmos,valetudinarios,ſenes debilitate confectos,& paupertate depreſſos,d.cap.ſi qui teſtium.& ibi Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Abb. de teſtib. & Mil. in repert.in verbo.teſtes valetudinarij.intellige tñ ſi ita ſint infirmi,ſeu valetudinarij,aut ſenio confecti,vt cōmodè ad iudicem venire nō poſſint Iaſ.in d.l.ad egregias. ſub nu.8.ff.de iureiur.Fely.d.c.ſi qui teſtium. nu.1. fall. 1. de teſtib. qui declarat illud aduerbium *commodè.*

635 Et nota obiter, quòd in themate huius limitationis Abb.in d.c.ſi qui teſtium.ſub nu.4.ibi.puto ſic dicendū. & ibidem Fely.nu.4.de teſtib.Paul. de Caſtr.in l.iudices.ſub nu.1.verſ.& licet.C.de fid.inſtrum.& Carauit. rit.42.ſub nu.2.& ritu 158.limit.2.nu.3.æquiparāt cau

636 ſam ciuilem arduam cauſæ criminali. †;& ex oppoſito cauſa criminalis parua eſt æquiparanda cauſæ ciuili, quia tantum operatur propoſitum in propoſito, quantum oppoſitum in oppoſito, & conſequenter iſto caſu perſonæ egregiæ non cogerentur venire ad iudicem, teſte etiam Paul.de Caſtr.vbi ſupra,quem refert, & ſequitur Seuer. tract.de remiſſ.cap.4.num.6.dicens, hoc caſu poſſe committi examen, ſeu concedi remiſſoriam.

637 Ad ſecundam difficultatem reſp.quòd perſona multum honorata in terminis huius limitationis dicerentur Epiſcopus, Referendarij, alijque Prelati, & Iudices, qui eſſent in aliquo guberno magno.

638 AMPLIA iſtam ſextam limitationem,vt procedat etiam ſi iudex, vel fiſcus dicat, quòd teſtes ſenes, vel valetudinarios, ſimileſquè, qui cōmodè venire non poſſent,vel eſſent perſonæ egregiæ, habet ſuſpectos, quia adhuc iudex teneretur vel accedere, vel mittere commiſſarium, vt ſcribit Iſer.in vſib.fœud.tit. ſi de inueſtit.inter dom. & vaſal. quæſ.or. §.qđ ſi veritatem.num.7.verſ. quid ſi habeat.refert,& ſequitur Carauit.rit.156.ampliat.2.ſub nu.2.3.& 4.vbi tradit cautelam vt iudex faciat ſibi dari in ſcriptis nomina infirmorum, & ſenum,vel aliter impeditorum:verum, inquit,Carauit.cum malitia hominum adaucta ſit [præſertim in hoc Regno] non ab re ſtrictè proceditur in impetrandis iſtis commiſſarijs.

639 LIMITA VII. de iure canonico, ſecundum quod cauſa criminalis poteſt delegari, vt ſcribunt Gloſ. in verbo.alij delegare. in cap. ſuper quæſtionum. de off. deleg.Ant.de Butr.in cap.quòd ſedem.num. 13. & 15. & ibidem Abb.num.4.de off.iud.ordin.Paul. de Caſtr. in l.iudices.num.2.C.fid.inſtr.& communiter* omnes in diuerſis locis, & Iaſ.in l.iubere.ſub num.18.ibi. dic ergo melius.ff.de iuriſd.omn.iud.dicens,de iure canonico poſſe delegari omnes cauſas meri,& mixti imperij,quod etiam dixit Creſcent.deciſ.8.alias.130.remiſſoria.nu.1.de probat.& allegari ſolet inter alios textus in cap.in archiepiſcopatu.de raptor. vbi habes, quòd iudex eccleſiaſticus non imponit pænas ſanguinis, ſed ſolum pecuniarias, aliaſquè ſimiles: ſupplendum ergo eſt pro illius inductione; quòd ideo de iure canonico poteſt delegari cauſa criminalis, quia in ea agitur de pena citra ſanguinis effuſionem, quo caſu poteſt delegari tota cauſa per ea,quæ remiſſiuè dixi ſupra num.616.in fine.vnde à fortiori debet poſſe delegari examen teſtium, quod eſt articulus, ſeu membrum illius: & alia inductio, quæ videtur particularis ad illum textum,conſiderando delegationem,quam facit Rex Epiſcopis,mihi non placet,ſicut nec placet Abbati.ibi num.2.

640 Nec obſtat,quòd aduerſus iſtam limitationem ſenſiſſe videatur Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.54.ſub nu. 8.& 9.dicens, falſum eſſe,quòd de iure pontificio poſſint ſubdelegari cauſæ meri,& mixti imperij,ſubdens, nullam eſſe differentiam in hoc inter ius pontificium, & cæſareum:nam reſpondeo, verum eſſe quantum ad ſubdelegationem,quia videtur electa induſtria perſonæ,& conſequenter non poteſt eſſe locus ſubdelegationi, & in ſubdelegatione loquitur Menoch. nos verò loquimur in delegatione.

641 LIMITA VIII. in cauſa hæreſis, in qua poſſe ab Inquiſitoribus delegari teſtium examen, tenuerunt Auguſt.ad Ang.tract.de malef.in verbo.qui iudex ſtatuit terminum.ſub num.33.Fely.in cap. cum cauſam. fall.3.ſub num.23.de teſtib.& Carauit.rit. 157.fall. 7. nu.9.moti per textum.in cap.vt officium.§.verum. de hæret.in 6.in eandem ſententiam poſſunt adduci Eymer.in direct. inquis.par.3.q.15. nu. 4. & Campeg. in addit.ad Zanch.tract.de hæret.cap. 30.in verbo. vicarios generales. dum; arguendo, quòd Inquiſitores non poſſint plenariè committere vices ſuas alteri, allegant textum in cap. vt commiſſi.de hæret. in 6. ad oſtendendum, quòd poſſunt ſolū committere citationes, teſtium examinationes, & ſententiarum denuntiationes. & hanc ſententiam eſſe veram,& vſu receptum teſtatur quædam Additiuncula ad Seuerol. in loco infra citato. & hæc limitatio videtur confirmari ex præced.quia Inquiſitores abſtinent à pæna ſanguinis:hæreſis enim cognitio, & punitio ſpectat ad eccleſiam, quæ non imponit pænam ſanguinis.

642 Contrariam ſentētiam:nimirum, quòd Inquiſitores non debeant alteri committere examinationem teſtium

ftium, sed debeant ipſimet examinare; tenuerunt Simanch.de cath. inſtit.tit.64.num. 11. & Seuerol. tract. de remiſſ. cap.4.nu. 12. repræhendens ſententiam Felyni.hanc quoquè contrariam ſententiam videtur amplexus Pegn. ad Eymer.direct.par.3.comm.10.verſ.docet tamen. vſquè ad verſ. iam hoc. incluſiuè, dicens, quòd tam Inquiſitor, quàm Epiſcopus debent per ſe ipſos examinare teſtes in cauſa fidei, niſi teſtes, vel ipſi Inquiſitores ſint impediti. &, quòd ita cautum ſit Hiſpalenſi inſtructione, refert idem Peg. d.comm.10. verſ.ac de hac.

643 Quid dicendum? Reſp.inſpectis iuribus, & auctoritatibus deductis pro limitatione, illa limitatio non videtur vera; nam textus in cap.vt officium.§.verum. de hæret.in 6.in quo ſe fundant Auguſt.Fely. & Carauit.retorquetur in contrariũ in duplici loco: & primo in eo, quòd Papa,tradens ibi modũ ſeruandum in examine teſtium,dirigit ſuum ſermonem ad ipſos Inquiſitores,& non ad delegatos, ſeu ſubſtitutos, de quibus nullum verbum in eo textu:ſecundo in eo, quòd præmittit, in tàm graui crimine procedendum eſſe cum maiori cautela,quàm in alijs delictis: vnde ſumo argumentum,quòd ſi iudex ordinarius in alijs delictis non poteſt delegare examinationem teſtium, multò minus poterit Inquiſitor,qui eſt delegatus, & in delicto grauiori:& ita illum textum conſiderauit Seuerol. loco citato.

Similiter textus in cap. vt commiſſi. quem allegant Eymer. & Campeg. nihil probat:etenim in libro meo dicit ſolum,quòd Inquiſitores poſſunt committere citationes,& ſententiarum denunciationes, & nullum verbum de examinatione teſtium.

Minus quoquè probant Simanc.& Pegn. quos allegat Additiuncula,ſeu Apoſtilla ad Seuerol.cum teneãt contrarium,vt ſupra retulimus.

644 Verum, his non obſtantibus;cenſeo non eſſe recedendum ab iſta limitatione;& moueor ex tribus.

Primo, quia de iure canonico cauſæ meri imperij poſſunt delegari, vt dixi ſupra num. 639. limit. 7. & Inquiſitores procedunt,& obſeruant ius canonicum.

645 Secundo,quia Inquiſitores & Epiſcopi ſunt ex ſecũda ſpecie iudicum, quos infra num.648. & 649.limit. 1.dixi poſſe delegare, & committere examinationem teſtium.

646 Tertio,quia & ſi quandoquè fuerit dubitatum:an Inquiſitores poſſent Vicarium,ſeu Commiſſarium inſtituere,vt recenſent Glo.in clem.nolentes.in verbo. ipſorũ.de hæret.& Campeg.in addition.ad Zanch.tract. de hæret.cap.30. in verbo.vicarios.ibi.nam olim. tamen hodie non recipit amplius dubitationem, quòd poſſint,ſicut teſtantur Eymer.in direct.inquiſit. par.3. q.13.& 15.& vtrobiquè Pegn. ad eum.& Campeg. ad Zanch.d.cap.30.verſ. hoc idem.ibi. nunc verò.& diſputando firmant Gloſ.in d. verbo. ipſorum.& Zanch. dicto tract. de hæret.cap.30. in principio, & fine. &, quòd poſſint vices ſuas committere, teſtantur etiam Lucerna inquis. in verbo. inquiſitor poteſt committere.fol.439.col.4.Simanc.de cath.inſtitut.tit.34.num. 28.& Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.54.num.40. & 41. &,quòd valeant conſtituere Vicarium,quem nos Cõmiſſarium communiter vocamus, tradit Thom. Triuiſ.deciſ.66.num.4.& nos ſcripſimus lib.præced. cap. 67.ſub num.11.& quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Gundiſſ.tract.de hæret.q.7. num. 13. quem refert & ſequitur Io.Roy.eod.tract.par.2.num.429. fol. 233.& hæc opinio fundatur in clem. 1. §. porrò. & §. verum.de hæret.& in d.clem.nolentes.eod. tit. in quibus locis loquitur Papa de ſubſtituendis ab Inquiſitoribus, & de eorum Commiſſarijs: Ergo præſupponit, quòd Inquiſitores poſſint conſtituere ſubſtitutos,& vicarios,prout etiam ex iſtis textibus notauit Eymer.d. q.13.par.3.fundatur quoq; in Bulla Clem.VII. ad Paulum Bottigellam.cum ſicut. ibi. decernimus inſuper. vbi apertè Papa diſponebat,quòd illi Inquiſitores poſſent Vicarios,ſiue Commiſſarios inſtituere.

Quarto,& vlt. quia iſta limitatio benè probatur in extrauag.Vrbani IIII.licet ex omnibus.duobus in locis:& primo in illis verbis.*quòd ſi teſtibus,quos à vobis recipi,vel ab alio vice veſtra ſuper eodẽ crimine examinari contingerit &c.* ſecundo in illis verbis. *vt ergo cõmiſſi vobis officij debitum vtilius, & liberius exequamini,committendi citationes,teſtium examinationes, cũ de huiuſmodi crimine, ac ipſius circunſtantijs duxeritis inquirendum.&c. plena ſit vobis & ſingulis veſtrũ præſentium tenore facultas.*

Et licet huic tertio,& quarto fundamento poſſet replicari dupliciter:& primo,quòd ſunt vera,præſuppoſita infirmitate,vel abſentia,aut alio impedimento in Inquiſitoribus;quo caſu quamlibet cauſam meri imperij dixi ſupra num.616.limit.3. poſſe delegari citra executionem penæ ſanguinis: ſecundo, quòd illæ extrauagantes erant obſeruandæ ſolum ab illis Inquiſitoribus,quibus reſcriptum fuit,& in illis locis,vt conſulit Burſat.conſ.43.ob crimen hæreſis.num.52.lib. 1.

647 Tamen poteſt vtriquè replicationi reſponderi: & primæ,quòd eſt diuinatiua,& contra fidei fauorem:& ſecundæ,quòd contrarium firmat,& benè Spin. tract. de ſtrig.cap.3.verſus finem,dicens, quòd licet ad Inquiſitores Alemaniæ dirigantur literæ, tamen extendunt ſe ad alios, ſicut decretales clauſæ in corpore iuris,quamuis earũ multæ ſint directæ ad aliquã certã perſonã, quem Spin. refert, & ſequitur Pegn.ad finem Eymer.direct.in diſputatione.de auctoritate extrauagantium.ſub num.14. verſ. & hanc. confutando etiam ſententiam Burſatti.in verſ. atquè. ſic quoquè nos ſenſimus lib. præced.cap.51.ſub num.26.loquendo de facultatibus conceſſis Senatori illius temporis. & hæc de prima ſpecie iudicum, poſita ſupra ſub num. 611.

Literæ remiſſoriales in cauſis criminalibus conceduntur,ſeu examen teſtium delegatur à iudicibus exercentibus iuriſdictionem per ſubſtitutos & locatenentes.

SPECIES II.

648 Secunda ſpecies iudicum iuxta diuiſionem, poſitam ſupra ſub nu.611.eſt eorũ,quibus aut ob eorum dignitatem, aut ob negotiorum multitudinem ex facultatum tenore,vel ex conſuetudine conceſſum eſt,vt poſſint tenere locatenentes,& ſubſtitutos.

EXEMPLIFICA iſtam ſpeciem iudicum in Gubernatore,in Auditore Cameræ,in Vicario, & in Senatore Vrbis,qui habent Locatenentes,& Subſtitutos ex tenore eorum facultatum, vt dixi lib. præced. cap. 13.num. 16.cap.23.num.1.& cap.25.num.6. Exemplifica etiam in Epiſcopis,qui poſſunt delegare cauſas criminales Vicario,vt dixi eod. lib.præced.cap.13. num. 14. vbi videas. item in Inquiſitoribus, qui poſſunt committere ſuas vices, vt dixi ſupra num. 645. & ſub num.646.

649 RETENTA hac ſecunda ſpecie iudicum.

LIMITA I. generaliter regulam, quam poſui ſupra num.605.q.2.quia iſti poſſunt delegare, & delegant cauſas criminales,teſtiumquè receptionem: & ratio huius limitationis erit,quia illa dignitas facit, vt ille Gubernator,ſeu Officialis præſumatur occupatus principalioribus,& vniuerſalibus negotijs totius gubernij,& conſequenter locus efficitur delegationi iuxta ea,quæ dixi ſupra limit.3.num.616.

650 Pro declaratione & intelligentia huius limitationis conſidero exiſtentiam teſtium examinandorum dupliciter: Aut enim ſunt intra iuriſdictionem iudicis committentis examen; Aut ſunt extra illius iuriſdictionem.

Si ſunt intra iuriſdictionem, conſidero quatuor caſus.

Primus eſt,quando iudex committit alicui ex ſuis officialibus, ſubſtitutis,ſeu locatenentibus examen teſtium, examinandorum tamen in curia ipſius iudicis committentis & in locis ſolitis.

Secundus eſt, quando committit alicui ex eiſdem ſuis officialibus,ſed extra curiam,mittendo eum ad locum ipſorum teſtium,exiſtentium tamen intra iuriſdictionem committentis.

Tertius eſt; qñ hanc commiſſionem in ſecundo caſu facit perſonæ priuatæ,quæ non eſt de ſuis officialibus.

Quartus,quando facit hanc commiſſionem alicui habenti iuriſdictionem in loco, in quo manent teſtes examinandi,vt puta iudici ordinario loci.

CASVS I.

Capio primum caſum: qñ committit examen alicui ex ſuis officialibus:Et in iſto concludo ſine aliquo dubio,quòd poteſt committere: primo, quia in officialibus ſuimet tribunalis ceſſat omnis ſuſpitio; exquò intereſt illius commiſſarij,vt res benè geratur,ne alioqn officio priuetur, aut quid deterius patiatur: ſcdo quia poſſunt repeti ab ipſo iudice committente,ſiquid eſſet omiſſum,aut perperã actũ à ſuo cõmiſſario: tertio qa examen non videtur commiſſum,qñ teſtes examinantur in curia, exquò videtur ipſa curia examinare,vt dicit rit.Neap.157.& hoc ſecundũ Cauens.ritu. 146.habet locũ etiã ſi officiales curiæ accederẽt ad examinandum in loco,in quo teſtes manẽt,quia adhuc diceretur ipſa curia examinaſſe, & non dicerẽtur examinati extra curiã; qđ & ſi non placeat Carauitæ eod. ritu 146. ſub num.2.ibi.ſecundo limita.mihi tamen non videtur à ratione alienum; quia prohibitio de non recipiendis extra curiam examinibus teſtiũ, exiſtentium intra vnã dietã legalem,vt diſponit rit.141.non habet locum,qñ examinarentur ab actuario curiæ, ad quã teſtes deberent venire;& ſic paria ſunt, quòd examinentur in curia,vel extra per actuariũ ipſius curiæ,vt ſẽtit ipſemet Carauit.d.rit.141.ſub num.1.dicens,qđ ille ritus cedit vtilitati actuariorũ,quia cum teſtes,examinãdi,ſint infra dietam, & propterea eorum receptio committi nõ poſſit officialibus locorũ, litigantes,ne fortè plus expendant,ducẽdo teſtes ad curiã, vel ne aliqui recuſent venire,procurant habere actuarium, vel aliquem ſcribam pro eis recipiendis, cui ſoluitur ſalarium pro dictis ad rationem vnius ſcuti &c.in tantum,inquit,quòd ille rit.prohibens committi audientiã,ex cõi obſeruantia interpretatur,vt loquatur de cõmiſſiõe faciẽda officialibus locorum,non autem cauſæ actuarijs, vel ſcribis:& rationẽ habeo in promptu:quia curia,ſeu tribunal ſumit vnitatẽ,& pluralitatem nõ ab vnitate,& pluralitate locorũ,aut perſonarum,ſed ab vnitate,& ſeparatione iuriſdictionũ:dò exemplum: Epus habet Vicarium:item Inquiſitor habet Vicariũ,ſeu Commiſſariũ, qui licet maneat in alio loco,nihilominus tribunal Inquiſitoris,& Commiſſarij reputatur vnum, & idem tribunal,& conſiſtorium, vt notauit Pegn.ad Eymer. direct.par.3.comm.9.verſ.poteſt inquiſitor.n.38.in fine. ſimiliter tribunal Epi, & Vicarij: item Gubernatoris, & ſuorum Locatenẽtium:Senatoris,& Iudicis maleficiorum:ſunt enim velut caput,& membra,quæ conſtituunt vnum integrale; & ideo ab eorum ſententijs nõ appellatur ad eorum caput: quia reputatur idem tribunal,vt, fauente Deo, dicam lib. ſeq. & per oppoſitũ quamuis plures perſonæ maneant in vno loco; tamen poſſunt eſſe diuerſa tribunalia, & conſequenter poſſet ab vno appellari ad alium,ſi habeant diſtinctas iuriſdictiones,vt,fauente Deo,dicam d.lib. ſeq. cap. . .

651 RETENTA concluſione, qđ hi iudices poſſint indiſtinctè delegare,& committere examen teſtium ſuis officialibus.

AMPLIA eam,vt non ſolũ poſſint committere, ſed validum ſit examen, ab eis receptum, etiam ſi non appareat de commiſſione,quia præſumitur iuxta ea,quæ ex Caputaqu.loquendo de notario retuli, & ſequutus ſum cap.præced.num.60.& quæ de præſumenda commiſſione in nuntio ad citandum ſcripſi lib. præced. c. 32.ſub nu.7.verſ.contrarietatem.

652 RESTRINGE, ſeu declara eandem concluſionẽ,vt examinatio teſtiũ non poſſit committi notarijs,& ſimplicibus,teſte Hoſtien.quẽ refert,& ſequitur Io.Andr. in c.præſentiũ.ſub nu.16.de teſtib.in 6.dicens,qđ iudices debent audire teſtes in propria perſona, vel ad minus cõmittere perſonis diſcretis,& idoneis. & Carauit.ſuper rit.157.ſub nu.1. & 2. &, quòd de iure ciuili commiſſio ad examinãdos teſtes nõ debeat fieri actuario cauſæ,ſeu alteri notario,ſed habenti iuriſdictionẽ. refert, & ſequitur Foller. in pract. crim.can.in verbo. teſtibuſq; diligẽter examinatis.nu.44.fol.124.& quòd iudex nõ poſſit cõmittere notario receptionem teſtiũ, tenuerunt Spec.Bar.& Alex.quos retuli c.præced. nu. 45.& licet ibi num. 50.tenuerim contrariũ,qa loquebamur in ciuilibus, hic tñ in criminalibus ſentio;cum eis:nam cũ in criminalibus ſint ſæpè teſtes torquendi, vt dixi ſupra nu. 607. verſ. ſed in examine.meritò non tabellionibus, ſed exercitatis Doctoribus commiſſio fieri debet.

653 Et qđ in magna curia Vicariæ,vbi ſunt multa negotia eligatur vnus Doctor cum aliquo ſcriba ad examinandos teſtes præterquã in articulis,ſignatis ab aduocato fiſci,teſtatur Carauit.rit.156.ſub num.7.verſus finem,& rit.157.num.6.in fine.

654 Nec obſtat,qđ teſtes qñq; poſsint torqueri ẽt in cauſis ciuilibus,vt tradunt Iaſ.in l.imperiũ.ſub nu.24.verſ. ſed aduerte. ff. de iuriſd. omn. iud. Boſſ.tract. crim. tit. de tort.teſt.nu. 14.& latius Hier.Muſcor. de iuriſd. & imper.ſub nu.107.verſ.ſed optimè.

655 Quia reſp.illam torturã eſſe ſimplicis iuriſdictionis, & in cauſis criminalibus eſſe meri imperij, ſicut declarant Iaſ.d.l.imperiũ. loco citato. & ibidẽ Dec. ſub nu. 48.& 49.quamuis ipſe videatur titubando mutare ſententiam.Guliel.Luuer.in arb.iuriſd.ſub nu.26.fol.21.& Hier. Muſcor.vbi ſupra,& cum hac diſtinctione debet intelligi Bar.in d.l. imperiũ.nu. 10. in fine. & idem Iaſ. in l.cui iuriſdictio.ſub nu.24.ff.de iuriſd.omn.iud.dum tradunt, torturam eſſe ſimplicis iuriſdictionis qñ torquentur teſtes ad eruendam veritatẽ;& dubiũ non eſt, quòd ea,quæ ſunt meri imperij, difficilius delegantur.

656 Accedat,qđ in cauſis ciuilibus non poſſunt torqueri teſtes vacillantes,ſeu contrarij, niſi ſint ſerui, vel perſonæ viles, vt teſtantur Iaſ. Boſſ. & Guliel. Luuer. in locis allegatis; & ſic omni reſpectu difficilior eſt delegatio examinis in cauſis criminalibus.

657 DECLARA iſtã reſtrictionẽ,vt non habeat locũ in proceſſu informatiuo; quia in eo põt cõmitti notario, qđ examinet teſtes ꝑ informatione curiæ, vt aduertit ẽt Foller.in pract.crim.can.in verbo.teſtibuſq, diligenter examinatis.c.8.ſub n.44.verſ.eſt tñ.fol.124.imò notarij poſſunt examinare teſtes pro informatione curię abſque præſentia iudicis, & ſine ſpeciali cõmiſsione; prout quotidie videmus in praxi, eos recipere querelas,& examinare teſtes ſuper eis; ſicut teſtatur etiam Clar.lib.5.recept.ſent.q. 26.in principio, qui loquitur propriè in terminis huius declarationis; & ita intelligo Boſſ.tract.crim.tit.de oppoſ. contra teſtes n.26.ibi. intra iuriſdictionẽ fit commiſsio notario.& ita ẽt intelligo Carauit.rit.156.ſub nu.1.& rit.157.nu.2.in fine.licet hi loquantur, præſuppoſita vrgẽti cauſa,& generaliter de examine ſenũ, ſeu aliter impeditorũ; & ſic extra huius reſtrictionis terminos.Et ratio huius reſtrictionis eſt:quia illud examen in proceſſu informatiuo poteſt ſolum facere inditium ad formandã inquiſitionem ſpecialem,eamq; tranſmittendam,& ad capturã, ſed nõ ad torturã,neq; ad condemnationẽ;quia cũ ſint recepti parte nõ citata, & ante conteſtationẽ litis,non probãt iuxta ea,quæ dixi lib.præced. c.86.ſub n. 54.& cõſequẽter eorũ examẽ nõ videtur magni præiudicij.

658 INFERO ex iſta declaratione impugnari ſententiã Clari lib.5.recep.ſent.q.45.verſ.cæterũ ſi reus. dũ tradit,repetitionẽ teſtiũ examinatorum in proceſſu informatiuo poſſe delegari, licet non ſoleat committi eorum receptio.

659 RESTRINGE declarationem, vt nõ habeat locũ,ſi teſtes venirent torquendi, quia tunc quamuis eſſemus in proceſſu informatiuo, teſtiũ examen nõ poſſet committi notario propter illam rationem,quam adduxi ſupra nu.652.verſus finem,& num.654.† &, quòd teſtes

660 poſsint torqueri in proceſſu informatiuo, dum formatur inquiſitio generalis,& ante inquiſitionem ſpecialẽ, tradũt Bar.in l.1.§.qui quæſtionẽ.nu.1. ff de quæſt. Ant. de Canar.tract.de quæſt.memb.2.ſub nu. 50.& Clar. lib.5.recept.ſent.q.25.verſ. ſolet. dicens, torturam teſtibus vt plurimum inferri ſuper inquiſitione generali; & de hac tortura teſtiũ in proceſſu informatiuo habes exemplum apud Bar.& Ant.de Canar. in locis citatis.

661 INFERO ex iſta reſtrictione,qđ nõ bene faciũt iudices, qui paſsim cõmittunt notarijs teſtiũ examen etiã ſuper grauiſsimis delictis;qa,ſi teſtes venirẽt torquẽdi,

& nō torqueretur,posset oriri prǣiudiciū fisco,&,si nō esset torquēdi,& torqueretur;præiudiciū esset irreparabile,& ageretur d articulo meri imperij,vt dixi sup. n.655.itē sæpe ex tortura testiū destruitur processus,vt dixi lib.præced.c.100.sub n.16.sæpe etiā solet oriri difficultas circa petitas copias, an sint eis concedēdæ, vt dixi eod.c.100.nu.16.de qbus agendū est non cū notarijs,personisq; idiotis,sed cū doctoribus, & practicis.

662 INFERO II. qd;si notarij præuideant contrarietates,& vacillationes testiū dum examināt super processu informatiuo,debent abstinere ab examine,& omnia referre iudici, qui examinet in propria persona.

663 AMPLIA eandē restrictionē,quam posui supra nu. 652.& omnia dicta circa eam,vt habeant locum etiam si committeretur examinatio personarum egregiarum; quia militant eædem rationes.

Nec obstat,qd aliter videatur loquutus Bar.in auth. apud eloquentissimum.nu.3.C.de fid. instrum. quia illud procedit in ciuilibus,vt notaui infra n.688.in fine.

CASVS II.

664 Capio secundū casum:qn iudex committit alicui ex suis officialibus,sed extra curiā:Et isto casu videtur dicendū,quòd ista commissio non possit fieri;qa testes,et si sint personæ egregiæ,cogūtur accedere ad deponendū corā iudice,vt dixi supra sub nu.630.vers.ad primā.

665 Contrarium est verū,quia licet possint cogi, tn non sunt necessariò cogēdi;sed relinquitur arbitrio iudicis, qui pōt accedere,vel mittere,si sic ei videatur expedire:quare firmo eandē theoricam, quam tradidi in casu præcedenti; qa qn examinantur ab officialibus eiusdē curiæ videntur recepti in ipsa curia per ea,quæ dixi supra d.casu præced.sub nu.650.vers.capio.ibi.&hoc secundum.addo solū,quòd maior doctrina,fides,& experientia requiritur in persona, quæ examinat extra curiā,quā in ea, quæ examinat in curia : qa in curia adest iudex,qui,occurrente casu,posset supplere;& isto casu licet non sint necessariæ literæ patentes commissionis, tamen ad tollendas difficultates solent fieri.

CASVS III.

666 Capio tertiū : qn commissio fieret personæ priuatæ, quæ non est de suis officialibus:Et in isto casu videtur similiter dicendū,quòd ista commissio non possit fieri, quia examen testium debet committi habenti merū,& mixtum imperium,seu saltem iurisdictionem.vt tradūt Gl.1.in auth.apud eloquentissimū.& ibidē Bar.in vtraque lect.C.de fid.instr.Bal.& Fely.in c.1.sub nu. 10. de testib.cogen.Boss.tract.crim. tit. de opposit. contra testes.sub nu.26.ibi.non fit tn.Seuerol.tract. de remiss.c. 20. sub nu.11,& est cōis;* &,quòd non possit fieri priuato, testatur Alex.conf.213.viso & opportune, nu.5. lib.2.quem refert,& sequitur Luc. Pæt. in pract. capitol.lib.2.cap.6.num.5.

667 Contrarium est verum in casu nostro, quia præsupponimus,examen cōmitti intra iurisdictionē committētis,& sic Cōmissarius poterit exercere iurisdictionē; & cōtraria hñt locū qn cōmitteretur extra iurisdictionē cōmmittentis,vt dixi c.præced.n.54.& sic seruatur, vt patet ex his, quæ ex Carauit.retuli supra num.653. isto tamen casu requiritur omnino commissio specialis per literas patentes.

668 Et hæc theorica tūc præcipuè procederet,qn essent examinandæ personæ egregiæ, quarum examen posse committi etiam non habenti iurisdictionē notauit Bar. in d.auth.apud eloquentissimū.nu.3.C.de fid. instrum. in 2.lect. imò harum examen in causis ciuilibus posset committi etiam notario,teste eodē Bar.loco citato,qui licet loquatur generaliter,tamen est intelligēdus meo iudicio in causis ciuilibus tātum; quia in criminalibus sunt attendenda ea,quæ dixi supra nu.652.vers.restringe,& num.seqq.ad eum.

CASVS IIII.

669 Capio quartum; quando fieret commissio iudici ordinario loci : Et tunc videtur minus dubitabile, quòd posit committi, exquò committitur personæ habenti iurisdictionem ad notata per Gl. & Bar.in d.auth.apud eloquentissimum. C. de fid. instrum. & hæc de primo membro,quando testes sunt intra iurisdictionem.

670 Si testes sunt extra iurisdictionem [& est secundum membrum distinctionis] conclūdo, quòd sicut iudices inferiores possunt committere examen, vt limitando, & declarādo dixi supra nu.617.limit.4.& nu.624.vers. declara. ita à fortiori possunt committere hi, qui sunt in maiori dignitate ; intellige cum grano salis, vt illic declaraui:hæc tamen commissio debet fieri ei,qui habet iurisdictionem, seu est in magistrata,vt dixi c.præced. num. 54.

Literæ remissoriales à quibus iudicibus indistinctè concedi posint, & à quibus non in causis criminalibus,et ciuilibus.

671 Limita II. particulariter eandem regulam firmatam supra num. 605. vt non habeat locum in Papa, seu Principe; quia possunt committere, seu delegare examinationem testium in causis criminalibus, vt testantur Spec.tit.de teste.§.nunc tractandum. sub nu. 2. August.ad Ang.tract.de malef. in verbo. qui iudex statuit terminum.sub nu.33.Fely. in cap.cum causam.sub nu.23.fall.4.de testib.Affl. in constitutione. inquisitiones generales.sub nu.6.ibi.itē fallit, lib.1.Carauit. rit. 157. limit.6.nu.8.Gabr.in concl.lib.7.de malef. concl. 25.limit.1.nu.6.& est cōis,& sine difficultate:qa oēs iurisdictiones profluūt,& refluunt ad Principē,tanquam flumina ad mare,vt dixi lib.præced.cap.16.sub num.2.

672 RESTRINGE seu declara has limitationes,in quibus diximus,posse cōmitti,& delegari examen;vt cōmissarius,seu delegatus,cui commissum est,non posit alteri committere,seu subdelegare Lanfr. de Orian. in c.qm contra.sub nu.19.de probat. & ideo cōpulsorialem iudicem non posse demādare examen testiū dixit Rota,quam ex Caputaqu. retuli & sequutus sum infra c.11.nu.886.† hæcq; restrictio nititur regulæ cōi ; quæ

673 est,vt delegatus non possit subdelegare Bal. in l. more maiorum.nu.2.ff.de iurisd.omn.iud.Paul.de Castr.in l. à iudice.nu.1.& Alex.num.5. C.de iudic.Rot.decis.8. alias.258.num.2.de off.deleg.in nou. & Ias. loco infra

674 citato,†cuius regulæ ratio est,qa delegatus nullā propriam habet iurisdictionē,sed fungitur munere iudicis delegantis; & propterea vti in re aliena non debet posse aliud,quàm id,quod sibi commissum est,Ias.in l.à iudice.num.1.3.4.& sub num.5.ibi. quartam.C.de iudic.

675 EXTENDE I. istam restrictionem, vt sit vera nōn solum in causis criminalibus, in quibus modo loquimur,sed etiam in ciuilibus, vt tradit Paul. de Castr. in l.iudices.sub nu.5.C.de fid.instrum.

676 EXTENDE II. vt habeat locum etiam si subdelegaret de cōsensu partium; quia pactum priuatorū &c. cap. si diligenti. de for.compet.& l.penult.ff.de iudic. Rot.decis.8.alias 258.nu.1.de off. deleg. in nou.Ias. in l.à iudice.sub nu.5.ampl.1.C.de iudic.& Seuerol.trac. de remiss.cap.32.num.1.in fin. & 2. qui testatur de veriori,& communi * opinione.

677 Nec huic extensioni obstat,quòd Bar. in auth. apud eloquentissimum C.de fid.instrum.Alex.conf.213. nu. 5.lib.2.& Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2.cap.6.num.5. quos retuli, & sequutus sum cap. præced. num. 841. vers.fallit.dixerint,iudicem posse de consensu partium committere priuato examinationem testium.

Nam respondeo, hoc esse verū in iudice ordinario, secus autē in delegato;& ratio est,qa iudex ordinarius habet propriā iurisdictionē,vt tradit Ias. in l. à iudice. sub nu.5.ibi.quartā. C. de iudic. vnde pōt ipse iurisdictionem delegare, & committere etiam priuato;etiāque partibus dissentientibus,ad tradita per Mohed. decis.4.alias 170. sub num. 1. & 2. de testib.dum refert, fuisse dictum per Dominos de Rota, quòd notarius est habilis,& capax de iure ciuili,vt possit recipere testes sine partium consensu, & contradicentibus partibus,

678 & hoc ex causa,quæ est multitudo negotiorum ; † sed delegatus non habet iurisdictionem propriam,sed solum fungitur munere delegantis l.1.§. qui mandatam. ff.de off. eius cui mand. est iurisd. & scribit Abb. in cap.cum bertoldus.sub nu.23.de sent.& re iud.& hanc esse veram & communem rationem scribit ibi Addit. ad eum in litera f.nec partes iurisdictionē habent:merito

ritò ipſe delegatus nō pōt,nec partiū cōſenſus prodeſt.

679 DECLARA tamen iſtam extenſionem, vt quamuis ſubdelegatio, etiam partium conſenſu accedente,non valeat;tamen poſſint ipſæ partes per modum pacti cōualidare atteſtationes,à ſubdelegato receptas per ea, quæ ſcribunt Inn.in cap.cum cauſam.num.4.de teſtib. & Fely.in cap.tuis quæſtionibus.ſub nu.3.eod.tit.

680 Nec meo iudicio obſtat huic declarationi Rota dicta deciſ.8.in fine.de off.deleg.in nou.quam refert, & ſequitur Fely.d.cap.cum cauſam.ſub num.19.de teſtib. dicens,quòd poſſunt ratificari ſolū atteſtationes inualidæ,ſed receptæ à vero iudice,& non alias;quia defi-
681 ceret fundamētum.✝ Nam reſp.quòd partes in vim pacti,ſeu conuentionis poſſunt ſe obligare de ſtando illis depoſitionibus,ſeu ſcripturis ad tradita per Fely.in cap.ſignificaſti.nu.8.& 9.de for.comp. ſcribentē quomodo atteſtationes,& alia acta nulla poſſint cōfirmari per pactum poſt proceſſum, & per Dec.in c.examinata.num.8. de confirm.vtil. & Hier. Muſcor. trac.de iuriſd.& imper.ſub num. 123.verſ.excipitur.

682 EXTENDE III. vt habeat locum etiam in delegato ab ordinario,vt tradūt Rot.deciſ.3.alias.168. & ibi Addit.& deciſ.8.num.2.de offic.deleg.in nou. ibi. ſi vt ordinarius.Put,deciſ.169.num.1.2.& 3.lib.1. & Pariſ. conſ.83.ſub num.15.lib.1.& Seuerol.tract. de remiſſ. cap.32.ſub num.2.&, quòd delegatus ab alio, quam à Principe non poſſit ſubdelegare,ſupponunt pro regula Paul.de Caſt.Alex.& Iaſ.citati à nobis ſupra n.673.

683 FALLIT iſta extenſio quoad nudum miniſterium, ſeu nudam examinationem teſtium receptorum corā delegato ordinarij,quia delegatus;examinatis articulis,& interrogatorijs,exceptionibusque diſcuſſis,& receptis teſtium iuramentis;poteſt ſubdelegare nudam examinationē Rot.d.deciſ.3.de off.deleg.in nou.Abb. in cap.ſuper quęſtionum.nu.4. & 9.de offi.& pot.iud. deleg.& in cap.cum bertoldus.num.27.in fine.de ſent. & re iud.& non videtur diſſentire Pariſ.d.conſ.83.nu. 15.& 17 lib.1. dum in eo caſu dicit non potuiſſe fieri delegationem eo,quòd delegatus debet videre poſitiones,interrogatoria,& alia,& deferre iuramentum; quę omnia,inquit,sūt iuriſdictionis:& ſic tacitè videtur ſentire, quòd nudum miniſterium examinationis potuiſſet cōmittere; quod apertè ſentit Seuerol.tract. de remiſſ.cap.32.num.5.& 6.dicens,quòd quamuis teſtiū receptio,& cęteri actus,in quibus iuriſdictio exercetur, delegari non poſſint;ſola tamen teſtium interrogatio poſtquàm eorum iuramēta recepta ſunt delegari poterit; exquò non mandatur iuriſdictio,ſed nudum factum,ſeu miniſterium.

Confirmatur iſta fallentia infra n.687. ex reſtrictionē ad ſequentem extenſionem, vbi ex Innoc.diximus, ſubdelegatum Principis poſſe committere alij, vt ſcribat atteſtationes;& hanc fallentiam ego in fortioribus terminis practicatus ſum in literis remiſſorialibus ad me tranſmiſſis quandoquè ab ordinario loci,vt dixi infrà num.725.verſus finem.

Nec obſtat,quòd Rot,deciſ.18.ſub nu.2. de conceſſ. præb.in nou. videatur contrarium ſentire, quia reſp. quòd illa procedit,quando alicui eſt delegata nuda examinatio, vt dixi infra extenſ.5.num.688.

684 SVBEXTENDE iſtam tertiam extenſionem vt procedat etiam ſi delegatus eſſet delegatus ad totam cauſam : quia adhuc non poſſet ſubdelegare vnum articulum illius cauſæ, ſeu receptionem teſtium ſecundum ✱ communem * opinionem;de qua teſtantur Alex. in l.à iudice.ſub num.10. verſ. item fallit.& Iaſ. ſub num.10. verſ.contrarium. C.de iudic. Addit. ad Bar. in l.more maiorum.ſub num.11. in litera.g.ff.de iuriſd.omn.iud. & Addit.ad Abb.in cap.cum bertoldus. ſub num.19.litera.b.de ſent. & re iudic. hancquè extenſionem aſſumit pro regula Rot.deciſ.8.alias 258.n.2.de offi.dele. in nou. & in his terminis loqtur ead.Rot.deciſ.3.alias 168.eod.tit.& ab hac extenſione nō recedas, quicquid in contrarium dixerit Bar.in d.l.more maiorum. ſub nu.11.quia loquitur contra communem,vt ſcribit Addit.ad Abb.vbi ſupra,& eſt ſibimet contrarius in l. legatus.nu.6.ff.de offic.proconſ. & ad eum benè reſpondet Abb.d.cap.cum bertoldus.num.20. & quicquid in contrarium tenuerit Paul.de Caſtr.in d.l.à iudice.n.7.

685 EXTENDE IIII. vt habeat locum etiam in ſubdelegato à delegato Principis;quia ſubdelegatus non poſſet alteri ſubdelegare Innoc.in cap.cum bertoldus nu.3.de ſent.& re iud.Ant.de Butr.in cap. ſuper quæſtionum.§.ſi verò.num.5.& 6.& ibidem Abb.nu.2. de offic.& poteſt.iud.deleg.Iaſ.in l.à iudice.ſub num.11. verſ.nūc limita C.de iudic.& quòd hæc ſit regula,ſcribit Rot.d.deciſ.8.ſub nu.2.& 3.de offic. deleg. in nou. concludens ex iſtis duabus extenſionibus,quòd Auditor Rotæ,datus in Curia Romana,ſi de conſenſu partium committat examinationem teſtium in partibus tribus perſonis ſine clauſula (quòd ſi non omnes &c.) vnus ex illis tribus non poteſt committere alteri collegæ ſuo:quia,inquit,Auditor vel commiſit prędictam receptionē,vt ordinarius,& tunc ſtat regula,quòd delegatus ordinarij ad certā cauſam non pōt ſubdelegare:vel cōmiſit,vt delegatus à Principe,& tunc,inquit, ſtat iterū regula, quòd ſubdelegatus delegati etiam à Principe ſubdelegare non pōt articulū,requirentē cauſæ cognitionem,hanc eandē extenſionem tradit Seuer. tract.de remiſſ.c.32. ſub nu.1.ibi.cum verò.& nu.2.dicens,quòd dato iudice remiſſorialium per literas ſigno Auditoris obſignatas,ille iudex non poteſt ſubdelegare,quia eſſet ſubdelegatus à delegato.& quòd ſubdelegatus delegati à Principe non poſſit ſubdelegare ea, quæ ſunt iuriſdictionis,tenuit etiam Rot.loquendo de ſubdelegato, qui commiſerat examen teſtium ſuper recognitione,vt refert Caputaq.deciſ.173.compulſata non ſunt.par.1.& ita eſt tenendū,quicquid adduxerit Paul.de Caſtr.in l.à iudice.ſub nu.9.C.de iud.dicēs quòd,exquò iuriſdictio eſt effecta delegabilis,videtur, quòd ſubdelegatus Principis poſſit iterum ſubdelegare;loquitur enim ipſe in ea lege, vt plurimum contra communes opiniones Doctorum;& quicquid etiā dixerit Seuer.tract.de remiſſ.cap.3.ſub n.2. dicens,quòd delegatus ab eo, qui habet iuriſdictionem delegatam à Principe, poteſt remiſſoriam concedere.

686 SVBEXTENDE iſtam quartam extenſionem,vt habeat locū etiamſi ſubdelegatus habuiſſet poteſtatē à delegato ſubdelegādi,quia adhuc non poſſet iuxta ea, quæ dixi infra num.698. verſ.ſubextende.

687 RESTRINGE nunc iſtam quartā extenſionē,vt nō habeat locū quoad nudū miniſteriū examinādi,& ſcribendi,quia ſubdelegatus Papæ poteſt illud ſubdelegare,vt teſtatur Innoc. in cap.cū bertoldus.n. 3. de ſent. & re iud.dicēs,quòd ſubdelegatus Papæ nō pōt ſubdelegare alium, vt det ei aliquam iuriſdictionem,ſeu, vt ſubdit:aliud eſt recipere teſtes,aliud ſcribere atteſtationes;ille autem,inquit,cui commiſſum eſt, quòd recipiat teſtes,receptionem alij committere non poteſt, ſed ſcribere atteſtationes benè alij committit.

688 EXTENDE V. vt habeat locum etiam in Principis delegato,cui commiſſum eſt nudum miniſterium examinationis,vt puta,quia;receptis teſtium iuramentis, examinatis articulis,ſuper quibus producuntur,& interrogatorijs,ſecūdum quæ debet fieri examinatio;Papa committit id alicui expediendum:iſte enim non eſt iudex,nec proprie receptor teſtium,ſed potius examinator Gl.in clem.vnica.in verbo.iudices.de off.deleg. Rota deciſ.18.alias 443.ſub nu.2.ibi.hinc eſt. de conceſſ.præb.in nou.Bar.in l.legatus.ſub nu.6.ibi.aut merum factū.ff.de offic.proconſ.Seuerol.tract. de remiſſ. cap.32.nu.7.& ſentit Iaſ.in l.à iudice.ſub nu.11.limit. 12.C.de iudic.loquens de ambaſſiata.& in l.more.nu. 54.ff.de iuriſd.omn.iud.& hæc extenſio benè comprobatur ex textu in cap.fin.§.is autem.& §.vltimo.in fine & ibi notant Gl.in verbo.cōmiſſum.Innoc.in fine.Ant. de Butr.Abb.& alij de off.deleg.& Alex.in l.à iudice. ſub num. 3. verſ. item fallit. C. de iudic.in quo §. habetur,qđ is,cui cōmiſſū eſt nudū miniſteriū,nō pōt ſubdelegare,& rationē reddit ibi Ant.de Butr.n.20.dicēs, qđ ſubdelegare eſt effectus iuriſdictionis,qua caret is, cui nudū miniſteriū eſt cōmiſſum,quæ ratio magis placet,quàm ea,quam adducunt Alex.& Seuerol.locis ſupra proximè citatis,dicentes,quòd videtur electa induſtria perſonæ:addo tamen ipſe aliam:videlicet,quia, ſubdelegando alteri,abdicaret à ſe totum onus:non enim remaneret apud eum vlla iuriſdictio, nec quicquam fuiſſet exequutus; & huiuſmodi commiſſarius

delegatus, seu examinator potest vocari nuntius iuxta textum in cap. 1. de testib. cogen. ita ibi ponderatum per Abb. sub num. 1.

Nec verum est, quòd Innoc. in cap. cum bertoldus. sub num. 3. de sent. & re iud. senserit contra istam extensionem, quicquid dixerit Abb. ibidem num. 27. dum ex Innoc. refert, quòd si est commissum nudum ministerium scribendi attestationes, potest ille commissarius alteri committere eo, quòd censeatur electa potius opera, quàm industria: parcat in hoc mihi Abb. quia Innoc. hoc non dicit: loquitur enim Innoc. de eo, cui commissa est receptio testium, & inquit, posse eum cõmittere alteri, vt scribat attestationes; & sic nõ loquitur, vt intellexit Abb. de eo, cui est commissum nudum ministerium; & in hoc est æquiuocatio Abbatis.

689 INFERO ex hac quinta extensione conclusionem; quòd notarius, deputatus ad examinandum aliquem, hoc est, ad scribendum attestationes, non potest alium substituere: quia notarius eligitur ad nudum ministerium, & non ad actus iurisdictionales Abb. d. cap. cum bertoldus. sub num. 27. ibi host. in hoc vltimo. & electus ad nudum ministerium non substituit, seu delegat. idem Abb. in cap. vlt. §. cæterum. num. 1. de offic. & potest. iud. deleg. quia isto casu videtur electa industria personæ Dec. in cap. cum dilecta. num. 6. de confirm. vtil. dicens quòd propterea is, cui committitur, vt videat instrumentum, non potest alteri illam commissionem delegare.

690 DECLARA nunc præfatam extensionem, vt non sit vera, quando delegato Principis esset commissa receptio testium, hoc est, iuramentorum testium cum facultate cognoscendi, & resecandi articulos, & interrogatoria impertinentia cum coercitione testium, quia posset alteri subdelegare, exquò est iudex, vt testantur Gloss. in d. clem. vnica. in verbo. iudices. de off. & potest. iud. deleg. Abb. in d. cap. cum bertoldus. nu. 27. versus finem. ibi, sed primum dictum. de sent. & re iud. Seuerol. tract. de remiss. cap. 32. num. 1. & est communis, * de qua testatur Abb. d. cap. cum bertoldus. num. 26. & quòd is, cui committitur examen testium, sit reputatus pro iudice, patet ex formulis instrumenti remissoriæ, in qua Auditor Cameræ eum, cui committit, semper appellat iudicem. Et quòd delegatus à Principe possit subdelegare, sentit Rot. loquendo in his terminis; decis. 8. alias 258. sub nu. 2 de offic. deleg. in nou. & loquendo in causis ciuilibus, non dissentit Affl. in constitutione. inquisitiones generales. sub nu. 6. lib. 1.

691 Contra istam declarationem, loquendo in causis criminalibus, sentit apertè Affl. loco proximè citato, dicens, quòd ille, cui Rex commisit receptionem testium in causa capitali, non potest eorum receptionem alteri committere, exquò videtur electa industria personæ, & allegat Innoc. in d. c. cũ bertoldus. nu. 3. de sent. & re iud. & Alber. in auth. sed iudex. C. de epis. & cler.

Verum Innoc. loco citato non videtur tutò posse allegari; quia exorditur in subdelegato Papæ, & hunc subdelegatum, inquit, non posse alium subdelegare; cuius dictum licet sit verum, vt patet ex his, quæ scripsi infra sub num. 697. & 698. tamen non facit in proposito, quia nos loquimur in delegato, & non in subdelegato; & propterea Innoc. non restringit illud dictum ad causas criminales; fateor tamen, quòd postea subdit generaliter, quòd ille, cui commissum est, quòd recipiat testes, receptionem alij committere non potest, quia in hoc eius industria electa est, & in hoc Innoc. videtur posse allegari, præsertim considerata eius ratione, quæ militat generaliter etiam in delegato.

Accedat præterea, quòd Abb. in eod. cap. cum bertoldus. sub num. 26. & 27. confutat vtrobiquè hanc Innocentij sententiam: licet, vt dixi supra num. 688. eum non referat fideliter.

692 Quid dicendum? Pro integra resolutione distinguo duos casus principales.

Primus casus est: quando sumus in causis ciuilibus: Et in isto concludo, quòd præmissa declaratio; vt delegatus possit subdelegare; est indistinctè vera; & sic videtur sensisse etiam Abb. dicto cap. cum bertoldus. sub nu. 26. restringendo se ad causas ciuiles, & impugnando in hoc sententiam Innocentij, hæcquè declaratio, vt delegatus Principis possit subdelegare satis confirmatur ex his, quæ dixi infra nu. 710. vers. limita.

693 Secundus casus est: quando sumus in causis criminalibus: Et in isto firma in primis regulam in contrarium; quòd delegatus etiam à principe non possit alteri committere receptionem testium; & ita procedat opinio Afflicti superius citati, pro qua possunt adduci etiam Abb. loco citato, dum se restrinxit ad causas ciuiles, & Alex. in l. à iudice. sub num. 2. de iudic. vbi disputando inclinat, hanc opinionem esse de iure veriorem, vt delegatus Principis non possit subdelegare causas, quæ de sui natura non sunt delegabiles, quales sunt regulariter de iure ciuili causæ meri, vel mixti imperij. & in eandem sententiam videtur apertè iuisse Seuerol. tract. de remiss. cap. 32. num. 9. & 10. hancq; regulam secũdum allegationem, quam facit Alex. sub d. num. 2. tenuerunt ex antiquis Ia. de Rauen. Pet. Cyn. Ray. Oldr. Mart. Sil. Saly. Fulg. & Io. Andr.

Contra istam regulam tenuerunt Gloss. Bar. Bal. & Ang. quos citat Alex. vbi supra, & sequitur Ias. ibidem sub nu. 11. limit. 4. vers. tene contrarium.

RETENTA regula.

694 LIMITA eam ijsdẽ limitationibus, quas firmaui supra num. 612. & seqq. & moueor, quia delegatus Principis æquiparatur ordinario, vt scribunt Bar. in l. legatus. num. 6. in fine. ff. de offic. proconf. Alex. in l. à iudice. sub num. 6. & Ias. sub num. 11. ibi. secunda ratio. C. de iudic. & propterea infero, quòd delegatus Principis potest committere examen in causis criminalibus in illis omnibus casibus, in quibus potest committere ordinarius; quos casus habes in dictis limitationibus.

695 RESTRINGE istã limitationẽ, vt habeat locũ solũ in delegato Principis, & non in delegato ordinarij; quia delegatus ordinarij non poterit subdelegare, etiamsi eueniret aliquis ex illis casibus, in quibus conceditur ordinario, vt possit delegare causas meri, vel mixti imperij: † quare licet delegatus ordinarij esset absens, vel esset alio legitimo impedimento impeditus, tamen non posset subdelegare Bar. in l. legatus. num. 7. ff. de offic. proconf. & Ias. in l. à iudice. sub nu. 5. ampl. 2. C. de iudic. qui loquuntur generaliter sine restrictione ad causas criminales.

696 DECLARA ampliando istam restrictionem, vt sicut non potest subdelegare totam causam, ita nequè possit subdelegare articulum illius causæ, & ideo nequè examen testium.

Nequè obstat, quòd Bar. & Ias. supracitati loquantur de subdelegatione simpliciter, & nõ de subdelegatione examinis testium: quia resp. valere argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. quare sicut est prohibitum ei, ne subdeleget totam causam, ita etiam est prohibitum, ne subdeleget articulum iuxta ea, quæ dixi supra nu. 684. vbi subextendẽdo dixi, quòd delegatus ad totam causam non potest subdelegare examen testium.

Fallit ista declaratio, quando delegaret nudum ministerium, vt dixi supra num. 683.

697 EXTENDE VI. eandem restrictionem, positam supra num. 672. vt habeat locum etiam in Commissario, seu Vicario, aut alio delegato Inquisitoris, quia nõ posset subdelegare receptionem testium, Eymer. in direct. inquis. par. 3. q. 15. nu. 2. vers. non tamen. in fine, & hæc extensio non habet multam difficultatem, quia aut sumimus Inquisitorem pro iudice ordinario eò, quòd est delegatus ad vniuersitatem causarum iuxta ea, quæ dicebam lib. præced. cap. 66. nu. 7. & tunc non potest, quia delegatus ordinarij non subdelegat: aut sumimus Inquisitorem pro delegato Pontificis iuxta ea, quæ dicebam eod. lib. præced. cap. 67. num. 5. & 6. & tunc nõ potest, quia subdelegatus à delegato Principis non subdelegat; & ita Rota decis. 8. alias 258. nu. 2. de offic. deleg. in nou. vtendo hoc eodem dilemmate, concludit in subdelegato ab Auditore Rotæ; vt ille subdelegatus non possit subdelegare: item hæc extensio debet esse indubitata apud eos, qui tenent, delegatum Principis, subdelegando, nõ posse dare facultatem subdelegato, vt ille iterum subdeleget; de quo articulo diximus infra num. seq.

698 SVBEXTENDE istã 6. & 4. extensionẽ, vt habeant locum

locum etiam ſi delegatus Principis dediſſet expreſſam poteſtatē ſubdelegato iterum ſubdelegandi, quia ſubdelegatus adhuc non poſſet ſubdelegare Gl. in cap. ſuper quæſtionū.§.porrò.in verbo.trāsfert. de offi.& poteſt.iud.deleg.& ibi Abb.ſub n.2.& in §,ſi verò. nu.6. Archid.in c.quāuis.in fine principij,quem refert,& ſequitur Ioan.Andr.in cap.12.is cui.nu.2.de off.deleg.in 6.dicens,quòd;quicquid alij ſomnient;tenendum eſt, quòd ſubdelegatus etiam delegati Principis habens etiam ad hoc ſpeciale mandatum non ſubdelegat Alber.in l.more maiorum.ff.de iuriſd.omn. iud. Alex. in l.à iudice.ſub nu.9. verſ. item fallit. ibi. & tenendo communem opinionem, limita illam procedere in ordinario delegante,ſecus in delegato principis.C.de iudic.& Seuerol.tract.de remiſſ.cap.32.nu.4.qui omnes ſcripſerunt, delegatum principis non poſſe dare hanc facultatem. & hanc eſſe communem * opin. teſtantur duplex Addit.ad Abb.in cap.cum bertoldus. ſub num. 25.litera A.de ſent.& re iud.& Pegn.ad direct.Eymer. par.3.comm.64.verſ.communis.& quòd propterea ſit durum recedere ab iſta communi opinione, quicquid dixerint nouiſſimi,teſtatur ſecunda Addit.ad Abb. vbi

699 ſupra, † cuius communis opinionis ratio eſt, quia ſic poſſet dari proceſſus in infinitum, & ſic contra text. apertū in l.non diſtinguemus.§. quæſitum. ibi, ne finis non ſit.ff.de recept.arbitr. & in cap.cum in multis. de reſcript. in 6. vel ſecundum Gloſ. & alios vbi ſupra, quia delegatus habet hanc facultatem à lege ſubdelegandi;& non ex commiſſione, & ſic veluti priuilegiū perſonale nō tranſgreditur perſonā,cui eſt conceſſum.

700 Contrariam ſententiam tenuit ſolus Fulg.in d.l.more maiorum.ff.de iuriſd.omn. iud. quam vti meliorem refert,& ſequitur Iaſ.in l.à iudice.ſub num. 9. verſ.ſed contrarium.C.de iudic.moti ea ratione, quòd delegatus Principis habeat maiorem iuriſdictionem in ſubdelegando, quàm ordinarius, cum delegatus Principis poſſit ſubdelegare cauſas meri, vel mixti imperij, & non ordinarius:& tamen ordinarius poteſt ſubdelegato dare hanc facultatem ſubdelegandi, vt dixi infra: hanc eandem ſententiam in debilioribus terminis,non præſuppoſito ſpeciali mandato ad ſubdelegandum, tenuit Paul.de Caſtr.in d.l.à iudice.ſub nu.9.C.de iudic. arbitratus, quòd ſubdelegatus poſſit ſubdelegare eo, quòd iuriſdictio eſt effecta delegabilis.

701 In hac controuerſia Abb. in dicto cap. cum bertoldus.ſub nu.25.de ſent.& re iud. diſtinguit:aut delegatus committit ſubdelegato totaliter vices ſuas, & non poteſt dare hanc poteſtatem ſubdelegandi, quia cum per talem commiſſionem deſinat eſſe iudex, non poſſent ſibi attribui ea,quæ per ſubdelegatum expedirentur:aut committit, reſeruata ſibi aliqua iuriſdictione, & tunc valebit.

702 Sed quicquid dixerint Fulg. Iaſ. Paul.de Caſtr. & Abb. non recedas à communi opinione, ſicuti admonent Addit.ad Abb.& Pegn. locis citatis.

703 Nec obſtat argumentum Fulgoſij;quia reſp.quòd licet delegatus Principis ſit maior ordinario, tamen iuriſdictio ordinarij. eſt vniuerſalior, & firmior, ſicuti per plura probat Andr.Sicul.in rub.de off.deleg.quem refert,& ſequitur Addit.2.ad Abb. in d. cap. cum ber-

704 toldus.ſub nu.25.in litera A.de ſent.& re iud. † & confirmari poteſt ex eo,quod ſcripſit Bal. in l. more maiorum.ſub nu.2.not.3.ff.de iuriſdict.omn.iud.dicens,qđ plus poſſumus in eo,quod habemus iure proprio, quā in eo,quod habemus iure commiſſionis, ex qua non

705 confertur ius ordinarium.† & ex eo, quod ſcribit ipſe idem Iaſ.in eadem l.à iudice.num. 5. referens ex Ang. quòd delegatus nō habet proprietatem in iuriſdictione,ſed ſolum vſum,quod etiam dixit Paul.de Caſtr. in l.ait prætor.ſub num.2.ff.de re iud.& ex Ang.& Iaſ.refert,& ſequitur Addit. ad Abb. in d.cap. cū bertoldus. ſub num.23.litera F.de ſent. & re iud.Nec eſt verum quòd delegatus Principis poſſit ſubdelegare cauſas meri,& mixti imperij:nam contrarium firmaui ſupra num. 693.

706 RESTRINGE iſtam ſubextenſionem, vt procedat in terminis, in quibus loquitur, videlicet in delegato principis,ſecus in iudice ordinario,quia is poteſt delegare cum facultate, vt delegatus poſſit iterum ſubdelegare.Gloſ.vltima in cap.is cui. in verbo. per alium de off.& poteſt.iud.deleg.in 6.Bar.in l.legatus.nu.2. verſus finem.ff. de off. proconſul.& in l.more maiorum. num.12.verſ. quæro quid.ff.de iuriſdict.omn.iud.& ibi Addition.ad eum.in litera.H.Abb. in cap. ſuper quæſtionum.§.porrò.ſub nu.2.de offi.& poteſt. iud. deleg. & in c.cum bertoldus.nu.24.de ſent.& re iud. & ita limitando videtur ſentire etiam Caputaq.deciſ.167.cōpulſorialis iudex.nu.2. par.1. & hanc eſſe communem opinionem teſtantur Alex.in d.l.more maiorū.ff. de iuriſd.omn.iud.& in l.à iudice.ſub nu.9.verſ.item fallit. & Iaſ.ſub nu.8.verſ.tertio limita.C.de iudic. Additio. ad Bar.in d.l.more maiorū.n.12.litera H.Seuerol.trac. de remiſſ.c.32.ſub nu.3.& quòd hæc ſit magis communis * opinio, teſtatur,& ſequitur Alex. conſ. 157. viſo inſtrumento donationis.ſub nu.11.lib.2. & quòd ita ſeruetur,quia ordinarij delegant cum clauſula, *per te vel per alium, quem ex nunc*. notauit Apoſtil.ad Glo. vlt.in d.c.is cui.Non obſtat, quòd contrarium tenuerint Spec.& alij nonnulli antiqui,quos citat, & ſequitur in puncto iuris defendendo hanc eorum contrariam opin. Alex. in d.l.à iudice.ſub nu. 9. C. de iudic. quia reſp.quòd communis opinio,vt dixi,eſt contra,& illis reſpondet Iaſ.in d.l.à iudice.ſub num.9. ibi. teneo contrarium.notans etiam,quòd Alex.agnoſcendo errorem,ſe ipſum correxit in d.l.more maiorum.

707 AMPLIA imò iſtam reſtrictionem,vt habeat locum non ſolum qn̄ ordinarius expreſsè delegaret cū iſta facultate ſubdelegandi,ſed etiam quando tacitè conſentiret:quare ſi delegatus ſubdelegaret,ſciente & patiente ordinario, ſubdelegatio valeret; quia videretur facta de eius mandato Guil.de Cun.in l.1.§. magiſtrum. il 2.ff.de exercit.Dec.in c.prudentiam.nu.73.de off.& poteſt.iud.deleg. Alex.dicto conſ.157.viſo inſtrumento donationis nu.11.lib.2.& Iaſ.in l.à iudice.nu.9.verſus finem,limit.4.C.de iud.vbi allegat ēt Bal.& Alber.

708 Difficultas oritur obiter circa iſtam ampliationem: an per iſtam clauſulam: *aut per notarium publicum, & fidelem ad hæc à te deputandum examinari cures:* qua vtitur Auditor Cameræ in literis remiſſorialibus ſecūdum quandam formulam à me viſam dicatur examen delegatum cum poteſtate ſubdelegandi.

Reſp.Crederem quòd non:Primo, quia notario non debet cōmitti extra tribunal examen teſtiū, niſi prius coram iudice ſint diſcuſſi articuli,& interrogatoria,& ſic non committitur ei in forma iudicis, ſed potius in forma meri executoris iuxta ea, quæ ſcripſi cap. præced.ſub nu.51. & 53. Secundo, quia, ſi cenſeretur delegatum cum poteſtate ſubdelegādi, ſequeretur,quòd notarius vti iudex ſubdelegatus poſſet ſubdelegare alteri nudum miniſterium examinis,quia qui non poteſt ſubdelegare examen poteſt ſubdelegare nudum miniſterium examinis, ſi ſit iudex, ſicut dicimus de iudice delegato ab ordinario, qui licet non poſſit ſubdelegare examen,tamen poterit ſubdelegare nudum miniſterium examinis,vt dixi ſupra num.682.& 683.ſed iſtud conſequens, quod notarius eligat poſtea alium notarium videtur abſurdum,quia in notario ſemper cenſetur electa induſtria perſonæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 689. & maximè in caſu, quo iudici remiſſorialium tranſmitterentur literæ cum articulis diſcuſſis, prout ſolet tranſmittere Auditor Cameræ, quia tunc ne cenſeretur eius induſtria electa,eſt neceſſaria præfata clauſula:*aut per notarium &c.*& ineptè propterea videtur vocari iudex is, cui cōmittitur examen,diſcuſſis articulis ſuper pertinētia,& impertinentiā, quāuis detur ei facultas deputandi notariū, niſi dicamus ſatis poſſe vocari iudicē ratione iuramenti, ab eo deferēdi.

709 EXTENDE VII. & vlt.loco.& erit extenſio generalis,vt habeat locū in quolibet iudice,commiſſario,vicario,ſeu delegato,cuius induſtria eſſet electa, quia is non poſſet vllo modo alteri committere examinationem ſibi commiſſam,ad not.per Innoc.in c.cū bertoldus. num. 3. de ſent. & re iud. quem retuli ſupra ſub nu.691.verſ.verum.& per Alex.in l. à iudice. ſub nu.3.verſ.itē fallit.& Iaſ.ſub nu. 11. limit.5.C. de iud. qui declarat nonnullos caſus,in quibus diceretur electa induſtria perſonæ: & hæc extenſio communiter approbatur,& ſine difficultate,quicquid dicant Ang. &

Paul.de Castr.in d.l. à iudice.sub nu. 8. loquitur enim
ipse in ea l. vt plurimum contra communes sententias;
de qua re miratus sum.dubitatio solum remanet in co-
gnoscendo quando dicatur electa industria personæ.
710 EXPEDITIS extensionibus ad restrictionẽ positã su
pra nu.672, in qua diximus, iudicem delegatum, seu cõ
missarium literarum remissorialium non posse subde-
legare examenɔ.
LIMITA I. eandem restrictionem, vt non ha-
beat locũ in delegato Principis, quia is posset subdele
gare, sicut ex Glo. Abb.& alijs retuli,& sequutus sum
supra num.690. vers. declara nunc. & ratio est, quiaɔ
habemus regulam, quòd delegatus Principis potest
subdelegare, quam latè exornat Ias. in l. à iudiceɔ
num. 11. vers. tertia regula. C. de iudic. super cuius
probatione non insisto, quia transit sine difficultate,&
poteris pro eius comprobatione addere quæ scripsi
lib.preced. cap.67. num.11.
711 AMPLIA I. istam limitationem, vt procedat
etiam si sit delegatus ad vnum articulum, vt puta ad re
cipiendos testes.
Contra istam ampliationẽ excito vnam difficultatẽ;
qđ non possit subdelegare, nisi sit delegatus totius cau
sæ,& adduco opinionẽ Innocentij in c. bertoldus. sub
num.3.de sent. & re iud. dum ait, non posse delegatum
alteri cõmittere, cuius opinio videtur vera, sed aliaɔ
712 ratione, quàm ea, quam ipse adducit: † ratio ergo cur
delegatus Principis ad examinandum videatur nonɔ
posse subdelegare est, quia cum sit delegatus ad hunc
solum articulum,& non ad totam causam; delegando
illum articulum, abdicat à se totum onus, totamquè
iurisdictionem, quod fieri non potest per ea, quæ no-
tabiliter scribit Host. in sum. tit. de off.& pot. iud. de-
leg. §. quę delegari possunt. num. 6. versus finem. ibi.
item si vniuersitas. dicens, quòd delegatus ad vniuer-
sitatem causarum non potest illam vniuersitatem cau-
sarum delegare, item, quòd legatus prouinciæ nonɔ
potest totam vniuersitatem prouinciæ delegare, con-
cludens in effectu, quòd iudex non potest totam iu-
risdictionem suam delegare, quod idem ex eo, & ex
alijs referunt, & sequuntur Alex.& Ias. in l. à iudice.
vterquè sub num.8. C. de iud. dicens, quòd licet ordi-
narius possit delegare, tamen, inquit, totam iurisdi-
ctionem non posset à se abdicare, inconsulto Princi-
pe; quod etiam refert, & sequitur Put. decis. 224. nu.
8.& 9. lib.2. & in Vicario Episcopi quòd non possit ex
toto committere vices suas, prosequitur Abb. in cap.
clericos. num.2. de off. vic.
713 Ex his sic argumentor: Ita se habeat delegatus Prin
cipis ad causam sibi delegatam, sicut se habet delega-
tus vniuersitatis causarum ad omnes, & singulas cau-
sas vniuersitatis sibi delegatæ, & sicut se habet iu-
dex ordinarius ad totam iurisdictionem sibi conces-
sam; valet enim argumentum à commutata propor-
tione; quia ita se habet totum ad totum, vt se habet
714 pars ad partem l. quæ de tota. ff. de rei vendic. † vnde
Bar. in l. omnes populi. sub num. 8. ibi. ratio est ff. de
iust.& iur. inquit; sicut Princeps, qui est dominus to-
tius, facit legem vniuersalem, ita isti, qui sunt domini
in parte, faciunt statuta in parte.
715 Sed delegatus ad vniuersitatem causarum non po-
test delegare vniuersitatem causarum, nec ordinarius
potest delegare totam iurisdictionem, testibus Host.
Alex. Ias.& Put. superius citatis. Ergo nec delegatus
ad vnum articulum potest illum alteri committere.
RETENTA ampliatione,
Solue istam difficultatem; assignando inter vnum,&
alterum hanc inæqualem proportionem; quòd ordina-
rius si posset delegare totam iurisdictionem, delega-
ret etiam vsum, & proprietatem iurisdictionis; secus
est in delegato, quia non delegat nisi vsum iurisdictio-
nis, cum proprietatem non habeat Abb. Ias.& alij,
quos retuli, & sequutus sum supra num.677. vers. nam
respondeo. & num.678. & difficilius debet concedi
alienatio vsus, & proprietatis, quàm alienatio solius
vsus: Et aduerte, quòd sub nomine ordinarij intelligo
etiam delegatum ad vniuersitatem causarum: Igitur
non valet argumentum à iudice ordinario ad delega-
tum ad vnam causam, existentę diuersitate rationis;&
sic cessat l. quæ de tota. ff. de rei vendic.
716 Confirmatur I. ista diuersitas, quia delegatus Papæ
potest delegare totã causam sibi commissam, Bar. in l.
more maiorum. sub nu. 11. ff. de iurisd. omn. iud. æqui-
parans ipsum procuratori. Abb. in cap. super quæstio-
num. §. porrò. num.1. de off.& potest. iud. deleg. Ias. in
l. à iudice. sub num.10. vers. contrarium. ibi. nam dele-
gatus. C. de iudic. Addition. ad Abb. in cap. cum bertol-
dus. sub num. 19. litera B. de sent.& re iud.& est com-
✱ munis * opinio: Igitur poterit etiam delegatus ad arti
culum examinis illum delegare.
717 Confirmatur II. ista diuersitas; quia delegatus ab
ordinario ad vnam causam non potest subdelegareɔ
vnum articulum illius causæ, testibus Bar. in l. legatus.
num.6. ff. de offic. procons. Alex. Ias. & Addition. quos
718 retuli & sequutus sum supra num.684. † & tamen or-
dinarius, seu delegatus ad vniuersitatem causarum po-
test delegare vnam causam, vt scribunt Bar. in l. more
maiorum. num.11. ff. de iurisd. om. iud. Ant. de Butr. in
cap. super quæstionum. §. si verò duo. num.16. & 17. de
off.& potest. iud. deleg. Ias. in l. à iudice. num.7. fallent.
✱ 2. C. de iudic. & de communi * testantur Bar. & Ias.
vbi supra.
719 AMPLIA II. eandem limitationem, positam supra
num.710. vt multò magis procedat quando esset dele-
gatus ad totam causam, quia tunc, delegando solumɔ
examen, seu alium articulum causæ, cessaret argumen
tum adductum contra limitationem supra num. 713.
sed ista ampliatio non est vera in delegato ordinarij;
quia licet sit delegatus ad totam causam, tamen nonɔ
posset subdelegare vnum articulum iuxta ea, quæ scri
psi supra num.684.
720 EXTENDE istam ampliationem, vt habeat locum
etiam partium consensu non requisito, teste Abb. inɔ
cap. super quæstionum. §. porrò.& §. eius ergo. num. 1.
de off.& potest. iud. deleg.
721 Reliquas ampliationes ad istam limitationem po-
sitam supra num.710. collige ex ampliationibus, quas
ponit Ias. in l. à iudice. sub num. 11. C. de iudic. vbi po-
nit quinque ampliationes.
722 DECLARA modo eandem limitationem, quam po
sui supra d. num.710. vt non sit vera in sequentibus de-
legatis.
Primus est, quando est delegatus à recognoscenti-
bus superiorem, quales sunt delegati à Marchione, à
Duce, ab Episcopo & similibus, quia eorum delegati
non dicuntur delegati Principis, & idcirco non pos-
sunt subdelegare: soli ergo delegati Papę, aut Impera-
toris, seu alterius non recognoscentis superiorem de
iure, vel de facto, possunt subdelegare, vt ex Bar. Imol.
Alex. & Moder. refert,& sequitur Ias. in l. à iudice. sub
num.11. limit.3. C. de iudic.
723 Secundus est, quando est delegatus specialiter ad
vnam causam per legem scriptam, vel ab ipso Princi-
pe per constitutionem, quia tunc dicitur ordinarius
specialiter illius causæ, & ideo subdelegare, seu de-
legare non potest, quamuis Princeps in commissione
causę vsus sit verbo. delegamus. secus tamen est si
causam ei viua voce sine constitutione, seu lege scri-
pta commiserit Glo. vltima in l. 1. in verbo. specialiter.
C. ne liceat potentioribus.& notant Paul. de Castr. in
l. à iudice. sub num.9. C. de iudic. inferens ex hoc num.
10. quòd si statutum Ciuitatis dicat, quòd de tali cau-
sa Potestas sit cognitor, Potestas in illa causa est ordi-
narius; quia habet potestatem à statuto, & tamenɔ
eam subdelegare nõ potest,& Ias. in ead. l. à iudice. sub
num. 11. versus finem. limit. 14.& vltima reputans alle-
gatam Glos. multum solemnem.
724 INFERO ex hoc II. casu quòd arbitri ele-
cti ex dispositione iuris communis, vt in cap. suspitio-
nis. de off.& potest. iud. deleg. in cap. ab arbitris. eod.
in 6.& in l. cum specialis. C. de iudic. & in alijs, à me
citatis lib. præced. cap. 101. num. 20. seu ex disposi-
tione statutorum, de quibus dixi supra cap.2. q.2. num.
27. non possunt delegare causas [quas ex dispositio-
ne legis, seu statuti tenentur determinare] etiamɔ
si essent impediti; quia causa rediret committendaɔ
alteri.
725 LIMITA II. eandem restrictionem, positam supra
num.

num.672.in qua dixi,delegatum non posse subdelegare; vt non procedat de consuetudine quoad iuramenti delationem, & simplicem examinationem; quia licet delegatus ordinarij, & subdelegatus delegati à Principe, vel alius iudex non possint de iure subdelegare delationem iuramenti eo, quòd iuramentum est quid iurisdictionis, vt scripsi supra cap.præced. num. 39.tamen si illā delationē iuramenti subdelegarent & præsertim proprio notario, qui scribit attestationes, crederem,quòd illud examen sustineretur pro valido, exquò receptus est stylus cōmittendi notarijs iuramēta testiū, quamuis hæc cōmissio repugnet dispositioni iuris,vt hæc omnia dixi d.c.præced.nu.36.& 40.& sic iuramenti delatio in examine testium non reputatur pro actu iurisdictionali, sed pro actu nudi ministerij, & consequenter potest subdelegari; dummodo postea illud examen remittatur ad delegantem sub nomine iudicis delegati:&ego dum essem iudex ordinarius sic practicatus sum, dum quandoque fuerunt transmissæ ad me literæ remissoriales ab alio ordinario. & hæc sufficiant circa q.2.positam supra num.605.

QVAESTIO III.

726 QVAERO quomodo est scribendum ei, cui committitur examen testium?

Respondeo cum sequenti distinctione.

Si ille, cui committitur, est sub iurisdictione iudicis committentis,concedentisq; literas remissoriales; concludo qd' literæ erunt præceptiuæ per verba,præcipimus,mandamus,committimus,& similia iuxta formulas,quas ponunt Spec.tit.de teste.§.qualiter autem. sub num. 17. Abb. in pract. rub. commissionis forma. sub num.1.fol. mihi.64. Seuerol. tract. de remiss. cap. 23.num. 1. & cap.26. & Virg. de Bocc.cap.8. num. 1. hisq; literis præceptiuis vtitur Auditor Cameræ:is em̃ præmissa narratiua processus,seruati in decernendis literis remissorialibus, subdit:*quo circa tibi cõmittimus, quatenus omnes,& singulos testes fideliter recipias &c.* & ratio,quare Auditores Rotæ, & Auditor Cameræ vtantur hac formula præceptiua, est, quia Papa habet iurisdictionem in toto orbe,vt dixi lib,preced.cap.11. num.10.& 11.& cap.33.num.9.& præfati iudices sunt delegati Pontificis, vt de Auditoribus Rotæ notaui lib.præced.cap.26.sub num.3. & de Auditore Cameræ quoad executionem literarum apostolicarum, & obligationum cameralium eod.lib.præced.cap.22.nu. 6. & quoad alias literas extra curiam dixi infra num.

727 735.† & iudices delegati possunt iubere omnibus, qui sunt sub ditione, & imperio eius, qui causam delegauit, vt scribit Seuerol. d. tract. de remiss. cap. 26. sub num.1.quia iudex delegatus fungitur munere delegantis, vt dixi supra num. 678, hancquè eandem rationem;quia scilicet sunt iudices delegati Pontificis, consideraui lib.præced.cap.45. num. 8. versus finem; hæcquè praxis concipiendi formulam præceptiuam sumpta est ex cap.2.de testib.in 6.& ex alijs citatis per Specul.d.num.17.in fine.

728 Si verò is, cui scribendum est, non est intra iurisdictionem iudicis committentis examen: dico, quòd literæ erunt rogatiuę,vt tradunt Spec. d. tit. de teste, §. qualiter autem.num.16.Seuerol. d. cap. 26. sub num. 2.& Luc.Pæt.in pract. capitol.lib.2.cap.6.num.10.dicens, quòd si eiusmodi literæ dirigantur iudicibus extra districtum Vrbis, iudex rogabit in ejs iudicem, cui scribit, vt recipiat testes, & animaduertat præsertim, quòd eorum dicta faciat scribi explicitè, non sub compendio verborum, nec relatiuè; earumquè literarum formulam habes apud Spec.loco citato,vnde tu occurrente casu poteris nouam,tuoquè negotio congruentem,mutatis mutandis,desumere.

Circa vtrumquè caput huius distinctionis & dicta in eis excitantur pro vlteriori intelligentia tres difficultates.

729 PRIMA difficultas.An Auditor Cameræ, Auditores Rotæ,alijquè iudices delegati à Papa possint indistinctè vti hac formula præceptiua,quando scribūt pro expeditione causarum:& quid dicendum in Episcopo, seu eius Vicario generali committente examen testiū alicui iudici temporali intra suam diocesim.

Resp.Videtur concludendum, quòd sic,quia isti iudices gerūt vices Papæ, & Sedis Apostolicæ, eamquè repræsentant generaliter,eiusquè, & Papæ nomine procedunt in tantum,quòd in eorum literis citatorijs, monitorialibus,seu alterius speciei vtūtur clausula:*& nostris; imò verius apostolicis firmiter obedire mandatis;* & nemo quauis dignitate præditus sit; tàm duræ ceruicis,temerariusquè posset extare,qui mandatis Sedis Apostolicæ contrauenire,vel se opponere auderet, vt hæc omnia scripsit Mandos.tract.de monit.q.44.num. 3.& seqq. meritò ergo vtuntur ista formula præceptiua: esset præterea valde indecens, ac indecorum, vt sancta Sedes Apostolica,& Papa,qui est Vicarius Christi, vt dixi lib.præced.c.12.nu. 8. & quem nos omnes Christiani duliæ, seu hiperduliȩ cultu in signum supremæ iurisdictionis veneramur, vt ex Eymer. in direct.inquis.par.2. q.43.num. 12. & 13. retuli lib. præced.cap.12.sub num.24.is inquam,iurisdictionem exercendo, hortaretur iudices, aliosquè magistratus.

730 DECLARA extendendo istam conclusionem, vt possint vti ista formula præceptiua non solum in terris subiectis immediatè ecclesiæ, sed etiam in subiectis mediatè & extra statum ecclesiasticum,& tàm scribendo personis ecclesiasticis, quàm scribendo personis laicis, quia vtraquè species personarum tenetur obedire mandatis apostolicis.

731 RESTRINGE istam declarationem, vt non procedat omnino de stylo,quia solent scribere Abbatibus, Prioribus,Canonicis,alijsquè personis ecclesiasticis, sicut apparet ex formula monitorij, quam ponit Mandos. d. q.44. num. 1. & ex formula citationis, quam retuli lib. præced. cap. 45. sub num. 8. huiusquè styli ratio est, quia personæ ecclesiasticæ sunt indistinctè & habitu, & actu sub iurisdictione Papæ, vt dixi libro præced.cap.11.num.11.& consequenter facilius obedire coguntur; adde quæ scrrpsi infra cap. 11. nu. 874.vers.declara.

732 EXTENDE hæc omnia, quæ dixi in iudicibus delegatis Papæ,vt habeant locum etiam in Inquisitoribus hæreticæ prauitatis,quia dicūtur delegati Papæ, vt dixi lib.præced.cap.15.num.3. in fine,& num. 4. & ideo quando citant in alienis territorijs possunt citare per proprium nuntium sine literis subsidialibus.

733 RESTRINGE eandem conclusionem,vt non procedat quando vnus delegatus scriberet alteri delegato, seu vnus Inquisitor scriberet literas subsidiales alteri Inquisitori, seu vnus Episcopus alteri Episcopo; quia alter alteri debet mittere literas hortatorias, vt omnia colliguntur ex his,quæ scripsi lib.præced. cap. 43.sub num.4. & ratio est;quia par in parem non exercet imperium, sed tenetur alter alteri auxilium præstare in concernentibus officium; & sic seruatur in praxi:fateor tamen,quòd de iure res esset disputabilis si posset,vel non posset citare per proprium nuntium, & sine literis subsidialibus iuxta ea, quæ scripsi lib. præced.cap.40.sub num.6.vers. insurgit tamen.

734 Retenta eadem conclusione,seu resolutione, firmata supra num.729. quòd etiam Auditor Cameræ possit vti ista formula præceptiua.

Oppono I. contra istā conclusionem,quia Auditor Cameræ secundum Host. Spec.& alios, quos citaui,& sequutus sum lib.præced.cap.22.num.5 dicitur iudex ordinarius;& consequenter non potest dici,quòd fungatur munere, seu gerat vices Pontificis, vti eius delegatus.

Oppono II. contra eius declarationem,positam supra num.730.quia,licet possint vti ista formula præceptiua respectu personarum ecclesiasticarum, & secularium, qui apostolica auctoritate sunt notarij, & omnium secularium, qui sunt sub iurisdictione temporali ecclesię,respectu tamen aliorum laicorum, existentium extra temporalem iurisdictionem Pontificis, videtur aliter dicendum.

Ad primam oppositionem resp.dupliciter;& primo quòd ista oppositio cessat,retenta opinione Archidiaconi,Staph.& Ant.de Præt.quos adduxi lib.præced.d. cap.22.sub num.4.existimantium;omnes iudices in Romana

Romana Curia præter Papam esse delegatos:sed quia nos vbi supra tenuimus,Auditorem Cameræ esse or-
735 dinarium, & turpe esset duplici calamo scribere; † ideo secundo loco respondeo, quòd non est inconueniens,vt vnus iudex vno respectu reputetur ordinarius, & alio respectu reputetur delegatus, hocquè patet in Auditoribus Rotæ, qui, vt ex Rot. Spec. Staph. Put.Caputaq.Vestr.& Lancell.retuli, & sequutus sum lib.præced,cap.26.sub num.3. sunt ordinarij respectu processus, & delegati respectu sententiæ: vult ergo Pontifex, quòd hi supremi iudices Romanæ Curiæ, mittendo literas iurisdictionales extra curiam,fungan-
736 tur munere Pontificis, eumquè repræsentent. † videmus etiam in simili, quòd aliquis vno respectu potest esse merus minister, & alio respectu habere iurisdictionem delegatam, vt scribit Bar.in l.legatus.sub nu. 6.ff.de offic. procons.

Ad secundam oppositionem respondeo, quòd Papa extra statum ecclesiasticum habet iurisdictionem habitu,vt latè deducit Rest.Castal,tract. de imper,q. 50. & nos ex eo, ex Abb. & alijs retulimus lib. præced. cap.11.num.10.& seqq.quam iurisdictionem habitualem; vt ita vocem; Papa non deducit ad actualem, vt eam ipse exerceat, nisi ex causa, quæ in Papa semper est pręsumenda.Verum tamen est,quòd hodie isti Domini temporales non libenter ferunt, vt iudices Romanæ Curię apponant manus intra eorum iurisdictionem temporalem, etiam si esset iudex delegatus ipsius Pontificis; & etiam si ipsi Domini temporales essent feudatarij Sedis Apostolicæ; & in tantum non libenter ferunt, vt in Regno Neapolitano nolint pati executionemhuiusmodi literarum sine regio assensu;sed meo iudicio hoc potius procedit ex tolerantia, quàm de iure;supposito tamen, quòd iudex apostolicus procedat in casu ad se spectante.

737 Quantum ad Episcopum, seu Vicarium generalem committentem examen testium iudici seculari alicuius Baronis intra suam diocæsim, nunquid possit vti formula præceptiua, vel potius rogatiua. Resp.quòd Foller,in pract.crim.can.in verbo.testibusquè diligenter examinatis,cap.8.num.50.fol.127. ponit formulã præceptiuam per verba; committimus, & districtè præcipimus in virtute sanctę obedientiæ, & sub pœna excommunicationis; quam formulam approbo in causis,quas priuatiuè cognoscit,sed in alijs nihil hic firmo.

738 SECVNDA difficultas. An iudex secundarum causarum,seu inquam appellationum possit vti ista formula præceptiua, quando,exercendo suam iurisdictioné, scriberet iudici primarum causarum.

Resp.distinguendo duas species iudicum secundarum causarum.

Prima species est,qñ iudex secundarũ causarum est simpliciter iudex appellationũ:&in ista cõcludo,quòd is potest vti ista formula præceptiua,si procedat super his,quæ tendunt ad cognoscendum, & reparandum grauamen illatum,seu inferendum per sententiam,latam à iudice primarum causarum; quo casu posset in primis inhibere ei attentationem, eiquè præcipere trãsmissionem actorum,aliaque similia,si quæ sunt necessaria pro recognitione sententiæ: sed in alijs, in quibus procederet non vti recognitor primę sententiæ,sed potius vti iudex primarum causarum,vt puta si esset etiam inter eos locus præuentioni, dico quòd non posset vti hac formula.

739 EXEMPLIFICA istam conclusionem in Capitaneo appellationum,ad quem appellatur à sententijs, latis per Senatorem, & illius iudices, & quoscunquè alios iudices, & officiales capitolinos,vt disponunt statuta Vrbis lib.1.cap.166.& scribit Luc.Pæt.in pract. capitol.lib.1.cap.4.num.1.quia is, appellatione interposita, inhibet prædictis iuxta dispositionem eorundem statutorum eod.lib.1.cap.167.& notat idem Luc.Pęt. vbi supra lib.5.cap.4.num.5. vtiturquè formula præceptiua in prædictis; sed in alijs minimè, cum Senator eum vndiquè pręcedat,sitquè in longè maiori dignitate,& gradu.

EXEMPLIFICA etiam in Auditore Talleacotij, qui,inhibendo, & committendo transmissionem actorum iudicibus, gubernatoribus, & magistris actorum totius status Columnensium in Aprutio, vtitur formula præceptiua,secus in alijs,in quibus non procederet,vti iudex secundarum causarum.

740 Secunda species est, quando iudex appellationum est iudex cum præheminentia, idest superintendentia totius gubernij,seu prouinciæ:& in ista concludo, eũ posse intra illud gubernium, & Prouinciam indistinctè vti prædicta formula præceptiua in omnibus, quæ ad iustitiam pertinent.

741 EXEMPLIFICA istam conclusioné in Legato,item in Vicelegato,qui prędicta formula vtuntur,dum scribunt Locatenentibus,& Gubernatoribus,alijsquè Officialibus,& Ministris illarum Ciuitatum, & locorum, existentium intra illam Prouinciam. Exemplifico etiã in Gubernatore Abbatiæ Sublacensis, qui nunquam scribit Vicarijs,in concernentibus iustitiam; quin eis præcipiat.eodem stylo vtitur Auditor domus de Columna in Campanea,scribendo Gubernatoribus.

742 EXEMPLIFICA rursus istam conclusionem in Audientijs regijs, dum scribunt officialibus Baronum fœudatariorum Regis.

743 TERTIA difficultas. An arbiter,seu arbitrator possit vti ista formula præceptiua, scribendo literas remissoriales pro examine testium,seu pro alio actu tendente ad expeditionem causæ, cuius est arbiter.

Resp.considerando tres species arbitrorum, seu arbitratorum: Prima est; quando arbitrator,seu arbiter est electus ex dispositione iuris communis, vt in iuribus allegatis supra num.724.vers.infero ex hoc. Secunda est,quãdo est electus ex dispositione alicuius statuti mandantis causam compromitti: Tertia est,quando est electus ex mera voluntate partium.

In prima specie:quando est electus ex dispositione iuris communis;habemus aliquam difficultatem.

Nam videtur dicendum prima facie, quòd possint vti formula præceptiua in toto orbe terrarum,in quo seruatur ius commune;quia illi arbitri videntur delegati iuris communis, & consequenter in toto dominio,vbi seruatur ius commune, videntur posse vti formula præceptiua: dicimus enim, quòd delegatus potest vti hac formula in toto dominio delegantis, vt scripsi supra num. 727. & infra num. 748. vers. postrema.

Contrarium est verum:possunt enim vti ista formula præceptiua solum intra iurisdictionem ordinarij illius loci, vbi sunt electi, vt mox dixi in sequenti spe-
744 cie;& ratio est,quia licet eligãtur ex dispositione iuris communis; tamen subrogantur quodammodo in locum iudicis ordinarij;& sic non debent excedere limites iurisdictionis illius, in cuius locum videntur subrogari,quia subrogatum sapit naturã eius in cuius locum subrogatur,vt ostẽdi infra nu.752. & seqq.ad eũ. sicq; non attenditur id,à quo substituitur, sed is,in cuius locum substituitur.

745 In secunda specie:quando est electus ex forma statuti:concludo quòd potest vti formula præceptiua si scribat ei,qui est subiectus loco illius statuti; secus si scribat ei,qui non est subiectus Seuer.tract. de remiss. can.26.num.2.& faciunt pro hac conclusione affirmatiua,quę scripsi infra num. arg.x.

746 In tertia specie:quando est electus ex mera voluntate partium;concludo indistinctè, eum non posse vti ista formula,sed solum præcatiua;quia is caret iurisdictione.l.priuatorum.C.de iurisd.omn. iud. & scribit Seuer. loco proximè citato in fine. & ex Ang. in §. & quoniam. Auth. de testib. refert Affl. in constitutio-
747 ne. iustitiarius.sub num.9. lib. 1. † & in isto arbitro sunt vera, quæ ex Alber.de Ros.referunt,& sequuntur Alber.de Malet.tract.de testib.cap.6.num.55.fol.173. Crot.eod.tract.par.5. num. 12. fol. 214. Lanfr.in cap. quoniam contra.num.31.de probat.inter tract.diuers. de testib.fol.181.scribentes, quòd arbiter non potest cogere testes ad testificandum; subdentes, quòd sunt cogendi ab ordinario;quod etiam ex Alber. de Malet. retulit, & sequutus est Campeg. tract. de testib. reg. 145.vers.quinto licet. fol.98.

748 POSTREMA difficultas est, in iudice delegato;an possit vti formula præceptiua.

Huic

Huic difficultati respondeo, quòd poteſt vti formula præceptiua in toto dominio delegantis, vt ſcribit Seuerol. tract. de remiſſ. cap. 26. ſub num. 1. quem ad hoc propoſitum citaui, & ſequutus ſumus etiam ſupra num. 727.

QVAESTIO IIII.

749 QVAERO: an iudex literarum remiſſorialium poſſit imponere mulctam contra teſtes, nolentes accedere ad dicendum teſtimonium.

Reſp. Seuerol. tract. de remiſſ. cap. 34. num. 5. conſiderat hos tres caſus. Primus eſt, quando eſt data hæc poteſtas. Secundus eſt, quando non eſt data, ſed iudex eſt delegatus Principis. Tertius eſt, quando eſt delegatus ab alio, quàm à Principe. In primo, & ſecundo caſu Seuer. vbi ſupra reſpondet ſimpliciter affirmatiuè; In tertio verò conditionaliter ait, quòd poteſt mulctā dicere, ſi aliter iuriſdictionem ſuam defendere non poſſit; quæ doctrina clarè colligitur ex traditis per Ant. de Butr. in cap. de cauſis. ſub num. 13. de off. delegat. & ſi vis videre generaliter extra particularitatem huius q. quòd delegatus poſſit mulctare, & maxime delegatus Papæ, vide Capel. Thol. & ibi. Aufr. deciſ. 275. vſque ad num. 4.

750 Difficultas oritur circa iſtum tertium caſum, quādo dicatur ſuam iuriſdictionem aliter defendere non poſſe; quam difficultatem ipſi non explicant: At Hier. Muſcor. tract. de iuriſdict. & imper. ſub num. 132. verſ. ego verò. loquens de duumuiris, ait, tunc eos non poſſe aliter ſuam iuriſdictionem defendere, quando ita impediti eſſent, vt ſuperiorem hac de re certiorem facere non poſſent. & melius, & in ſpecie noſtra Iaſ. in l. 1. §. qui mandatam. ſub num. 7. ibi. pro parte negatiua. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. ſentit, tunc delegatum nō poſſe aliter delegationem exercere, quando lis adhuc cōteſtata nō eſt, quo caſu ſentit, poſſe eum partes mulctare, vt conteſtentur litem, quia alias ſine conteſtatione litis non poſſet deuenire ad ſententiam diffinitiuam.

751 Relata ſententia Seueroli, & reſoluta difficultate adducta.

CONCLVDO generaliter in iſto quæſito ex noſtra ſententia, quòd iudex delegatus tàm in primo, quàm in ſecūdo, & tertio caſu poteſt cogere teſtes ad dicendum teſtimoniū tàm per impoſitionem mulctæ, quàm per aliam viam opportunam, & idoneam, ſicut poſſet ordinarius, aut alius delegans, ſicquè diſcedo à ſententia Seueroli loquentis conditionaliter in tertio caſu; ceſſabitque difficultas ſuper eo excitata: & pro iſta concluſione moueor ſequentibus argumentis.

752 Primo, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur quoad actum, ad quem fit ſubrogatio. l. ſi eum iudicio. §. iniuriarum. & ibi Gloſ. in verbo. danda. ff. ſi quis caution. l. ſi donatæ. §. ſponſus. ff. de donat. int. uir. & vxor. l. item veniunt. §. cum prædiximus. ff. de petit. hæred. † l. parabolani. & ibi Bal. C.
753 de epiſc. & cler. ſcribens ex hoc, iudices & aſſeſſores Iuſtitiariorum Regni, quando reuertūtur domum, non poſſe in locum ſuum ſubrogare vnum de aduocatis, qui ſit de eadem prouincia; quia ſicut iudices & aſſeſſores non poſſunt eſſe de illa prouincia, ita nec eorum ſubrogati. Tiraq. tract. de iur. primogenior. q. 40. num. 43. verſ. 10. ſubrogatum. dicens, quòd ſi ſponſus mittat ſponſę anulum alienum, & poſtea contracto matrimonio det ſuum loco illius alieni, valet donatio, quia iſte ſecundus ſubrogatur in locum primi, cuius donatio valebat. Rebuff. tract. de nominat. q. 16. num. 5. ſcribens, quòd in ciuitatibus, & villis muratis debent conferri beneficia graduatis quocunquè tempore vacent, quia pragmatica, in cuius locum fuit ſubrogatum con
754 cordatum, ita diſponebat. † Peck. de teſtam. mar. & vxor. lib. 1. cap. 16. num. 1. diſputans, an propterea legatum relictum à marito vxori, ſuperuiuente poſtea marito, eoquè tranſeunte ad ſecundas nuptias, decedentequè, non mutato legato, debeatur ſecundæ vxori
755 ſuperuiuenti. † Egid. Bellam. de permut. benef. par. 1. q. 1. num. 3. concludens, permutationem eccleſiarum exemptarum non poſſe fieri ſine auctoritate Papæ; quia ſicut permutatio non exemptarum non poteſt fieri ſine auctoritate Diœceſani, ita nequè exeptarum ſine auctoritate Papæ, qui quoad exemptas ſuccedit in
756 locum Diœceſani. † Redoan. de reb. eccleſ. non alien. rub. 33. de caſibus in quibus fit alienatio &c. caſ. 13. nu. 4. & ſeqq. concludens, bona patrimonialia, ad quorum titulum clericus eſt ordinandus, debere taliter dari, & aſſignari, vt alienari non poſſint, exquò ſubrogantur in locum beneficij, ſeu pēſionis, quæ alienari non poſ-
757 ſunt. † Bellin. tract. de re milit. par. 6. tit. 2. num. 1. & ſeqq. fol. 351. concludens, quòd ſi ob caſum non præuiſum, quia ſit inſolitus, eſt imponenda collecta propter bellum, non poſſunt collectari priuilegiati, ſed ſolum collatores ordinarij, & ratio ſecundum eum eſt, quia illa collecta venit ſubroganda in locum ſtipendiorum, quæ militibus dantur: vnde ſicut collatores ordinarij, & non priuilegiati tenentur ad illa ſtipendia, ita quoquè tenentur ijdem collatores ordinarij
758 ad collectas faciendas. † Oliuer. Text. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. his igitur. ſub num. 19. 20. & 21. concludens nepotes ex filio, & pronepotes ex nepote, & deinceps admitti ad ſucceſſionem aui cū eius filio in ſtirpes, & non in capita, quia debent habere eam portionem, quam habiturus fuiſſet eorum pater, in cuius locum
759 ſucceſſerunt. † Lancell. tract. de atten. par. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. ſub num. 160. & 161. fol. mihi 304. concludens, quòd, ſtante ſubrogatione gratioſa, nec patronus præſentare, nec ordinarius inſtituere poſſunt, quia dicitur durare lis, ſicut duraſſet, ſi viueret ille, in cuius locum extat ſubrogatus; qui cenſetur aſſumere perſo-
760 nam illius, in cuius locum eſt ſubrogatus. † Ioan. de Amic. conſ. 22. ſub num. 2. verſ. ſed iſtis. & num. 3. & 4. conſulens, quòd, cum in Ciuitate Venafri eſſet impoſita, & ſubrogatā gabella loco ordinariarum collectarum, Nicander Venafrus tenebatur ſoluere gabellam pro porcis, quamuis eos nutriuerit extra territorium Venafri: & ratio ſecundum eum eſt, quia ſicut collecta debet ſolui pro omnibus rebus ſtabilibus, mobilibus, & ſe mouentibus; &, ſi non ſoluatur in loco, vbi extāt; debet ſolui in loco originis, ita etiam ſolui debet gabella porcorum ſubrogata in locum collectarum, cum de eis non ſolueretur alibi; quia ſubrogatum ſapit na-
761 turam eius &c. † & maximè procedit hæc theorica quoad naturalia, ſicut ex Socc. reg. 383. fall. 1. retuli & ſequutus ſum libro præced. cap. 51. num. 27. in fine. & quòd ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, dicit eſſe regulam vulgatam Gabr. in concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 2. num. 1. vbi eam num. ſeqq. ampliat, declarat, & limitat multis modis.

762 Sed iudex literarū remiſſorialium ſubrogatur quoad examen in locum delegantis. Igitur poteſt ea omnia, quæ poſſet delegans.

763 Secundo, quia vno aliquo conceſſo, ſeu commiſſo, omnia videntur conceſſa, ſeu commiſſa, ſine quibus illud explicari nō poteſt. c. prætereà. de off. & poteſt. iud. deleg. & ibi Gloſ. 1. in verbo. ſimpliciter. Ant. de Butr. num. 2. & 3. Abb. not. vlt. ſub num. 3. Fely. num. 4. & Dec. not. vlt. num. 18. dicens, ad hoc communiter allegari illum textum. ad idem l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. & l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Bar. num. 4. in fine. & num. 5. Paul. de Caſtr. in principio. & Iaſ. num. 2. dicens: nota ex iſta lege regulam, ad quam tota die allegatur: vide eum, quia multos congerit caſus pro confirmatione huius regu-
764 læ, & multos congerit pro limitatione. † & in ſpecie inducitur ille textus ad probandum, quòd, delegata iuriſdictione, cenſentur delegata omnia, ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt; vt ibi ſcribunt Bar. in principio. & Dec. num. 1. & 2. Innoc. in cap. 1. ſub num. 2. ibi. nam cum papa. de offic. & poteſt. iud. deleg. & in cap. dilectus. in fine. de pœn. Spec. tit. de teſte. rub. de teſtium compulſione. ſub num. 7. & communiter * omnes, vt teſtatur Crot. tract. de teſtib. par. 5. num. 11. in fine. hoc idem benè probatur ex text. in cap. ex literis. de off. & poteſt. iud. deleg. vbi inquit Pontifex, quòd iuriſdictio ſubdelegata redderetur eluſoria, ſi ſubdelegatus

gatus coerctionem aliquam non haberet; quod idem probatur ex cap.præced.paſtoralis.

765 Tertio,quia iudicibus delegatis commiſſo principali,cenſetur commiſſum acceſſorium.cap.prudentiã. §.ſexta nobis.in fine.& ibi Gloſ.in verbo.explorati.de off.& poteſt. iud.deleg.& ibidem Doct.Gloſ.in d.cap. præterea. in verbo.ex eo, eod.tit. & pulchrè ibidem Innoc.

766 Quarto, quia qui vult conſequens, vult neceſſariò antecedens. Rom.conſ.71.viſis dubijs.nu.3.Dec.conſ. 23.pro tenui facultate.nu.2.lib.1.& allegantur eadẽ iu
ra,videlicet l.ad rẽ mobilẽ.cũ alijs adductis hic ſupra
767 nu.763.† ſeu conceſſo fine,videntur conceſſa omnia, per quæ deuenitur ad finem, vt ex eiſdem iuribus ſupra citatis deducit Abb.in cap.cum infirmitas. num.4. de pœnit.& remiſſ.

Quinto, quia,ſi eſſet expreſsè data iſta poteſtas, vt poſſet imponere mulctam,non haberet difficultatem, quòd poſſet,vt præſupponit Seuerol.citatus ſupra ſub num.749.

768 Sed illud,quod tacitè colligitur ex natura rei diſpoſitæ,dicitur expreſſum,vt ſcribunt Anchar.conſ.393.viſa diligenter gratia.ſub num.2.& Melch.Palaez.tract. maiorat.par.1.q.15,num.10.fol.359. & facit doctrina Bartoli in l.1.num.7.& ſeqq.ff.de vulg.& pupil.Igitur.

769 Sexto,quia omnia,quæ ſequuntur de natura rei conceſſæ,cenſentur conceſſa ad tradita per Bar.in d.l. cui iuriſdictio.ſub num.5.ff.de iuriſd.omn.iud.

Sed impoſitio mulctæ ſecundum noſtrum ſuppoſitum pro expeditione delegati examinis dicitur acceſſorium; eſt antecedens, & de natura delegati examinis. Igitur debet iudex delegatus poſſe mulctare teſtes, nolentes ferre teſtimonium.

Septimo,quia valet argumentum à ſubdelegato delegati Principis ad delegatum ordinarij:nam ſicut ſubdelegatus non poteſt alteri delegare iuxta extenſionẽ quartam, quam poſui ſupra num.685.ita nec delegatus ordinarij iuxta reſtrictionem,& extenſionem,quas poſui ſupra num.672.682.& 684.imò,ſi in aliquo daretur maior poteſtas, eſſet danda delegato ordinarij; exquò ordinarius poteſt dare facultatẽ delegato ſubdelegandi,vt dixi ſupra num.706.& ſubdelegatus Principis non poteſt eam dare delegato iuxta ea, quæ firmaui ſupra num.698.

770 Sed ſubdelegatus Principis habet aliquam coerctionem contra inobedientes cap.ex literis.de offic.& poteſt. iud. deleg. & ibi Gloſ. in verbo. ſi ſubdelegatus. quæ adducit multa concordantia.Igitur eandem habet delegatus ab ordinario.

771 Et, quòd delegatus ab ordinario habeat modicam coerctionem,benè deducitur ex textu in l.fin.ff. de off. eius cui man.eſt iuris.aduertendo,quòd ille textus loquitur in delegato ordinarij,cum dicat, delegatum nõ poſſe delegare.

772 Si delegatus ordinarij habet coerctionẽ,ſeu ius coer
cendi:Ergo à fortiori habet ius mulctandi: Probatur
773 hæc conſequentia:† quia coercitio poteſt ſumi dupliciter: primo prout eſt ſpecies imperij: ſecundo prout eſt ſpecies iuriſdictionis:ſi ſumitur primo modo,con-
774 tinet mulctam: † quia modica coerctio corporis eſt
775 in quinto gradu imperij, quod vocatur minus;† & leuis mulcta eſt in ſexto gradu imperij, quod vocatur minimum,vt ſcribit Bar.in l.imperium.num.11. & 12. ff.de iuriſd.omn.iud.quem refert,&ſequitur Dec.ibidẽ num.50.& 52.verſus finem.verſ.de vltimo.& ſequitur etiam in effectu ibidem Iaſ.ſub num.24. verſ. quartus & vltimus. quamuis enim Iaſ.conſtituat ſolum quatuor gradus imperij,nihilominus, non diſſentiendo à relata doctrina Bartoli, ſcribit ſub minimo imperio contineri modicam coerctionem corporalem, & leuẽ mulctam: ſi ſumitur ſecundo modo,prout eſt ſpecies iuriſdictionis, ſicq; pro coerctione verbali ad tradita per Bar.Iaſ.& Dec.in locis citatis,adhuc ſub ea conti-
776 netur leuis mulcta;quod ſic oſtendo:† Delegatus ordinarij etiam in cauſa ciuili debet poſſe torquere teſtes vacillantes,vti mendaces ad inueniendam ueritatem arg.textus in §. ſi vero ignoti. Auth. de teſtib. coll. 7. quem textum benè ſic ponderarunt Iaſ.in l.2.num.13. in fine.& num.14.ff.de iuriſd.omn.iud.& Dec. in cap. præterea.ſub num.15.verſus finem.ibi.vlterius tamen. de off.& poteſt.iud.deleg. quicquid aduerſus eos ſcripſerit Mecnoch.de arbitr.iud. q.91. num.14.dum ait: *male ij ſentiunt, quia ſi ibi delegatus non poſſet ſubijcere quaſtioni ad eruendam veritatem, fortius nec ad penam:* quaſi Menoch.ſic ratiocinetur.

Textus in §.ſi verò ignoti.loquitur ſecundum Iaſ.& Dec.de tortura teſtium ad eruendam veritatem [& hęc eſt prima propoſitio.]

Sed ille textus prohibet,ne delegatus poſſit torquere [& hæc eſt ſecunda propoſitio argumenti] Ergo à fortiori prohibet,ne poſſit torquere ad pœnam.

Hæc argumentatio parcat mihi Dominus Menoch. eſt inepta ex duobus: primo quia non concludit aliquid contra Iaſ. & Dec. cum ipſi etiam teneant eandẽ conſequentiã,uidelicet,quòd delegatus non poſſit torquere ad penam,ſed ſolum ad eruendam veritatem:ſecundo redditur inepta ex eo, quòd ipſe in ſecũda propoſitione argumenti ſupponit totum contrarium eius, quod tenent Iaſ.& Dec.in eorum reſponſione.

Nec dicat Menoch.ſe probaſſe hanc ſecundam propoſitionem ſuperius: quia illa probatio confunditur ex reſponſione,quam Iaſ.& Dec.afferunt ad dictum.§. ſi verò ignoti.ex qua eorum reſponſione colligitur hęc diſtinctio ad tollendum intellectum Menochij: ſi loquimur de tortura ad penã; procedit quod tradit Menoch.num.12.& 13.dicens,eum, qui non habet magiſtratum,non poſſe torquere: ſi loquimur de tortura ad eruendam veritatem, iudex delegatus poteſt torquere:contra quam diſtinctionem Menoch. nihil pro-
777 bauit,aut adduxit.†& ratio quare iudex delegatus poſſit etiam in cauſa ciuili torquere teſtes vacillantes,eſt, quia tortura iſto caſu eſt ſimplicis iuriſdictionis ſecundum Iaſ.Dec.& alios,quos citaui, & ſequutus ſum ſupra num.654.verſ.nec obſtat. Si poteſt torquere: ergo à fortiori debet idem poſſe mulctare teſtes,qui iniuſtè
778 recuſant, ſe ſubijcere examini, † quia in teſte paria ſunt variare,ſeu dicere mendacium,vel tacere veritatem,cum vtroque caſu falſum cõmittat cap.1.de crim. falſ.& ſcribunt Bar.Fulg.& Iaſ.in l. præſcriptione. nu. 4.& ſeqq.C.ſi con.ius vel vtil.publ.& Boſſ.tract.crim. tit.de reſponſ.à reo facien. ſub nu.4. & tit. de oppoſit. con.teſt.num.95.& dixi lib.præced. cap. 64. ſub num. 7.verſ.& deniquè. Igitur ſi ad inueniendam veritatem permitti debet tortura, quæ dicitur coerctio perſonalis;à fortiori debet permitti mulcta,quæ dicitur coerctio verbalis.

779 Octauo,qui habet aliquam, ſeu modicam coerctionem,ille etiam habet poteſtatem mulctandi,ſicut videmus in delegato Principis, qui habet aliquã coerctionem cap.paſtoralis.de offic.& poteſt.iud.deleg.& conſequenter habet idem poteſtatem mulctandi l.2. C.de ſport.& notat Gloſſ.per illum textum in d. cap. paſtoralis.§.fin.in verbo.puniat.& ſic limitando tradit Iaſ.in l.1.ſub nu.20.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp. & hanc opinionem pro concluſione, multis allegatis,ponit Fely.in cap.de cauſis.ſub num.9 verſ.concluſio ſit.de off. & poteſt.iud.deleg.&,quòd iſta ſit veritas, teſtatur ibi Addition.ad eum in litera. a. & hanc eſſe communem * opinionem teſtatur Abb.eod.cap.de cauſis. ſub num. 12.quam ibidem refert,& ſequitur Dec. nu. 84. & pro fallentia ad regulam notat Hier. Gig. ibi in additione ad eum in litera. h. in fine. & hanc ſententiam habet pro indubitata Hier.Muſcor. tract. de iuriſd. & imper. num. 122.

780 Sed delegatus ordinarij habet aliquam coerctionẽ l.fin.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd. & oſtendi ſupra in 7. argumento. Igitur habet etiam poteſtatem mulctandi.

781 Nono, quia ſubdelegatus principis poteſt mulctare l.2.C.de ſport.in illis verbis: *vel his,qui ex noſtris iudicibus delegandas lites accipiunt &c. vel etiam mulctis afficere* & ſcribit Innoc. in c.1.ſub nu.2.ibi. plus etiam placet nobis,de offic.& poteſt.iud.deleg. quem refert, & ſequitur Abb.in cap.de cauſis.ſub num.13.eod.tit.& hanc eſſe omnium * ſententiam ſcribit Hier. Muſcor. de iuriſd.& imper.ſub num.121,verſ. ſed hæc quidem. licet ipſe poſtmodum ſub num. 122. contrarium ſentiat,afferendo alium intellectum ad illam legem, ſatis

illius

illius verbis congruum; tamen ego non recedo à com
782 muni; † quia lex semper est intelligenda in casu magis dubio: quia, si lex, recipiens duos intellectus, vnum dubitabilem, & alterum non dubitabilem, debet intelligi de eo, qui est dubitabilis. l. domitius. ff. de testam. l. quod labeo. ff. de carb. edic. & l. 1. ff. ad munic. ergo vbi potest habere vtrumque dubitabilem, debet intelligi in eo, qui est magis dubitabilis: sed retēto intellectu per eum tradito, nulla videretur tolli difficultas, sed potius videretur inculcari idem.

Ergo poterit etiam delegatus ordinarij, cum ab vno ad alterum valeat argumentum, vt dixi supra sub nu. 769. in 7. argum.

783 Cōprobatur huius noni argumenti antecedēs, quòd subdelegatus Principis possit mulctare, quia potest excommunicare c. ex literis. de off. & potest. iud. deleg. & qui potest excōmunicare, à fortiori potest mulctare, sicut ad hoc idem probandum argumentatur Fely. in cap. de causis. sub num. 9. vers. sed quod indistinctè. de off. de potest. iud. deleg.

784 Ratio huius comprobationis est manifesta, quia excommunicatio æquiparatur relegationi, vt scribit
785 Fely. vbi supra, † & relegatio est in quarto gradu meri imperij, vt testatur Bar. in l. imperium. num. 10. ibi. quarto est. ff. de iurisd. omn. iud. quem referunt, & sequuntur Fely. vbi supra, & Dec. in eadem l. imperium. num. 47. vel est in tertio gradu secūdum Ias. ibidem sub nu.
786 24. vers. tertius gradus. † item excommunicatio æquiparatur banno, vt ex Boss. Foll. & Gail. retuli & sequutus sum lib. præced. cap. 63. sub num. 6. vers. si vero sunt
787 ambo. & cap. 97. sub num. 66. vbi clarè explicaui. † & bannum; si banniti ciuitatem, & bona simul amittant; posset æquiparari deportationi, vt sentit Glos. in §. relegati. Instit. quib. mod. ius. patr. potest. solu. quam referunt Bar. in 1. q. lucanæ. num. 2. Maran. in suo spec. par. 4. dist. 2. sub num. 7. & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 71. vers. dixi etiam. dicens, quòd banniti nostri temporis, si amittant ciuitatem, & simul eorundem bona publi-
788 centur, æquiparātur deportatis. † Sed deportatio est in tertio gradu meri imperi, vt scribunt Bar. in d. l. impe-
789 rium. num. 9. & Dec. num. 46. † & mulcta est in sexto gradu, vt scribunt Bar. in d. l. imperium. nu. 12. & Dec. num. 52. in fine. & Fely. in d. cap. de causis. sub num. 9. vers. sed quòd indistinctè. de offic. & potest. iud. deleg. vel est in quarto secundum Ias. in d. l. imperium. sub num. 24. vers. quartus gradus.

Igitur, si subdelegatus Principis potest excommunicare, quod est plus, quia excōicatio est in tertio, vel saltem in quarto gradu meri imperij, poterit etiā mulctare, quod est minus, quia mulcta est in sexto gradu.

790 Decimo, quia qui habet iurisdictionem potest mulctare, vt ex Bar. Bal. Alex. & Ias. in l. 1. in principio. ff. si quis ius dicen. non obtem. refert, & sequitur M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 6. num. 2. inferens, arbitros, electos ex necessitate statuti, vel legis posse mulctare; quam illationem tenet etiā Hier. Muscor. tract. de iurisd. & imper. n. 123. vers. postremo excipitur. eōsque nos sequuti sumus supra cap. 2. sub n. 5. ibi & quòd nullus. vnde colligere possumus, mulctam non sub imperio, sed sub iurisdictione contineri.

791 Sed delegatus ordinarij habet iurisdictionem l. fin. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & notat Abb. in cap. quærenti. num. 2. de off. & potest. iud. deleg. hoc est, habet vsum iurisdictionis, licet non habeat proprietatem
792 iurisdictionis iuxta ea, quæ scripsi supra num. 705. † & quòd habeat iurisdictionē, quoad vsum scilicet, cōprobatur, quia alias eius sententia non posset dici sententia per ea, quæ scribunt Abb. in cap. 1. num. 2. de arbitr. Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 1. cap. 7. num. 1. in fine, & M. Ant. de Blanc. tract. de compromiss. q. 9. nu. 90. dum tradunt, sententiam arbitrorum, quia non habent iurisdictionem, non posse vocari sententiam, sed
793 laudum; † vnde Io. de Anan. cons. 16. viso puncto. in 1. dub. quem refert, & sequitur Seb. Sap. in addit. ad Abb. vbi supra. litera c. consulit, decretum, disponens, quòd latis duabus sententijs conformibus, non possit appellari, non verificari in laudis arbitrorum.

794 Vltimo loco pro hac sententia: quòd delegatus ordinarij possit mulctare testes renuentes: adduco in terminis Innoc. in cap. 1. sub num. 2. ibi. secus autem. de off. & potest. iud. deleg. quem refert, & sequitur Abb. in cap. de causis. sub num. 13. eod. tit. & hanc sententiam de iure canonico veram esse testatur ibidem Dec. nu. 85. in fine. quam in effectu sequutus est ibidem Fely. sub num. 9. vers. sed quòd indistinctè. & ab ista non videtur dissensisse Lanfr. in cap. quoniam contra. vers. & est ratio. sub num. 31. de probat. inter tract. diuers. de testib. si consideremus rationem, quam adducit ad ostendendum, arbitros non posse mulctare: inquit enim, eos non posse mulcta indicta cogere testes, quia non habent iurisdictionem, & propterea recurrendum esse ad iudicem ordinarium, qui eos, captis pignoribus, vel, mulcta indicta, cogat.

795 Non obstant sequentia.

Primo textus in cap. 1. de testib. cogen. vbi committitur ordinario; quòd compellat testes, producēdos coram delegato, prout aduertit Abb. ibi sub num. 1.

Secundo non obstat textus in l. 2. in fine ff. de iudic. in illis verbis, *his datur mulcta dicendæ ius, quibus publicè iudicium est, & non alijs, nisi hoc specialiter eis permissum est.* ex quo textu Bar. in l. 1. num. 6. ff. si quis ius dicen. non obtemp. quem referunt, & sequūtur ibidem Ias. num. 20. & Hier. Muscor. tract. de iurisd. & imper. nu. 121. firmat præter delegatum Principis alium delegatum non posse mulctare hancque vti communem * opinionem legistarum sequitur Alex. in d. l. 1. num. 13. vers. extra gl. & vti communem de iure ciuili sequitur Dec. in d. cap. de causis. num. 85. de off. & potest. iud. deleg.

Tertio non obstat textus in l. aliud fraus. versus finem, & ibi Glos. in verbo. adiudicatio. ff. de verb. & rer. signif. ex quo textu Doctores quandoquè etiam notarunt, iudicem delegatum non posse mulctare.

Quarto non obstat textus in cap. quisquis. 2. q. 6. vbi legitur, quòd is, qui non vult parere præcepto iudicis delegati excommunicatur ab ordinario.

Quinto non refragatur Host. qui in sum. tit. de mulcta. sub num. 2. vers. quis possit mulctare, in fine. dixit etiam Principis delegatum non posse mulctare.

796 Nam respondeo singulis.

Ad primum respōdeo, fuisse commissum ordinario non eo, quòd delegatus non posset mulctare: poterat enim mulctare, quia erat delegatus Papæ, qui ex communi omnium sententia potest mulctare, vt dixi supra nu. 779. in 8. arg. sed fuit cōmissum ordinario eo, quòd ordinarius forsan plus timebatur, vt, soluendo obiectionem, scribit Abb. ibi sub num. 1.

Ad secundū resp. dupliciter: Primò, quòd ex illo textu colligitur contrarium: videlicet, quòd delegatus possit mulctare, cum etiam delegato iudiciū publicè sit: nam illa verba debent referri generaliter ad quemlibet, habentem iurisdictionē, & nō specialiter ad eos, qui habent iurisdictionem ordinariam; prout meo iudicio non benè sentit ibi Glos. in verbo. adiudicatio: quare debent referri etiam ad eum, qui habet iurisdictionem delegatam; alias ex illo textu destrueretur communis opinio, quam in delegato Principis retuli supra in 8. argum. num. 779.

797 Secundo respondeo distinguendo: Aut loquimur de mulcta per modum edicti, quæ nō respicit processum causæ, vt puta: quicunquè tale quid fecerit puniatur in tot, sicut loquitur Bar. in d. l. 1. num. 10. ff. si quis ius dicen. non obtemp. &; loquendo de ista, dico, quòd iudex delegatus non potest imponere mulctam, sed solū eam imponunt maiores magistratus; & ita procedat textus ex aduerso allegatus, & ita procedat opinio cō
798 munis Bartoli, & aliorum: † Aut loquimur de mulcta, quæ venit imponēda pro cōtumacia, quę impedit processum, vt in casu nostro; & isto casu dico, quòd quilibet iudex, habens iurisdictionē siue ordinariam, siue delegatam, siue à Principe, siue ab alio inferiore potest mulctare, vt benè declarat Fely. in cap. de causis. sub num. 9. vers. sed intellige. de off. & potest. iud. deleg. & tene menti hanc distinctionem; quia per eam conciliantur iura, & opiniones.

Ad tertium respondeo, vt ad præcedens.

799 Ad quartū respondeo dupliciter: & primo, quòd ille textus in cap. quisquis. secundum expositionem, quam ibi

ibi vti communem ſequitur Gloſ.habet locum in ex-communicatione, quæ tendit ad executionem ſententiæ, quam ſubdelegatus exequi non poteſt; quia mittere in poſſeſſionem magis eſt imperij, quàm iuriſdictionis, ſecus eſt in excommunicatione extra executionẽ ſententiæ, vt in caſu, de quo agimus: ſecundo reſpondetur, quòd excommunicatio eſt in 4. gradu imperij, & ideo difficilius intelligitur conceſſa, quàm mulcta, quæ eſt in 6. gradu, vt dixi ſupra num. 789.

Ad Hoſt. & ſic ad quintum reſp. Hoſtienſis opinionem in delegato Principis, vt loquitur, eſſe communiter reprobatam, niſi eum ſaluaremus, vt loquatur de mulcta per viam edicti; & prout loqueretur in delegato ordinarij reſpondeo, vt ad præcedentia.

800 DECLARA nunc, vt delegatus poſſit mulctare eos quos poſſet mulctare delegans, & non alios; quare, ſi ſit delegatus Papæ, poterit indiſtinctè mulctare omnes, ſed, ſi ſit delegatus Epiſcopi, aut alterius ordinarij poterit mulctare eos tantum, qui ſunt de iuriſdictione Epiſcopi delegãtis, & etiam extraneos, qui in loco, vbi eſt iuriſdictio Epiſcopi delegantis, turbarent iudicem delegatum, vt declarat Innoc. in cap. 1. ſub num. 2. de off. & poteſt. iud. deleg.

DECLARA rurſus, vt ad mulctæ impoſitionem, ſeu aliud ſeuerius remedium deueniendum non ſit, niſi aliud minus ſeuerum prius intentatum ſit, vt dixi cap. ſeq. num. 113.

COLLIGE ex reſponſione allata ſupra num. 797. & 798. hanc reſtrictionem concluſionis, poſitæ ſupra num. 751. vt delegatus poſſit ſolum mulctare contumaciam, ſeu reſiſtentiam impedientem, ac retardantem expeditionem delegatę iuriſdictionis, & non alias.

801 AMPLIA eandem concluſionem, quam firmaui ſupra d. num. 751. & num. 794. vt habeat locum etiam in arbitro, electo ex diſpoſitione legis cõmunis, ſeu municipalis, quia etiam ipſe poterit mulctare teſtes contumaces, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 2. ſub num. 5. & ſupra num. 790. in 10. argumento.

802 DECLARA iſtam ampliationem, vt habeat locum quoad teſtes, exiſtentes intra territoriũ, & iuriſdictionem loci, in quo eligitur arbiter, & in quo ſeruatur illud ſtatutum: nam quamuis arbitri eligantur ex diſpoſitione legis communis, vt in iuribus, quæ citaui ſupra n. 724. eorum tñ iuriſdictio nõ extenditur vltra iuriſdictionem iudicis ordinarij iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 743. verſ. contrarium & nu. 744. agendo ſub qua forma debeant arbitri ſcribere literas remiſſoriales.

QVAESTIO V.

803 QVAERO quam iuriſdictionem habeat examinator teſtium.

Reſp. Si eſt nudus miniſter examinis, qui proprie dicitur examinator, & non iudex, nullam habet iuriſdictionem; quia is, receptis teſtium iuramentis, alijſquè completis coram iudice, vt tradunt Gloſ. in clem. 1. in verbo. iudices. de off. & poteſt. iud. deleg. Rot. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 688. ſolum interrogat teſtes iuxta ſeriem, & tenorem articulorum,

804 & interrogatoriorum; † & ideo, quia eſt nudus miniſter, & non defert iuramenta teſtibus poteſt eos examinare etiã die feriato, vt notat Spec. tit. de fer. §. 2. verſ. ſed quid ſi tunc. quem refert, & approbat Gloſ. vbi ſu-

805 pra. † Si verò eſt receptor teſtium, qui iudex eſt, & habet propterea iuriſdictionem, cogit teſtes, citat eum, contra quem producuntur ad videndum eos iurare, audit exceptiones, recipit iuramẽta, refrænat multitudinem teſtium, examinat interrogatoria, & punit teſtem falſarium, vt tradunt Glo in d. verbo. iudices. in clem. 1. de off. & poteſt. iudic. deleg. Seuerol. tract. de remiſſ. cap. 34. ſub num. 1. & poterit quandoquè ſubdelegare examen iuxta theoricam, quam latè firmauimus ſupra num. 710. 725. & in alijs præcedentibus iſtos.

QVAESTIO VI.

806 QVAERO magis in ſpecie: an iudex literarum remiſſorialium, qui eſt delegatus, poſſit punire teſtem deponentem falſum.

Reſp. Doctores diſputãt in genere; an iudex delegatus puniat teſtes falſos; eamq; quæſtionẽ hinc inde pro, & contra diuerſis, multiſquè argumentis exagitant, prout inter alios plenè faciunt Iaſ. in l. 1. §. qui mãdatam. num. 6. & ſeqq. de off. & eius, cui mand. eſt iuriſd. Dec. in cap. præterea. num. 15. & ſeqq. de off. & poteſt. iud. deleg. & Menoch. de arbitr. iud. q. 91. num. 3. & ſeqq. nos tamen referemus ſummam eorum, quæ ipſi profuſa diſputatione ſcripſerunt, & mox, quam nos ſequimur, ſententiam firmabimus.

Prima ergo opinio eſt affirmatiua: quòd iudex delegatus poſſit punire teſtes, falſum corã ſe deponentes arg. textus in l. nullum. C. de teſtib. vbi remouetur priuilegium teſtis falſi, & datur cuilibet iudici facultas puniendi illum pro falſitate coram iudice commiſſa; & pro hac opinione allegantur Gloſ. in clem. 1. in verbo. iudices. de off. & poteſt. iud. deleg. & Bal. in c. præterea. in fine. eod. tit. extra. qui tamen; ſi rectè perpendantur; loquuntur in delegato Principis; & pro iſta opinione affirmatiua facit, quia iudex poteſt cõſequutiuè & incidẽter cognoſcere id, quod principaliter vt incompetens iudicare non poſſet Bar. Iaſ. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 14. nu. 2. multa alia congerunt Iaſ. d. §. qui mandatam. ſub nu. 6. & 7. & Dec. d. cap. præterea. num. 16. ibi. pro altera vero parte. quibus omnibus reſpondet Menoch. d. q. 91. à nu. 4. vſquè ad num. 10. incluſiuè. & hanc affirmatiuam ſequitur Dec. d. cap. præterea. ſub num. 17. hæcquè videtur communis ſecundum ea, quæ ſcribit Seuer. tract. de remiſſ. cap. 34. ſub num. 6. ibi. contraria tamen.

807 Secunda opinio eſt negatiua: quòd non poſſit: & pro hac allegatur textus in l. diuus. la 2. ff. ad l. corn. de falſ. vbi, ſi producens falſum inſtrumentum veniat puniendus graui pœna, ad quam ſe non extendat iuriſdictio eius, coram quo productum fuit inſtrumẽtum falſum, remittitur ad ſuperiorem. & ibi Bar. nu. 4. hanc negatiuam opinionem tenuit Innoc. in cap. dilectus. num. 1. in fine. de pœn. dicens, quod leges permittentes, iudicem punire teſtem, ſeu alium peccantem in ſuo officio exhibito coram iudice, ſunt intelligendæ, vt loquãtur in iudicibus ordinarijs, & nõ in delegatis; quia delegati remitterẽt eos ad iudicem ordinarium: pro hac etiam opinione Decius vbi ſupra ſub nu. 15. ibi. & per illum textum. & Menoch. ſub nu. 10. allegant Iaſonem in d. l. 1. §. qui mandatam. ſub num. 7. ibi. iſtam ſecundã puto tutiorem. qui tamen meo iudicio nec pro iſta negatiua, nequè pro affirmatiua poteſt tutò allegari, cum mox reuertendo ad priorem affirmatiuam & allegando pro ea Bar. in d. l. nullum C. de teſtib. dicat, cogitandum eſſe ſuper hac contrarietate Bartoli, ſequè valdè

808 dubitare, † quo caſu Doctor ſic loquens, non firmat opinionẽ A. Mar. Corat. tract. de elect. opin. in ſpec. 5. n. 97. & 98. in fine, dicens, quòd per iſtud verbũ (cogita) denotatur, non dum ſtatuiſſe cui opinioni adhærere velit: ſubdens, quòd doctor, referens opiniones, & eorum argumenta non reprobans, ſed concludens per verbum (cogita) neutrã approbat: imò Iaſ. vbi ſupra in fine. videtur adhærere magis primæ opinioni affirmatiuæ; ex quò vltimo loco reſpondet ad Spec. & replicat reſponſioni, quæ datur ad l. nullum C. de teſtib. quæ inducitur pro prima opin. affirmatiua. & licet illud verbũ (cogita) referatur ad contrarietatem Bartoli, & illa verba (ſuper quibus valde dubito) referantur ad cõtrarietatem inter l. nullum. & l. diuus. tamen in his fundãtur opiniones; & tandem ipſe redit in fine ad confirmationem primæ opinionis.

809 Tertia opinio diſtinguit, vt prima affirmatiua procedat in delegato Principis: ſecũda verò negatiua in delegato inferioris, pro qua diſtinctione Menoch. d. q. 91. nu. 17. allegat Ioan. de Anan. in cap. 1. de crim. falſi & & ibidem Abb. n. 9. Fely. in d. cap. præterea. ſub n. 3. ibi. hanc diſtinctionẽ. de off. & poteſt. iud. deleg. & Iaſ. in d. §. qui mandatam. ſub nu. 7. verum Fely. loquitur cum alia diſtinctione in delegato inferioris, videlicet, vt nõ poſſit, niſi eius proceſſus impediretur propter falſitatem & Iaſ. de hac diſtinctione nullum verbum facit in libro meo, & hanc eſſe communem *diſtinctionem teſtatur

ftatur Couar.pract. qq.cap. 18.ſub num.8.verſ.quamobrem;& pro primo membro huius diſtinctionis in delegato Principis,ſeu Papæ,quòd poſſit punire teſtẽ falſum,poteſt adduci etiam Spec.tit.de teſte.rub. de teſtium compulſione. num. 7.

810 Quarta opinio,quæ colligitur ex traditis per Fely, vbi ſupra,quem referunt etiam Rol.à Vall. conſ. 12.n. 10.lib.2.& Farin.in qq.crim.lib.1.q.1.ſub num. 60. latius diſtinguit:ſi ſumus in delegato Principis poteſt punire teſtẽ falſum:ſi in delegato inferioris diſtinguit: aut impeditur eius proceſſus. pp falſitatẽ, & ſimiliter pôt:aut nõ impeditur,& non poteſt.& hanc integram diſtinctionem clarè amplexus eſt Seuerol.tract.de remiſſ.cap.34.ſub num.7.& 8.ſubdens,quòd iſte delegatus ordinarij adhuc non puniret pena ordinaria legis corneliæ,ſed ſolum pena extraordinaria.

811 Quinta opinio diſtinguit,vt delegatus ordinarij nõ puniat:delegatus verò Principis puniat pœna extraordinaria,ſed nõ ordinaria;& hanc diſtinctionem ex Io, Andr.refert,& ſequitur Abb.d.cap.1.num.9.in fine.de crim.falſi. hanc eãdem diſtinctionẽ ſequuti ſunt Curt, Iun.in d.l.1.§.qui mandatam. nu.14. & Couar.d. cap, 18.num.8.verſ. quo fit.fol. mihi 498.

812 Sexta opinio eſt ſimpliciter, & indiſtinctè negatiua,quòd iudex delegatus non poſſit punire teſtem falſum,ſiue ſit delegatus inferioris,ſiue ſit delegatus Principis;item ſiue agatur de pœna ordinaria, ſiue de extraordinaria,quam opinionem tenuit Menoch.d.q.91. ſub num.17.& 18.quem refert,& ſequitur Farin.d.q.1, num.61.in fine.dicens idem ſub num.59.quòd non erubeſcit ſummatim recenſere dicta per Menoch. vbi ſupra poſtquàm nemo alius,quem viderit hanc materiã ipſo accuratius expoſuerit.

Quid dicendum?Reſp.hic paſſus vt exorditur Iaſ.in l.1.§.qui mandatã.ſub nu.6.ff.de off.eius cui mand.eſt iuriſd.eſt pulcher, & ſubtilis,cuius difficultatis,& ſubtilitatis certo nobis teſtimonio ſunt tot Doctorũ ſententiæ,in eo elaboratæ, oriturq; iſta difficultas ex mu-

813 tuis broccardis,quibus iſte articulus pôt diſputari;† & ne in eo obijciatur nobis, qđ imitamur oues, & aues, quarum mos eſt, vt vnam volatum inchoãtem cæteræ ſequantur,vt aduerſus Doctores,facientes communem opinionem,quorum vnus ſequitur alium,non perſcrutatis rationibus,ſcripſerunt Dec.conſ.494.quòd ſupra maturè.ſub num.15.lib.2.Gómes.in reg. cancell.in proem.q.2.ſub num.10.verſ.quarto pro iſta parte. Nicol.Bellon.conſ.59.ingenioſe admodum. ſub num. 11 Rol.à Vall.conſ.vlt.num.50.lib.2.Grauat.in annotat. ad pract.Veſtr.lib.4.cap.5.ſub num.23.& alij,quos allegat Ant.Mar.Corat.tract.de elect.opin.in præfatione.num.4.allegans ad id bonum textum in cap. cum in iuuentute.§.vnde nos.de purg.can.intellectus aciẽ perſtringendo,conſideraui duos caſus pro reſolutione iſtius articuli.

814 Primus eſt,quando ageretur de puniendo ipſos teſtes falſos:& iſto caſu concludo indiſtinctè vna cum Menoch.pro opinione negatiua; quòd delegatus non poſſit punire teſtem falſum;quia iuriſdictio delegata vti derogans iuriſdictioni ordinariæ dicitur odioſa,& propterea ſtrictè venit intelligenda Glo.in clem. vltima.in verbo.nolumus.de offic.ordin.Dec.in cap.vt debitus.num.49.de appellat. & Vant.tract.null.rub.de null.ex def.iuriſd. nu.28. & ſtrictè eam intelligẽdo,ad alia non debet extendi,quàm ad ea,ſine quibus exerceri non poteſt,conſiderando textum in cap. paſtoralis.cap.ex literis.cap.præterea.de off.& poteſt.iud.deleg.& ea,quæ tradunt Bar.in l.cui iuriſdictio.ff. de iuriſd.omn.iud.& alij,quos retuli,& ſequutus ſum ſupra num.763.in 2.argumento.

Sed poteſt exerceri ſine punitione,vt dixi infra. ibi, nam.ergo &c.

Nec refragatur quod ſcribit Dec. d, cap. præterea. ſub num.17.de off.& poteſt.iud.deleg.dicens, quòd,ſi iudex delegatus non poſſet punire teſtes falſarios, de facili per eos veritas occultaretur,quia ſperneretur iuriſdictio eius,& conſequenter ſecundum ipſum Dec. impediretur eius iuriſdictio.

Nam reſp.ſatis eſſe,quòd teſtes ſciant ab alio puniri,agnoſcantquè,iudicem delegatum poſſe falſitatem cognoſcere;vt mox dicam;&, quòd ratio per Decium adducta non conſideretur,probatur ex textu in d.l.diuus.la.2.ff.ad corn.de falſ.quam citaui ſupra num.807. in 2.opin.

815 Non obſtat textus in l.nullum.C.de teſtib. quia ille textus eſt inductus ad tollendum priuilegium teſtis, qui eſſet falſus; ſicquè non debet operari vlterius; & conſequenter non poteſt ex eo inferri,quòd delegatus poſſit punire teſtem falſum:ſunt enim hęc diuerſa, poſſuntquè ſimul ſtare;quòd teſtis amittat priuilegium;& quòd iudex delegatus non puniat eum,ſicut benè aduertit ſub diuerſis verbis Dec.d.cap. præterea. ſub nu. 16.quem in effectu refert, & ſequitur Menoch. de arbitr.d.q.91.num.4.

816 Minus quoq; obſtat textus in §.ſi verò ignoti. Auth. de teſt.coll.7.vbi ſecundum communem intellectum iudicibus delegatis conceditur, vt poſſint aſſumere apparitorem prętoris, & defenſorem ad torquendos teſtes:quia reſp.quòd ille textus ſecundum Iaſ. in l. 2. nu.13.in fine.& num.14.ff.de iuriſd. omn. iud. & Dec. in d.cap.præterea.ſub nu.15.verſus finem.ibi.vlterius tamen.de off.& poteſt.iud.deleg.non loquitur de tortura ad pœnam,vt in caſu,de quo agimus,ſed loquitur de tortura ad eruendam veritatem contra teſtes ignotos,eam corrumpere feſtinantes; quam torturam quilibet iudex etiam delegatus,& in cauſa ciuili poteſt inferre; exquò reputatur ſimplicis iuriſdictionis, vt dixi ſupra num. 654. 655. & num. 777.quicquid aduerſus iſtum intellectum Iaſonis & Decij ſcripſerit Menoch.d.q.91.num.14.quem nos confutauimus ſupra ſub num.776.defendendo Iaſ.& Dec.& eſt aduertendum pro intelligentia illius textus,quòd torquere teſtem per apparitorem Prætoris non eſt remittere torquendum ad ſuperiorem, vt multi malè ſentiunt, ſed eſt inuocare familiam Prætoris, exquò delegatus in cauſa ciuili non ſolet habere familiam ad torquendũ,ſicut benè aduertũt Iaſ.in l. 1.§. qui mandatã.ſub n. 7.ibi.iſtam ſecundã. ff. de off. eius cui mand.eſt iuriſd. & Dec.d.c.præterea.ſub nu.15.de off.& pot.iud.deleg.

817 Secundus caſus eſt,quando ageretur de cognitione falſitatis in ordine ad expediendam cauſam delegatã; & in iſto caſu concludo;quòd, ſi iudex delegatus non aliter poſſit cauſam expedire,quin cognoſcat prius ſuper falſitate,poterit de ea cognoſcere, quia, vno conceſſo, intelliguntur conceſſa omnia, ſine quibus illud exerceri non poteſt cap.præterea.de off.& poteſt.iud. deleg.& ibi Glo.1.Ant.de Butr.num.2.& 3.l.cui iuriſdictio.ff.de iuriſd.omn.iud.& ibi Bar.num.4.in fine,& num.5.& alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 763.ſecus ſi poſſet cauſam expedire etiam omiſſa cognitione falſitatis,vt puta quia arguens teſtes de falſitate eſt in caſu victoriæ,etiam falſitate non probata,& in his terminis cognitionis, ſed non punitionis benè procederet quarta opinio,quam ex Fely.& Seuer.retuli ſupra num.810.

818 Ex iſtis habes reſolutionem,quòd iudex literarum remiſſorialium non poteſt punire teſtem,qui coram eo falſum depoſuit.

819 AMPLIA iſtam reſolutionem, vt habeat locum etiam in delegante, ſi ipſe quoquè ſit delegatus, quia delegatus non punit teſtem de falſo per ea,quæ firmaui ſupra num.814.

820 DECLARA iſtam reſolutionem, iuxta ea,quæ dixi in ſecundo caſu,poſito ſupra num. 817.

LIMITA eandem vt non procedat, qñ is, cui examen delegaretur, eſſet iudex ordinarius illius teſtis, qui coram eo falſum depoſuit,quia poſſet illum punire iuxta ea,quæ ſcribit Bal.in l.nullum.num.6.verſ. quæro iudex.& nu.7.C.de teſtib.quem refert Rol. à Vall. conſ.12.num.3.in fine.& 4.lib.2.ſentit namquè Bal. in effectu,quòd vterq; iudex ordinarius punire poſſit, & quòd ſufficienter ab vno punitus ab altero puniri non poſſit.

821 Comprobatur iſta limitatio ex his,quę notant Abb. in cap.cum ex officij.nu.18.de præſcript.dicens, quòd delegatus, habens ordinariam iuriſdictionem, poteſt vtraq; auctoritate procedere.& Dec,in cap.præterea, n.1.de off.& poteſt.iud.deleg.ſcribens,ex eo textu poſſe notari,quòd iuriſdictio delegata ordinario adiuuari

potest vigore potestatis ordinariæ ex tacita mente superioris.

822 EXTENDE istam limitationem,vt si delegans examen sit iudex ordinarius in causa possit ipse quoquè testem falsum punire, etiamsi ille testis esset subditus iurisdictioni illius, cui examen est delegatum, & non iurisdictioni delegantis nisi ratione examinis Bal. d. l. nullum nu.6.C.de testib. quem refert, & sequitur Rol. à Vall.d.cons.12.nu.3.in fine & 4.lib.2.dicens,quòd iudex Perusinus, qui remisit examinationem vnius testis Florentini ad iudicem Florentinum potest etiam per viam inquisitionis punire illum testem, qui falsum deposuit coram iudice Florentino, quia offendit aures iudicis Perusini.

QVAESTIO VII.

Testes an possint torqueri in causis ciuilibus, et quare non possint torqueri principales, eisq; licitum sit dicere mendacium.

823 QVAERO an iudex literarum remissorialium possit torquere testes, sicut posset iudex ordinarius, seu delegatus ad totam causam.

Resp.Pro resolutione huius quæstionis,vtq; facilius materia possideatur sunt discutiēdæ duæ difficultates.

824 Prima difficultas est:an testes possint torqueri in causis pecuniarijs,seu ciuilibus.

Secunda difficultas est: qui testes, seu quibus casibus possint torqueri.

AD PRIMAM videtur negatiuè respondendum,
825 quòd in ciuilibus non possint torqueri; † quia tortura regulariter non habet locum in causis pecuniarijs, seu ciuilibus, quod ostendo multipliciter.

Primo ex l.edictū.ibi.*sed cum capitalia, & atrociora maleficia*.ff.de quæst.& apertius in l.diuus pius.in fine. in illis verbis.*sed nec de statulibero in pecuniarijs causis quæstio habeda est*.ff.eod. & probari videtur ex l.1.in principio.ff.eod.in illis verbis:*in criminalibus seruandis quæstio adhiberi solet*. quasi à contrario sensu dixerit Iureconsultus,in pecuniarijs quæstionem non adhiberi;sicquè scripserunt Bar.in d.l.diuus pius. nu. 1. Io. Andr.in cap.cum in contemplatione. col. 3. in principio.ibi.quia aut petuntur torqueri.de reg.iur.fol. mihi 105. sed eius commentaria in tit. de reg. iur. deficiunt in vltimis impressionibus. Paris. de Put. tract. de sind. vers.officialis.num.12.in fine fol. 322. dicens, quòd in Regno non torquetur in causa ciuili.& vers.an in causa pecuniaria.n.1.in principio,& in fine.fol.328.Tynd. tract.de testib.lib.2.cap.6.num.21.Marsf.in prax. crim. §.expedita.num.57.versus finem.& nu.58.Franc.Brun. tract.de indit.& tort.q.3.par.2.sub num.6.fol.251.Ant. de Canar.tract.de quæst.memb. 3. in fine. & membro 4.sub nu 6.Maran.in suo spec.par.6.actu 14.nu.5. in fine.dicens, in causis ciuilibus non deueniri ad torturā, quia succedit regula,actore non probante, reus absoluitur. & quòd regula sit negatiua, vt in causa pecuniaria non possit deueniri ad torturam, scripsit Grillan. tract.de quæst. & tortur.q.7.sub nu.2.ibi.vnde dico. & hanc esse communem * opinionē scribit Prosp. Farin. in qq.crim.lib. 2.q. 38. num. 6. & quòd non habet dubium scripsit q.42.num.26. eod. lib.2.

826 Hæcquè communis seruatur vbiquè in praxi, & in tantum est vera, vt habeat locum etiam in causis criminalibus, pro quibus veniret imponenda pæna pecuniaria,vt fauente Deo,ampliando,& declarando, prosequar lib. seq.

827 Secundo,& stringo fortius hoc, & occurro responsioni;quia principalis, qui in responsione facta super positionibus, redderetur suspectus de periurio, & de falsitate,seu aliter conuinceretur de mendacio per vnū, aut plures testes,non posset torqueri ad eruendam veritatem,testibus ijsdem Doctoribus, quos citaui supra num.825.loquuntur enim de tortura principalium; & ideo dicimus, quòd principalis periurus in positionibus non punitur,quia habet Deum vltorem, vt scripsimus supra cap.7.q.27.nu.755.

Modo dico sic:si non potest torqueri principalis, in quo non viget tanta ratio,multò minus potest torqueri testis argumento textus in auth. multò magis. & ibi Bal.C.de sacrosan. eccles.

Quòd in principali non vigeat tanta ratio, patet, quia principalis est melius informatus de veritate, & magis suspectus de illius occultatione, quàm testis: & tortura debet semper inchoare à magis informatis, & suspectis.

828 Accedat, quòd ille debet sentire incommodum, ad quem potest spectare commodum.cap.qui sentit onus. de reg.iur.in 6.& ibi Dyn. & alij.

Sed ad principales, & non ad testes potest spectare commodum inueniendæ veritatis: Igitur ad eosdem deberet spectare onus torturæ,per quam deuenitur ad veritatem.

829 Tertio; quia homo liber non torquetur in testimonium l. ex libero homine. ff. de quæst. & scribit Alc. tract.de præsumpt.reg.2.præsumpt.29.num.11.in principio.& nu.12.versus finem.

830 CONTRARIA opinio est vera;quòd testes tàm in causa criminali; quàm in causa pecuniaria possint torqueri Ias.in l.imperium.sub num.24.vers. sed aduerte.ff.de iurisd.omn.iud.& ibidem Dec.sub nu.48.& 49. Hier.Muscor.tract.de imper.& iurisdict.num.110. Guliel.Luuer.in arbor.iurisd. sub num. 26. qui tractant de tortura testium in causis ciuilibus, an sit simplicis iurisdictionis,vel meri imperij. &, quòd possint torqueri,scripserūt Bar.in d.l.ex libero.ff.de quæst.Io.Andr.in d. c.cum in contemplatione.col.3. in principio. ibi. si verò petitur in alios. de reg. iur. fol.105. Par. de Put. tract.de synd.vers.testes. num.1. fol.320. Casor.tract. de torm.cap.10.num.16.& 17.fol. 313. dicens, testem vacillantem, seu aliter de falso conuictum posse torqueri tàm in causa criminali,quàm in ciuili.Paul.Gril. tract.de quæst.& tort.q.7. num. 3. dicens, seruos alienos posse indistinctè torqueri, item & liberum hominem vacillantem vti testem. Ant. de Canar. tract. de quæst.memb.3.num.6. & membro 4. in pluribus num. fol.198. Maran.in suo spec.par.6.actu 14. nu.6. dicens, testes torqueri tàm in causa criminali, quàm in causa ciuili. & latè Boss. tract. crim. tit. de tortura testium. per totum, sed in puncto nostro num. 14. &, quòd testes possint torqueri etiam in causa ciuili quando veritas aliter haberi non potest, refert, & sequitur Fossanen.decis.42.nu.2.
831 † facit etiam quod scribunt Innoc. in cap. ex literis. sub num. 1.de transact. dicens,quòd dictum Aduocati non facit fidem, nisi cum quæstionibus, quando est descriptus pro teste in instrumento, quod est suspectum de falso. Socc.cons. 253. sub num. 1.col.3.ibi. præterea ille. lib.2. vbi loquitur de tortura testis,consulendo in causa ciuili.

832 Et,quòd testes deponentes contraria in facto etiam in causa ciuili debeant carcerari,& torqueri incipiendo à magis suspectis,disponunt statuta Vrbis lib.2.cap. 47. quæ statuta constat ex his esse valdè consona dispositioni iuris communis.

833 Verum aduerte, quòd & si testes possint torqueri tàm in causa pecuniaria, quàm in causa criminali iuxta prædicta, tamen in causa pecuniaria non ita de facili deuenitur ad tormenta, sicut in criminali Bar. in l.diuus pius.sub num.1.ff.de quæst. quem referunt, & sequuntur Par. de Put. tract. de synd. in verbo. an in causa pecuniaria. sub num. 1. fol. 328. Franc. Brun. tract. de indit. & tortur. q. 3. par. 2. sub nu. 6.& Ant.de Canar.tract.de quæst. & torm. memb. 3. sub num.6.

834 NON obstant fundamenta, adducta pro contraria opinione.

Nam ad primum,in quo conclusimus,torturam regulariter non habere locum in causa ciuili;resp.quòd illi omnes Doctores,in ea citati,loquuntur de tortura principalium, quos aiunt non torqueri in se ipsos, sicut inter alios benè distinguendo declarat Io. Andr. d.cap.cum in contemplatione.col.3.in principio.de reg.iur. fol. 105. cuius commentaria deficiunt in vltimis

mis impreſſionibus; & ſic non valet argumentum in cauſa ciuili à tortura principalium ad torturam teſtiũ: quia in principalibus regula eſt negatiua, quòd non poſſint torqueri, & in teſtibus eſt affirmatiua; quòd poſſint torqueri.

835 Ad ſecundum, in quo diximus, maiorem reperiri rationem in principali, vt poſſit torqueri, quàm in teſte, reſpondeo, negando hoc aſſumptum: nam in teſte nulla ratio reddi poteſt, vt vacillatio, ſeu mendacium tolerari poſſint, cum ei credatur tàm ad fauorem vnius, quàm ad fauorem alterius; & imputet ſibi ea pars, quę non facit interrogari teſtem ſuper eo, quod eſt ſibi vtile, quia teſtis debet reſpondere ſolum ſuper interrogatis; & ideo mirum non eſt, ſi teſtes vacillantes, ſeu
836 aliter mendaces torqueantur; † ſecus eſt in principalibus, in quibus variatio, & mendacium eò tolerabilia ſunt, quòd ſi principalis teneretur ſimpliciter, vt teſtis, veritatem fateri, poſſet quandoque ex eius ſimplici cõfeſſione damnum ſequi cum iniuſtitia ſententiæ; & hac de cauſa licitũ eſſe principali dicere quandoquè mendacium ſine peccato mortali, quia verè non ſit mendacium, ſcripſerunt Couar. & M. Ant. Cuch. infracitati.

837 EXEMPLIFICA vltimum membrum huius reſponſionis vna cum Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 2. nu. 3. verſus finem. ibi. ſubdit tamen. & n. 4. fol. 9. quod exemplũ refert etiam M. Ant. Cuch. in repet. l. fin. nu. 120. & ſeq. ff. de rei vendic. inter tract. diverſ. tract. de mentien. circa poſſeſſ. Ego mutuo accepi pecuniam à Meuio, eamquè poſtea eidem reſtitui in ſecreto: Meuius nunc eandem à me rurſus petit: in qua petitione ijdem Couar. & M. Ant. Cuch. conſiderant hos tres caſus: primus cũ Meuius petit à me pecuniam, quam dicit, ſe mihi mutuaſſe: ſecundus, cum format poſitionem, me accepiſſe pecuniam mutuam, eamquè debere: tertius, cum format poſitionem ſimplicem & diſtinctam, me ab eo accepiſſe pecuniam mutuã: & ſingulis iſtis caſibus aiũt, me poſſe licitè mutuum negare, ea præcipua ratione moti, quòd poſitio, ſeu poſitiones præfatæ tendant in effectu ad probandum mutuum reſtituendum, quod, cũ fuerit reſtitutum, verè negari poteſt: & ideo ſolet reus reſpondens poſitionibus dicere: non credo narrata, prout narrantur; alias ſi reus teneretur cõfiteri mutuũ, & poſtea deficeret in probatione ſolutionis, iniuſtè cõdemnaretur; & quòd propterea iſto caſu licitum ſit negare verum, ne aduerſarius obtineat mendacium, ſcribit Bal. in rub. num. 30. verſus finem. C. de fid. inſtrum.

838 Nec obſtat, quòd dicere mendacium ſit ſemper peccatum cap. primum eſt. cap. mihi autem. cap. nec artificioſo. cap. omne genus. & cap. ſi quis ad te. 22. q. 2. ſicut etiam ſcripſimus lib. præced. cap. 86. ſub num. 35. verſ. ſecunda.

839 Nam reſp. quædam mendacia eſſe peccata venialia, vt diſtinguendo ſcribit Glo. in c. ne quis arbitretur. in verbo. non occiditur. 22. q. 2. quam refert, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. de periur. num. 3. in fine. & quamuis eam; dum facit differentiam inter mẽdacium viri perfecti, & mendacium uiri imperfecti; improbet D. Tho. 2. 2. q. 110. art. 4. quem refert Affl. in conſtitutione. in queſtionibus. num. 7. lib. 1. tamen quoad diſtinctionem mendacij in triplicem ſpeciem, firmando aliqua mendacia eſſe peccata venialia, remanet inconcuſſa; & apertè probatur ex textu in cap. vtilem. 22. q. 2. ibi. *ecce quæ mendacia ſint venialia*: † & iſta venialia in iure ciuili quandoquè tolerantur, vt patet ex l. iuris gen-
840
tium §. ſed cum nulla. ff. de pact. ex quo textu omnes Doctores colligũt ex nudo pacto nõ dari actionem de
841 iure ciuili; † & tamen certum eſt, quòd non ſeruans pactum, quamuis nudum, peccat, quia Deus non facit differentiam inter iuramentum, & ſimplicem loquelam cap. iuramenti. 22. q. 5. & notat Gl. vnica. in cap. 1.
842 de pact. † an tamen non ſeruans pactum nudum venialiter tantum peccet, vt arbitratus eſt Andr. ab Exea
843 tract. de pact. nu. 375. hic non definio: † & quare à iure ciuili non detur actio ex pacto nudo, vide eundem Andr. ab Exea eod. tract. de pact. num. 270. & ſeqq.
844 Secundo reſp. quædam mendacia eſſe omnino permiſſa, quia non reputantur mendacia, quando ſcilicet habent duplicem intellectum, ſeu æquiuocationem, in qua tàm mendacium, quàm veritas contineri poteſt, & tendunt ad bonum finem ſine alterius detrimento, vt ſcripſerunt Gloſ. in cap. quæritur. in verbo. ſororem. & in d. cap. ne quis arbitretur. in verbo. non occiditur. 22. q. 2. dicens, quòd is, à quo quæreret hoſtis Seij: eſt Seius in hac domo? poteſt reſpondere, non eſt hic, ideſt, non comedit hic. & Affl. in conſtitutione. in queſtionibus. ſub num. 7. lib. 1. referens, quòd Beatus Franciſcus, interrogatus ſi vidiſſet malefactorem tranſeuntem, quẽ viderat, dixit, quòd non tranſijt hac, ſcilicet per maniconem ſuum, & ſic ſophiſticè loquutus fuit, & tamẽ inquit Affl. non peccauit, occultando veritatem; quia non loquitur contra id, quod gerit in mẽte; quòd exemplum Beati Franciſci retulerunt etiam multi alij, quos citat Mandoſ. tract. de monitor. q. 47. ſub nu. 4. fol. 68. & benè probatur hæc reſpõſio exd. c. quæritur. in § itẽ opponitur. vbi Iacob, dicẽdo, ſe eſſe primogenitũ Eſau, nõ eſt mẽtitus; qa emerat primogeniturã, & CHRISTVS dixit, Ioannem eſſe Heliam non perſona, ſed imitatione virtutis; quare Gratianus d. §. item opponitur. ſubdit eiuſmodi verba. *veraciter ergo non mendaciter Iacob ſe dixit Eſau eſſe, nec mentiendo, ſed verum dicendo ſibi profuit, alteri verò non nocuit, quia benedictionem ſibi debitam accepit non alienam ſubripuit.*

Sic eſt in caſu noſtro, quia reus negat mutuum, quod actor ponens intendit ſibi debere reſtitui, & cum, vti reſtitutum, non ſit amplius reſtituendum, ideo reus nõ mendaciter, ſed veraciter poteſt illud negare, conſiderata intentione, & fine ponentis.

845 Non obſtat, ſi obijceres, iſta relata poſſe habere forſan locum, quando non interuenit iuramentum delatũ à iudice; ſecus quando interuenit iuramentũ delatum à iudice, quia tunc illud iuramentum non debet intelligi ſecundum intentionem iurantis, ſed ſecundum intentionem dantis iuramentum, vt ex Inn. & Abb. refert Affl. in conſtitutione. in quæſtionibus. ſub num. 7. lib. 1. & ideo cum actor, ſeu inquam iudex intendat dare iuramentum ſimpliciter ſuper mutuo, reus non poteſt ſophiſticè referre ſuum iuramentum ad mutuum qualificatum, videlicet reſtituendum; quia hoc modo quilibet poſſet excuſari à periurio.

846 Nam reſp. hanc obiectionem non habere locum, quũ poſitio, ſeu articulus eſt ita captioſus, vt ſub eius cortice, apparenter vera, lateat mendacium, & iniquitas; quia tunc ſanctius eſt proferre mẽdacium ſuperficialiter, & veritatẽ intrinſecè, vt in caſu, de quo agimus; quàm è conuerſo: quòd ſi non ſit captioſus, procedit obiectio in tantum, quòd Beatus Franciſcus ſi fuiſſet interrogatus à iudice, vtiquè per illam ſophiſticam reſponſionem non euaſiſſet peccatum in caſu, in quo teneretur deponere teſtimonium veritatis.

847 INFERT ex hac ſolutione M. Ant. Cuch. dicto trac. de mentien. circa poſſ. num. 124. verſus finem fol. 295. literas monitoriales, quarum vſus eſt frequentiſſimus in foro eccleſiaſtico in rebus occultis, non obligare eum, qui taceret veritatem in caſu prædicto.

Confirmatur I. iſta illatio per ea, quæ ex Sum. Angel. Siluef. & alijs refert, & ſequitur Sylu. nupt. lib. 3. in verbo. monitoriæ. num. 43. fol. 267. dicens, quòd ſi ego furatus ſum aliquid alicui, vt mihi ſatisfaciam de eo, in quo ille mihi tenebatur, quod in conſcientia videtur eſſe licitum, ſi poſtea, inquit, fiant monitoriæ, nec ego, nec alij pro certo ſcientes me fuiſſe creditorem, tenemur propalare, nec teneor reſtituere.

Confirmatur II. quia perſonæ, quæ non coguntur teſtificari in iudicio minus etiam coguntur literis monitorialibus iuxta ea, quæ ampliando dixi cap. ſeq. num. 89.

848 INFERO II. tàm principali, quàm Aduocato, habentibus iuſtam cauſam, licere vti fraudibus, & cauillationibus ad excludendas fraudes, cauillationesquè aduerſarij iniuſtè litigantis, ſicut ſcripſerunt Gloſſ. in cap. cupientes. in verbo. malignantium. de elect. in 6. & in cap. dominus. in verbo. inſidijs. 23. q. 2. Bal. in rub. num. 30. verſus finem. C. de fid. inſtrum. Alc. tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 31. num. 6. & 7. fol. 328. in fine & 329. & reg. 3. præſump. 27. num. 2. &

M.Ant.Cuch.d. tract. de mentien. circa poſſeſſ. num. 118.& faciunt illa vulg.

Iudice me,fraus eſt conceſſa repellere fraudem,
Armaque in armatos ſumere iuræ ſinunt.
Fallere fallentem,fraudemquè repellere fraude,
Exemploquè licet ludere quemquè ſuo.

& multa ſimilia,quæ adduxi lib.præced.cap.51. ſub n. 12.& ratio huius illationis eſt,quia,vt dicit Corn.cóſ. 6.in præſenti diſceptatione.num.9.lib.3.dolus iſto caſu non dicitur malus,ſed dolus bonus.

849 RESTRINGE iſtam ſecundam illationem,vt ſit vera;dummodo falſitas,& mendacium non inſtruantur, ſecus ſi inſtruantur Bal.in d.rub.num.30.verſ.incidenter.C.de fid.inſtrum.& ibi And.Barb.in additione.litera.f.& Fely.in cap.olim.ſub nu.1.verſ.conſidera. verſus finem.ibi.dum dicit. de reſcrip.qui limitãdo prædictam Gl.in cap.cupiẽtes. tradunt,quòd ſi Titius produxit falſum inſtrumentum mutui contra Sempronium, non poteſt Sempronius producere falſum inſtrumentum ſolutionis,quia etiam ipſe veniret puniendus.

Si tu adhuc inſiſteres, allatas reſponſiones ad ſecundũ argumentũ,illationeſquè relatas ex illis, de quibus ſupra num.835.844.& 847.poſſe habere locum in relato exemplo,quando actor fouet malam cauſam,& iniuſtè agit,ſecus quando iuſtè ageret,quia tũc reus nullo modo poſſet excuſari à reatu periurij.

850 Reſp.qđ non eſt dare caſum,inquo poſſit apparere, qđ actor iuſtè egerit,foueritq; bonã cauſam:quia reus ſemper poſſet allegare, ſe non potuiſſe docere de ſuis iuribus, quę allegatio quoniam poſſet eſſe vera, ideo lex poſitiua,quæ non profert iudicium criminale, niſi ſuper re per euidentiſſimas probationes probata,relinquit hanc punitionem iuſto, ac infallibili iudicio Dei, qui eſt ſcrutator cordium,& dicimus propterea, quòd principales periuri habent Deum vltorem,vt ſcripſi ſupra cap.7.num.755.

851 Ad tertium,in quo dixi,liberum hominem non torqueri,etiam vti teſtem;reſp.verum eſſe,loquendo de tortura ad effectum purgandi aliquam maculam perſonæ, ſecus ſi loquamur de tortura, quæ venit irroganda propter ſuſpitionem falſitatis, orientem ex vacillatione,ſeu contrarietate,quia tunc torquentur etiã liberi, vt latius declaraui ſupra num. 830. & infra nu. 853.

852 † & nos loquimur, præſuppoſitis ſemper terminis habilibus,quia alias eſſet ligare arenam ſine cemento,ſeu è contra,vt ad aliud propoſitum notarunt Gl.1.in cap.facientis.diſt.86.Spec.tit.de aduoc.nu.16. Cæpoll.de ſeruit.vrban. præd. cap.40.num.1.fol. 194. & Sylu.nup.lib.5.quom.iudic.in dub. num. 72. in fine. fol.581.

Qui teſtes poſsint torqueri.

853 Ad ſecundam;qui teſtes poſſint torqueri.

Reſp.quòd torqueri poſſunt tàm liberi, quàm ſerui, & liberti,& ſtatuliberi,& tàm maſculi,quàm fæminæ, vt ſcripſere Guid.de Suzar.tract.de indit.& tort.num. 8.Bal.de Perigl. tract.de quæſt. & torm. num. 3. Gandin.tract.de malef.tit.de quæſt.& torm. num. 7. Brun. de indit.& tortur.q.4.par.2.nu.1.& hanc eſſe regulam ſcripſerunt Ang.tract.de malef.in verbo. quòd fama publica præcedente.nu.102.verſ.ſexto quæro. dicens, regulam eſſe affirmatiuam.Grillan. tract. de quæſt. & torm.q.5.& 6.vtrobiquè num.1.& vtrobiquè dicens regulam torturæ eſſe affirmatiuam.Foller.in pract.crim. in verbo. & ſi confitebuntur.in 3.par,3.par.princip. n. 77.verſ.vigeſimo primo.fol.mihi 312.Iodoc.in pract. crim.cap.41.in principio.dicens,neminem excuſari à ✠ tortura.& hanc eſſe communẽ * opin.& generalẽ concluſionem teſtantur Gomez.var.reſolut.tom.3.cap.13. rub.de tortura reorum.num.3.Clar.lib.5.recept. ſent. q.64. verſ.vbi ſubſint.Flam.Cart.in pract.interrog.reorum lib.4.cap.1.num.47.& Farinac. in qq. crim. lib. 2. q.41.num. 1.

Teſtes poſſunt torqueri tam in cauſis criminalibus quam in cauſis ciuilibus.

854 Quoad caſus,in quibus torqueri poſſint;dico ſimiliter,regulam eſſe affirmatiuam, vt torqueri poſſint ex omni cauſa tàm ciuili,quàm criminali;& ſic in omnibus caſibus,dummodo agamus de tortura teſtiũ, quos oſtendimus ſupra num.830.poſſe torqueri etiam in cauſa ciuili;& ſic intelligo Ant.de Roſel.trac.de indit. & tort.num.2.dum reſpondet,homines poſſe torqueri ex cauſa ciuili,vel criminali,cũ aliter veritas reperiri non poteſt;& hanc regulam colligo ex his,quæ tradũt Bar.Ioan.Andr.Iaſ.Par.de Put.Dec.& alij,quos retuli & ſequutus ſum ſupra d.nu. 830.dũ loquuntur de tortura teſtium;& in iſta tortura teſtium arbitror Grill. tract.de quæſt.& torm.q.5.num.1.& Farin.in qq.crim. lib.1.q.42.num.1.benè conſtituiſſe regulam affirmatiuam;alias,agendo de tortura principalium,cenſeo regulam eſſe conſtituendam potius negatiuam eo, quòd plerumquè agatur ciuiliter,ſeu maior pars cauſarum ſit cauſarum ciuilium, in quibus torturam locum non habere ſcripſimus ſupraſub num.825.ibi.& quòd regula ſit.aut ſaltem conſtituendas eſſe duas regulas; affirmatiuam in criminalibus;& negatiuam in ciuilibus.

Et ſic circa ſecundam propoſitam difficultatem habes duas regulas:primam circa perſonas teſtium:ſecũdam circa caſus, ſeu cauſas; & vtraquè habet multas reſtrictiones,ſeu limitationes,& declarationes,de quibus; ne hic longius à propoſito itinere diſtrahamur, agemus, fauente Deo lib.ſeq.cap. . .

Iudex literarum remiſſorialium an poſsint torquere teſtes.

855 REDEO ad ſolutionem VII. quæſtionis propoſitæ ſupra num.823.an iudex literarum remiſſorialium poſſit torquere teſtes in cauſa ciuili,ſicut poſſet ordinarius,ſeu delegatus ad totam cauſam.

Prima facie videtur dicendum,quòd non poſſit:quia omnia iura concedunt delegato ea,ſine quibus iuriſdictio delegata expediri nõ poteſt; & ita ſcripſerunt Gl. Ant.de Butr.Abb.Fely. Dec.& alij communiter, quos retuli,& ſequutus ſum ſupra num.763.& alia,ſine quibus expediri poteſt,non intelliguntur conceſſa, quia iuriſdictio delegata vti odioſa eſt ſtrictè intelligenda, vt ex Glo.Dec.& Vant.retuli,& ſequutus ſum ſupra num.814.& conſequenter debet extendi ſolum ad ea, ſine quibus redderetur fruſtatoria.

Sed iudex literarum remiſſorialium poteſt expedire examen ſibi delegatum ſine tortura teſtium. Ergo non poteſt torquere teſtes.

Quòd poſſit expedire examen ſine tortura,probatur

856 * quia tortura infertur teſti in vno horum trium cauſuum. 1. ſcilicet ad abſtergendam aliquam maculã ex perſona ipſius teſtis,vt puta quia ſit infamis,ſeu aliter inhabilis.2.ad videndum in quo dicto perſiſtat,quando depoſuit contraria.3.ad inueniendam falſitatem ortam ex contrarijs teſtium ad inuicem depoſitioſiibus iuxta ea,quæ dicam fauente Deo,lib.ſeq. cap. . . num.

Sed in nullo ex his caſibus eſt neceſſaria tortura:nõ in primo,aut ſecundo;quia,torquendo teſtem inhabilem,ſeu contrarium ad videndũ in quo dicto perſiſtat, non eſt examinare,cum iam ſit examinatus,ſed eſt amputare exceptiones ei, contra quem fuit examinatus, quod non debet poſſe facere; quia imputet ſibi is, qui tales produxit:non in tertio, tùm quia eſt ſimiliter amputare exceptiones,prouenientes ex contrarietate, tũ quia iſta indagatio reſpicit proceſſum criminalem, ſeparatim faciendum.

857 Secũdo,quia ſi iuriſdictio delegata eſt ſtrictè intelligenda,vt dixi ſupra nu.814.ergo;delegata iuriſdictione examinandorum teſtiũ;debet ſtrictè intelligi quoad examen de plano,& non quoad examen cum tortura, quod dicitur examen rigoroſum.

858 Tertio,quia in hàc ſententiam videtur apertè iuiſſe Azo,in ſumma. in Auth.de teſtib.coll.7.ſub num.1.in

illis

illis verbis: *alias autem non admittantur sine tormentis scilicet imponendis per ipsum iudicem, corã quo producuntur, sicut ordinarius, alius per eum, qui delegauit,* & Andr. de Isern. in constitutione, in pecuniarijs, fol. mihi 169. col. 1. lin. 56. & seqq. lib. 2. dum, concludendo, quòd possit committi examinatio testiũ in causis criminalibus, & respondendo ad obiectionẽ in contrarium, inquit. *quod verò dicitur, quia non poterit torquere hic Auditor, verum est, sed quando inueniet testem vacillantem mittet eum torquendum ad iudicem, qui commisit.* & in hanc sententiam possunt adduci Bar. Guliel. de Cun. & Alber. qui, vt refert Ias. in l. 1. §. qui mandatam. sub num. 7. vers. istam secundam. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & in l. cui iurisdictio. sub num. 13. ibi. inter cætera. ff. de iurisd. omn. iud. moti ex dicta Auth. de testib. in §. si vero ignoti. tenuerunt quòd iudex delegatus non possit facere torqueri testes vacillantes,

859 CONTRARIAM sententiam, quòd possit eos torquere, arbitror de iure veram, & moueor sequentibus rationibus,

Prima, quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur quoad actum subrogationis l. si eum iudicio, §. iniuriarum. & ibi Glo. in verbo, danda, ff. si quis caution. cum similibus Bal. Rebuff. Peck. Bellam. Redoan. & alij, quos retuli, & sequutus sum supra num. 752. & seqq. ad eum.

Ergo sicut iudex totius causæ posset torquere testes inhabiles, seu vacillantes, & contrarios iuxta ea, quæ scripsi supra num. 830, ita quoquè debet posse iudex literarum remissorialium, qui dicitur illius subrogatus.

860 Secunda, quia, vt ex Alber. & Bar. in l. imperium. num. 10. versus finem. ff. de iurisd. omn. iud. refert ibidẽ Dec. sub nu. 48. torturã, quæ datur ad inuestigandam veritatem [& sic tortura testium] assumit naturam, & qualitatem causæ, seu articuli principalis, cui accedit.

Ergo sicut articulus examinis testium est delegatus; ita quoquè censetur delegata iurisdictio torquendi eos ad perficiendum examen; maximè, cum tortura ad inuestigandam veritatem in causis ciuilibus dicatur simplicis iurisdictionis, sicut ex Bar. Ias. Dec. Boss. & alijs retuli, & sequutus sum supra nu. 654. vers. nec obstat. & num. 655.

Tertia, retorquendo primum argumentum; quia concesso vno, censentur cõcessa ea omnia, sine quibus

861 illud vnum legitimè, seu validè expediri non potest: † paria enim sunt non posse expediri, vel non posse expediri legitimè l. quoties. ff. qui satisd. cogan. l. 2. ff. de auth. tut. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. cum simili-

862 bus; † sicut paria sunt etiam aliquid non fieri, vel non legitimè fieri, prout scripserunt Ias. in l. præses. sub nu. 4. ff. de re iud. Lancell. de attent. cap. 12. de attent. & innouat. appell. pend. limit. 6. num. 8. fol. 364. Redoan. de

863 spol. eccles. q. 2. nu. 75. in fin. fol. 221. † sicut paria sunt nullum habere, vel minus legitimum habere, vt scribit Abb. in cap. intelleximus. sub num. 5. de iudic. & faciũt multa, quæ nos scripsimus lib. præced. cap. 97. sub nu.

864 193. † & paria quoque sunt non esse, & esse inutile. cap. inter corporalia. vers. sed nequè. de translat. episc. in illis verbis. *illa ecclesia dicitur uiduata, quæ licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* & scripsit Redoan. d. q. 2. num. 75. in fine. fol. 221. & q. 7. §. his præsuppositis. nu. 28. fol. 237. quare, vt testantur Put. decis. 258. num. 1. & seqq. lib. 1. & Mohed. decis. 4. alias 170. de testib. quos retuli, & sequutus sum cap. præced. dub. 13. sub num. 703. commisso alicui examine testium censentur eidem commissa omnia, sine quibus examen non valeret.

865 Sed serui in primis, & deinde cæteri alij omnes, qui propter aliquam maculam sunt inhabiles, non possunt validè recipi in testes sine tormentis, Alc. tract. de præsump. reg. 2. præsump. 29. nu. 11. & 12. fol. 328. &

866 nos Deo fauente dicemus lib. seq. † & similiter testis contrarius nisi adhibeatur tortura venit repellendus, vt dixi supra num. 832.

Ergo vt iudex literarum remissorialium possit examen præfatorum testium validè recipere debet posse eosdem torquere,

NON obstant adducta in contrarium,

Ad primum patet solutio ex tertia ratione, adducta supra nu. 860. in fine pro ista contraria opinione,

Ad secundum respondetur, illud argumentum non procedere in casu nostro; exquò illud examen sine tortura redderetur inutile, & frustratorium; & est aduertendum, quòd tortura, quæ infertur testi ad abstergendam maculam, non dicitur aliquo modo examen rigorosum, cum inferatur quædam leuissima tortura, & similiter quando torqueretur testis contrarius ad videndum in quo dicto persistat, quia similiter infertur tortura leuis: rigorosum autem examen dicitur quando torquetur aliquis principalis in se ipsum ad eruendam veritatem,

Ad tertiũ resp. quòd textus in §. si verò ignoti. Auth. de testib. probat potius contrarium, videlicet quòd iudex delegatus possit torquere testes, sicut, sequendo intellectum Iasonis, Decij, & aliorum, dixi supra num. 776. & 816. Nec obstat, quod dicit Andr. de Isern. quia ipse mouetur hoc fundamento, quòd tortura sit de mero, seu mixto imperio, quod secundum eum non transfertur commissa iurisdictione; & ego resp. in causis ciuilibus esse simplicis iurisdictionis, vt ex Bar. Dec. Ias. & alijs retuli supra num. 654. & 655. & in causis criminalibus dico non valere hoc fundamẽtum, quia, eo attento, minus posset delegari examen testium, exquò causæ criminales sunt meri, seu mixti imperij, & consequenter eiusdem imperij sunt earum articuli, & audientia testium, vt dixi supra num. 606. & sub num. 615. vers. verum, sed nos præsupponimus potuisse delegari examen, cuius delegatio potest fieri in multis casibus, quos retuli supra nu. 616. limit. 3. & seqq. ad eam,

867 AMPLIA istam sententiam, quam firmaui supra num. 859, vt tunc præcipuè habeat locum, quando nomina testium examinandorum transmitterentur à iudice delegante, ijquè testes venirent torquendi ad tollendam maculam inhabilitatis; quia tunc præcipuè militat illa ratio, vt delegans, committendo illorum examen, censeatur commisisse illationem torturæ; exquò non est præsumendum, quòd voluerit committere actum, nulliter faciendum.

868 AMPLIA II. vt præcipuè habeat locum in examine super causa criminali, exquò in causa criminali facilius deueniri potest ad torturam, vt ex Bar. Par. de Put. Franc. Brun. & Ant. de Canar. retuli, & sequutus sum supra num. 833. vers. verum,

QVAESTIO VIII.

869 QVAERO an is, cui cõmittitur, quòd recipiat testes super articulis, qui ad eum transmittuntur, possit recipere super reprobatione.

Resp. quòd non, Spec. tit. de teste. §. qualiter autem. num. 21. vers. sed quare apponitur. Innoc. in cap. licet causam. in principio. de probat. & ibidem Bal. Ias. in l. cui iurisdictio. vers. sexto per istam. num. 9. ff. de iurisd. omn. iud. Affl. in cõstitutione. in pecuniarijs. q. 3. sub n. 3. lib. 2. & hanc esse veriorem, & communem * opin. reprobata sententia Vitalini, testatur Seuerol. tract. de remiss. cap. 36. sub num. 1.

870 AMPLIA istam communem opin. vt procedat etiam si esset simpliciter commissa examinatio testium, vt loquitur Ias. loco citato,

871 LIMITA I. istam commun. opin. vt non procedat, quando fuisset generaliter commissa receptio testium, vel super tota causa, sicquè non esset circumscripta articulis, & interrogatorijs; quia tunc posset recipere testes etiam super reprobatione, sicut scripsit etiam Seuerol. d. cap. 36. in fine.

872 LIMITA II. vt non procedat quando specialiter illi esset data ista facultas recipiendi testes etiã super reprobatione, quia tunc dubium non erit, quòd poterit eos recipere, Spec. & Inno. vbi supra. & ideo videmus in remissorialibus apponi ista verba: *quòd si fortè alterutra partium testes alterius reprobare voluerit, testes hinc inde super reprobatione huiusmodi producendos infra 15. dies post dictũ mensem immediatè sequentes fideliter admittere, & examinare sollicitè studeatis,* vel istis simila; *Si verò B. testes, producendos ab A. reprobare voluerit, testes super huiusmodi reprobatione coram te*

inducendos infra alium mensem post dictos duos menses modo simili, ac vbi supra iuxta interrogatoria, si quæ A. exhibuerit, alioqui secundum prudentiam tuam examines, aut examinari mandes: videto Spec. dicto tit. de teste. §. qualiter autem. sub num. 17. & Abb. in praxi rub. commissionis forma. cap. 85. num. 2.

873 RESTRINGE istam limitationem, vt possit recipere testes solum ad reprobandas personas, & non ad reprobanda dicta secundum ea, quæ scribit Affl. in d. cõstitutione. in pecuniarijs. q. 3. sub num. 3. lib. 2. dum inquit, quòd iudex, cui est commissa reprobatio testium, potest examinare solum contra personas. & apertius Vergin. de Boccac. tract. de remissorial. cap. 8. nu. 13.

874 Contra istam restrictionẽ firmat pluribus argumentis, & rationibus idem Vergin. de Boccac. eod. cap. 8. num. 14. & seqq.

875 Sed quando deesset hæc facultas, quomodo succurri posset litigatori volenti reprobare testes aduersarij?

Resp. quòd potest protestari contra personas testiũ, & eorum dicta, vt scripsi supra c. 7. sub nu. 770. quã protestationẽ super reprobatione examinator recipere debet, quia sine reprobatione non benè procedit testiũ receptio. Innoc. dicto cap. licet causam. in principio. de probat. Spec. d. §. qualiter autem. vers. sed quare apponitur. sub num. 21. & Seuerol. tract. de remiss. cap. 36. num. 2.

QVAESTIO IX.

876 QVAERO, an iudex delegando examen testium debeat necessario transmittere positiones negatas, hoc est, articulos, & interrogatoria, super quibus sunt examinandi testes; vel possit delegare absolutè, & generaliter examinationem, & receptionem testium.

Resp. Clarum est, quòd potest quodlibet istorum facere: nam si intendat committere nudum ministerium examinis, transmittet articulos, & interrogatoria cum potestate limitata interrogandi, & examinãdi iuxta illorũ seriem, & tenorẽ, vt patet ex his, quæ post gl. Rot. Ias. & alios scripsi supra nu. 688. si verò intendat ei delegare etiam cognitionem examinis, transmittet articulos, & interrogatoria cum facultate cognoscendi super eorum pertinentia, & impertinentia, vel potius delegabit ei receptionem testium coram eo producendorum super tali causa inter A. & B. nullis transmissis articulis.

QVAESTIO X.

877 QVAERO, in quo consistat, seu circa quæ debeat versari officium iudicis literarum remissorialiũ.

Resp. eius officium esse magni ponderis, quia versatur circa probationes, in quibus cõsistit tota uis causæ, vt scipsit Io. Andr. in addit. ad Glo. in cap. 2. in verbo. interrogatoria. in fine. de testib. in 6. dicens, quòd propterea iudex deberet committere potius alia, quã examinationem testium, cuius dictum retuli etiam su-
878 pra cap. præced. nu. 39. † & ideo sicut ex Damhauder. in praxi ciuili cap. 157. nu. 1. & 2. & ex Bero. q. 50. nu. 1. refert Mascar. in solemni tract. de probat. q. 1. num. 12. in fine. lib. 1. probatio vocatur anima processus, & respicit victoriam, & decisionem causæ.

879 Vt autem iudex examinis officium recipiendi probationes, sibi commissum, rectè exerceat, debet non solum curare, vt diligenter, & fideliter scribantur dicta testium, sed etiam, quòd scribantur qualitates extrinsecæ, denotantes personas ipsorum testium, cuius conditionis existãt, vnde oriundi sint, & similia, valida ad flectendum animum iudicis, vt credat, vel non credat eorum dictis: sæpè enim hi, qui literas remissoriales obtinent extra iurisdictionem in partibus remotis, inducunt testes vilissimos, incognitos, & forsan subornatos, de quibus loquitur textus in §. si verò ignoti. Auth. de testib. coll. 7. quos si iudex causæ vidisset aut nullam, aut modicam eorum dictis fidem adhiberet;
880 † quia testibus magis, quàm testimonijs iudicandum est cap. tua nos. & ibi Glos. in verbo. testimonijs. de cohabit. cleric. l. 3. §. item diuus. ff. de testib. & scripsit Crauet. cons. 9. sub num. 19. vers. itaquè nullo, quare Gloss. Spec. Felyn. Crot. & alij quos retuli, & sequutus sum cap. præceden. num. 37. benè scripserunt, non per notarium, sed per iudicem debere recipi iuramenta testium. & hac de causa prudenter egit ille, contra quẽ Auditor Rotæ decreuerat literas remissoriales pro examinãdis testibus in partibus remotis in quadã causa ardua, qui vidẽs ab eius aduersario induci testes uiles, abiectos, malæ phisionomiæ, & cum vestibus attritis, & quibusdam pileis ligneis, curauit ex decreto eiusdem iudicis literarum remissorialium in ipsiusmet iudicis præsentia depingi à pictore eorum imagines, easquè sic depictas fecit transmitti ad Rotam inclusas in processu attestationum, vt de auditu à quodam practico refert Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 16. num. 102. & 103.

881 Ratio quare testes subornati, & falsi facilius inducantur coram iudice literarum remissorialium, maximè si careat iurisdictione ordinaria, sitque in partibus distantibus, est, quia testes audacius, ac facilius mentiuntur coram eo, quàm coram iudice ordinario, seu delegato causæ, qui magis timeretur; & hac de causa Bal. in l. cum apud. vers. si tu quæris. num. 2. C. de testib. quem refert, & sequitur Affl. in constitutione. instrumentorum. num. 10. lib. 1. scribit, quòd testes facilius mentiuntur coram arbitro, quàm coram iudice, qui potest eos interrogare, adhibitis tormentis; & ideo, inquit, minus audent mentiri iudici, quàm arbitro. Et si tu diceres hanc rationem cessare in casu nostro ex quò supra nu. 859. diximus iudicem literarum remissorialium posse torquere testes. Ego respon. quòd quamuis ita sit, nihilominus, quia non solent habere ita promptam familiam ad torquendum, sicut habent iudices ordinarij, nequè pro veritatis indagatione student, sicut studeret iudex, qui debet negotium determinare; propterea verisimile est, quòd minus audeant mentiri coram iudice ordinario causæ: Secundo resp. iuxta considerationem Decij in cap. præterea. sub nu. 17. de off. & potest. iud. deleg. quem retuli supra sub nu. 814. vers. sed potest. quòd, cum iudex literarum remissorialium tanquàm delegatus non possit punire testem falsum, verisimile est, quòd testis facilius coram eo inducatur ad committendam falsitatem.

882 Hanc conclusionem: quòd iudex debeat facere scribi qualitates extrinsecas ipsorum testium. amplia, vt procedat etiam si super dictis qualitatibus data non essent interrogatoria. & hæc sufficiant circa materiam literarum remissorialium: si quid vlterius desideras adito Seuer. de lit. remiss.

De articulis, et interrogatorijs in causis criminalibus.

QVAESTIO XI.

CASVS I.

883 Quæro, an in causis criminalibus dentur articuli, super quibus debeant examinari testes.

Resp. considerando duos casus.

Primus est: quando super crimine non potest procedi, nisi ad instantiam partis, sic iubente lege, vel statuto.

Secundus est: quando potest procedi etiam ex officio.

CAPIO I. quando potest procedi solum ad instantiam partis.

Et prima facie videtur dicendum, in eo non dari, nec recipi posse articulos.

Primo, quia articuli; maximè si sunt iurati, & quoad inducendam confessionem; sunt vnum & idem cum positionibus, vt ex Io. Andr. Abb. Rot. & Caputaq. retuli, & sequutus sum supra cap. 7. num. 687. imò exquo reus semper interrogaretur super eis, videtur hoc ipso dicendum, quòd articuli, seu capitula in criminalibus semper sint positiones; quia positionibus, & non articulis coguntur principales respondere.

Sed

Sed poſitiones non dantur, nec admittũtur in cauſis
criminalibus, Bar.Bal.& Carauit.quos retuli,& ſequu
tus ſum ſupra cap.7.num.251.verſ.ſecunda difficultas.
& in foro Capitolino ſunt ſtat.Vrbis lib.2.cap.12. Er-
go nec articuli ſeu capitula.
884 Secundo;& erit ratio pręcedẽtis argumẽti: quia in
cauſis criminalibus non debet tolerari colluſio cap.1,
& 2.de colluſ.deteg.vbi dicitur,quòd crimina, ſemel
audita,non ſunt indiſcuſſa relinquenda,quamuis accu
ſatus redierit in gratiam cum accuſatore.
Sed per articulos,ſumendo eos pro poſitionibus,vt
dixi hic ſupra,daretur materia colludẽdi iuxta ea,quæ
dixi lib.præced.cap.61. verſus finem.& ſupra d.cap.7.
ſub num.251.verſ. ſecunda.
885 Ergo articuli non ſunt admittendi;† quia dum pro-
hibetur aliquid cẽſetur prohibitũ omne id, per quod
deuenitur ad illud l.oratio.ff.de ſponſal. Abb. in cap.
cum infirmitas.num.4.in fine.de pænit.& remiſſ.Rot.
decĩſ.5.alias.195.circa medium.de conceſſ.præben.in
886 nou.Put.deciſ.7.num. 3. lib. 3. † & quia quod vna via
prohibetur,non debet alia concedi cap. tuæ fraterni-
tati.de procur.extra.& cap.vnico de cleric.coniug.in
6.vbi ad literam.& Rot.d.deciſ.5. de conceſſ. pręben.
in nou.Surd.tract.de aliment.tit.8.priuil.56. num. 17.
in fine.& num.18. & tit.9.q.17.num.16.vbi multa al-
legat;& faciunt quę ex Rom. Dec. Pariſ. Simoncel.&
alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 2. num. 284.
dum ſcribunt,quòd,prohibita alienatione,cẽſetur pro-
hibitum compromiſſum; quia ex compromiſſo poteſt
ſequi alienatio.
887 Tertio,quia licet delictum ſit priuatum ita, vt poſ-
ſit procedi ſolum ad inſtantiam partis, tamen non eſt
in poteſtate partium tranſigere ſuper eo.
Si non poſſunt tranſigere, Ergo multò minus col-
ludere.
Si non poſſunt colludere, Ergo neque poſſunt dare
articulos,per quos poſſet deueniri ad colluſionem d.l.
oratio.ff.de ſponſ.
Quòd non poſſint partes tranſigere, probatur quia
de crimine priuato,quando agitur criminaliter,non
poteſt fieri compromiſſum l.nõ diſtinguemus.§.iulia-
nus.& ibi Gloſ.in verbo.famoſo.ff.de recept.arbitr.&
ibidem Doct.& Lanfr.Blanc.Affl.Aſin.Maran. & Pac.
Scal.quos retuli,& ſequutus ſum ſupra cap.2.num.66.
888 † Sed compromiſſum in arbitratorem, ſeu amicabi-
lem compoſitorem ſapit tranſactionem argumento te-
xtus.in §.ſi verò contigerit.Auth.vt differentes iudices
&c.& auth.ſi verò contigerit C.de iudic.quia arbitra-
mentum eſt quædam tranſactio, vt ſcripſerunt Bar. in
l.36. ſi quis cum aliter.num.6.ff.de verb.oblig.Fely.in
cap.quoniam contra.ſub num.37.de probat. Lanfran.
de Orian.tract.de arbitr.membr.5.num. 50.& 51. fol.
214.M.Ant.Blanc.tract.de compromiſſ.q.vlt.num. 20.
verſ.pro iſta opinione.fol.205.Bolan.tract.de reſtit.in
integr.par.2.cap.212.num.1.fol. 168. & quòd ſit quæ-
dam trãſactio in genere, declarat Bar.in l.ſocietatem.
§.arbitrorum.num.8.ff.pro ſoc.quem refert, & ſequi-
tur Abb.in cap.quintauallis. ſub num.8. de iureiur. &
✻ eſt communis * omnium ſententia, & in proprijs ter-
minis,quòd compromiſſum ſit tranſactio ſcripſit Ant.
de Butr.cuius eſt iſtud tertium argumentum in cap.1.
ſub num.13.ibi.ad hoc.de colluſ.deteg.Ergo ſicut non
889 poteſt fieri compromiſſum, ita neque tranſactio. † Et
quòd iudex poſſit reum punire; non obſtante tranſa-
ctione, & remiſſione partis, probatur dupliciter; &
primo quia ius acquiſitum cõi non poteſt tolli aut mi-
nui pactis priuatorũ:ſcđo quia maleficia nõ debent re
manere impunita; quæ duo argumenta adduxit Gand.
tract.de malef.rubr. de tranſact. ſub num. 13. & hanc
✻ eſſe communem * opinionem,quòd iudex poſſit reum
punire,non obſtante quòd delictum ſit priuatum, &
quòd reus habuerit remiſſionem à parte, ſcripſerunt
Gandin.ſub d.num.13.ibi. ſed ſecundum. & Ant. de
Butr.d.cap.1.ſub num.13.ibi.communis opinio.de col
luſ.detegen.vbi etiam reſpondet ad contraria,& non-
nulli alij,quos allegat Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 58.
verſ.ſed punctus eſt.ibi.poſt cæptum autem.ſicquè ſer
uari de conſuetudine teſtantur ijdem Gand.& Clar.in
locis citatis.

890 Quarto, quia licet delictum ſit priuatum, tamen ſi
pœna veniat applicanda fiſco,ſeu fiat ad commodum
fiſci,accuſatio dicitur publica,vt ſcripſit Ant.de Butr.
in d. cap.1.ſub num. 13.ibi.communis opinio. & ibi.
& maximè.de colluſ.allegans ad id l.pretor.§.1.ff.de
891 iniur.† & certum eſt,quòd etiam in delictis priuatis,
& etiam ſi agatur ciuiliter pœna poteſt applicari fi-
ſco l. licitatio. §. quòd illicitè. ff. de public.& vectig.
892 HIS non obſtantibus,concludo, in iſto primo caſu
poſſe dari,& recipi articulos tàm ex parte accuſatoris
quàm ex parte accuſati,ſicut darentur,& reciperentur
in cauſis ciuilibus,vt apertè tenuit Maran.in ſuo ſpec.
par.6.actu.14.ſub num.10.
893 Confirmatur I. hæc concluſio,quia in criminalibus
proceditur,ſicut in ciuilibus.l.abſentem. ff. de pæn. &
ſcripſerunt Boſſ.& Gram.quos retuli,& ſequutus ſum
lib.præced.cap.49.num. 1. in fine. & oſtendi eod.lib.
præced.cap.97.num.37. & maximè hæc propoſito eſt
vera,quando poteſt procedi ſolum ad inſtantiam par-
894 tis,vt in caſu,de quo agimus;† Et quòd in cauſis fiſca-
libus ſeruetur ordo,ſicut in cauſis priuatorũ probatur
ex l.1.C.de conduct.& procur.lib.11.& notat Affl. in
conſtit.quæſtiones.ſub num.6.lib.1.
Sed in ciuilibus dantur articuli,vt ex Io.Andr.Abb.
& alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 7. ſub num.
895 23.& 24.† & non conſideratur colluſio, quia in cauſis
ciuilibus,dummodo non ſint matrimoniales,ſeu ſpiri-
tuales,partes poſſunt quandocunquè tranſigere, & ſe
concordare,vt ſcribunt Ant.de Butr.in cap.1.num.12.
verſ.videamus.& ibidem Abb.ſub num.5.in fine.de
colluſ.deteg.Saly.Natt.& Maſcar.quos allegaui infra
num. 901. verſ. ad ſecundum. & hoc non habet diffi-
cultatem.
Ergo hoc idem dicendum eſt in cauſis crimina-
libus.
Confirmatur. II. quia quando proceditur ex offi-
cio dantur capitula, vt dixi infra num.914. & capitu-
la, & articuli ſunt vnum, & idem, vt ex Abb. Addi-
tion.ad eum.& Socc.retuli, & ſequutus ſum. lib. præ-
ced. cap.61. num.1. Ergo ſi dantur in proceſſu ex offi-
cio;à fortiori poſſunt dari in proceſſu ad inſtantiam
partis.
896 AMPLIA iſtam concluſionem vt in foro Capitoli-
no ſit vera etiam ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis
lib.2.cap.12.quia mandant,poſſe fieri,& recipi capitu
la tàm ad offenſam,quàm ad defenſam.
NON obſtant adducta in contrarium.
897 Ad primum reſp. quòd licet articuli, & poſitiones
ſint vnum,& idem in cauſis ciuilibus, tamen ſecus eſt
in criminalibus ſaltem reſpectu reſponſionis faciendæ
à reo:quia in poſitionibus ſufficit reſponſio per verbũ
credulitatis,vt ex Bar. Papien. & Maran. retuli, & ſe-
quutus ſum ſupra cap.7.num. 188. & ita communiter
practicatur,vt patet ex formulis faciendi poſitiones,à
nobis relatis dicto cap. 7. num.54. 55. & 56. ſed in
criminalibus non ſufficit reſpondere per verbum cre-
dulitatis,ſed requiritur reſponſio per verbum verita-
tis,vt ex Aret.tract.de malef.in verbo. comparuerunt
dicti inquiſiti & negarunt totum. nu. 1. Marſ.& Cara-
uit.retuli,& ſequutus ſum lib.præced.cap.61.verſus fi
nem. & ex Bar. & Carauit. d. cap. 7. num. 251. verſ.
ſecunda difficultas.
898 Et, quòd in cauſis criminalibus articuli differant à
poſitionibus poſſumus coniecturare ex eo, quòd ſta-
tuta Vrbis d. lib. 2. cap. 12. prohibent recipi po-
ſitiones, & permittunt fieri, & produci capitula; &
nos ſcimus,quòd capitula, & articuli ſunt ſynonima,
vt remiſſiue retuli ſupra num. 895. verſ. confirma-
tur II.
899 Secundo reſp.quòd & ſi tàm in ciuilibus,quàm in
criminalibus articuli, & poſitiones eſſent vnum, &
idem;tamen ad minorem propoſitionem argumenti,in
qua dicitur,poſitiones non dari,nec admitti in cauſis
criminalibus,reſp. verum eſſe, conſiderata natura re-
ſpõſionis,quæ ad poſitiones poteſt dari per verbũ cre-
dit,vel non credit,cum in criminalibus ſit reſponden-
dum per verbum veritatis: ſecus autem conſiderata
confeſſione,quæ continetur in poſitionibus,quia,atten
ta iſta conſideratione, dico, verum eſſe ſi procedi poſ-
ſit ex

ſit ex officio, ſecus ſi procedi poſſit ſolum ad inſtantiã partis, vt in caſu, de quo loquimur, quia tunc debent admitti etiam poſitiones per ea, quæ dixi ſupra num. 893. & infra num. 901.

900 Et ex hac ſecunda reſponſione poſſes declarare ſtat. Vrb.d.cap. 12. vt habeat locum ſolum in delictis, in quibus poteſt procedi ex officio, ſecus ſi poſſet procedi ſolum ad inſtantiam partis; quia tunc eſſent admittendæ poſitiones: nam illud ſtatutum non intelligit in hoc corrigere ius commune, quia intendit diſponere ſuper alijs, de quibus in eo: ſed aduerte, quia reſponſio ad poſitiones in cauſis criminalibus, quæ criminaliter aguntur, debet eſſe ſemper per verbum veritatis.

901 Ad ſecundum reſp. hoc argumentum de non tolerandá colluſione non habere locum, quando ſuper delicto non poteſt procedi, niſi ad inſtantiam partis, quia tunc cauſa talis delicti habet naturam cauſæ ciuilis,

902 vt dixi ſupra num. 893. † ſed in cauſis ciuilibus non poteſt conſiderari colluſio inter ipſos litigantes; quia in cauſis ciuilibus licita eſt concordia, & amicitia, vt in proprijs terminis tradunt Salyc. in l. 2. C. de colluſ. deteg. Natt. conſ. 537. num 31. lib. 3. & Maſcar. de probat. concluſ. 322. num. 6. lib. 1.

903 Et pro clara intelligentia huius reſponſionis eſt attendendum; quòd ideo in cauſa criminali conſideratur, & eſt prohibita colluſio, quia agitur non ſolum de intereſſe accuſatoris, & accuſati, ſed & de intereſſe fiſci; & conſequenter non poſſunt accuſatus, & accuſator colludere in præiudicium fiſci tot. tit. de colluſ. deteg. extra, quæ ratio non habet locum in cauſa criminali, in qua non poſſit aliter procedi, quàm ad inſtantiam partis, & multò minus in cauſa ciuili, quia in iſtis

904 ceſſat regulariter intereſſe fiſci, vt patet ex his, quæ dixi ſupra, & infra. † dico regulariter: quia ſi qñquè poſſet adeſſe etiã intereſſe fiſci, tũc etiã poſſet cõſiderari colluſio, quãuis cauſa eſſet merè ciuilis iuxta ea, quæ ſcribit Bal. in l. cum allegas, oppoſitione 4. ſub n. 7. ibi. Item in ſententia. C. de vſur. quem refert, & ſequitur Natt. d. conſ. 537. num. 31. in fine. dicens, quòd ſi debitor paſſus eſt ſe vinci, non oppoſita exceptione vſuraria, ſententia lata debet reſcindi: idem dico ſi adeſſet intereſſe alterius tertij ad tradita per Bar. in l. 117. filiusfamilias. §. diui. nu. 9. verſ. circa materiam. ff. de leg. 1. quem ſimiliter refert, & ſequitur Natt. eod. conſ. 537. num. 32. dicens, quòd ſi hæres, vel legatarius paſſus fuerit per colluſionem vendicari ab aliquo fundum, cuius alienatio fuerat prohibita à teſtatore contemplatione certæ perſonæ, dicẽdo, ſi alienaueris, deueniat in talẽ: iſto caſu, inquit Bar. quòd ſententia vendicationis non nocet illi perſonæ, cuius contemplatione prohibita eſt alienatio.

905 Ad tertiũ, in quo videtur conſiſtere maior uis, reſp. dupliciter, & primò, illud aſſumptum, & relatam in eo communem opinionem, videlicet, quòd partes non poſſint tranſigere ſuper delicto priuato, & conſequenter, quòd iudex poſſit procedere, & punire reum; quãuis transegerit, & habuerit remiſſionem à parte; non eſſe ita clare apud Doctores determinatum; nam contrariam ſententiam, quòd in delicto priuato, deſiſtẽte accuſatore, alius non poſſit accuſare, ſeu inquirere, tenuerunt Guid. de Suzar. & Vital. tract. de maleſ. rub. de pace ſub num. 4. qui ſcripſerunt, quòd facta pace pro delicto, ſuper quo de iure, vel ex diſpoſitione ſtatuti ſit licita, & ſeruari debeat tranſactio, Poteſtas non debet ſe intromittere de tali delicto Clar. lib. 5. recepiſſent. q. 58. verſ. ſed punctus eſt. ibi. quòd tamen. & ibi. & ideo, concludens in caſibus, in quibus non poteſt procedi niſi ad querelam partis, remiſſionẽ partis ſuperuenientẽ tollere omnẽ proceſſũ, & accuſatũ eſſe omnino abſoluendũ; quam concluſionẽ ſequitur etiam Proſp. Farinac. in qq. crim. lib. 1. q. 4. nu. 35. dicens, nulli dubium eſſe, quòd pax, & remiſſio, habita à parte, nocet non ſolum cuilibet accuſatori, ſed etiam fiſco; præſuppoſito ſtatuto, quòd in illo delicto non poſſit procedi, niſi ad inſtantiam partis, quia, inquit, eiuſmodi ſtatuta valent, & ſunt ſeruanda.

906 Rationes huius contrariæ ſententiæ ſunt plures, quarum duas ſummatim refero.

Prima eſt, quia l. tranſigere. C. de tranſact. quæ permittit à contrario ſenſu tranſigi ſuper delictis priuatis, eſſet impoſita verbis, ſi, non obſtante tranſactione, reus poſſet moleſtari, vt argumentando dicit Gandin. d. rub. de tranſact. ſub num. 13. ibi. item ſi pena.

907 Secunda, quia ſicut eſt in poteſtate partis facere, quòd crimen priuatum non committatur etiam quoad publicam vindictam; quod faciet, quando iniuria, quæ eſt delictum priuatum l. fin. C. de iniur. non reuocat ad animũ: ſeu furtũ, quòd eſt contrectatio rei alienæ, inuito domino, ſimulat dominus ſe volente contrectationẽ factam eſſe; ita quoquè debet in eiuſdem poteſtate eſſe delictũ comiſſum remittere, & abolere; vt argumẽtando ſcribit Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 13. ibi. ſecundo quia. de colluſ. deteg.

Reliquas poteris videre apud præfatos Doctores, Gand, Ant. de Butr. vbi ſupra. & Vital. d. rubr. de pace. ſub num. 4.

908 SED iſtis rationibus, tenendo alteram partem, poteſt commodè reſponderi.

Ad primam dico, quòd illa l. tranſigere. operabitur duos ſaltem effectus: primus eſt; quia tranſigens nõ habebitur pro inditiato ad torturã, aut ſaltem nõ habebitur pro cõfeſſo, qñ tranſactio poteſt fieri: ſecũdus, quia tranſigens excludetur ab accuſando, ſicut hos effectus latius, Deo dante, proſequar ſuo loco; ſecus eſt ſi fuerit facta ſuper crimine, in quo non ſit licita.

Ad ſecundam reſp. vna cum Ant. de Butr. dicto cap. 1. ſub num. 13. quòd poſtquàm pars querelauit, iam apparet delictum, & conſequenter acquiſitum eſt ius fiſco ſuper pæna imponenda: nec illud argumentum eſt firmum, quia multa ab initio ſunt voluntatis; quæ poſtea ſunt neceſſitatis.

Proſequor alias reſponſiones ad argumenta.

909 Non obſtant probationes adductæ pro prima propoſitione tertij argumenti, poſiti ſupra num. 887. † nã ad illam de compromiſſo ad tralationem reſpondeo, in caſu noſtro non valere; quia, licet non poſſit fieri compromiſſum, tamen poteſt fieri tranſactio, vt tradit Gloſ. in l. non diſtinguemus. §. iulianus. in verbo. famoſo. in fine. ff. de recep. arb. Ad eam, in qua ſupra num. 889. ex communi Doctorum opinione diximus, iudicem poſſe punire reum, non obſtante remiſſione partis, reſp. illos Doctores Gandin. ſcilicet, Clar. & alios, excepto Ant. de Butr. loqui in crimine publico, & in eo, in quo poteſt procedi ex officio, & in eo nos quoquè admittimus, iudicem, non obſtante pace ſeu tranſactione partium, poſſe procedere: at nos loquimur de delicto priuato, in quo nõ poſſit procedi niſi ad inſtantiam partis; quo caſu idem Clar. paulò poſt firmat contrarium, ſicut eum retuli ſupra ſub num. 905.

910 Secundo reſp. ad tertium argumentum, quòd etiam ſi vera eſſet illa prima propoſitio, tamen non tenet illa conſequentia: non poteſt colludere: ergo non poteſt dare articulos: nam in illis duobus caſibus, quos ex Bal. & Bar. retuli ſupra n. 904. non permittitur colluſio, & tamen certum eſt, poſſe dari articulos, ſeu poſitiones, quia eſt cauſa ciuilis.

911 Ad quartum reſp. negando id, quod dicit Ant. de Butr. quia debemus inſpicere originem l. tutor datus. ff. de fideiuſ. Crauet. conſ. 131. num. 15. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. q. 80. num. 105. & Lancell. Gal. de ſtat. q. 7. num. 44. & origo non conſiſtit in applicatione pœ-

912 næ, ſed in accuſatione: † quare licet pæna veniret applicanda fiſco, tamen accuſatio ſuper crimine priuato non poteſt dici publica; quia publica dicitur, quando quilibet de populo poteſt accuſare, vt ſentire vide-

913 tur idemmet Ant. de Butr. † ſed in crimine priuato non admittitur alius ad accuſandum, quàm is, qui propriam proſequitur offenſam, vt patet in iniuria, & furto, quæ dicuntur delicta priuata l. fin. C. de iniur. & ratio eſt, quia non videtur delictum, niſi is, contra quem diceretur commiſſum, prætendat ſe offenſũ, ſeu læſum, vt declaraui ſupra num. 907.

Secundo reſp. quòd etiam ſi poſſet vocari accuſatio publica; nihilominus non poteſt inferri conſequentia contra concluſionem, quam firmauimus, & ſi ad aliquam

quam deueniretur consequentiam, ad eam pateret responsio ex prædictis.

Et ex his remanet expeditus primus casus.

CASVS II.

914 Capio secundum: quando potest procedi etiam ex offitio; & distinguo; aut loquimur de articulis ex parte Curiæ; & dico indistinctè, eos non dari, quia curia format solum capitula vt dixi infra: aut loquimur de articulis ex parte Rei; & dico, eos dari & recipi. & hęc de articulis.

Capitula an dentur in causis criminalibus.

915 Sed quid dicendum de capitulis?

Resp. & considero duos modos procedendi.

Primus est de iure.

Secundus est de consuetudine.

IN PRIMO modo concludo, quòd curia debet ea formare, & exponere reo, textus est in cap. qualiter & quando. il 2. §. debet igitur. de accusat. & scribũt Boss, Affl. Io. Ant. de Nigr. Foller. & Maran. quos retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 100. sub num. 11. vers. varie circumferuntur. & vers. si loquimur de copia capitulorum.

Hanc eandem conclusionem dicemus tenuisse Bellamer. conclus. 232. & Rot. diuers. in practicab. num. 138. par. 2. fol. 163. quia si curia non formaret capitula, perperam dixissent, dandam esse copiam capitulorum inquisito, eam petenti priusquam respondeat.

916 AMPLIA istam conclusionem, vt in foro Capitolino procedat etiam ex dispositione statutorum Vrbis lib. 2. cap. 12. dum mandant posse fieri & produci capitula tam ad offensam, quàm ad defensam.

917 Aduertendum tamen est, quòd ista capitula prout formantur à curia differunt saltem in duobus ab articulis: primo, quia articuli dantur post litem contestatam; &, parte instante, non recipiuntur, nisi sint iurati; capitula verò dantur ante litem cõtestatam, nec iurantur, quia curia non iurat; * & horum capitulorum formam ponunt per extensum Spec. tit. de teste. rub. de testium examinatione. §. nunc tractandum. num. 29. & Foller. in pract. crim. in verbo. dentur capitula quod suffocauit vxorem. in principio.

918

919 IN SECVNDO modo considero duas formas, seu status processus.

Primus est ab initio processus vsquè ad completum examen rei: & in isto statu dico, non formari aliqua capitula, licet de iure essent formanda ante rei responsionem, vt dixi supra num. 915.

920 Secundus est ab examine Rei completo vsquè ad completum examen testium repetendorum, seu examinandorum: & in isto statu considero rursus duos casus.

Primus est, quando reus non intendit repeti testes examinatos pro informatione curiæ, sed vult habere eos pro legitimè repetitis, & quatenus velit eos repeti seu alij sint examinandi, nihilominus non intendit dare interrogatoria.

Secundus est, quando intendit dare interrogatoria, & ideo petit copiam repertorum.

Si loquimur de primo casu; quado vult habere pro legitimè repetitis; concludo, ea non formari: nam si velit habere testes pro legitimè repetitis, frustra fierent capitula, quòd si nolit testes examinatos pro informatione curiæ habere pro repetitis, & ritè & rectè examinatis, citatur ad vidındum iuramenta testium, & ad dandũ interrogatoria; quatenus dare intendat, alias vi dendum repeti sine; & adueniẽte termino & reo nolẽte dare interrogatoria, repetuntur super examine iam facto ad effectum, vt illud confirment; sicquè, vt vides, quoad illos testes articuli, seu capitula sunt omnino superflua: sunt etiam superflua quoad alios, qui non fuissent examinati, quia examinarentur super querela, seu denuntiatione, super inditijs, & toto delicto. & sic hodie non reperies vnum processum criminalè aliter formatum.

921 DECLARA istam conclusionẽ, vt licet articuli, seu capitula nunquàm dentur formaliter, parte citata, & admissa disputatione super pertinentia eorum, sicut dantur in ciuilibus iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 7. num. 64. tamen ab instigatore; si adest; possunt dari, & recipiuntur à curia per modum extraiudicialis informationis ad effectum, vt iudex magis informatus sciat super quibus habeat interrogare testes, quos deberet omnino interrogare de contentis in eis, dummodo Fisco non sint præiudiciales.

922 AMPLIA istam conclusionem, vt habeat locum etiam in foro Capitolino, quia articuli, seu capitula non formatur.

Nec obstat allegatum statutum lib. 2. cap. 12. dum mandat, posse fieri, & recipi capitula ad offensam: quia respondeo dupliciter, & primo quòd illud statutum posset habere locum in delicto, in quo non posset procedi ex officio; secundo resp. quòd prædicta statuta in causis criminalibus parum seruabantur antea, & minus seruantur hodie, vt dixi lib. præced. cap. 51. sub num. 26.

923 SI loquimur de secundo casu; quando reus, volens dare interrogatoria, petit copiam repertorũ; dixi alias in isto casu lib. præced. cap. 100. sub num. 11. vers. si loquimur postquam. in fine. quòd essent formandi quidam articuli, seu capitula, & quòd eorum copia esset tradenda ad effectum, vt, agnitis materijs, super quibus testes sunt examinandi, posset formare sua interrogatoria, & ab ista sententia non recedo, & quomodo formari possint vide Foller. in pract. crim. in verbo. dentur capitula quòd suffocauit vxorem. in principio. vers. capitula. & Spec. tit. de teste. rub. de testium examinatione. §. nunc tractandum. num. 29.

QVAESTIO XII.

924 QVAERO, an reus in causis criminalibus possit dare interrogatoria testibus fisci, seu accusatoris.

Resp. considerando duos casus.

Primus est; quando testes examinantur in inquisitione generali ante contestationem litis.

Secundus est: quando examinantur in inquisitione speciali, hoc est, post contestatam litem, seu completũ rei examen.

IN PRIMO casu, certum est, quòd interrogatoria non dantur, siuè reus sit absens, siue sit præsens in fortijs curiæ, vt admonet etiam Clar. lib. 5. recept. sent. q. 23. vers. item quæro.

925 IN SECVNDO concludo, quòd reus potest dare interrogatoria argumento textus in l. si postulauerit. §. quæstioni. ff. ad l. iul. de adult. & ita scripserunt Ang. tract. de malef. in verbo. quòd fama publica. sub num. 11. Foller. in pract. crim. in verbo. recipiãtur defensiones reorum. num. 32. & Clar. d. q. 23. vers. item quæro. quamuis ipse loquatur dubitatiuè; & hanc sententiam videtur sensisse etiam Spec. tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. num. 8. dum generaliter loquendo, ait. *fiunt autem generaliter in omnibus causis interrogatoria*; & hæc est vera, & cõmunis * opinio, quæ comprobatur: quia copia capitulorum sicut copia articulorum solet concedi ad effectum, vt aduersarius possit facere interrogatoria contra testes inducẽdos: sed in causis criminalibus debet inquisito concedit copia capitulorũ, vt ex Bellam. & Rot. diuers. retuli supra sub num. 915. vers. hanc eandem. Ergo. hocq; argumentum in foro Capitolino procedit etiam ex dispositione statut. Vrbis lib. 2. cap. 12. mandantium dari prædictam copiam capitulorum.

926 AMPLIA istam communem opinionem, vt seruetur etiam de consuetudine hic in Vrbe.

927 Sic etiam seruari in Curia Perusina testatur Hond. cons. 101. num. 57.

928 Seruabatur quoquè tempore Follerij in curia Baronię Silenti, vt testatur idem Foller. in d. verbo. recipiantur defensiones reorum. num. 32. in fine. & ego ita seruaui in omnibus locis, in quibus ius dixi; & sic censeo seruandum in singulis curijs, in quibus vel non est

eſt apertè ſtylus in contrarium, vel ſtylus eſt varius; & iuxta hanc conſuetudinem extat ſtylus in Romana Curia citandi reum ſub iſta, vel ſimili forma, *citetur N. ex aduerſo principalis ad videndum iuramenta teſtium, & ad dandum interrogatoria quatenus dare intendat per totam, & ſequentem dies, alias videndum repeti, ſeu examinari ſine.*

929 LIMITA iſtam communem opinionem, vt non ſeruetur in multis Curijs Regni Neap. teſte Foller. d. nu. 32. & in Ducatu Mediolani, teſte Clar. d. q. 23. verſ. item quæro. & ratio huius limitationis ſecundum Foller. & Clar. eſt, quia reo, publicato proceſſu, cōceditur repulſa contra teſtes fiſci, ſeu accuſatoris, ſed non conceditur fiſco cōtra teſtes rei; & propterea citatio ſecūdum ſtylum, quem refert Foller. in pract. crim. in verbo. & demum repetantur teſtes Curiæ in principio, fit ſolum ad videndum iuramenta teſtium.

QVAESTIO XIII.

930 QVAERO è contra: An fiſcus, ſeu accuſator poſſit dare interrogatoria teſtibus rei.

Reſp. quantum ad fiſcum non eſt dubium, quòd debet poſſe interrogare teſtes, ſicut in praxi, & de ſtylo omnium Curiarum ſine ſcrupulo interrogat: tùm quia in iudicio non eſt admittenda claudicatio, ſed eſt ſer-
931 uanda æqualitas, vt dixi ſupra cap. 7. num. 455. † tùm quia fiſcus non repulſat teſtes examinatos pro parte
932 rei Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 23. verſ. item quæro. † Quantum verò ad accuſatorem Clar. ibidem, loquens ſecundum conſuetudinem, ait, quòd minus accuſator dat interrogatoria in forma iudicij, ſed priuatim in aliqua cedula ad inſtructionem ipſius iudicis, vel fiſcalis, cuius dicto me ſubſcribo, quando iudex procederet, ſeu procedere poſſet ex officio, & moueor ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 921. cæterùm ſi interrogatoria eſſent omnino vtilia fiſco nihil obſtaret; quin poſſent
934 recipi in forma iudicij, † At ſi poſſet procedi ſolū ad inſtantiam partis, & non aliter: dico indiſtinctè poſſe dari in forma iudicij, eaquè eſſe recipienda. & iuxta illa eſſe omnino teſtes interrogandos; & moueor, quia non conſideratur timor colluſionis, ſeu intereſſe fiſci iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 901. verſ. ad ſecundum.

QVAESTIO XIIII.

935 QVAERO; an in cauſis criminalibus vna cū copia capitulorum ſint edenda nomina teſtium.

Reſp. iſtum articulum in puncto iuris eſſe diſputabilem per ea, quæ, loquendo de cauſis ciuilibus, ſcripſi lib. præced. cap. 100. nu. 12. & omiſſis, quæ illic ſcripſi pro opinione affirmatiua; addo hic duas rationes. Prima eſt, quia ſi nomina teſtium ſunt edenda in cauſis ciuilibus, ne alias reciperentur teſtes, qui non ſunt recipiendi Spec. tit. de teſte. §. qualiter autem. ſub num. 3. à fortiori ſunt edenda in criminalibus, in quibus facilius teſtes repelluntur, cū requirantur probationes clariores: Secūda rō eſt, quia; ſi reus debet citari ad videndū iuramēta teſtiū, vt ex Ant. de Butr. Abb. & Gundiſſ. retuli ſupra nu. 589. & ſeruatur in praxi, vt dixi ſupra ſub num. 920. verſ. ſi loquimur. ibi. quòd ſi nolit. & nu. 928. fruſtra ſubticerentur nomina eorum; cum ſit eos agniturus in delatione iuramentorum.

936 Cæterum; quicquid ſit in puncto iuris; de conſuetudine non vidi teſtium nomina edi ante publicationem proceſſus propter timorem ſubornationis, quia teſtes in criminalibus difficilius deponunt, quàm in ciuilibus, & conſequenter facilius diſtrahi poſſent.

QVAESTIO XV.

937 QVAERO; Carceratus eſt citatus ad videndum iurare teſtes, vult eos iurantes videre perſonaliter: nunquid debet duci ad videndum eos iurare?

Reſp. Andr. de Iſern. in conſtitutione. in pecuniarijs. col. 2. lin. 80. verſ. quòd ſi erant in carcere. lib. 2. quem refert, & ſequitur Affl. ibidem num. 18. verſ. ſed quærit hic. tenet, quòd iudex, ſi habet eum ſuſpectum de fuga, debeat arctare eum ad conſtituendum procuratorem, qui videat iuramenta teſtium: quem ſi noluerit conſtituere, recipientur, inquit, in eius contumaciam, quòd ſi non timet de illius fuga, eum, inquit, expenſis ipſius rei mittet benè cuſtoditum.

938 Difficultas alia oritur. finge enim in primo caſu, quòd iudex habeat reum ſuſpectum de fuga, & quòd reus non reperiat volentem acceptare mandatū; quid agendum? cum nemo cogatur inuitus ſuſcipere onus mandati §. penult. Inſtit. mand.

Reſp. Mar. Socc. tract. de citat. art. 5. num. 59. verſ. vlterius circa prædicta. ſentit eum eſſe excuſatum. tu verò dic, quòd iudex poſſet iſto caſu compellere aliquem ad ſuſcipiendum mandatum, mercede mediante, ſoluenda ab ipſa curia; ſi carceratus ſit adeo inops, vt eam ſoluere non poſſit; vel iudex vna cum teſtibus iuraturis accedet ad eum, vt tradit Abb. in cap. cum dilecti. ſub num. 14. de dol. & contum. & hæc omnia habent locum, quando agitur de vnico delicto, propter quod reperitur in carceribus iudicis citantis.

939 At quid dicendum; quando ageretur de diuerſis criminibus; vide Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 34. verſ. de carcerato. vbi ſic diſtinguit: aut reus eſt carceratus in alio loco, quàm in eo, ad quem citatur; & tunc; inquit, debet expectari donec poſſit exire carceres, in quibus detinetur, niſi carceratio fuerit affectata; & ita intelligo ea, quę ſcribit in hoc paſſu Foller. in pract. crim. in verbo. audiantur excuſatores. num. 57. fol. 74. aut verò eſt carceratus in eodem loco; & tunc inquit Clar. ſi eſt cauſa, propter quam ingeratur pœna corporalis ita, quòd in omnem caſum deberet ius dicere in carceribus, nō ſuperſedebitur, ſed recommendabitur in carceribus pro ſecundo delicto; & vno eodemque tempore procedetur: ſi verò non ingeritur pœna corporalis; ſolet expectari donec ſit perfectus primus proceſſus, ſi ipſe id petat.
940 † huic tamen vltimo membro diſtinctionis: quando eſt carceratus in eodem loco: addendum puto, quòd, ſi proceſſus fieret à diuerſis iudicibus ſuper diuerſis delictis: bonum eſſet, quòd vnus expectaret donec finiretur proceſſus alterius: vel ſi fieri poſſet, quòd cumularentur iſta diuerſa delicta, & omnia cognoſcerentur ab vno iudice, qui vnico proceſſu, & ſententia omnia expediret; & ita altero ex his duobus modis video ſeruari.

QVAESTIO XVI. ET VLTIMA.

IMPEDIMENTVM I.

Impedimentum affectatum non excuſat citatum, ſi non compareat.

941 QVAERO pro ſolidiori reſolutione præcedentis quæſtionis; an reus, impeditus comparere, poſſit validè citari.

Reſp. Hæc quæſito, vt exorditur in ea Mar. Socc. tract. de citat. art. 5. q. 28. num. 50. eſt difficilis, & valdè intricata; quam difficultatem Gloſ. in cap. cum delicti. in verbo. reſponſalem. de dol. & contum. & ibidem Ant. de Butr. num. 26. verſ. venio ad gloſ. Abb. num. 13. verſ. oppono & videtur. Mar. Socc. vbi ſupra, & Foller. in pract. crim. in verbo. vel eos verbaliter citari faciat. nu. 30. laciniosa diſtinctione ſuperare conati ſunt, &, colligendo ex eorum dictis meliora; conſidero in primis duo genera impedimenti.

Primum impedimentum eſt; quando eſt procuratum, ſeu affectatum.

Secundum, quando non eſt affectatum.

IN PRIMO concludo indiſtinctè, taliter impeditū poſſe non ſolum citari, ſed [quod amplius eſt] poſſe eum reputari contumacem, non admiſſo excuſatore, teſte Foller. in dicto verbo. vel eos verbaliter citari faciat. ſub num. 30. ſubdens, ob id in magna Curia Vicariæ, quando allegantur carcerationes, ſolere fiſcum ſæpè reſpondere, carcerationem eſſe affectatam,
942 † & dicitur affectata ſecundū eundem Foller. quando citatus à iudice ſuperiore comparuiſſet, ſeu permiſiſſet ſe capi à iudice inferiore, ſperans forſan ab eo,

mitius

mitius tractari; quo caſu impedimentum carceris non attenderetur.

943 Confirmatur I. hæc concluſio exemplo præuentionis affectatæ inde ſequutæ, quæ non attenderetur, teſtibus Boſſ. Foller. Becc. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 12. ſub num. 62. & 63.

944 Confirmatur II. exemplo affectatæ, ſeu malitioſæ abſentiæ; quia, ea præſuppoſita, excuſatori comparenti denegaretur terminus ad perquirendum reum citatũ, vt ex Io. Ant. de Nigr. & Maſcar. retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 39. num. 10.

945 Et, quòd impedimentum affectatum, ſeu dolo malo procuratum non excuſet; eſt concluſio indubitabilis, quam comprobat, & declarat Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 27. num. 1. & ſeqq. firmans, tale impedimentum non opitulari ad obtinendam reſtitutionem in integrum.

Et ratio iſtorum omnium eſt, quia quæ cum fraude, ſeu malitioſè affectata ſunt habentur, ac ſi non eſſent.

946 Et quomodo probetur affectatio, ſeu malitia circa impedimentum, vide Odd. de reſtit. in integr. d. q. 27. num. 8. & ſeqq.

IMPEDIMENTVM II.

CASVS I.

Impedimentum perpetuum ſeu longum quamuis non ſit affectatum non excuſat citatum ſi non compareat.

947 In ſecundo; quando non eſt affectatum; conſidero rurſus duos caſus.

Primus eſt, quando impedimentum eſt perpetuum, ſeu longo tempore duraturum.

Secundus eſt per oppoſitum, quando non eſt perpetuum.

IN PRIMO caſu cõcludo, eũ, qui ſic eſt impeditus, poſſe validè citari, & conſequẽter teneri ad mittendũ procuratorem, ſicut ſcripſerunt Glo. in d. cap. cum dilecti. in verbo. reſponſalem. in fine. de dol. & contum. & ibidem Ant. de Butr. ſub nu. 26. ibi. ſi agitur de præiudicio proceſſus. Abb. ſub nu. 13. ibi. idem vbi impedimentum eſt perpetuum. rurſus Ant. de Butr. in cap. querelam. ſub num. 8. ibi. tu dic quòd aut. de procur. adde etiam Petr. de Bellapert. & Iac. Butr. quos refert, & ſequitur Bar. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ſub nu. 2. ibi. ſed pet. ff. ſi quis caut. idem Bar. in l. 1. ſub nu. 4. ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip. loquens de impedimento, prouueniente ex cauſa iuſta, & neceſſaria. Foller. in prac. crim. in verbo. vel eos verbaliter citari faciat. ſub
✠ nu. 30. & de communi * opinione teſtatur Mar. Socc. tract. de citat. art. 5. q. 28. num. 50. & firmaui rurſus infra num. 1879.

948 Et, quòd hæc concluſio procedat etiam, qñ impedimentum non eſt perpetuũ, ſed eſt duraturũ longo tempore, vide quæ ſcripſerunt Bar. in d. §. ſi quis in iudicio. ſub num. 2. & ibidem Alex. Socc. vbi ſupra. & Foller. ſub d. num. 30. ſed reſtringe, & declara, vt declaraui infra num. 1882. 1883. & 1884.

949 Et hæc omnia conuertuntur cum priuilegio; quia ſi quis non tenetur venire ex priuilegio perpetuo, tenetur mittere procuratorem, vt per Bar. d. §. ſi quis in iudicio. num. 2. & ibidem Bal. ſub num. 5. verſ. & vt articulus.

950 EXEMPLIFICA I. iſtam concluſionẽ in his, qui habent perpetuam dignitatem, quales ſunt Epiſcopi, Cardinales, & ſimiles: item in his, qui habent perpetuum officium, ſeu magiſtratum; & deniquè in omnibus perſonis, quæ ſunt illuſtres argumẽto textus in l. vlt. C. de iniur. & ibi Glo. in verbo. per procuratorem. & Bal. & in his perſonis illuſtribus, & habentibus perpetuum officium loquuntur Ant. de Butr. Abb. & Mar. Socc. in locis allegatis ſupra. & hoc impedimentum poſſet vocari impedimentum iuris.

951 EXEMPLIFICA II. in his, qui ſunt deportati, vel reperiuntur condemnati ad perpetuos triremes, ſeu carceres, ſicut exemplificat Foller. in pract. crim. in verbo. vel eos verbaliter citari faciat. ſub nu. 30. & hoc poteſt vocari impedimentum facti.

952 EXEMPLIFICA III. in eo, qui eſt impeditus ex cauſa iuſta, & neceſſaria, vt puta quia laboret perpetua apoplexia, ſeu paralyſi, aut cœcitate, vel alio ſimili ſontico, & perpetuo morbo: item in eo, qui vti miles eſſet deſtinatus, & præfectus perpetuæ cuſtodiæ alicuius arcis, ſeu fortalicij; quia adhuc teneretur mittere procuratorem, vt ex Bar. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ſub nu. 2. ff. ſi quis caution. & ex alijs retuli, & ſequutus ſum infra num. 1879.

Et deniquè iſta concluſio, quòd impeditus perpetuo impedimento teneatur ſubire iudicium procedit in quolibet genere impedimenti.

953 AMPLIA I. iſtam concluſionẽ ſic exemplificatam reſpectu cauſarum, vt habeat locum in cauſis leuibus, quia; ſi non poteſt, ſeu non vult comparere perſonaliter; debet omnino conſtituere, & mittere procuratorem iuxta ea, quæ ſcribunt Gloſ. in cap. querelam. in verbo. detentus. ibi. maximè ſi in grauibus. & ibi. & ſi cauſa ſit vehementior. de procur. quaſi à contrario ſenſu ſentiat, quòd in leuibus cogatur mittere procuratorem, & in cap. cum dilecti. in verbo. reſponſalem. ibi. adhuc dixit. de dol. & contum. & Maran. Socc. tract. de citat. art. 5. limit. 3. num. 54.

954 AMPLIA II. vt habeat locum etiam in cauſis grauibus, & arduis, quia tenetur comparere vel per ſe, vel per procuratorem, præſuppoſito quòd citatio eſſet verbalis, & ratio eſt, quia alias ius alterius poſſet perire, quod eſt iniquum, vt ex Bar. Abb. & Mar. Socc. retuli & ſequutus ſum infra num. 966.

955 Nec obſtat, quòd Gloſ. in d. cap. querelam. & in cap. cum dilecti. & Mar. Socc. quos citaui ſupra num. 953. ſenſerit impeditum, & citatum non cogi ad coſtituendum procuratorem in cauſis ardiuis, niſi velit.

Nam reſp. hoc eſſe verum, quando impedimentum eſt breue neceſſarium, & ex cauſa probabili, vt puta in infirmitate, & ita loquitur textus in d. cap. querelam. & ſic ſentit Glo. ex aduerſo allegata, & poſt; eam Mar. Socc. d. art. 5. num. 54. in fine. loquens apertè de impedimento neceſſario, & probabili, de quo ſcripſimus infra num. 1889. ſecus ſi impedimentum eſt perpetuum, ſeu longo tempore duraturum, vt in caſu, de quo agimus.

956 Cauſa grauis, ſeu ardua in propoſito dicitur in primis cauſa criminalis, quę ſemper dicitur grauis, etiã ſi ſolus ictus fuſtiũ veniret infligendus. l. in ſeruorũ. in fine. ff. de pæn. & ſcribit Mar. Socc. dicto art. 5. ſub nu. 58. verſ. tu dic. & quæ aliæ dicantur arduæ vide Glo. in cap. querelam. in verbo. detentus. ibi. puta ſi ageretur de procur. Mar. Socc. vbi ſupra, & Odd. de reſtit. in integr. q. 30. art. 17.

957 AMPLIA III. eandem concluſionem reſpectu citationum vt habeat locum in citatione verbali, in qua loqui videntur Doctores allegati in cõcluſione ſupra ſub num. 947. quia tenetur comparere per ſe, vel per procuratorem, & hæc ampliatio eſt clara per ea, quæ dixi ſub dicto num. 947.

958 RESTRINGE iſtam ampliationem, vt habeat locum tantummodò in citatione alternatiua ad comparendum per ſe, vel per procuratorem, & ſimiliter in citatione ſimplici; quia intelligeretur ſimiliter citatus alternatiuè argumento textus in l. vlt. C. de procur. ſecus ſi citaretur ad comparendum perſonaliter abſolutè; quia tunc, iudice ſciente impedimentum, citatio non arctaret adeo, quòd citatus non comparendo, non poſſet reputari contumax, ſecus iudice illud ignorante, quia teneretur mittere excuſatorem ad illud allegandum iuxta ea, quæ in impedimento neceſſario, & probabili retuli, & ſequutus ſum infra num. 1908. & 1909.

Ratio huius reſtrictionis in primo exemplo concluſionis, de quo ſupra num. 950. eſt, quia perſonæ illuſtres, ſeu conſtitutæ in dignitate tanquã perſonæ egregiæ non coguntur in cauſis ciuilibus ire perſonaliter in iudiciũ, teſtibus Abb. Rom. & alijs, quos retuli, &

ſequutus ſum ſupra num.633.& ſic ſola dignitas eſt legitimum,& ſufficiens impedimentum : cæterum ſi iudex vellet accedere, ſeu mittere notarium in caſibus, in quibus requireretur præſentia principalium,de quibus caſibus loquitur textus in cap.1.de iud.in 6. dico, quòd tales perſonæ non poſſent hoc fugere,conſtituẽdo procuratorem, etiam ſi eſſent occupatæ in multis negotijs, quia eo temporis ſpatio, quo conſtitueretur procurator ad ea peragenda, vt puta ad iurandum de calumnia,ſeu ad reſpõdendum poſitionibus ſic, & ſic, poſſent illamet per ipſos principales expediri.

959 SVBRESTRINGE iſtam reſtrictionem, vt habeat locum in cauſis ciuilibus, ſeu criminalibus ciuiliter intentatis,vt loquuntur Abb.& Rom.ſupra remiſſiuè adducti;ſecus ergo ſi citaretur in cauſa criminali,quia tunc cogeretur accedere ad iudicem,niſi iudex de vrbanitate vellet ad eũ accedere,vt ex Ant. de Butr. Abb.Fely.& alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num.630.verſ.ad primam.

INFERO ex ratione præfatæ reſtrictionis,relatæ ad exemplificationem,poſitam ſupra num.950.officiales perpetuos,aliosque viros in dignitate conſtitutos non habere in hoc maius priuilegium, quàm habeant perſonæ egregiæ.

960 Ratio eiuſdem reſtrictionis quoad perſonas,poſitas in ſecundo exemplo ſupra num.951.quare non poſſint citari abſolutè ad comparendum perſonaliter, eſt, quia citatio contineret impoſſibilitatem, & conſequenter non valeret, Vant.tract.null.rub.de null.ex defect. citat.num.67.68. & 69. & ratio eſt, quia iudex non poteſt obligare ad impoſſibilia l. impoſſibilium.ff. de reg. iur.

961 AMPLIA IIII. vt habeat locum etiam in citatione reali, quia,ſi natura cauſæ eam requireret, vt puta quia ageretur de aliquo graui delicto,cuius cauſa eſſet dicenda in vinculis,poſſet capi,& carcerari.

Probatur I. hæc ampliatio,quia Bar.Iaſ.Fely. Par. de Put.& alij,quos retuli,& ſequutus ſum infra num. 965.verſ.infero.dum tradunt, officialem perpetuum poſſe conueniri,loquuntur indiſtinctè, imò loquuntur, per modum limitationis ad regulam de non conueniendis magiſtratibus,durante eorum officio, ſed regula illa habet locum etiam in citatione reali, vt loquendo de ea per modum fallentiæ tradit Soccin.trac. de citat.art.5.q.17.fall.1.ſub num.25.ibi. quod procedit:& per modum ampliationis ad regulam Iaſ. in l.2. ſub num.1. ibi.amplia.ff.de in ius voc. Ergo in citatione reali locum habet etiam limitatio; † quia limitatio,

962 ſeu exceptio debet eſſe de regula l.nam quod liquide. §. fin. ff.de pen. leg. Dyn. Bar.Dec. Socc.Iun.& Pariſ. quos retuli,& ſequutus ſum lib.præced.cap.84.ſub nu. 22.verſ.cæterum.

Probatur II. quia eadem ratio,quæ militat,vt poſſit citari verbaliter in cauſis ciuilibus, videlicet, ne propter impedimentum vnius pereat ius alterius, vt ex Bar. Abb.& Socc. retuli infra num.966.debet militare,vt poſſit realiter citari,quando cauſa eſſet dicenda in carceribus,ne alias periret ius alterius, & Reip. cuius intereſt proferri,& executioni mandari ſententias criminales.

Probatur III. quia non reperitur aliter determinatum in iure.

963 DECLARA I. iſtam ampliationẽ quoad perſonas, relatas in ſecundo exemplo, de quo ſupra num. 951. videlicet quoad tranſmiſſos ad perpetuos triremes;vt non poſſit verificari in citatione reali,quę emanaret à iudice,ſeu officiali Baronis;quia non poſſet illos rehabere,& ſic quoad eum remaneret illud delictum inultum,vt ſcripſit Foller.in pract. crim. in verbo. vel eos verbaliter citari faciat.ſub num.30.

964 DECLARA II. vt idem ſit quoad tranſmiſſos ad perpetuos carceres, in quibus iudex, qui vellet realiter citare,non haberet iuriſdictionẽ;quia requireretur conſenſus ſuperioris.

Sed iſtę declarationes ſunt ſuperfluæ,quia data impoſſibilitate,fruſtra decernitur citatio realis.

AMPLIATIONEM, declarationeſquè alias huius primi caſus habes infra num.1881.& ſeqq.ad eum vſquè ad num.1889. vbi loquuti ſumus de impedimento perpetuo ex cauſa probabili.

965 RETENTA concluſione,poſita ſupra ſub num.947. quòd detentus perpetuo impedimento poſſit validè citari,& exemplo illius,poſito ſupra num. 950.

INFERO nunc,quòd quilibet officialis perpetuus poteſt conueniri etiam durante officio, vt ſcribũt Bar. in l.de pupillo.§.ſiquis ipſi prætori.ſub num. 10. ff. de oper.nou.nun.Iaſ.in l.2.ſub num.3.limit.5.ff.de in ius voc.Ant.de Butr.in cap.legebatur.ſub num.6.ibi. perpetui verò.Abb. ſub num.3. ibi.aut ſunt iudices maiores.& Fely.num.4.de maior.& obed.Par.de Put.tract. de ſyn.in verbo.officialis durante officio. ſub num. 1. ibi.quia perpetuus.fol.mihi.263.Amod.eod.tract.in verbo.olim poteſtatem dictæ ciuitatis.ſub nu.42.Mar. Socc.tract.de citat.art.5.q.17.fall.1.nu.25.in fine. Affl. in conſtitutione.ſtatuimus.num.49.lib. 1. & Carauit. ſuper rit.295.num.5. & eſt omnium communis † ſen-

966 tentia;† quia alias ius alterius poſſet perire Bar.d. nu. 10.in fine.ſeu iniquiſſimum eſſet, quòd propter impedimentum vnius periret ius alterius. Abb. in cap. cum dilecti.ſub num. 13.ibi.non enim debet.de dol.& contum.& in c. querelam. ſub nu.7. de procur.Mar. Socc. d.art.5.num.25.in fine. & q.28.num. 50.ibi. & ratio.& probatur argumento textus in cap.eſt iniuſta. 23. q. 4.

967 EXEMPLIFICA I. iſtam illationem in Vicario Papæ,cuius officium eſt perpetuum donec viuit.

EXEMPLIFICA II. in Auditore Cameræ,cuius officium eſt ſimiliter perpetuum donec viuit,aut aſſumatur ad cardinalatum.

EXEMPLIFICA III. in Clericis Cameræ.

EXEMPLIFICA IIII. in Auditore contradictarũ.

EXEMPLIFICA V. in Auditoribus Rotæ, & alijs ſi qui ſunt,quorum officium eſt perpetuum hic in Vrbe, donec viuunt, vel aſſumantur ad maius officium, ſeu maiorem dignitatem.

968 EXEMPLIFICA etiam in officialibus, habentibus dignitatem tantum ſine adminiſtratione,vt ſunt Comites,Barones,& Priores artium,de quibus loquitur Par. de Put.tract.de ſynd.in verbo. durante officio.ſub nu. 1. fol. mihi 263. quem refert, & ſequitur Carauit. rit. 295.ſub num.4.& quòd iſti Comites, Marchiones, & ſimiles,habentes ſolam dignitatem ſine adminiſtratione poſſint ſine dubio conueniri,ſcribit Bar. in l.nec magiſtratibus.in principio.ff.de iniur. quem referunt, & ſequuntur Iaſ.in l.2. limit.3.num.3.ff. de in ius voc. & Amod.tract.de ſynd. in verbo. olim poteſtatem dictæ ciuitatis.num.42.& videtur benè probari ex l.2.C.vbi ſenat.vel clar. &c. quam adducit etiam Bar. in l. pars literarum.in fine.ff.de iud.dicẽs, quòd loquitur in his, qui habent dignitatem ſine adminiſtratione, quos ait poſſe conueniri, durante officio.

969 EXEMPLIFICA tandem in Epiſcopo, Rege, & in ipſomet Principe,qui poteſt cõueniri, & agit per procuratorem Cæſaris,& exemplifica in Ciuitate,quæ licet habeat merum imperium,tamen poteſt conueniri, vt declarat Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. num.10.ff.de nou. oper. nun. quem refert, & ſequitur Amod.ſub d.num.42.licet is, loquendo de Epiſcopo, addat,eum poſſe conueniri corã Archiepiſcopo, quod hic non approbo; hoc idem exemplum in Epiſcopo ponit Abb.in cap. querelam. num.7. de procur.

970 Et, quòd Imperatores,Reges, Principes, Duces, & Marchiones de antiqua, & approbata conſuetudine ſint perpetui, ideſt eorum dignitas duret quandiu uixerint;& ſimiliter libera Ciuitas qđ poſſit ſibi ſtatuere Rectorem perpetuum,ideſt quandiu uixerit,& etiã Ciuitas non libera,dũmodo interueniat cõſenſus eius, cui ſubeſt,ſcribit Ant.Corſet.trac.de pot.reg.ſub n.10.

971 EXTENDE iſtam illationem, vt habeat locum etiam in officiali ad beneplacitum, quia æquiparatur officiali perpetuo Bar.d.§.ſi quis ipſi prętori.num.12. Alex.in l.principalibus.num.6. ff.ſi cer.pet. Iaſ.d. l.2. ſub num.3.limit.5.ff.de in ius voc.Fely.in cap.legebatur.ſub nu. 4.ibi.idem ſi officium eſt ad beneplacitum. de maior.& obed.Par.de Put. tract. de ſynd.in verbo. officialis durante officio.ſub num. 1.fol.263.& Amod. eod.trac.in verbo.olim poteſtatem dictæ ciuitatis ſub num.42.Capic.deciſ.116.quod res.num.6. & Carauit. rit.295.ſub num.5.

972 DE-

972 DECLARA iſtam extenſionem habere locum in officiali ad beneplacitum, conſtituto ab habente perpetuam iuriſdictionem, ſecus in conſtituto ab alio habente limitatam; ſeu ad beneplacitum: & hæc quoad primum caſum.

CASVS II.
SPECIES I.

Impedimentum voluntarium quamuis non ſit perpetuum, ſed breui tempore duraturum non excuſat citatum, ſi non compareat.

973 IN SECVNDO caſu: quando impedimentum non eſt perpetuum, ſed eſt breui tempore duraturum: conſidero tres ſpecies impedimenti.

Prima dicitur impedimentum voluntarium, quod ſupponimus eſſe probabile.

Secunda impedimentum neceſſarium improbabile; de qua agemus infra num. 1008.

Tertia impedimentum neceſſarium probabile, de qua agemus infra nu. 1864.

IN PRIMA ſpecie concludo, eum, qui eſt detentus impedimento voluntario, poſſe validè citari, & citatũ debere comparere per ſe, vel per procuratorem, non habita ratione iſtius impedimenti Bar. in l. 1. ſub nu. 4. ibi. aut eſt abſens. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. & in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ſub nu. 2. ibi. aut eſt iuſta & tũc. ff. ſi quis caution. Ant. de Butr. in cap. cum dilecti. ſub nu. 26. & ibidem Abb. ſub num. 13. de dol. & contum. Mar. Socc. tract. de citat. art. 5. ſub nu. 50. verſ. ſed dicit ioan. & Foller. in pract. crim. in verbo. vel eos verbaliter citari faciat. ſub nu. 30. nam reus, qui ex cauſa iuſta, ſed voluntaria non tenetur venire, tenetur mittere procuratorem, vt ſcribit Bar. in d. §. ſi quis in iudicio. ſub nu. 2.

974 AMPLIA iſtam concluſionem, vt habeat locum tàm in cauſis leuibus, quàm in cauſis grauibus, & tàm in citatione verbali, quàm in reali, ſicut iſtis ijſdem ampliationibus ampliauimus concluſionem præcedentem, de quibus poteris legere ſupra nu. 947. 953. 954. 957. & 961.

975 DECLARA eandẽ concluſionem ſic ampliatam, vt ſi iudici facta fuerit fides de præfato impedimento, iudex debeat ſtatuere terminum competentem ad comparendum: vt puta, ſi eſſet abſens cauſa ſtudiorum, vel mercaturæ, aut peregrinationis; tunc, facta fide de abſentia, iudex debet ſtatuere terminum competentem iuxta diſtantiam loci ad ipſum abſentem certiorandum, quo elapſo, poterit ad vlteriora procedere, citato vlterius non expectato; quòd ſi iudex non concederet præfatum terminum, proceſſus eſſet ipſo iure nullus Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 34. in fine principij.

976 LIMITA modo eandem concluſionem, vt non habeat locum in impedimento, habente dignitatem cum adminiſtratione; quia ſic impeditus; quamuis impedimentum ſit voluntarium, non poteſt in ius vocari, ſeu conueniri, durante impedimento.

977 EXEMPLIFICA iſtam limitationem in officiali temporali, qui non poteſt conueniri, durante officio, l. pars literarum. ff. de iudic. l. 2. & ibi Doct. ff. de in ius voc. cap. prohibentur. 2. q. 1. Cyn. in l. ſi præſens. C. de epiſc. audien. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ſub nu. 9. ff. de nou. oper. nunt. Mar. Socc. tract. de citat. art. 5. q. 17. fallent. 1. ſub num. 25. Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo, durante officio. nu. 2. & in verbo. officialis durante officio. nu. 1. fol. mihi 263. Carauit. ſuper rit. 295. not. 3. nu. 3. & Odd. de reſt. in integr. q. 12. n. 34. & 35. & quòd iſta ſit regula, teſtantur Rom. conſ. 415. quoad primum. nu. 3. Amod. tract. de ſyndic. nu. 42. & 46. verſus finem. Iaſ. in dicta l. 2. not. 1. nu. 1. ff. de in ius voc. Abb. in c. legebatur. ſub nu. 3. ibi. aut ſunt tẽporales. & Fely. n. 3. verſ. regulariter. de maior. & obed.

978 Et qui officiales olim eſſent temporarij, id eſt, quorum officium olim eſſet annale, ſeu ad aliud tempus, & ad quod; & quòd debeant eſſe annales tantum, aut biennales, vide Ant. Corſet. tract. de poteſt. reg. nu. 9. & 10. & quòd officiales regulariter debeant eſſe annales, vide de Carauit. rit. 295. nu. 6.

979 EXTENDE I. iſtam limitationẽ, ſeu mauis appellare regulam, vt habeat locum tàm in citatione reali, quàm in citatione verbali Bar. in dicta l. 2. nu. 2. & 5. in fine, & ibidem Iaſ. ſub num. 1. ff. de in ius voc. & Mar. Socc. dicta fall. 1. ſub nu. 25.

980 EXTENDE II. vt verbaliter citatus minus teneatur mittere procuratorem, teſtibus Abb. in cap. querelam. ſub nu. 7. de procur. Iaſ. in dicta l. 2. not. 2. ſub n. 1. ff. de in ius voc. & Addition. ad Felyn. in cap. legebatur. nu. 3. litera. c. de maior. & obed. & eſt de mẽte Bar. in l. 2. §. ſi quis in iudicio nu. 1. in fine. & clarius ſub nu. 2. ff. ſi quis caution. vbi, loquendo de reo, ſcripſit, quòd, ſi non tenetur venire priuilegio temporali, non tenetur mittere procuratorem, quod ex eo refert, & ſequitur ibidem Iaſ. ſub nu. 7. verſ. circa iſtam. & tenuit etiam ibidem Bal. ſub nu. 3. verſ. & vt articulus; & ratio huius extenſionis ſecundum Addition. ad Fely. vbi ſupra eſt, quia alias, ſi officialis, ſeu alius habens iſtam immunitatem teneretur mittere procuratorem, priuilegium nihil operaretur.

Nec obſtat, quòd aduerſus iſtam extenſionem videatur ſentire Ant. de Butr. in d. cap. querelam. num. 8. verſus finem. ibi. aut impeditur altera cauſa. de procur. dicens, quòd conſtitutus in officio arctatur ad mittendum procuratorem.

Quia reſp. vel ipſum Butr. eſſe intelligendum in eo, qui habet officium ſine dignitate, vel dico ipſum loqui contra comm. Doctorum ſententiam, & implicare con traditionem in ſuis proprijs dictis.

981 EXTENDE III. vt habeat locum etiam in negotijs, & contractibus, per eum initis eo in loco antequam eſſet ibidem Poteſtas; quia pro illis non poteſt illic conueniri, durante officio; imo nec durante ſyndicatu, teſte Par. de Put. tract. de ſyndic. in verbo. officialis durante officio. ſub num. 5. ibi. poteſtas. fol. 263 quamuis Bar. & Bal. in l. 2. §. legatis. ff. de iud. per eũ allegati hoc non dicant, cum loquantur in abſentibus cauſa Reip. ſeu legatis, de quibus diximus infra nu. . vbi etiam retulimus quid dicant Bar. & Bal. in locis citatis.

982 SVBEXTENDE iſtam III. extenſionem, vt habeat locum etiam in contractibus, per eum geſtis tempore officij; quia adhuc militat ratio regulæ, ne poſſit in ius vocari; de qua regula in ſæpè citata l. 2. ff. de in ius vocan. quicquid in contrarium ſenſiſſe videatur Fely. dum in c. legebatur. ſub n. 3. ibi. idẽ ſi contrahit præcedente officio. de maior. & obed. limitando regulam, tradit eo caſu poſſe, pendente officio, conueniri.

983 RESTRINGE I. eandem limitationem, ſeu regulã poſitã ſupra nu. 976. vt non ſit vera, quando citaretur ad comparendũ finito magiſtratu, ſeu depoſito officio; quia citatio valeret, vt ſcribit Bar. in l. 2. n. 2. in fine. ff. de in ius voc. quem ibidem refert, & ſequitur Iaſ. limit. 1. ſub n. 1. Amod. tract. de ſynd. in verbo. ollim poteſtatẽ dictæ ciuitatis. n. 42. verſus finem. Mar. Socc. tract. de citat. art. 5. q. 17. fallen. 1. ſub n. 25. moti ex textu in l. 62. in tempus. ff. de hæred. inſtit. vbi valet inſtitutio hæredis, facta in tẽpus, quo inſtitutus ſit capax hereditatis, licet ſit incapax tempore inſtitutionis: hanc eandem reſtrictionẽ tenuerunt Ant. de Butr. in c. legebatur. ſub n. 6. Abb. ſub n. 3. ibi. compelluntur tamen. & Fely. ſub n. 4. ibi. idem quando officialis de maior. & obed. qui tradunt hanc practicã, vt officialis citatus teneatur cauere de comparendo, ſeu reſpondendo finito officio; hæcq; reſtrictio ſecundum Iaſ. vbi ſupra comprobatur ex eo, quòd citato facta die feriato ad diem non feriatum eſt valida.

Verum iſtud exemplum citationis factæ die feriata, quod adducit Iaſ. nõ eſt verũ, attẽta cõmuni opinione, quam retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 45. nu. 26.

984 RESTRINGE II. vt habeat locum tantummodo vbi magiſtratũ gerit, ſecus ſi cõueniretur in eius patria, ſeu alibi, vbi forum ſequeretur, & magiſtratum ibi non gereret; quia poſſet illic cõueniri, vt bene declarat Gl. 1. in l. ſi præſens. C. de epiſc. audien. dicẽs, quòd ſi quis abeſt cauſa alicuius poteſtariæ poteſt conueniri, licet non poſſet agi coram eo. Alber. in l. ſenatus. col. vlt. ibi. ſecundo caſu. ff. de off. præſid. Iaſ. in l. 2. ſub num. 3. limit. 4. ff. de in ius voc. & Felyn. in cap. legebatur.

batur. num. 4. verſ. idem ſi conuenitur. de maior. & obed. & ita ſeruatur; & ſic intelligo Azon. in ſumm. tit. vt omnes iudices tàm ciuiles quàm &c. ſub nu. 3. & tit. de in ius voc. ſub nu. 5. quem refert, & ſequitur Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. officialis durantur officio. ſub nu. 1. fol. 263. dum ſentit, magiſtratum non poſſe conueniri à ſubditis, durante magiſtratu, quaſi ſentiat à contrario ſenſu, poſſe conueniri à non ſubditis; ſicut eum intelligit Par. de Put. ego enim vlterius explicando intelligo eum, vt loquatur quando conueniretur alibi, quàm in loco, in quo exercet magiſtratum, prout loquitur Gl. in dicta l. ſi præſens, per eundem Par. de Put. allegata.

985 RESTRINGE III. vt non procedat quoad delicta, per eum commiſſa circa officium ſuum, quia ſuper illis poteſt conueniri, durante officio l. iubemus. & ibi Gl. in verbo. adminiſtrante. & Saly. in ſummario C. ad l. iul. repetund. Gl. in l. 2. in verbo. imperium. ff. de inius voc. & ibidē Iaſ. limit. 2. n. 2. Gl. in l. nec magiſtratibus. & ibidem Bar. nu. 1. ff. de iniur. Gl. in l. 1. in verbo. acceperit. ff. ad l. iul. repetund. Bar. in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis autem. nu. 1. & 2. coll. 2. & in l. pars literarum. ff. de iud. Rom. conſ. 415. quoad primum. nu. 3. & 4. & Fely. in cap. legebatur. ſub nu. 3. ibi. idem ſi delinquit. de maior. & obed.

986 EXEMPLIFICA iſtam reſtrictionē in furto, pro quo officialis poteſt conueniri, etiam durante officio, ſi illud occaſione officij cōmiſerit, vt ſcribunt Gl. in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. in §. ſi quis autē. in verbo. habentis. coll. 2. Iaſ. in l. 2. limit. 2. ſub nu. 2. ff. de in ius voc. Fely. in dicto c. legebatur. nu. 3. in fine. de maior. & obed. Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. officialis durāte officio. ſub nu. 1. n. 3. & nu. 6. fol. mihi 263. Amod. eodem tract. in verbo, olim poteſtatē dictæ ciuitatis. n. 42. in fine. & Catald. eod. tract. ſub nu. 20. verſ. adde quòd. Boſſ. tract. crim. tit. de offic. corrup. pecun. ✠ nu. 34. vbi teſtatur de communi* opinione, quam ex eo refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſēt. q. 16. verſ. præterea quæro. in fine.

987 † & ſatis videtur probari ex textu in dicto §. ſi quis autem. vbi loquitur de iudicibus committentibus furtum, deferendis, ac denuntiandis ad Principem per Epiſcopos, & Primates Prouinciæ; quem textum ſingulariter ſic ponderauit Ang. ibi.

988 EXEMPLIFICA II. in barattaria, quando iudex profert ſententiam venalem, abſoluendo condemnandum, vel è contra, condemnando abſoluēdum; ſicut de barattaria ſcripſerūt Iaſ. in l. 2. nu. 2. verſus finem. ff. de in ius voc. repræhendendo Gl. & Ang. Amod. tract. de ſynd. in verbo. olim poteſtatem dictæ ciuitatis. nu. 42. in fine. & n. 43. Catald. eod. tract. n. 20. ver. adde quod. Par. de Put. eod. tract. in verbo. officialis durante officio. ſub nu. 3. & n. 9. in fine. ſub n. 12. & n. 5. vbi loquitur de illicita extorſione. & de cōmuni* opin. teſtatur Boſſ. tract. ✠ crim tit. de offic. corrup. pecun. nu. 34. quē refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 16. verſ. præterea quæro. in fine. & quòd ita de facto fuerit ſeruatū in ciuitate Caſtelli contra Collateralem Domini Io. de Firmo tunc Poteſtatis, qui per pecuniam, & barattariam promiſerat abſoluere Dominum Franciſcū de Canaulibus, & etiam Florentiæ contra Dominum Franciſcū de Tagliagozzo tunc Capitaneum pro barattaria facta cum hebræis, refert Amod. dicto n. 43. & ita ſeruatum fuiſſe contra Ioannē Gilioli teſtatur Catal. eod. tract. de ſynd. n. 21. dicens, eum fuiſſe inquiſitū de barattaria, durante officio, & euaſiſſe ex conſilio collegij Peruſini, quia iudex, inquirens, habebat poteſtatem limitatā ſindicandi officiales tantum, qui expleuerant officium; & ita ſe vidiſſe quandoq; ſeruari teſtatur Clar. vbi ſupra.

989 EXEMPLIFICA deniq; in omnibus delictis, pro quibus eſt impoſita pęna priuationis officij, de quibus delictis agit Amod. ſub dicto n. 43. & ratio huius exēplificationis eſt, quia alias pæna redderetur eluſoria, ſi nō poſſet conueniri, & puniri, durante officio, vt aduertūt etiam Bal. in tit. de pac. conſtantiæ §. credētias. ſub n. 2. ſuper fœudis. Iaſ. in l. 2. ſub n. 3. limit. 6. ff. de in ius voc. Fely. in cap. legebatur. ſub n. 4. de maior. & obed. Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. officialis durāte officio. ſub n. 12. fol. mihi 263. & Clar. dicta q. 16. verſ. præterea quæro. itē quia priuatio præſupponit habitū vulg. iur.

990 QVOD furtum, rapina, & barattaria puniantur priuatione officij, probatur ex textu in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. in principio. in illis verbis. *Adminiſtrationes namque habentes prouinciales ad hanc acceptionem reſpicientes multos quidem reorum dimittunt, vendētes eis delictum, plurimos autem innoxiorum condemnant, vt noxijs præſtent; & hoc non ſolum in pecuniarijs cauſis agitur, ſed & in criminalibus, vbi de anima eſt periculum: fugiunt aquè ex prouincijs, & confluunt huc omnes ingemiſcentes ſacerdotes & curiales, & officiales, & poſſeſſores, & populi agricolæ iudicum furta merito, & iniuſtitias accuſantes &c.* iuncto §. ſi igitur. ead. Auth. in illis verbis. *ſed etiam magnam indignationem ſuſtinebunt, & ſinguli periculum formidabunt.* nam Imperator iudicibus, furta, barattarias, & extorſiones committentibus comminatur periculum cinguli; 991 † & cingulum eo loci aliud non ſignificat, quàm officium, ſeu dignitatē, vt notat Gl. in ead. Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. in principio. in verbo. cingula. & quòd formidare periculum cinguli ſit formidare amiſſionē cinguli, ſentit ibi Azo ſub nu. 6. dicens, quòd ſi male fecit vel ante adminiſtrationem, vel poſtea, fortè aliquid dando pro ea, is, qui accipit, in quadruplum tenetur, & indignationem habet, & cingulum amittit.

992 NEC iſta ſola delicta puniuntur pæna priuationis officij, ſed omnia alia enormia, & maiora illis; commiſſa tamē ratione, & occaſione officij, vt bene aduertit Amod. dicto tract. de ſynd. in verbo. olim poteſtatē dictæ ciuitatis. nu. 42. in fine; & videtur generalius ſenſiſſe Azo, vbi ſupra in illis verbis. *è contra ſi male fecit.*

993 QVARE ſcias, quòd hodie pro quouis delicto graui præſertim commiſſo circa adminiſtrationem, & occaſione officij procederetur contra officiales etiam durante eorum officio, & reperti culpabiles punirentur; vnde Sacra Conſulta nō multi ſunt dies, quòd tranſmiſit ſatellites ad Caſtrum Sublaci ad capiendos Barigellum, & Gubernatorem illius loci, pro quadam prætenſa diabolica ſugeſtione, vt dicebatur per eos commiſſa, quamuis duraret eorum officium; imò Sacra Conſulta, & quilibet iuſtus Princeps procederet non ſolum pro delictis commiſſis occaſione officij, ſed etiam pro commiſſis extra, & ante officiū; dummodo eſſent grauia; ſicquè regula ſeu limitatio de non conueniendis Magiſtratibus durante eorum magiſtratu procederet ſolum in cauſis ciuilibus, & in delictis leuibus.

994 RESTRINGE IIII. vt non procedat, quando officialis faceret aliquid contra iuriſdictionē ſuperioris; quia tunc poſſet conueniri, durāte officio l. ſi appellationē. & ibi Bal. nu. 1. C. de appell. Iaſ. in l. 2. ſub n. 3. limit. 8. ff. de in ius vocan. & Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. officialis durante officio. nu. 11. fol. mihi 263.

995 † & clarè probatur ex dicta l. ſi appellationem. & ex l. quoniam. C. eod. in quibus ſancitū eſt, vt iudices reſpuentes appellationem, ſeu negantes copiam apoſtolorum, citentur, vt aduerſarij, & condemnentur, quod eſt notandū contra nonnullos Baronum officiales, qui appellationes ab eis interpoſitas ad Auditorem Cameræ iniuſtis quibuſdam modis impediunt, & petitas ab appellantibus copias denegant, ne contra eos reportare poſſint inhibitiones, aut ſaltem multis prægrauentur expenſis priuſquàm illas obtineant, ſicque diuertantur ſubditi à recurſu; & hinc vidi ſemel Locumtenentem Auditoris Cameræ in ciuilibus laudabiliter adhibuiſſe fidem cuidam priuatæ ſcripturæ, in qua duo ad inſtantiam appellantis fidem faciebant, quòd appellans petierat copiam ſententiæ, & appellationis, & quòd notarius eam tradere recuſauerat; ſicque propterea inhibitionē iure optimo conceſſit, & laudabilius feciſſet, ſi iuxta hanc quartam reſtrictionem in eiſdem literis inhibitorialibus eundem notarium citari mandaſſet.

996 RESTRINGE V. vt non habeat locum, quando actio eſſet tēpore peritura, quia tunc poſſet citari, & conueniri vſq. ad actum præſeruatiuum actionis, hoc eſt, vſque ad interruptionem præſcriptionis Gl. in l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. & famoſ. libel. Abb. in cap. legebatur. ſub nu. 3. ibi. ſi tamen actio. & Fely. ſub num. 4. ibi. idem ſi res vel actio. de maior. & obed. Iaſ. in l. 2. ſub num. 3. limitat. 7. ff. de in ius voc. qui omnes tradunt, poſſe conueniri vſque ad litis conteſtationem

tionem inclusiuè, & benè videtur hæc restrictio probari in l. vt perfectius. C. de annal. except. vbi timenti, ne res sua, possessa ab aduersario, constituto in magna potestate, lapsu temporis præscribatur, datur facultas adeundi præsidem prouinciæ, & porrigendi libellum, ac consequenter interrumpendi præscriptionem: sed doctores supra citati allegant communiter textum in l. senatusconsulto. in fine. ff. de offic. præsid. in quo tamen non disponitur, quòd possit conueniri, sed quòd possit agere vsque ad contestationem litis; sicut ad hoc ipsum allegatur per Par. de Put. tract. de synd. in verbo. officialis durante officio. sub num. 13. fol. 263. nisi dicamus, quòd sicut potest conuenire, ita debet in casu contrario posse conueniri: nam agere, & conueniri sunt correlatiua: quia

997 vnum non potest stare sine altero, & ideo; vno correlatiuo expresso; alterum intelligitur in consequentiam iuxta l. fin. ff. de acceptil. & l. fin. C. de indict. vid. toll. & notata per Dec. in rub. 2. nu. 9. ff. si cert. pet. & Constan. Rog. tract. de iuris interpr. quęst. 10. num. 1. fol. 392. & vno extincto, extinguitur alterum, Alber. de Ros. tract. de statut. par. vlt. qu. 68. sub num. 7. fol. 76. seu, quia habent ad inuicem mutuam relationem; vt, describendo quid sit correlatiuum, & eius ethimologiam, tradit Bapt. de S. Blas.

998 tract. de correl. num. 4. † &, quòd actor, & reus sint conrelatiua, scribit idem eod. tract. sub num. 11.

999 ampl. 20. † & natura correlatiuorum est, vt dispositum in vno regulariter habet locum in altero d. l. fin. C. de indict. uid. toll. & ibi Bar. sub num. 2. & Salyc. Ant. de Butr. in cap. fin. not. 5. num. 3. in fine. & ibidem Abb. not. 2. de iudæ. & sarrac. vbi notant, quòd, prohibita emptione, censetur prohibita venditio, & latè declarant Constant. Roger. d. tract. de iuris interpret. quæst. 10. num. 5. & seqq. fol. 392. & latissimè Gabr. in conclus. lib. 6. de legib. & constitut. concl. 3. & Bapt. de S. Blas. dicto tract. de correlatiu. à num. 5. vsque ad num. 33. fol. 261. vbi ponit 110. ampliationes, seu exemplificationes ad istam regulam; & deinde prosequitur

1000 fallentias. † &, quòd in istis correlatiuis agere, & conueniri valeat argumentum negatiuè ità, vt officialis, qui non potest conueniri, minus possit agere, probatur ex textu in l. pars literarum. ff. de iudic. & scribunt Glos. in l. 2. in verbo. imperium. in fine. ff. de in ius voc. & Amod. tract. de synd. in verbo. olim potestatem dictæ ciuitatis. num. 42. circa medium. & sub num. 46. & probatur etiam ex textu in l. die sabbati. C. de iudæ. vbi disponitur, quòd iudæi illo die non possint conuenire, nec conueniri. & quòd valeat etiam affirmatiuè in casu, de quo agimus, scribit Bapt. de S. Blas. d. tract. de correlatiu. sub num. 14. ampliat. 37. dicens, quòd si agatur contra Legatum, vel contra absentem ex causa necessaria, vel probabili in actione tempore peritura, Legatus, vel absens tenetur pati contestationem litis; idem è contra, inquit, si Legatus, vel absens agat in tali actione, tempore peritura quoad litis contestationem.

1001 Nec obstat, si aduersus istam restrictionem opponeres, quòd, attenta ista restrictione, esset deneganda restitutio in integrum in casu, quo impedimentum procederet ex persona aduersarij, sed nullo eius dolo intercedente, quod potest videri falsum, quia datur restitutio tàm contra eũ, qui propter magistratũ conueniri non potest, quàm contra absentem, vt declarando scribit Odd. de restit. in integr. quæst. 12. art. 3. & 4.

1002 Nam resp. vna cum Glos. in d. l. vt perfectius. in verbo. triennij. C. de ann. except. quòd facultas ista agendi vsque ad litis contestationem in casu prædicto datur pro priuilegio, & ideo non debet in læsionem retorqueri.

1003 Secundo respon. non esse inconueniens, quòd ius quandoq; concedat eidẽ personæ duo remedia, quorũ altero possit ab initio sua iura intacta, illæsaque conseruare, & altero eadem collapsa restituere, vt in casu nostro sentit Glos. in d. l. senatusconsulto. in verbo. contestetur. ff. de offic. pręsid. dicens, quòd, non facta contestatione litis, datur restitutio.

Cæterum, si neutra solutio placeat, oppositio esset admittenda pro vera, & falsum esset, quod scripsit Odd. d. quæst. 12. artic. 3. num. 34. dicens, quòd magistratus functio ipsius aduersarij, propter quam ipse in iudicium vocari nequeat, erit impedimentum iustum ad restitutionem consequendam; subdens sub num. 35. limitationem, in qua asserit, concedi debere restitutionem contra magistratum eò, quòd nullatenus in ius sine pœna vocari potest: nam dico ipse hacmet ratione iugulari primum dictum, hoc est, quia cum magistratus etiam maximi possint conueniri sine poena vsque ad contestationem litis ad interrumpendam præscriptionem, vt diximus supra num. 996. in ista 5. restrictione; sequitur secundum istam suam rationem, quòd aduersus eos non detur restitutio: Sed, quidquid sit de isto articulo, sufficit, quòd ista quinta restrictio est vera.

1004 RESTRINGE VI. vt habeat locum solum in magistratibus maioribus: hi namque regulariter canueniri non possunt, durante eorum magistratu; & ita procedant limitatio, & exemplificatio ad eam, de quibus supra num. 976. & 977. secus ergo in magistratibus minoribus, quia hi possunt conueniri indistinctè, etiam durante eorum magistratu, vt dicit textus in l. nec magistratibus. in fine. ff. de iniur. & probatur à contrario sensu ex l. 2. ff. de in ius voc. & declarant ibi Glos. in verbo. imperium. Glos. 1. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Azo in summ. tit. vt omnes iudices tàm ciuiles quàm &c. num. 2. in fine, & num. 3. Ab. in cap. legebatur. sub num. 3. ibi. aut delinquunt extra officium. & Felyn. num. 3. ibi. excipiuntur. de maior. & obed. Amod. tract. de synd. in verbo. olim potestatum dictæ ciuitatis, sub num. 42. dicens, istos conueniri coram ordinario.

1005 Maiores magistratus dicuntur illi, qui habent imperium, & qui iubere, coercere, & in carcerem duci facere possunt, quales sunt Consul, Præfectus, & Prætor. l. 2. ff. de in ius. voc. Mar. Socc. tract. de cit. artic. 5. quæst. 17. fall. 1. num. 25. Amod. tract. de synd. in verbo. olim potestatem dictæ ciuitatis. sub num. 42. item Patricius, Quæstor, Senatores magni, Comes donationum, & multi alij, quorum nomina hodie recesserunt ab aula, & de quibus agit Spec. tit. de iurisd. omn. iud. sub num. 2. 3. 4. 5. & 7. dicens, quòd illi omnes habent merum imperium, & hodie inter maiores magistratus dicentur Potestates terrarum, & locorum, vt notauit Par. de Put. tract. de synd. in verbo. officialis durante officio. sub num. 11. quod est etiam de mente Speculatoris d. tit. de iurisd. omn. iud. num. 7. in fine. dum inquit. *ergo potestates ciuitatum nostri temporis mutilantes membra, & capita amputantes vsurpant sibi merum imperium secundum Ros.*

1006 Minores magistratus dicuntur, qui simplicem habent iurisdictionem Abb. in cap. legebatur. sub num. 3. ibi. aut delinquunt. & Fely. num. 3. ibi. excipiuntur. de maior. & obed. & sub istis minoribus magistratibus compręhenduntur defensores ciuitatum, & magistratus municipales; item iudices pedanei, & fortè etiam duumuiri: item rationalis, de quibus loquuntur Specul. d. tit. de iurisd. omn. iud. num. 6. & 7. & Vant. tract. null. rub. de null. ex defect. iurisd. num. 34. & seqq.

Sed coram quo conueniantur minores magistratus retuli supra num. 1004. in fine ex Amod. qui scribit

1007 conueniri coram ordinario: † sed maiores magistratus conueniuntur coram delegato Principis secundum Par. de Put. tract. de synd. in verbo. officialis durante officio. sub. num. 5. fol. 263. & hæc circa primam speciem impedimenti.

SPECIES II.

Impedimentum necessarium, sed improbabile non excusat citatum, si non compareat.

In secunda specie: quando impedimentum est necessarium, sed improbabile, seu ex causa improbabili: concludo, tali impedimento detentum posse validè citari, & citatum debere comparere, vel mittere procuratorem argumento textus in l. papinianus. ff. de minor. 25. ann. & in l. sed & si per prætorem, §. 1. ff. ex quib. caus. maior. & in cap. 1. qui matr. accus. poss. & cap. perlatum. qui fil. sint legit. & scribunt Bar. in l. 2. §. si quis in iudicio, sub num. 2. ibi. & tunc aut illa causa. ff. si quis caution. in l. 1. sub nu. 4. ibi. aut est impedimentum necessarium sed non probabile. ff. de diuers. & tempor. præscrip. Ant. de Butr. in c. querelam. sub num. 8. ibi, si est impedimentum. de procur. & in cap. cum dilecti. sub nu. 26. ibi, si impedimentum est necessarium sed non probabile. de dol. & contum. & ibidem Abb. sub num. 13. vers. si vero est impedimentum. Mar. Socc. tract. de citat. art. 5. sub num. 50. vers. aut impedimentum. Foller. in pract. crim. in verbo, vel eos verbaliter citari faciat, sub num. 30. ibi, secundo casu. & Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 34.
1009 in principio, circa medium, † & ratio huius conclusionis est, quia culpa propria non debet prodesse. Socc. & Clar. vbi supra, qui dicit non esse supersedendum in processu contra bannitum, sed posse procedi ad vlteriora, non obstante tali absentia, cum ex cul-
1010 pa sua processerit; † & aduerte, quòd tantum est dicere ex causa improbabili, seu non probabili, quantum est dicere ex causa iniusta, vt patet ex iuribus supra citatis, & ex exemplo, posito infra, & videtur aperuisse Bar. supra citatus, dum in dicto §. si quis in iudicio. dicit. *aut illa causa est iniusta*. & in d. l. 1. sub num. 3. dicit. *aut est impedimentum necessarium, sed non probabile*.

Exul, relegatus, & bannitus possunt conueniri, citari, & tenentur comparere.

1011 EXEMPLIFICA istam conclusionem in eo, qui propter culpam suam exulat ad tempus, vel est relegatus; seu bannitus ad tempus licet breue, de quibus loquuntur Mar. Socc. & Foll. & de eo, qui exulat Abb. in locis proximè citatis.

Et quòd bannitus possit conueniri, & citari, scribunt Bar. in l. adulter. ff. ad l. iul. de adult. Alex. cons. 72. visis & diligenter. nu. 4. lib. 2. & Surd. tract. de alimen. tit. 7. q. 13. sub nu. 7. 8. & 9. & hæc est communis * opinio in bannito.
1012 AMPLIA I. istam communem opinionem, vt tunc præcipuè sit vera, quando citaretur ad locum, à quo non est bannitus; quia tunc bannum non esset ei impedimento, quominus comparere posset tàm per se ipsum, quàm per procuratorem; & ita pro indubitato videntur supposuisse Mar. Socc. tract. de
1013 cit. art. 5. quæst. 26. num. 48. † & Nell. tract. de bann. 1. par. 1. temp. sub num. 3. vers. aduertendum. fol. 358. dicens, quòd bannitus in loco maleficij, puta Bononiæ, potest inquiri, & banniri etiam in loco originis; puta Florentiæ; subdens non posse obstare defectum citationis; quia potuit ibi citari, & banniri; sic quoque dicemus, quòd senserit Iacob. de Beluis. quem referunt, & sequuntur Alber. de Ros. tract. de statut. par. vlt. quæst. 81. quæro etiam. fol. 81. Nell. de S. Gem. vbi supra, & communiter * cæteri Doctor. dum determinat præfatam quæst. quòd bannitus in loco maleficij possit iterum inquiri, & puniri in loco originis: nam necesse est, quòd
1014 potuerit citari: † pro hac eadem ampliatione facit quod refert, & sequitur Nell. de S. Gemin. tract. de bann. d. 1. par. 1. temp. quæst. 4. num. 4. fol. 358. dicens, quòd si Florentinus bannitus de Lucca offendit postea Lucanum in districtu Lucano, & reperitur Senis, potest, inquit, Senis accusari, conueniri, & banniri.
1015 EXTENDE istam ampliationem, vt habeat locum etiam si citaretur ad comparendum personaliter, seu in causa criminali, in qua non admitteretur procurator.
1016 AMPLIA II. vt procedat etiam si citaretur ad locum, à quo est bannitus, quia adhuc teneretur comparere per se ipsum, habito saluo conducto, vt dixi infra num. 1774. vel per procuratorem, vt dixi infra num. 1044. ibi. & consequenter. & quòd bannitus possit conueniri etiam in loco, à quo est bannitus, testatur Bar. in l. adulter. num. 1. ff. ad l. iul. de adult.
1017 EXTENDE I. istam secundam ampliationem, vt tunc præcipuè sit vera, quando bannitus haberet procuratorem in loco, ad quem citatur, Alex. dicto consil. 72. num. 4. lib. 2. vt puta, quia à principio illum dimisisset, sicut loquitur Glos. in l. papinianus. in verbo. per procuratorem. ff. de minor. 25. ann.
1018 EXTENDE II. vt procedat, etiam si procuratorem non haberet; quia posset illum constituere:
1019 † nam quòd bannitus possit constituere procuratorem non habet dubium, teste Alber. de Ros. tract. de statut. lib. vltimo. quæst. 13. num. 7. fol. 67. & pro indubitato videtur supposuisse Nell. de S. Gemin. tract. de bann. 1. par. 1. temp. sub num. 3. vers. si verò commisit. fol. 358. dicens, quòd si causa, pro qua citatur bannitus, est talis, in qua potest interuenire procurator, potest, inquit, illum mittere, & probatur ex textu in d. l. papinianus. ff. de minor. 25. ann. vbi exul non excusatur propter absentiam, quia poterat adire præsidem per procuratorem, quem etiam absentem potuisset constituere, vt notat ibi Glos. in verbo. per procuratorem.
1020 Nec obstat, si dicas, quòd bannitus æquiparatur deportato, sicque habetur pro mortuo, & consequenter, quòd non potest constituere procuratorem ad tradita per Spec. tit. de procuratore. §. ratione quoque constituentis. num. 1. quia resp. quòd ista oppositio procedit solum in casu, de quo egi infra num. 1850. vers. capio. & num. seqq. ad eum.

EXTENDE III. vt procedat etiam in his duobus casibus.

Primus est quando ex forma statuti loci, seu ex forma banni imponitur pœna loquentibus cum bannito, seu aliter illi auxiliũ, fauorẽ, & consiliũ præstantibus iuxta vulgatam formam banniendi, quam posuit etiam Foller. in pract. crim. in verbo. bannientur. nu. 4.

Secundus est, quando extaret lex vniuersalis, quæ imponeret pœnam loquentibus cum bannito; quia nihilominus vtroque casu posset bannitus citari.

IN PRIMO casu: quando scilicet ex forma banni, vel statuti est prohibitum loqui cum bannito,
1021 seu ei consilium dare: probatur hæc extensio, † quia bannum, seu statutum non extendit vires suas vltra territorium bannientis, seu statuentis secundum communem * opinionem, quam refert, & sequitur Put. decis. 351. dubitaui 20. octobr. num. 1. in fine. & num. 2. lib. 1. & Rot. diuers. decis. 304. num. 2. par. 1. & probatur ex congestis per Crauet. consi. 30. num. 3. lib. 1. vbi loquitur promiscue de statuto, & de consuetudine. & consequenter bannitus isto primo casu potest existens extra territorium loqui, & rogare notarium, & testes, & coram eis constituere procuratorem, eique deinde mandati copiam transmittere; qui, mandati onus acceptando, & recipiendo, & scribendo literas, non incidit in pœnam banni, seu statuti contra loquentes cum bannito, & illi consilium, aut fauorem dantes;
1022 † tum quia statutum, prohibens loquutionem cum bannitis, non habet locum in scribentibus literas bannito secundum comm. * opin. quam refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 82. stat. 2. vers. quæro si statutum, licet in praxi non seruetur: tum quia statutum

tum, prohibens, ne bannito detur conſilium &c. non habet locum in Aduocatis, & procuratoribus ſecundum ea, quæ ſcripſi infra num. 1038.

IN SECVNDO caſu; præſuppoſita ſcilicet lege vniuerſali, ſeu præſuppoſito, quòd illud bannum, ſeu
1023 ſtatutum extenderet vires ſuas vbiquè, ✝ (vt puta, quia ſit bannitus imperialis, qui dicitur bannitus vbiq; terrarum in imperio propter vniuerſalem Cæſaris iuriſdictionem, vt notat Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 6. nu. 14. ſeu quia omnia loca mundi eſſent confæderata) probatur eadem extenſio duplici argumento.
1024 PRIMO, quia lex, prohibens, ne quiſpiam loquatur cum excommunicato, aut ei conſulat ſub pœna ſimilis excommunicationis, ſicut prohibet textus in cap. cum excommunicato. 11. q. 3. & in cap. nuper. de ſent. excommun. & ſcribunt Lanfr. de Orian. tract. de arbitr. par. 2. ſub num. 21. & fortius prohibet textus in cap. excommunicatos. d. 11. q. 3. & in cap. omnis qui recedit. 24. quæſt. 1. qui nec, aue, ei dici permittit, non habet locum in perſonis neceſſarijs ad defenſionem cauſæ ex parte rei, quia illæ poſſunt loqui, & conſulere; & ceſſant legum prohibitiones, & actus alias inhibiti reſeruantur, cum quis petit admitti ad ſui defenſionem, ſicut ex Old. refert, & ſequitur Alb. de Roſ. tract. de ſtat. lib. vlt. q. 39. ſub n. 3. fol. 73. vnde quilibet poteſt aſſumere officium procurationis ad defendendum excommunicatum; vt ſcribunt Io. Andr. in cap. intelleximus. ſub nu. 3. & Abb. nu. 7. de iudic. moti ex textu in cap. cum voluntate. de ſent. excommun. &, quòd excommunicatus poſſit conſtituere procuratorem ad defendendum, ſcribit Io. Andr. vbi ſupra. & in reg. dolo facit. ſub nu. 6. de reg. iur. in 6. dicens etiam, quòd licitè exercet omnes actus iudiciales, qui defenſionem reſpiciunt. & hanc concluſionem, quòd excommunicatus conuentus poſſit conſtituere procuratorem abſq; periculo communionis refert etiam, & ſequitur ex Abb. Decius d. cap. intelleximus. nu. 47. & quia defenſio eſt naturalis, quæ nec Diabolo denegaretur, ſi compareret in iudicio iuxta ea, quę ſcripſi lib. præced. cap. 88. ſub num. 2. ideo ambigendum non eſt, loquutionem permiſſam eſſe cum perſonis, quæ ſunt neceſſariæ ad defenſionem cauſæ: faciunt quæ ſcripſi infra nu. 1802. vbi ſcripſi, quòd excommunicatus poteſt ſtare in iudicio, tanquam reus neceſſarius.
1025 ADVERTE, quia, dum dico, prohibitam eſſe conuerſationem, & locutionem cum excommunicato; intelligo de excommunicato excommunicatione maiori, vt aduertunt Io. Andr. d. cap. intelleximus. ſub num. 1. de iudic. Arch. in cap. 1. ſub num. 1. de ſent. excomm. in 6. & non de excommunicato excommunicatione minori, quæ non ſeparat ab hominum communione, ſed ſolum à participatione ſacramentorum; vt ſcribunt Arch. vbi ſupra, & Abb. d. cap.
1026 intelleximus. ſub num. 4. de iudic. ✝ imò excommunicatio minor non repellit ab agendo. Arch. in cap. 1.
1027 nu. 7. de except. in 6. ✝ & intelligo etiam de excommunicato publicato, vt declarat Lanfr. de Orian. d. par. 2. ſub nu. 21. fol. mihi 210. & ſentiunt apertè Io. Adr. d. cap. intelleximus. ſub num. 1. dicens, quòd excommunicatus occultus poteſt eſſe in iudicio. & Fr. Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 67. art. 1. contro-
✾ uerſ. 3. concl. 2. fol. 421. dicens ex communi * opinione, quòd excommunicatus occultus non eſt ſuſpenſus, neque priuatus offitio, & ideo poteſt iudicare & exercere iuriſdictionem; quam communem opinionem pluribus comprobat argumentis.
1028 SECVNDO, quia præfata lex prohibitiua non habet locum inter patrem, & filium, ſimileſque perſonas, inter quas licita eſt communicatio, & loquutio, quamuis altera earum ſit excommunicata, vt probatur ex textu in cap. quoniam multos. 11. q. 3. & ſcribunt Io. Andr. dicto cap. intelleximus. num. 3. & Abb. ſub num. 6. de iudic. & Rol. à Vall. conſ. 45. viſa inquiſitione. num. 49. lib. 1. imo quædam perſonę, ſicut ſunt vxor, & filij non ſolum poſſunt, ſed etiam tenentur communicare cum excommunicato cap. inter alia. de ſent. excomm. & notat Rol. à Vall. d. conſ. 45. num. 50.

Ergo; ſicut lex non impedit conſtitutionem procuratoris; & loquutionem cum excommunicato, volente ſe defendere, & maximè ſi loquatur, & conſilium capiat ab agnatis; ita nec ſtatutum, ſeu bannum impedit loquutionem cum bannito, volente ſe defendere, cum valeat argumentum à bannito ad excommunicatum, & è conuerſo; exquò excommunicatus, & bannitus æquiparantur, vt refert, & ſequitur Odd. tract. de reſtit. in integr. queſt. 7. num. 3. & argumentando tradit Bar. q. 1. incip. lucanæ ciuitatis. nu. 6. dicens. *excommunicatus æquiparatur deportato: & exbanniti deportatis: ergo exbannitus excommunicato*: quamuis non æquiparentur in omnibus, teſte eod. Bar. ibidem ſub nu. 17. & faciunt pro iſta æquiparatione ea, quæ ſcripſi lib. præced. cap. 97. ſub nu. 66. & in proprijs terminis ſentit Alber. de Roſ. tract. de ſtat. lib. vlt. q. 32. nu. 4. fol. 71.
1029 CONFIRMATVR iſtud ſecundum argumentum, quia ſtatutum pœnale de non præſtandis alimentis bannito non habet locum in patre, alijſque perſonis, quæ ex debito naturæ tenerentur ad alimenta Socc. Iun. conſ. 54. per totum. lib. 3. dicens, quòd & ſi verba ſtatuti ſint generalia, puta; *che niuna perſona di qual ſi voglia ſtato, grado, ò, conditione ſi ſia poſſa in modo alcuno ſotto qual ſi voglia preteſto, ò colore dare aiuto, ò, ſoſſidio con parole, ò fatti à qual ſi voglia bandito*: tamen, inquit, ſunt fortè reſtringenda, ne compræhendant patrem: idem tenuerunt Beninc. tract. de pauper. q. 8. ſpeciali 2. nu. 7. fol. 148. Aſc. Clement. tract. de patr. poteſt. cap. 6. effec. 17. num. 10. fol. 121. Duen. & Cæph. quos refert, & ſequitur Surd. tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 3. nu. 8. & ſeqq. & probatur ex traditis per Nell. tract. de bann. 1. par. 2. temp. quæſt. 48. ſub num. 48. fol. 370. vbi habes pro, & contra, & reſponſionem ad contrarium;
1030 & latius per Surd. vbi ſupra. ✝ & hinc quoque eſt, quòd ſtatutum, permittens, bannitum poſſe impunè occidi, non extenditur, vt filius bannitus poſſit occidi à patre. Surd. d. q. 3. num. 8. in fine. & num. 9. & è contra non extenditur, vt pater bannitus poſſit occidi à filio, quicquid dixerit in contrarium communis opinio, quam vti plenam crudelitatis, & impietatis reſpuit Clar. lib. 5. §. homicidium. verſ. ſed hic quæro. & ibi Addition. & eum ſequi videtur Gail. in tract. de pac. publ. lib. 2. cap. 10. nu. 23. in fine. & nu. 24.

CONTRA ſecundum argumentum, eiuſquè confirmationem adducuntur multa.
1031 PRIMVM, quia conſanguineus, receptans conſanguineum latronem, eſt puniendus ſaltem aliqua mitiori pœna, & non omnino abſoluendus l. fin. ff. de recept. *eos, apud quos adfinis, vel cognatus latro conſeruatus eſt, neque abſoluendos, neq; ſeuerè admodum puniendos: non enim par eſt eorum delictum, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt*. pulchrè Vitall. tract. de malef. rub. de fur. latron. & robat. num. 30. & Iodoc. in pract. crim. cap. 134. num. 4.
1032 SECVNDVM, quia filius, receptans patrem, ſeu vxor maritum hæreticos, ſunt ſaltem aliqua pœna puniendi ſecundum Alber. de Roſ. tract. de ſtat. par. 3. q. 7. num. 2. fol. mihi 67. Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 3. tit. de pluribus & varijs quæſt. q. 5. ſub num. 3. fol. 86. Simanc. de cath. inſtit. tit. 15. num. 21. & Pegn. ad direct. Eymer. par. 3. comm. 81. verſ. ſed zanchinus.
1033 TERTIVM, quia de iure communi receptans bannitum conſanguineum non dimittitur impunitus, ſed punitur mitiori pœna argumento d. l. fin. ff. de recept. & ſcribunt Alber. de Roſ. & Gig. in locis citatis ſupra num. præced. Gloſ. in cap. fælicis. in verbo. receptauerit. in fine. de pœn. in 6. & ibi Io. Monach. n. 3. Fely. in cap. literas. ſub num. 20. de præſumpt. & in cap. cum quidam. num. 11. de iureiur. Gand. tract. de malef. rub. de fur. & latron. ſub nu. 14. Alex. conſ. 144. poſt redditum. nu. 10. lib. 2. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 348. num. 12. pulchrè Gail. de pac. pub. lib. 2. cap. 10. num. 19. 25. & 27. vbi etiam loquitur de receptante bannitum amicum, & hos diximus lib. præcedenti cap. 46. nu. 29. circa finem
✾ principij. & de communi * opinione teſtatur Farin. in qq. crimin. lib. 1. quæſt. 30. n. 99. in fine, & 100. quæ

opinio secundum Rol. à Vall. cons. 45. visa inquisitione. sub num. 65. lib. 1. procedit etiam in bannito, qui ex forma statuti potest impunè occidi.

1034 NOTA obiter ampliatiuè circa istud tertium argumentum, quòd hæc mitior pœna habet locum, & cessat ordinaria etiamsi statutum imponeret simpliciter certam pœnam contra receptatores delinquentium, prout imponit statutum Abbatiæ Sublacensis lib. 3. cap. 31. quod receptatores homicidarum, adulterorum, & aliorum delinquentium, de quibus in eo, punit pœna 50. librarum: nam in receptatoribus consanguineis esset adhuc mitiganda illa pœna, quia satis est, quòd statutum operetur moderando arbitrium iudicis, ne possit illam pœnam excedere, nec minuere in non consanguineis receptantibus: vnde in reliquis debet attendi dispositio iuris cõmunis, quia statutum debet intelligi, quò minus lædatur ius commune, vt dixi c. præced. nu. 410. Et aduerte, ne erres: quia tàm relatam communem opinionem, quàm præfatum statutum intelligimus in simplici receptatione, alias, si essent participes delicti, punirentur pœna delicti, siuè sint consanguinei, siuè non.

1035 QVARTVM quia constitutio Sixti V. contra homicidas &c. edita anno 1585. cal. Iulij. in §. neque receptatores. quam citauimus etiam lib. præcedenti cap. 97. sub num. 180. mandat puniri receptatores bannitorum etiam si sint agnati, seu consanguinei in primo gradu, nulla habita ratione, seu excusatione agnationis, quia, vt inquit, præferendum est publicum beneficium priuatæ necessitudini.

Ergo ex his quatuor patet, quòd lex, puniens loquelam, & communionem cum bannito, habet locum etiam inter sanguine coniunctos in primo gradu, quamuis in eis temperatè locum habeat.

1036 HIS non obstantibus, tàm ipsa tertia extensio, quam secundũ argumentum, adductũ pro ea remanent adhuc in suo robore: nam sicut filijs, vxori, alijsque familiaribus seruientibus permittitur, vt possint communicare patri, marito, & domino excommunicatis eo, quòd, remanentibus ipsis adhuc sub potestate eorum, & cohabitantibus sub eodem tecto, impossibile quasi esset, vt simul non communicarent, vt innuit textus notabilis in dicto cap. quoniam multos. 11. quæst. 3. & in cap. inter alia. de sent. excom. quos citauimus in secundo argumento; ita etiam, & multò magis dicendum est in casu, de quo agimus; cum sit impossibile, vt bannitus possit se defendere, nisi procuratoribus, & aduocatis liceat impunè cum eo loqui, & consulere: non enim alias reperiretur notarius, qui vellet ab eo acta recipere, nec reperiretur procurator, qui pro eo vellet comparere, prout aduertit etiam Abb. in cap. intelleximus. num. 6. de iudic.

Cum igitur bannitus sit citandus, in necessariam consequentiam erit idem audiendus, & admittendus ad se defendendum; sed frustra admitteretur ad se defendendum, denegata communicatione, habenda cum personis necessarijs ad defensionem.

1037 AD adducta in contrarium contra secundum argumentum de receptatione respondeo, ea omnia esse verissima, sed dico, quòd in illis non militat ista ratio: nam quando lex, statutum, seu bannum expellit bannitos, eos ita expellit, vt nullam relinquat, seu excitet occasionem, vel causam receptandi eos, nec in consequentiam, nec in non consequentiam; prout excitat, seu relinquit; non dicam occasionem, sed necessitatem loquendi, & communicandi cum eis, postquàm permittit, eos posse citari ad se defendendum.

1038 Et in proprijs terminis; quòd statutum de non præstando auxilium bannito non comprehendat aduocatos, & procuratores, patrocinantes pro bannito; est opinio communis, * quam refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 82. stat. 2. vers. quæro nunquid.

1039 Et quòd statutum de non præstando auxilium, & consilium bannito sub certa pœna debeat intelligi solum de consilio, & auxilio extraiudiciali, & non de iudiciali, tenuit disputando Alber. de Ros. tract. de stat. lib. 4. quæst. 32. per totam. fol. 71.

1040 Et consequenter, cum bannito remaneat facultas loquendi, & comparendi per procuratorem; potest validè citari; cum ad validitatem citationis, & processus satis sit, quòd citatus possit comparere per procuratorem casu, quo propter suam culpam non posset comparere personaliter iuxta ea, quæ in nostris terminis scribunt Bal. super fœud. tit. de pac. constant. in verbo. sententiæ quoque. sub num. 1. dicens, quòd licet isti exitij non possint comparere per se, tamen inquit, si poterunt comparere per procuratorem, citatio arctat eos. & Boss. qui eum refert, & sequitur tract. crim. tit. de citat. sub num. 40. Alber. de Ros. tract. de stat. lib. vlt. q. 39. sub num. 15. ibi. aut iste. fol. 73. dicens, quòd; si bannitus accusetur de crimine, pro quo debetur pœna relegationis, vel infra, vel ciuiliter conuenitur; licentia, hoc est, saluus conductus necessarius non est; quia potest se defendere per procuratorem; & faciunt ea, quæ, loquendo de citatione contra carceratum, scripsi supra num. 937. & 947. & infra num. ... & satis probari potest ex textu in l. papinianus. ff. de minor. 25. ann. vbi paria reputantur; quòd quis possit comparere per se, vel per procuratorem; & pro ista consequentia adduci possunt etiam textus, item Bar. Butr. Abb. & alij, quos retuli, & sequutus sum supra num. 1008.

1041 RESTRINGE ampliationem, positam supra num. 1016. vt non sit vera quando quis esset bannitus propter odia, & partialitates, quia tunc nec per se, nec per procuratorem tenetur comparere, Ias. qui alios allegat, in l. 2. §. si quis in iudicio. sub num. 9. ff. si quis caution. & quòd ipse non teneatur comparere, scripsi etiam infra num. 1775. ibi. vetumtamen.

1042 ILLVD obiter aduertendum censeo, quòd licet vxor non possit omnino impunè receptare maritum hæreticum iuxta ea, quæ scripsi supra num. 1032. tamen, si receptaret maritum bannitum ex alio delicto, quantumuis graui, crederem, eam non posse puniri; quia quos Deus coniunxit, homo non separat; & quòd vxor receptans maritum bannitum non puniatur pæna statuti contra receptatores bannitorum, refert Surd. tract. de alimen. tit. 7. quæst. 26. num. 11. imò improbè faceret vxor, quæ illum eijceret. Gail. tract. de pac. pub. lib. 2. cap. 10. num. 16. & seqq.

Nec obstat, si diceres, quòd sicut iudex, qui iustè condemnat maritum ad mortem, exequendo deinde sententiam, separat coniuges, & dissoluit matrimonium, quia mors omnia soluit. §. deinceps. Auth. de nupt. sic etiam debet posse separare, mediante banno: quia resp. id esse; quia non possunt hæc simul stare: quòd quis moriatur, & non separetur, ac dissoluatur matrimonium: sed hæc possunt simul stare: quòd quis sit bannitus, & non sit separatus ab eius vxore: vnde, si possibile foret, quòd condemnatus ad mortem non separaretur, dicerem, quòd non separaretur; & sic remanet firma conclusio, quòd vxor receptans maritum bannitum, seu aliter delinquentem non punitur, hancq; conclusionem arbitror veram etiam in terminis constitutionis Sixti V. contra homicidas, quam citaui supra num. 1035.

1043 EXTENDE IIII. eandem secundam ampliationem, positam supra num. 1016. vt habeat locum, etiam si bona banniti esset confiscata; quia nihilominus

1044 nus validè citaretur; † & ratio est, quia, cum bannum sit impedimentum, proueniens ex causa improbabili, non æstimatur impedimentum legitimum, & consequenter bannitus citatus tenetur comparere, vel mittere procuratorem, vt argumento textus in l. papinianus. ff. de minor. 25. ann. & eorum, quæ scribunt Bal. Alber. & alij, quos citaui, & sequutus sum supra num. 1040. firmaui ibidem. & publicatio, seu confiscatio bonorum non inhabilitat personam banniti, & consequenter non obstat citationi iuxta ea, quæ scripsi infra num. ...

Dispo-

Deportati, banniti, hi, quorum bona ſunt confiſcata, & excommunicati an poſsint citari & conueniri.

Contra iſtam extenſionem adducuntur iſta argumẽ
ta,vt ipſa extenſio firmior remaneat.

1045 Primum argumentum.Deportati non poſſunt con-
ueniri l.2.ibi.*neque poſſunt hi penitus conueniri:dabitur
planè actio in eos,ad quos bona eorum peruenerunt*.ff.de
capit.dimin.& ſcribit Ant.de Butr. in cap. intellexi-
1046 mus.num. 14. de iudic. † & ratio eſt, quia deportati
habentur pro mortuis l.1.§.vltimo.ff.de bon.poſſ. cót.
tabul.l.ſi necem domini.ibi.nec impedimento.ff. de
bon.libert.& §.1.Inſtit.quib.mod.iuſ.patr.poteſt.ſolu.
Ant.de Butr.vbi ſupra,dicens,quòd ſunt mortui iuriſ-
dictione.Alex.conſ. 23, opportunè conſideratis. num.
9.lib.1.Iaſ.in l.1.ſub nu.1. C.de hæret.inſtit.Aſc.Clẽ.
tract.de patr.poteſt.cap.vlt.nu.14.fol.124. Gail. trac.
de pac.publ.lib.2.c.1.ſub num.17.& 18.Odd. tract. de
reſt.in integr.q.97. nu.27.& Surd.tract.de alimen.tit.
7.q.39.nnm.3.& tit.8.priuil. 7. num.9.

1047 Sed banniti noſtri temporis, qui ſcilicet amittunt
ciuitatem,& perdunt bona, æquiparantur deportatis
Glo.in.§.relegati.in verbo.retinent.in fine.Inſtit.quib.
mod.ius patr.poteſt.ſolu.Alex.d.conſ.23. num. 9. lib.
1.Lanfr.de Orian.tract.de arbitr.par.2.nu.22.fol. 210.
Corn.conſ.55.reperio me.num.13.& 14. lib. 2. Blanc.
tract.de compromiſſ.q.2.ſub nu.15.fol.147.Petr. tract.
✲ de fideicommiſſ.q.3. num. 15. & de communi * ſentit
Aſcan.Clem.tract.de patr.poteſt.cap.vlt.num.13.fol.
✲ 124. & de cõmuni opinione in materia indifferenti te
ſtatur Odd.tract.de reſt.integr. q. 7. nu. 11. in fine. &
12.Igitur banniti noſtri tẽporis non poſſunt cõueniri;
ſed quæ contra iſtam æquiparationem poſſes adduce-
re habes infra num.1780.

Ex iſta æquiparatione conſulebam diebus preteri-
tis ſuper iſto paſſu. A pater inſtituit hæredes. N. & B.
ſuos filios;qui B.habebat C.& D.filios;poſtea,viuente
adhuc dicto A; fuit bannitus,& condẽnatus ad mortẽ
dictus B.deinde moritur A,non mutato teſtamento,&
ſuperſtitibus C.& D.nepotibus;N. prætendit totã hæ-
reditatem per ius accreſcẽdi; Fiſcus ab alia parte pre-
tendit hæreditatem ex perſona dicti B. condemnati
cum confiſcatione bonorum. C. & D. nepotes oppo-
nunt,& prætendunt rumpere teſtamentum, & ſucce-
dere ab inteſtato: conſului pro dictis filijs C. & D.
1048 quia bannitus æquiparatur deportato,vt dixi,† & de-
portatus deſinit eſſe in poteſtate patris §. cum autem.
1049 ibi.pari ratione.Inſtit.quib.mod.ius patr.potes.ſolu.†
& quando filius moritur,ſeu qualibet alia ratione exit
de poteſtate patris,tunc nepos, neptiſue incipit in
eius locum ſuccedere,& eo modo iura ſuorum hære-
dum quaſi adgnatione nanciſcuntur, vnde teſtator de-
bet eos inſtituere,vel exheredare,ne alias rumpant te
ſtamentum.§.poſt humorum.Inſtit.de exhære.liber.

Secundum argumentum. Qui habentur pro mortuis
non poſſunt conueniri ſecundum ea, quæ dixi in ma-
iori propoſitione primi argumenti.

1050 Sed banniti habentur pro mortuis,ſeu defunctis,vt
loquitur Bal.in l.amiſſione. §. qui deficiunt. in fine.
ff. de capit. diminut. & in l. tàm mandatori. num.
2.C.non num.pecun.dicens,quòd habentur pro mor-
tuis: quia, ademptis bonis, nudi exulant.Alex. conſ.
23.ſub num.9.lib.1.& Aſc.Clem.tract.de patr. poteſt.
cap.vlt.num.14.fol.124.dicens,quòd banniti noſtri tẽ-
poris dicuntur mortui ciuiliter,ſicut deportati. Igitur
non poſſunt conueniri.

1051 Tertium.Hi,quorum bona ſunt publicata,ſeu con-
fiſcata,non poſſunt conueniri; ſed datur actio contra
eos,ad quos bona eorum peruenerunt.l.2. ff. de capit.
diminut. & ideo banniti, ſequuta confiſcatione bono-
rum,ſunt liberati à ſuis creditoribus,qui eos de cætero
moleſtare non poſſunt;licet eis debitum ſolutum non
ſit,Bar.in l.inter eos.§.fin.in fine,ff.de fideius. & man-
dat. & in l. tutelas.§.itẽ cũ ciuitas.in fine principij. ff.
de cap. diminut. dicẽs,quòd ille,qui ciuitatem amiſit,
perdendo omnia ſua bona,eximitur ab omni obliga-
tione.Dec.conſ.25.pro tenui facultate.ſub num.1.ibi,
& certum eſt.lib.1.Io.de Amic.conſ.68.num.2.Farin.
in qq.crim.lib.1.q.25.nu.177.& 178. & Surd. tract.de
1052 alim. tit.8. priuileg. 59.num.9.in fine.& 10. † & quod
dico de cætero,procedit etiam ſi banniti eſſent reſti-
tuti, & aggratiati de delicto cum reſtitutione aliquo-
rum bonorum ſine nomine quote, quia adhuc à ſuis
creditoribus moleſtari non poſſent l. ſi debitor. & l.
ſeq.C.de ſent.paſs. & ſcribunt poſt alios Odd. de reſt.
in integr. quæſt.97.art.2.num.11.& 13.& Farin. in qq.
1053 crim. d.quæſt.25.num. 179.& ſub num.180.† & rat.
quare,ſequuta confiſcatione bonorum,ſint liberati,eſt
quia in fiſcum tranſeunt bona cum ſuo onere l. ſi ma-
rito.ff.ſolut.matr.& ibi Bar.Bal.Angel. Paul. de Caſtr.
Alex.& alij,& totus mundus,vt ait Io.de Amic.vbi ſu
pra.l.cũ fiſco.ff. ad ſenatuſc.ſillan.vbi legatarijs datur
actio contra fiſcum,cui caduca bona defuncti propter
inultam mortem adiudicata ſunt. Lauden. tract. de
fiſc.q.228.& Nell.tract.de bann.1.par.2.temp.q.& nu.
46.fol.370.qui ſcribunt, quòd bannitus, cuius bona
1054 tranſierunt in fiſcum,non poteſt collectari. † & tran-
ſeunt non ſolum bona,vt dictum eſt,ſed tranſeunt etiã
iura actiuè,& paſſiuè,vt ſcribunt Surd.tract.de alimẽ.
d. tit.8.priuileg.59.num.6.& 22.& Farinac. in qq. cri-
min. d. qu. 25. ſub num.169.dicens, in eum tranſire
omnes actiones actiuè,& paſſiuè.& quod in fiſcum
tranſeant omnes obligationes,ſequuta confiſcatione,
✲ eſt opinio cõmunis, * quã refert,& ſequitur Clar.lib.
5.recept.ſent.q.78.verſ.item in fiſcum.ex Calcan.cõſ.
66.num.4.& ex Clar.refert,& ſequitur Becc.conſ.57.
ſub num.5.& ex vtroquè Surd.d.priuileg.59.num.9.li-
cet ſub diuerſus terminis.&, quòd in fiſcum tranſeãt,
& transfundãtur paſſiuè omnes obligationes debito-
ris principalis,cuius bona ſunt cõfiſcata,ſcribit Rom.
1055 conſ.93.viſis quæ ſuperius. num.3. † & ſentit Nicol.
Feſtas.tract.de æſtim.& collect.par.2.cap. 4. num. 34.
fol.180.dicens,fiſcum,qui fructus colligit ex re con-
fiſcata,obligari ad collectas,licet bannitus ſit allibra-
tus. & quòd in fiſcum tranſeat etiam actiuè, & paſſiuè
obligatio naturalis,tenuit Dyn, quẽ refert,& ſequitur
Bal.in l.tàm mandatori.ſub num.2.C.non num.pecun.
& ex Baldo Surd.d.priuileg. 59. ſub num. 10. & hanc
✲ eſſe communem * opin.teſtatur Imol.in l. ſi debitori.
in fine principij. ff. de fideius. quam refert,& ſequitur
Clar.d.q.78.verſ. item in fiſcum. & ſatis probatur ex
d.l. ſi debitori. vbi fideiuſſor non poteſt accedere pro
debitore deportato; & ratio eſt, vt dicit ibi Gloſ.quia
omnis obligatio tàm ciuilis, quàm naturalis translata
eſt in fiſcum,ſeu,vt dicit Bal.vbi ſupra, quia obligatio
naturalis non durat: nam ſi duraret, fideiuſſor poſſet
accedere:& quòd tranſeat in fiſcum obligatio natu-
ralis,patet ex eo,quòd ipſe tenetur alere filios patris,
cuius bona ſunt confiſcata,vt oſtendit Surd.tract.de
alimen.tit.1.q.31.num.1.& ſeqq.nam pater tenetur na
1056 turaliter alere filios. † & in tantum tranſeunt in fiſcũ
iſta iura,& obligationes, vt habeatur loco hæredis,
ſicut ex Gloſ.Bal.Rom.Becc.Surd.Crauet.& alijs retu
li lib. præced.cap.98.ſub num.13.& declaraui ibidem
num.18.

1057 Et licet ex liberatione banniti,ſequuta confiſcatio-
ne,non liberetur fideiuſſor banniti,tamen adhuc con
ſtat,quòd fiſcus ſtat loco hæredis, quia fideiuſſor non
poteſt conueniri,niſi excuſſo fiſco.Laud. tract. de fiſco
q.230.& Rom.qui ſic conſuluit conſ. 93. viſis quæ ſu-
perius.ſub num.3.vſquè ad num.6. vbi concluſiuè lo-
✲ quitur.&,quòd hæc ſit communis * & magis commu-
nis opinio,refert, & ſequitur Farin.d.q.25. num. 171.
in fine. & quòd non poſſit agi contra principales poſ-
ſeſſores expreſſa hypotheca, niſi prius ſit excuſſus fi-
ſcus ſuper bonis confiſcatis, ſcribit Bal.conſ.192.pro-
ponitur quòd.ſub num.5.verſ.tertia quæſtio.lib.2.

Sed nos præſupponimus,banniti bona eſſe confiſca-
ta.Igitur non poteſt conueniri.

Si non poteſt conueniri:ergo nec citari,quia prohi-
bito vno,omnia, quæ tẽdunt ad illud,cenſentur prohi-
bita l.oratio.ff.de ſpons.Rot.deciſ.5. alias 195.de con
ceſſ.præben.in nou.& Put.deciſ.7.num.3.lib. 3.& dixi
ſupra num.885.

Quartum argumentũ.Bannitus æquiparatur depor-
tato,vt ex Gloſ.Alex. Lanfr. & alijs retuli ſupra num.

1058 1047. † Deportatus æquiparatur excommunicato, seu è conuerso excommunicatus æquiparatur deportato, vt, disputando, argumentatur Bar. in q. 1. lucanæ ciuitatis. num. 6. & scribit Alber. de Ros. tract. de stat. lib. 4. q. 13. sub num. 21. fol. 68. & pro firmo ponit Rot. decis. 5. alias. 195. sub num. 1. ibi. item excommunicatus. de concess. præben. in nou. decis. 8. alias 126. num. 8. de sent. excom. in antiq. & Bisign decis. 4. nu. 2. eod. tit. ergo bannitus æquiparatur excommunicato.

Confirmatur ista æquiparatio; quia bannum, & excommunicatio regulariter à pari procedunt, vt ostendi lib. præced. cap. 97. sub num. 66. vbi dixi, quòd bannire in foro seculari est tanquam excommunicare
1059 in foro ecclesiastico; † quare sicut excommunicatio dicitur quasi extra communionem positio, vt scribit Abb. in rub. num. 4. de sent. excommun. & alio nomine vocatur acrimonia, vt in l. placet. C. de sacrosan. eccles. seu agrimonia, quasi à gremio matris ecclesiæ eijciat, seu arceat, vt scribunt Glos. in d. l. placet. in verbo. acrimonia. & Bal. in l. 1. sub num. 4. C. de hæred. instit.
1060 † & excommunicati hebraice dicebantur *aposynagoci*, idest, disgregati, seu deficientes à synagoga, vt ex Bud. in l. 2. ff. de pœn. refert, & sequitur Gail. tract. de
1061 pac. publ. lib. 2. cap. 1. num. 26. † & synagoga latinè significat congregationem fidelium, quam Christus dominus noster dictione græca vocauit ecclesiam, quæ fidelium conuocationem significat, vt recenset Mich. de Anin. tract. de vnitate ouilis. cap. 4. sub num. 5. &
1062 seqq. † sic quoquè bannum secundum Nic. de Matar. quem referunt Alber. tract. de stat. lib. 4. q. 1. num. 4. fol. mihi 65. & Nell. de S. Gemin. tract. de bann. 1. par. 2. temp. q. 3. sub num. 3. vers. vnde autem. fol. 365. dicitur à bando, seu banderia, idest paruo vexillo seu publico signo alicuius ciuitatis, seu alterius loci, quasi bânientes faciant ire extra banderiã, sumendo banderiã pro
1063 toto territorio, & statu, qui est sub illo vexillo; † & banniti alio nomine vocantur apolides, vt scribit Bal.
1064 in l. 1. nu. 19. C. de hæred. instit. † & apolides dicuntur hi, qui sunt sine ciuitate, vt scribunt Glos. in l. 1. in verbo. non soluitur. C. de repud. & apertè textus in l. quidam sunt. ff. de pæn. & ibi Glos. in verbo. apolides. notãs æthimologiam ab à, quod est sine, & polis, quod est ciuitas, quam æthimologiam refert etiam Alber. de Ros. tract. de statut. par. 4. q. 68. num. 2. fol. 76. vel dicas, quòd bannire dicitur à *baan*, quæ dictio germanica lingua significat *viam publicam*, seu *territorium*, vt scribit Gail. d. lib. 2. cap. 1. num. 12. & à verbo. *ire* quod nostra lingua significat, *andar via*, quasi bannientes faciant ire extra viam publicam, & territorium; verũ hæc æthymologia, vti desumpta mixtim ex lingua
1065 germanica, & latina, non placet. † &, quòd bannitus æquiparetur excommunicato, scribit Vant. tract. null. rub. de nullit. ex def. iurisd. deleg. num. 65. fol. 397. & habemus textum in cap. domino guerram. in principio. ibi. sed o, & g. tit. hic finitur lex deinde consuetudines regni incipiunt. lib. 2. foeud. fol. mihi. 187.
1066 Si bannitus æquiparatur excommunicato: addo: † excommunicatus in tantum repellitur à iudicio, vt cum eo omnis loquutio, & communio prohibita sit, cap. cum excommunicato. 11. q. 3. cap. nuper. de sent. excomm. & strictius cap. excommunicatos. d. 11. q. 3. & cap. omnis qui recedit. 24. q. 1. Ergo repellitur etiam bannitus.

RETENTA IIII. extensione posita supra num. 1043.

Respondetur istis argumentis: & primo ad vltimum dico, quòd patet solutio ex his, quæ pro solutione aliorum dixi supra num. 1036.

Ad 3. & 2. patet responsio ex his, quæ dicam in seq. resp. ad primum: nam etiam deportati habentur pro mortuis, & etiam eorum bona possunt publicari.

1067 AD PRIMVM ergo argumentum distinguo illam maiorem propositionem, in qua diximus, deportatum non posse conueniri; & considero in eo duo impedimenta.

PRIMVM est impedimentum deportationis.

SECVNDVM est impedimentum confiscationis.

IN PRIMO impedimento concludo, quòd, eo non obstante, deportatus potest citari, & conueniri, quia vel citatur pro causa, in qua admittitur procurator, & potest comparere per procuratorem, vt, loquendo de bannito, dixi supra num. 1008. & 1040. vers. & consequenter. quia ad validitatem citationis, vt ibi dixi, satis est, quòd citatus possit comparere per procuratorem: vel citatur ad comparendum personaliter, & tunc, habita licentia à principe, vt possit discedere à loco, in quo manet deportatus, debet similiter posse citari; &, si aliter diceremus, sequerentur duo absurda: primum, quia ex delicto sentiret commodum, quod non est dicendum iuxta ea, quæ scripsi infra nu. 1773. secundum, quia citatio prout respicit fauorem deportati conueniendi est de iure gentium, seu naturali clem. pastoralis. §. penultimo. de sent. & re iud. & ex Socc. Affl. & alijs retuli, & sequu-
1068 tus sum lib. præced. cap. 88. sub num. 2. † & deportatus non perdit ea, quæ sunt iuris gentium l. quidam sunt. ff. de pœn. l. si mandauero tibi. §. is cuius. ff. mand. Bal. Alex. Rot. & alij, quos retuli, & sequutus sum infra num. 1075. & multò minus perdit ea, quæ sunt iuris naturalis. l. ex facto. §. si quis rogatus. & ibi Glos. in verbo. liber factus. ff. ad senatusc. trebell. Bisign. decis. 4. num. 3. & 4. de sent. excom. & Rot. decis. 5. alias. 195.
1069 sub num. 1. de concess. præben. in nou. † imò retinet propterea etiam iura ciuilia, quæ sunt executiua iuris naturalis, sicut sunt alimenta, prout ex Bar. in l. si victum. num. 2. ff. de re iud. refert, & sequitur Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuileg. 7. num. 6. in fine & nu. 7. & si non posset citari videretur ea amisisse.

Nec obstat, si replicares, & diceres, causam quare deportatus non possit citari, esse, quia deportatus habetur pro mortuo, vt dixi supra num. 1046. & consequenter non potest habere legitimam personam standi in iudicio, sicut diximus de seruo infra nu. 1809. & 1838. vers. ad secundum.

1070 Nam resp. deportatum haberi pro mortuo solum quoad bona, quæ ipse deportatus habebat tempore deportationis & quæ confiscata sunt, quare in illis habet fiscum loco hæredis iuxta ea, quæ de bonis banniti confiscatis dixi supra num. 1051. & 1056. sed in bonis non confiscatis, seu acquisitis post confiscationem habetur pro viuo, & ideo potest agere, & conueniri, vt dixi infra num. 1074. secus est in seruo.

1071 IN SECVNDO impedimento; videlicet de impedimento confiscationis; rursus distinguo: aut obligatio, qua tenebatur deportatus, est transfusa in fiscum; & cócedo illam maiorem propositionem, quòd deportatus non possit conueniri pro illa obligatione; & ita procedant iura, & doctrinę in ea allegata: aut non est transfusa, sed remansit apud deportatum; & tunc nego illam propositionem, quia vera conclusio est, quòd poterit conueniri, & citari.

1072 EXEMPLIFICA istam conclusionem sequentibus quatuor casibus, quorum vltimum habebis infra num. 1097.

I. CASVS est, quando non sunt confiscata omnia bona, sed pars eorum, vt in casu l. si marito. ff. sol. matr. l. 1. C. de fideiuss. & mãdat. & l. 2. C. ad l. iul. de vi publ. cum similibus. nam pro bonis non confiscatis potest conueniri, quia in eis cessat causa, hoc est, successio, & consequenter transfusio obligationis in fiscum: & ita ante nos reperio declaratum esse à Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num. 177. & 178. & ante vtrumquè à Nicol. Festas. tract. de æstim. & collec. par. 2. cap. 4. nu. 35. fol. 180. vbi ait, bannitum, possidentem aliqua bona, conueniri pro illis ad collectas.

1073 II. CASVS est, quando agitur criminaliter, quia pro causa criminali nulla datur inhabilitas ex parte delinquentis; & ideo in delictis etiam serui obligantur l. serui. ff. de action. & oblig & notat Dec. in reg. in personam seruilem. num. 3. ff. de reg. iur.

1074 III. CASVS est, quando ageretur de iuribus, & obligationibus contractis post deportationem, quia pro illis posset conueniri secundum Ant. de Butr. in cap. intelleximus. sub nu. 14. de iudic. & apertius Bar. in l. tutelas. §. item cum ciuitas. sub num. 2. ff. de capit. diminut. qui sic formaliter respondet ad textum in d. l.

2. alle-

2.allegatum ex aduerſo in maiori propoſitione argu-
1075 mentis † ratio eſt, quia deportatus non perdit ea, quæ ſunt iuriſgentium. l. quidam ſunt. ff. de pœn. l. ſi mandaro. §. is cuius. ff. mand. Bar. in l. ſi victum. num. 1. ff. de re iud. Bal. in l. tàm mandatori. ſub num. 2. C. non num. pecun. Rot. deciſ. 5. alias 195. de conceſſ. præben. in nou. Alex. conſ. 75. viſis & diligenter. ſub num. 8. ibi. ſed iura. lib. 1. Iaſ. in l. 1. ſub num. 1. C. de hæred. inſtit. Neuiz. conſ. 73. ſub nu. 7. ibi. probatur quia. Surd. tra-
1076 ctat. de alimen. tit. 8. priuil. 7. ſub nu. 7. & 8. † & propterea poteſt vendere, emere, & contrahere, vt ſcribunt Gloſ. in d. l. quidam ſunt. in verbo. non habeant. in fine. ff. de pæn. & Arch. in cap. 1. ſub num. 4. de excep. in 6. & vendendo, emendo, & contrahendo naſcitur
1077 obligatio, † & ex obligatione, vti ex matre, naſcitur actio, quæ dicitur filia obligationis l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. & ſcribit Gloſ. in continuatione rub.
1078 Inſtit. de obligat. † quę actio licet ſi iuris ciuilis, tamen deportatus non perdit eam ſaltem paſſiue, quia non perdit ea, quæ ſunt iuris ciuilis, niſi in quantum ſunt ad ſui commodum, ſecus in quantum ſunt ad eius incommodum, vt, loquendo de transfuga ad hoſtes, & de bannito, ſcribunt Bar. in q. 1. lucanæ ciuitatis. ſub num. 20. & de bannito quoad amiſſionem iurium municipalium, & ciuilitatis Bar. in l. tutelas. §. item cum ciuitas. num. 1. & 2. ff. de capit. dimin. Nell. de S. Gemin. tract. de bann. 1. par. 2. temp. q. 5. & num. 5. fol. 365. & q. 45. ſub num. 45. verſ. ſed pro declaratione. & Fely. in cap. intelleximus. ſub nu. 3. de iudic. de hæretico, & de excommunicato. Arch. in cap. 1. ſub num. 3. de except. in 6. de executore negligente per annum, quòd poſſit nihilominus cogi ad finiendã executionem: de nobili delinquente, quòd perdat nobilitatem quoad honores, & lucra, & non quoad damna, onera & incommoda, ſtante ſtatuto, quòd nobilis delinquẽs perdat nobilitatem: de bannito, quòd arctetur ad eundum in exercitum, ſtante edicto de eundo: de clauſula, *rato manente pacto*; quòd non proſit frangenti pactum, ſed alteri parti: de priuato loco ca-
1079 pituli, quòd non ſit priuatus quoad onera: † & generaliter, quòd verba diſpoſitionis, inductę in odium alicuius non debeant vnquàm in fauorem illius interpretari, late ſcribunt Barb. & Fely. in d. cap. intelleximus. num. 1. 2. & 3. de iudic. ſed actio contra eum eſt ad eius incommodum. Igitur. & ſi aliter diceremus, vtiquè non ipſe, ſed eius aduerſarius perderet.

1080 COMPROBATVR iſte tertius caſus ex alia ſententia, quæ vult, vt confiſcatio bonorum non extendatur ad bona, quæſita poſt confiſcationem, teſtibus Gl. in l. non ad ea. in verbo. præſens. ff. de condit. & demonſtr. Dyn. Gul. & Oldr. in l. ſi qua pæna. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Bar. in l. certa forma. ſub num. 5. C. de iur. fiſc. lib. 10. Alber. de Roſ. tract. de ſtat. lib. 4. q. 13. num. 25. fol. 68. Bal. in l. 1. ſub num. 22. C. de hæred. inſtit. & in l. etiam. num. 4. C. ad l. falc. Ang. tract. de malef. in verbo. & eius bona publicamus. num. 12. verſus finem. & ſub num. 25. Paul. de Caſtr. conſ. 56. ſuper primo. num. 2. lib. 1. Socc. conſ. 275. in cauſa fratrum, num. 18. lib. 2. Alex. conſ. 23. opportunè conſideratis. num. 2. lib. 1. Boſſ. tract. crim. tit. de bon. publ. num. 66. Dec. conſ. 235. in caſu magnifici. num. 3. Natt. conſ. 472. num. 4. lib. 2. Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuileg. 59. num. 17. & Melch. Palæz. tract. maiorat. par. 1. q. 1. nu. 104. in fine. & num. 105. & 106. fol. 345. & par. 4. q. 23. num. 43. fol. 484. Gig. tract. de crim. læſ. maieſt. lib. 2. tit. de pœn. committent. crim. læſ. maieſt. q. 7. num. 1. fol. 69. & apertius q. 18. nu. 2. fol. 70. & & de communi ✠ * opinione teſtantur Nell. de S. Gem. tract. de bann. 1. par. 2. temp. q. & num. 18. in fine, fol. 367. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur. ſub num. 6. ff. de verb. oblig. fol. 108. Neuiz. conſ. 73. ſub num. 10. Gabr. in concluſ. lib. 7. concluſ. 24. ſub num. 4. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 78. verſ. vlterius quæro. quem refert, & ſequitur Rot. diuerſ. deciſ. 515. ſub num. 4. par. 1. & poſt hos Farin. qui alios congerit in qq. crimin. lib. 1. q. 25. num. 138. & videtur probari ex textu in l. ſi mandauero. §. is cuius. in fine. ff. mand. vbi habetur, quòd is, cuius bona publicata ſunt, poteſt mandare alicui, vt redimat illa bona à fiſco, iiſquè per illum redemptis, ſi poſtea is fidem non ſeruauerit in reſtituendo dicta bona redempta ipſi mandatori, habebit, inquit, ipſe mandator actionem vtilem contra emptorem mandatarium, quia iſta bona redempta ſunt acquiſita poſt bonorũ publicationem, vt dicit ibi textus in illis verbis finalibus: *quia publicatis bonis, quicquid poſtea acquiritur non ſequitur fiſcum*: & hunc textum dicit eſſe clarum Natt. d. conſ. 472. num. 4.

1081 Et procedit hæc communis opinio etiam ſi acquiſitio obueniat ex cauſa de præterito Ruin. conſ. 123. lib. 4. Natt. d. conſ. 472. num. 7. & alij, quos refert, & ſequitur Surd. d. priuileg. 59. ſub num. 18.

1082 EXEMPLIFICA iſtam comprobationem, & communem opinionem in caſu, quo pater filij banniti decedit poſtquàm filius fuit bannitus cum publicatione bonorum, quia filius ſuperuiuens, quamuis ſit bannitus, eiuſq; bona ſint publicata, nihilominus ipſe ſuccedit patri, & non fiſcus Bar. in l. ſi qua pœna. ſub nu. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Paul. de Caſtr. conſ. 212. omiſſo ordine. nu. 1. lib. 2. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerium. §. cum ſtipulamur. ſub nu. 6. verſ. hinc eſt. ff. de verb. oblig. fol. 108. Surd. tract. de alim. tit. 8. pri-
✠ uileg. 59. ſub num. 17. & 18. & de communi * opin. teſtatur Eman. Soarez. in addit. ad Gomeſ. var. reſolut. tit. de confiſcat. bon. num. 1. litera a. quem refert, & ſequitur Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num. 140.

1083 DECLARA iſtam exemplificationem, vt ſit vera, præſuppoſita capacitate eius, cuius bona ſunt publicata; alias, ſi ſit incapax, deferretur hæreditas ad filium banniti, & ſic ad nepotem defuncti, vel alios ſequẽtes, ipſi defuncto proximiores in gradu, vt videtur ſenſiſſe Bar. in d. l. ſi qua pœna. ſub num. 1. ff. de his qui ſui vel al. iur. dum in terminis huius exemplificationis ait. *filius bãniti aſſerit, quòd debet ſuccedere & nõ fiſcus: quæritur quid iuris? & videtur, quod fiſcus? in contrarium determinant &c.* & apertè ſentit in l. ſi deportati. num. 1. ff. de leg. 3. loquens de ſucceſſione ex teſtamẽto. Gig. tract. de crim. læſ. maieſt. tit. de pœnis committentium crimen læſæ maieſtatis. q. 14. num. 1. fol. mihi 69. loquẽs promiſcuè de ſucceſſione ex teſtamento, & ab inteſtato. & Neuiz. conſ. 73. nu. 9. loquens de legato, quod eſſet relictum incapaci, quia, vt inquit, remaneret penes hæredem, & non tranſiret ad fiſcum. & quòd hæc
✠ ſit communis * opinio, teſtantur Farin. in qq. crimin. lib. 1. d. q. 25. ſub num. 139. & latè Iaſ. in l. 1. num. 3. C. de hæred. inſtit. vbi pro, & contra multa adducit.

Rationes, propter quas recedendum non eſt ab iſta declaratione, & communi opinione ſunt duæ.

1084 Prima ratio eſt, quia regula, & doctrina, data per maiores noſtros, eſt, quòd quando aliquis eſt incapax hæreditatis, vel legati, illam fiſcus non aufert tanquàm ab indigno, ſed remanet penes venientes ab inteſtato, vt ex Iacob. de Aren. Petr. Cyn. Bar. Bal. Ang. Paul. de Caſtr. Raph. Fulg. & Moder. in d. l. 1. C. de hæred. inſtit. refert, & ſequitur Soc. conſ. 22. num. 13. lib. 1. ſubdens ex Petr. & Bal. rationem, quia quando quis non poteſt capere, non eſt locus fiſco; ſed illud efficitur pro non ſcripto: quod enim, inquit, non poteſt acquiri, non poteſt auferri, quia priuatio præſupponit habitum l. decem. ff. de verb. oblig. & ideo, inquit, remanet alijs ſuccedentibus ab inteſtato.

1085 Secunda ratio, quia licet iſta declaratio, & communis opinio ſit adeo oppugnata, vt ex Doctoribus videretur colligi potius varietas, quàm cõmunis opinio; tamen, vt in hoc paſſu ſcribunt Iaſ. in d. l. 1. ſub nu. 3. ibi. ſed pro communi. C. de hęred. inſtit. & cõſulendo Neuiz. conſ. 73. num. 11. & 12. vbi in verſ. ſpecialius. reſpondet ad contraria; ſtante varietate opinionum, iudicandum eſt in dubio contra fiſcum; quod idem generaliter ſcribũt Claud. Cantiunc. tract. de off. iud. lib. 2. cap 7. de imperio mero. num. 31. fol. 83. pulchrè Matheſ. ſing. 72. nota vnã regulam mirabilem. declarãs, vt dubiũ dicatur ſiue ſit dubiũ de iure propter opiniones Doctorũ, ſiue ſit dubium; puta quòd duo ordinarij ferant ſententias contrarias, ſiue ſit dubium in probationibus, vt quia fiſcus, & reus probauerint contraria, & probationes fuerint pares. & Simanc. de cath. inſtit. tit. 9. de bon. hæret. num. 52. 53. & ſeqq. & probatur ex

textu

textu in l. non puto.ff.de iur. fisc. vbi Modestinus Iuriscon. ait. *non puto delinquere eum, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facilè responderet.*

1086 Confirmatur ista secunda ratio, quia, vt ex Arist. in problem, refert Simanc.d. num. 53. in dubijs rebus ad eam partem vergere oportet, in qua si fortè sit erratū, leuius peccetur; sed leuius peccatur, respondendo contra fiscum; quia responsio contra fiscum solet continere absolutionem, & melius est errare absoluendo, quàm condemnando.

1087 INFERO ex dictis in hac secunda ratione, quòd male agunt Principes illi, qui quærunt officiales faciētes magnos prouentus, & multa confiscantes: nam tales officiales sunt tabes Reip. quia, vt dicebat Traianus, fiscus est similis lieni, & ideo, eo intumescente, necesse est, vt cætera mēbra Reip. sicut corporis humani marcescant, extenuentur, putrescant, & contabescant, prout referunt Crauet.cons.280.in fine.lib.2.Bellin.de re milit.par.1.tit.23. num. 16. fol. mihi 341. & Vulp.resp.41.num.6.& tract.de treu.& pac.q.105.nu.5.& consequenter benefaciunt, qui cernunt ærarium silens, & quietum; quia thesaurus principis non est fiscus, sed sunt subditi benè se habentes, à quibus sępè vinci debet fiscus, cuius causa nunquam mala est, nisi sub optimo principe, vt de Traiano scribit Plin. in panegyrico, relatus à Simanc.d.tit.9.num.54.& Cantiuncul.d.num.31. sed hæc doctrina non multum forsan placebit quibusdam baronibus hodiernis: & hæc dicta sint ad emendationem eorum, qui subditos magis glubunt, & excoriant, quàm tondeant, & ad laudem eorum, qui subditos fouent, & diligunt cum iustitia.

1088 DECLARA II. eandem exemplificationem, positam supra num.1082. vt sit vera, præsupposito, quòd deportatus, seu bannitus non sit indignus; quia si sit indignus, tunc nec ipse bannitus indignus, nec alij sequentes, & venientes ab intestato admitterentur, sed succederet fiscus, vt scribunt Socc.d.cons.22.num. 13. in fine.Gig.d.q.14.num.2.fol.69.& Farin.d.q. 25. sub num.139.

1089 Sed quando quis dicatur incapax, & quando indignus, non est præsentis indaginis; quia nimis diuerteremur: quantum tamen attinet ad indignum dico vna cum Nell.de S.Gem. tract.de bann.1.par.2.temp.q.& num.39.fol.mihi 369.quòd ille solus dicitur indignus, de quo est expressum in iure, cum nemo alias dicatur indignus, & ideo fisco incumbit onus probandi indignitatem.

1090 EXEMPLIFICA II. eandem comprobationem in patre bannito cum confiscatione bonorum; quia si postea moriatur eius filius, succedit illi, excluso fisco, vt consuluit Paul.de Castr.cons. 56. super primo, nu 1.& 2.lib. 1.

1091 EXEMPLIFICA III. in legato, facto bannito, quia quòd debeatur ipsi bannito scribit Neuiz. cons. 73. 6. 7.& 8.

1092 EXTENDE nunc eandem comprobationem, quam posui supra num 1080.vt habeat locum, etiam si illa bona, seu iura, quæsita post confiscationem, fuerint iura conditionalia ante confiscationem, quia si fuerint purificata, & acquisita post cōfiscationem, non veniūt in confiscatione Nell.de S.Gem. tract.de bann.1. par. 2.temp.num. & q. 31.fol.368. Dec. cons. 235. in casu magnifici.nu.3.lib.1.Melch.Palaez. tract.maiorat.par. 4.q.23.nu.43.fol.484.& de cōmuni* opinione testatur Clar. lib.5.recept.sent.q.78.vers.itē in fiscū.quē referunt, & sequuntur Surd.tract.de alim.tit. 8. priuil. 59. num.19.& Farin.in qq.crim.lib.1.q. 25. num. 142. qui alios allegant, & faciunt pro ista extensione, quę dixi supra num. 1081.

1093 RESTRINGE istam extensionem, vt procedat solum in vltimis voluntatibus, secus in contractibus, vt, Deo fauente, alibi prosequemur; & interim poteris in casu occurrente videre quæ scribit Farin. d. q. 25. num. 143. & seqq.

1094 EXTENDE eandem comprobationē ad alios casus, de quibus agunt Nell.d.1.par.1.temp.q.& num.30.31. & seqq.Gig.de crim.læs.maiest.lib.2.tit. de pænis cōmittentium crimen læsæ maiestatis. q. 3. & seqq. fol. 67.Clar.d.q.78.& Farin.d.q.25.nu.141.& seqq.quos ca sus omitto, quia nimis vagarem.

1095 ADVERTE nunc, quòd licet deportati, banniti, & similes possint acquirere post deportationem, & confiscationem bonorum, tamen fiscus post eorum mortē illis succederet, cum non possint habere hæredem, & ideo cautela eorum est, vt in vita ante obitum vendāt & alienent illa acquisita, vt scribit Bosſ.tract.crim.tit. de bon. publ. num. 43. & sentit Clar. infra citatus dicens, quòd fiscus fortè non potest ea petere à tertio, quia remanent prius occupanti.

1096 ADVERTE II. quòd si fiscus appræhendat bona, quantumuis acquisita post confiscationem; potest illa retinere tanquam iustus occupator, exquò sunt bona banniti, vt dicit Clar.lib.5.recept.sent.q.78.vers. vlterius quæro.versus finem.

1097 IIII. CASVS, in quo exemplificatur conclusio, quā posui supra num.1071.in fine est, quando ageretur de iuribus, seu de bonis, quæ de sui natura non confiscātur, quamuis sint acquisita ante confiscationem, quia bannitus seu deportatus posset pro ijs citari, & conueniri.

QVAESTIO INCIDENS. GENVS I.

Iura, bonaquè personalia non confiscantur, & quæ sint ista iura, & bona.

1098 Pro intelligentia huius quarti casus, seu exemplificationis quæro incidenter quæ sint ista iura, seu bona, quæ de sui natura nō sunt confiscabilia, & apud quem remanere, seu transire debeant.

Resp. triplex esse genus istorum iurium, & bonorum.

Primum genus est, quando iura, seu bona sunt personalia, quę personam banniti egredi non possunt, & ideo excluditur quilibet successor tàm vniuersalis, quàm particularis, tàm hæres extraneus, quàm suus.

Secundum genus est, quando sunt expresse prohibita alienari, & de isto genere agam infra num. 1113.

Tertium genus est, quando non possunt transire ad hæredes extraneos, & de isto agam infra num.1329.

CAPIO primum genus: quando bona, seu iura sunt personalia: & in ea constituo duas conclusiones.

PRIMA conclusio est: quòd ista bona, seu iura personalia non transeunt in fiscum.

Probo, & exemplifico istam conclusionem in alimentis: nam alimenta, seu ius consequendi alimenta est ius personale, quia cohæret personæ, vt scribunt Bar.in l.55.cum titio.nu.2.in fine.ff.ad l.falc. & apertius Surd.tract.de alim.tit.5.q.1.num.2. dicens, quòd alimenta sunt merè personalia.& tit.8.priuil.59.num. 19.versus finem, & ratio est, quia extinguuntur, & finiuntur morte alimentarij l.cum hi.§. modus. ff. de transact.ibi. *constat enim alimenta cum vita finiri.* l.firmio.in fine.ff.quan.dies leg.vel fideicom.ced. l.mela. in principio.ibi.*per totum tempus vitæ suæ*.ff.de alim.& cib.leg.& ibi Glos.Bar.in l.15.si stichum aut pamphilum.§.stipulatio huiusmodi.sub num.2.ibi.modo si pōnamus.ff de verb.oblig.Bosſ.tract.crim.tit. de bonor. publicat.num.72.Dec.cons.311.in casu proposito.sub num.3.lib.1.Surd.d.tit.5.q.1.num.1.Rot.diuers. decis. 585.sub nu. 1.par. 1.& Mars. Columna de eccles. reddit.cap.32.num.23.fol. 364. reddens rationem rationis, quia alimenta mortuis necessaria non sunt.

1099 Et, cum sit personale, & finiatur morte alimentarij, non transit ad hæredes, Bal.in l.si ita expressum. in fine.ff.de cond. & demonstr. vbi ex Oldr. refert, certum esse, quòd legatum alimentorum nunquam transmittitur ad hæredem. Alex.cons.18. attentis narratis. sub num. 18.lib.5.Dec.d.cons.311.num.3.& alij, quos refert, & sequitur Surd.d.q.1. sub num. 1. & pulchram reddit rationem Bal.in auth.cui relictum.sub num.23. ibi.quid enim.C.de indic.uid.tollen.dicens, quòd alimenta non possunt transmitti ad hæredē, quia subiectum alimentorum est anima, & corpus, quæ ad hæredes non transmittuntur.

Igitur si non transit ad heredem: ergo neque transit ad fiscum, sequuta confiscatione.

1100 Com-

1100 Cõprobatur iſta conſequẽtia ratione & auctoritate. ratione, quia ea, quæ non poſſunt tranſire in hæredem extraneum, minus poſſunt tranſire in fiſcum, Bar. in l. iura libertorum.ff. de iure patr. & in l. 1. C. de bon. libert. Alex. conſ. 23. opportune conſideratis, ſub num. 3. verſ. ſecundo probatur. lib. 1. & conſ. 89. verum emphyteoſis, in principio, lib. 4. Dec. conſ. 442. in cauſa in qua. num. 27. lib. 2. Natt. conſ. 528. num. 23. lib. 3. Nell. de S. Gemin. tract. de ban. 1. par. 2. temp. num. & q. 23. fol. 367. & Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. dictiquè vaſalli promiſerunt. ſub nu. 63. ibi, & quia ea. fol. 216. Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 7. nu. 8. fol. 145. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 78. verſ. ſæpè contingit. verſus finem. & verſ. nunc videamus. vbi ex Alc. conſ. 522. ſub num. 6. refert hanc eſſe communem * opin. & quòd hæc ſit regula, teſtantur Socc. cõſ. 121. premittenda eſt. num. 17. lib. 4. idem Clar. in §. emphyteoſis. q. 29. verſ. tu dic. & Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuileg. 59. ſub num. 20. Rol. à Vall. conſ. 98. num. 16. lib. 2. ponens hoc pro cõcluſione, & Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num. 51. dicens, hanc eſſe principalem, & præcipuam regulam in materia confiſcationis, quòd ea, quæ non tranſeunt ad extraneos hæredes non tranſeunt in fiſcum. & ratio eſt, quia fiſcus habetur loco hæredis, vt ex Gloſ. Bar. Bal. Rom. & alijs retuli lib. præced. cap. 98. ſub num. 23.

1101 Comprobatur etiã auctoritate: quia, quòd alimenta, debita bannito, ſeu condemnato, non tranſeant in fiſcum, teſtatur Spec. tit. de executione ſent. §. ſequitur. n. 61. circa finẽ. verſ. alimenta quoq. Nell. de San. Gem. tract. de bann. 1. par. 2. temp. q. & num. 36. fol. 369. & Gig. tract. de crim. læſ. maieſtat. lib. 1. tit. de pœn. committ. crim. læſ. maieſt. q. 9. num. 5. fol. 69. qui omnes teſtantur, quòd, condemnato filio cum publicatione bonorum, pater nõ tenetur dare Curiæ illud, quod ſingulis annis eſſet daturus filio pro alimentis. Alber. de Roſ. tract. de ſtat. lib. 3. q. 11. fol. 56. Boſſ. tract. crim. tit. de bonor. public. num. 72. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 78. verſ. verſ. item in fiſcum. in fine. & latè Surd. tract. de alim. tit. 8. priuil. 59. num. 14. & ſeqq. qui teſtantur, quòd legatum alimentorum non tranſit in fiſcum, ſequuta confiſcatione contra legatarium, licet ipſi conſiderent alias rationes, videlicet, quia eſt legatum conditionale; ſi legatarius ſcilicet viuat; ſicut conditionalia etiam ſunt omnia legata annua Surd. tract. de alim. tit. 5. q. 1. num. 3. & tit. 8. priuil. 59. num. 18. in fine. Boſſ. & Clar. vbi ſupra. & iura conditionalia, prouenientia ex vltimis voluntatibus, non veniunt in confiſcatione bonorum iuxta ea, quæ ex Nell. Dec. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1092. & quia eſt ius de futuro Surd. d. priuileg. 59. ſub num. 16.

Alimenta non poſſunt confiſcari, & remanẽt ei, cuius bona confiſcantur.

1102 SECVNDA concluſio eſt, quòd iſta alimenta, quæ diximus non confiſcari, remanent apud ipſum bãnitum, ſeu deportatum, cuius bona ſunt confiſcata.

1103 Ratio huius concluſionis eſt, quia alimenta ſunt iuris naturalis Bar. in l. ſi victum. num. 2. ff. de iudic. Surd. tract. de aliment. tit. 8. priuil. 7. num. 2. in fine. & ſub num. 6. & 7. & Fely. in cap. qualiter & quando. il 2. §. licet autem. num. 28. de accuſat. dicens, quòd non perſona, ſed natura capit alimenta, quem refert, & & ſequitur Lancell. Gall. tract. de ſtatut. q. 6. ſub num. 58. fol. 334. & videtur probari ex textu in l. eas obligationes. iuncta l. legatum. & ibi Gloſ. 1. ff. de capit. dimin. ſeu ſunt facti, & non iuris. d. l. legatum. ff. de capit. dimin. & conſiderat Surd. tract. de alim. tit. 1. q. 3. num. 5. & ratio eſt, quia alimenta conſiſtunt in comedendo, & bibendo, quæ ſunt facti, vt dicit Gloſ. in d. l. legatum. in verbo. quàm in iure. & refert ex ea Lancell. Gall. d. q. 6. num. 58.

1104 Sed deportati retinent ea, quę ſunt iuris naturalis, vt ex Gloſ. Biſign. & Rot. retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub num. 1068. ibi. & multo minus. & ſunt capaces eorum, quæ conſiſtunt in facto d. l. legatum. in fine. ff. de capit. diminut. Biſign. deciſ. 4. num. 4. & 5. de ſent. excõ. & Surd. d. q. 3. num. 4. in fine.

Ergo deportati & banniti cum publicatione bonorum retinent alimenta, ſeu legatum alimentorum, ſicut ex Spec. Franc. Marc. & alijs refert, & ſequitur Surd. tract. de alim. tit. 5. q. 1. nu. 11. quia, vt inquit, ſola morte naturali, & non ciuili finiuntur.

1105 RETENTA probatione, quòd alimenta ſint perſonalia, & ideo non tranſeant ad hæredem iuxta ea, quæ ſcripſi & firmaui ſupra num. 1098. verſ. probo. & num. 1099.

DECLARA eam, vt alimenta ſint perſonalia, & non trẽſmittantur ad hæredẽ ex parte eius, cui debentur alimenta, ſecus ex parte eius, à quo debentur; quia obligatio præſtandi alimenta non eſt perſonalis, ſed tranſit ad hæredes, vt declarant Alex. conſ. 18. ſub nu. 17. lib. 5. Iacob. Venet. tract. de ann. præſtat. q. 30. num. 4. fol. 249. & Surd. tract. de alimen. tit. 5. q. 1. ſub num. 1.

1106 RETENTA rurſus concluſione, quòd alimenta non tranſeant in hæredem eius, cui debebantur.

RESTRINGE eam, vt procedat in alimentis futuris, & non in præteritis, quia ius conſequendi alimenta præterita tranſit ad hæredes alimentarij legatarij, cui relicta erant alimenta, ſeu aliter omnino debebantur, ſicut ad fauorem hæredum Bartholomeæ pro alimentis ei debitis tempore conſtantis matrimonij contra debitores dotis, qui eam non ſoluerant, conſuluit Corn. conſ. 212. præmittendum eſt. ſub num. 4. & 5. lib. 3. Gig. tract. de penſion. q. 52. num. 5. firmans ex hoc, penſiones decurſas in vita penſionarij tranſire ad heredes ipſius penſionarij, dicens ſe ita conſuluiſſe, & intellexiſſe iudicatũ Romæ, quamuis aliud ſit in fructibus beneficij, qui licet quæſiti ſint; tamen ad hæredes non tranſmittuntur, teſte eod. Gig. ibidem. & quòd alimenta prẹterita tranſeant ad hæredes, ſcribunt etiam Aſcan. Clement. tract. de patr. poteſt. effec. 17. num. 64. fol. 123. & Surd. tract. de alim. tit. 5. q. 1. num. 38. in fine. & num. 39. & hæc reſtrictio videtur probari ex eo, quòd hẹredi vſufructuarij debetur intereſſe, & vſusfructus præteritus tẽpore vitæ vſufructuarij l. qui vſumfructum §. fin. in fine. & l. defuncta. ff. de vſufr. & quemad. quis vtat. l. vti frui. §. fin. in fine. ff. ſi vſusfruct. pet. alia vero iura, quæ Gig. & Surd. citant, non faciunt in propoſito; quia loquuntur de hærede debitoris, quòd poſſit conueniri ab eo, cui debentur alimenta, ſicut loquitur etiam Alex. conſ. 18. num. 17. lib. 1. allegatus per eundem Surd. & hoc loco vindica obiter Corneum, quem Aſcan. Clement. vbi ſupra falsò allegat in contrarium.

1107 NOTA obiter in iſta reſtrictione ex conſ. Cornei ſupra citato, quòd maritus, ſeu eius hæredes poſſunt petere alimenta dotis, ideſt, fructus dotis decurſos, & non ſolutos in vita vxoris, ſed non decurſos poſt defunctam vxorem, quia ſoluto matrimonio, non ſubſtinentur onera matrimonij, & conſequenter ceſſant alimenta dotis, quæ debebantur pro conſtituendis oneribus matrimonialibus.

NOTA II. pro vlteriori cognitione, quòd tunc pẽſio decurſa debetur hæredi penſionarij, quando fructus, ſuper quibus penſio erat cõſtituta, ſunt percepti, ſecus ſi tempore mortis penſionarij non erant percepti, aut pendebant, quia non debentur, teſtibus Caccialup. & Gig. tract. de penſion. ille q. 25. fol. mihi. 329. & iſte q. 53. fol. 348. qui formant caſum in eo, cui debetur penſio in natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & moritur de menſe ſeptembris: & concludunt deberi penſionem pro rata temporis eius hæredibus, ſi fructus erant percepti, ſecus ſi non erant percepti, qa inquiunt, remanent apud eccleſiam grauatam, quæ morte penſionarij eſt liberata à penſione.

1108 INFERO ex prædictis, quòd ſicut ius petendi alimenta præterita tranſit in hæredem alimentarij, ita quoquè tranſit in fiſcum, ſecuta confiſcatione contra alimentariũ, ſicut in ſpecie firmat Surd. tract. de alim. tit. 8. priuil. 59. nu. 21. in fine. & num. 22. & ratio eſt duplex: prima, quia in confiſcatione veniunt iura, & actiones, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1054. & 1055. & hanc rationem conſiderat Surd. loco citato: ſecunda eſt ratio [& hec magis placet] quia in fiſcum tranſeunt ea, quæ tranſeunt in hæredem ex-

traneũ, vt ex Bar. Alex. Dec. & alijs retuli, & sequutus sum supra nu. 1100. sed in hæredem extraneum transit hoc ius, vt ostendi supra in hac restrictione. igitur transit in fiscum.

1109 RESTRINGE II. vt habeat locum in alimentis consequendis ex bonis alterius, hoc est, debitis ab alio, & non in alimentis super bonis ipsius banniti, &
1110 condemnati cum confiscatione bonorum, * cum nemo alendus sit de bonis, quæ ei auferũtur ob delictum Bal. in auth bona damnatorum. num. 4. vers. hic quæro dicit statutum. C. de bonis proscript. seu damnat. scribens, quòd, si pars bonorum patris confiscatorum reseruetur filijs, non debent filij ex illa parte, quam habent, alere patrem; ad quod scribendum mouetur ex textu in cap. 1. §. si verò violator. de pac. tenend. & eius violat. vbi etiam ipse Bal. num. 7. & num. 13. in fine. notat, quòd filius non potest alere patrem bannitum, vel hostem, & si contrariũ faciat, quòd punitur in amissione bonorum. & Baldum clare refert, & sequitur Socc. cōs. 124. viso statuto inclytæ ciuitatis bononiæ. num. 4. lib. 3. & Surd. tract. de alim. tit. 1. q. 31. num. 23. q. 36. nu. 2. tit. 7. q. 14. num. 27. in fine. & num. 28. & tit. 9. q. 28. num. 3. eundem Baldum referunt, & non impugnant in casu, in quo ipse Bal. loquitur, Nell. de S. Gem. tract. de bann. 1. par. 2. temp. q. & num. 48. vers. præterea. fol. 370. & Osasc. decis. 124. num. 7. licet postea sub num. 11. malè meo iudicio dicat, quòd Nell. vbi supra, reprobata opinione Baldi, contrarium sentiat, cum Nell. non reprobet, sed respondeat, casum Baldi esse singularem: & stringendo fortius, sic arguo.

Si condemnatus non est alendus ex bonis reuersis ad eius filium, sicquè ad personam, quæ de iure naturali tenetur alere: ergo à fortiori non est alēdus ex bonis applicatis fisco, qui ad alimenta non tenetur de iure naturali.

Contra istam restrictionem facit, quia si in cōfiscatione non venit facultas consequendi alimenta iure legati ex bonis eius, qui ea legauit, sed remanet illa facultas apud condemnatum iuxta ea, quæ firmaui supra num. 1099. & sub nu. 1101. à fortiori non debet venire facultas consequendi ea super bonis proprijs, ex quibus efficacius deberi videntur; militante vtroquè casu fauore alimentorum, & ratione eadem, videlicet quòd alimenta sunt iuris naturalis, seu consistunt in facto, quæ propterea bannitus, & deportatus potest tenere, non obstante confiscatione, sicut hæc omnia & iuribus, & doctrinis comprobaui supra num. 1103. vers. ratio huius.

1111 Accedat pro confirmatione; quia textus in cap. de pac. tenen. in quo Bal. & eius sequaces fundauerunt cōtrariam sententiam, supra adductam, procedit in casu speciali; quia scilicet princeps ea lege illa bona confiscata concesserat filio, ne aleret patrē ex illis, seu concesserat patri, ne aleret filium, aut alteri hæredi, sicut respondet Surd. tract. de alim. titul. 1. q. 3. num. 13. & 14. subdens, quòd princeps potuit apponere rei suæ legē, quam voluit, & tit. 7. q. 14. nu. 28. & 29. & quòd ille textus loquatur in casu speciali, qui ad consequentias trahi non debeat, scribit etiam Nell. de S. Gemin. d. q. & num. 48. vers. præterea. fol. 370. & Affl. quem refert Surd. d. q. 3. sub num. 11. respondendo ad eundem textum addit, quòd pater in concessione illorum bonorum promiserat cum iuramento non alere filium bannitum.

His non obstantibus, recedendum non est à firmata restrictione, quæ seruatur in praxi: nulla enim reseruata portione pro alimentis condemnati, omnia bona confiscantur, quando est imposita pæna confiscationis omnium bonorum.

Non obstat oppositio, quia retorquetur: nam ideo in bonis proprijs non reseruatur facultas consequendi alimenta, quia illa facultas posset dependere à sola voluntate condemnati, & ideo facilius potest cōfiscari, sed facultas consequendi alimenta ex bonis alterius dependet etiam ex voluntate eius, qui alimenta concessit, cuius voluntas non extenditur, vt illa alimenta præstentur alteri; ideo mirum nō est, quòd non veniat in confiscatione.

1112 Probo, & exemplifico secundo eandem conclusionem, positam supra sub num. 1098. in facultate eligendi, & optandi, quam facultatem etiam banniti, deportati, & condemnati cū publicatione bonorum retinent l. ex facto. §. si quis rogatus. il 2. ff. ad senatusc. trebel. & l. cū pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. vbi deportatus non amittit facultatem eligendi fideicommissarium. & notant Bisign. decis. 4. num. 4. de sent. excomm. & Rot. decis. 5. alias 195. de concess. præb. in nou. & ratio est, quia deportati retinere possunt ea, quæ sunt iuris naturalis, seu quæ consistunt in facto. & hæc satis circa primam speciem.

GENVS II.

Bona exprresse prohibita alienari quando possint confiscari.

1113 Capio secundum genus: quando bona sunt expressè prohibita alienari: & in hoc distinguo duo mēbra.

Primum membrum est: quando bona sunt prohibita alienari fauore prohibiti, & non alterius.

Secundum: quando sunt prohibita alienari fauore alterius.

IN PRIMO membro concludo, quòd eiusmodi bona possunt confiscari, seu transeunt cum confiscatione, exquò possunt alienari delinquendo; &, quòd eiusmodi bona possint confiscari eo, quòd, delinquendo, non censetur prohibita alienatio, sentit Bar. in l. si quis in tantam. num. 12. vers. debes enim scire. C. vnde vi. quē referunt, & sequuntur Alex. cons. 23. opportunè consideratis. nu. 6. lib. 1. Dec. in l. furiosi. sub num. 6. ff. de reg. iur. Rol. à Vall. cons. 98. sub num. 12. vers. similiter non obstat. & sub num. 25. lib. 2. Natt. cons. 528. num. 5. lib. 3. dicens, alienationē, quæ fit delinquendo, nō intelligi prohibitā quādo fuit prohibita fauore alienātis. & quòd propterea ista bona possint confiscari, scribunt Gram. decis. 105. magnif. portia. num. 39. dicens, quòd alienans habet fiscum successorem. Gabr. in conclus. lib. 7. conclus. 24. limit. 1. num. 10. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. de pœn. committen. crim. læs. maiest. q. 3. num. 2. fol. 67. Natt. d. cons. 528. num. 5. & 18. Moron. tract. de fid. treu. & pac. q. 26. nu. 5. Petr. tract. de fideicom. q. 1. n. 14. & latè Boss. tract. crim. tit. de bon. publ. n. 41. & Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num. 46. & ratio est, vt dicit Bar. & ex eo Alex. in locis allegatis, quia propter suum delictum perdit fauorem, seu priuilegium suum.

Bona prohibita alienari fauore alterius, quàm prohibiti alienare non confiscantur.

1114 IN SECVNDO membro: quando sunt prohibita alienari fauore alterius: facio duas conclusiones.

Prima est; quòd illa bona non possunt confiscari Bar. in l. imperator. ff. de fideicommis. liber. & in d. l. si quis in tantam. sub num. 12. ibi. hoc probatur. C. vnde vi. Alex. d. cons. 23. sub num. 6. lib. 1. Socc. cons. 266. nu. 28. lib. 2. cons. 121. num. 22. lib. 4. Ang. tract. de malef. in verbo. & eius bona publicamus. num. 13. ad finem. Ias. in l. si duobus. §. sed quia. nu. 1. C. comm. de legat. & in l. filius familias. §. diui. in 2. lectura num. 19. vers. sexto pondera. ff. de leg. 1. fol. mihi 149. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. de pœn. cōmit. crim. læs. maiest. q. 3. nu. 1. fol. 67. Gozad. cons. 103. nu. 23. vers. nono statutum. Dec. cons. 442. in causa in qua. nu. 27. lib. 2. Boss. tract. crim. tit. de bon. publ. num. 34. & ibi Addition. Rol. à Vall. cons. 56. num. 6. 8. & seqq. lib. 1. Natt. cons. 528. num. 19. & seqq. lib. 3. Hier. Gabr. cons. 123. num. 9. cons. 140. sub num. 34. & de communi opinione * testantur Gramm. decis. 105. num. 31. Gabr. in conclus. lib. 7. conclus. 24. num. 1. qui more solito multos congerit. Boss. dicto tit. de bonor. public. sub num. 42. ibi. tamen in contrarium. & Addition. ad eum. Rol. Vall. cons. 31. num. 25. lib. 1. Socc. Iun. in l. filius familias. §. diui. num. 39. ff. de leg. 1. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 78. ver. item quæro. latè etiā Hier. Gabr. d. cons. 123. nu. 16. Petr. de fideicom. q. 8. nu. 110. in fine. & nu. 111. & 389.

& 389. vbi loquitur etiamſi confiſcatio fiat propter crimen læſæ maieſtatis, & propter crimen læſæ maieſtatis diuinæ. & Farin. in qq. crim. lib.1. q.25. limit.1. num. 22. & hæc communis ſententia videtur probari ex textu in d.l.imperator.ff.de fideicom. libert.vbi, publicatis bonis legatarij, non confiſcantur ſerui legati, ſed manumittuntur; exquò relicti erant cum cõmendatione, ne alicui alteri ſeruirent, & clarius probari videtur ex textu in l.ſtatius. §.fin.ff.de iur. fiſc. vbi publicatis bonis hæredis, qui rogatus erat reſtituere hæreditatem, venit fideicommiſſarius contra fiſcum. pro hac eadem concluſione faciunt, & efficacius auctoritates adductæ pro ſeq. 2.concluſione. &, quòd iuxta hanc concluſionem repellatur quotidie fiſcus in praxi, teſtatur Boſſ.tract.crim. dicto tit. de bonor. public. ſub nu.42.& quæ contra iſtam communem opinionem poſſent adduci argumenta, & quæ adducit Boſſ. d. nu. 42. ſentiens, in puncto iuris contrariam opinionem eſſe veriorem eò, quòd fiſcus dicitur legitimus ſucceſſor, & hæc alienatio dicitur neceſſaria; tolluntur ex his, quæ ſcribunt Socc.Sen. in l.marcellus. §. res quæ. num.4. verſ.prima concluſio. ff. ad ſenatuſc.trebell. & Petr.tract.de fideicom. q.8.ſub num.111.verſ. non obſtat modo. & ſub num.113.in fine. & num.114.

1115 AMPLIA iſtam concluſionem, vt habeat locum etiamſi bona confiſcarentur propter crimen hæreſis, quia adhuc bona ſubiecta reſtitutioni non confiſcarentur Pegn. in comm.ad direct.Eymer. par.3.comm.161. §. id ipſum.

Limitationem, & limitationis difficultates, quas hic omitto, habebis infra nu.1129.& ſeqq.ad eum.

Bona, quæ propter prohibitam alienationem non poſſunt confiſcari, ſequuta confiſcatione, tranſeunt ad eos, quorum fauore alienatio fuit prohibita.

1116 Secunda concluſio eſt, quòd eiuſmodi bona, ſequuta confiſcatione, debent ſtatim tranſire ad eos, quorum fauore prohibitum fuerat, ne alienarentur; nec debẽt, durant vita prohibiti alienare, & condemnati, remanere apud fiſcum, teſtibus Bar. in l. imperator. ff.de fideicom. libert. vbi tradit, quòd res, quæ eſt prohibita alienari, non poteſt deuenire in fiſcum propter publicationem. latè, & apertè Alex. dicto conſ.23. per totum, & præſertim num. 11. verſus finem. lib. 1. ibi. *& ſic non remanent apud fiſcum, durante vita ipſius legatarij*. Boſſ.tract.crim.tit.de bonor. public. ſub nu. 34. ibi. ſed ad tria aduertendum eſt. colligendo ex eius dictis iſtam concluſionem à contrario ſenſu. latè Rol. à Vall.conſ.98.per totum. & præſertim num.14. lib.2. Plot.diuerſ.crim.conſ.130.num.46. verſ. quia ad iſtud reſpondetur. lib.1. Socc. Iun.in l.filius familias. §. diui. num. 39. ff. de leg. 1. Petr. tract. de fideicom. q. 3. num.2.& ſeqq. & apertè nu.11. & hanc eſſe communem, * & certam ſententiam teſtatur Alciat.conſ.650. nu.1.dicens, ſe eam ſemper vidiſſe ſeruari, dum exerceret officium aduocationis, quam ſequutus eſt etiam conſ.522.& 533. & hanc communem ex Alc.referunt, & ſequuntur Rol. à Vall. dicto conſ.98. num.14. Clar. lib.5.recept. ſent. q. 78. verſ. item quæro nunquid. & Farin.in qq. crim.lib.1.q.25. ſub nu. 35. & ſub nu.36. & hanc eſſe communem opinionem refert etiam, ſequiturq; Petr. d.q.3.num.11.in fine. dicens hanc differentiam inter prohibitionem expreſſam, & tacitã communiter teneri. &, quòd habeatur hodie pro veriſſima, & obſeruetur per totum orbem, teſtatur Hier. Gabr. conſ.184. ſub num.3.&, quòd ideo fructus, qui percipiuntur in vita prohibiti, non tranſeant in fiſcum, refert, & ſequitur Gabr. in concl.lib.7.concl.24.num.2.

1117 Nec obſtat, quòd aduerſus iſtam ſecundam concluſionem Alciat. conſ.783. dixerit contrariam opinionẽ eſſe veriorem, & magis communem, * quam tenuerunt Paul. de Caſtr. in dicta l.filius familias. §. diui. ſub nu. 11.ff.de leg.1. & Gig. de crim.læſæ maieſt. q.3. ſub nu. 4. fol. mihi 67. qui alios adducit.

Nam benè ad omnia, quæ adducuntur in contrariũ, reſpondent Rol. à Vall. dicto conſ.98. ſub nu.25. verſ. non obſtat. & num.26. & ſeqq.Socc.Iun. vbi ſupra. & Petr. de fideicom. q.8.ſub nu. 111. verſ. & ideo cauendum.& q.3.nu.11. in fine. dicens, opinionem Caſtren. & ſequacium reprobari.

Ratio huius ſecundæ concluſionis eſt, quia videtur in caſu alienationis iniuncta reſtitutio facienda ei, ſeu

1118 eis, quorum fauore prohibita eſt alienatio; ſicut dicimus ſecundum communem* opinionem, de qua teſtantur Gabr. in concluſ.lib.4. tit. de fideicom. concl. 9.num.33.& 37. Mandell. conſ.7. num.9. & Farin.dicta q.25. num.35. quòd, prohibita alienatione per teſtatorem, cenſetur inductum fideicommiſſum tàm in caſu mortis rogati reſtituere, quàm in caſu alienationis; & ita declarando Alex.conſ.23.nu.9. lib. 1. tradit apertè, & benè Petr. tract. de fideicom.q.3. ſub.nu.19. verſ. quæ cum ita ſint.& num.20.

1119 AMPLIA iſtam concluſionem pluribus modis, de quibus poteris videre Rol. à Vall.conſ.56.n.5. & ſeqq. vſq; ad finem conſilij. lib.1.Gabr.in concl.lib.7.concl. 24.n.3. & ſeqq. & Farin.in qq.crim.lib.1.q.25.n.23.27. 29.31.& 32.nõ enim nos poſſumus diutius conſiſtere.

1120 HANC ſolam ampliationẽ vltra eos breuiter notamus; quòd procedit etiam ſi bona eſſent confiſcata propter delictum hæreſis, vt in his terminis loquitur Pegn. ad direct. Eymer. par.3.comm.161. §.num autem. allegans Alex.d.conſ.23.

Bona, quæ propter prohibitam alienationem non poſſunt confiſcari, quando remaneant apud fiſcum, durante vita eius, cuius bona ſunt confiſcata, et non tranſeant ad eos, quorum fauore fuit prohibita alienatio.

1121 LIMITA I. iſtam ſecundam concluſionem, vt procedat ſolum in prohibitione expreſſa, ſecus quando bona tacitè prohibita ſunt alienari; quia tunc, durante vita eius, qui eſt bannitus, ſeu aliter condemnatus cum publicatione bonorum, bona remanent apud fiſcum, qui ea reſtituet, ſequuta morte naturali condemnati, vt ſcribunt Boſſ. tract.crim.tit.de bon.publ.nu.34. verſus finem. Rol. à Val.conſ.98.nu.10.lib.2. qui alios allegat.Clar.lib.5.recept.ſent.q.78.ſub verſ.item quæro nunquid. Plot.diuerſ.crim. conſ.130. num.46.verſ. quia ad iſtud reſpondetur. lib. 1. Moron. tract. de fid. treu.& pac.q.25.num.3. dicens, iſtam eſſe veram reſolutionem. Petr.tract.de fideicom.q.3.num.11.vbi plures cumulat.& de communi * opinione teſtatur Bero. q.41. num. 2. in fine quæſtionis, quem referunt, & ſequuntur Rol.à Vall.vbi ſupra, Farin. in qq. crim. lib.1. q.25. ſub nu.34. &, quòd hæc ſit communis opinio, teſtatur Petr.dicta q.3.num.11.in fine.dicens, hanc differentiam communiter aſſignari inter prohibitionẽ expreſſam, & prohibitionem tacitam. &, quòd ita practicetur, teſtatur Clar.vbi ſupra, allegans Quemadam q. fiſcali 17. & benè probatur ex textu in l.ſtatius. §. fin. ff.de iur.fiſc.vbi, publicatis bonis hæredis, rogati reſtituere dicta bona, non admittitur fideicõmiſſarius contra fiſcum antequàm hæres naturaliter mortuus ſit; quia cenſetur prohibita alienatio poſt mortem naturalem, vt ſcribunt Boſſ.d.num.34. in fine. & Farin. d.q. 25. ſub num.34. &, quòd ſit expectanda mors naturalis, multa etiam ſcribit Petr. d.q.3.num.19. dum procedit extendendo concluſionem, quam firmauerat nu.11 & declarat apertè ſub num.22.verſ.ſtante igitur.dicẽs, quòd bona debent remanere apud fiſcum cũ ſua cauſa, ſeu onere fideicommiſſi, ſequuta morte naturali.& comprobatur ex traditis per Bal. conſ. 280. factum ſic ſe habet. verſ. viſo dicto puncto. nu. 1. lib.1. vbi concludit, quòd fideicommiſſarius debeat expectare mortem naturalem eius, qui ingreſſus eſt religionem, & quòd emptor, qui emit ab eo, manet ſecurus, durante vita ingreſſi religionem. & ita in tacita prohibitione ſunt intelligenda ea, quæ ſcribit Aſcan.Clement.tract. de patr. poteſt. cap. vltimo.nu.4.& 6.fol.124. dicens, quòd ſi alicui deferatur hæreditas, iſq; poſtea banniatur, extetq; ſtatutũ, quòd, nõ ſuperuiuentibus maſculis, ſuccedãt fæminæ, inquit, ipſe, quòd durãte vita natura-

1122 li banniti, bona remanebunt apud fiscum. ✝ Et si vis agnoscere differentias inter prohibitionem expressam, & prohibitionem tacitam; vide quæ latè scripsit Petr. tract. de fideicom. q. 3. per totam.

1123 Circa limitationem hanc excito duas difficultates.

Prima difficultas est, quando is, cui facienda esset restitutio bonorum confiscatorum post mortem naturalem delinquentis, esset illius hæres in bonis quæsitis post confiscationem, supposito, quòd delinquẽs potuerit testari: an isto casu fiscus debeat restituere dicta bona, vel possit retinere ea, etiam durante vita heredis.

Et prima facie videtur respondendũ pro fisco, quòd
1124 possit retinere dicta bona; & moueor, ✝ quia hæres eius, qui alienauit delinquendo, non potest venire, & impugnare factum illius, cui successit. l. cum à matre. C. de rei vend. Cur. Iun. Zas. Franc. Sonsb. Affl. Paris. Rol. à Vall. & alij, quos retuli & sequutus sum infra nu. 1452. qui omnes loquuntur in hærede eius, qui alienauit fœudum; & ratio rationis est, quia sicut non posset defunctus venire contra fiscum, quia veniret contra factum proprium, ita nec poterit venire illius successor. Alex. conf. 28. sub num. 18. lib. 5. & Rol. à Vall. cons. 2. num. 42. lib. 1.

Et nota istam rationem; quia, si esset vera, deberes tu, qui es hæres, cogitare, an aditio hæreditatis sit magis lucrosa, quàm recuperatio bonorum confiscatorum: nam, si est magis lucrosa recuperatio, deberes abstinere ab hæreditate.

1125 Contrariam sententiam contra fiscum censeo veriorẽ, & seruari debere in practica; & moueor, retorquendo præcedentem rationem: nam fiscus dicitur hæres, seu habetur loco hæredis illius, cuius bona cõfiscauit, & transeunt in eum obligationes passiuè, vt ex Gl. Bal. Rom. Becc. Surd. Crauet. & alijs retuli lib. præced. cap. 98. sub num. 13. & supra hoc eod. cap. nu. 1054. & 1065. & bona confiscata transeunt in eum cũ suo onere iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 1053.

Ergo sicut delinquẽs tenebatur restituere dicta bona post eius mortem, ita tenetur fiscus, qui est successor illorũ bonorum; & in pari causa debet succũbere fiscus. Non obstat, quòd etiã iste sit successor; quia, vt dixi, in pari causa fiscus succumbit. secundo respondeo, quòd in præteritis ante confiscationẽ est successor fiscus, qui dicitur possessor bonorum cum onere, & causa eorum, vt dixi infra num. 1053.

1126 Secunda difficultas est: an fiscus, restituendo bona, possit detrahere trebellianicã, & legitimã in casu, quo is, cuius bona confiscata sunt, potuisset eas detrahere.

Respondeo, quòd sic; quia fiscus confiscat legitimam pleno iure, vt dixi infra nu. 1129. vers. limita. & trebellianicam confiscaret similiter pleno iure isto casu, exquò in simplici fideicommisso restituendo nó censetur prohibita iuxta ea, quæ scripsi infra num. 1146. &, cum nó censeatur prohibita, clarum est, posse à fisco detrahi, vt notant etiam Clar. lib. 5. recept. sent. q. 78. vers. item quæro nunquid. versus finẽ. & Mich. Crass. tract. de success. §. trebellianica. q. 3. in fine. vers. quæro præterea. & Natt. cons. 528. num. 33 lib. 3. dicens, quòd fiscus potest detrahere trebellianicam, nó obstante prohibitione alienationis, quo loco intelligendus est de prohibitione tacita alienationis, resultante ex fideicómisso: tota enim difficultas consistit in discernendo quando dicatur prohibita, & quando non, de qua re vide aliqua, quæ scripsi infra num. 1139.

1127 LIMITA II. eandem secundam conclusionem, positam supra nu. 1116. vt procedat solum in prohibitione facta in vltima voluntate, ex qua inducitur fideicommissum; secus in prohibitione facta inter viuos, seu in contractu; quia quãuis esset prohibitio, seu conuentio expressa de non alienando, nihilominus bona illa possent confiscari cum sua causa, seu onere, sicut cõsuluit Hier. Gabr. cons. 140. nu. 31. & seqq. & præsertim sub nu. 34. & apertius num. 36. quem refert, & sequitur Petr. tract. de fideicom. q. 8. nu. 289. in fine, & 290. & faciunt congesta per eundem eod. tract. q. 3. nu. 1. in fine. ibi. sunt tamen. & nu. 2. & seqq. vbi cumulat multas differentias inter prohibitionem de non alienando in vltima voluntate, & illam, quæ fit inter contrahentes.

1128 LIMITA III. hodie, vt non habeat locum in confiscatione, faciẽda contra complices, receptatores, seu aliter fautores, & auxiliatores bannitorum; quia bona eorum, non obstante fideicommisso in eis apposito cũ expressa prohibitione alienationis, alijsq; strictissimis clausulis, & cautelis concepto, remanent, durante vita eius, cuius bona confiscata sunt, apud fiscum, cui applicantur, in eiusq; vsum conuertuntur fructus percipiendi ex dictis bonis, donec durauerit vita naturalis delinquentis condemnati; sic disponente constitutione Sixti V. contra bannitos, homicidas &c. edita anno 1585. Kal. Iulij. in §. nec non quæcumq;

Quæ bona possint confiscari, non obstante prohibitione alienationis, facta fauore alterius.

1129 Limita nunc conclusionem, in qua supra num. 1114. dixi, quòd bona, prohibita alienari, non possunt confiscari, vt nó procedat quoad legitimam, quæ super illis bonis deberetur ei, cuius bona cõfiscantur; quia fiscus illam pleno iure confiscaret, & caperet ex illis bonis fideicommissarijs; vt puta si is, qui est prohibitus alienare, esset filius prohibẽtis alienationem, Gig. tract. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. de pænis committ. crim. læsæ maiest. q. 15. fol. 69. Rol. à Vall. cons. 31. num. 28. lib. 1. cons. 98. sub nu. 11. lib. 2. Natt. cons. 528. nu. 26. & seqq. vsq; ad nu. 31. inclusiuè lib. 3. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 78. vers. item quæro nunquid. versus finem. & Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. nu. 40. & 43.

1138 Ratio huius limitationis est; quia legitima debetur filio sine aliquo onere. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. Gl. in cap. raynutius. in verbo. trebellianum. & in verbo. legitimam. de testam. Bal. in l. scimus. sub nu. 4. vers. quinto nota. C. de inoff. testam. Papien. in pract. in form. libell. quo agitur ex substitut. in glos. compendiosæ. sub nu. 12. fol. mihi 942. Paul. de Castr. cons. 247. in causa quæ vertitur saonæ. nu. 4. lib. 1. Ias. in l. filium quem habentem. sub nu. 7. C. famil. ercisc. Paris. cons. 9. nu. 6. cons. 52. nu. 3. cons. 93. num. 41. lib. 2. Neuiz. cons. 1. sub nu. 12. sub vers. tertio respondetur. Crauet. cons. 15. nu. 5. Rol. à Vall. cons. 78. num. 2. lib. 1. Io. Roy. in epitom. succes. cap. 7. n. 35. fol. 399. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu. 149. n. 30. Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseru. 119. nu. 2. & seq. Mich. Crass. tract. de success. §. legitima. q. 38. nu. 2. & 3. & q. 39. Diaz. reg. 112. in verbo. cõditio. Gabr. qui multis modis ampliat, in conclus. lib. 6. tit. de legitima. concl. 1. nu. 1. & seqq.
1131 Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. nu. 40. ✝ & consequenter poterit filius, vt est videre in locis allegatis, vendere, donare, & aliter alienare legitimam, & demum transmittere ad hæredes extraneos, licet eam non detraxerit in vita, teste Paris. qui alios, & iura citat cons. 93. sub nu. 43. lib. 2. & fiscus habetur loco hæredis extranei iuxta ea, quæ citaui supra num. 1056.

Trebellianica potest prohiberi filijs primi gradus, & dicitur prohibita, si prohibeatur alienatio bonorum, ideoque non confiscaretur.

1132 Difficultas posset oriri circa trebellianicam; retento themate præcedentis limitationis in filio primi gradus: nunquid fiscus posset illã confiscare, & retinere, stante prohibitione de non alienando, facta per testatorem, & stante confiscatione bonorum contra filium.

1133 Pro cuius difficultatis resolutione sunt necessariò discutiendi duo articuli.

Primus articulus est; an pater possit prohibere trebellianicam filijs primi gradus.

Secundus est; an, prohibendo alienationem bonorum, dicatur prohibita trebellianica.

In primo articulo maximus est cõflictus inter doctores, vt inter alios ostendũt Clar. lib. 3. recept. sent. §. testamentũ. q. 63. & Petr. de fideicom. q. 15. n. 152. per totã. in quo conflictu, & Doctorũ varietate Neuiz. cõs. 1. in principio. exorditur cũ Aret. quẽ allegat. periculosum est &c. & refert ex Odofr. quòd Azo, tedio affectus in ista materia, scripsit deterius, quàm potuit, & tantus est

tus eſt conflictus, vt aliqui dubitauerint, quæ ſit magis communis opinio, vt refert Clar. vbi ſupra,& aliqui arbitrati ſint, mediam viam eligendam eſſe, vt refert Addition. ad ipſum Clarum loco citato. in litera. b.ſed Farin.in qq. crim. lib.1. q. 25. num.42. & ante eum Gabr. in concluſ. lib.4. tit. ad trebellianum. concluſ. 1. num. 5. in fine. & multi alij, quos longum eſſet recenſere, & quorum magnam partem refert Petr. tract. de fideicom. d. q. 15. num.152. tenuerunt magis communem, * & æquiorem opinionem eſſe, quòd pater non poſſit prohibere trebellianicã filijs primi gradus,inferens Farin. quòd fiſcus eam detrahet vna cum legitima.

Tamen ego,ſequendo Rotæ auctoritatem,præſertim in iſto articulo inter fiſcum, & priuatum, ſum in contraria ſententia, quòd pater poſſit prohibere indiſtinctè trebellianicam etiam filijs primi gradus Caſſad.deciſ.4.de teſtam. Creſcent. deciſ.2. alias 129. eod.tit.de teſtam. dicens, Rotam pro communiori,* & veriori ſequutam eſſe iſtam opinionem in familia de Bubalis, & de Capizucchis. Rot.diuerſ. deciſ.693.ſub num.6. par.1. & deciſ.313. num.1.par.2.hancq; opinionem ſequitur Menoch.tract. de præſumpt. lib. 4.præſumpt. 198.nu. 5. & quòd receptiſſima opinio in contrarium ſit falſa,ſcribit Monticul. tract. de inuẽt.cap.9.nu.360. fol. 230. & , quòd iſta ſit communis, * & magis communis,teſtantur multi,quos referunt,& ſequuntur Pariſ. conſ. 93.ſub num. 46. lib. 2. Petr. dicta q. 15. ſub nu.152. verſ.ſed contrarium. & verſ.& quòd iſta.quæ ſententia tunc præcipuè videtur vera,quando filius eſſet rogatus reſtituere ſub conditione, & concurreret detractio legitimæ, vt ita,ſequendo hanc communem opinionem,ſcribit Dilect. de art. teſt.tit.5.caut.31.ſub num.4. & declarat Gozad. conſ. 45. viſis allegationibus. num.22. verſ. præterea. & apertius Creſcent. dicta deciſ.2. alias.129. in fine. de teſtam. dicens, quòd iſto caſu,quo filius grauatur reſtituere hæreditatem, ſi ſine filijs deceſſerit,videtur grauatus hæres filij,& nõ ipſe filius. & ratio huius communis ſententiæ; quòd pater poſſit prohibere trebellianicã etiam filijs primi gradus; eſt,quia; ſi teſtator,relicta tantum legitima filio,poteſt de cæteris ſuis bonis ad libitum diſponere; nulla poteſt aſſignari ratio in contrarium, quare non poſſit prohibere trebellianicam Creſcent. vbi ſupra.

1134 IN II. articulo cõcludo, quòd teſtator,prohibendo alienationem,dicitur prohibere trebellianicã.auth.ſed & in ea.C.ad l.falc.& ibi Bal.dicens ab aduocatis non aduerti.Ang.de Gãbel. tract. de teſtam.gl.89. nu.4.Io. Bapt. de S. Seuer. & Barth. Socc. in conſ. poſito poſt lecturã ipſius Soc. ff.ad ſenatuſc. trebell. in principio conſilij. Ant. Corſet.tract.de trebell.§.2.nu.6.fol.438. Pariſ. conſ.16.num.61.62.& 63. conſ.17. nu. 22. conſ. 93.nu.47. & 48.lib. 2.conſ.21.nu.36.lib.3. Neuiz.conſ. 1. num. 3. Alb.conſ.7. num.7. & alij, relatij per Petr. tract. de fideicom.q.15.num.191.& 192.& eſt communis*opinio,vt patet ex allegatis per Gabr. in concl.lib. 4.tit.ad trebell.concluſ.9.nu.1.& 2.in fine.quamrefert,

1135 & ſequitur Rot.diuerſ. deciſ.313.num. 2. par.2. † & procedit hæc opinio etiam ſi eſſemus in filijs primi gradus; quicquid in contrarium ſentiat Petr. d. q. 15. ſub num.191.verſ.nihilominus. & Doctores, quos citat,loquuntur in diuerſis terminis.

Opiniones tamen,& diſtinctiones in iſto articulo refert Menoch. tract.de præſumpt. lib.4. præſump. 198. num.27.28.& 29. quem tu poteris videre.

1136 REDEVNDO ad difficultatem,de qua ſupra n.1132. concludo contra Farin. dicta q.25.num.42. & 43.quòd cum pater poſſit prohibere trebellianicam, & prohibere intelligatur,prohibendo alienationem, fiſcus non poteſt eam confiſcare.

1137 EXTENDE iſtam concluſionem, vt ſit vera etiam durante vita ipſius filij,cuius bona confiſcata ſunt, quia fiſcus adhuc non poſſet retinere trebellianicã,ſed tranſiret vna cũ alijs bonis immediatè ad eos, quorũ fauore prohibita eſt alienatio iuxta ea,quę dixi ſupra n.1116.

1138 RESTRINGE iſtam extenſionem, vt non procedat, quando in fideicommiſſo nõ adeſt expreſſa prohibitio de non alienando: nam, ceſſante expreſſa prohibitione de nõ alienando;dico, quòd ſicut ipſa hæreditas remaneret apud fiſcum,durante vita delinquentis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra n. 1121. ita etiam apud eundem fiſcũ remaneret trebellianica, quamuis ipſa eſſet expreſſis verbis,ſeu æquipollentibus prohibita; & ratio eſt quia fiſcus vti hæres retinet ea,quæ retineret delinquẽs vſq; ad caſum reſtitutionis,qui non dicitur euenire, niſi ſequuta morte naturali delinquentis, vt dixi dicto num. 1121.verſ. limita modo. benè verum eſt, quòd ſequuta morte delinquentis, fiſcus reſtitueret integram hæreditatem ſine retentione trebellianicæ, ſtante eius prohibitione; & hoc operatur prohibitio trebellianicæ.

Trebellianica quando dicatur prohibita. Quòd fideicommiſſum relictum familiæ cenſeatur relictum gradatim. An hæres poſsit capere duas quartas. Prohibitio de non alienando vſque ad quem gradum duret, & quotam conſtituant præfatæ duæ quartæ, &c.

1139 Exemplifica iſta prohibitionem tebellianicæ tàm in prohibitione, quæ fit formaliter, & expreſsè iuxta ea,quę ſcribit Menoch.tract.de præſump.lib.4.præſumpt. 198.nu.8.in fine. & nu.7.quàm in ea,quæ fit per verba æquipollentia,vt puta, ſi teſtator mandaret totã, ſeu integram, ſeu non diminutam hæreditatem reſtitui: nam iſta verba in fideicommiſſo importarent prohibitionem trebellianicæ Ang. de Gambell. tract. de teſtam.gl.88.nu.2.fol.72. Alex.cõſ.5.circa primum.nu. 14.lib. 3.Ant.Corſet.tract.de trebell.§.2.nu.4. fol.438. Dilect.de art.teſtan.tit.5.caut.31.nu.3. Pariſ. conſ.93. ſub nu.45.lib.2.& conſ.9.nu.9.& conſ.21.nu.35.lib.3. Mich. Craſſ.tract.de ſucceſſ.§. trebellianica.q.8. nu.3. 4.& 5.fol.342.Clar. qui plures congerit lib. 3. recept. ſent.§.teſtamentũ.q.62.verſ.ſed nunquid.Gabr.in concluſ.lib.4.tit.ad trebellianum.concluſ.6.nu. 1.in principio,& in fine,& concluſ.9.nu.5. & Menoch. d. præſumpt.198.nu.15.in 4.exemplo,hiq; poſtremi quinque referunt,& ſequuntur hanc eſſe communem * opinionem: hanc eandem ſententiam dicimus amplexum eſſe Bal.in auth. ſed cum teſtator.nu.7.C.ad l.falc. dum tenet, falcidiã non detrahi, quando teſtator mandat ſolui legata tota,& integra; & latè diſputãdo tenuit Neuiz. conſ.2.nu.33.verſ. contrariam. dicens eſſe magis communem * & ratio huius opinionis eſt quia alias, iſta verba ſtarent otioſe: Sed ſi vis videre diſtinctè de ſingulis enarratis verbis,& de alijs, videlicet,de reſtituenda tota hæreditate, vide Gabr.d.concl.6.num.1.& Menoch.dicta pręſump.198.nu.15.de reſtituendis omnibus bonis,vide eundẽ Gabr.concl.3. & Menoch. nu. 11. de reſtituenda hæreditate pleno iure Gabr. cõcl.4. & Menoch.nu.12. de reſtituenda integra hæreditate Gabr. concl.5.& Menoch.nu.14. de reſtituenda hæreditate ſine aliqua diminutione Gabr. concl. 7. & Menoch.nu.16.quando teſtator mandauit hæredi,vt reſtituat hæreditatem deductis centum, & quòd plus deducere,& detrahere non poſſit Gabr. cõcl.8.& Menoch. nu.17.quando aliquid reliquit grauato pro omni & toto eo,quod ipſe poſſet petere in ſuis bonis. nu.18.quãdo mandauit reſtitui totam & integram hæreditatem nu.19.quando dixit quòd hæres reſtituat quæcumq. bona ad eum peruenta.nu.20. quando dixit,bona mea reſtituantur Caio,quem volo ea liberè habere. nu. 22. & quid quando teſtator ſubſtituit directò cũ clauſula codicillari, & ſubſtitutio non valet,niſi iure fideicõmiſſi, an tunc cenſeatur prohibita trebellianica, & quòd ſic Ruin.conſ.146.nu.8.lib.3.& Gabr.in cõcl.lib.4.ad trebell.concl.9. nu.6. ſed de hac Ruini conſultatione dubitat Menoch.dicta præſump.198. nu.34.citans eundẽ Ruinum ſibimet contrarium.

DECLARA iſtam exemplificationẽ, vt procedat tã in prohibitione,quæ fit in teſtamento,quàm in ea,quæ fit in codicillis,quia ita poteſt prohiberi in vno ſicut in alio Menoch. tract. de præſump. lib. 4. præſump. 198. num.6.

DVBITATIO INCIDENS.

1140 Vt vidiſtis,multi refert,an trebellianica ſit prohibita.

Quæro in caſu ſæpè occurrente; an in fideicommiſſo relicto cippo, ſeu in ſubſtitutione cippi cenſeatur prohibita trebellianica.

Resp. Videtur prima facie concludendum, quòd sic, quia testator, mandans bona remanere in familia censetur prohibere trebellianicam, vt ex Mant. cons. 291. num. 10. refert, & sequitur Gabr. in conclus. lib. 4. tit. ad trebell. conclus. 9. ampl. 5. num. 7. & ratio est, quia mandando bona remanere in familia, censetur necessariò prohibere alienationem, &, prohibendo alienationem, prohibet consequenter detractionem trebellianicæ argumento textus in auth. sed & in ea. C. ad l. falc. & scribunt Ang. de Gambell. Socc. Paris. & alij, quos retuli, & sequutus sum supra num. 1134.

1141 Sed is, qui substituit cippum, videtur esse huius voluntatis, quòd res remaneat in familia, vt tradit Barth. Socc. in l. gallus. §. quidam rectè. sub num. 19. ff. de lib. & posth. & in cons. posito post suam lecturam ad senatusc. trebell. ff. in 2. coniectura. versus finem. in additione ad dictum consilium, subscriptum ab ipso, & à Io. Bapt. de S. Seuer. rursus idem Socc. cons. 113. suprascripti insignes. sub num. 6. vers. sed ad omnia. lib. 1. & cons. 43. viso testamento. sub num. 9. ibi. sed testator relinquendo. lib. 3.

Confirmatur ex eo, quòd omnes doctores, qui tradunt, in substitutione cippi intelligi exclusas fœminas, fundant se in ea ratione, quòd testator voluerit bona conseruari in familia.

Igitur in substitutione cippi, seu in fideicõmisso relicto cippo censetur tacitè prohibita alienatio, & consequenter trebellianica.

1142 Comprobatur istud argumentum; quia fideicommissum, relictum familiæ, cippo, seu agnationi, intelligitur relictum gradatim, & ordine successiuo, vt prior in gradu de familia succedens censeatur rogatus restituere sequenti in gradu Anch. cons. 27. non seruato ordine. sub nu. 6. circa medium. ibi. est enim mihi. Paul. de Castr. in l. gallus. §. quidam. sub num. 9. ibi. & hoc potest intelligi dupliciter. ff. de lib. & posth. & ibidem Socc. nu. 13. 18. & 19. & d. cons. 43. viso testamento. sub num. 5. ibi. circa secundum. & apertius num. 8. ibi. quomodo & qualiter. & num. 10. lib. 3. idem Paul. de Castr. l. cum ita. §. cum in fideicommisso. num. 2. ff. de leg. 2. Paris. cons. 11. num. 27. & 29. lib. 3. vbi testatur etiam de communi, * quã refert, & sequitur Mich. Cras. tract. de success. §. fideicommissum. q. 16. num. 3. & isto casu intelligitur prohibita alienatio, vt semel, & iterum dicit Paul. de Castr. in d. l. gallus. §. quidam.
1143 sub num. 9 circa medium. & suadetur ratione; † quia fideicommissum relictum familiæ durat vsque ad decimum gradum secundum computationem iuris ciuilis Dec. cons. 321. in causa quæ. sub num. 2. ibi. & in ista dispositione testatoris. lib. 1. Paris. cons. 51. num. 8. & 9. lib. 2. & est communis * opinio, quam ex Couar. var. resol. lib. 3. cap. 5. num. 4. vers. quinto. refert, & sequitur Mich. Crass. d. §. fideicommissum. q. 19. num. 3.
1144 † imo, attenta linea descendenti, & ascendenti, durat in infinitum, & solum in linea transuersali coarctatur vsque ad decimum gradum, sicut ex communi * Doctorum sententia refert, & sequitur Petr. tract. de fideicom. q. 8. num. 510. & 511. sed si singuli de familia vsque ad decimum gradum possent detrahere trebellianicam, bona fideicommissaria priusquam peruenirent ad decimum gradum essent ferè consumpta, & sic fideicommissum paulatim euanesceret.

1145 Et hęc conclusio, de qua supra sub num. 1140. in filio, instituto hærede, probatur hoc alio medio: quia licet trebellianica nõ intelligeretur prohibita, nihilominus filius non potest capere duas quartas, legitimam scilicet, & trebellaniciam, sed debet esse contentus altera earum l. iubemus. C. ad senatusc. trebell. & ibi Doctores, in qua l. est expressè dispositum, quòd filius institutus hæres, retenta quarta, dodrantem restituat. & quòd hæc opinio sit verissima de iure ciuili, notat ibi Bal. quem referunt Paul. de Castr. ibidem sub nu. 2. & Ias. in l. cohæredi. §. cum filio. sub num. 11. ff. de vulg. & pupill. & quòd allegata l. iubemus. habeat pro indubitato, quòd filius non possit retinere duas quartas, sed vnam tantum, siue illa sit legitima, siue trebellianica, notat Monticul. de inuent. cap. 9. sub num. 360. fol. 230.

1146 CONTRARIA sententia; quòd trebellianica non censeatur prohibita; probatur dupliciter.

I. quia ex bonis tacite prohibitis alienari potest deduci trebellianica toto tit. ff. & C. ad senatusc. trebell. & notant Natt. cons. 528. sub num. 36. vers. secundo respondeo. lib. 3. Petr. tract. de fideicom. q. 3. differentia 9. num. 48. & si aliter diceremus, sequeretur quòd trebellianica esset semper prohibita; quia in quolibet fideicommisso inest tacita prohibitio de non alienando.

1147 II. quia trebellianica non intelligitur vnquàm prohibita, nisi sit expressis verbis prohibita, vel per verba æquipollentia, sicut ex pluribus refert, & sequitur Ga-
1148 br. in conclus. lib. 4. tit. ad trebell. conclus. 2. num. 1. † & verba æquipollentia dicuntur illa, quæ aliud, quàm prohibitionem trebellianicæ, importare non possunt, vt latè declarat Bertr. cons. 144. nu. 14. vers. & primo. lib. 3. quem refert, & sequitur Gabr. tit. ad trebell. conclus. 2. nu. 3. & pro communi * ex Bello. cons. 65. nu. 3. refert Clar. lib. 3. §. testamentum. q. 62. vers. habet etiã. in fine. & propterea ei, qui dicit testatorem eam prohibuisse, seu voluisse prohibere, incumbit onus probandi, vt scribit Petr. dicto tract. de fideicom. q. 15. nu. 189. versus finem. sed in simplici fideicommisso relicto cippo, seu in substitutione familiæ trebellianica nõ est prohibita expresè, neq; per verba æquipollẽtia, quæ aliud importare non posint: ergo potest detrahi.

Quòd nõ sit prohibita verbis expressis, patet ex suppositione difficultatis; quòd non sit prohibita per ver-
1149 ba æquipollentia, probatur ex eo; † quia verba prohibentia tacitè alienationem, tunc dicuntur prohibere trebellianicam, seu aliud importare non posse, quando ad aliud cõmodè referri non possunt, vt loquitur Gabr. d. conclus. 2. sub num. 1. vers. contrarium. seu stant otiosè, si non prohibent trebellianicam; sed in casu nostro fideicommissum, relictum cippo, & verba, quibus est conceptum, operantur; quia inducunt fideicommissum, & prohibitionem alienationis; dempta trebellianica; sicq; non stant otiosè, quamuis non prohibeant trebellianicam; & hæc sententia est vera.

1150 Nec obstat, si dicas, perscrutandam esse adhuc mentem testatoris, an voluerit prohibere trebellianicam; quia in primis testatoris voluntas attendi debeat. l. in
1151 conditionibus. ff. de condit. & demonst. † & qualis fuerit voluntas testatoris relinqui arbitrio iudicis, in cuius æstimatione quæstio voluntatis posita est l. voluntatis. C. de fideicom. adeo, quòd verè loquutus videatur Clar. lib. 3. recept. sent. q. 62. vers. habet etiã. & vers. seq. vtrobiq; in fine. dum declarando Bellon. cons. 65. scribit, bonum esse in istis casibus habere iudicem fauorabilem.

1152 Quia resp. hoc esse verum, quando manifestè apparet de voluntate testatoris; alias recedendum non est à proprietate verborum. l. non aliter. ff. de leg. 3. & standum est in dubio scripturæ. l. si alij fundum. ff. de
1153 vsufr. leg. & non arbitrio iudicis, † quia, vt ex Arist. Bal. in pluribus locis. Crauet. & Sylu. nupt. retuli, & sequutus sum infra cap. 11. nu. 297. leges rectè positæ debent omnia determinare, & quàm paucissima committere iudicantibus.

Vnde cum in casu nostro supponamus, non aliter constare de mente, non est recedendum à verbis, quorum significatio non debet trahi ad prohibitionem trebellianicæ, si ad aliud commodè sine otiositate referri possunt, vt dixi.

SOLVO nunc adducta pro prima sententia.

Ad primũ patet solutio ex his, quæ dixi supra num. 1146. in primo argumento huius vltimæ opinionis: procedit enim illud argumentum in prohibitione expressa alienationis, quæ videretur superflua, nisi importaret prohibitionem trebellianicæ: nam, cum ex ipso fideicommisso oriatur prohibitio de non alienando, redderetur frustratoria alia prohibitio: hoc idem dico in prohibitione tacita, quãdo appareret otiosa, nisi referretur ad trebellianicã: sed in casu nostro satis operatur illa tacita prohibitio resultans ex fideicommisso, dum impedit, ne bona subiecta fideicommisso alienentur, dempta trebellianica.

Non obstat, quòd testator, relinquendo fideicõmissum cippo, videatur fuisse eius mentis, vt voluerit bona conseruari in familia, & agnatione, quæ conseruatio excludit trebellianicam.

Quia

Quia respondeo, quòd non valet ista consequentia:
testator est huius intentionis, quòd eius bona rema-
neant in familia: ergo habet etiam intentionem, quòd
ex eis non detrahatur trebellianica; & quòd non va-
1154 leat, ostendo: † quia testator, rogando hæredem, vt
post mortem suam restituat bona fideicommissario, ha
bet etiam intentionem, quòd non alienentur, sed con-
seruentur, vt restituantur fideicommissario; & tamen
nulli dubium est, quòd trebellianica detrahitur toto
tit. ff. & C. ad senatusc. trebell. quia in tacita prohi-
bitione de non alienando non intelligitur prohibita
trebellianica, Natt. & Petr. quos citaui supra nu. 1146.
1155 vers. contraria. † imò Petr. tract. de fideicomm. q. 15.
num. 191. versus finem. in fortioribus terminis refert,
& sequitur, quòd trebellianica non intelligitur prohi-
bita propter tacitam prohibitionem de non alienãdo,
resultantem ex fideicommisso, relicto familiæ, vt bona
perpetuò in ea conseruentur, quod hic non firmo, ex-
quò in contrarium allegauimus supra num. 1140.

Ad adducta pro confirmatione resp. quòd minus te-
net ista consequentia: in fideicommisso relicto cippo,
seu familiæ, & colonnello censetur prohibita aliena-
tio: ergo censetur etiam prohibita trebellianica; &
ratio est, quia sola prohibitio alienationis expressa,
aut per verba æquipollentia importat prohibitionem
trebellianicæ, vt ex Gabr. Bertr. Bellon. & Clar. re-
tuli, & sequutus sum supra num. 1147. & 1148. & di-
cuntur æquipollentia, quando starent otiosè, nisi pro-
hiberent trebellianicam, vt dixi supra dicto nu. 1148.
secus ergo quando est prohibitio tacita, resultans ex
fideicommisso, vt in casu nostro; quia illa non impe-
dit trebellianicæ detractionem, Natt. & Petr. quos re-
tuli, & sequutus sum supra nu. 1146. & ratio est, quia
illa tacita prohibitio potest commodè referri ad alia
bona, remanentia post detractionem trebellianicæ, &
de ista tacita prohibitione venit intelligendus Paul. de
Castro exaduerso allegatus; & sic non potest allegari.

SVPPOSITA expressa prohibitione alienationis in
fideicommisso, per quã prohibitionem censeretur pro-
hibita detractio trebellianicæ, vt dixi supra num. 1140.

ADVERTE pro vlteriori intelligentia, quòd prohi-
bitio alienationis non est omnino, & semper annexa
1156 fideicommisso; quod sic ostendo: † quia prohibitio de
non alienando etiam expressa, apposita in fideicommis
so, relicto cippo, seu familiæ, non extenditur vltra
quartum gradum §. nos autem. Auth. de rest. fideicom.
& scribunt Socc. cons. 43. viso testamento. num. 1. in
fine. & sub num. 3. 4. & 5. ibi. ex quibus. lib. 3. Dec.
cons. 321. in causa quæ. sub num. 1. & num. 3. lib. 1. &
cons. 635. viso copioso. sub num. 8. lib. 2. Dilect. tract.
de art. testan. tit. 8. caut. 2. nu. 1. fol. 137. & Mich. Crass.
tract. de success. §. fideicommissum. q. 19. num. 2. &
sic illa prohibitio non sequitur singulos fideicommis-
sarios; & tamen fideicommissum præfatum extendi-
tur vsque ad decimum gradum, vt ex Dec. Paris. &
alijs retuli supra num. 1143.

1157 DECLARA tamen, prohibitionem præfatam de
non alienando non extendi vltra quartum gradum in
casu prædicto, scilicet, quando est facta fauore fami-
liæ, & agnationis etiamsi sit facta in perpetuum, secus
quando fieret fauore liberorum, & descendentium, vt
puta; quia prohiberet bona alienari, quia vult ea per-
uenire ad liberos, & descendentes in perpetuum;
quia tunc illa prohibitio se extendit in infinitũ ad om-
nes descendentes, vt refert, & sequitur Petr. tract. de
fideicom. q. 8. cas. 9. sub num. 504. & num. 505. vers. sed
hæc conclusio. & nu. 506. & seqq. & sub nu. 511.

Non obstat, quòd si singuli fideicommissarij retine-
rent trebellianicam, bona ferè consumpta essent prius
quàm peruenirent ad vltimum de familia.

1158 Quia resp. multipliciter. & primo, quòd illa opinio
Ancharani, & aliorum sequacium, tenentium, esse vo-
catos gradatim ita, vt, vno admisso, cæteri non cen-
seantur exclusi, est admodum controuersa, vt patet ex
his, quæ congerit Petr. tract. de fideicommis. q. 5. nu.
148. & seqq.

1159 Secũdo resp. quòd, data pro vera illa opinione, quòd
vnus censeatur rogatus restituere gradatim alteri or-
dine successiuo, & quòd consequẽter possit vnusquisq;
in restitutione retinere trebellianicam; tamen nullum
sequitur absurdum; nam & is, qui est in quarto gra-
du, poterit alienare, vt dixi paulò supra num. 1156.

1160 Tertio respondeo, quòd, si daremus sequi absurdum,
quia retinendo trebellianicam, bona consumarentur.
paulatim antequã peruenirent ad eum, qui est in deci-
mo gradu, posset tunc tentari, & recurri ad opinio-
nem eorum, qui tenent, quòd isto casu solus primus
hæres, seu primus rogatus detrahit trebellianicam,
& non sequentes Paul. Leon. tract. de substit. num. 121.
& Petr. tract. de fideicomm. q. 15. num. 182. & 202. &
facit textus in l. lex falcidia. ff. ad l. falc.

1161 RETENTA illa conclusione, posita supra nu. 1145
de duabus quartis non capiendis.

DECLARA, eam posse procedere his duobus
casibus.

Primus est de iure ciuili indistinctè, siue filius sit
grauatus restituere sub conditione, siue purè secun-
dum Bal. in l. iubemus. sub num. 6. vers. sed licet. C.
ad senatusc. trebell. & secundum cõmunem * opinio-
nem doctorum legum, de qua testantur Glos. in cap.
raynutius. in verbo. legitimam. versus finem. de te-
stam. & alij, relati à Mich. Crass. tract. de success. §.
trebellianica. q. 4. num. 1. in principio. & vers. alij di-
stinguendum. ibi. sed quamuis prædicti. & hanc opi-
nion. sequitur Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseru. 121.
sub num. 4. versus finem. ibi. & licet. & rationes huius
opinionis adducit Bal. in d. l. iubemus. num. 6. vers.
oppono & videtur. C. ad senatusc. trebell. & alias ex
Iac. de Belu. recenset Glos. in d. verbo legitimam. †
1162 & hæc communis opinio; si simus in fideicommisso
puro, quando scilicet filius est grauatus purè restitue-
re; redditur tantò magis communis iuxta ea, quæ re-
ferunt Mich. Crass. dicto vers. alij destinguẽdum. Gail.
dicta obseru. 121. num. 2. & 3. latè Masuer. in addit. ad
pract. Papien. in forma libelli quo agitur ex substitu-
tione. in glos. ac per fideicommissum. in verbo. an
filius. & in verbo. duas quartas. fol. 955. & hanc pro
indubitata, & receptissima iuris conclusione supponit
Becc. cons. 23. in principio. & colligitur ex alijs iu-
1163 reconsultis citatis infra; † imo Bal. in d. l. iubemus.
sub num. 6. vers. sed licet. C. ad senatusc. trebell. &
nonnulli alij tenuerunt, etiam de iure canonico non
posse detrahi duas quartas in fideicommisso puro Gl.
in d. cap. raynutius. in verbo. legitimam. in fine. de
testam. ibi. alij voluerunt. & hanc esse communem *
opinionem omnium Doctorum firmat sub distinctio-
ne Gail. in pract. obseru. lib. 2. dicta obseru. 121. num.
5. & 6.

1164 Secundus est, quando ascendentes sunt grauati re-
stituere, quibus vnam tantum quartam deberi scripse-
runt Ias. in auth. nouissima. nu. 39. C. de inoff. testam.
& copiosè Rol. à Vall. cons. 39. num. 9. & seqq. lib. 3.
quamuis non desint, qui teneant, etiam patrem posse
detrahere duas quartas, vt per Gail. dicta obs. 121. n. 11.

His ergo casibus possunt procedere, & intelligi ea,
quæ adduximus supra num. 1145.

1165 RESTRINGE nunc eandem conclusionem, vt non
procedat de iure canonico, & in casu, quo filius sit gra
uatus restituere, quia is potest detrahere duas quartas
indistinctè, vt patet ex seqq. extensionibus.

EXTENDE I. istam restrictionem, vt procedat etiã
si filius sit pure grauatus restituere: nam licet isto ca-
su multi teneant non posse detrahi duas quartas, vt ex
Bal. Gl. & Gail. retuli supra num. 1163. tamen Gl in di-
cto cap. raynutius. in verbo. legitimam. versus finem,
dum firmat, detrahi duas quartas, loquitur indistinctè,
compræhendens etiam hunc casum fideicommissi pu-
ri; & ita, notando differentiam inter ius ciuile, & ius
canonicum, tradunt apertè Guid. Pap. decis. 52. licet do
ctores. num. 1. Prosd. de Comit. tract. de differ. iur. ci-
uil. & canon. nu. 153. fol. 197. & ita iudicari & serua-
ri in Curia Delph. & in toto mundo refert Guid. Pap.
vbi supra.

1166 EXTENDE II. vt procedat in casu fideicõmissi con-
ditionalis, videlicet, quando filius est grauatus restitue
re in diem incertum, vt puta post mortem, vel sub con
ditione, si sine liberis decesserit, quia isto casu
nulli dubium est, quòd filius potest detrahere duas

quartas, textus eſt in cap. raynutius. & ibi Gl. in verbo. legitimam. & iu cap. raynaldus. & ibi Gl. in verbo. medietatem. & in verbo. trebellianicã. de teſtam. &, notando hanc differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum, ſcribunt Ant. Corſet. tract. de trebell. §.3. nu.3. fol.439. & Bapt. à S. Blaſ. de cōtradict. iur. canon. contrad. 58. fol. 186. & hanc eſſe communem * opinionem ſcribunt Iaſ. in l. cohæredi. §. cum filio. nu.10. & 11. ff. de vulg. & pupill. & in auth. nouiſſima. nu.39. C. de inoff. teſt. Socc. Iun. in l. in quartam. nu.49. ff. ad l. falc. latè Rol. à Vall. conſ.39. nu.8. lib.3. Dilect. tract. de art. teſtan. tit.5. caut.31. num.1. Maſuer. in addit. ad pract. Papienſ. in forma libelli quo igitur ex ſubſtitutione. in gloſ. ac per fideicommiſſum. in verbo. an filius. & in verbo. duas quartas. fol. 955. &, quòd hæc opinio iuxta cap. raynutius. & cap. raynaldus. de teſtam. ſeruetur de conſuetudine generali, teſtatur Bal. in d. l. iubemus. ſub nu.6. verſ. ſed licet. C. ad ſenatuſc. trebel. & quòd ſeruetur tàm in ſcholis, quàm in iudicijs, & practicetur vbique, teſtantur Paul. de Caſtr. in dicta l. iubemus. ſub nu.2. Rom. cōſ.185. pro deciſione. nu.4. Dec. conſ. 202. vt præſens. ſub nu.7. lib.1. Pariſ. conſ.17. nu.16. conſ.46. num.4. & ſeq. lib.2. conſ.1. nu.78. lib.3. Maſuer. vbi ſupra: &, quòd ſecundum hanc communem opinionem ſe habeat conſuetudo, & vſus mundi, volentis in hoc ſtare canonibus, & ſeruetur, teſtantur Rom. conſ. 206. licet. Alex. conſ.142. circa primam. ſub. num. 13. & 14. lib. 2. Dilect. de art. teſtan. dicta caut. 31. num. 1. in fine. Paris. dicto conſ. 17. num. 16. in fine lib. 2. Bapt. à S. Blaſ. vbi ſupra. Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. trebellianica. q. 4. num. 1. verſus finem. dicens, obſeruari etiam in terris imperij. Becc. conſ. 23. ſub num. 1. Foſſanen. deciſ. 252. in principio. dicens, quòd eſt omnium doctorum receptiſſima, & indubitata concluſio, quæ in practica perpetuò ſeruatur. latè, apertè, & benè Iaſ. in l. filium quem habentem. num. 6.7. & 8. C. famil. hærciſc. & fuſius Gail. in pract. obſeru. lib.2. obſeru. 121. num.6. & remiſſiue ad eam obſeru. 119. nu.9. eod. lib.2. & ita fuiſſe iudicatum in conſilio Neapol. teſtatur Affl. deciſ.367. nardus. ſub num.4.

1167 Et hæ duæ quartæ detrahendæ aſcendunt ad dimidiã hæreditatis, vt teſtantur Bal. in l. iubemus. ſub num. 6. verſ. ſed licet. & num. 7. C. ad ſenatuſconſ. trebell. & ibidem Paul. de Caſtr. ſub num. 2. Pariſ. dicto conſ. 17. ſub num. 16. conſ.46. num.5. & conſ.9. num.12. lib. 2. conſ.1. num.79. & conſ.43. num. 4. lib.3. Socc. Iun. in l. in quartam. ſub num.49. ff. ad l. falc. Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione. in gloſ. ac per fideicommiſſum. ibi. duas quartas. fol. 956. Monticul. tractat. de inuent. cap.13. num. 53. Crauet. conſ. 50. num. 1. Gail. dicta obſeru. 121. num.7. lib.2. Foſſanen. dicta deciſ. 252. nu. 1. & Becc. conſ.23. num.2.

1168 Et poteſt hæres tranſmittere iſtas duas quartas ad hæredes etiam extraneos, vt ſcribit Pariſ. in conſ. ſupra citatis, & ſic poteſt quis delinquendo eas tranſmittere etiam in fiſcum.

ARTICVLVS I.

Fructus percepti ex hæreditate non computantur in trebellianicam, & legitimam filijs primi gradus.

1169 Sed hic poſſunt occurrere plures articuli.

An fructus, percepti per delinquentem ante confiſcationem bonorum, extenuent iſtas duas quartas, trebellianicam ſcilicet, & legitimam, ſeu inquam computentur in eis.

Reſp. diſtinguendo duos caſus.

Primus caſus eſt in filijs primi gradus, rogatis reſtituere hæreditatem: Et concludo non computari, prout de hoc in trebellianica eſt textus in l. iubemus. C. ad ſenatuſc. trebell. & ibi Cyn. num. 1. verſ. no. hic. & ſub num. 8. in diſtinctione quam refert ex Petr. ibi fallit in liberis primi gradus. Bar. & Paul. de Caſtr. in principio. & num. 3. in fine. Bal. num. 11. in fine. Gl. in l. quod de bonis. §. quod auus. in verbo. compenſabuntur. ff. ad l. falc. & ibidem Bar. num. 1. Papien. in pract. in for. libelli quo agitur ex ſubſtitutione in gloſ. ac per fideicommiſſum. ſub num. 7. fol. 951. Corn. conſ.22. in hac conſultatione. num. 33. verſ. ſed imminet. conſ.146. in hac conſultatione. num.23. verſ. inciderent tamen. lib. 2. & conſ.180. multitudo quæſitorum. num.13. verſ. circa 10. q. lib. 4. & Rol. à Vall. conſ. 30. num. 1. lib. 1. & hæc eſt communis * opinio, de qua teſtantur Pariſ. conſ. 9. num. 11. conſ. 25. num.54. & 55. conſ. 45. num. 9 & apertius nu.17. in fine. conſ.47. num. 16. lib.2. And. Gail. in pract. obſeru. lib.2. obſeru. 133. num.4. & 5. Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. trebellianica. q.11. num.2. Petr. tract. de fideicom. q. 15. ſub num. 212. verſ. ſecunda probatur.

1170 AMPLIA I. iſtam communem opinionem, vt habeat locum non ſolum, quando reſtitutio eſt facienda deſcendentibus, ſed etiam quando eſt facienda extraneis Paul. de Caſtr. in d. l. iubemus. ſub num. 1. & ex communi * refert, & ſequitur Mich. Craſſ. d. q. 11. ſub num. 2.

1171 AMPLIA II. vt habeat locum etiam ſi ſint detrahendæ duæ quartæ; quia adhuc filius retinebit medietatem hæreditatis, non computatis fructibus, Bar. in l. quod de bonis. §. quod auus. num. 1. ff. ad l. falc. Corn. conſ. 197. circa primum. ſub num.2. ibi. ita quòd fructus. lib. 1. & in caſu detractionis duarum quartarum loquitur Corn. dictis cōſ. 22. & 146. lib.2. & conſ.180. lib.4. ſupra allegatis, dum ſcribit, fructus non computari in trebellianica; & ita clare firmat Pariſ. conſ.43. num.77. lib.3. &, quòd iſta ſit communis * opinio, teſtantur idem Pariſ. conſ. 25. num. 55. lib. 2. & Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. trebellianica. q.11. ſub num. 3. verſ. contrariam. & licet in contrarium ſcripſerint Ant. Corſet. tract. de trebell. §.3. ſub num. 2. & alij relati per Crauet. conſ. 16. num. 10. & 11. tamen recedendum non eſt à relata opinione communi, quæ eſt pars ſecurior, vt teſtatur etiam Paul. de Caſtr. in l. iubemus. ſub num.3. C. ad ſenatuſc. trebell. quamuis ei de rigore iuris placeret opinio contraria.

1172 LIMITA nunc hanc primam concluſionem, & communem opin. vt non procedat quando teſtator mandaſſet fructus computari in trebellianica, quia ſi teſtator poteſt in totum prohibere trebellianicam etiam filijs primi gradus, vt ex pluribus Rotæ deciſ. retuli & ſequutus ſum ſupra ſub num. 1133. à fortiori poteſt illam diminuere, mandando computari fructus, quicquid in contrarium dixerint ij, quos refert Mich. Craſſ. dicta. q.11. num.4. & ij, quos ſequitur Gail. dicta obſeru. 133. ſub num.5.

1173 Reliquas limitationes hic omitto, quia eas poſuimus infra à num. 1181. vſque ad num. 1186. in illis enim caſibus, in quibus dixi fructus debere reſtitui fideicommiſſario, dico, quòd computarentur in trebellianica filiorum primi gradus.

Fructus percepti non computantur in legitimam.

1174 Quantum ad legitimam, quòd fructus percepti non computentur in ea habemus textum in l. ſcimus. circa principium. verſ. ſancimus. in fine. C. de inoff. teſtam. Paul. de Caſtr. in l. iubemus. ſub num.3. C. ad ſenatuſc. trebel. Corn. conſ. 146. in hac conſuliatione. ſub num. 23. verſ. inciderent. lib.2. Pariſ. conſ.45 num. 9. lib.2. & Gail. in pact. obſeru. lib.2. obſeru.133. num.5. verſus finem. ibi. quoad quartam. & hoc non habet dubiũ, quia ſi non computantur in trebellianica, à fortiori nõ computabuntur in legitima, quæ eſt debita iure naturæ, & potentior, vt oſtendit Bal. in l. ſcimus. not. quarto num.4. & 5. C. de inoff. teſtam. vbi aſſignat ratione.

Fructus regulariter computantur in trebellianicam filijs ſecundi gradus.

1175 Secundus caſus eſt in filijs ſecundi, & vlterioris gradus: Et in iſto concludo, quòd fructus regulariter computãtur in trebellianica l. quod de bonis. §. quod auus. & ibi Gloſ. in verbo. compenſabuntur. ff. ad l. falc. & ibi Bar. num. 1. dicens, eſſe menti tenendum, quia

quia si is,cui fit substitutio, est nepos,fructus interim percepti computantur in trebellianicam;subdens debere esse cautum aduocatum, vt aduertat quis sit ille,cui fuit substitutio,dicens se in hoc vidisse errare vnum magnum aduocatum:probatur etiam ista conclusio in l.infideicommissaria.ff.ad senatusc.trebell.& in l.filius familias. in fine. ff. ad l. falc.Oldr.consi.248. præsupposita.num.5.vers.ad quintam q.Paul.de Castr. in l.iubemus.nu.3.in fin.C.ad senatusc. trebell. Alex. consi.36. consideratis narratis. num. 4. 6.& 10. lib. 7. Corn.consi.22.in hac consultatione.sub num. 33. vers. sed imminet.consi.146.in hac consultatione. num. 23. vers.incideret.lib.2.& consi.180. multitudo quæsitorũ. num.13.vers.circa 10.q.lib.4.Paris.consi.25.vers.sexta principalis difficultas.num.53.consi.45.num. 16. lib.2. Socc. Iun. in l.cum filiofamilias.in 4.par.num. 2.ff.de leg. 1.fol.mihi 173. Gail.in pract.obser. lib. 2. obseru. 133.nu.6.Mich.Crass.tract.de succes. §. trebellianica. q.11.num.1.& Rol.à Vall.qui alios citat.consi. 30. sub num.1.lib.1.

1176 DECLARA istam conclusionem, vt procedat in fructibus,perceptis iudicio testatoris,qui computatur in trebellianica,vt declarant Glos.in cap.raynutius,in verbo.à tempore litis contestatę. de testam. Cyn. in l. iubemus.sub nu.8.ibi.distinguit ita. & Bal.sub nu. 11. ibi.secundo casu.C. ad senatusc. trebell. Papien. in pract.in forma libelli quo agitur ex substitutione. in glos.ac per fideicommissum. num.7.fol.591.Socc.Iun. in l.in quartam num.18.ff.ad l.falc.Paris.consi. 83. nu. 20.lib.2.Rol.à Vall.consi.30.num.2.lib.1. Mich. Crass. tract.de success.§.trebellianica.q.11.sub num.1. & est declaratio communis,* quæ tamen meo iudicio eget alia declaratione.

1177 Dic ergo,fructus tunc dici perceptos iudicio testatoris,quando fideicõmissum,seu hæreditas venit restituenda in diẽ,vel sub conditione,vt declararunt Cyn. & Bal.vbi supra.& clarius Papien.in d.gl.ac per fideicõmissum.sub.n.7. fol.951. Ioan. Copi.tract.de natur. fruct.lib.2.tit.3.de fruct.legat.& fideicom.c.6.sub nu. 1.fol.243.& in terminis huius conclusionis, & declarationis est intelligendus Bar.in l. in quartam. sub nu. 9.ff.ad l.falc.dum scribit. *aut hæres percepit fructus iudicio testatoris,& illos prius imputare in quartam cogitur.*& ratio est,quia tunc nihil potest imputari fideicommissario,cui est facienda restitutio, quare passus sit, fructus percipi: quare cum perceptio proueniat ex eo solo,quòd testator distulit restitutionem faciendam, dicuntur percepti solo iudicio, seu dispositione testatoris, secus ergo quando non sunt percepti iudicio testatoris; quia tũc est distinguendum;an sint percepti propter negligentiam fideicommissarij, cui facienda erat restitutio,in non petendo restitutionẽ hæreditatis,vt puta, quia hæreditas erat statim restituenda,& ipse distulit eã petere;an verò sint percepti propter moram debentis restituere,vt puta,quia fuerit petita restitutio hæreditatis,isquè,qui tenebatur eã restituere,fuerit in mora restituendi:si in primo casu: concludo, eos non computari in trebellianicam, testibus Glos.in d.cap.raynutius.in verbo.à tempore litis contestatæ.Cyn.in d.l.iubemus.sub num.8.ibi.secundo casu cum quæritur.& Bal.sub num.11.ibi. *aut mora non petentis & non computantur.*Papiens.in d. glos. ac per fideicommissum.sub num.7.fol. 951. ibi. aut eos percepit.& Ioan.Copin.d.cap.6.sub nu.1.ibi.si enim purè.fol.mihi 243.si in 2.casu:concludo, eos computari in trebellianica,vt scribunt ijdem Bal.in d.l.iubemus. sub num.11.ibi.aut sunt percepti mora non soluentis. Papiens.in d.glos.ac per fideicommissum. sub num.7. ibi. aut eos percepit interueniente mora. & ita dico, quicquid,obscurè loquendo,sentiat Cyn.in d. l. iubemus.sub num.8.ibi.tertio casu.scribens,quòd non computabit in quarta fructus perceptos, sed integros restituet.

1178 Vnde ex his potest meo iudicio breuior, & clarior formari declaratio,seu distinctio:aut enim in restitutione facienda non interuenit negligentia fideicommissarij,cui facienda est restitutio;& dico fructus semper computari in trebellianica:aut interuenit eius negligentia; & dico, eos fructus, in quibus interuenit eius negligentia,non computari in trebellianica.

1179 DECLARA II. vt procedat solum in fructibus, prouenientibus ex dodrante: ij enim possunt imputari in trebellianica,sed nonilli,qui proueniunt ex reliqua quarta parte,quia sicut 4.pars spectat ad hæredem rogatum restituere, ita & fructus illius quartæ partis argumento textus in l. filiusfamilias. in fine ff. ad l. falc.in illis verbis.*his consequens erit,vt si ex fructibus, medio tempore quartam,& quartæ fructus habuerit, pater, etiam trebellianum senatusconsultum inducamus,* idest, vt interpretatur Ioan. Copin.d.cap.6. sub num. 2. peculium quasi hæreditatem ex S. C.Trebell. restitui debere.

Confirmatur hæc declaratio,quia; si grauatus restituere in diem, vel sub conditione restitueret statim fructus,quos postea perciperet ex sua trebellianica, essent sui absoluti,& nullus posset considerari casus, vt venirent computandi in trebellianica.Igitur si differat hæreditatem restituere,idem dicendum est quantum ad fructus trebellianicæ.

1180 DECLARA III. vt fructus,qui supersunt vltra eos, qui computantur pro integra trebellianica, & fructibus trebellianicæ,remaneat & cedat lucro hæredis,& nõ fideicommissarij,seu substituti, cui facienda est restitutio hæreditatis l.in fideicommissaria.& l.postulante.§.fin.vers.sanè.& in fine. ff.ad senatusc.trebel.l.paulus.ff.de vsur.& scribunt Cyn.in l. iubemus. sub num. 8.ibi.primo casu quando quæritur.C.ad senatusc. trebell.Oldr.consi.248.pręsupposita. sub num. 5. Papien. in pract.in forma libelli quo agitur ex substitutione. in glos.ac per fideicommissum. num.7.fol 951. Rol. à Vall.consi.30.nu.n.2.lib.1.Gail.in pract. obseru.lib.2. obseru.133.num.1.& 2.Mich.Crass.tract.de success. §. trebellianica.q.11.in principio.& nu. 1. & Io. Copin. tract.de natur.fruct.lib.2.tit.3.cap.1.sub nu.1.ibi. post aditam.& cap.2.num.1.fol.241.& quòd ita notent omnes Moder.in l.in quartam.in 4.q.princip.ff.ad l. falc. testatur Rol.à Vall.vbi supra.

1181 RESTRINGE I. istam declarationem, vt nõ procedat, quando hæres fuisset in mora restituendi hæreditatem, quia tũc debet restituere fructus perceptos l. paulus.ff.de vsur.l.in fideicommissaria.ff.ad senatusc. trebel.Bal.in l.iubemus.sub num.11.ibi.aut sunt percepti mora non soluentis. C. ad senatusc. trebel. Papien.in d.glos.ac per fideicommissum.sub num.7. ibi. aut eos percepit interueniente mora.Gail.in pract.obseru.lib.2.obseru.133.sub num.2.ibi.secundo si hæres. Mich. Crass.tract.de success.§.trebellianica.q.11.num. 1.in fine.& Io.Copin.tract.de natur.fruct.lib. 2. tit.3. cap.1.sub num.5.ibi.quid ergo.fol.241.

1182 EXTENDE istam restrictionem, vt habeat locum etiam in filijs primi gradus; quia tunc vti possessores malæ fidei tenerentur etiam ipsi restituere fructus pceptos Gail.in pract.obseru.d.obseru.133.num.7. lib. 2.& Mich.Crass.d.q.11.num.5.qui testatur de communi.* & quòd filius computet in trebellianicam fructus perceptos post litem contestatam, aduertit etiam Io. Andr.in cap.raynutius.nu.2.de testam.& ibidem Glo. in verbo.à tempore litis contestatæ.in fine.dicẽs,quòd tunc est in mala fide.

1183 RESTRINGE II. vt non habeat locum in fructibus perceptis ante aditam hæreditatem, quia illi veniunt restituendi fideicommissario vna cum hæreditate l. ita tamen.§.1.in fine. ff. ad senatusc.trebell. Gail. in pract.obseru.lib.2.obseru.133.num.8. & Ioan. Copin.tract.de natur.fruct.lib.2.tit.3.cap.1.num.1. & nu. 3.fol.241.vbi rationem assignat.

1184 EXTENDE istam restrictionem, vt habeat locum etiã in filijs primi gradus;quia etiam ipsi tenentur restituere istos fructus,vt refert,& sequitur Gail.in prac. obseru.lib.2.obseru.133.num.8.

1185 RESTRINGE III. vt non habeat locum, quando testator rogasset hæredem specialiter,vt restitueret fructus,quia tunc tenetur eos restituere l.in fideicõmissaria. ff. ad senatusc.trebell. & notant Ioan.Copi. tract. de natur.fruct.lib.2.tit.3. cap. 1.nu.6. fol.241.& Gail. d.obserui 33.sub num.2.limit.1.

1186 EXTENDE, vt habeat locum etiam in filijs primi gratus:nam si potest testator ijs prohibere trebellianicam

nicam, & quòd imputent fructus in trebellianica, vt dixi supra num. 1172. vers. limita nunc. quantò magis poterit eisdem mandare, vt restituant fructus, remanentes supra trebellianicam?

1187 AMPLIA nunc eandem conclusionem huius casus quam posui supra num. 1175. vt habeat locum etiam in ascendētibus, grauatis restituere, quia deberent cōputare in trebellianica fructus perceptos, sicut alij extranei hæredes, & filij secundi, & vlterioris gradus Mich. Crass. tract. de success. §. trebellianica. q. 11. in fine. num. 6.

1188 EXTENDE vt in ista ampliatione habeant locum omnes declarationes, & restrictiones, quas posui ad dictam conclusionem 2. casus.

1189 EXTENDE rursus, vt fructus computari debeant non solum in trebellianica, sed etiam in legitima Rol. à Vall. qui testatur, hanc esse communem * opin. cons. 39. num. 21. vol. 3. quem refert, & sequitur Mich. Crass. tract. de success. §. trebellianica. q. 11. in fine num. 6.

Et ex his habes, quos fructus debeat fiscus computare in trebellianica, & in legitima, & quos debeat restituere, & quos non.

ARTICVLVS II.

Hæres non potest eligere legitimam, neque trebellianicam, sed veniunt assignandæ discreto iudicis arbitrio & quomodo &c.

1190 An fiscus possit eligere legitimam in rebus, quæ sibi placent.

Resp. quòd non potest, quia fiscus habetur loco hæredis, vt ex Glos. Bar. Bal. Rom. Corn. Becc. Surd. Crauet. & alijs retuli lib. præced. cap. 98. sub num. 13.

1191 Sed hæres, etiam si sit filius, non potest detrahere, seu eligere vnam, vel plures res hæreditarias pro legitima sine arbitratu iudicis, Bal. in l. iubemus. sub num. 3. vers. item fallit in legitima, C. ad senatusc. trebell. & hanc esse communem * opinionem referunt & sequūtur Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de legitima. conclus. 4. num. 1. & Mich. Crass. tract. de success. §. legitima. q. 16. num. 4. & q. 17. num. 1. qui alios allegant, & omitto,

1192 quia satis probatur ex sequenti comprobatione; † & ratio huius communis opinionis est, quia legitima est tertia pars omnium singularum rerum, & consequenter cuiusquè minimæ rei esset faciēda abscissio in tres partes ad tradita per Bal. in l. filium quem habentem. sub num. 36. vers. item quare dubitatur. ibi. respondeo. C. famil. erciscund. Abb. in cap. raynaldus. num. 8. & 28. de testam. Corn. cons. 282. circa primum. sub nu. 1. lib. 1. Monticul. tract. de inuent. post cap. 10. num. 189. fol. 245. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cēt. 2. cas. 163. nu. 17. & Mich. Crass. d. q. 16. num. 1. vnde si hæres posset eligere vnam, seu plures res pro legitima, eligeret in illis rebus tertiam suam, & duas alienas, quod repugnat rigori iuris.

1193 Comprobatur rursus; quia legitima debet assignari in vna, vel pluribus rebus arbitrio boni viri, & non ad electionem hæredis Bar. in l. suus quoquè. sub num. 10. ff. de hæred. instit. Paul. de Castr. cons. 375. ne sub æquiuoco. num. 3. lib. 1. Abb. in d. cap. raynaldus. num. 28. de testam. & Alex. cons. 117. viso titulo quæstionis. sub num. 20. lib. 6. &, quòd legitima sit assignanda arbitrio iudicis, est opinio communis, * de quà testantur Ias. in l. filium quem habentem. num. 16. & 17. C. famil. ercisc. Dec. cons. 81. in casu proposito. num. 7. & cons. 236. non parua difficultas. nu. 15. lib. 1. Paris. cōs. 16. sub num. 69. lib. 2. Boss. tract. crim. tit. de bonor. public. sub. num. 4. Rol. à Vall. cons. 12. num. 3. & cons. 78. num. 18. in fine lib. 1. Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de legitima. conclus. 3. & 4. n. 1. Menoch. de arbitr. iud. cas. 163. nu. 16. & 18. in fine. Mich. Crass. tract. de success. §. legitima. q. 16. num. 1. 4. & 5. & de magis communi testatur Socc. Iun. in l. in quartam. num. 103. vers. contrariam tamen. ff. ad l. falc. qui omnes Doctores promiscuè loquūtur de arbitrio boni viri, & de arbitrio iudicis; nam reminisci oportet, quòd iudex dicitur bonus vir, sicut ex Menoch. & Illustr. Cardinali Mant. retuli lib. præced. cap. 12. sub. num. 97.

1194 Ratio huius comprobationis est, quia, si attenderemus illum rigorem iuris, vt ex qualibet re detraheretur tertia pars, totum patrimonium corrumperetur, omnesquè dilacerarentur facultates, meritò talis diuisio, vti nimis damnosa, non permittitur l. 2. C. quan. & quib. quar. pars &c. lib. 10. & notant Bal. in l. filium quē habentem. sub num. 16. vers. ex qua lectura. C. famil. ercis. & Abb. d. num. 28. & consequenter arbitrio iudicis, cuius officio facienda est diuisio, debet assignari legitima, quia licet filius de rigore iuris habeat tertiā seu aliam partem in qualibet re hæreditaria ante diuisionem, tamen, quando deuenitur ad diuisionem, de æquitate fit detractio in vna re arbitrio iudicis, vt dicunt Abb. Corn. & Mich. Crass. in locis citatis. & benè Bar. in l. in quartam. sub num. 9. ff. ad l. falc. ibi. aut quæris de necessitate. dicens, quòd quarta debetur de qualibet re pro indiuiso, sed detrahitur in vna, vel pluribus rebus.

Nec obstat, si diceres ad euitandas istas difficultates debere cogi ad permanendum in communione.

1195 Quia resp. quòd communio solet interdum esse perniciosa, quia naturale vitium est, vt, quod communiter possidetur, negligatur, vt dicit textus in l. 2. C. quan. & quib. quarta pars. &c. lib. 10. solet etiam esse cum magno dispendio, soletquè interdum parere maximas discordias, vt scribit Mich. Crass. d. q. 16. num. 1. in fine. & ideo nemo cogitur permanere in ea l. fin. C. comm. diuid.

Cōprobatur vltimo, quia etiā inter fratres si ageretur de diuisione hæreditatis, vel bonorū, iudex posset interponere suū officium, eligendo peritos, qui diuiderent, vel committendo sorti secundum communem opinionem Legistarū, quam sequuta est Rota & Sum. Pont. in diuisione status inter Dominos de Vrsinis, vt refert Crescent. decis. 3. alias. 210. diuisio hæreditatis. num. 2. & seqq. de arbitr. fol. 48.

1196 AMPLIA istas conclusiones, positas supra nu. 1190. & seqq. ad eum vt procedant etiam in suppletione legitimæ, quia ista suppletio venit facienda arbitrio iudicis, vt scribunt Oldr. cons. 113. quæstio qua. sub. nu. 1. Abb. in cap. raynaldus. sub nu. 28. ibi. & secundum hanc distinctionem. de testam. & hanc esse communem * opin. ex Vasq. refert, & sequitur Mich. Crass. tract. de success. §. legitima. q. 16. num. 2.

1197 AMPLIA II. vt sicut non potest filius, seu fiscus eligere legitimam, ita nec possit eligere fideicōmissarius, seu substitutus, Mich. Crass. d. §. legitima. q. 16. nu. 5. vbi refert, & sequitur esse communem.

1198 DECLARATIONES ad istas conclusiones collige ex his, quæ tradunt Bar. in d. l. in quartam. q. 4. num. 9. ff. ad l. falc. quærens quomodo sit detrahenda falcidia, vel trebellianica. & Abb. qui eum sequitur in omnibus, in cap. raynaldus. num. 28. de testam. loquens de legitima, & Gabr. qui magis ordinatè videtur procedere in conclus. lib. 6. tit. de legitima. conclus. 3. nu. 6. 7. & 8. & conclus. 4. num. 6. & seqq.

1199 EXTENDE illas conclusiones positas supra num. 1190. & seqq. ad eum, & ampliationes, positas ad eas, vt habeant locum etiam in trebellianica, quia similiter arbitrio iudicis est assignanda Bar. in l. in quartam. nu. 9. in fine. ff. ad l. falc. Paris. cons. 45. num. 19. lib. 2. Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de legit. conclus. 3. ampl. 2. num. 5. & alij, quos refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 164. num. 1. & seq. & de communi * testatur Socc. Iun. in d. l. in quartā. sub nu. 99. ff. ad l. falc. & non habet difficultatem, quia militat in ea eadem ratio, quæ militat in legitima.

Dubium posset solum remanere in falcidia, in qua potest considerari diuersa ratio, vt aduertit Papiēs. in pact. in forma libelli pro legato rei singularis. in principio. sub num. 3. fol. mihi 832. & remissiuè in form. libel. quo agitur ex substit in gl. ac per fideicommissum. num. 5. fol. 951.

1200 RETENTIS conclusionibus, quòd legitima, seu trebellianica sit assignanda arbitrio iudicis.

DECLARA vt hoc arbitrium debeat esse regulatū

& æquum;

& æquum;quia alias,ſi eſſet iniquum,daretur recurſus ad ſuperiorem,puta ad principem,vt ſcribit Menoch. de arbit.iud.lib.2.cent.2.caſ.163.num.33. vel daretur appellatio iuxta ea,quæ ſcripſi lib.præced.cap.97.nu. 66.verſus finem.

1201 Pluribus modis arbitrium regulari, & iuſtum reddi poteſt.

Primo,eligendo legitimam in rebus mediocribus, & non in melioribus,aut peioribus, teſtibus Bal. in l.ſcimus. verſ. quæro pater. in fine.num. 10. C. de inoff.teſtam. & in l.filium quem habentem. num. 36. verſ.item dicit Ia.C.fam.ercis. Alex. conſ.117.viſo titulo quæſtionis.ſub nu.20.lib.6.Rol.à Vall.cóſ.78.ſub num.19.lib.1.& Mich. Craſſ.tract.de ſucceſſ.§. legitima.q.17.num.7.verſus finem.

1202 Secundo,eligēdo id,quod vni parti prodeſt, & alteri non nocet,ſi poſſibile eſt quid eiuſmodi inueuire;& moueor ex his,quæ ſcribunt Bal.in d.l.filium quem habentem.ſub num.35.verſ.in contrarium videtur.C.famil.erciſc.& Ruin.conſ.59.num.21.lib.4.quem refert, & ſequitur Gabr.in concluſ.lib.6.tit.de ligitima.concluſ.3.num.6.

1303 Tertio,[& iſte eſt ſecurior,qa caret ſuſpitione,]cogendo partes, vt vna diuidat, & altera eligat, & vbi neutra velit diuidere,& vtraquè velit eligere, mandabit ſorte dirimi,quis eorum debeat diuidere,vt ex Pic. in l. in quartam. num. 145. C. fam. erciſc. referunt, & ſequuntur Menoch.de arbitr.iud.lib.2. cent. 2. caſ. 163.num.3.& Mich.Craſſ.tract.de ſucceſſ.§. legitima. q.17.nu.9.& iſte modus,ſeu praxis eſt fundata in l. 2. C.quan.& quib.quar.pars.&c.lib.10.

1204 Practica huius diuiſionis erit, vt is, qui debet diuidere,faciat tot partes numero, vt is, qui eſt electurus, quamcunquè eligat partem,non plus, nec minus eligat,quàm ſuā quotam:do exemplū:filius debet habere legitimam ſolam,quæ eſt tertia pars:is ergo, qui diuidit,faciat tres partes,& filius eligat vnam:filius debet habere legitimam,& trebellianicam, quę conſtituunt medietatem totius hæreditatis:is, qui diuidit, faciat duas partes: hæres debet habere trebellianicam, ſeu falcidiam,quæ ſunt quartæ:is, qui diuidit, faciat quatuor partes.

Circa iſtum tertium modum,in quo dicimus, vnam partem cogi ad diuidendum,potuiſſem addere multa, quę ſcribunt Doctores de diuiſione facienda inter fratres, & inter ſocios:ſed ea omitto,quia, fauente Deo, forſan alibi ſeparatim agemus de ea.

Si quæ aliæ difficultates poſſent circa faciendam diuiſionem oriri,poteris recurrere ad textus, & Doctores in tit.C.commun.diuid.

Ex his,quæ dixi circa ſecundum articulum,poſitum ſupra nu.1190.eliciuntur tres concluſiones.

Prima concluſio eſt,quòd nec hæres, nec fiſcus habentes communionem in ſucceſſione poſſunt eligere res hæreditarias pro eorū legitima,ſeu alia portione.

1205 Secunda concluſio eſt,quòd inter hæredem,& fideicomiſſarium diſcordes in diuiſione debet fieri diuiſio arbitrio iudicis,regulando vt dixi ,ſupra num.1200.

Tertia concluſio eſt,quòd hæc eadem ſecūda concluſio habet locum inter priuatum & fiſcum venientem ad ſucceſionem ex perſona delinquentis.

DECLARA modo iſtam tertiam concluſionem, vt procedat in terminis,in quibus lòquuti ſumus, quando fiſcus venit ad ſucceſſionem ex perſona alterius, quia tunc in eum tranſeunt iura illius actiuè & paſſiuè iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 1054. ſecus ſi veniat ex perſona propria,& habeat diuidere bona relicta cum incapace,qui incapacitatem prodit, quia cum ſeipſum deferat,fiſcus relinquit ei certam portionem hęreditatis cum optione eligendi l.vnica C.de his qui ſe defer.lib.10.per quem textum Bar.in l.ſenatus.§.ſenatus.in fine ff. de iure fiſci. quem refert, & ſequitur M. Frecc.ad conſuetudin.neapolit. rubr. comm.diuidun. tit. 28. verſ. ſcias quòd.fol.383. notauit,quòd quando quis habet diuidere cum fiſco, fiſcus debet facere partem,& dare electionem alteri,quod tu intellige iuxta iſtam declarationem.

ARTICVLVS III.

Qui dicatur poſitus in conditione. Quomodo deferatur ſucceſsio ab inteſtato. Qui dicatur hæres legitimus, & naturalis. Filij poſiti in conditione an cenſeātur vocati, & qui ſit effectus huius vocationis.

1206 Addo caſum in iſta materia trebellianicæ, quem quandoque habui in facto.& caſus eſt iſte.

Pater filium hæredem inſtituit,eiquè per hęc verba ſubſtituit, *& ſi deceſſerit abſquè legitima, & naturali hærede ſuccedat cippus.*

Euenit,quòd bona huius filij hæredis fuerunt confiſcata,iſquè poſtmodum deceſſerit,nullis vnquam habitis liberis,& relictis poſt ſe ſolum cognatis,ſeu conſanguineis ex linea materna intra quartum gradum,& vno de cippo vltra decimum gradum.

Orta eſt controuerſia inter conſanguineum ex vna, & illum de cippo ex altera actores,& fiſcum poſſeſſorem ex altera,prætendens quilibet eorum ſucceſſionem; in qua controuerſia adduco plures opiniones.

1207 Prima opinio adducitur ad fauorem conſanguinei, quæ ſic probatur.

Conſanguineus eſt poſitus in illa conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine legitima, & naturali hęrede.

Ergo conſangnineus cęnſetur vocatus ex teſtamento inſtituentis.

Probatur antecedens,quia ille dicitur poſitus in cōditione,qui facit deficere conditionem ſubſtitutionis, vt patet in exemplo ſubſtitutionis *ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis*: nam decedente inſtituto cum liberis, certum eſt,quòd ſubſtitutus non ſuccedit.

Sed iſte conſanguineus facit deficere conditionem ſubſtitutionis,factæ ad fauorem cippi.Ergo.

Quòd faciat illā deficere,patet, quia hęreditas datur cippo,ſi inſtitutus deceſſerit ſine legitima,& naturali hærede.

Sed conſanguineus proximior eſt hæres ab inteſta-

1208 to, † quia ille dicitur hęres ab inteſtato,ſeu potior in ſucceſſione,qui eſt proximior in gradu,illa tamen prærogatiua ſeruata,quòd prima cauſa ſucceſſionis ſit deſcendentium,ſecunda aſcendentiun,& tertia collateralium iuxta textum in Auth.de hæred. ab inteſt. venien.coll.9.paulò poſt principium.ibi.ſi quis igitur.ad idem habemus textum in auth.in ſucceſſione. C. de ſuis& legit.& benè declarant infraſcripti in tract. de ſucceſſ.ab inteſt.Cyn.ſcilicet poſt præfationem in principio.Matheſil.ſimiliter in principo.ſub num.1.& apertius Bologn. in addition.ad eum in 3. artic. principali ſub num.2.Nicol.de Vbald.in principio,& rurus in 3.

1209 par.num.10.& Oliuer.Text.num.1.† & in hac ſucceſſione ſublata eſt differentia agnationis,& cognationis d.Auth.de hæred.ab inteſt.venien.in principio.& §. ſi verò nec fratres.verſ.nullam.coll.9.& auth.defuncto. in fine.C.ad ſenatuſc. tertull. & notant infra citati in tract.de ſucceſſ.ab inteſt,Nicol.de Vbal. in 3.par. ſub num.12.Rol.Paſſager.ſub num.17.Matheſil.art.3.princip.ſub num.51.& num.15.& ibi Bologn. in addition. nu.16.Oliuer. Text. in princip.num.16.& Couar.nu. 11.& communiter Doct.in diuerſis locis.

1210 Eſt pariter hæres legitimus; † quia ille dicitur hæres legitimus,qui vocatur à lege ad ſucceſſionem inteſtati, vt ſcribunt Alex.conſ.56.viſo proceſſu.ſub nu. 4.lib.2.Dec.conſ.32.pro tenui facultate.num.3. conſ. 309.viſo puncto.num.4.lib.1.& vtrobiquè Additionator.Iaſ.& Dec.in l.vnica.num.2.C.quand.non petent. par.Pariſ.conſ.20.conceſſio in perſonam.num.9.& 10. lib.1.& Rot.diuerſ.deciſ.100.num.7.par.2.& ſentit Abb.conſ.3.nitar in pręſenti cauſa. longè poſt num.4. ibi.ſed vbi poneretur.lib.2.dicens, legitimam ſucceſ-

1211 ſionem reſtringi ad eos,qui vocantur ab inteſtato. † & probatur ex textu.in l.3.§. de illo.& ibi Gloſ. in verbo.legitimam.ff.pro ſoc.vbi legitima hæreditas declaratur illa,quæ obuenit ab inteſtato,& non ea, quę obuenit ex teſtamento,& probatur deniquè ex l. 1.& tot.tot.C.de legit.hęred.

1212 Eſt

1212 Est etiam hæres naturalis;† quia illi dicuntur heredes naturales, qui succedunt iure naturæ, vt scribit Alex. dicto cons. 56. viso processu. sub num. 4. lib. 2.

Et consequenter facit dificere conditionem substitutionis.

Probatur modo illud consequens, quòd censeatur vocatus.

1213 QVIA & si in illa profunda, & difficili quæstione: *an filij positi in conditione censeantur vocati*: opinio negatiua sit magis communis,* vt testantur Gabr. in conclus. lib. 4. tit. de fideicomm. conclus. 4. num. 2. in fine. Clar. lib. 3. recept. sent. §. testamentum. q. 77. vers. contrariam. circa medium. ibi. non videtur dubitandum. Thess. Fossan. decis. 96. num. 3. & 6. dicens, sic pluries fuisse iudicatum. & Rot. diuers. decis. 212. num. 4. par. 2. & quòd sit communis sine dubio, & tenenda in decisiuis, scribit Corn. cons. 118. videtur primo. nu. 7. & 8. lib. 2. pro qua allegatur Glos. fin. in l. lucius. la. 2. ff. de hæred. instit. quæ vult, quòd testator censeatur prætulisse liberos substituto ab intestato tantum, & sic, quòd filij, & descendentes non censeantur vocati à testatore, sed solummodo reseruatum sit illis ius legitimæ successionis ab intestato, quam Glos. sequuntur communiter ibi Ray. Cyn. Iacob. de Aren. Alber. Bar. Bal. Ang. Raph. Cum. & Nic. de Neap. quos refert, & sequitur Socc. cons. 73. capiendo primum. num. 30. lib. 4. Franç. de Albergot. Alex. Corn. Ias. Ruin. Dec. Crauet. & alij in diuersis locis, quos longum esset recensere, & sunt congesti apud Gabr. & alios supra citatos. & secundum istam Glos. iudicauit sæpè Curia parlamenti Delphin. in pluribus causis, quas recenset Guid. Pap. decis. 39. doctores. sub num. 1. ibi. sed de stylo & obseruantia.

1214 CONTRARIA tamen opinio affirmatiua: quòd cẽseantur vocati: hodie videtur æquior, & magis communis * secundum Petr. tract. de fideicom. q. 9. sub nu. 155. vers. contrarium tamen. & vers. & hanc posteriorem. & Mich. Crass. de success. §. fideicõmissum. q. 13. sub num. 1. vers. sed aduersus. vbi in fine ait, se vix admittere posse, quod tradit Clar. dum asserit præcedentem contrariam opinionem esse communem. & nu. 2. in fine. vbi contra distinctionem Clari concludit, in descendentibus sufficere, quòd sint positi in conditione. & hæc contraria opinio in Vrbe est canonizata per statuta lib. 1. cap. 142. quod statutum, vt inquit Rot. diuers. decis. 379. sub nu. 2. vers. sexta an saltem. par. 1. est clarum.

1215 Et, dato quòd censeantur vocati, resultat illa conclusio, quòd hæres institutus, tãquã grauatus per fideicommissũ de restituenda hæreditate ei, qui est positus in conditione, & consequenter est vocatus, non potest alienare bona hæreditaria in præiudicium ipsius vocati, & alienando, posset vocatus alienata reuocare, vt declarant Guid. Pap. d. decis. 39. propè finem. Clar. d. §. testamentum. q. 77. paulò post principium. & Petr. tract. de fideicom. q. 9. num. 237. vers. primus.

Substitutus sub conditione quando succedat. Quando dicatur adimpleta conditio. Qui veniant appellatione hæredis.

1216 Secunda opinio adducitur pro eo, qui est de cippo: quæ sic probatur.

Substitutus sub cõditione succedit, adimpleta, seu purificata cõditione, l. si ita hæres. & l. si quis in testamẽto. ff. de cõdit. instit. vbi habetur hoc amplius, quòd cõditio habetur pro impleta, si stat per eum, in cuius persona debet adimpleri, & consequẽter est locus successioni, cui erat adiecta conditio. ad idem facit textus, considerato illius tacito sensu, in l. qui hæredi. §. fin. ff. de condit. & demonstr. in illis verbis. *quia non antè ad hæreditatem admitteretur, quàm si omnem summam*

1217 *dedisset.*† imò sufficit conditionem fuisse etiam momento adimpletam, licet postea non duret l. si quis hæredem, & ibi Doctores C. de institut. & substitut. Gabr. qui alios citat in conclus. lib. 4. tit. de fideicomm. con-

1218 clus. 8. nu. 1. & Rot. diuers. decis. 677. n. 1. par. 1.† & ratio quare substitutus admittatur, purificata, seu adimpleta conditione, est; quia, purificata conditione actus, perinde est, ac si conditio non esset adiecta, vt scribunt Bal. in l. cum in testamento. num. 6. ibi. & nota. C. de testamen. manumiss. dicens, quòd si instrumenta guarintigiata habent conditionem re vera purificatam, sed in iudicio non dum probatam, dicuntur instrumenta pura, & non conditionalia, licet non possit procedi ad executionem facti donec liqueat iudici. Dec. cons. 184. & pro tenui facultate. in principio. ibi. licet enim resolutio. lib. 1. dicens, quòd conditio purificata habetur pro non apposita. & Andr. ab Exea de pact. num. 444. dicens, quòd, purificata conditione pacti, vel legati, perinde est ac si conditio non fuisset adiecta.

Sed iste de cippo est substitutus sub conditione, si institutus decesserit absquè legitima, & naturali hærede, & ista conditio est purificata, quia decessit, nullis vnquam susceptis liberis.

Ergo debet admitti ad successionem.

1219 Quòd sit purificata, probatur;† quia & si hoc nomen hæredis sit generale l. hæredis appllatione. ff. de verb. signif. & scribũt Io. Dilect. tract. de art. test. tit. 5. caut. 24. num. 3. fol. mihi. 124. Natt. tract. de statut. q. 4. num. 117. fol. 261. & Mich. Crass. tract. de success. §. hæreditas. q. 11. num. 1. & consequenter possit varie sumi in

1220 iure secundum subiectum materiam;† tamen in casu nostro appellatione hæredis intelliguntur solum filij, & descendentes ab eo in infinitũ, quia sumus in institutione filij, & substitutione ei facta, si decesserit sine hæredibus; quo casu intelligitur, si sine filijs decesserit l. ex facto. §. fin. & ibi Glos. fin. Bar. Alex. & alij ff. ad senatusc. trebel. idem Bar. in l. gallus, §. etiam si parente num. 4. ff. de liber. & posth. ibi. secundo casu quandoquè à concedente. & ibidem Socc. num. 4. & 7. & Ias. num. 9. Papiens. in pract. in forma libelli quo agitur ex substitutione. in glos. decederet sine filijs. num. 11. fol. mihi 961. Alex. cons. 105. perspectis verbis. sub num. 2. lib. 1. Paris. cons. 30. num. 10. cons. 89. nu. 5. lib. 2. & cons. 48. num. 25. lib. 4. Petr. tract. de fideicomm. q. 9. num. 170. & hanc esse communem* opinionem refert, & sequitur Mich. Crass. tract. de success. §. fideicõmissum. q. 21. num. 1. in fine. & ratio est, quia alias nunquam posset fieri locus, substitutioni, seu fideicõmisso, cum vltimo loco fiscus sit hæres, sicut considerant Glo. vbi supra, Crauet. cons. 38. num. 1. & alij Doctores com-

1221 muniter:† nam, quòd postremis locis succedant vxor & fiscus, probatur ex l. 1. C. vnd. vir & vx. & l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. & notat Io. Roy. in epit. success. cap. 34. nu. 1. sicquè nemo vnquam decederet

1222 sine hærede.† Hæcquè eadem theorica, & ratio procedit etiam in fœudis, in quibus, si fœudum redire debeat ad dominum directum, decedẽte fœudatario sine

1223 hærede, intelligitur; si decedat sine filio; † & hoc amplius in fœudo, quia intelligitur de filio masculo cap. vnico. de alienat. fæud. ibi. eo ita mortuo. & notat ibi Bal. not. 8. num. 6. dicens, quòd ex quò hæres est positus in cõditione, nisi intelligeretur de filio, conditio nunquam esset exititura: quia, vt inquit, saltem fiscus superest. & quòd in foeudorum successione appellatione hæredum veniant solum filij, & descendentes, scripsimus infra num. 1444.

1224 Confirmatur hæc sententia in casu nostro; † quia illa loquutio in genere fœminino, *sine legitima & naturali hærede*, significat filium, & filiam secundum com

1225 munem vsum loquendi, & hoc est clarum;† & communem vsum loquendi debemus attendere l. librorum. §. quod tamen cassius. & ibi Bar. nu. 1. ff. de leg. 3. idẽ Bar. in l. omnes populi. sub nu. 57. ff. de iust. & iur. & in l. fur est manifestus. n. 7. in fine. ff. de fur. Alex. in l. labeo. ff. de suppel. leg. Ias. in l. gal lus. §. etiam si parente. num. 21. ff. de liber. & posth. vnde & Horat. in poetica, quẽ etiam citant Lancell. Pol. tract. de substit. in præludio. sub num. 13. & Vulp. resp. 84. num. 3. & multi alij, ait.

Multa renascentur quæ iam cecidere, eandentquè
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est & ius, & forma loquendi.

Et

Et illa verba: *legitima & naturali*, non stant otiosè, quia sunt apposita ad excludendos filios non procreatos ex legitimo matrimonio, & filios adoptiuos; cum illi non dicantur legitimi,& isti non sint naturales.

Fiscus habetur loco hærendis.

1226 Tertia opinio adducitur pro fisco, quæ sic probatur.

Is,cui succedit fiscus,non dicitur decedere sine hærede,quia fiscus habetur loco hæredis.l.2.C. ad l. iul. de vi publ.ibi.nam successio.Glos.Bar.Bal.& alij,quos citaui lib.præced.cap.98.sub num.13.

Sed in instituto de quo agimus,succedit fiscus, stante publicatione bonorum.Ergo iste de cippo substitutus cum conditione,si institutus decederet sine hærede, non potest succedere.

Filij positi in conditione quando non censeantur vocati.

1227 Quid dicendum? Respondeo,non esse recedendum à. 2. opinione, in qua conclusimus ad fauorem eius, qui est de cippo, & moueor ex rationibus in ea adductis.

Ad adducta pro cognato ex latere materno respondeo dupliciter: & primo, negando illud antecedens, quòd ille cognatus,seu consanguineus sit positus in conditione,quia, vt dixi,appellatione hæredis in casu de quo agimus,veniunt solum filij,& descẽdentes, & non alij, & consequenter filij, & descendentes tantum dicuntur eo casu positi in conditione.

Secundo resp.negando illud consequens; quòd cognatus censeatur vocatus, etiam si concederemus, quòd esset positus in conditione;& ad negandum moueor duplici ratione.

1228 Prima ratio est,quia quando testator instituit hæredem eum,qui non est suus hæres, sed est hæres extraneus,eique,si decesserit sine liberis, aliquẽ substituit, tunc illi liberi positi in conditione non censentur vocati,quamuis hæres institutus sit consanguineus testatoris instituentis Socc.cons.73.capiendo primum. sub num.30.lib.4.dicens,hanc opinionem;quòd filij transuersalium,& nõ descendentium,positi in conditione, * non censeantur vocati; esse multum communem, * & indubitatam in consulẽdo,& iudicãdo. quam opinionem ex eo,& ex Curt.Sen.cons.45.num.2.refert,& sequitur Clar.lib.3.recept.sent.q.77.vers.contrarium verò.circa medium,declarans,extraneos intelligi omnes illos,qui non sunt descendentes ipsius testatoris, licet sint ei sanguine cõiuncti,& ex Curt.Socc. & Pancirol.cons.59.num.26.& seqq.refert,& sequitur Petr. tract.de fideicomm.q.9.num.171.versus finem.& eandem opinionem approbat Mich.Crass.trac.de success. §.fideicommissum. q.13.nu.2. quamuis postea in fine, restringendo eam, dicat, in collateralibus admittendas esse coniecturas:sed nobis satis est,quòd sine coniecturis non recedit ab ista opinione,quæ procul dubio * colligitur cõmunis * ex distinctionibus, & declarationibus,traditis à Doctoribus in isto passu; & cum ista declaratione,scilicet in filijs trãuersalium,illa cõmunis,seu magis communis opinio, de qua supra nu. 1213,quòd filij,positi in conditione,nõ censeantur vocati,est,vt ita loquar,communissima,quia non videtur habere contradicentem.

Ergo sicut in casu prædicto filij, positi in conditione, non censentur vocati, quia sunt filij hæredis extranei,sic etiam in casu,de quo agimus,consanguineus non debet censeri vocatus, quia non est de descendentibus testatoris, sed est extraneus tàm quoad testatorem,quàm quoad hæredem institutum, licet hæres sit filius,& sic descendens testatoris.

1229 Secunda ratio est,quia disputatio inter Doctores,an positi in conditione censeantur vocati, seu, vt alij loquuntur,censeãtur positi in dispositione,loquitur semper in filijs hæredis instituti, & non in alijs, sicut est videre apud omnes Doctores,qui scribunt in hoc articulo.

CONTROVERSIA PRIVATA

Substitutio facta à pagano per verba communia efficitur fideicommissaria post pupillarem ætatem.Tam fideicommissarius,quã legatarius debet capere de manu hæredis. Quando adepta possessione partis dicatur adepta possessio totius.

Pro facti narratione præsuppono infrascripta.

I. præsuppono,quòd A, instituit B. suum hæredem vniuersalem,substituendo ei C.in duobus castris post mortem dicti hæredis.

II. præsuppono, quòd dictus C. substitutus fuit deputatus executor legatorum, & relictorum in testamento in casu, quo B. hæres institutus non fuerit executus.

III. præsuppono,mortuum esse dictum B. relicto sibi hærede ex testamento D.

IIII. præsuppono, dictum D. hæredem adiuisse hæreditatem,& adeptum esse possessionem vnius alterius Castri proprij & hæreditarij dicti B.

V. præsuppono, dictum C. substitutum in duobus castris adeptum esse propria auctoritate possessionem dictorum duorum Castrorum,in quibus erat substitutus.

VI. & vltimo presuppono,dictum D.hæredem hæredis de facto spoliasse possessione naturali C. hæredem substitutum.

Dubitatur,an dictus C.substitutus sit manutenendus in possessione dictorum Castrorum,reclamante d. D. hærede hæredis.

Pro resolutione huius dubij excitaui duas difficultates.

Prima difficultas est:nunquid C. substitutus potuerit auctoritate propria capere possessionem vacantem dictorum Castrorum, in quibus erat substitutus.

Videtur prima facie concludendum,quòd non potuerit infrascriptis duabus rationibus.

PRIMA, quia C.substitutus non est substitutus directò, exquò sumus in testamẽto pagani, & in substitutione post pupillarẽ ætatem, quæ substitutio non euanescit,sed resoluitur necessariò in fideicommissum, †
1231 cum verbum substituo sit verbum commune. &, quòd sit commune, scribunt Rolandin.tract.de testam. rub. 26.nu.28.vers. tertia regula.fol.18.Bal.de Vbal. tract. de substitut.rub.de compendiosa.num.37.fol.2 11.Bar. de Hucio eod.tract.cap.5.sub num.29.fol.219.in fine. & Mich.Crass.tract.de success.§.substitutio.q.5. num. 18.fol.177.

1232 Sed fideicõmissarius [& est secunda propositio] debet capere de manu hæredis l.1.ff.quor.legat. l. facta. in principio.ff.ad senatusc.trebell.& Instit.de fideicõ. hæred.§.restituta.Corn.cons.232.circa primũ.vers.restat deuenire.nu.12.lib.4.Dec.cons.243.vt clarior.sub nu.2.ibi.est ergo videndũ.& nu.3.cons.424.proponitur.nu.14. versus finem,& nu.15.Paris.cons.81.consultus.nu.18.vers.nec dicatur. lib.2.cons.53.dominus.nu. 105.cõs.54.in 1110.sub nu.3.5.& 49.lib.3.Gozad.cons. 93.in causa mutinen nu.8.& seqq.Natt.cons.395. viso testamento.nu.7.in fine.ibi.& ad hoc.& num. 8. lib.2. Menoch.tract. de adipisc.remed.2.nu.22, Rot.diuers. decis.520.num.10.in fine.& num.11.& sub.nu.15.par. 1.& hæc est conclusio trita.

1233 AMPLIATVR ista propositio,vt sit vera,etiam si iura hæreditaditaria transirent ipso iure in fideicommissarium,quia adhuc fideicommissarius debet actualem possessionem sumere ab hærede, Dec.Natt.& Rot. vbi supra & Rol.a Vall cons.78.habita diligenti.num.15. vers.quod ampliatur.lib.3.

1234 Ratio præfatæ propositionis ampliatę est,quòd nemo debet sibi ius dicere.d.l.1.ff.quor.legat.

1235 EFFECTVS præfatæ propositionis est, quòd,capiendo propria auctoritate,& non de manu hæredis, possessio efficitur vitiosa,vt per eosdem Dec.Natt.nu.10.

Rol.a

Rol.à Vall.num.15.in fine.eundem Dec.conſ. 84. excellentiſſimi.ſub num. 1.ibi.& ideo cum.& Rot.diuer. d.deciſ.520, ſub num. 10.& deciſ. 565. num.1.par.1.

1236 EXTENDITVR iſte effectus, vt efficiatur vitioſa, etiam ſi eſſet capta, hæreditate iacente, Pariſ. d. conſ.53.dominus. num.104. lib.3.Rol.à Vall. d. conſ. 78.ſub num.19.lib.3.Natt.d.conſ.395.num.10. in fine. & num.11.& latius Rot.d.deciſ. 520. ſub num. 12. & 13.& d.deciſ.565. ſub num. 1.verſ.nec obſtat.

SECVNDA ratio eſt: quia licet C.ſubſtitutus non
1237 diceretur fideicommiſſarius, ſed legatarius, † tamen legatarius debet capere legatum de manu hæredis, & non propria auctoritate d.l.1.ff.quor.legat. Papien.in pract.in forma libelli pro legato rei ſing. in gloſ. domum antedictam.fol. 867.Gozad.cõſ.91.prima facie. ſub.num.1.& 10.Maran. in ſuo ſpec.par. 4.diſt. 7.ſub num.10.verſ.ſecundo poteſt.fol.131.Becc.cons.17. in cauſa.ſub num.4.verſ.vltimo.lib.1.Menoch.de adipſc. remed.2.num.1.& ſeqq.num.22.& remed.4.ſub num. ✽ 133.& communiter * Doct.in l.non eſt dubium. C. de legat.

Legatarius quando poſsit capere poſſeſsionem propria auctoritate & quando poſſeſsio dicatur appræhenſa &c.

1238 Contrariam ſententiam: quòd potuerit capere propria auctoritate: cenſeo veram, & moueor tribus fundamentis.

I. FVNDAMENTVM eſt: quia legatarius poteſt propria auctoritate, & ſine vitio capere poſſeſſionem rei legatę, quando concurrunt ſimul iſta duo: primum; quòd poſſeſſio ſit vacans: ſecundum; quòd falcidia non immineat, hoc eſt, non ſit detrahenda iuxta ea, quæ ſcribunt Paul.de Caſtr.in d.l.non eſt dubium.ſub num. 2. & ibidem Iaſ.ſub num.1.& Natt.conſ.234.viſo teſtamento.num.3.& ſeqq.& conſ.236.difficultas.ſub. nu. 1.& d.conſ.395.n.11.in fine.& nu.12. lib.2.Sed vtrumquè eſt in caſu noſtro.Ergo.

1239 Quòd C.ſubſtitutus cœperit poſſeſſionē vacãtē præſupponimus in facto, quod dupliciter corroboramus.

Primo, quia, attento iure communi, poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem ad congeſta per Gabr.in concluſ.lib.5.tit.de acquir.vel omit.poſſ.concl. 9. ſub n.1.& per Io.Bapt. Pont. tract.de ſpol.lib.2.cap.14.nu. 118. & ſeq.fol.286.etiam ſi is, qui eſt hæres, eſſet filius defuncti Aret.Inſtit.de hæred.qual.& differ.§.ſui autem. num. 6. & attentis ſtatutis Vrbis lib. 1. cap. 147. poſſeſſio defuncti cenſetur continuata ſolum in hæredes ſuos: Sed D.hæres hæredis non eſt ſuus hæres, quia nõ eſt ex illis, quos Imp.Inſtit.de hæred.qual.& differ. §.ſui autem.declarat eſſe ſuos.

1240 Secundo, quia licet hæres adiuiſſet hæreditatem, & adeptus eſſet poſſeſſionem Caſtri proprij antequàm C.ſubſtitutus caperet poſſeſſionem dictorum Caſtrorum; tamen hæres non dicebatur propterea adeptus poſſeſſionem dictorum Caſtrorum, quia hæres per ſolam aditionem hæreditatis non dicitur adipſci poſſeſſionem rerum hæreditariarum l.cum hæredes. ff.de acquir.poſſ.vbi dicitur, quòd, adita hæreditate, tranſeunt quidem iura ad hæredem, ſed poſſeſſio ad eum nõ pertinet, niſi ſit corporaliter apprehænſa, & quod dicimus poſſeſſionem non tranſire ad hæredem, niſi ſit per eum corporaliter appræhenſa, intelligitur etiam de poſſeſſione ciuili, & de poſſeſſione, quæ cõſideraretur vt ius, quia quantumcunquè ſit iuris, & omnia iura hæreditaria tranſeant in hæredem, tamen non tranſit poſſeſſio, Natt.cõſ.398. reuerendus.num.15.lib.2. & adipiſcendo corporalem poſſeſſionem vnius Caſtri, non dicitur
1241 adeptus poſſeſſionē aliorum Caſtrorum, † quia hęres, capiendo poſſeſſionem vnius rei hæreditarię, non propterea dicitur cœpiſſe poſſeſsionem aliarum rerũ hæreditariarum, teſtibus Iaſ.& Nat. quos citaui & ſequutus ſum infra. num.1249. in fine.

1242 Nequè obſtat, ſi replicares, quòd in his, quæ ſunt partes totius, appræhendendo poſſeſsionem partis, dicitur appræhenſa poſſeſsio totius d.l.poſsideri.ff.de acquir.poſſ.vbi dicitur, volenti acquirere poſſeſſionem fundi, ſatis eſſe, ipſum introire quamlibet partem fundi, quia non eſt neceſſarium, quòd circumambulet om
1243 nes glebas fundi. † & capiendo poſſeſsionem rei principalis videtur ca[illegible] poſſeſsio aliarum rerũ, quæ ſunt illi connexæ, vt refert, & ſequitur Natt.conſ.446.ſuper
1244 quæſtio.ſub nu.2.& 3.lib.2. † vnde appræhẽdens poſſeſsionem Caſtri dicitur appræhendere etiam poſſeſſionem ædificiorum, in eo contentorum, vt ſentiunt Bar.in d.l.poſsideri.nu.5.& Iaſ.nu.32.& Natt.d.conſ.
1245 446.num. 2. † & appræhendens poſſeſsionem fœudi dicitur appræhendere poſſeſsionem omnium fundorum, qui continẽtur in d.fœudo, vt cõtinentur partes in toto Zaſ.tract.de fœud.par.6.ſub n.20. fol. 309.
1246 † & poſsidens fundum cenſetur æquè poſsidere omne id, quod ipſi fundo per alluuionẽ accreuerit abſque actuali appræhenſione illius partis, quæ adeo inuiſibili quodam augmento ipſi fundo connectitur, vt vnum, & idem corpus eſſe credatur, vt ſcribit Io Bapt. Pont. tract.de ſpol.lib.2.cap.14.num.12.fol.287.

1247 Quia reſp.dicta duo Caſtra non eſſe partes, ſed eſſe ſeparata à Caſtro proprio, & ideo ad capiendã poſſeſſionem omniũ non ſufficit capere poſſeſsionem vnius Gloſ.in d.l. poſsideri. in verbo. quamlibet. in fine. & ibidem Bar.num.5.dicens, quòd ſi quis emit plures res & intrat vnam, tunc loquitur d.Gl.& ibidem Iaſ.verſ. & in ea. n.30.quos refert, & ſequitur Menoch.tract.de retinen.poſſ.remed.3.num.182.dicens, ex appræhenſione poſſeſſionis vnius prædij non acquiri poſſeſſionẽ aliorum prædiorum; quod ſecũdum Iaſ. vbi ſupra. & Natt.conſ.429.filiæ.num.1.lib.2.eſt verum etiam concurrente expreſſa voluntare acquirendi poſſeſſionem aliorum. Zaſ.vbi ſupra, dicẽs, quòd ſi plures fundi dati in fœudum ſunt loco ita ſeparati, vt ad nullum totum reſpiciant, tunc, inquit, capta poſſeſſione vnius, non di
1248 citur capta poſſeſſio aliorum. † Io. Bapt.Pont.vbi ſupra, dicens, quòd acquirens poſſeſſionem fundi, non dicitur acquirere poſſeſsionem inſulæ, quæ ſit dicti fundi, vti propinquioris, quia inſula vti diſtincta à fundo non dicitur eius pars, & conſequenter, inquit, poſſeſſio dictæ inſulę non acquiritur, niſi effectualiter adepta ſit, & ita tenent communiter omnes.

Quòd Caſtra prædicta ſint ſeparatá probatur ex eo, quòd non ſe habent per modum partium ad aliquod totum: nam Caſtrum N. non eſt membrum Caſtri M. nec è contra, ſed ſunt ſeparata, & maximè eſſent ſeparata, ſi eſſent loco & termino diſiuncta ita, quòd cõfi
1249 nijs non coniungerentur; † & quando res ſunt ita diſiunctæ, tunc capere poſſeſsionem vnius non eſt capere poſſeſsionem alterius, etiam ſi res ipſæ ſeparatæ eſſent ſub vno titulo: quare licet omnia prædicta Caſtra ſint ſub vno communi titulo, & nomine hæreditatis; tamẽ quoad acquiſitionẽ poſſeſsionis intelliguntur ſeparata; & ideo, capiendo poſſeſſionem vnius rei hæreditariæ, non acquiritur poſſeſſio reliquorum corporum hæreditariorum, Iaſ in d.l.poſſideri.ſub num.31.& Natt.
1250 d.conſ.429.ſub num.8. † imò etiam ſi omnia prædicta Caſtra eſſent ſub vnico nomine, & titulo dignitatis, puta Comitatus, vel alterius dignitatis fœudalis; tamen, præſuppoſita iſta ſeparatione, inueſtitura, & poſſeſsio corporalis vnius rei operarentur ſolum, vt in ipſum Comitem tranſirent iura Comitatus; poſſeſsio autem non tranſiret, niſi eorum, quorum corporaliter appræhenderetur iuxta id, quod ex l.cum hæredes. retuli, &
1251 ſequutus ſum ſupra nu.1240. † Et, quòd d. Caſtra ſint ſeparata, quamuis B.hæres animo ea coniunxerit, benè probari poteſt ex his, quæ in caſu ſuo ſuper maſſaritio ticineti conſuluit Natt.viden.d.conſ.429.ſub num. 11.& ſeqq.lib.2.Et ex his apparet, quòd C.ſubſtitutus dicitur appræhendiſſe poſſeſsionem vacantem.

Trebellianica & falcidia quando non detrabantur.

1252 Quòd trebellianica, ſeu falcidia non ſit detrahenda, probatur primo, quia B. hæres nõ confecit inuentariũ, ✽ & ideo amiſit falcidiã ſecundum communem * opin. quam ſequuntur Rol. à Vall.tract.de confect. inuent. par.5.

par. 5. in principio. sub num. 1. fol. 190. Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseru. 138. num. 1. & Mich. Crass.
1253 tract. de succes. §. falcidia. q. 12. sub num. 1. ✝ secundo, quia, dato & non concesso, quòd ei falcidia fuisset debita, tamen dicimus, quòd iam est soluta ex perceptione fructuum, qui computantur in falcidiam l. quod de bonis. §. quod auus. & ibi Glos. in verbo. compensabuntur. ff. ad l. falc. cum similibus. Aret. Instit. de leg. falc. §. quantitas. sub num. 2. fallen. 3. Mich. Crass. dicto §. falcidia. q. 13. num. 2. & est opinio
* communis, * quæ procedit quando rogatus restituere non est de filijs primi gradus iuxta ea, quæ retuli, & sequutus sum ex Doct. infra citatis remissiuè. &, quòd fructus computentur in trebellianicam, si rogatus restituere non est de filijs primi gradus, scribunt Bar. Oldr. Paul. de Castr. Alex. Corn. Paris. Socc. Iun. Gail. Mich. Cras. & Roll. à Vall. quos retuli & sequutus sum supra num. 1175. vers. secundus casus.

1254 Et hæc communis opinio declaratur, vt habeat locum in fructibus perceptis iudicio testatoris ex re legata, vt, loquendo in falcidia, scribit Aret. vbi supra, &, loquendo in trebellianica, scribunt Glos. Bal. Papien. Socc. Iun. Paris. & Mich. Cras. quos retuli & sequutus sum supra. num. 1176. vers. declara.

Et dicuntur percepti iudicio testatoris, quando fideicommissum venit restituendum in diem, vt in casu nostro, vel sub conditione, sicut declarant Bal. Papien. & Io. Copin. quos retuli, & sequutus sum supra num. 1177. & ratio est, quia tunc nihil imputari potest fideicommissario, quare passus sit, fructus percipi.

Et ista omnia concurrunt in casu nostro: quia hæres non est de descendentibus primi gradus testatricis, & fructus sunt percepti iudicio testatricis; ex quò fideicommissum veniebat restituendum in diem, videlicet post mortem ipsius hæredis.

1255 Nec aduersus primam probationem dicatur, quòd D. hæres hæredis posset probare contrarium; nimirum, quòd confecerit inuentarium, sicut in simili videtur dixisse Rot. diuers. dicta decis. 565. sub num. 3. vers. nec obstat.

1255 Quia resp. C. substitutum habere intentionem fundatam in negatiua adeò, quòd ei nulla incumbit probatio iuxta ea, quæ firmat Hercul. tract. de negat. proban. num. 88. dicens, quòd neganti tutorem confecisse inuentarium non incumbit onus probandi, & num. 92. dicens, quòd neganti id, quod requirit scripturam, non incumbit onus probandi negatiuam.

1257 Minus dicatur, non constare, quòd fuerint percepti tot fructus, qui ascendant ad quartam partem.

Quia resp. constare ex eo, quòd B. hæres possedit illud fideicommissum per decennium; & possessio decennalis reddit tot fructus, vt ad rationem quinque pro centenario constituant non solum quartam partem sortis principalis, sed dimidiam, & ad rationem duorum cum dimidio pro centenario, quartam; & quòd B. hæres possederit per decennium patet ex die, quo ipse aperiri fecit testamentum.

1258 II. FVNDAMENTVM, quo moueor, est, quia, dato, & non concesso, quòd non clarè constaret, locum non esse detractioni falcidiæ; tamen si C. substitutus, hodie offerat totam falcidiam, quatenus debeatur, & illam extrahat, tunc D. hæres hæredis non potest conqueri de falcidia, & ideo esset forsan repellendus secundum Corn. cons. 232. circa primum. sub num. 15. lib. 4. vbi respondet etiam obiectioni; & faciunt quæ consuluit Paris. dicto cons. 53. dominus. num. 113. & seqq. lib. 3. dicens, restitutionem faciendam non esse, quando hæredi non debetur trebellianica. Verum fundamentum istud de oblatione falcidiæ non est tutum, & non seruatur in practica; quia quilibet legatarius faceret libenter istam oblationem.

Legatarius, & fideicommissarius quando possint propria auctoritate capere legatum, & capiendo non incidant in aliquam pœnam.

1259 III. FVNDAMENTVM, & hoc tollit controuersiã; est quia legatarius, seu fideicommissarius, qui sit etiam executor, potest propria auctoritate legatum, seu fideicommissum capere, & sibi ipsi soluere, vt scribunt Bal. in l. non est dubium. in fine num. 4. & ibidem Paul. de Castr. sub num. 3. vers. item pone. & Ias. sub num. 4. limit. 2. C. de legat. Dec. cons. 243. vt clarior. sub num. 3. & cons. 607. viso puncto. num. 2. Gozad. cons. 91. prima facie. sub nu. 10. Neuiz. cons. 84. primo adducunt. nu. 5. & Achil. Personal. tract. de adipisc. poss. n. 405. fol. 273. qui alios allegat, vltra quos adde Menoch. de adipisc. poss. remed. 2. num. 46. & 47. & ita tenent communiter om-
* nes, prout de communi * testatur etiam Achil. Per-
1260 son. vbi supra num. 410. vers. & tu procurator. ✝ Et, quòd fideicommissarius, qui potest alteri soluere, possit soluere etiam sibi ipsi de eo, quod sibi debetur ex testamento, scribunt Io. Andr. in additione ad Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. vers. xxix. sed pone. num. 30. in verbo. finita. & Paul. de Castr. vbi supra.

1261 Ratio præfatæ communis opin. est, quia dum testator deputat eum executorem videtur tacitè dare ei licentiam, vt appræhendat possessionem rei sibi legatæ iuxta ea, quæ ex Salyc. & Ang. refert, & sequitur Dec. dicto cons. 243. sub num. 3. ibi. idem dicit si ex tacita. & quæ scribit Achil. Pers. dicto tract. de adipisc. poss. num. 405. fol. 273. & faciunt quæ scribit Dilect. tract. de art. testan. tit. 5. caut. 32. sub num. 2. & 3. fol. 126. dicens, quòd legatarius potest capere auctoritate propria, quando habet licentiam expressam, vel tacitam à testatore.

1262 EFFECTVS huius communis opin. est, quòd legatarius non incidit in pœnam l. non est dubium. nec tenetur interdicto quorum legatorum iuxta ea, quæ scripsi infra num. 1270. & 1272. neque alia via potest cogi ad restituendam possessionem; quia regula, quòd spoliatus ante omnia sit restituendus, non procedit, quando quis potest propria auctoritate ingredi possessionem, & illam appræhendit sine vitio; quia sic appræhendens non cogitur possessionem restituere Crauet. cons. 302. in hac causa. sub num. 6. vers. sed dicet aliquis. & alij, quos refert & sequitur Menoch. tract. de recuper. poss. remed. 1. q. 22. num. 261.

1263 AMPLIA istam communem opinionem vt procedat non solum quando hæres nondum adiuisset hæreditatem, seu nondum adeptus esset possessionem rei legatæ; sed etiam quando possessionem ipsius rei legatæ adeptus esset; quia adhuc posset legatarius possessionem capere sine incursu pœnæ dictæ l. non
1264 est dubium. C. de legat: ✝ nam pœna dictæ l. non est dubium. habet locum contra legatarium, qui propria auctoritate capit possessionem non vacantem rei
* legatæ, vt ibi notatur communiter * ab omnibus: sed dicta pœna non habet locum contra legatarium, qui ex licentia testatoris potest capere legatum iuxta ea, quæ scripsi infra. Ergo potest legatarius capere propria auctoritate possessionem etiam non vacantem.

1265 Comprobatur I. ista ampliatio: quia, si legatarius, qui habet istam licentiam à testatore, euitaret pœnam solum quando caperet possessionem vacantem, nulla remaneret differentia inter legatarium, qui habet istam licentiam, & legatarium, qui non habet: quia etiam legatrarius, qui non habeat licentiam à testatore, non incurrit pœnam dictæ legis, si capiat possessionem vacantem.

1266 Comprobatur II. quia Dilect. tract. de art. testan. tit. 5. caut. 32. versus finem. sub num. 3. fol. 126. & Achil. Pers. tract. de adipisc. poss. num. 407. fol. 273. tradunt cautelam, vt fideicommissarius, qui habet licentiam à testatore capiendi possessionem, imploret

officium iudicis, & petat ab eo associationem, si timeat sibi fieri resistentiam. Igitur præsupponunt, quòd possit capere possessionem non vacantem.

1267 AMPLIATVR imò, vt habeat locum etiam si possessionem caperet cum violentia: quia etiam violenter eam capiens non incurreret pœnam d.l.non est dubium. quia legatarius, qui habet licentiam à testatore, non dicitur vim inferre, sed violentiam repellere, aut saltem dicitur mutua compensatione sublata secundum communem* opinionem, quam refert Achil. Person. d.tract. de adipisc. poss. num. 406. fol. 273. sed eam non sequitur, prout nec nos hic firmamus.

Sed [redeundo ad propositum fundamentum] C. substitutus est deputatus executor legatorum non solutorum, vt in 2. præsupposito. Ergo-

1268 Neque illi 2. præsupposito refragatur, quod C. substituto fuerit simpliciter iniunctum onus soluendi dicta legata, sed non sub executorio nomine.

Quia respondetur, executorem vltimæ voluntatis dici eum, qui debet adimplere voluntatem testatoris, vt describit Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua. num. 1. nec est attendendus defectus nominis quando habemus substantiam eius, quod importat illud nomen iuxta ea, quæ scripsi infra num. 1352. vers. his non obstantibus. vbi ex Bar. Bal. Dec. & alijs firmaui, magis esse attendenda pacta, & conuentiones contractus, quàm sonum, & conceptionem verborum.

1269 Non obstant adducta pro 1. contraria opinione; quia resp. quòd illa procedunt, quando legatarius adipisceretur possessionem non vacantem, quo casu diceretur possessio vitiosa, exquò est prohibita à d.l. nō est dubium. item quando caperet possessionem vacantem, etiam si hæreditas esset iacens, sed deberetur hæredi falcidia ex illo legato, quia tunc etiam possessio diceretur vitiosa, exquò est prohibita à l. 1. ff. quor. legat. quæ vult, vt sit capienda de manu hæredis; & multò magis diceretur vitiosa, si eam cæpisset sine aliquo titulo, & propterea non posset esse legitimus contraditor; & ita procedant quæ dixi supra num. 1235. & 1236. vers. effectus. secus est, quando caperet possessionem vacantem rei legatæ, ex qua non deberetur falcidia, vel caperet possessionem de licentia expressa, vel tacita testatoris, vt puta quia esset deputatus executor, quia tunc possessio non diceretur vitiosa, & sic cessant istis casibus adducta in contrarium.

Ex his remanet firma conclusio, quòd C. substitutus potuerit legatum, seu fideicommissum capere propria auctoritate.

Hæredi competunt tria remedia pro recuperanda, & adipiscenda possessione, & quando non competant.

Secunda difficultas est; an in casu, de quo agimus, competat hodie D. hæredi hæredis aliquod remedium, ne C. substituto detur mandatum de manutenendo.

Procedendo in pluribus resolutiuè, concludo, nullū remedium competere, &, seruando aliquem ordinem, considero quatuor remedia.

1270 PRIMVM est ex d. l. non est dubium. qua sancitum est, vt legatarius, capiens auctoritate propria possessionem non vacantem, cadat ab omni iure suo. Istud non competit, tùm quia possessio erat vacans, vt diximus supra num. 1239. quo casu remedium, seu potius pœnam dictæ l. non habere locum sentiunt Glos. penult. in c. fin. in verbo. impetitione. de success. ab intest. Paul. de Castr. in d. l. non est dubium. sub num. 2. & Ias. sub num. 1. & Natt. cons. 395. viso testamento. nu.

1271 11. lib. 2. † tùm quia C. substitutus habebat tacitam licentiam à testatore capiendi possessionem, vt ostendi supra num. 1261. quo casu minus habere locum scribunt ibidem Paul. de Castr. sub num. 3. Ias. num. 2. & Saly. quem refert, & sequitur Dec. cons. 243. vt clarior. sub num. 3. & ad literam quòd pœna dictæ l. non habeat locum contra legatarium, qui est executor testamenti, scribit Ias. in dicta l. non est dubium. sub num. 4. vers. secundo limita.

1272 SECVNDVM remedium est, quod datur ex l. 1. ff. quorum. legat. & istud licet competat hæredi, cui debetur falcidia contra legatarium, qui propria auctoritate cœpit possessionem vacantem, quia poterit cogi ad restituendum hæredi, vt scribunt Paul. de Castr. in dicta l. non est dubium. sub num. 2. Ias. sub num. 1. Dec. dicto cons. 243. sub num. 3. & 4. & Natt.

1273 dicto cons. 395. num. 10. in fine. & 11. † tamen, si non debeatur falcidia, istud remedium quorum legatorum, quod est adipiscendæ, non datur Glos. in dicta l. 1. in verbo. vt perinde. versus finem ff. quor. legat. Corn. cons. 140. circa hunc. sub num. 5. lib. 1. & cons. 73. circa primum. sub num. 20. lib. 3. Maran. in suo spec. par. 4. distinc. 7. sub num. 10. vers. secundo potest. & Menoch. de adipisc. remed. 2. num. 6. & seqq. & particulariter q. 19. num. 71. & sub num. 112. vers. primus. & sub num. 113. dicens, hoc interdictum esse concessum ob falcidiæ detractionem, & non eo, quòd legatario non liceat sibi ius dicere: item non datur, si legatarius habebat licentiam à testatore appræhendendi possessionem, Ias. in dicta l. non est dubium. sub num. 4. vers. sed redeundo. in fine. & Menoch. dicto remed. 2. q. 12. num. 42. & 46. vbi loquitur etiam de tacita licentia. sed in casu nostro non debetur falcidia iuxta ea, quæ scripsi supra num. 1252. & 1253. & legatarius habet licentiā à testatrice, vt ostendi supra n. 1261. Ergo. &c.

1274 TERTIVM remedium est ex l. fin. C. de edict. diu. adr. tollen. qua prouisum est, vt hæres ex testamento non abolito, neque cancellato, aut in aliqua sui parte vitiato mittatur in possessionem hæreditatis. hocquè remediū non datur quādo hæres habet legitimum contradictorem iuxta textū in dicta l. fin. & quæ ibi Doct. notant communiter. * Fossan. decis. 26. num. 9. Becc. cons. 17. sub num. 4. vers. vltimo. lib. 1. hæcq. communis opinio non habet legitimum contradictorem. Sed C. substitutus est legitimus contradictor. Ergo istud remedium non competit hæredi.

1275 Quòd C. substitutus sit legitimus contradictor, probatur dupliciter. primo, quia cum ipse sit fideicommissarius, & deputatus executor à testatrice, dicitur habere titulum, & possessionem à testatrice, & qui habet titulum, & possessionem à testatrice dicitur legitimus contradictor sine controuersia, vt scribit Menoch. de

1276 adipisc. poss. remed. 4. q. 67. cas. 8. num. 586. † secundo probatur, quia legitimus contradictor dicitur is, qui adeptus est possessionem non vitiosam; sed C. substitutus habet talem possessionem, quia est fideicommissarius, & non debetur falcidia, seu trebellianica iuxta ea, quę scripsi supra, n. 1252. & 1253. Ergo.

Agenti possessorio retinendæ an obstet exceptio dominij, &c. Et spoliato agenti possessorio recuperandæ an obstet exceptio, quòd facto & culpa propria ceciderit à possessione.

QVARTVM remedium est ex prætensa renuntiatione, seu donatione, facta à C. substituto ad fauorem B. hæredis, eiusque hæredum cum clausula camerali, quæ habet executionem paratam contra dictum C. substitutum donatorem iuxta ea, quæ scripsi lib. præced. cap. 62. num. 17.

Et in isto remedio latet aliqua difficultas contra C. substitutum, quia ex præfata donatione, seu cessione oritur exceptio dominij, causata ab ipso C. substituto ad commodum dicti D. hæredis hæredis: quare, ordinatè procedendo, argumento dupliciter.

1277 Primo. Agenti interdicto retinendæ obstat exceptio dominij, causata à renuntiatione ipsius dominij, facta ab actore ad commodum rei conuenti, qui dicitur turbare, vt sentiunt Hermo. Det. in l. naturaliter §.

ter §. nihil commune num. 50. ff. de acquir. poſſ. & Menoch. tract. de retinen. poſſeſ. remed. 3. nu. 697. & 698. dicens, quòd ſicut iſta exceptio poteſt opponi agenti interdicto vnde vi; ita etiam poteſt opponi agenti interdicto retinendæ, cum in vtroque militent
1278 eędem rationes: † & quòd agenti interdicto retinēdæ, ſeu remedio vti poſſidetis non profit poſſeſſio antiquior, ſi ab ea facto ſuo, puta per propriam alienationem ceciderit, ſcribunt Dec. conſ. 56. in cauſa appellationis. col. fin. ſub num. 4. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 7. iudic. num. 24. in fine. & num. 25.

1279 Secundo: quia cum D. hæres hæredis occupet naturalem poſſeſſionem dictorum Caſtrorum, non poteſt C. ſubſtituto dari mandatum de manutenendo, quin detur eidem reſtitutio ad poſſeſſionem naturalem, vt in ſimili conſiderat Alex. conſ. 92. perſpectis his. in principio. lib. 1. & explicat aperte Menoch. de retinen. poſſ. remed. 3. q. 2. ſub num. 26. & faciunt pro intelligentia quæ ſcripſi ſupra cap. 7. num. 117. Sed is qui cecidit à poſſeſſione contractu proprio, ſeu facto proprio, vel ex iuſta cauſa, vel culpa ſua, vel ex proprio facto, & contractu perfecto non reſtituitur: & C. ſubſtitutus contractu proprio, & perfecto, & facto proprio, & culpa, videlicet contractu renuntiationis, ceſſionis, & donationis cecidit à poſſeſſione: Ergo ad eam non eſt reſtituendus, quamuis ſit ſpoliatus.

1280 Quòd cadens à poſſeſſione contractu proprio, ſeu facto proprio, non reſtituatur, ſcribunt Socc. in l. rem quæ nobis. verſ. quinto dubitatur. num. 8. ff. de acquir. poſſ. & conſ. 266. in cauſa quæ. ſub nu. 19. verſ. poſtremo alia. lib. 2. dicens, quòd remedium canonis. reintegranda. non habet locum, quando quis iuſta cauſa, vel culpa ſua cecidit a poſſeſſione. Alex. dicto conſ. 92. verſ. nec etiam. num. 5. lib. 1. concludens quòd N. ex iuſta cauſa ceciderat à poſſeſſione, ſcilicet ex cauſa venditionis, & ſuæ voluntariæ traditionis, & ideo, quòd non poterat obtinere in poſſeſſorio recuperandæ. Caputaq. deciſ. 170. ſub num. 1. & 2. par. 3. dicens, quòd cadens à poſſeſſione ſua culpa, vel facto non reſtituitur. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. q. 27. num. 298. & remed. 15. q. 14. num. 95. dicens quòd qui facto proprio amiſit poſſeſſionem non poteſt agere poſſeſſorio recuperandæ. Affl. deciſ. 392. num. 27. verſ. accedat. dicens quòd amittenti poſſeſſionem iuſta cauſa non competit remedium cap. reintegranda. Caputaq. deciſ. 172. ſpolio agere. ſub num. 4. 5. & 6. par. 3. dicens, quòd ille, qui cecidit à poſſeſſione facto ſuo ex proprio contractu, & ſic ex iuſta cauſa, non poteſt agere ſpolio, ſeu remedio canonis. reintegranda. Rot. diuerſ. deciſ. 131. & deciſ. 132. vtraque num. 1. par. 1. dicens, fuiſſe reſolutum non eſſe locum actioni ſpolij, quia ceciderat facto ſuo per inſtrumentum dationis in ſolutum. Caſſad. deciſ. 4. fuit dubitatum. num. 6. de reſtit. ſpol. dicens, quòd qui proprio facto, atque contractu perfecto amittit poſſeſſionem, non habet remedium canonis. reintegranda. 3. q. 1. Ant. de Butr. in cap. in literis. num. 27. ibi. ex his infertur. de reſtitut. ſpol. & ex eo Abb. in cap. 2. ſub num. 7. ibi. hoc etiam. eod. tit. dum ſcribunt, quòd agenti poſſeſſorio in beneficialibus obſtat exceptio renuntiationis iudicialis. idem Abb. in cap. 3. num. 4. eod. tit. de reſtit. ſpol. dicens, quòd renuntians ſponte beneficio ſuo, ſi poſtea violenter eijciatur non poteſt prætendere ſpoliationem, aptam ad conſequendam reſtitutionem. Gabr. in concluſ. lib. 5. tit. de reſtit. ſpol. concluſ. 1. limit. 6. num. 71. dicens, quòd, ſtante voluntaria renuntiatione, per quam amittitur & ciuilis & naturalis poſſeſſio, ſpoliatus non poteſt habere remedium recuperandæ poſſeſſionis. Rot. diuerſ. deciſ. 519. num. 1. par. 1. dicens, quòd amittens poſſeſſionem canonicatus per ceſſionem, factam à ſuo procuratore, non eſt reſtituendus ad poſſeſſionem dicti canonicatus. Compilator ad Rot. deciſ. 16. alias. 393. ſub num. 1. de reſt. ſpol. in nou. dicens, quòd vna pars Dominorum de Rota dicebat, eſſe negandam reſtitutionem, quia agenti interdicto obſtat ſpontaneæ renuntiationis exceptio. Ant. de Butr. in dicto cap. 2. verſ. ex hoc no. num. 3. de reſtit. ſpol. dicens, quòd exceptio renunciationis factæ ante ſpoliationem admittitur. Achil. de Graſſ. deciſ. 6. de reſtit. ſpol. ſub num. 2. dicens, non dari reſtitutionem ei, qui ſpoliatus eſſet ſua negligentia. & Io. Baptiſta Pontan. tract. de ſpol. lib. 3. num. 45. fol. 295. referens, quòd quidam dixerunt, hanc dominij exceptionem generaliter obeſſe in hoc iudicio, quoties fuiſſet dominium ſpolianti quæſitum facto, ſeu negligentia ipſius agentis de ſpolio. Rot. diuerſ. deciſ. 453. num. 6. in fine. & num. 7. par. 1. dicens, quòd ei, qui ceſſit omne ius ſibi competens, ſicque abdicauit à ſe dominium omnium bonorum, videtur obſtare iſta exceptio, ſi agat ſpolio. & Achil. de Graſſ. deciſ. 10. alias 115. renuntians. ſub num. 1. verſ. & mouebar. & clarius ſub num. 4. ibi. & fuit ponderatum. de reſtit. ſpol. fol. 55. dicens quòd renuntians remanet ſine titulo, & rem habet pro derelicta, & ideo tunc ei non datur reſtitutio in integrum.

Ex quibus omnibus reſultat communis * & certa concluſio, quòd cadens facto proprio à poſſeſſione non reſtituitur: omnes enim Doctores ſupra citati inhærent huic concluſioni, licet per diuerſa verba, & per diuerſos caſus. &, quòd iſta concluſio non recipiat difficultatem, quia ſic fuerit pluries iudicatum, firmat poſt multas allegationes Pariſ. conſ. 1. ſub num. 164. lib. 1. & ſatis probatur ex textu in dicto cap. 2. & 3. de reſtit. ſpol.

1281 Ratio huius concluſionis in eo, qui cedit, ſeu renuntiat ſponte beneficio, eſt, quia is, cedendo, abdicat à ſe dominium, & poſſeſſionem, vt ex Innoc. referunt, & ſequuntur Abb. in dicto cap. 2. ſub num. 5. ibi. ſi enim iſte renuntiauit. & num. 6. ibi. ratio diuerſitatis. & ſub num. 8. ibi. quarta ſolutio. de reſtit. ſpol. & Caſſad. dicta deciſ. 4. num. 2. in fine. & 3.

1282 Ratio generalis ad omnia eſt quia nemo debet poſſe obijcere id, in quo cauſam præbuit Crauet. conſ. 83. petrus. num. 2.

1283 AMPLIA iſtam communem concluſionem, vt habeat locum etiam in reſignatione facta coram ordinario, quæ non teneret; quia adhuc is, qui renun-
1284 tiauit, non eſſet reſtituendus; † & ratio eſt, quia poſſeſſio nihilominus amittitur, & transfertur etiam ex actu nullo Rot. diuerſ. deciſ. 519. num. 2. par. 1. &, quòd poſſeſſio poſſit amitti etiam ex actu nullo eò, quòd poſſeſſio ſolo animo amittitur, & animus, & voluntas etiam ex actu nullo colligatur deducit Creſcen. deciſ. 2. alias 64. num. 1. 2. & 3. de reſtit. ſpol. & quòd ideo ei, qui poſſeſſionem tranſtulit ex contractu inutili non detur remedium can. reintegranda tenuit Rot. vt per Achil. de Graſſ. deciſ. 15. alias 120. num. 1. & 4. de reſtit. ſpol. fol. 58.

1285 EXTENDE præcedentem ampliationem vt habeat locum etiam in translatione poſſeſſionis, facta per clauſulam conſtituti; de cuius validitate dubitaretur, quia nihilominus ei, qui ſic conſtituit ſe poſſidere nomine alterius non daretur reſtitutio; imò meo iudicio neque mandatum de manutenendo: & moueor: quia conſtitutum ſufficit ad translationem poſſeſſionis Neuiz. qui alios citat conſ. 82. pro hieronymo. num. 12. in fine. & num. 13. & licet dubitaretur de validitate conſtituti, tamen non eſt dubitandum de translatione poſſeſſionis, cum poſſeſſio poſſit amitti, & transferri etiam ex actu nullo, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num. præced. Ergo, cum facto proprio ceciderit à poſſeſſione, non dabitur ei reſtitutio iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 1280. verſ. quòd cadens.

1286 Contra iſtam extenſionem in eo, quod dixi, non dari mandatum de manutenendo, dixit Rota in vna placentina caſtri coram R. P. D. Mellino, die mercurij 4. iulij. 1600. pro qua deciſione adducitur Bal. in l. 2. verſ. decimo quæro. num. 29. C. de ſeru. & aqu. dicens, ſequendo Innoc. quòd ſi poſſidens precario nomine hoc negat, tunc is, qui ei conceſſit, vt poſſideret, non poteſt eum expellere auctoritate propria, quia negatione facta eſt res dubia: vel, inquit,

aut de hoc pendet iudicium; & tunc est verum relatum dictum Innocentij, quia exquò actor elegit viam iudicij videtur meticulosus, & ad viam facti redire non potest, ne iudicium inchoatum sit ludibrio, & sit in potestate vnius euertere iudicium: aut non erat mota adhuc controuersia in iudicio; & tunc negatio verbi nihil operatur quominus verus possessor possit sibi ius dicere: adducitur etiam Dec. cons. 400. viso eleganti. sub num. 9. vers. quarto respondetur. qui nixus relatæ doctrinæ Baldi, scribit, quòd, lite pendente super contractu, est suspensa virtus precarij ita, vt is, qui precarium concesit, non posit eo vti, & propria auctoritate bona occupare.

1287 Retinendo extensionem, respondeo, quòd Bal. & Dec. in quo se fundat Rota, non obstant: nam aliud est, quòd is, in quem est translata possessio per constitutum, non posit auctoritate propria occupare possessioné postquàm adiuit viam iudicij, vt sentiunt Bal. & Dec. & aliud, quòd non posit auctoritate iudicis: sentio enim quòd, adeundo iudicem, virtus constituti operetur; nec sensit aliter Bal.

1288 RESTRINGE præcedentem communem conclusionem, vt in prophanis exceptio cesionis, & renuntiationis non posit opponi, nisi quando talis exceptio fundat intentionem excipientis: quia quando fundat potest obijci exceptio defectus proprietatis: & dicitur fundare intentionem excipientis, quando cessio, seu renuntiatio est facta ipsi excipienti, vt declarant Ant. de Butr. in cap. in literis, num. 27. ibi. ex his infertur. & Abb. in cap. 2. sub num. 7. ibi. hoc etiam. de restit. spol. & sentit Gabr. dicta concl. 1. sub limit. 4. num. 78.

RESTRINGE II. vt non habeat locum, quando quis renuntiauit ad fauorem tertiæ personæ, & remansit in possessione, & postea fuit spoliatus antequam possessio beneficij renunciati deuenerit in resignatarium, quia isto casu esset restituendus ad possessionem: & procedit ista restrictio etiam si illa tertia persona acceptasset renuntiationem. Achil. de Graff. dicta decis. 10. alias 115. per totam. & præsertim num. 4. de restit. spol.

RESTRINGE III. vt non habeat locum quando contractus, ex quo translata dicitur possessio, esset nullus ex defectu consensus, quia tunc ex eo non transfertur possessio, & consequenter datur restitutio in integrum, vt tenuit Rot. de qua Achil. de Graff. d. decis. 15. alias 120. num. 5. de restit. fol. 58. & ita restringes ampliationem, & rationem ipsius, positas supra num. 1283. & 1284.

1289 Contraria sententia in casu, de quo agimus, videlicet, quòd C. substituto sit dandum mandatum de manutenendo suadetur ex eo, quia exceptio dominij reijcitur tàm in possessorio retinendæ, vt ex Bar. Capic. Natt. Put. & Menoch. retuli, & sequutus sum supra cap. 7. num. 104. quàm in possessorio recuperandæ, vt ex Glos. Ant. de Butr. Abb. Dyn. Bar. Aret. Alex. Boer. Dec. Gabr. Bero. Paris. & Menoch. retuli, & sequutus sum dicto cap. 7. num. 105. vers. contra secundam.

Sed ista exceptio donationis, seu renuntiationis est exceptio dominij, vt sentiunt omnes sine difficultate.

Tota ergo difficultas consistit in responsione ad contraria.

1290 Ad primum argumentum, adductum in contrarium resp. dupliciter.

Primo, quòd contrariam sententiam; nimirum, quòd exceptio dominij causata etiam ab ipso actore non obstat ipsi agenti possessorio retinendæ; tenuerunt Gl. in cap. cum venissent. in verbo. abiurasse. in fine. Abb. num. 19. & Henric Boic. num. 5. de institut. & Rub. in dicta l. naturaliter. §. nihil commune. num. 174. ff. de acquir. poss. quos citat etiam Menoch. citatus in contrarium.

1291 Secundo resp. quòd si renuntiatio, seu cessio posset obijci, id esset quando renuntiatio fuisset facta eo tempore, quo renuntians retinebat possessionem: quia tunc videretur renuntiasse illi possessioni, & consequenter non videretur manutenendus in eo, quod ipse à se abdicat, secus est, si renuntiatio esset facta tempore, quo renuntians non possidebat; vt in casu, de quo agimus; quia tunc non dicitur renuntiasse, seu à se abdicasse possessionem, in qua vult manuteneri iuxta ea, quæ dixi infra num. 1297. &

1292 1298. † &, respondendo in specie ad Menoch. dum scribit, in possessorio retinendæ, & possessorio recuperandæ militare easdem rationes, dico, hoc non esse verum; quia restituere non domino est iniustitia magis laboriosa, & fit committendo, sed manutenere non dominum, seu non restituere domino est minus laboriosa, & fit, omittendo; & ideo est minor: est etiam minor, quia in pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis. cap. in pari delicto. de reg. iur. in 6.

Posset & tertio applicari responsio, quam dedi infra ad 2. argumentum sub num. 1298. vers. tertio.

Ad secundum resp. quòd adducta in eo procedunt in possessione recuperanda, & sic non possunt applicari possessioni retinendæ, de qua loquimur: nam in recuperanda necesse est, vt possessio sit amissa, & quando possessio est amissa culpa, & facto proprio amittentis, tunc non restituitur, & ita procedunt adducta in secundo argumento: at in retinenda necesse est, quòd possessio non sit amissa, & consequenter ei non potest applicari iste casus possessionis amissæ culpa, & facto proprio, quia nullius entis nullæ sunt qualitates.

Neque obstat, quòd fuerit amissa possessio naturalis.

1293 Quia resp. dupliciter. & primo, interdictum retinendę & interdictum recuperandæ non posse ab vna persona pro eadem possessione eodem tempore intentari, quia sunt interdicta contraria, quæ simul stare non possunt, sed inuicem se collidunt. l. possideri. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. retinere enim est possidere, & recuperare est non possidere.

Hoc supposito, sic pro responsione argumentor.

1294 Ad euitandam contrarietatem, quam semper in omni materia debemus euitare, necesse est, vt intentans remedium retinendæ, agat principaliter pro retinenda possessione ciuili, & in consequentiam pro recuperanda possessione naturali, vt considerant Alex. & Menoch. quos retuli, & sequutus sum supra num.

1295 1279. vers. secundo quia: † non enim ciuilem turbare desinit, qui naturalem non restituit Natt. cons. 419. in præsenti. sub num. 3. & 4. lib. 2. Menoch. de retinen. poss. remed. 3. q. 2. num. 27. &, quòd interdictum recuperandæ veniat in consequentiam ad interdictum retinendæ, quando agens retinenda iuste possidet, scripsit Bar. in l. si duo. vers. vlterius opponitur. num. 1. ff. vti possidet. & sine ista consideratione, an iuste possideat, refert, & sequitur Natt. dicto

1296 cons. 419. nu. 3. versus finem. † Sed semper est attendendum quod est principale, & non quod venit in consequentiam l. si quis nec causam. & ibi late Ias. qui exornat num. 3. & seqq. ff. si cert. pet. Ergo quæ adducuntur de spolio, seu recuperanda possessione non bene applicantur.

1297 Secundo resp. quòd adducta in contrarium procedunt in eo, qui facto proprio, seu cõtractu cadit à possessione iam acquisita, & retenta tempore facti proprij, seu contractus; secus in eo, qui cadit à possessione acquisita post factum, seu contractũ proprium; & ratio diuersitatis est, quia si possessio præcedit factum proprium, seu contractũ, videtur ipse contrahens abdicare à se dominium, & possessioné, & se ipsum spoliare, vt sentiunt Cassad. & apertius Abb. quos retuli, & se-

1298 quutus sum supra num. 1281. † secus est, si demus possessionem esse acquisitam post factum proprium, seu contractum, vt puta post renuntiationem, vt in casu nostro, quia isto casu renuntiatio non potest referri ad possessionem, quam illo tempore renuntiationis non habebat. Glos. 1. in cap. 2. in verbo. cum spoliatum. versus finem. & Abb. sub nu. 8. versus finem. de restit. spol. vbi propterea concludit, istam exceptionem non admitti contra agentem possessorio, & ita

ex In-

ex Innoc. refert Achil. de Graſſ. deciſ. 10. alias. 115. renuntians. ſub num. 1. ibi. & maximè quia. de reſtit. ſpol. dicens, quòd Innoc. dum vult reſtitui renunciantem, loquitur quando poſt renuntiationem de nouo incœpiſſet poſſidere. quamuis Achil. de Graſſ. ibidem num. 7. referat, Dominis placuiſſe opin. contra Innoc. in renuntiatione generali. ratio huius 2. reſponſionis videtur grammaticalis: quia, ſalua ratione loquendi, non poteſt quis cadere à poſſeſſione, quam non habet, cum priuatio præſupponat habitum. l. decem. ff. de verb. oblig.

Tertio reſp. quòd reſtitutio in integrum datur ei, qui cecidit à poſſeſſione ex contractu, qui eſt nullus propter defectum conſenſus, vt dixi ſupra num. 1288. reſtrict. 3. Sed in caſu propoſito donatio, ſeu ceſſio impugnatur ex defectu conſenſus, quia eſt donatio magna, quæ per ſuperuenientiam filiorum reſcinditur ex defectu conſenſus etiamſi ſit renunciatio iuris futuri, vt latè deduxi ſupra. cap. 2. num. 145. & 148.

Remotis contrarijs, videtur poſſe defendi, manda-
1299 tum de manutenendo eſſe concedendum: † nam cum poſſidens ciuiliter poſſit quandocumque ingredi poſſeſſionem, & in ea inſiſtere, licet naturalis ſit per alium occupata, vt ex pluribus retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 2. ſub nu. 183. verſ. ſed poſſeſſor. & ſpoliato ſua poſſeſsione naturali liceat vim vi repellere, vt ſimiliter ex pluribus retuli, & ſequutus ſum ibidem dicto. nu. 183. occurrendum eſt, ne litigantes veniant ad rixam, cum in iſtis iudicijs poſſeſſorijs adipiſcendæ, & retinendæ loco libelli gladium offerre ſoleant: & hæc ſufficiant in iſta controuerſia priuata, contingenter intermixta occaſione materiæ inter iſtos articulos.

ARTICVLVS IIII.

Subſtitutio compendioſa quibus verbis concipiatur, & an facta à pagano verbis directis filio impuberi expiret poſt pupillarem ætatem, vel obliquetur; & quid quando eſt facta verbis communibus, & quid, matre exiſtente in medio; & quod verbum dicatur commune.

1300 Addo alium articulum, contingentem articulum. 3 poſitum ſupra num. 1206.

An fiſcus poſsit detrahere legitimam, & trebellianicam, ſi filio, cuius bona ſunt confiſcata, ſuccedat ſubſtitutus in vim eiuſmodi ſubſtitutionis. *& ſi deceſſerit abſque legitima, & naturali hærede, ſuccedat cippus.*

Et procedendo reſolutiuè: Quantum ad legitimam non eſt dubium, quòd fiſcus poteſt illam detrahere, quia pater non potuit in ea grauare filium; & hic punctus eſt à nobis reſolutus ſupra num. 1129. ideo non inſiſto.

Quantum ad trebellianicam concludo ſimiliter, quòd fiſcus poteſt illam detrahere: & moueor ſequenti ratione.

1301 Trebellianica detrahitur ex fideicommiſſo, ſeu fideicommiſſaria ſubſtitutione l. 1. & ibi Gloſ. C. ad ſenatuſc. trebell. & §. ſed quia hæredes. & §. ſed quia ſtipulationes. Inſtit. de fideicommiſ. hæred. Ant. de Butr. qui etiam cauſam enarrat in cap. raynutius. nu. 5. de teſtam. & hoc eſt certum, vt ſcribit Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. trebellianica. q. 3. num. 1. &, quia omnibus eſt notum, non inſiſto.

1302 Sed iſta ſubſtitutio: *ſi ſine liberis deceſſerit, ſuccedat cippus.* eſt fideicommiſſaria. Ergo ex ea detrahitur trebellianica.

Quòd ſit fideicommiſſaria probatur multipliciter.

1303 Primo probatur, † quia propter illa verba: *ſi ſine liberis deceſſerit:* dicitur ſubſtitutio compendioſa. cap. raynutius. & ibi Gloſ. in verbo. ſi abſque liberis. de teſtam. Bar. in l. centurio. num. 9. & Iaſ. num. 23. ff. de vulg. & pupill. Paul. de Caſtr. in l. verbis ciuilibus. num. 2. & Iaſ. num. 10. ff. eod. Dec. in l. præcibus. num. 16. C. de impub. & alijs ſubſtitut. & conſ. 227. in caſu ad me tranſmiſſo. num. 3. lib. 1. dicens, compendioſam dici, quando in ea fit mentio mortis, quod etiam tradit in conſ. 662. ſicut. arbor. num. 1. lib. 2. Paul. Leon. tract. de ſubſtitut. verſ. ſexta ſubſtitutio. num. 29. fol. 307. Pariſ. conſ. 11. duo ſunt. num. 35. lib. 3. & communiter * omnes Doct. vt teſtatur Neuiz. conſ. 53. nu. 2. in fine.

1304 Et dicitur compendioſa, quamuis non adſint illa verba: *quandocunquè deceſſerit:* Bar. in d. l. centurio. ſub num. 32. ibi. idem ſi non eſt appoſita. Bal. conſ. 196. ſuper eo. num. 3. lib. 4. Iaſ. in d. l. verbis ciuilibus. num. 10. & Dec. d. conſ. 227. ſub num. 3. Neuiz. d. conſ. 53. ſub num. 3. Mich. Craſſ. tract. de ſucceſ. §. ſubſtitutio. q. 60. num. 7. & 10. & hanc eſſe communem * opin. teſtantur Pariſ. conſ. 37. ſi bona & res. num. 10. & conſ. 73. iſta ſubſtitutio. num. 2. lib. 2. Rol. à Vall. conſ. 25. viſo themate. num. 13. in fine. lib. 1. & Mich. Craſſ. vbi
1305 ſupra. † & ratio eſt, quia licet deficiat illa dictio *quandocunquè*, tamen ſubſtitutio adhuc habet tractum futuri temporis, & continet plures ætates, & tempora, vt per Bar. Iaſ. & Paul. Leon. vbi ſupra, & eſt communis. *

1306 Sed ſubſtitutio compendioſa, facta à pagano verbis directis, vt puta, *ſi ſine liberis deceſſerit, Seius hæres eſto,* finita ætate pupillari, non expirat, ſed efficitur fideicommiſſaria ſecundum opinionem plurium, quos referunt Bar. in dicta l. centurio. ſub num. 14. dicens in fine: *neſcio quid dicam, fortè vtraquè opinio poſſet ſuſtineri.* & ibidem Iaſ. num. 29. 30. 31. & 32. & latè
1307 Socc. Iun. num. 205. & ſeqq. ff. de vulg. & pupill. † imò ſecundum Gloſ. & Bal. in d. l. præcibus. verſ. tertio gloſ. num. 47. illa obliqua conditio; ſi ſine liberis; obliquat ſubſtitutionem omni tempore ita, vt ſit fideicommiſſaria non ſolum poſt pupillarem ætatem, ſed etiam ante, quia vnica determinatio, reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare.

1308 Nec obſtat, quòd communis opinio ſit in contrarium, quòd ſcilicet intra pupillarum ætatem valeat iure directo, & poſt pupillarem ætatem expiret in totum, prout de communi * teſtantur Iaſ. & Socc. Iun. in locis citatis. Paul. Leon. tract. de ſubſtitut. in verbo. ſexta ſubſtitutio. q. 23. num. 275. fol. 314. Pariſ. conſ. 62. num. 3. lib. 2. Zaſ. tract. de ſubſtitut. tit. de compendioſa. cap. 5. ſub num. 16. fol. mihi 273. Neuiz. conſ. 53. ſub num. 7. & alij, relati per Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. ſubſtitutio. q. 71. ſub num. 4. verſ. ſed an poſt pubertatem.

1309 Quia contrariam opinionem; quòd poſt pupillarem ætatem ſit fideicomiſſaria, quã firmat Io. Andr. in cap. 1. ſub num. 19. de teſtam. in 6. tenuerunt etiam Bal. in l. ex tribus. num. 4. per totum, C. de inoff. teſtam. Alex. conſ. 82. perſpectis his. num. 1. lib. 2. & latè poſt habitam longam diſputationem ſuper iſto articulo firmant Lancell. Polit. tract. de ſubſtit. tit. de compendioſa ſubſtitutione. ſub num. 24. ibi. itaque iam concludi. & ſub num. 25. ibi. igitur mutetur. fol. 260. Paul. Leon. vbi ſupra nu. 378. quo loci pro iſta opinione contra cõmunem adducit Arnal. de Solerio in. d. c. 1. de teſtam. in 6. &, quòd hãc opinion. teneant Canoniſtæ, ſcribit Ant. de Butr. in cap. raynutius. ſub num. 42. de teſtam. &, quòd hæc opinio habeat maiorem æquitatem eo, quòd ſit magis conſona voluntati teſtatoris, teſtantur Dec. in dicta l. præcibus. ſub num. 17. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Soccin. Iun. in dicta l. centurio. ſub num. 208. verſ. & videtur iſta opinio. ff. de vulg. & pupill. Zaſ. dicto cap. 5. ſub num. 17. dicens, ſe legendo ſequutum eſſe hãc opinionem vti humaniorem. & licet ibi conetur fœdere diſtinctionis conciliare iſtas duas opiniones, tamen in effectu ſequitur iſtam, vt oſtendit Paul. Leon. dicto tract. de ſubſtitut. verſ. ſexta ſubſtitutio. q. 23. num. 275. verſus finem. fol. 314. &, quòd repetentes in dicta l. centurio. dicant, eſſe conſulendum, & iudicandum ſecundum iſtam opinionem, refert Socc. ſub dicto num. 208. verſ. & videtur iſta opinio. &, quòd iſta opinio canoniſta-

niſtarum practicetur Florentiæ, teſtatur Ant. de Butr. dicto cap. raynutius. ſub num. 42. de teſtam. &, quòd iſta opinio Io. Andreæ haberet locum in Curia, vbi æquitas deberet ſeruari, & coram arbitratore, & obſeruaretur in Curia Delphinali, vbi vt plurimum æquitas abundat, & voluntas teſtatoris inſpicitur, teſtatur Dec. ia dicta l. præcibus. ſub num. 17.

1310 Secundo probatur, quia quando ſubſtitutio compendioſa de ſui natura importat tractum temporis, continet fideicommiſſariam. Bar. in l. centurio. ſub num. 32. ibi. ſolutio. & in l. lucius. num. 20. in fine. & ibidem Iaſ. num. 30. verſus finem, qui loquitur apertius. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Bal. conſ. 398. præmittendum eſt. num. 1. lib. 4. dicens, quòd ſi in ſubſtitutione eſt appoſita illa clauſula, *ſi deceſſerit ſine filijs*, ſubſtitutio videtur fideicommiſſaria de iure, & de facto. Dec. conſ. 227. ſub num. 3. in fine. ibi. & ex his habetur. lib. 1. dicens, quòd verbum *decederent* reſpicit ſubſtitutionem fideicommiſſariam. Pariſ. conſ. 41. viſa facti narratione. num. 31. & ſeqq. lib. 2. & hanc eſſe communem * opinionem teſtantur Bal. dicto conſ. 398. nu. 1. lib. 4. Papien. in pract. in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione. in gloſ. compendioſæ. ſub num. 10. fol. 941. concludens, quòd iſta verba, *ſine liberis*, faciunt ſubſtitutionem fideicommiſſariam poſt tempora pubertatis ſecundum communem * opinionem. Pariſ. conſ. 14. cum in facto. num. 5. 6. & 7. conſ. 26. ex tenore. num. 1. & conſ. 30. dubitatur, num. 12. 13. 14. & 15. lib. 2. & conſ. 1. redemptoris noſtri. num. 8. & conſ. 11. duo ſunt. nu. 35. & 37. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 25. viſo themate. num. 13. in fine. lib. 1. & Franc. Becc. conſ. 24. cum magnificus. num. 2. & 3. &, quòd hæc communis opinio teneatur in practica iudiciorum, teſtatur Bal. dicto conſ. 398. ſub num. 1. lib. 4. & ratio, quare ſubſtitutio cum illis verbis. *ſi ſine liberis*. ſit fideicommiſſaria, benè aſſignatur ab Oldr. conſ. 99. factum tale eſt. ſub num. 1. &, quòd talis ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, tenet Gloſ. in dicta l. præcibus. in verbo. fideicommiſſi. verſus finem. C. de impub. & alijs ſubſtitut. imò prædicta Gloſ. & Bal. ibid. num. 47. verſ. tertio gloſ. tenent, quòd ſubſtitutio vigore iſtorum verborum, *ſi ſine liberis*. ſit omni tempore fideicommiſſaria, & ſic etiam intra pupillarem ætatem; licet in hoc contraria opinio ſit communis, * vt teſtatur Papien. in dicta gloſ. compendioſæ, ſub num. 10. fol. 941.

At in caſu, de quo agimus, adſunt verba denotantia tractum temporis, quia eſt facta ſubſtitutio, ſi inſtitutus decederet ſine liberis; quæ verba vndiq; faciunt ſubſtitutionem fideicommiſſariam, vt patet ex Doctoribus citatis.

1311 Tertio probatur; quia in ſubſtitutione compendioſa, facta per verbum commune habemus duas opiniones, quarum vtraque admittit hoc, quòd ſit fideicommiſſaria poſt pupillarem ætatem.

Prima ergo opinio eſt, quòd talis ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria; hancq; opinionem tenent Gloſ. in l. præcibus. in verbo. fideicommiſſi. ibi. ſed ſi ita ſubſtituat. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Oldr. conſ. 99. factum tale eſt. ſub num. 1. Bar. conſ. 54. angelus maciæ. num. 5. in fine. conſ. 141. pater filio impuberi. num. 1. lib. 1. & pro hac opin. multa argumenta adducit idem Bar. in l. ſi arrogator. ſub num. 27. ibi. modo quæritur. ff. de adopt. & poſtea ibidem. verſ. reuertendo ad principalem quæſtionem. cõcludit, quòd Fr. de Piſis. Hu. Pello, Paulus Simonis, & ipſe conſuluerunt, quòd ſecundum ius ciuile ſubſtitutio cenſeatur fideicommiſſaria, intelligẽdo ipſe indiſtinctè; quia loquitur principaliter, quando mater eſt in medio. & pro hac opin. idem Bar. in dicta l. præcibus. ſub num. 12. ibi. & ita tenet, adducit, ſed non ſequitur Odofr. Ia. Mar. Sil. Bertr. & Io. Andr. &, quòd iſta ſit communis * opinio legiſtarum, ſentit idem Bar. in l. centurio. q. 3. ſub num. 26. ibi. quandoq; ſit ſine temporis diſtinctione. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. dicens, quòd ita tenet quaſi maior pars legiſtarum. & Bar. de Hucio tract. de ſubſtitut. tit. de compendioſa ſubſtitutione. ſub num. 13. dicens, quòd maior pars legiſtarum concordat in hoc. & hanc eſſe cõmunem * teſtantur apertè idem Bar. conſ. 22. homo accurſuli. num. 1. in fine. lib. 1. Bal. in dicta l. centurio. col. 2. verſus finem. ibi. quæro hic de iſta q. & conſ. 350. in conſulendo. num. 1. & conſ. 392. ſuper primo puncto. num. 1. lib. 4. & conſ. 175. præmiſſis verbis. num. 1. 5. & 7. lib. 5. teſtantes communem * opinionem eſſe, quòd ſubſtitutio cõpendioſa, facta per verbum commune, ſit omni tempore fideicommiſſaria. hanc eandem communem * eſſe aſſerit implicitè idem Bal. in l. nam hoc iure. verſ. hoc itaque caſu. ibi. ſecundo nota. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. dicens, primam opinionem; quòd ſubſtitutio facta per verbum commune ſub vnica commemoratione intelligatur vniformiter; magis frequentari in conſilijs, & cõmuniter obſeruari. &, quòd hæc fuerit communis * opinio antiquorum, ſcribit Corn. conſ. 152. in hac conſultatione. ſub num. 10. & num. 11. lib. 2. & conſ. 322. ardua plurimum. ſub num. 4. in fine. & num. 5. lib. 3. vbi antiquos allegat. &, quòd hæc ſit communis * opinio Gloſſarum, teſtatur Paul. de Caſtr. conſ. 142. viſo teſtamento. num. 1. lib. 1. &, quod ſit vera, & fuerit communis * temporibus Bartoli, Bal. & Ant. de Butr. teſtatur Additionator ad Alex. conſ. 17. ponderatis his. ſub num. 11. litera E. lib. 3. &, quòd hæc fuerit communis * opinio ante Bar. teſtatur Corn.

1312 conſ. 28. circa præſentẽ. ſub nu. 3. lib. 4. † hæcque opinio videtur ſaltem vera, quando mater exiſtit in medio, prout, ſaluando iſtam opinionem, ſcribit Dec. in dicta l. præcibus. ſub num. 19. C. de impub. & alijs ſubſtit. quo caſu certum eſt, hanc opin. quòd omni tempore ſit fideicommiſſaria, præſuppoſita ſimplici compendioſa ſine diſtinctione tẽporum, reddi magis probabilem, & æquam, quam vti veriorem, & communiorem * ſequutum eſt Conſilium Neap. vt refert Affl. deciſ. 367. nardus. num. 3. ſed in puncto iuris eſt adhuc adeò controuerſa, vt Dec. & nonnulli alij ſcripſerint, non poſſe diſcerni quæ ſit opinio communis.

1313 Secunda opinio eſt, quòd ſit directa intra pupillarem ætatem, & obliqua, ſeu fideicommiſſaria poſtea, vt tenent Gloſ. in §. qua ratione. in verbo. ad exemplum. verſus finem. Inſtit. de pupill. ſubſtitut. Bar. in l. centurio. ſub num. 29. & 30. ff. de vulg. & pupill. & in l. præcibus. num. 12. 13. 14. 15. & 16. in fine. C. de impub. & alijs ſubſtit. vbi concludit, quòd, facta ſubſtitutione per verbum commune, & matre non exiſtente in medio, & ceſſantibus deniquè coniecturis, in dubio tempore pupillaris ætatis ſit directa, & poſtea fideicommiſſaria; & hanc concluſionẽ ſequuntur Bal. de Vbal. tract. de ſubſtit. tit. de compendioſa ſubſtitutione. 3. q. princ. num. 17. ſub nu. 23. fol. 210. Bar. de Hucio eod. tract. & tit. num. 13. & propriè ſub num. 19. fol. 219. hanc eandem opinionem, nulla facta diſtinctione, an mater exiſtat in medio, ſiue non, quicquid dixerit Bar. tenet Io. Andr. in cap. 1. ſub num. 19. de teſtam. in 6. in nouella. & Ant. de Butr. in cap. raynutius. num. 53. in fine. de teſtamen. Oldr. ſibimet contrarius. conſ. 125. in propoſito themate. ſub num. 3. Paul. Leon. tract. de ſubſtitut. verſ. ſexta ſubſtitutio, q. 25. num. 432. fol. 317. & Alex. conſ. 17. ponderatis his. nu. 11. lib. 3. qui loquitur etiam matre exiſtente in medio. & hanc 2. opinionem eſſe communem * teſtantur Socc. conſ. 144. diligenter conſiderata. num. 1. lib. 1. Corn. conſ. 187. trita & vulgata eſt. col. 2. verſ. tertia autẽ opinio. lib. 1. & d. conſ. 28. circa præſentem. ſub nu. 3. lib. 4. Iaſ. in d. l. centurio. num. 45. ff. de vulg. & pupil. & ibidem Socc. Iun. ſub num. 257. & 265. verſ. contrarium tamen. Paul. Leon. tract. de ſubſtit. verſ. ſexta ſubſtitutio. ſub num. 380. fol. 316. Lancell. Polit. eod. tract. tit. de compẽdioſa ſubſtitutione. num. 29. & 30. fol. 261. Neuiz. conſ. 53. ſub nu. 6. Rol. à Vall. conſ. 69. nu. 26. lib. 1. & Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. ſubſtitutio. q. 74. num. 2. & cum hac opinione vti veriori & magis communi * ſolitus eſt tranſire Senatus Pedemotanus, vt refert Foſſan. deciſ. 200. compendoſa. ſub nu. 3. & licet Dec. in d. l. præcibus. ſub nu. 19. dicat, incertum eſſe de communi opinione, quando mater exiſtit in medio; tamen aliter ſentiunt Socc. Viu. Mich. Craſſ. & Foſſan. quos retuli &

quutus

quutus ſum infra ſub num. 1318. verſ. amplia. dum teſtantur de magis communi opinione contra matrem.

1314 Demum [quicquid etiam ſit de iſta contrarietate inter Doctores quoad tempus pupillaris ætatis, præſertim exiſtente matre in medio, an tunc ſubſtitutio compendioſa, facta verbis communibus, dicatur directa, vel fideicommiſſaria] duæ traduntur concluſiones, quæ aut nullam, aut modicam poſſunt habere difficultatem.

Prima concluſio eſt, & ſine dubio apud omnes, quòd talis ſubſtitutio poſt tempora pubertatis eſt fideicommiſſaria, vt teſtatur etiam Paul. Leon. d. verſ. ſexta ſubſtitutio. nu. 380. fol. 316. & patet ex relatis duabus opinionibus.

1315 Secunda concluſio eſt, quòd ſubſtitutio compendioſa, facta à pagano verbis directis, quæ nõ valeret, ſi fieret filio puberi, & facta filio impuberi euaneſceret poſt pupillarem ætatẽ, valebit & remanebit firma etiã poſt pupillarem ætatẽ, tanquàm fideicõmiſſaria, ſi appoſita ſit in teſtamẽto clauſula codicillaris, vt ſcribũt Paul. de Caſtr. in l. verbis ciuilibus. ſub num. 3. Iaſ. nu. 13. & communiter * cæteri Doctores. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Socc. conſ. 144. diligenter conſiderata. ſub num. 2. lib. 1. & conſ. 6. in præſenti conſultatione. num. 2. in fine. nu. 3. & ſeqq. lib. 3. & conſ. 94. pro clariori. num. 2. lib. 4. Corn. conſ. 44. videtur. num. 5. & 6. lib. 3. Alex. conſ. 82. perſpectis his. num. 2. lib. 2. & conſ. 201. perſpectis verbis. verſ. venio ad quartam. ſub num. 18. lib. 6. Dec. conſ. 431. & pro tenui. ſub num. 8 lib. 2. idem Dec. in l. præcibus. ſub num. 17. verſ. & prædicta. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Pariſ. cõſ. 62. titius duos. nu. 4. & 13. & conſ. 93. potuit proculdubio. num. 11. lib. 2. Lãcell. Polit. de ſubſtit. cap. de compendioſa ſubſtitutione. ſub num. 25. fol. 260. & hanc eſſe communem * opinionem referunt, & ſequuntur Neuiz. conſ. 53. nu. 11. & Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. ſubſtitutio. q. 71. nu. 6. & quòd ita teneant omnes * ſine dubio, ſcribit Paul. Leon. tract. de ſubſtit. verſ. ſexta ſubſtitutio. nu. 378. & 379. fol. 316.

1316 Reliquum eſt, vt oſtendamus, quòd verbum *ſuccedat*, per quod fuit facta ſubſtitutio, de qua agimus, ſit commune; & breuiter agendo, quòd ſit commune, ſcribunt Bar. in l. centurio. verſ. quinto dubitatur. ſub nu. 52. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & ibid. Socc. Iun. num. 340. Rom. conſ. 185. pro deciſione. num. 1. Pariſ. conſ. 19. ad reſolutionem. num. 172. lib. 2. & de communi * opin. teſtantur Iaſ. in d. l. cẽturio. ſub nu. 71. Pariſ. conſ. 18. conſideratis. num. 15. lib. 2. & Mich. Craſſ. tract. de

1317 ſucceſſ. §. ſubſtitutio. q. 5. num. 20. fol. 177. † Et, quòd ſubſtitutio, facta per verbum, ſuccedat, ſi non valet iure directo, valeat iure fideicommiſſi, ſcribit Gloſ. in cap. 1. in verbo. abſquè deductione. verſus finem. de teſtam. in 6.

Cæterum ſi obiter vis ſcire in præcedenti articulo, quę verba ſint directa, quæ obliqua, & quę communia; vide Mich. Craſſ. d. q. 5. per totam. fol. 176. & 177. & ſi vis videre in diuerſis articulis & materijs quæ verba ſint latæ ſentẽtiæ, quæ directa, quæ communia & quæ obliqua, vide Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo. reuertatur. in pluribus num. C. de reuoc. donat.

Ex quibus omnibus manifeſte concluditur, poſſe à fiſco detrahi trebellianicam ſaltem ſi filius, cuius bona publicata ſunt, deceſſerit poſt pupillarem ætatẽ: nec enim arbitror, quòd ante expletam pupillarem ætatẽ potuerit cõtra eũ deueniri ad bonorum cõfiſcationem

QVAESTIO PRIVATA.

Mater qua ſubſtitutione excludatur à trebellianica & legitima filij decedentis in pupillari ætate.

1318 RETENTA iſta concluſione; quòd ſubſtitutio compendioſa, facta à pagano verbis communibus, ſit directa intra pupillarem ætatem, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1313. non erit extra propoſitum recedere tantisper à controuerſijs fiſcalibus, & annectere hic ſequentem ampliationem.

AMPLIA I. iſtam concluſionem, vt procedat etiã ſi mater exiſtat in medio; quia nihilominus ſubſtitutio remanet directa intra pupillarem ætatem adeo, quòd mater erit excluſa nõ ſolum à trebellianica, ſed etiam à legitima; ſi filius, cui facta eſt ſubſtitutio, deceſſerit intra pupillarem ætatem cap. ſi pater. de teſtam. in 6. & hanc eſſe opin. magis communiter * receptam contra matrem, teſtatur Socc. Iun. in l. centurio. ſub num. 266. verſ. non omitto. ff. de vulg. & pupill. Viu. in ſuis comm. opin. in verbo. ſubſtitutio compendioſa. Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. ſubſtitutio. q. 30. tertius. num. 3. verſ. prædicta concluſio. & q. 74. quæro compendioſa. poſt. num. 3. verſ. contrariam. in fine. Foſſan. deciſ. 200. compendioſa. ſub num. 4. & alij multi, quos tibi enumerat Mich. Craſſ. d. q. 74. ſub. num. 3. verſ. & hæc. ibi. ſin autem. & quòd hodie iſta opinio ſine dubio ſit magis communis, * & verior, ſcribit idem Craſ. ead. q. 74. poſt nu. 3. verſ. contrariam. in fine. quem refert, & ſequitur Foſſan. vbi ſupra. & quòd ab iſta opinione nõ ſit recedendum in actu practico, ſcribit Viu. vbi ſupra, admonẽs quoquè lectorem ne ſinat ſe decipi à Dec. ſuis perſuaſionibus. hancquè opinionem tenet & defendit Cæph. conſ. 524. nu. 51. & ſeqq. lib. 4.

1319 Contrariã opinionem, videlicet quòd ſit fideicommiſſaria fauore matris, tenuerunt, & teſtati ſunt de communi quamplures, relati per Mich. Craſſ. d. q. 74. ſub num. 3. verſ. contrariam. adeò, quòd Dec. in l. præcibus. ſub num. 19. C. de impub. & al. ſubſtit. ſcribit, incertum eſſe de communi opinione. & ſi tu vis videre Doctores pro vtraquè parte legito Burſat. conſ. 8. & alios citatos per Foſſan. d. deciſ. 200. ſub nu. 4. ad quos etiam ipſe ſe remittit.

Ratio primæ opinionis contra matrem eſt, quia pupillaris expreſſa excludit hodie matrem etiam à legitima, vt dixi infra num. 1321. ſed pupillaris dicitur incluſa & expreſſa generalibus verbis in compendioſa, vt ſcribunt Mich. Craſſ. d. q. 30. num. 3. verſ. prædicta. & q. 63. dictum eſt. verſ. & hæc concluſio. ſub num. 3. & Foſſan. d. deciſ. 200. num. 3. & ratio rationis eſt; quia legitima ſecundum Craſſ. d. q. 30. num. 2. in fine. debetur matri iure poſitiuo, & non naturali. nihil tamen hic firmo in iſta ratione rationis.

1320 RETENTA ergo prima opin. quæ eſt verior, & magis communis: * quòd mater ſit penitus excluſa, & nihil debeat habere.

EXTENDE eam, vt præcipuè habeat locum quando ſubſtitutio compendioſa eſt facta per verba directa cap. ſi pater. & ibi Gloſ. in verbo. filię. & in verbo. abſquè deductione. de teſtam. in 6. & faciũt quę pro intellectu dicti cap. ſcribit Foſſan. d. deciſ. 200. nu. 7. in fine. & num. 8.

EXEMPLIFICA hanc extenſionem in iſta ſubſtitutione. inſtituo hæredes N. & N. meos filios, & alter alteri decedenti ſine filijs legitimis & naturalibus moriatur, vt in d. cap. ſi pater. &, quòd verbum *moriatur* ſit directum, ſcribit Bar. quem referũt, & ſequũtur Socc. Iun. in l. centurio. num. 342. verſ. nono. ff. de vulg. & pupill. & Mich. Craſ. tract. de ſucceſ. §. inſtitutio. q. 5. nu. 18. fol. 177.

1321 EXTENDE II. vt habeat locum, quando pupillaris eſt expreſſa, quia ſimiliter mater cenſetur excluſa à legitima, & tota hæreditate per ea, quæ ſcribũt Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. ſubſtitutio. q. 30. num. 1. 2. & 3. & Foſſan. d. deciſ. 200. num. 6. in fine. verſ. difficultas. & nu. 7. & ſub num. 8. ibi. in contrarium tamen. vbi teſtatur de communi. *

Pupillaris expreſſa quando dicatur vide Mich. Craſ. d. §. ſubſtitutio. q. 20. quæro quibus. num. 3. & ſeqq. & q. 74. ſub nu. 3. verſ. & hæc. & Foſſan. d. deciſ. 200. ſub nu. 6. verſ. difficultas.

EXTENDE III. vt procedat etiam inſpecto foro conſcientię, quia adhuc mater intelligitur excluſa etiã à legitima ſecundum ea, quæ referunt, & ſequuntur Mich. Craſſ. d. §. ſubſtitutio. q. 30. tertius. ſub nu. 2. verſ. ſed quæro. & verſ. cõtrariam. ibi. ſed quicquid. vbi ſcribit, hanc eſſe receptiſſimã * opinionem. & Foſſan. d. deciſ. 200. verſus finem. ſub num. 12. dicens, quòd matri minus debetur legitima in foro conſcientię, quãdo iudica-

dicamus vt iudices in foro fori,& quòd ita censuit Senatus Pedemon.contra matrem.

1323 DECLARA nunc istam conclusionem sic extensam, vt procedat, dũmodo matri, quæ esset egena, præstentur alimenta à substituto, vt notant Mich. Crass. d. q.30. num. 2. in fine. & Fossan. d. decis. 200. sub num. 8.

De substitutione pupillari tacita,& de multis alijs articulis, pertinẽtibus ad istammet conclusionem, vide Mich. Crass. eod. §. substitutio. q.18.& seqq. quia ego pluribus non insistam.

De substitutione vulgari.

1324 RETENTA eadem conclusione, de qua supra num.1318.

AMPLIA II. vt procedat etiam si pupillus non fuerit hæres,& decesserit in pupillari ætate, quia adhuc substitutus præferetur matri in vim tacitæ vulgaris, contentę in compendiosa.& moueor pro ista ampliatione, quia ego non facio differentiam in isto casu inter pupillarem expressam, & compendiosam, cum in vtraquè contineatur vulgaris tacita: Sed, loquendo de tacita vulgari, contẽta in expressa pupillari, Gl. vlt. in l. fin. C. de instit.& subst. & ibidem Ias. vers. secundo habes. num.4.& Rip. in l.1. sub num. 173. ibi. secundo amplia. ff. de vulg. & pupil. quos refert, & sequitur Mich. Crass. tract. de success. §. substitutio. q. 12. vers. quid autem si pupillus. num. 5. fol. 187. tenent, quòd substitutus præferatur matri.

Ergo idem tenendum est in tacita vulgari, contenta in compendiosa.

1325 QVAERO incidenter occasione huius ampliationis: an hærede instituto decedẽte in vita testatoris, & moriente deinde testatore, non mutato testamento, corruant testamentum,& alia in eo disposita?

Resp. constituendo regulam affirmatiuam, quòd sic l.1.§.& cum triplici.& §. pro secundo. C. de caduc. tollen.& hoc esse indubitatum scribit Corn. cons.118. videtur primo. num.6. lib.2.

1326 LIMITA istam regulam, vt non habeat locum quãdo adest substitutus vulgariter, quia tunc licet institutus decedat ante testatorem, tamen substitutus vulgariter potest succedere ex testamento Bar. in l. 1. num. 28.& Rip. num. 161. ff. de vulg.& pupill. Ias. in l.3.& si pepercerit. §. vltimo. not. 2. sub num. 2. ibi. vel quia institutus. ff. de lib.& posth.& Mich. Crass. d. tract. de success. §. substitutio q.10. num.1.& 2. fol. mihi 184.& sentit Bal. cons.156. ex facto proponitur. num. 1. lib. 4. & apertè in vulgari expressa cons.150. factum. sub num.2. eod. lib.4. Dilect. de art. testan. tit. 5. caut. 14. num.3. fol. 122. dicens, quòd vi huius clausulæ. *vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, admittitur substitutus etiã si institutus decesserit viuo testatore. & quòd in vulgari expressa non sit dubium, refert, & sequitur Mich. Cras. d. q.10. num.4.

EXTENDE limitationem istam; vt procedat etiam in substitutione vulgari tacita, vt patet in sequentibus duabus illationibus.

INFERO I. ex ista extensione, quòd substitutus cõpendiosè succedit, quamuis institutus decesserit, viuente testatore.

Ratio, qua moueor, est, quia substitutio compendiosa continet in se vulgarem, vt scribunt Bal. d. cons.150. num.2. seu verius cons.151. quanquam.& d. cons.156. num.1. & cons.196. super eo. sub. nu.3. vers. in contrarium.& cons.202. super his. nu.1. lib.4. in impressione Lugdunensi 1599. ad signum leonis. Mich. Crass. tract. de success. §. substitutio. q.71. num.1. fol. mihi 224.& q.61. num.2. fol.218. dicens, quòd sine dubio continet vulgarem ante aditam hęreditatem, hancquè esse communem ostendit ex pluribus.& quòd substitutio, *si sine liberis* contineat vulgarem, refert Achil. de Gras. decis.2. alias 302. nu.1. de testam. fol. mihi.144.& ista substitutio. *si sine liberis* est compendiosa, vt patet ex his, quæ scripsi supra. num. 1302. vers. primo.

INFERO II. quòd substitutus per expressam pupillarem succedit, quamuis pupillus institutus decesserit, viuente testatore,& ratio est, quia pupillaris expressa continet tacitam vulgarem, prout, testando etiam de communi,* scribunt Rip. in l. 1. nu. 167. ff. de vulg. & pupill.& Mich. Cras. d. §. substitutio. q.10. sub num. 4. vers. aut verò. ibi. secunda opinio. fol.185. & probatur ex his, quæ dixi supra num. 1324.

1327 EXTENDE II. eandem limitationem, vt licet substitutus vulgariter fuisset successurus etiam ab intestato,& vellet succedere ab intestato,& non ex testamento, quod potest, tamen tenetur adimplere disposita in testamento,& soluere legata l.2.& ibi Salic. C. si omissit caus. testam.& notat Glos. in l. nec is. §. vult. in verbo. non amittit. ff. de acquir. vel omit. hæred.

Trebellianica & legitima non detrahuntur de omnibus bonis.

Redeundo ad 2. genus bonorum, de quo supra num. 1113.

1328 QVAERO an trebellianica,& legitima possint detrahi de quolibet genere bonorum.

Resp. quòd non: nam ex bonis fœudalibus cum dignitate non detrahuntur Abb. cons.3. nitar. sub num.4. paulò ante num. 5. lib.2. fol.64. col.2. & Gul. à Mon. Ferr. trac. de success. reg. dub.1. num.27. fol. 179. sed pro legitima dantur solum alimenta, vt scribit Abb. vbi supra.

Et hæc dicta sint circa secũdum genus, quando scilicet bona sunt expresè prhibita alienari.

GENVS III.

Bona, quæ non possunt transire ad hæredes extraneos, non confiscantur: apud quem remaneant, & quæ sint ista bona.

1329 Capio tertium genus, positum sub num.1098. quando bona non possunt transire in hæredes extraneos.

In isto tertio genere habemus tres veras, & reales conclusiones.

Prima conclusio est; quòd eiusmodi bona non possunt transire in fiscum, testibus ijs, quos citaui & sequutus sum infra num.1371.& 1563.& ratio est, quam assignat etiã Alex. cons.23. opportune consideratis. nu.3. & 4. lib.1. quia quæ nõ possunt trãsire in hæredem extraneum, minus possunt trãsire in fiscũ Bar. Alex. Nell. à S. Gem. Dec. Natt. Clar. & alij, quos retuli, & sequu-

1330 tus sum supra num.1100.† & ratio vlterior est, quia fiscus habetur loco hæredis, vt ex Glos. Bar. Bal.& alijs retuli lib. præced. cap.98. sub num.13.& hic. apertius declarãdo, dico, haberi loco hæredis scilicet extranei, vt scribunt Alex. d. cons.23. opportune consideratis. sub nu.3. vers. secundo probatur.

1331 Secunda conclusio est, quòd eiusmodi bona non remanent apud condemnatum Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. sub nu.3. ff. de damn. infect. dicens, quòd publicatis bonis, vassallus priuatur fœudo. Nell. qui eum refert,& sequitur tract. de bann. in 1. par.2. tẽp. q. & num.23. fol.367. in fine. quicquid in contrarium videatur dixisse Iacob. de S. Gemin. tract. de fœud. in verbo. dictiquè vasalli promiserunt. num.62. in fin. fol. 216. dicens, quòd indistinctè vasallus non priuabitur foeudo, subdens sub num. 63. ibi. aut propter sententiam. quòd si vassallus non impediretur seruire domino, vt puta quia non est bãnitus, quòd tunc posset procedere distinctio Io. de Imol. ab eod. relata sub dicto num. 62. concludentis, quòd extra illos casus, ibidem relatos, vasallus non priuatur foeudo propter delictum, in quo sit imposita pœna confiscationis omnium bonorum.

1332 Tertia conclusio est, quòd transeunt vel ad vocatos ex tenore concessionis, vel reuertuntur ad dominum directum, prout scribunt Bar. in d. §. si de vectigalibus. num.3.& Nell. à S. Gem. d. q.23.& nos latè declarabimus infra num.1612.

1333 EXEMPLIFICA nunc, seu declara istas conclusiones,

nes,vt procedant in bonis fœudalibus,& in bonis emphiteoticis ita concessis,vt non possint transire ad hæredes extraneos:fœuda enim ita concessa procul dubio nō possunt venire in cōfiscatione Nell.de S.Gem. d.q.& num.23.

Confirmantur hæc omnia ex his, quæ dixi in 2.præcedenti genere nu.1114. & 1116.in quibus sine ista restrictione ad bona fœudalia conclusi, quòd bona prohibita alienari non confiscantur, sed transeunt statim ad eos,quorum fauore est prohibita alienatio.

CONTROVERSIA FOEVDALIS I.

Nunc pro solida verificatione, & confirmatione istarum conclusionum foeudalium formo plures controuersias, ex quibus habebitur etiam resolutio, quæ desideratur in præcedenti 3.conclusione,& etiam plurium difficultatum,quæ in hac difficili,& nobili materia fœudali possent occurrere.

1334 Oritur igitur controuersia inter aliquos, & quandoquè inter fiscum, & priuatum super bonis confiscatis num sint allodialia, vel emphyteotica, aut fœudalia.

Quæro quid agendum sit pro determinatione huius controuersiæ?

Resp.tàm in pręfata controuersia,quàm in alijs occurrentibus recurrendum esse in primis ad tenorem concessionis, & secundario ad ea, quæ sunt de natura rei concessæ,sicut in materia fœudali Bal. in pręludijs fœudorū. sub n.47.fol.4.& post eum Caccialup.tract. de fœud.art.5.num.10.Vdalr.Zas.in epit.fœud. par.6. num.16.in fine.& num.17.fol.309. & par.12.num. 52. fol.324.Thom.Marin.de foeud.tit.19.num.4. fol. 157. Ias.super vsib.foeud.nu.99.in 1.par. C.Dec.cons.193. pro tenui facultate.num.1.& cons.208. ad clariorem. num.1. lib.1.Gozad.cons.9.nu.1. Afflic.dec.265. illustrissime.num.102.& 103.Paris.cons.1.num.1. cons. 2. num.15. cons. 3. num.14.cons.5. num.1.lib.1.& cons. 1. num. 20. in fine. lib. 2. & ferè in singulis suis consilijs foeudalibus. Gramm. decis. 103. num.131. Natt. cons. 49.num. 19.lib.1. Rol. à Vall. cons. 67. num. 1. & 2.lib.1. cons.79.num.17. & seq. lib.2. Neuiz.cons. 10.nu.1.Clar.recept.sent.lib.4. §.foeudum.q.73. vers. sed quid in foeudo empto.Mandos.tract. de inhibit.q. 62.num.3.Gail.in pract.obseru.lib.2.obseru.50. num. 15.Becc.cons.88.cum foeudum.num.15.cons.101.in
1335 proposita.num.20.lib.1.† & communiter * omnes,ne
* vno quidem discrepante, scripserunt,esse diligentissimè inspiciendum tenorem inuestiturę, quia obtinet vim contractus,& derogat naturæ fœudali in tantum, quòd tenor inuestiturę sit magis attendendus,quàm
1336 natura foeudi,† quia, vt tradunt Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto quòd de ipso. num.16.fol.201.& Natt. cons.679.in casu mihi proposito.num. 2. & 24. lib. 4. & Becc.d.cons.101.sub num. 20.in inuestitura possunt apponi pacta insolita, & exorbitantia à cōmuni natura foeudorum,& hæc est cō-
* munis*theorica,quæ satis probatur ex textu in cap.1. in principio.& fine. tit.per quos fiat inuestitura & per quos recip.fol.mihi.178.& apertius ex c.1.tit.de duobus fratribus à capitaneo inuestitis.lib.2.foeud.fol.181.
1337 & ibi notant Doctores:† & ratio est euidens,quia, vt scribit Becc.d.cons.101.num.21.natura foeudi est veluti genus, & pactum appositum in inuestitura est spe-
1338 cies, quæ semper derogat generi;† seu est ratio,quia, vt alij aiunt, tenor inuestituræ informat, & dat esse
1339 foeudo, † & maximè tenor primę inuestituræ,ad quā semper est recurrendum, sicut refert, & sequitur Neuiz.d.cons.10.num. 2.quia illa non potest mutari sine consensu eorum, quorum interest: vnde dicitur radix, sicut admonendo Aduocatos, vt ad eam recurrant, tradit Franc.Sonsb.tract.de foeud.par.9. nu.24. in fine.& seqq.fol.132.Firma ergo erit conclusio,quòd in primis recurrendum sit ad tenorem concessionis, seu inuestiturę.

CONTROVERSIA FOEVDALIS II.

1340 Res fuit concessa sub sequenti tenore.

Eugenius &c. Dilecto filio nob. viro N. &c. Inter multiplices curas illa pracipuè pulsat, vt ad regimen locorum nobis, & Romana Ecclesia subiectorum viros deputemus idoneos, fide preclaros,prouidentia circunspectos, rectitudine iustos, experientia doctos, & sollicitudine vigiles, qui statum, & honorem dicta Ecclesia, & nostrum diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subditos nō grauent,& sine personarum exceptione iustitiam administrent, sicquè prudenter, & iustè subditos sibi commissos regant,quòd ijdem subiecti nostri laudabiles se recepisse Rectores,& Gubernatores prouidos meritò glorientur.

Attendentes igitur tuam erga nos & Rom. Ecclesiam deuotionem, quòdque tempore clasis nobis & Ecclesia Rom.subuenisti de ducatis 10000 ac volentes Castro N. & eius hominibus de vtili & prouido Rectore, & Gubernatore prouidere, sperantes &c. te quandiu vixeris, cedente, vel decedente, tuos filios, nepotes, pronepotes, & alios ex te descendentes masculos, legitimos, & naturales, seu legitimatos, & alios quoscunquè haredes & successores in perpetuum similiter quoad vixerint Vicarium, & Vicarios nostros in temporalibus perpetuos dicti Castri N. & arcis ipsius.Itaquè te, vel vno, seu pluribus ex prafatis tuis descendentibus, vel etiam haredibus,vt pramittitur cedentibus,vel decedentibus,reliqui vel superstites in eorum locum, & portionem succedant cum mero & mixto imperio, & exercitio plena & libera, & omnimoda iurisdictionis tàm in personas,quā in bona hominum, & incolarum motu proprio, ex certa scientia tenore prasentium facimus, constituimus &c. Volumus autem, quòd in manibus nostris vel Camerarij nostri fidelitatis iuramentum in forma debita & consueta prastare tenearis, ac etiam quòd tu, descendentes & successores tui, vt pramittitur in perpetuum singulis annis mediam libra argenti pro censu vestris sumptibus teneamini prasentare in altare Diui Petri. Tu igitur Castrum,arcem,territorium, & districtum,&c.

Dubitatur inter aliquos & forsan inter fiscum & priuatum, an res ita concessa dicatur data in emphytheosim, seu in foeudum, aut venditionis vel alio nomine contractus tradita.

Resp.prima facie videtur dicendum, hoc esse certum,quòd eiusmodi concessio non importet foeudum & hoc pluribus argumentis.

1341 Primò, quia à quo sunt remota verba contractus, remotus dicitur ille cōtractus l.4.§.toties.& ibi Doct. ff.de damn. infect.sed ab ista concessione sunt remota verba foeudalia,vt patet ex eius lectura:ergo remotus est contractus foeudi.

1342 Comprobatur hoc argumentum ex his,quæ tradūt in terminis Dec.cons.32.sub num.3. cons. 413. consuluit accuratè.& cons.468,superiori anno,num.12. lib. 2. Paris.cons.20.concessio.num. 4. & sub nu.9.& cons. 23.prima.num.15.lib.1.& Rol.à Vall.cons.2.num.8.& seqq.lib.1.

1343 Secundo, quia bona in dubio præsumuntur allodialia, seu burgensatica,& non foeudalia Paul.de Castr. cons.179.in causa quam magnificus.num.1.lib.1.Alex. cons 129.ponderatis his.num.1.lib.1.cons.55. prospectis.nu.19.lib.4.& cons. 15. visis narratis.in principio. lib.5.Dec.d.cons.413.num.7.lib.2.Paris.cons.15.& 20. num.1.cons.23.num.4.lib.1.Rol.à Vall.cons. 82.num. 4.& seq.num.10.& 14.lib.2.Iacob.de S. Georg. tract. de foeud.in verbo.de castro rubei montis.num, 16. fol. 190.& in verbo.qui quidem inuestiti.sub.nu.9.fol.202. & in verbo. dictiquè vasalli promiserunt. num. 6. fol. 218.& Iacob.de Agel.tract.de iure adhoę. num. 68.&
1344 84.†& ratio est, quia foeudum est species seruitutis, vt ex Glo.& Rol.à Vall.retuli, & sequutus sum infra
1345 num.1568 † & seruitus non pręsumitur l.altius.C.de seru.& aqu.& Rol.à Vall.d. cons.82.num. 6. lib. 2. & cons.1.sub num.67.lib. 1.

1346 SECVNDO videtur potius contractus venditionis, quia pro dicto Castro fuit receptum pretium,quo casu tradūt Bal.in l.qui se patris.col.7.vers.hoc scias. C.vnd. lib.& alij,quos citat Rol.à Vall.cons.48.n.9.lib.4. dici venditionē, licet dominus vsus sit verbo indulgemus.

1347 TERTIO videtur cōtractus emphyteosis, quia fuit promissa annua solutio selibræ argenti, & promissiones,&

nes,& pacta apposita in contractu ostendunt qualitatem contractus l. insulam. ff. de præscript. verb. & l. si olei. C. loc. Et, quòd annuæ solutiones ostendant, contractum esse censualem, seu emphyteoticum, tradunt Ias. super vsib. fœud. nu. 62. Curt. Iun. tract. de fœud. q. 6. sub num. 18. & 19. fol. 47. Clar. lib. 3. recept. sent. §. emphyteosis. q. 1. & latius Natt. cons. 49. vendidit miles. num. 17. lib. 1. vbi ex Bar. refert, & sequitur, quòd contractus emphyteoticus celebratur, data certa quantitate ab initio, & postea annuatim aliquo modico cõstituto, & num. 21. vers. sexto corroborantur. & num. 22. & 23. firmans, contractum emphyteoticum esse, quando ob sterilitatem non conceditur remissio mercedis, quæ singulæ qualitates reperiuntur in conces-

1348 sione Castri N. de qua agimus. † Et, quòd fœudum concedatur amore & gratia, & non sit quærendum pecunia, scribunt Iacob. de Ardiz. in summ. foeudali. par. 1. cap. 3. quid sit foeudum seu beneficium. versus finem. fol. 226. & Petr. de Bellaper. de foeud. tit. 6. num. 6. & 12.

1349 QVARTO videtur potius officium Vicariatus, vt patet ex formalitate verborum concessionis: & contractus talis debet iudicari, qualis à contrahentibus nominatur l. non aliter ff. de leg. 3. & pluribus exornat Crauet. cons. 20. num. 1. & 2. & pulchrè Natt. cons. 49.

1350 vendidit miles. num. 14. lib. 1. † sunt enim verba con tractus forma contractus Rol. à Val. cons. 67. nu. 4. lib.

1351 1. † Et in tantũ est standum verbis expressis in contractu, vt non sint attendendæ aliæ præsumptiones in con rarium Oldr. cons. 159. ex præsenti themate. num. 3. & seqq. & Dec. cons. 32. sub num. 3. lib. 1.

1352 His non obstantibus, veritas est, quòd hæc concessio est foeudum, quia, vt dixi supra num. 1347. sunt attẽdenda pacta, & conuentiones contractus, & præcipuè circa substantialia contractus magis, quàm sonus, & conceptio verborum. l. insulam ff. de præscrip. verb. l. vbi ita donatur. & ibi Bar. ff. de donat. caus. mort. l. si olei. C. loc. cap. cõstitutus, de relig. dom. cũ similibus. Bar. in q. 4. incipien. publicanus. n. 12. Bal. in l. 2. n. 2. in fine. C. commod. quos refert, & sequitur Dec. in l. si pascenda. num. 10. C. de pact. & cons. 193. sub num. 2. Paris. cons. 20. num. 62. lib. 1. Crauet. cons. 20. num. 5. & cons. 85. num. 5. Natt. d. cons. 49. num. 13. & est commu

✱ nis * omnium theorica.

At conuentiones, qualitates, & pacta expressa in concessione, de qua agimus, conueniunt naturæ contractus

1353 foeudalis. Igitur &c. †

Primo enim est conuentum, quòd inuestitus priusquàm incipiat exercere Vicariatum teneatur præstare iuramentum fidelitatis; quod iuramentum est potissimum signum foeudi, vt scribunt Oldr. cons. 159. ex præsenti themate. sub num. 1. ibi. sed hęc. & Paris.

1354 cons. 23. num. 6. lib. 1. † imò iuramentum fidelitatis est basis, & substantia principalis foeudi iuxta ea, quę tradunt Affl. Dec. & alij, quos refert, & sequitur Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 15. de foeudo cum fidelitate. n. 2. fol. 154. & benè faciunt quæ cumulat Ias. circa ethymologiã foeudi super vsibus foeud. n. 28. & cõprobatur ex textu in c. 1. §. nulla. tit. per quos fiat Inuestitura & per quos recipiatur. lib. 2. foeud. fol. 178. ex quo textu habemus, quòd non datur foeudũ sine iura-

1355 mento fidelitatis, nisi sit per pactũ remissum. † & licet etiã iuramentũ fidelitatis possit stare sine foeudo iuxta naturam ethymologiæ, prout declarauit etiam Curt. Iun. tract. de foeud. par. 1. q. 7. cap. 8. num. 1. & 2. fol.

1356 48. † quia dantur tres species iuramenti fidelitatis, quas ponũt, & declarant Iacob. de S. Georg. de foeud. in verbo. qui quidem inuestiti præstiterunt. nu. 1. 3. & 8. fol. 202. & Thom. de Marin. eod. tract. tit. 15. de foeu

1357 do cũ fidelitate. n. 6. 11. & 12. fol. 155. † tamẽ species, de qua in concessione ista, conuenit iuramento foeudali, cuius formam ponunt Petr. de Bellapert. tract. de foeud. tit. 2. nu. 3. & Spec. tit. de foeud. rub. de homag. & fidelit. vers. forma autem. sub num. 64.

1358 Secundo est concessum Castrum cum mero, & mixto imperio, reseruato iure Ecclesiæ Romanæ, quæ concessio non alij conuenit contractui, quàm foeudali, vt patet ex definitione foeudi, quam post alios tradunt Vdalr. Zas. in epit. foeud. par. 1. num. 3. & 7. fol. 304. & Clar. in §. foeudum. q. 4.

Non desunt aliæ qualitates, sed hæ satis sufficiunt ad ostendendum, hanc concessionem esse foeudum.

Infero ex his vnam conclusionem vtilem in tota ista controuersia: nimirum, quòd ea, quæ definiri non possunt ex tenore talis inuestituræ, sunt definienda ex natura foeudorum.

NON obstant, quæ fuerunt adducta in contrarium: nam ad primum, quòd in ista concessione non fuerint apposita verba foeudalia, respondeo quòd licet non sit appositum verbum formale; *infœudamus*, vel *in fœudum concedimus*, tamen sunt apposita verba, conditiones, & pacta, quæ idem important, vt ostendi supra num. 1353. & 1358. quæ pacta & conditiones magis, quàm formalitas verborum debent attendi, vt dixi su-

1359 pra num. 1347. & 1352. † quare licet in ista concessione sit appositum verbum *concedimus, & deputamus*, quod est verbum generale, tamen debet intelligi secũdum naturam actus, super quo est interpositum, vt didicit Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. ibi flu

1360 minibus. num. 6. fol. 194. † Et deniquè vbi aliquid tacitè inest, expressio illius non est necessaria, Ias. in tit. qui foeud. dar. poss. num. 35.

1361 Ad II. quòd bona præsumantur allodialia resp. hãc præsumptionem cessare, quando sumus in claris l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 193. sub num. 5. prout sumus in casu nostro propter iuramentũ fidelitatis, & concessionem Castri cum mero & mixto imperio, vt dixi supra num. 1353. & 1358.

1362 Accedat, quòd vbi agitur de iurisdictione, vt in casu nostro, res aduersus communem præsumptionem præsumitur foeudalis, put declarat Iacob. de S. Geor. tract. de foeud. in verbo. qui quidem inuestiti præstiterunt. sub nu. 9. fol. 202. quod facit pro corroboratione eius, quod dixi supra nu. 1358.

1363 Non obstat, quòd concessio sit facta, recepto pretio ducatorum 10000. quia, vt declarat Rol. ex aduerso allegatus eod. cons. 48. sub nu. 35. lib. 4. si non sint remissa contenta in iuramento fidelitatis, sed sit pręstandum ipsum iuramentum, vt in casu nostro, mulier non suc-

1364 cedit, & tamen si esset venditio succederet. † Præterea certum est, dari foeudum emptitium, quod enumerauit etiam Thom. de Marin. tract. de foeud. in cathalogo foeudorum, quę ponit in proemio tractatus, & in quo quærit an sit præstandum iuramentum fidelitatis. tit. 15. de foeudo cum fidelitate. num. 33. fol. 155. & de isto foeudo emptitio loquitur Rol. à Vall. vbi supra, sicquè pretium potest interuenire in foeudo, quia dicetur emptitium, & improprium, vt tradit etiam Marin. Frecc. tract. de subfoeud. lib. 3. differentia 33. nu. 3. fol. 457. & quotidie id videmus in practica; & vt dixi supra num. 1336. in inuestitura possunt apponi conditiones, & pacta exorbitantia à communi natura foeudorum.

1365 Minus obstat, quòd concessio facta pro annua, & modica solutione, & maximè data prius certa quantitate pecuniæ ab initio contractus conueniat contractui emphyteotico: quia respondetur, quòd etiam in foeudo potest apponi onus alicuius annuæ solutionis, quãuis eiusmodi annua solutio, seu census sit contra propriam naturam foeudi: nam attenditur iuramentum fidelitatis, & solum dicetur foeudum improprium Curt. Iun. tract. de foeud. q. 6. num. 21. fol. 47. & Thom. de Marin. eod. tract. tit. de foeud. non haben. propr. nat. foeud. num. 11. fol. 158. & de hoc foeudo, pro quo soluitur annua pensio, possunt etiam videri quæ scripsit Clar. &

1366 ibi Additionator. in §. foeudum. q. 51. † imò, quòd sit foeudum etiam si in eius concessione non esset expressè reseruata fidelitas, dummodo illa annua solutio non respiciat principaliter commodum pecuniarium principis, sed solum quandam præheminentiam, honorem, & subiectionem, sensit Ias. ex aduerso allegatus super vsib. foeud. num. 62. vel saltem dici potest foeudum degenerans à natura recti foeudi iuxta ea, quæ tradit Vdalr. Zas. in epit. foeud. par. 12. num. 17. & seqq. fol. 323. sicut minus obstat, quod scribit Bar. relatus per Natt. quia vltra, quòd eius opinio communiter non tenetur, teste eod. Natt. ibidem, in casu nostro repugnat iuramentum fidelitatis, quod substantialiter conuenit

1367 uenit contractui fœudali, vt dixi ſupra num. 1354.† & datio certæ quantitatis cũ aliqua modica annua ſolutione eſt quid accidentale, quamuis contra naturam proprij foeudi; & denique pactum contra naturam foeudi non facit, quòd in alijs non dicatur foeudum Dec.conſ.193.nu.4.verſ.ſecundo præmitto.

Ad id, quod dicitur de vicariatu reſpondetur, magis attendendum eſſe effectum verborum, & qualitates negotij, & contractus, quàm nominationem illius, factam à partibus, vt benè ſcribunt Bar. in d.q. 4. publicanus. dicens, quòd ſi attenderemus nominationem factam à partibus, lex imponeretur verbis, & non re-
1368 bus, & alij, quos citauimus ſupra nu.1352.† Et hinc benè dixit poſt Bal.Iaſ.ſuper vſib.foeud.num.62.quòd ſi quis dixerit: concedo tibi talem rem in foeudum pro annua quantitate frumenti: dicitur potius emphyteoſis
1369 quàm foeudum. &, quòd non ſint attendenda verba contractus, ſed mens & cauſa finalis contrahentium, ſcribit Pariſ.conſ.32.num.42.lib. 1.conſ.26.num. 118. lib.2.conſ.12.num.32.& conſ.71.num.47. lib. 3. conſ. 72.num.52.& ſeqq.conſ.127. num. 15. lib.4. & Ioan. de Amic.conſ.12.num. 1. &, quòd contractus iudicetur ex ſuo effectu, & non ex nominatione, ſcribunt idem Pariſ. conſ. 12. num.5. lib. 2. & Crauet.conſ.20. num.5.

1370 Poſſem cumulare multa alia ad oſtendendum, quòd hac conceſſio Caſtri N. in vicariatum non ſit officium, ſed foeudum, quia in officio vicariatus non requiritur iuramentum fidelitatis, ſed ſolum de benè adminiſtrando: item nihil datur pro recognitione, & in ſignum ſubiectionis, & non tranſit ad hæredes & ſucceſſores; verum omnia omitto, quia Rota Rom. de hoc non ſolet dubitare, vt patet ex his, quæ ſcribit Caputaq.deciſ.16. par. 2. vbi in ſimili conceſſione in vicariatum, facta Dominis de Sabellis per Greg.xij. de Caſtris Montis Boni, & Rocquetarum, Domini de Rota præſupponunt ſine controuerſia eſſe foeudum.

Et ex his remanet firma concluſio contra fiſcum, quòd iſta conceſſio ſit foeudum.

CONTROVERSIA FOEVDALIS III.

1371 Cõtenditur quandoq. de qualitate foeudi præſertim inter fiſcum, prætendentem foeudum eſſe tranſitorium ad hæredes extraneos, & inter priuatum prætendentem non eſſe tranſitorium.

Quæro cui incumbat onus probandi ſuam prætenſionem.

Reſp. quòd incumbit fiſco; & moueor his fundamentis.

Primo, quia, ſequuta confiſcatione, foeudum regulariter tranſit ad filios, & agnatos, & non tranſit in confiſcatione, teſte Boſſ.tract.crim.tit.quomod.proced.per præcep.ſub num. 11. quem nos retulimus, & ſequuti ſumus lib. præced. cap. 58. ſub num. 19. & quòd iſta ſit regula, teſtatur etiam Profſp.Farinac.in qq.crim.lib. 1.q.25.num.68.ampl.4.& ita videntur ſentire Bar.in l. ſi finita. § ſi de vectigalibus.ſub num.3.ff.de damn.infec.Bal.in l.1.num.6.C. de bon.libert. Laudens. tract. de fiſc.q.263. & tract.de crim.læſæ maieſt. q.15. Nell. de S.Gemin.tract.de bann.1.par.2.temp.q.& num.23. fol.367.Caccialup.tract.de foeud.art.6.verſ.vigeſimo-nono.num.49.fol. 14.Alex.conſ.89. vtrum emphyteoſis.num.3.verſ.idem videmus.lib.4.Iacob.de S.Georg. tract.de foeud.in verbo. dictique vaſalli promiſerunt. ſub num.63.fol.216.Boſſ.d.tract.crim.tit.de bonor.publicat.ſub num.53.Clar.in §.foeudum.q. 84. in principio.Gozad. conſ.84.num.1.& 2. Rol. à Vall. conſ. 29. quia decreto.num.14.lib.3.qui alios allegat, & Proſp. Farin.in qq.crim.lib. 1.d.q.25.num. 62.dum hanc concluſionem tradunt, aliqui ſcilicet ipſorum indiſtinctè, aliqui per modum principalis, & cõmunis opinionis, & aliqui per modum concluſionis, quam poſtea limi-
1372 tant, ſeu declarant; † ſed ne diutius mendicemus Doctorum ſuffragia probatur ex textu in cap. de alienatione foeudi.vbi de natura foeudi eſt, vt ad eius ſucceſſionem admittantur ſolum filij maſculi, & deſcendẽtes maſculi, ſicut ibi notat etiam Bal.not.8.num.6. ſicquè de natura foeudi eſt, quòd non tranſeat ad hæredẽ extraneum, teſte Iacob.de S.Georg.tract.de foeud. in verbo. dictiquè vaſalli promiſerunt.ſub num.63.fol. 216.ibi.ſed foeudum, qui id colligit ex alleg.cap.de alienat.foeud.& egregie hoc oſtendit Becc.conſ. 101. in propoſita.nu.16.lib.1.At fiſcus reputatur loco hæredis extranei, vt dixi; Ergo.

1373 Secundo, quia in dubio præſumitur de aliqua re illud, quod conuenit naturæ illius rei, vt in proprijs terminis foeudalibus refert, & ſequitur Becc.d.conſ.101. num.22. & 23.referens, foeudum præſumi conceſſum ſecundum propriam naturam foeudi.

1374 Sed foeudum in dubio præſumitur ex pacto, & prouidentia, teſte Loffr. conſ.1. quem refert, & ſequitur Frecc.tract.de ſubfoeud.lib.3.§.ſed poſtquam. ſub nu. 14. verſ.dominus. fol. 390. & hanc eſſe communem, * & veriorem opinionem refert, & ſequitur Thom. de Marin.tract.de foeud.tit. 1.nu.52. & ſeqq. fol. 116. & benè probat n.54.& ita fuiſſe deciſum in Camera Imperiali teſtatur Myſing.cent.4.obſeru.2.ſub nu.2. & ab hac ſententia nõ recedo, quicquid in contrariũ conſuluerit Pariſ.vir multæ doctrinæ conſ.2.conſultus.num.
1375 18.& conſ.3.videtur prima facie. num.9. lib. 1. † & quicquid ſit de iure Regni Neapolit. vbi foeuda in dubio præſumi hæreditaria refert Frecc. ſub d. num. 14.verſ. teneamus. Igitur de natura foeudi eſt, quòd non ſit tranſitorium ad hæredes extraneos, quia foeudum ex pacto & prouidentia non tranſit ad hæredes extraneos iuxta ea, quæ ſcripſi infra num.1504.

Si eſt de natura foeudi, quòd non poſſit tranſire ad
1376 hæredes extraneos. Igitur eſt de regula, † quia regula nititur naturæ, & limitatio nititur accidenti: quæ enim ſecundum naturam ſunt, plerunquè ſunt, & quæ plerunquè ſunt, regulariter dicuntur eſſe l.plerunquè. ff. de iure dot.& ff.de re iud. & l.ſi pactum. in fine. ff. de pact.; & notat Alber.tract.de ſtatut.par.2.q.158. nu. 6. fol.45.Et conſequenter onus probandi incumbit fiſco
1377 qui nititur exceptioni contra regulam: † donec enim doceatur de exceptione, ſeu limitatione ſtandũ eſt regulę, vt per eundem Alber.vbi ſupra.& latè Bec. d.conſ.101.num.41.lib.1.vbi, quòd regula fundat intentionem allegantis eam, & alleganti contrarium incumbit onus probandi; & loquitur in foeudalibus.

PRAEMITTENDVM. I.

Pro faciliori intelligentia eorum, quæ in ſequentibus controuerſijs dicturi ſumus, expedit, vt præmittamus non nulla.

1378 Eſt igitur primo loco præmittendum, quòd Doctores ſunt varij in dinumeratione ſpecierum foeudorum adeo, vt Curt.Iun.tract.de foeud.q.8 cap.9. fol. 48. dicat, tot capita, tot ſententiæ: ſpecies tamen, quæ ex eorũ varijs diuiſionibus colliguntur ſunt infraſcriptæ, & aliæ plures, quas, ne in infinitũ protrahamur, omitto.

Foeudum proprium, ſeu habens propriam naturam foeudi.

Improprium, ſeu non habens propriam naturam foeudi.

Regale.
Non regale.
Habens annexam dignitatem.
Non habens annexam dignitatem.
Nobile.
Ignobile, ſeu Burgenſe.
Rectum, ſeu ſimplex.
Conditionatum.
Francum.
Diuiſibile.
Indiuiſibile.
Reale.
Perſonale.
Perſonaliſſimum.
Eccleſiaſticum.
Sculare.
Maſculinum.
Foemininum.
Paternum.
Maternum.
Fraternum.

Anti-

Antiquum.
Nouum.
Ligium.
Non ligium.
Cum fidelitate.
Sine fidelitate.
Degenerans.
Cauenæ seu Camæ.
Cameræ.
Quaternatum.
Planum.
Hæreditarium.
Ex pacto & prouidentia.
Mixtum.

Et aliæ, si quæ sunt, de quibus per Fœudistas in præludijs fœudorũ, Iacob. de Ardiz. in summ. fœud. c.7. fol.226. Iacob. de S.Georg. de fœud. in verbo. in fœudũ. nu.5.& seqq. fol.188. Vdalr. Zas. in epit. fœud. par. 2. fol.304. Guliel. Hanneto. de foeud. lib.1. cap. 3. fol. 163. Curt. Iun. tract. de foeud. q.8. cap.9. fol.48. Clar. in §. foeudum. q.7. Redoan. tract. de reb. eccles. non alien. cap.28. num.21.22.& 23. fol.402. vbi enumerat quindecim species. Petr. Rebuff. in declaratione foeud. fol. 300. vbi posuit viginti diuisiones foeudorum, & Thom. de Marin. tract. de foeud. per totum, qui in prohemio tractatus testatur, se collegisse centum, & decem gene
1379 ra foeudorum. † Verum pro nunc sequemur hic doctrinam Curtij in d.q.8. cap.9. dum nititur singulas species foeudorum reducere ad illas duas, primo loco po
1380 sitas; proprium scilicet, & improprium, † quia omnis bona diuisio debet esset bimembris l. 1. ff. de stat. hom. & Instit. de iure person. in principio. vel, vt tradunt, ad eam reducibilis, si quidem sub istis duabus reliquæ continentur, & vna inest alteri, vt ostendit Curt.
1381 dicto cap.9. num.3. in fine. & seqq. † alias sequuti essemus doctrinam Clari in §. foeudum. q.9. & in pluribus alijs, in quibus facit diuisioné foeudorum in tria genera: Aliud enim, inquit, est foeudum simpliciter, & absolutè hæreditarium. Aliud est mixtum. Aliud est ex pacto & prouidentia. sub 1. genere compræhendit solum foeudum, quod potest transmitti in quemcumquè hæredem etiam extraneum, de quo foeudo loquuti sumus infra num. 1391. & 1518. sub 2. genere, videlicet sub mixto comprehendit non solum foeuda mixta, de quibus dixi infra num. 1398. 1406. 1408. & 1532. sed omnia alia foeuda hæreditaria, quæ non possunt transmitti in hæredes extraneos, de quibus foeudis loquuti sumus infra num. 1493. 1494. & seqq. ad eum. sub 3. genere comprehendit foeudum, de quo dixi infra nu. 1389. 1412. 1459. & 1533.

PRAEMITTENDVM II.

1382 Secundo est præmittendum, quòd hæc materia foeudorum est difficilis propter intricationem Doctorũ, vt testati sunt etiam Curt. Iun. d.q.8. cap.9. sub num. 1. & Clar. in §. foeudum. q.9. in principio. quam intricationem prouenisse arbitror modo, quia in inuestitura, à qua foeuda sumunt esse, vt dixi supra num. 1338. vni foeudo possunt cumulari, & addi qualitates plurium foeudorum; & consequenter conclusio, quæ in foeudo simplici esset vera, redderetur falsa propter qualitatem alterius foeudi, ei additam: exempli gratia: in foeudo ex pacto & prouidentia potest inesse qualitas foeudi noui, vel paterni, vel antiqui, item indiuisibilis, nobilis, & similium, & consequenter licet in foeudo ex pacto & prouidentia sit vera conclusio, quòd foeudatarius non potest illud alienare sine consensu agnatorum, vt dixi infra num. 1537. & seqq. ad eum. tamen si sit nouum, quia scilicet simus in primo inuestito, conclusio redditur falsa per ea, quæ dixi infra num. 1546.
1383 & modo † quia, cum plura sint negotia, quàm vocabula l. natura. ff. de præscrip. verb. Doctores sæpè vno eodéquè nomine vocarunt diuersa foeuda, vnde ortæ sunt postea æquiuocationes, quibus irretiti intricationem, quam diximus, ediderunt, & sæpè propter maximam affinitatem, quam vnum foeudum habet cum altero ita, vt quandoquè videatur à Doctoribus assignari inter ea potius variatio nominum, quibus ea vocarunt, quàm differentia realis iuxta ea, quę scripsi infra num.

PRAEMITTENDVM III.

1384 Tertio præmittendum est, quòd foeudum hæreditarium secundum communé* opin. de qua testatur Rol. à Vall. cons.3. nu.14. in fine lib.4. sumitur multis modis, prout in duobus sumptum est à Clar. in §. foeudũ
1385 q. 9. in principio. iuncto vers. nunc prosequendo. † & prout in duas species diuiditur à Curt. qué sequar; quarum specierum prima vocatur foeudũ propriè hæreditariũ: secunda foeudũ impropriè hæreditariũ, quod alij communiter vocát ex pacto & prouidentia, vt aperui infra nu.1409. 1411. & 1412. Rursus vtraquè species diuiditur in foeudum hæreditarium antiquum, & in foeudum hæreditarium nouum, de quibus egi infra num. 1414. 1420. 1537. & 1546.

PRAEMITTENDVM IIII.

1386 Quarto præmittenda est cognitio istarum singularũ specierum enarratarum in præcedenti præmisso, quia Doctores loquuntur multum intricatè de foeudo hæreditario, vt testantur Clar. vbi supra. & q.40. vers. sed quia. & Gail. in pract. obseru. lib.2. obseru.154. in fine. & accedo ad istam cognitionem.

1387 FOEVDVM propriè hæreditarium dicitur illud, quod ex propria verborũ significatione, & expressione est trásmissibile ad hæredes, quia est cóceßum pro se, & hæredibus, vt tradunt Andr. de Isern. auriga foeudistarum in cap.1. tit. an agnati vel filij. Alex. cós. 55. num.6. lib.4. cons.19. super eo. num.4. 13. & 15. lib. 5. Dec. cons. 208. ad clariorem. num.7. & cons. 445. in casu ad me transmisso. num.8. Paris. cons.1. nu.5. cons. 2. num.17. 19. cons.3. num.8. 10. cons.4. num.27. cons. 5. num.4.5. cons. 16. num. 12. & cons.106. num.21. lib.1. Gail. in pract. obseru. lib.2. obseru. 154. num.7. Mysing. cent.3. obseru.67. nu.1. & de communi* testantur Marin. Frecc. tract. de subfoeud. lib. 3. in 3. formula sub nu.3. ibi. sed omnium scribentium. fol.404. Thom. de Marin. tract. de foeud. tit.5. num.6. & seqq. Clar. in §. foeudum. q. 9. vers. nunc prosequendo. Rol. à Vall. cons.3. num.17. cons.55. nu.1. & seq. lib.3. & cons. 48. num.15. vers. vlterius. & num. 50. vers. septima. lib. 4. qui alios allegant. & hanc opinionem pro regula firmauit Marin. Frecc. dicto. libr. 3. in tertia formula. nu. 22. fol.414. & ratio est, quia in eo fit mentio de hęredibus iuxta ea, quæ scribunt Paris. d. cons.5. num.4. & 5. lib.1. & Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 1. num.11. fol.114. & ante hos latius & apertius Marin. Frecc. d. lib.3. in 3. formula num.1. fol.403.

1388 Contra istam communem opinionem tenuerunt antiqui, quos refert, & declarando defendit, & sequitur Natt. cons.681. num.2. lib.4. & alij, quos refert, sed impugnat Thom. de Marin. d. tit.5. sub num.8. fol. 140. & eandem contra communem sequitur Garzon. tract. de foemin. ad foeud. recipien. vel non. ampl.2. fol. 165. & 168. ibi. quoad secundum. licet conetur conciliare opiniones, hancquè contra cómuné sic posses confirmare.
1389 Appellatione hæredis significatur filius, vt ostendi supra num.1220. 1222. & 1223. & infra num.1444. ibi. sed non est eundum. sed foeudum pro se, & filijs non dicitur propriè hæreditariũ, sed ex pacto, & prouidentia secundum communem * opinionem, vt dixi infra num.1411. 1412.

Igitur eodem nomine vocari debet foeudum pro se & hæredibus.

His non obstantibus, non recedo à communi, quam non aliter discutio, quia agitur de quæstione nominis: verum illud obiter hic noto, quòd hoc foeudum in c. 1. tit. de eo qui sibi vel hæred. suis, &c. vocatur foeudũ paternum, vt admonet Thom. de Marin. tract. de foeud. tit.1. num.3. fol. 113.

1390 RETENTA priori communi opinione.

AMPLIA I. eam, vt à fortiori procedat, quando esset concessum pro hæredibus, & successoribus, vt scribit Pais. cons.2. num. 17. 19. cons. 3. num. 8. & 10. & cons.106. num.21. lib.1. & Rol. à Vall. qui refert, & sequitur

quitur eſſe communem * opin.conſ.55. num. 3. lib. 3.
quia videtur expreſſio geminata iuxta ea, quæ refert,
& ſequitur Thom. de Marin. tract. de fœud.tit.5. ſub
num. 14.fol.140.
1391 AMPLIA II. vt à fortiori habeat locum, quando
eſſet additum *pro hæredibus quibuſcunque* ſecundum
communem * opinioné,quam referunt, & ſequuntur
Clar.in §.foeudum.q.79.verſ. hoc præmiſſo.& Thom.
de Marin. tract.de fœud.tit.5.num.17.fol.140.dicens,
foeudum vocari hæreditarium ſine dubio, & nemine
contradicente, quod non videtur verum, quia ſecun-
dum ea,quæ retuli infra num. 1519. iſta dictio vniuer-
ſalis *quibuſcunque* reſtringitur, & videtur ſuperflua,
& ideo poteſt colligi contradictio & adduci dubium,
quod manet in foeudo ſine iſta dictione vniuerſali: ve-
rum quia nos tenuimus,dici hæreditarium etiam quan
do non eſt addita iſta vniuerſalis,quibuſcunquè;& re-
probamus eorum ſententiam,quos citauimus d. num.
1519.ideo nullum in hac communi opin. ſcrupum fa-
1392 cimus; † & hoc foeudum ita conceſſum vocatur à
Doctoribus omnino hęreditariũ,vt declarãt Iacob.de
S.Georg.tract.de foeud.in verbo. & cum pacto quòd
de ipſo.nu.11.fol.201.& Thom. de Marin. eod. tract.
tit.8.num.1.& 2.fol.146.
1393 AMPLIA III. vt habeat ſimiliter à fortiori locum,
quando eſſet additum; *pro hæredibus, & cui dederit:*
iuxta textum in cap.1.tit.de foeud.non haben.propriã
naturam foeud.fol.192.quia ſi dicitur hæreditarium
etiam ſine illa clauſula (& cui dederit) vt dixi ſupra
num.1387.multò magis quando eſt addita hæc clau-
ſula, quæ idem importat,quod (hæredibus quibuſcun
què) † vndeDec.conſ.193.& pro tenui.ſub nu.5.Go-
zad. conſ.84.ſub num.13.& ſeqq.Pariſ.conſ.23. num.
169.lib.1.Crauet.conſ.256.ſub num.8.Rol.à Vall.cõſ.
55.num.33.& ſeqq.lib.3.Iacob.de S.Georg.tract. de
foeud.in verbo.& quibuſcunquè hæredibus. fol. 188.
Thom.de Marin.eod.tract. tit.31. fol. 162. Oſaſc. de-
ciſ.26.ſub num.18.& alij concedunt ſine controuerſia
quòd hoc foeudum tranſeat ad hæredes,ſolum certãt
an tranſeat ad extraneos hęredes.
1395 AMPLIA IV. vt habeat locũ, quando eſſet conceſ
ſũ pro ſe,& ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vtriuſquè
ſexus de ſuo corpore legitimè deſcédẽtibus, vt ſcribit
Thom.de Marin.tract.de fœud.tit.5.nu.22.fol.140.nã
in primis militat qnalitas hæreditaria, de qua dixi ſu-
pra n.1387.& 1390.ſecundo militat vis illius verbi,&
ſucceſſoribus,quæ geminat, vt dixi ſupra ſub d.n. 1390.
tertio militat expreſſio vtriuſquè ſexus, quæ ampliat
conceſſionem tranſmittendi,& ſecundum iſtã amplia-
tionem habemus magis communem * opinionem,quã
refert,& ſequitur Clar.in §. foeudũ. q.9.verſ.ſed quid
ſi foeudum. qui loquitur in conceſſione magis dubi-
tabili, de qua nos infra ampl.7.
Nec obſtant illa verba *de ſuo corpore legitimè deſcen-
dentibus*,vt patet ex his,quæ dixi infra num.ſeq.
1396 AMPLIA V. vt habeat locum quando eſſet con-
ceſſum pro ſe,& hæredibus ex corpore legitimè deſcẽ
dẽtibus:nam quamuis Affl.in cap.1.tit. ex quibus cau
ſis foeud.amitt. vt etiam refert in deciſ. 140. tenuerit
legendo,non eſſe foeudum hæreditarium,& ſimiliter
Natt.conſ.130. ſub n.1.& ſeq.lib.1.& Rol.à Vall.ſibi-
met contrarius in tract.de confect.inuent.in verbo.nũ
quid hæres.n.19.fol.188.aſſerens,eſſe ex pacto & pro-
uidentia,tamen contrarium, quòd ſit hæreditarium,te
nuerunt Pariſ.conſ.2.num.20.conſ.4.nu.27.& conſ.16
num.12.lib.1.& idem Rol.à Vall.conſ.55.nu. 7. lib.3.
& ſacrum Conſilium Neap.vt refert Affl.d.deciſ.140.
dicens,ſic fuiſſe iudicatum, & deciſ.195.n.7.vbi teſta-
tur etiam de communi * opinione,& deciſ.240. nu.9.
in fine.
1397 AMPLIA VI. vt habeat locum etiam quando eſ-
ſet conceſſum pro ſe,& hæredibus maſculis Pariſ.cõſ.
2.nu.21.in fine.& nu.22.conſ.23.nu.165.& 166. lib.1.
conſ.1.nu.133.lib.2.Rol.à Val.conſ. 55.num.6.lib.3.&
Thom.de Marin.tract.de foeud.tit. 5.nu.23.& ſub nu.
12.verſ.contrarium.fol. 140.vbi teſtatur de communi
* Et licet non deſint,qui tenuerint contrarium,quos ſe
quutus eſt Rol.à Val.conſ.67.nu.22.& ſeqq.lib.1.& la-
tius in tract.de cõfect. inuent.in verbo.nunquid hæres.
nu.17.fol.188.referẽs hanc eſſe communem; * nos ta-
men non recedimus à priori,quæ non ſolum eſt cõmu-
nis, * ſed verior propter illam qualitatem hæreditariã
iuxta ea,quæ dixi ſupra nu. 1387.& 1390.& videatur
Clar.qui benè declarat in §.foeudum. q.9. verſ. item
quæro.cum verſ.ſeq.
AMPLIA VII. vt habeat locum etiam quando eſ-
ſet conceſſum pro ſe,& filijs & hæredibus ab eis legi-
timè deſcendentibus,quia ſecundum communem,* &
magis communem opin.quam refert,& ſequiturClar.
in §. foeudum. q. 9. verſ. ſed quid ſi foeudum. dicitur
fœudum hæreditarium.
1398 AT QVID dicendum,quando eſſet conceſſum pro
ſe,& filijs & hæredibus ?
Reſp.communis * opinio, quam refert,& ſequitur
Clar.d.q.9.verſ.quandoquè & tertio.eſt, quòd dicatur
foeudum mixtum. Sed;quicquid dicat communis opi-
nio;ego non video,quare foeudum conceſſum pro ſe,
& hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus di-
catur hæreditarium iuxta ea,quæ dixi ſupra nu. 1396.
ampl.5.& non foeudum conceſſum pro ſe,& filijs, &
hæredibus, cũ in vtroquè ſit expreſſa qualitas hæredi-
taria,& ideo ſuccedãt quæ dixi ſupra n.1387.& 1390.
& cum iſtæ conceſſiones (pro filijs & hæredibus) &
(pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus)
ſint omnino æquipollentes in foeudalibus: quando ta-
men foeudum poſſet dici mixtum; quãuis in eo ſit ex-
preſſa qualitas hæreditaria,dixi infra n.1406. & 1408.
1399 QVID dicemus de foeudo conceſſo pro ſe, &
ſuis?
Reſpon.Rol.à Vall.conſ.55.nu.4.lib.3.arbitratur eſ-
ſe hæreditarium,ego tamen nihil firmo,quia,cum non
ſit expreſſa qualitas hæreditaria,videtur deficere fun-
damentum per ea,quæ dixi ſupra nu.1387. & 1390.&
1398.poteris tamen, vbi caſus euenerit,videre quę de
eiuſmodi foeudo ſcripſerunt. Alex. conſ.26.põderatis.
1400 lib.5.& alios,quos allegat Rol.à Vall.vbi ſupra.† ſed
pro nũc adhæreo ijs, quę ſcribit Thom.de Marin.trac.
de foeud.tit.1.num.67.verſ.contrarium.& nu. 69. fol.
117.de foeudo conceſſo ſibi,& generi,vel ſibi,& poſte
ris, vt intelligatur ex pacto & prouidentia, ac ſi eſſet
conceſſum pro ſe,& filijs.& in proprijs terminis quæ-
ſiti tradit num.73.fol.118. vbi concludit, dici ex pacto
1401 & prouidentia.† & hoc idem aſſero vna cum ipſo ſub
eodem nu.73.in fine.de fueudo conceſſo pro ſe,& de-
ſcendentibus.
1402 QVID etiam dicendum erit de foeudo conceſſo
pro ſe, & ſucceſſoribus?
Reſp.Thom.de Marin.tract.de foeud.tit.5.n.25.fol.
141.tenet ſine dubio,quòd ſit hæreditarium: verũ ego
ob eandem rationem,de qua dixi ſupra nu.1399. non
omnino adhæreo huic ſententiæ:fateor tamẽ quòd ra
tione cuiuſdam ſubſtantialis conuenientiæ,de qua hic
acturus non ſum,poſſet dici hæreditarium.
1403 AMPLIA VIII. vt habeat locum etiam quando eſ-
ſet conceſſum pro ſe,& hæredibus legitimis: nã viget
in iſto qualitas hæreditaria,& non differt ab illo; pro
ſe & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus;
de quo dixi ſupra nu.1396.ampl.5.&,quòd ſit hæredi
tarium,tenuit Rol.à Vall.conſ.55.nu.8.lib.3. quamuis
ſibi parum conſtans in tract.de confect.inuent.in ver-
bo.nunquid hæres.num.18.fol.188.tenuerit eſſe ex pa
cto & prouidentia.
1404 AMPLIA IX. & generaliter, vt habeat locum in
quouis foeudo tranſmiſſibili ad hæredes ex vi ver-
borum.
1405 SED quid dicimus de foeudo conceſſo pro ſe, &
cui dederit?
Reſp.Pariſ.conſ.23.num.169.lib.1.Rol.à Vall.conſ.
55.num.33. & ſeqq.lib.3. Becc. conſ. 74. don paulus.
num.9.in fine. & num.10.& conſ.87.quum foeudum.
num. 22. lib.1. & alij communiter * arbitrantur,dicta
verba (& cui dederit) æquiparari illis verbis, (&
quibuſcunquè hæredibus) & ſimiliter æquiparant
quando eſt conceſſum cum facultate diſponendi de
eo ad libitum,& conſequenter hæreditarium vocant:
Verum ego ob eandem rationem, quam retuli ſu-

pra num.1399. & 1402. video aliquem ſcrupum, fateor tamen, quòd in eiuſmodi foeudis cenſetur data maior facultas, ſeu ſaltem magis aperta alienandi ad tradita per Iacob. de S. Georg. tract.de foeud. in verbo. & quibuſcumq; hæredibus. num.3. fol.188.

1406 EXPEDITIS ampliationibus.

LIMITA ſeu reſtringe illam primam concluſionem, quam poſui ſupra num.1387. & 1390. vt non procedat quando foeudum eſſet conceſſum pro ſe & filijs hæredibus ſine illa dictione (&) quia tunc non videretur incongruum, ſi hoc vocaretur fœudũ mixtum, quia is, in quem tranſmittitur, debet eſſe filius; & in hoc eſt ex pacto & prouidentia, & debet eſſe hæres; & in hoc eſt hæreditarium: & ita procedant quæ tradit Clar. in §. fœudum. q.9. verſ. quandoque

1407 & tertio. ✝ & illa qualitas hæreditaria operabitur, vt pater poſſit illud foeudum prælegare vni filiorum, vt concludit in ardua diſputatione Curt. Iun. tract.de foeud. par.4. num.132. verſus finem. fol.85. quod dictum poteſt ſolum procedere in fœudo nouo, vt latè cumulat Pariſ. conſ.3. num.15.& 16. lib. 1. ſed ſi eſſet receptum pro ſe, vel pro ſe & filijs ſine qualitate hæreditaria, res eſſet diſputabilis per ea, quæ dixi infra num.1415.& ſeqq.ad eum. & in eo, quod eſt ex pacto & prouidẽtia, poſſet operari, vt teſtator, habens filios, non poſſit illud foeudum tranſmittere vltra filios in alios agnatos: & ſic nota differentiam, quam conſtituo propter illam dictionem (&) quæ à nobis ſumitur pro diſiunctiua, & non pro copulatiua, vt ſumitur à Clar. & alijs, qui ſunt illius opinionis.

1408 LIMITA II. quando eſſet conceſſum pro ſe & hæredibus ex corpore ita, vt viuatur more Francorum, vel vt primogenitus ſuccedat; quia quamuis ſit expreſſa qualitas hæreditaria, tamen adeſt etiam qualitas ex pacto & prouidentia: nam in quantum conceditur ſibi & hæredibus ex corpore deſcendẽtibus dicitur hæreditarium, quia non poteſt haberi citra ius, & nomen hæredis; & in quantum conceditur ita, vt viuatur more Francorum, vel vt primogenitus ſuccedat, reſtringitur; & in hoc ſit ex pacto, & prouidentia, & conſequenter vocatur mixtum, vt latè declarat Thom. de Marin. tract. de foeud. tit.10. num.4. & ſeqq. fol. 146. & ſeq. imò ſecundum Dec. conſ. 445. in caſu ad me tranſmiſſo. ſub num. 8. ibi. & ſecundum tenorem. & num.9.& ſeqq. lib.2. dicitur foeudum ex pacto & prouidentia; quod tamen pro nunc non firmo.

Poteſt quilibet inueſtigare alia exempla, in quibus inueniatur iſta mixtura, & ex eis cumulare alias limitationes. & hæc ſatis de fœudo proprie hæreditario.

1409 FOEVDVM hæreditarium impropriũ vocabimus illud, quod eſt ſimpliciter conceſſum pro ſe, nulla facta mentione hæredum, Alex. conſ.26. ponderatis.nu. 3. lib.5. Pariſ.conſ.2.num.18. & conſ.3. num.9. lib.1. & poſt eum Rol.à Vall. conſ. 67. prima conſideratione.num.23.lib. 2. & Gail.in pract. obſer. lib.2. obſeru. ✽ 154. num.7. & de communi * teſtatur Rol. à Vall.qui plures cumulat conſ.97.nu.39.lib.1.& conſ.55.n.1.lib.

1410 3.& conſ.3.num.15.lib.4. ✝& ratio eſt, quia eſt tranſmiſſibile ad hæredes ex natura ipſius foeudi c. 1. §. & quia vidimus. tit. de foeud. quamuis non tranſmittatur ex propria, & expreſſa ſignificatione verborum: & multos allegat Thom. de Marin. tract.de foeud. tit. 1.num.512.fol. 116.

1411 Contrariam ſententiam: quòd non ſit hæreditarium, ſed ſit ex pacto & prouidentia: latè firmat Oſaſc. qui plures cumulat, deciſ.160. num.5. verſ.in contrarium. ✽ & hanc eſſe magis communem,* & veram opinionem teſtatur Thom. de Marin.dicto tit.1.ſub num.53.ibi.& hanc opinionem. & in fine.verſ.verum.fol.116.

1412 Confirmatur iſta ſententia; quia foeudum conceſſum pro ſe & liberis, vel pro ſe & filijs dicitur ex pacto & prouidentia, vt ex pluribus refert, & ſequitur Alex. dicto conſ.26.ponderatis.ſub num.3.ibi. aut vaſallus.& num.4.lib.5. & hanc eſſe commun.*opin.te- ✽ ſtatur Phanut. tract.de inuent.par.6.num.13.& 14.fol. ✽ 295. & vti communem * ſequitur Clar.in §.foeudum. q.9. verſ. quandoquè verò. &, quòd in hoc Doctores ✽ communiter * concordent, teſtatur Natt.conſ.681.nu. 1.in fine.lib. 4. & hanc communem ſententiam ſequitur Thom.de Marin.tract. de foeud.tit.1. ſub num.25. verſ. poſtquam vidimus. fol.114.& ſub num. 75. verſ. contrarium.fol.118.

Sed inter iſtam & ſuperiorem ſpeciem cõceſſionis nulla poteſt conſiderari differentia, cum in vtraque deficiat qualitas hæreditaria; & extenſio inueſtituræ ad filios, quæ eſt expreſſa in iſta ſecunda ſpecie, virtualiter contineatur etiam in prima.

1413 Verum & ſi Doctores ita communiter ſentiant, tamen, quatenus hæc quæſtio remanet in puris terminis nominis, relinquenda eſt ceruicoſis, & pertinacibus, quia quæſtio debet eſſe de re, & non de verbo.cap.cõmiſſa. §. porrò. de elect.in 6. Gloſ.magna in cap.1. in verbo. titulum.circa medium.de præſcript. in 6.parui enim refert quomodo vocetur, & poſſent opiniones concordari, vt foeudum ex pacto & prouidentia non incongruè poſſit etiam vocari improprie hæreditariũ, prout & nos vocamus ratione facilioris diuiſionis, & doctrinæ: quatenus verò hæc quæſtio tendit ad decidendas controuerſias reales, à nobis diligentius examinabitur infra num.

1414 FOEVDVM hæreditarium antiquum quod dicatur, non antea definiendum eſt, quàm ſublata ſit dubitatio, an fœudum hæreditarium poſſit eſſe antiquũ: nam videtur dicẽdum, quòd non poſſit eſſe antiquum: quia eo ipſo, quòd eſt hæreditarium poteſt alienari, & quod eſt antiquum non poteſt alienari iuxta ea, quæ dixi infra num.1508. verſ.tertia ſpecies. ſicquè vnum aduerſatur alteri.

1415 Huic obiectioni reſpondeo, quòd foeudum hæreditarium poteſt ſumi duobus modis, vt dixi ſupra ſub num.1385. aliud enim dicitur omnino hæreditarium, de quo loquuti ſumus ſupra num. 1391. ampl. 2. quod Clar.in §. fœudum. q.9. verſ. hoc præmiſſo. & q. 40. verſ.ſed quia.& q.42. verſ. ſed quia. modo vocat ſimpliciter, & abſolutè hæreditarium, & modo merè hæreditarium: aliud dicitur hæreditarium, de quo loquuti ſumus ſupra num.1387. & num.1395. ampl.4. & de quo Clar. loquitur dicta q.9.in principio.& clarius in verſ. nunc proſequendo. dico nunc, quòd, ſi ſumatur primo modo, militat obiectio adducta, ſed ſuperatur, quia non valet iſta conſequentia: foeudum merè hæreditarium poteſt alienari: ergo non poteſt eſſe anti-

1416 quum: ✝ nam dico, quòd foeudum antiquum non dicitur eò, quòd non poteſt alienari, vel ſaltem non eò ſolo; ſed eò etiam, quia ſi foeudatarius ob aliquam culpam, ſeu delictum, non concernens directò perſonam domini, ſit fœudo priuatus, foeudum remanet apud agnatos ad differentiam foeudi noui, vt tradunt Curt.Iun.tract.de foeud. par.5. num.9. & 10. fol.89. Clar. in §. foeudum q.66.verſ. aut verò. & communi- ✽ ter * Doctores, vt oſtendi infra num. 1624. & 1627. & hoc poteſt habere locum etiam in foeudo merè hæreditario: vt puta: ſi cui conceſſum eſſet foeudum pro ſe & hæredibus quibuſcumq; iure foeudi antiqui; licet enim hoc foeudum ſit merè hæreditarium, tamen propter illam clauſulam (iure foeudi antiqui) data, vt ſupra, priuatione, remaneret apud agnatos, quod eſt notandum, & ſic eſt ſublata obiectio. ſi verò ſumatur ſecundo modo, dico, quòd obiectio non militat, quia foeudum hæreditarium eo modo ſumptum non poteſt alienari in extraneos; & propterea paſſim Doctores, quos citaui infra num. loquuntur de foeu-

1417 do hæreditario antiquo: ✝ &, quòd foeudum hæreditarium poſſit de iure foeudorum vocari paternum, oſtendit Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 1. num. 3. & 4. fol. 113. & pro eodem poteſt ſumi foeudum antiquum, & paternum, maxime in caſu noſtro.

1418 Sublata dubitatione, definio, foeudum hæreditarium antiquum dici illud, quod in conceſſione eſt appellatum antiquum, vt puta quia ſit conceſſum pro ſe, & hæredibus in foeudum antiquum, ſeu iure foeudi antiqui; vel quod ex natura, & qualitatibus conceſſionis apparet tranſmiſſibile ad hæredes in infinitum, ſeu perpetuum; & iam fuit tranſmiſſum vltra quartum gradum, poſt quem

1419 aſſumit nomen fœudi antiqui; ✝ alias, ſi non poſſet

poſſet extendi vltra quartum gradum, diceretur foeudum paternum Becc. conſ. 56. in cauſa.num. 1. lib. 1. & ideo cum miſterio apponuntur illa verba: *in foeudum antiquum*, vel *in foeudum paternum*, vt notat Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. in fœudum. num. 8. & 9. fol. 188. vide ad hæc, quæ ſcripſerunt in terminis Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 2. num. 2. fol. 119. Vdalr. Zaſ. in epit. foeud. par. 2. nu. 11. fol. 305. Clar. in §. foeudum. q. 8. & latè Curt. Iun. tract. de foeud. par. 1. q. 8. cap. 9. num. 7. & ſeqq. fol. 48. qui ponit plures effectus loco differentiarum inter foeudum antiquum, & foeudum nouum.

1420 FOEVDVM hæreditarium nouum dicitur illud, quod quidem eſt transmiſſibile ad hæredes in perpetuum, ſed eſt de nouo conceſſum, & non eſt adhuc egreſſum perſonam primi inueſtiti; ſicque non à progenitorum ſucceſſione, ſeu prouidentia prouenit cap. 1. qui teſtes ſint neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam. lib. 2. foeud. fol. 188. Pariſ. conſ. 2. num. 8. conſ. 3. num. 15. lib. 1. & conſ. 65. num. 2. lib. 3. Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. in foeudum. num. 10. fol. 188. Vdalr. Zaſ. in epit. foeud. par. 2. num. 12. Curt. Iun. tract. de foeud. par. 1. q. 8. cap. 9. num. 6. fol. 48. & Clar. in §. foeudum. q. 8. in principio.

1421 † alias enim ſi eſſet transmiſſum ad hæredes, euaſiſſet paternum, vel antiquum, vt tradit Pariſ. dicto conſ. 65. num. 3. & ſatis probatur ex his, quæ dixi ſupra nu. 1418. & 1419. & ex ſignificatione nominis, quia non eſſet amplius nouum: vnde, vt verum fatear, nos ordinem præpoſteraſſe videmur, quia, cum foeudum nouum ſignificet iuuentutem foeudi, & foeudum antiquum ſignificet ſenectutem, debebamus more aliorum Doctorum, quos adduxi ſupra, definire prius nouum, & poſtea antiquum, cum antiquum incipiat

1422 quando finit nouum. † Et quæ ſint differentiæ inter nouum, & antiquum notat Curt. dicta q. 8. cap. 9. ſub num. 7. & ſeqq. fol. 48. & poſt eum Clar. dicta q. 8.

1423 verſ. ſed circa. † Et quot modis poſſit dici nouum vide Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 3. num. 2. & ſeqq. fol. 135.

Controuerſia foeudalis. IIII.
PARS I.

1424 His pro generali introductione explicatis.

Quæro, an foeudatarius poſſit diſponere de foeudo in præiudicium domini directi, ſeu agnatorum.

Reſp. diuidendo iſtam cōtrouerſiam in duas partes.

Prima pars erit quantum ad proprietatem & directum dominium.

Secunda pars erit quantum ad commoditatem, & reliqua extra proprietatem, & directum dominium.

In prima parte firmo generalem, & veram concluſionem in qualibet ſpecie foeudi, quòd foeudatarius non poteſt vlla via diſponere de proprietate, ſeu directo dominio foeudi iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 1563. 1564. & ſeqq. ad eum.

PARS II.
Genus I.

1425 In ſecūda parte diſtinguo quatuor genera foeudorū.

Primum erit foeudum hæreditarium.

Secundum erit foeudum omnino hæreditarium, de quo agam infra num. 1518.

Tertium erit foeudū mixtū, & de hoc agam n. 1532.

Quartum & vltimum erit foeudū ex pacto & prouidentia, de quo agam infra num. 1533.

Capio primum genus, videlicet foeudum hæreditarium acceptum pro ſe, & hæredibus, vel ſub alia formula; & conſidero tres, aut quatuor caſus.

I. CASVS eſt in fructibus, perceptis, durante vita ipſius foeudatarij: Et iſto caſu concludo, quòd foeudatarius poteſt in quolibet genere foeudorum diſponere de illis fructibus ad libitum tàm per viam vltimæ voluntatis, vt ſine difficultate tranſit Alex. conſ. 18. attentis ſub nu. 8. lib. 5. quàm per viam contractus.

1426 II. CASVS eſt in commoditate, & fructibus percipiendis, durante vita ipſius foeudatarij, an de illis poſſit ad libitum diſponere: Et in iſto concludo ſimiliter, quòd poteſt diſponere Bal. in cap. 1. §. aut ſi libellario. ſub num. 3. præſertim ibi. ſed commoditates. tit. quib. mod. foeud. amitt. & Clar. in §. foeudum. q. 31. verſ. ſucceſſiue. & hanc eſſe communem * opin. teſtatur Ruin. conſ. 176. num. 13. lib. 1. quem referunt, & ſequuntur Vincen. Godem. in addit. ad Bal. in cap. 1. ſub num. 1. litera a. de prohib. foeud. alien. per feder. Clar. loco citato. & Farin. licet non apertè in qq. crim. lib. 1. q. 25. ſub num. 69. pro hac communi opinione adduco etiam Spec. tit. de foeud. rub. de homag. & fidelit. q. 38. num. 60. And. de Iſern. tit. ſi de foeud. defunc. mil. controu. fuer. §. beneficium vaſallus. Zaſ. tract. de foeud. par. 9. rub. de foeudi alienatione. fall. 2. num. 17. fol. 316. & alios, quos refert, & ſequitur Gozad. conſ. 90. in cauſa mantuana. ſub num. 1. dum ſcribunt, quòd vaſallus poteſt ſubinfoeudare, hoc eſt, dare alij in foeudum, quod ipſe habet in foeudo, &, quòd ſecundus vaſallus habebit tandiu foeudum, quandiu vixerit primus vaſallus. & hæc eſt opinio communis, * vt latè teſtatur Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. verſ. vltima cauſa. ſub num. 83. fol. 78. vbi tollit contraria, & declarat, prout declarat etiam Zaſ. vbi ſupra, quos vide: &, quòd ſola commoditas foeudi cum expreſſa reſeruatione vtilis dominij poſſit alienari ſine licentia domini, refert, & ſequitur Rol. à Vall. conſ. 80. circa primum. num. 35. lib. 1.

1427 EXTENDE iſtam concluſionem, vt habeat locum etiam in vſufructu, quia foeudatarius poteſt etiam ſine conſenſu domini directi in ſui præiudicium, ſed non in præiudicium domini directi conſtituere vſumfructum, durante tantum vita ipſius conſtituentis; quia per conſtitutionem vſusfructus non transfertur vtile dominium, Rol. à Vall. conſ. 59. ſub num. 7. verſ. ſed præmiſſis & num. 8. & ſeqq. vſque ad finem. lib. 2. & videtur ſentire Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. q. 15. ſub num. 106. fol. 81. quamuis teſtetur de communi * in contrarium.

1428 Contrariam opinionem, quam Curt. vbi ſupra teſtatur eſſe communem, ſequor per ea, quæ dixi infra num. 1582. & ſeqq. ad eum.

1429 DECLARA hanc contrariam communem opinionem, quòd licet foeudatarius non poſſit alteri conſtituere vſumfructum in foeudo antiquo, tamē ſi conſtituerit, ſeu vendiderit cum conſenſu domini directi, hoc caſu agnatus, & ſi non conſenſerit, tamen ſi voluerit reſcindere venditionē ante mortem foeudatarij vēditoris, debet reſtituere pretium emptori, vt refert, & ſequitur Zaſ. tract. de foeud. par. 9. num. 39. fol. 316.

1430 AMPLIA nunc concluſionem tam primi, quàm ſecundi caſus, vt procedat non ſolum in foeudis hæreditarijs, de quibus ſumus hic primo loco acturi, ſed etiam in foeudis omnino hæreditarijs, item in mixtis, & pariter in foeudis ex pacto & prouidentia, & ſic in omnibus poſitis ſupra.

1431 III. CASVS eſt in fructibus, & commoditate poſt finitam vitam ipſius foeudatarij: Et in iſto concludo, vt in caſu ſeq. quia in effectu non eſt diuerſus.

1432 IIII. CASVS eſt in facultate, & iure vtilis dominij: an ſcilicet foeudatarius poſſit diſponere de dominio vtili tàm per viam contractus, & in vita; quàm per viam vltimæ voluntatis: & de iſto caſu particulariter intendo agere; & pro reſolutione conſidero duas ſpecies foeudorum hæreditariorum.

1433 Prima ſpecies eſt foeudum hæreditarium nouum, de quo ſcripſi ſupra num. 1420.

1434 Secunda eſt foeudum hæreditarium antiquum, ſeu paternum, de quo ſcripſi ſupra n. 1418. & infra n. 1517.

1435 Si vis videre, an dominium vtile æquiparetur vſufru-

1436 ctui: † an Baro habeat dominium directum: † quomo-

1437 do duo poſſint habere dominium directum: † & vtile

1438 dominium vtilis dominij non detur: † & an ſit penes

1439 Baronē tanquam exercitium dominij: † ſeu ſit chime-

1440 ra, vide Frecc. de ſubfoeud. lib. 1. in principio nu. 21. fol. 4. & lib. 2. tit. quis dicatur princeps. §. ſed vt verius. nu. 2. 4. & 7. fol. 140. & 141. quia ego præſuppono terminos communes.

1441 IN PRIMA ſpecie res poteſt videri controuerſa: nam pro parte negatiua, quòd foeudatarius non

possit disponere de foeudo hæreditario nouo in præiudicium filiorum: adducuntur duo,

1442 Primo adducitur textus in c. 1. tit. de success. foeud. fol. 174. ibi, *nulla ordinatione defuncti valente*.

1443 Secundo adducitur, quia in effectu hoc foeudum est ex pacto & prouidentia: nam foeudum pro se & hæredibus, quale est foeudum nouum hæreditarium, est pro se & filijs, quia valet argumentum à fideicommisso ad foeudum secundum ea, quæ ex Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 15. in fine. & Ant. de Padilla in rub. nu. 7. C. de fideicom. refert Palaez. tract. maior. par. 1. q. 1. num. 3. fol. 339. Sed in fideicommisso appellatione hæredis intelligimus filium. l. ex facto §. fin. & ibi Glos. fin. Bar. Alex. & alij ff. ad senatusconf. trebel. Socc. Ias. Papien. Paris. & alij, quos retuli, & sequutus sum supra nu. 1220. sub vers. quòd sit
1444 purificata. † Sed non est eundũ per emendicata suffragia ex fideicommisso; cum in foeudis appellatione hæredis filium intelligi scripserint Paul. de Castr. in l. ex facto. §. fin. num. 4. ff. ad senatusconf. trebell. Gramm. decis. 103. num. 126. Zas. in epit. foeud. par. 8. sub num. 68. fol. 314. Rimin. cons. 267. num. 19. lib. 2. quem citat Petr. tract. de fideicomm. q. 8. sub num. 530. vers. secundo. fol. 89. & plures congerit Phanut. tract. de inuent. par. 6. num. 20. & seq. fol. 295. & de communi * opin. testantur Paris. cons. 2. num. 23. lib. 1. & Mich. Crass. tract. de success. §. hæreditas. q. 11. num. 9. & clarè probatur ex textu in cap. vnico. de alienat. foeud. & notat ibi Bal. not. 8. sub num. 6. dicens, non reperiri in iure textum clariorem ad probandum, quòd appellatione hæredis in materia foeudali veniãt solum filij masculi, & descendentes ab eis.

At foeudum pro se & filijs dicitur foeudum ex pacto & prouidentia secundum communem * sententiam, quam retuli supra sub num. 1412.

Modo sic stringo hoc secundum argumentum.

Foeudatarius nõ potest in præiudicium agnatorum testari de foeudo recepto pro se & filijs: Igitur nec potest foeudatarius inuestitus pro se, & hæredibus.

1445 QVOD non possit testari de foeudo recepto pro se, & filijs, est regula, quam ex Socc. cons. 19. pro decisione. num. 9. lib. 1. refert Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. num. 125. fol. 83. & ex eo, & Socc. Iun. in cons. 72. sub num. 40. lib. 1. Clar. in §. foeudum. q. 40. in principio.

1446 EXTENDE I. istam regulam, vt procedat etiam si vasallus vellet testari pro anima, seu ad fauorem, & vtilitatem ecclesiæ cap. 1. §. donare. tit. qualiter olim foeud. alien. pot. & testantur Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto quòd de ipso. num. 5. fol. 200. & 201. Thom. de Marin. eod. tract. tit. 2. num. 56. fol. 122. Rol. à Vall. cons. 79. nu. 5. & seqq. lib. 2. Clar. in §. foeudum. q. 40. vers. ex hac conclusione. & latè Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. sub num. 125. & seqq. fol. 83. & 84. vbi etiam
1447 peculiarem reddit rationem, † quia si alienaretur in ecclesiam, non superesset spes, vt rediret aliquando ad dominum, & hoc est, quod Galli solent dicere foeuda, & emphyteoses non debere alienari in manu mortua, quæ alienatio vocatur amortizatio, vt decla-
1448 rat Peck tract. de amortizat. bon. cap. 3. † multas tamen fallentias ad istam extentionem, quas poteris videre, ponit Curt. Iun. supra num. 126. fol. 84.

1449 EXTENDE II. vt foeudatarius non possit vni filiorum foeudum prælegare, seu maiorem partem facere Andr. de Isern. in cap. 1. in principio. tit. de success. foeudi. vers. & in tantum. Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto quòd de ipso. num. 2. 13. & 14. fol. 200. & 201. Zas. in epit. foeud. par. 8. num. 66. fol. 314. latè Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. num. 131. & seq. fol. 84. vbi post relatos multos hinc inde Doctores sub num. 132. fol. 85. concludit, sequendo sententiam Franc. de Aret. quòd si foeudum fuerit acceptum ex beneficio principis pro se, & filijs, pater non possit vni prælegare. & latè etiam Franc. Sonsb. eod. tract. de foeud. par. 13. num. 160. & seq. fol. 158. plura adducunt Paris. cons. 3. num. 1. lib. 1. & Rol. a Vall. cons. 79. num. 1. & seqq. lib. 2. licet hi duo consulentes, considerato tenore inuestituræ, super qua scribebant, aliter responderint. & de communi * opin. testantur Socc. Iun. cõs. 72. num. 35. lib. 1. & cons. 160. num. 44. lib. 2. Zas. dicta par. 8. num. 67. fol. 314. & Ioan. Reyn. quem refert Iacob. de S. Georg. in dicto verbo. & cum pa-
1450 cto quòd de ipso. num. 2. in fine. fol. 200. † pro qua communi posset adduci illa communis, * & magis communis opinio de emphyteosi recepta pro se, & filijs, vt pater in ea nõ possit filijs præiudicare ad relata per Clar. in §. emphyteosis. q. 16. vers. his præmissis.

1451 CONTRARIAM sententiam: quòd pater possit in præiudicium filiorum, & agnatorum disponere de foeudo, accepto pro se, & hæredibus: tenuerunt Petr. de Bellaper. tract. de foeud. tit. 8. num. 3. fol. 4. Alex. cons. 18. num. 5. lib. 5. Curt. Iun. dicto tract. de foeud. par. 4. num. 132. versus finem. fol. 85. dicens, quòd in foeudo hæreditario pater potest præiudicare filijs, & apertius num. 144. fol. 86. Paris. cons. 3. sub nu. 16. vbi loquitur de foeudo hæreditario nouo, & cons. 106. num. 28. lib. 1. Natt. cons. 159. num. 23. lib. 1. & quòd hæc sit vera conclusio in foeudo hæreditario, refert, & sequitur Curt. dicta par. 4. num. 132. quæ sententia duplici, & forti argumento confirmatur.

1452 Primo hoc seq. dilemmate.

Si proximus descendens est hæres eius, qui alienauit foeudum; non potest venire contra factum illius, quia hæres non potest impugnare factum eius, cui successit. l. cum à matre. C. de rei vendic. scribunt Curt. dicta par. 4. num. 148. fol. 86. Zas. in epit. foeud. par. 8. num. 68. fol. 314. & par. 9. sub nu. 32. fol. 316. Franc. Sonsb. eod. tract. par. 13. sub num. 146. 147. & 150. fol. 157. & 158. Marin. Frecc. tract. de subfoeud. lib. 3. in differentijs inter foeuda ex pacto & prouidentia, & foeuda hæreditaria. differentia 2. num. 1. & seqq. fol. 439. Affl. decis. 112. num. 3. Paris. cons. 3. num. 18. & cons. 16. num. 43. in fine, & num. 44. lib. 1. Rol. à Vall. cons. 97. nu. 42. & 43. lib. 1. Crauet. cons. 256. in casu transmisso. sub num. 3. circa medium. lib. 2. Natt. cons. 464. in præsenti. num. 21. lib. 2. &, quòd hæc sit regula vulgaris, testatur idem Rol. cons. 2. num. 39. in fine. & num. 40. lib. 1. &, quòd sit communis * opinio, testatur dicto cons. 97. sub num. 46. & num. 48. in fine, quem refert, & sequitur Mich. Crass. tract. de success. §. hæreditas. q. 12. post num. 21. vers. infertur secundo. hancq. regulam latè ampliando, & limitando prosequitur Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 11. & rationes huius sententiæ efficacius expressi infra ampl. 3. num. 1478. & 1479. & hæc communis opinio tunc tantò magis procedit, quando foeudatarius, qui alienat foeudum, promittit non contrauenire, & obligat se & eius hæredes, vt ex communi refert, & sequitur Cras. dicta q. 12. post num. 21. vers. & hoc tantò magis. & in his terminis loquitur Zas. dicta par. 9. num. 32.

1453 Si non est hæres; non potest venire ad reuocandam alienationem foeudi; quia non habet qualitatem hæredis, & perconsequens est exclusus ex forma inuestituræ, quia est foeudum hæreditarium, quod non transit ad alios, quàm ad hæredes. Alex. cons. 19. super eo. num. 7. 13. & sub num. 15. lib. 5. Paris. cons. 1. num. 8. cons. 2. nu. 24. in fine. & seqq. cons. 16. num. 13. cons. 106. num. 25. lib. 1. & cons. 1. nu. 134. lib. 2. Rol. à Vall. cons. 2. sub n. 37. vers. moueor. & cons. 97. num. 39. & 40. lib. 1. Mysing. cent. 3. obseru. 67. num. 3. & 4. Crauet. cons. 256. in casu transmisso. sub num. 8. vers. quodam dicitur. lib. 2. dicens, quòd verbum (hæredes) restringitur ad hæredes sanguinis, id est, descendentes, licet requiratur, quòd tales descendentes sint hæredes. & Becc. cons. 87. quum foeudum. sub num. 8. lib. 1. & de communi * testantur Paris. dicto cons. 16. num. 13. lib. 1. & Rol. dicto cons. 2.
1454 sub num. 37. † &; quòd volens consequi foeudum hæreditarium siue sit filius, siue agnatus, debeat esse hæres & primi acquirentis, & vltimi morientis; est magis cõmunis * & magis vera opinio, vt refert, & sequitur Thom. de Marin tract. de foeud. tit. 5. sub nu. 34. fol. 141. Verum hoc; quòd debeat esse hæres vltimi morientis; quãdo non sit verũ declaraui infra n. 1503.

Sola superest difficultas in probando, quòd sit foeudum

dum hæreditarium; ſed hoc ſtat in præſuppoſito; quia eſt probatum ſupra num.1387. verſ. foeudum propriè.

Ex hoc dilemmate habemus duas regulas.

Prima regula eſt, quòd hæres foeudatarij non poteſt venire contra alienationem foeudi, factam à foeudatario: quam regulam ampliauimus, & declarauimus infra num.1465. & ſeqq. ad eum.

Secunda regula eſt, quòd non hæres non poteſt venire ad reuocandam alienationem foeudi, factam à foeudatario, quam ſimiliter ampliauimus, & limitauimus infra num.1487. & ſeqq. ad eum.

1455 Secundo confirmatur eadem contraria ſententia, de qua ſupra num. 1451. quia foeudatarius poteſt diſponere de foeudo nouo in præiudicium filiorum, & illud etiam vni ex eis in præiudicium aliorum prælegare Andr. de Iſern.in cap.1.§. & ſi libellum.num.10. tit. de alien. foeud. pater. Aluar.cap.1.§.hoc quoque. verſ. vnum autem.tit. qui foeud.dar.poſſ.Petr. de Belaper.tract. de foeud. tit.8. qualiter retineatur foeudũ & alienetur. num.25.fol.5.Martin.de Silim.eod.tract. num.101.fol.5. Zaſ.tract. de foeud. par.8.num.70.fol. 314.Affl.deciſ.112.num.6. Pariſ.conſ.2.num.9. & cõſ. 3. ſub num.16.lib.1.Crauet. conſ.135.num. 8. & hanc opinionem latè, & pulchrè defendit Natt.conſ.475. ardua & difficilis.ſub num.4.& ſeqq.lib.2.vbi reſpondet ad omnia contraria, & conciliat. & quòd hæc ſit communis * opinio, teſtatur Andr. Sicul. inter conſilia Alexandri conſ.55.num.17.verſus finem.lib.4.quem referunt Curt. Iun.tract.de foeud. par.4.ſub num.132. verſus finem. fol. 85. & Clar. qui eum ſequitur, in §. foeudum. q. 40. verſ. quæ omnia. dicens, quòd ſi caſus eueniret, ſic conſuleret, & iudicaret. & quòd hæc opinio ſit ab omnibus * approbata teſtatur Sigiſmund.cõſ. foeud.51. num.1. quem etiam refert, & ſequitur Clar. dicto §.foeudum.q.41. verſ. & hæc.in fine. & quòd ſit verior, poſt multas auctoritates, & rationes adductas firmat Thom. de Marin. tract. de foeud. tit.3. num.16. verſ. an pater.& verſ. quid dicemus. fol. 136. vbi poſt omnes latiſſimè tractat. & pro hac ſententia adducitur communiter Paul.de Caſtr. ſecundum diuerſas impreſſiones conſ. 163.173.179. in cauſa quam magnificus. lib.1. prout in iſto vltimo num. 179. habeo ego in libro meo lib. 1. impreſſo Venetijs de anno 1580. ſub ſigno Aquilæ ſupra montem. pro qua benè etiam facit illa communis * opinio, quam in emphyteoſi pro ſe, & filijs refert, & ſequitur Clar.in §.emphyteoſis. q. 16.

1456 verſ. his præmiſſis. ibi. contrariam autem. † Et quòd procedat etiam ſi dicatur, foeudum eſſe ex pacto, & prouidentia, dummodo ſit nouum, eſt crebrior * opinio, vt teſtatur Marin. Frecc. de ſubfoeud. lib.3.in tertia formula.ſub n.31.verſ.ſecunda concluſio. fol. 417.

1457 DECLARA tamen iſtam communem ſententiam, vt declaraui infra num.1504. & 1547.

1458 Non obſtant modo adducta in contrarium ſupra ſub ſub n.1432.& primo textus in cap.1.de ſucceſſ. foeud. quia poſſumus reſpondere cum Thom.de Marin. tract. de foeud.tit.3.ſub num.16.verſ.ad allegata. fol.136.& Natt.conſ.475.num.14.in fine. & num.15. lib.2. quòd ille textus debet intelligi vt loquatur in foeudo ex pacto & prouidentia antiquo, vel, vt dicit Natt. quando pater diſponeret in perſonam extraneam, & ante eum Barbat.inter conſilia Alexandri dicto conſ. 55. ſub nu. 19.lib.4. vel, vt ait Thom. de Marin. in diſpoſitione facta ſine conſenſu directi domini.

Ad ſecundum: quòd appellatione hæredis intelligatur filius: concedo maiorem, ſeu aſſumptum argumenti; quòd idem ſit recipere foeudum pro ſe, & filijs;

1459 vel pro ſe & hæredibus; † quia foeudum hæreditariũ nouum, de quo nos loquimur, non differt in aliquo à foeudo nouo ex pacto & prouidentia, teſtibus Marin. Frecc. tract. de ſubfoeud. lib.3. in tertia formula. ſub num.31.verſ.quinta concluſio. fol. 418. vbi ait, quòd foeudum ex pacto & prouidentia, ſi ſit nouum, in nullo differt quo ad filium tantum à foeudo hæreditario, Thom.de Marin.tract.de foeud.tit.5. ſub num.39. fol. 142.& tit.6.ſub num.14. verſ. in quo foeudo. fol. 143. & tit.7.ſub num.4. fol.145.& tit.1.ſub nu.52. fol.116. vbi ex aliorum ſententia ſcribit, paria eſſe, quòd quis recipiat foeudum ſimpliciter, nulla facta mentione filiorum, vel quòd recipiat pro ſe & hæredibus; quamuis id negaretur de iure Regni, vbi in foeudo hæreditario nouo ſuccedunt etiam tranſuerſales, ſed non in foeudo nouo ex pacto & prouidentia pro ſe, & filijs iuxta ea, quæ ſcripſi infra nu.1499. &, niſi differrent, vana redderetur tanta Doctorum diſputatio, de qua egi ſupra num. 1387. & 1388. an foeudum receptum pro ſe & hæredibus dicatur hæreditarium, vel potius ex pacto & prouidentia; nihilominus concedo iſtam vnitatem, ſeu conuenientiam: at, quòd foeudatarius non poſſit diſponere de foeudo nouo ex pacto & prouidentia, hoc negatur: nam, retorquendo argumentum in contrarium, dico: ſi foeudatarius poteſt diſponere de foeudo nouo hæreditario, recepto pro ſe & hæredibus, vt oſtendi ſupra num. 1451. & 1452. ergo poteſt diſponere de foeudo nouo ex pacto & prouidentia, recepto pro ſe & filijs: probatur iſta conſequentia primo ex argumento contrariæ concluſionis, formato ſupra num. 1444. ad oſtendendum, quòd appellatione hæredis intelligatur filius: ſecundo probatur; quia communis opinio, quam retuli ſupra num. 1455.& 1456. eſt in contrarium; videlicet, quòd foeudatarius poſſit alienare foeudum nouum ex pacto & prouidentia, quæ alienatio poteſt fieri in deſcendentes etiam ſine conſenſu directi domini vt dixi infra num. 1548. & in extraneos cum conſenſu vt dixi infra num. 1547. in fine.

1460 Secundo reſpondeo, quòd filius venit appellatione hæredis tanquam ſimplex appellatione compoſiti; vt puta, qui dicit philoſophum, dicit, & includit logicum, & qui dicit teſtamentum includit teſtationem mentis; item qui dicit foeudum hæreditarium, dicit foeudum: qui igitur acquirit foeudum pro ſe, & hæredibus, acquirit pro filijs hæredibus ita, vt requirantur duo copulatiuè; videlicet quòd ſit filius, & quòd ſit hæres, & vnum ſine altero non ſufficit ad benè tradita per Natt. conſ.159. num. 2. lib. 1. ſed qui acquirit pro ſe, & filijs, ſatis eſt quòd ſit filius iuxta ea, quæ declaraui infra num. . & ita in ſpecie reſpondit etiam Zaſ. in epit. foeud. par. 8. ſub num. 13. fol. 312. & pro iſta ſolutione benè faciunt quæ referunt, & ſequuntur Marin. Frecc. tract. de ſubfoeud. lib.3. in tertia formula. ſub nu.3.verſ.ego legendo. fol.404.& Thom.

1461 de Marin. tract. de foeud. tit.5. ſub num. 8. fol.140. † vnde corruit argumentum, quia eſt ab eo, quod eſt ſimpliciter tale ad id, quod eſt qualificatum, quod genus argumenti non tenet; quia ratione adiuncti alteratur prima diſpoſitio. l. vbi ita donatur. ff. de donat.cauſ.

1462 mort. † & qualitas ſuperueniens enti reponit illud in diuerſa ſpecie, vt ſæpè repetit Marſ. conſ.96.proximis ſuperioribus. num. 2. & ſeqq. conſ. 7. num.60. & ſeq. conſ.9. num.2.conſ.48.num.16. conſ.57.num.18. conſ. 106. num.22. & conſ.112. num.1.& ſeqq. & ſing.187. qualitas. & ex his concludo, quòd foeudum receptum pro ſe & hæredibus dicitur foeudum hæreditarium, quamuis appellatione hæredũ veniant filij; & quamuis foeudum receptum pro ſe & filijs dicatur foeudũ ex pacto & prouidentia, & non dicatur foeudum hæreditarium: vide Thom.de Marin. tract. de foeud. di-

1463 cto tit.5. ſub num. 8. † & ſic negatur illa tacita conſequentia; quòd ſint vnum & idem, ſeu ſint eiuſdem qualitatis & naturæ, vt pro contraria parte dedudebamus ſupra num.1444.

Ad primam extenſionem; quòd foeudatarius non poſſit teſtari de foeudo pro anima; reſpondeo dupliciter: & primo, quòd illa opinio eſt admodum controuerſa, vt patet apud eoſdem Doctores, qui ſunt citati in extenſione: Secundo reſpondeo, quòd tunc militat ratio particularis; propter præiudicium domini directi, qui priuaretur ſeruitio foeudali.

Ad ſecundam extenſionem; quòd foeudatarius non poſſit foeudum vni ex filijs prælegare; reſpondeo, diſtinguendo; aut eſt foeudum nouum, de quo nos modo loquimur, & in iſto iam oſtendimus ſupra nu.1455. & 1456. contrariam ſententiam eſſe & veram, & communem, etiam ſi non eſſet hæreditarium, & à fortiori ſi ſit hæreditarium, vt dixi ſupra num. 1451. aut eſt antiquum, & in eo vide quæ ſcripſi infra num.

& de fœudo antiquo loquuntur apertè multi ex his, qui fuerunt adducti in contrarium in extenſione ſupra num. 1449. videlicet Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto quod de ipſo. ſub num. 13. verſus finem. ibi. ſed ſalua. & ſub n. 15. ibi. rurſus in fœudo antiquo. fol. 201. Zaſ. in epit. fœud. par. 8. n. 66. & 70. fol. 314. Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. ſub nu. 132. fol. 85. ex Andr. Barb. licet non omnino approbet.

1464 Ex his igitur remanet inconcuſſa concluſio communis;* quòd foeudatarius poſſit in præiudicium agnatorum, ſeu filij diſponere de fœudo nouo, conceſſo videlicet pro ſe, & hæredibus, quod æquiparatur foeudo ex pacto & prouidentia nouo quantum ad filios, vt dixi ſupra nu. 1459.

Hæc concluſio fundatur illis duabus regulis, de quibus egi ſupra num. 1452. & 1453. quas regulas amplio, & declaro, vt abſolutè intelligamus, ſi fieri poteſt, totam materiam articuli propoſiti ſupra nu. 1424. verſ. an foeudatarius.

Hæres hæreditatis regulariter non poteſt contrauenire alienationi fœudi, quam fecit is, cuius eſt hæres.

1465 Prima igitur regula eſt, quòd hæres hæreditatis non poteſt venire contra alienationem foeudi, factam à foeudatario, cuius eſt hæres per ea, quæ dixi ſupra num. 1452.

AMPLIA I. iſtam regulam, vt procedat ſiue is ſit hæres ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: item ſiue ſit hæres neceſſarius, ſiue ſuus, ſiue extraneus iuxta hæredũ diſtinctionem, de qua Inſtit. de hæred. qual. & differen. in principio: dummodo enim ſit hęres hæreditatis militat ſemper eadem ratio quouis modo ſit hæres.

1466 At hic inſurgit difficultas; an iſta regula cum ſua ampliatione habeat locum, etiam ſi eſſet hęres cum beneficio legis, & inuentarij.

Doctores quidem prima facie videntur tenere, quòd adhuc nõ poſſet venire contra factum eius, quẽ, ſuccedendo, repræſentat Alex. conſ. 19. attentis. ſub num. 13. & conſ. 28. num. 18. lib. 5. Crauet. conſ. 256. in caſu tranſmiſſo. ſub num. 3. circa medium. lib. 2. Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 5. num. 39. & 40. fol. 142. vbi ex pluribus oſtendit, hanc eſſe receptiorem * ſententiam, & paucos eſſe qui diſſentiunt.

1467 Verum, cum non deſint, qui tenuerint contrarium, ſicut patet etiã ex his, quæ refert Clar. infra citandus, ego cenſeo vna cum ipſo Clar. diſtinguendos eſſe nõnullos caſus, quorum diſtinctione poſſunt conciliari opiniones.

Primus caſus eſt, quando ſumus in foeudo merè, ſeu, vt aiunt, omnino hæreditario, de quo ſcripſi ſupra nu. 1391. 1392. & 1393. & tunc iſta ampliatio procedit ſi-
1468 ne multa difficultate, † quia de iſto foeudo iudicatur, vt de alijs rebus allodialibus, prout benè declarauit Clar. in §. foeudum. q. 42. verſ. fin. ibi. re vera. & hanc eſſe communem, * ſeu magis communem opinionem; quòd hæres, etiam legitimè facto inuentario, non poſſit reuocare, ſeu contrauenire alienationi foeudi; teſtatur Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. hæreditas q. 12. poſt num. 21. verſ. aut loquimur in foeudo merè hæreditario. & pluribus comprobat, & ſequitur Rol. à Vall. tract. de confect. inuent. par. 4. verſ. nunquid hæres. nu. 1. & pluribus ſeqq. fol. 187.

1469 Secundus eſt, quando ſumus in foeudo hæreditario pro ſe, & hæredibus, de quo nunc agimus: & in iſto ſunt opiniones, & rès eſt multum controuerſa: Pro prima parte; quòd adhuc non poſsit venire contra alienationem factam ab eo, cui ſucceſſit; vltra adductos in ampliatione teſtantur etiam Afflict. deciſ. 112. in diſtinctione, quam ponit nu. 2. & 3. & deciſ. 240. nu. 11. & Rol. à Vall. conſ. 2. num. 41. lib. 1. vbi ita ſcribunt in foeudo hæreditario etiam antiquo, ſeu paterno, in quo militat eadem ratio. & hanc eſſe communem, * & magis communem opin. teſtati ſunt Grat. & Curt. Iun. quos refert Clar. dicta q. 42. verſ. fin. & ſequutus eſt Gabr. in concluſ. lib. 6. de reg. iur. concl. 11. num. 20. & 21. & prolixè Rol. à Vall. dicto tract. de confect. inuent. par. 4. in verbo. nunquid hæres. num. 14. in fine. num. 22. & ſeqq. fol. 188. licet is loquatur confusè.

1470 Contrariam ſententiam, vti magis communiter * approbatam refert, & ſequitur ipſe Clar. vbi ſupra, quæ mihi non diſplicet: nam cum hoc foeudum hæreditarium retineat naturam foeudi ex pacto & prouidentia in hoc, quòd non poſsit alienari in extraneos, & non compræhenſos in inueſtitura, videtur, quòd hæres compræhenſus in inueſtitura, faciendo inuentariũ, reſeruet iura, ſibi competentia ex compræhenſione, quam habet, vt ſit de compræhenſis in inueſtitura; & hanc opin. contra Alex. Affl. & alios latè tuetur Rol. à Vall. ſibimet contrarius conſ. 97. nu. 49. lib. 1. hancq; vti communem, * & magis communem opinionem refert, & ſequitur Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. hæreditas. q. 12. poſt num. 21. verſ. alij vero contrarium. loquens in foeudo ex pacto & prouidentia, recepto pro ſe & ſuis liberis, vel pro hæredibus maſculis, ſeu legitimis hæredibus, pro qua contraria ſententia adduci poteſt etiam Zaſ. tract. de foeud. par. 9. ſub num. 33. fol. 316. dicens quòd inuentarium conſeruat hæredibus omnia iura: tu tamen cogita, quia nihil firmo.

1471 Tertius eſt, quando ſumus in foeudo ex pacto & prouidentia: & tunc diſtinguo: vel eſt foeudum antiquum: vel eſt nouum.

Si eſt antiquum; ampliatio redditur falſa, quia cum beneficio legis & inuentarij poteſt venire contra alienationem, & ita loquuntur Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto de non alienando. ſub num. 35. fol. 200. & Curt. Iun. eod. tract. par. 4. num. 148. fol. 86. vbi teſtatur de communi * opinione. & in iſto poteſt intelligi vt loquatur Zaſ. loco ſupra proximè citato, imò poteſt venire contra, etiam non confecto inuentario ſecundum vnam opinionem, quam refert Gabr. in concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 11. num. 19. licet poſtea referat contrariam.

1472 Si eſt nouum; res poteſt reddi dubia:

Nam, quòd poſsit contrauenire; ſuadetur primo ex illa opinione, quòd hæres cũ beneficio inuentarij poſſit reuocare alienationem foeudi hæreditarij: ſecundo, quia Clar. dicta q. 42. verſ. fin. in §. foeudum. & Rol. à Vall. dicto conſ. 97. nu. 49. lib. 1. & latius tract. de confect. inuent. par. 4. in verbo. nunquid hæres. num. 15. & ſeqq. & ſignanter ſub num. 19. fol. 188. loquuntur indiſtinctè de foeudo ex pacto & prouidentia, quòd hæres, facto inuentario, poſsit contrauenire.

1473 Contraria ſententia: quòd adhuc non poſsit contrauenire: ſuadetur ea ratione, quòd foeudum nouum ex pacto & prouidentia in aliquo non differt à fœudo nouo hæreditario iuxta ea, quæ retuli ſupra num. 1459.

Igitur illa eadem controuerſia, quã ſupra nu. 1469. & 1470. retuli in foeudo hæreditario, militat etiã in iſto.

1474 Quid dicendũ? Non recedo ab iſta vltima opinione negatiua; ſed adducor in eã hac alia ratione: aut foeudum eſt alienatum inter deſcendentes, qui dicuntur cõpræhenſi in inueſtitura, vt dixi infra nu. 1498. & 1499. & tunc fueudatarius potuit alienare etiam ſine conſenſu directi domini, vt dixi infra num. 1507. & 1532. ſicq; nec hæres, nec non hæres admittitur ad reuocandum: aut eſt alienatam inter non compræhenſos; & tunc vel cum conſenſu directi domini; & ſimiliter nemo poteſt opponere iuxta ea, quæ dixi infra num. 1507. vel ſine conſenſu; & iſto caſu hæres minus poſſet opponere, quia foeudum rediret ad dominum directum, vt dixi infra num. 1504. verſ. tertius.

1475 Quartus eſt, quando ſumus in foeudo, quod vocant mixtum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 1398. & 1406. & in iſto Doctores ſunt cõtrarij, ſicut patet ex allegatis per Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. hęreditas. q. 12. poſt nu. 21. verſ. aut loquitur in foeudo hęreditario non ſimpliciter. & refert pro vtraq; parte extare communem, * ſeu magis communem opinionem; & pro parte negatiua, quòd non poſsit cõtrauenire, plures congerit; ipſe tamen vna cum Clar. quem citat, in §. foeudum. q. 42. verſ. fin. ibi. reuera. tenet alteram opin. videlicet, quòd poſsit contrauenire; ſed eſt aduertendum, quòd doctores, per eum citati pro parte negatiua, non loquuntur de foeudo mixto, ſed de foeudo hæreditario.

At, dempta re foeudali, an & quando hæres, confecto in-

cto inuentario, poſſit venire contra factum defuncti, vide Gabr. in concl. lib.6. de reg.iur.concl. 11.limit.2. num.9. & ſeqq. vſque ad num.14.

1476 RETENTA diſtinctione iſtorum quatuor caſuum, proſequor ampliationes, inchoatas ſupra num.1465.

AMPLIA II. vt habeat locum in foeudo, quod eſt ex pacto & prouidentia, ſicut refert, & ſequitur Mich.Craſſ.tract.de ſucceſſ.§.hęreditas.q.12. poſt nu.21. verſ.& hoc tātò magis.in fine. & procedit iſta ampliatio etiam ſi ſit ex pacto & prouidentia antiquum; quia nihilominus hęres non poteſt venire contra alienationem; ita ſcribunt Curt.Iun.tract.de foeud.par.4.num. 148.fol.86. loquitur enim de foeudo antiquo, ſeu paterno ex pacto & prouidentia, vt patet ex his, quae ſcribit ibidem num.146.& ſeqq.& Iacob. de S.Georg. tract.de foeud.in verbo.& cū pacto de non alienando. num.35.in fine. dicens, quòd ſi filius habuerit aliquid de hæreditate paterna, alienatio foeudi ei præiudicaret, & loquitur ſimiliter de foeudo antiquo; ſic etiam indiſtinctè loquendo ſcribit Clar. in §.foeudum.q.42. verſ. fin. in principio. & apertius Zaſ. tract. de foeud. ✻ par.8. nu.69. fol.314.& eſt communis * opinio, & regula per ea, quę dixi ſupra nu.1452. Sed an poſſit alius proximior in gradu non hæres reuocare alienationem foeudi, ſaltem mortuo hærede, hic non tango.

1477 AMPLIA III. vt habeat locum à fortiori in foeudo hęreditario etiā ſi ſit antiquum, prout loquuntur Alex. conſ.19.nu.4.& cōſ.28.nu.18.lib.5.Affl.deciſ. 112.n.1. in fine.nu.3.& 4.cū alijs adductis per Rol.à Vall.conſ. ✻ 97.n.44.conſ.2.n.41.& ſeqq.lib.1.& de cōmuni* opin.

1478 teſtatur dicto conſ.97.nu.48.in fine.& ratio eſt, quia in rę hæreditaria non plus poteſt hæres, quā poſſet defunctus, ſi viueret, qui non poſſet venire contra factum proprium, Alex.dicto conſ.28.ſub nu.18. lib.5. & Rol.

1479 dicto conſ.2.nu.42.lib.1.† ită quia quem de euictione tenet actio eundem agentē. repellit exceptio latè Cabal.tract.de euict. §.5.nu.2. fol. 94. & in proprijs terminis Frecc. de ſubfoeud. lib. 3. de differentijs inter foeuda ex pacto & prouidētia & foeuda hæreditaria. in 2.differentia.num.1.in fine.fol.439.& quòd hæc ampliatio habeat locum etiam in foeudo hæreditario, refert, & ſequitur Mich.Craſſ.tract. de ſucceſſ.§. hæreditas.q.12.poſt nu.21. verſ.& hoc tantò magis.in fine.

1480 EXTENDE hanc ampliationem, vt procedat etiam ſi poſſet probari, quòd foeudum aliter ſpectaſſet ad ipſum hæredem; quia nihilominus, cū ſit hæres, non poteſt venire contra factum defuncti. Natt.conſ.464. nu. 21.lib.2. Et, mortuo hærede, cadit hic eadē dubitatio, an alius proximior in gradu non hæres poſſet reuocare alienationem foeudi, factam in extraneum, de qua hic nihil dicam.

1481 AMPLIA IIII. vt habeat locum à fortiori in foeudo hæreditario nouo; quia teſtator in eo habet maiorem facultatem, vt dixi ſupra num.1451. & 1455.

1482 RESTRINGE nunc ſecundam, tertiam, & quartā ampliationem, vt non habeant locum, quando filius, ſeu agnatus hæredes adiuiſſent hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia tunc ſuccedunt ea, quę dixi ſupra ſub num.1466. ibi.at hic inſurgit.

1483 AMPLIA V. à fortiori, vt procedat in fœudo omnino hæreditario: & hæc ampliatio extenditur etiam ſi hæres adiuiſſet hæreditatem cum beneficio inuentarij, vt dixi ſupra ſub nu.1467. verſ. primus.& nu.1468.

1484 AMPLIA VI. vt habeat locum in qualibet ſpecie foeudi tàm hæreditarij, quàm non hæreditarij, ſaltem non confecto inuentario, vt dixi, quia ſemper manet affixa ratio, ne hæres poſſit plus, quàm poſſet is, ex cuius perſona poteſt venire, & quem repræſentat.

1485 AMPLIA VII. vt habeat locum, etiam ſi foeudum eſſet alienatum in extraneos, & non compræhenſos in inueſtitura, quia nihilominus hæres nō poſſet reuocare alienationem, ſaltem, ſi adiuiſſet, non confecto inuentario iuxta ea, quæ declaraui ſupra ſub nu.1466.

1486 AMPLIA VIII. vt habeat locum etiam ſi foeudū eſſet alienatum ſine conſenſu directi domini, quia adhuc is, qui eſt hęres, nō poſſet reuocare alienationem: nam hæres non poteſt venire contra factum defuncti, vt ſæpè replicaui; & hæc ratio procedit etiā ſi iſte hæres ſit filius, vel agnatus proximior, ad quem ſpectaſſet foeudum, vt ex Natt.retuli ſupra num.1480. Intelige tamen cum declaratione, quam feci ſupra num.1466.& ſeqq.ad eum.& hæc circa primam regulam, poſitam ſupra num.1465.

Non hæres hæreditatis regulariter non poteſt reuocare alienationem foeudi hæreditarij.

1487 Secunda regula eſt, quòd non hęres hæreditatis non poteſt reuocare alienationem foeudi hæreditarij, vt oſtendi ſupra num.1453.

AMPLIA I. iſtam regulam vt procedat ſiue non ſit hæres, quia non ſit inſtitutus hæres, ſiue, quia, ſi ſit inſtitutus, aut ſuccedere poſſit ab inteſtato nolit eſſe hæres, hoc eſt, ſiue non ſit hæres ex defectu potentiæ, ſiue ex defectu voluntatis; adde pro abſoluta intelligentia, quæ ſcripſi infra num.1510.

1488 AMPLIA II. vt tunc præcipuè habeat locum, quādo alienatio eſt inter compræhenſos in inueſtitura; ✻ quia tunc habet locum illa vera, & communis * concluſio, quam firmaui ſupra num. 1451. quòd foeudatarius poteſt prælegare foeudum hæreditarium vni ex filijs in præiudicium aliorum, ſeu alicui ex agnatis in præiudicium aliorum agnatorum: & alij filij, ſeu agnati non hæredes non poſſunt reuocare alienationem,

1489 etiam quòd ſint in pari gradu; † imò ſecundum ea, quæ refert, & ſequitur Pariſ.conſ.3. num. 31. & ſeqq. lib.1.etiamſi ſint in proximiori gradu, quod tamen hic non firmo.

1490 EXTENDE I. hanc ampliationem, vt habeat locū non ſolum in foeudo hæreditaio nouo, ſed etiam in hæreditario antiquo: nam in nouo ſufficit qualitas noui, & in antiquo ſufficit qualitas hæreditarij.

1491 EXTENDE II. vt non procedat etiam ſi eſſet alienatum ſine conſenſu directi domini, vt tradunt Iacob. de Ardiz. in ſum.foeud. cap. 109. fol. 242. Io. Blanc. in epit. foeud. lib. 2. cap. 1. num. 77. fol. 280. Pariſ. conſ. 2. num. 36. & conſ. 106. num. 33.& 34. lib.1.& ✻ hæc eſt cōmunis,* ſententia, cuius ratio eſt, quia quando alienatur inter compræhenſos conſenſit lex, & ideo non eſt neceſſarius alius cōſenſus, Affl.deciſ.119. nu.3.Natt.conſ. 475.ſub num. 14. ibi.præterea.lib.2.& Rol. à Vall.conſ.64.num.23.lib.2.

1492 Nec obſtat, quòd Petr.de Rauen. in tr. de alienat. foeudi.§.& ſi clientulus.fol.14.& Rol.à.Vall.d. conſ. 64.num.19.& ſeqq.reſtringant hoc dictum, vt procedat, quando foeudum eſſet alienatum in eum agnatum proximiorem, ad quem immediatè ſpectaret, quia iſta reſtrictio habet locum in foeudo ex pacto & prouidentia, vt dixi infra num. & non in hæreditario, de quo nunc loquimur; fateor tamen, quòd iſta ſententia etiam in hereditario pateretur controuerſiam, & quòd propterea bonum eſſet adhibere conſenſum directi domini ad tollēdas lites, ſed quòd ſit neceſſarius Docto- ✻ res communiter * negant.

Alienatio foeudi hæreditarij facta in extraneos reuocatur à non hærede. Qui dicantur extranei. Et à quo reuocetur.

1493 LIMITA iſtam regulam, vt non procedat, quando foeudum hæreditarium alienaretur in extraneum non cōpręhenſum; quia tunc non hæredes poſſunt reuocare alienationem; vnde iſto caſu, reſtringendo illam communem ſententiam, quam firmaui ſupra nu. 1451.dico, quòd foeudatarius nō poteſt alienare foeudum hæreditarium in extraneum, non compræhenſum

1494 in inueſtitura, † quia licet foeudum hæreditarium ſit conceſſum pro hæredibus, non tamen intelligitur conceſſum pro hæredibus extraneis, quia non eſt foeudum abſolutè hæreditarium Clar.in §. foeudum. q. 9. verſ.nunc proſequēdo.Thom.de Marin.tract.de foeud. ✻ tit.5.ſub num.9.fol.140.& de communi * opin.teſtantur plures, quos refert, & ſequitur Clar.d.§. foeudum, q.83.verſ.ſed quid ſi foeudum.

1495 Sed pro abſoluta intelligentia huius limitationis decla-

declaremus, qui dicatur extranei, & non comprehensi in inuestitura non solum foeudi hæreditarij, de quo loquimur, sed etiam foeudi non hæreditarij, & cuiuslibet alterius foeudi.

Et procedendo resolutiuè, extranei seu non compræhensi dicuntur omnes, qui non sunt expresse vocati in tenore inuestituræ, vel saltem intelliguntur exclusi de natura foeudi.

1496 Declaro qui dicantur, seu intelligantur exclusi de natura foeudi: nam, qui nō sint expresse vocati cognoscetur ex inspectione inuestituræ. & pro clariori declaratione distinguo genera foeudorum: Si foeudū est merè hæreditariū, de quo dixi supra nu. 1391. & 1393. nemo est exclusus præter foeminam extraneam, quæ non est de agnatione, & præter spurium, & proinde foeudum non dicetur vnquàm alienatum in non compræhensum, nisi, quando esset alienatum in foeminam

1497 extraneam, aut in spurium: † Si foeudum est hæreditarium antiquum, vel est foeudum ex pacto & prouidētia antiquum, sunt exclusa tria genera personarum; videlicet foeminæ; non agnati; & spurij, vnde si in aliquem istorum fuerit alienatum, dicetur alienatum in extraneos, & in non compræhensos iuxta ea, quæ di-

1498 xi in pluribus locis. Si foeudum est nouum ex pacto & prouidentia; sunt exclusi omnes, præter masculos descendentes: nam transuersales repelluntur à successione huius foeudi, sicut scribit Curt. Iun. trac. de foeud. par. 1. q. 8. cap. 9. sub num. 7. ibi. primus effectus. fol. 48. & post eum Thom. de Marin. eod. tract. tit. 3. num. 10. fol. 135. & num. 21. fol. 137. & Clar. in §. foeudum. q. 83. & q. 9. vers. sed quid dicendum. & vers. & in

1499 hoc. † Si foeudum est nouū hæreditarium, cōcludo idē quod in præcedenti, videlicet intelligi exclusos omnes præter filios, & descendentes, quia appellatione hæredis in concessione foeudi intelligitur filius, & non collateralis: quare frater, seu alius agnatus non succederet, testibus Gozad. cons. 26. num. 5. vers. quarto adduco. & Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 12. sub num. 10. fol. 152. quāuis secus sit de iure Regni, quia frater hæres succederet in foeudo nouo recepto pro se, & hæredibus, sicut refert, & sequitur Thom. de Marin. d. tit. 12. sub num. 3. & seqq. & sub num. 10. ibi. contrarium tanquàm.

1500 EXTENDE modo istam limitationem, vt, si fuerit alienatum sine consensu directi domini, limitatio sit perpetuò vera non solum in foeudo hæreditario, de quo loquimur, sed etiam in foeudo non hæreditario, vt modo, summariè singula percurrendo, declarabo sequentibus casibus.

1501 Primus igitur sit casus in foeudo omnino hæreditario, quia si fuerit alienatum in spurium, seu in foeminam non agnatam, dominus directus, qui non est hæres reuocabit alienationem.

1502 Secundus in foeudo antiquo, siue sit hæreditarium, siue sit ex pacto & prouidentia; quia si fuerit alienatum in non agnatum, seu in spurium, aut in foeminam; agnatus proximior, qui non est hæres hæreditatis, sed solum sanguinis reuocabit alienationem, vt sub cōmuni * distinctione tradunt Curt. Iun. tract. de foeud. par. 5. num. 11. in quarta principali conclusione. fol. 89 Clar. in §. foeudū. q. 66. vers. sed qui si vasallus. & Rol. à Vall. cons. 64. sub num. 28. lib. 2. & cons. 57. num. 61 lib. 3. & de communi, * & veriori opininione testatur Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 2. de foeudo ex pacto & prouidentia. num. 86. vers. contraria. & sub nu. 87. vers. & tenendo. fol. 124. & sic fuit bis resolutum in Rota Romana, vt referunt primo Mohed. decis. 2. alias

1503 277. de foeud. & secundo Put. decis. 179. lib. 2. † quare illa quæstio, an volens consequi foeudum hæreditariū debeat esse hæres primi acquirentis, & vltimi morientis, in qua Doctores multum insudarunt, & Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 5. num. 34. dixit magis communem, & veriorem opinionem esse, quòd debeat esse hæres tàm primi acquirentis, quàm vltimi morientis, repræhendendo Brunum in cons. 18. quem Brunum sequutus est Mohed. vbi supra, vnico verbo foedere distinctionis potest dirimi: nam opinio, quam sequitur Marin. procedit, quando hæres institutus esset capax, & de compræhensis, sicut non institutus: tunc enim institutus præferretur; quia est hæres vtriusquè: contraria verò opinio procedit; quando hæres institutus esset incapax, & de non compræhensis; & non institutus esset de compræhensis; quia satis esset, quòd non institutus esset hæres sanguinis primi acquirentis: vel dico sic; quando non conpræhensus est institutus hæres, admittitur compræhensus, qui sit saltem hæres sanguinis; adde pro absoluta intelligentia quæ dixi infra num. . . . .

1504 Tertius casus sit in foeudo nouo ex pacto & prouidentia, quod si fuerit alienatum in nō compræhensum, videlicet in extraneū, seu collateralem; dominus directus reuocabit alienationem, & nō filius, aut alius descendens, nec vllus alius agnatus Curt. Iun. tract. de foeud. par. 5. num. 11. in quarta principali conclusione. fol. 89. Clar. §. foeudū. q. 66. vers. sed quid si vasallus. & Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 3. num. 21. fol. 137. quorum duo primi testantur, quòd est communis * opinio, & vltimus testatur, quòd est vera.

1505 EXTENDE hanc resolutionem tertij casus, vt habeat locum etiam in foeudo hæreditario nouo: quia nō hæres non potest succedere, & consequēter nec reuocare alienationem; quia non potest prętendere foeudum, nisi ex beneficio eius, cui, si succederet, nō posset contrauenire, quia est hæres. & non succedendo ca-

1506 ret qualitate foeudi; † & ratio quare isto casu foeudum redeat ad dominum, & non ad filios, nequè ad agnatos, est, quia factum primi acquirentis nocet suis successoribus, & sic filijs, & descendentibus, vt tradit Marin. loco citato, & agnati transuersales reputantur extranei, vt dixi supra num. 1499. sicut etiam reputantur extranei in fideicommisso conditionali omnes, qui non sunt descendentes testatoris, quamuis sint ei sanguine coniuncti, sicut dixi supra num. 1228.

Ex his singulis casibus, confirmando limitationem, positam supra num. 1193. apparet, quòd quandoquè dominus directus, & quandoquè agnatus non hæres admittitur ad reuocandam alienationem foeudi hæreditarij.

Alienatio foeudi, facta cum consensu domini directi, an reuocetur, & à quo.

1507 Vidimus quando est alienatum sine consensu domini directi; at quid dicimus, si fuerit alienatum cum consensu directi domini; nūquid alienatio, facta in extraneos, reuocabitur ab agnatis, in quorum pręiudicium fuit facta.

Resp. distinguendo duo genera foeudorum.

Primum est foeudum hæreditarium; de quo hic agimus.

Secundum est foeudum non hæreditarium.

Capio primum: videlicet hæreditarium: & in eo cōsidero tres species foeudi hæreditarij.

Prima species est, quando foeudum est hæreditariū.

Secunda est, quando foeudum est hæreditarium nouum: Et in vtraquè concludo, quòd foeudum alienatum cum consensu directi domini non reuocatur nec per agnatum hæredem, quia est hæres, qui non potest venire contra factum defuncti, nec per agnatum non hæredem, quia non est hæres, sicquè limitatio, de qua supra num. 1493. non procedit, sed remanet firma vtraquè regula: Et procedit ista conclusio etiamsi esset facta alienatio in inhabilē, & incapacem, dummodo dominus directus, qui consensit habuerit liberam facultatem, & certam scientiam, quia alienatio tenebit, & à nemine reuocabitur siue sit facta in vltima voluntate, siue inter viuos.

1508 Tertia species est, quando foeudum est hæreditariū antiquum: Et in ista denuo limitarē regulam, quia, extantibus agnatis, crederem, quòd si foeudatarius alienaret in extraneum etiam cum consensu domini directi, agnati non hæredes possent reuocare alienationem: & ratio est, quia in foeudo hæreditario nouo dicimus, quòd filij, seu alij descendentes recognoscunt illud solum à patre: sed in foeudo hæreditario antiquo dicimus, quòd filij, alijquè descendentes, & etiam transuersales recognoscunt illud à maioribus, sicquè retinet aliquid de natura foeudi ex pacto & prouidentia, vt dixi

vt dixi ſupra num.1470.& ideo non ita facile in iſto, ſicut in nouo conceditur alienatio.

1509 Capio ſecundam ſpeciem, videlicet non hæreditarium, quod ſecundum communem * vocatur ex pacto, & prouidentia: & in iſto vide, quæ ſcripſi infra nu. 1533.1535. & ſeqq. ad eum, & 1544.

Hæres inſtitutus an poſſit repudiare hæreditatem in allodialibus & acceptare foeudum hæreditarium.

1510 Retenta ampliatione, poſita ſupra ſub num. 1487. in qua dicebamus, quòd non tantum is, qui non eſt hæres, ſed etiam is, qui nō vult eſſe hæres non poteſt reuocare alienationem foeudi hæreditarij.

Retenta etiam limitatione, poſita ſupra num. 1493. in qua dicebamus, quòd agnatus non hæres poteſt reuocare alienationem foeudi factam ſine conſenſu domini directi in perſonam extraneam.

Difficultas nunc oritur; an is, qui eſt inſtitutus hæres, ſed non vult eſſe hæres, poſſit conſequi foeudum hæreditarium, non alienatum, & repudiare hæreditatem in allodialibus.

Et certè inhærendo limitationi, de qua dixi ſupra d.nu.1493. videtur dicendum indiſtinctè, quòd poſſit, quia in effectu ita dicitur non hæres is, qui non eſt hæres, ſicut is, qui non vult eſſe hæres.

Sed non eſt ita, quia eſt diſtinguendum inter foeudum omnino hæreditarium, & foeudum hæreditarium.

In foeudo omnino hæreditario concludo, quòd inſtitutus hæres nō poteſt retinere foeudum, & repudiare hæreditatem in allodialibus Clar. in §. foeudum. q. 76. & hoc eſt expeditum.

1511 In foeudo hæreditario conſidero duos caſus.

Primus eſt, quando hæres inſtitutus eſt filius, ſeu ex deſcendentibus.

Secundus eſt, quando eſt alius agnatus non ex deſcendentibus ipſius teſtatoris, ſed eſt collateralis.

In primo caſu crederem, quòd filius non poſſet vnū acceptare, & alterum repudiare: quia hæc eſt natura foeudi hæreditarij, vt vtrumquè vel acceptetur, vel repudietur, vt tradunt Zaſ. in epit. foeud. par. 8. num. 9. fol. 312. Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 5. num. 36. fol. 142. & Myſing. cent. 3. obſeru. 67. num. 3. & hæc eſt concluſio communis, quæ procedit tàm in foeudo nouo, quàm in antiquo, vt teſtatur Zaſ. loco citato. & cōfirmatur hæc communis concluſio ex his, quæ dixi infra num. 1516. multas tamen limitationes congerit Zaſ. d. par. 8. num. 15. & ſeqq. fol. 312. quas poteris in eo videre.

1512 In ſecundo res videtur controuerſa; nam Rol. à Val. conſ. 2. ſub nu. 177. verſ. non obſtat vltimum. lib. 1. refert, & ſequitur, quòd agnati poſſunt, repudiata hæreditate, foeudum hæreditarium retinere; pro qua opinione facit, quia, vt dixi ſupra num. 1503. & 1508. ſufficit, quòd ſit hæres ſanguinis primi acquirentis, & videtur participare de natura fœudi ex pacto & prouidentia, vt dixi ſupra d. num. 1508. in fine.

1513 Contrariam ſententiam tenet Zaſ. in epit. fœud. par. 8. num. 27. fol. 312. tu cogita.

1514 Sed quid dicendum in fœudo non hæreditario?

Reſp. diſtinguendo.

Si fœudum eſt nouum, ceſſat difficultas, quia agnati excluduntur, vt dixi ſupra num. 1498. & 1499. & filius, vt dixi infra cogitur vel acceptare vtrumquè, vel vtrumquè repudiare, ſiuè ſit foeudum nouum, ſiue antiquum.

1515 Si fœudum eſt antiquum: concludo quòd in eo firmatur regula in contrarium; videlicet, quòd non hæres poſſit repudiare hæreditatem & retinere foeudum; quia non conceditur ſub qualitate hæreditaria: quare agnati poſſunt liberè repudiare hæreditatem, & retinere foeudum cap. 1. tit. an agnatus vel filius defuncti. Iacob. de Ardiz. in ſumm. foeud. in 3. par. primæ par. princip. cap. 137. verſ. itē quæritur. ibi. ſi verò eſt agnatus. fol. 250. col. 4. & latè Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 1. ſub num. 25. ibi. ſed pro nunc. fol. 115.

1516 FALLIT hæc regula in filio, ſeu alio deſcendente, quia non poteſt repudiare hæreditatem, & retinere foeudum, teſtibus iiſdem Iacob. de Ardiz. d. verſ. item quæritur. & Thom. de Marin. d. tit. 1. num. 30. & ſeqq fol. 115. vbi ſub num. 31. teſtatur, quòd hæc opinio eſt vera, & practicabilis, ſed Zaſ. in epit. fœud. par. 8. nu. 11. & Myſing. cent. 3. obſer. 67. tenent contrariam. &, quòd hæc contraria ſit communis, * teſtatur idem Myſing. cent. 4. obſeru. 2. num. 1. Ego tamen non recedo à fallentia, à qua non diſſonant ea, quæ ex communi omnium recepta ſententia ſcribit Clar. in §. foeudum. q. 76.

Et hæc ſatis de foeudo nouo hæreditario iuxta primam ſpeciem, quam poſui ſupra ſub num. 1433. verſ. prima ſpecies.

1517 IN SECVNDA ſpecie, poſita ſub nu. 1434. videlicet in foeudo paterno ſeu antiquo collige reſolutionē ex his, quæ ſcripſi ſupra nu. 1449. 1463. verſus finē & infra n. 1533. & ſeq. ad eū; nec reaſſumo, qa, vt ait Cic. 1. reth. ſępè res minus eſt intellecta lōgitudine magis, quàm obſcuritate narrationis. Et hæc ſatis de primo genere: quando foeudum eſt conceſſum pro ſe & hæredibus, ſeu ſub alia formula, vt propoſui ſupra ſub n. 1425. verſ. in 2.

Foeudatarius an poſſit diſponere de foeudo omnino hæreditario in præiudicium agnatorum.

GENVS II.

Retenta diſputatione articuli, poſiti ſupra ſub num. 1424. & retento ordine diſputandi illum, poſito ſupra ſub num. 1425.

1518 Transeo nunc ad ſecundum genus foeudi, quod dicitur omnino hæreditarium: & proſequendo eundem articulum, quæro, an foeudatarius poſſit diſponere de eo in præiudicium agnatorum.

Et reſolutiuè procedendo.

Si foeudum eſt conceſſum pro hæredibus quibuſcunquè, de quo foeudo ſcripſi ſupra num. 1391. tunc illa concluſio, quòd foeudatarius poſſit diſponere de foeudo hæreditario, ampliatur in hoc foeudo, vt procedat etiam ſi diſponeret in hæredes extraneos.

1519 Nec obſtat, quòd Bal. in l. cum virum. num. 21. C. de fideicom. videatur titubando ſentire, quòd illa vniuerſalis; *quibuſcunque* reſtringatur ad habiles, prout & apertè tenuit in cap. 1. §. donare. num. 4. tit. qualiter foeudū alienari poſſit. quem refert, & ſequitur Dec. conſ. 171. in cauſa venerabilium. num. 5. in fine. & num 6. & conſ. 193. ſub num. 5. ibi. & ad hoc benè facit. & refert etiam Rol. à Vall. conſ. 3. deuenio modo. nu. 15. qui tamen aliter firmat num. 67. lib. 1. & hanc ſententiam probat Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & quibuſcunquè hæredibus. num. 1. in fine, & ſeqq. fol. 188. eandemquè ſententiam ſequuti ſunt alij, relati à Becc. conſ. 28. num. 1. lib. 1. & vt communem * refert, & ſequi videtur Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 21. num. 1. in fine. fol. 162. & licet Additionator ad Alex. conſ. 30. ſub num 11. in litera b. lib. 1. teſtetur, ſe in hac controuerſia nō poſſe diſcernere quæ ſit magis communis opinio, referendo hinc inde Doctores, & re vera articulus habeat ab vtraquè parte numeroſam claſſem, vt oſtendit Garz. tract. de foemin. recipin. vel non ad foeud. in 2. reſtrictione. fol. 169.

1520 Quia reſp. quòd opinio communis * eſt in contrarium, nimirum, quòd poſſit diſponere etiam in extraneos, & inhabiles de iure foeudorum, vt latè referunt, & ſequuntur Curt. Iun. tract. de foeud. par. 3. num. 62. & 63. fol. 71. Crauet. con. 256. in caſu tranſmiſſo. ſub num. 8. verſ. hic tamen. lib. 2. Rol. à Vall. conſ. 79. num. 29. lib. 2. Clar. in §. foeudum. q. 9. verſ. hoc præmiſſo, & q. 40. verſ. ſed quia. Phanut. tract. de inuent. par. 6. num. 37. & 38. fol. 296. Rol. à Vall. tract. de confect. inuent. in verbo. nunquid hęres. num. 3. & ſeqq. & num. 11. fol. 187.

187.& Becc.qui alios allegat,conſ.87.quum foeudum. num.9.lib.1.dicens,quòd tranſit ad quoſcunquè hæredes etiam extraneos.hancquè ſententiam videtur, vt indubitatam,ſequutus Farin.in qq.crim.q.25.num.73. non facta mentione de contrarietate opinionum, aut quòd iſta ſit communis. imò Rol. à Vall. vbi ſupra arbitratur,quòd foeudatarius poſſit vendere, donare, & alio quolibet titulo transferre,ac ſi eſſent bona allodialia,quod tamen pro nunc non firmo.&,quòd hæc communis opinio ſeruetur in practica,teſtatur Clar.d.q.9. verſ.hoc promiſſo.& quòd ab iſta in practica nõ ſit recedendum,teſtatur Mich.Craſſ.tract. de ſucceſſ. §.hæreditas q.11.num.11.in fine.Et quòd dictio,*quibuſcunquè*, adiecta hæredibus,faciat,vt veniãt etiam hæredes extranei,tenet paſſim Rota Romana, vt teſtatur Rot. diuerſ.deciſ.368.ſub num.5.par.1.& ego,ſi caſus contingeret, non iudicarem aliter.

1521 EXTENDE I. illam dictionem vniuerſalẽ; *quibuſcunquè*;vt compræhendat non ſolum illa tria genera hæredum,quæ retuli ſupra ſub num.1465.ſed etiam legatarium,quia poteſt quodammodo vocari hæres Bal. in cap.1.imperialem.nu.19. de prohib. foeud. alienat. per Feder.& Rol.à Vall.d.verbo.nunquid hæres.num. 3.& 4.fol.187.& conſ.79.nu.23.lib.2.Tiraq.de vtroq. retrac.§.1.gl.7.num.21.& Becc.conſ.28.quamuis. nu. 14. lib. 1.

1522 DECLARA, vt dum dixi ſupra,poſſe alienari etiam in inhabiles, intelligitur de inhabilibus ex iure foeudorum,ad excludendos inhabiles de iure communi: vnde poterit alienari in foeminam,vt ſcribit Pariſ.cõſ. 71.num.54.lib.3.& de magis communi * opinione teſtatur Garzon.tract.de foemin. ad foeud.recipien.vel nõ recipien.in 2.reſtrictione.ibi.ſecundo reſtringitur. fol. 169. quia eſt ſolum inhabilis de iure foeudorum; ſed non poteſt alienari in ſpurium, quia eſt inhabilis etiam de iure communi reſpectu ſucceſſionis paternę Crauet.conſ.256.in caſu tranſmiſſo.ſub nu.4. ibi. non tamen operatur talis clauſula.lib.2.

1523 SVBDECLARA iſtam communẽ opin.de admittenda foemina ad ſucceſſionem foeudi;vt procedat in foemina agnata,& in filijs maſculis foeminæ, ſed non in foemina extranea,aut.in vxore Becc.d.cõſ.28. quãuis.ſub num.12.verſ.verum.& num.13.14.15.& 16.& ratio eſt, vt per eundem,quia in agnata,& in filijs maſculis non agnatæ coucurrit ſolum vna improprietas, ſed in extranea concurrunt duæ improprietates: quia eſt foemina, & eſt extranea.hanc eandem declarationem ſequitur Garzon.vbi ſupra fol.169.col.4.ibi.ego in conſcientia.

Alias intelligentias, ſeu declarationes vide apud eundem Garzon.d.tract.hic pluribus non inſiſto.

1524 EXTENDE II. vt talis alienatio poſſit fieri etiam ſine conſenſu domini directi cap.1.tit.de foeud.non haben. propr.nat. foeu.ſicut notant Thom. de Marin. tract.de foeud.tit.30.ſub num.4.verſ.tale.fol.162.Clar. in §.foeudũ.q.41. paulò ante finẽ. ibi.tu vero. & q.83. Farinac.in qq.crim.lib. 1.q.25.n. 73.& eſt communis, quæ probatur duplici argumento.

1525 Primo probatur,quia ſi foeudũ ſit alicui conceſſum pro ſe,& quibus dederit,ſeu cum poteſtate,quòd poſſit de eo facere quicquid velit,foeudatarius poteſt de eo diſponere etiam in hæredes extraneos,& ſine conſenſu domini directi,vt ſcribunt Gozad.conſ.4. num. 8.Crauet.conſ.256.in caſu tranſmiſſo.ſub num. 4. circa medium lib.2.Zaſ.tract.de foeud.part.vlt.num. 29. fol.323.& Thom.de Marin.tract.de foeud.tit.31.num. 2.& 9. fol. 162. & eſt communis * opinio, de qua teſtantur Dec.conſ.193.ſub num.5.ibi.non obſtat. Rol. à Vall.conſ.42.num.16.lib.1.conſ.79.ſub num.30. verſ. non obſtat.& num.31.& ſeqq.lib. 2. vbi loquitur de iſto foeudo,conceſſo pro ſe,& hæredibus quibuſcunquè.& tract.de inuent.in verbo.nunquid hæres. num. 12.& 13.fol.187. At iſta verba (& quibus dederit) idẽ important,quod important illa(hæredibus quibuſcunquè) vt conſiderant præcitati Doctores & oſtendi in terminis infra nu.1527.& 1528.

1526 Secundo probatur,quia quando foeudum alienatur in compræhenſos in inueſtitura,conſenſus directi domini eſt bonus,ſed non neceſſarius iuxta ea, quæ dixi ſupra num.1491.& ſub num.1492.ſed hoc foeudũ alienatur in compræhenſos ex tenore inueſtituræ.Igitur conſenſus non eſt neceſſarius. Et hæc de iſta prima forma conceſſionis.

1527 Si eſt conceſſum pro ſe, hæredibus, & cui dederit,vt dixi ſupra num.1393.tunc à fortiori firmo ea omnia, quæ firmaui in precedenti omnino hæreditario;

1528 ✝ quia illa verba (quibuſcunquè hæredibus) æquiparantur clauſulæ (& cui dederit) vt tradunt Pariſ. conſ.23.num.169.lib.1.Rol.à Vall.conſ.55.num.34.& 35.lib.3.& in tract.de inuent. in verbo. nunquid hæres.num.7.fol.187.Thom.de Marin.tract.de foeud.tit. 31.num.8. fol. 162. & communiter * omnes;prout de communi teſtatur etiam Rol. à Vall.conſ.79.num.20.

1529 lib.2. ✝ Imò, quia hæc clauſula (& cui dederit) eſt maioris importantiæ, quia importat facultatem alienandi ſine qualitate hereditaria, vt ex communi * refert, & ſequitur Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. hæreditas.q.11.num.12.dicens, quòd hæc verba compræhendunt non modo hæredes extraneos,ſed etiam ſucceſſores ſingulares, dico vna cum Rol. à Vall.d. conſ. 79.ſub num.21.lib.2.& tract.de confect.inuent.in verbo.nunquid hæres. num.11.fol.187.quòd foeudatarius poterit illud foeudum vendere,donare,permutare,dare in dotẽ,& aliter alienare tàm per viam vltimæ voluntatis,quàm inter viuos. & in propria facti ſpecie, quòd de de eo poſſit diſponi etiam in extraneos, teſtantur Iacob.de S.Georg. tract.de foeud.in verbo. & quibuſcunquè heredibus. num. 3. fol. 188. Clar. in §. foeudum.q.83. Natt.conſ. 159. num. 12. lib. 1. Rol. à Vall.conſ.55. num.33.& 36.lib.3.vbi de communi. * Et quòd poſſit alienari etiam ſine conſenſu directi domini, teſtantur Dec.& Thom.de Marin.quos citaui ſupra num. 1525. & de communi * teſtantur Clar.in §. foeudum.q.31.verſ.vlterius quero.& Rol.à Vall.conſ. 79.num.25.lib. 2.Et,quòd ab hac communi opinione nõ ſit recedendum in practica,teſtatur Curt.Iun.tract. de foeud.par.4.ſub n.141.fol.86.

1530 ✝ Et,quòd ſuccedant etiam extranei hæredes ab inteſtato, videto eundem

1531 Curt.d.tract.de foeud. par. 3. in fine fol.71. ✝ Et hæc habent locum etiam in foeudo,conceſſo pro ſe,& cui dederit,de quo dixi ſupra num.1405. & 1525. & in quauis ſpecie foeudi omnino hæreditarij. Et hæc de ſecundo genere.

Foeudatarius an poſſit diſponere de foeudo mixto.

GENVS III.

1532 Tranſeo ad tertium genus,quando foeudum eſt mixtum, de quo dixi ſupra num. 1398. & 1406. Et in iſto habemus aliquam difficultatem: nam Clar. in §. foeudum.q.42.verſ.ſed quia.& in q.40. verſ.ſed quia. non tamen ita clarè, diſtinguit inter foeudum nouum,& foeudum antiquum;& concludit, quòd, ſi eſt nouum,foeudatarius poteſt alienare in caſibus de iure permiſſis, videlicet, quando interuenit conſenſus domini directi, vel quando daret in dotem: &, ſi eſt antiquum,concludit,quòd non poteſt alienare in præiudicium agnatorum,quia eorum proximior admitteretur ad reuocationem alienationis;& hàc diſtinctionem eo ſuſtinet fundamento, quòd aſſumit pro eodem foeudum mixtum, & foeudum ex pacto & prouidentia,in quo procedit relata diſtinctio; quod fundamentum ſi eſſet verum,poſſes ſupplere,quæ dixi de foeudo ex pacto & prouidentia ſupra num.1471.1472. & ſub nu.1476.& nu.1482.& infra nu. . . & haberes copioſiorem reſolutionem.

Verum ego dubito de iſto fundamẽto, aſſumpto per Clar.quia,ſi eſt mixtum,non deberet participare naturã vnius tantum ſimplicis,& fruſtra vocaretur mixtum, cum nulla extaret differentia realis inter mixtum,& inter illud, quod eſt ex pacto & prouidentia: quare relinquo cogitandum.Et hæc de tertio genere.

Foen-

Foeudatarius an poſſit diſponere de foeudo ex pacto & prouidentia in præiudicium agnatorum.

GENVS IIII.

1533 Tranſeo poſtremo ad quartum genus fœudi, quod dicitur ex pacto & prouidentia, quodquè à nobis ſupra num. 1413. facilioris doctrinæ gratia appellatum eſt hæreditarium improprium: & in iſto reaſſumo pro clariori reſolutione illam diſtinctionem: aut agnatus proximior eſt hæres: aut non eſt heres.

Si eſt hæres; concludo, quòd alienatio tenuit, & tenet in ſui, & ſuorum hæredum præiudicium, quia, cum ſit heres, non poteſt venire contra factum defuncti iuxta ea, quæ in iſtis eiſdem terminis ſcripſi ſupra ſub nu. 1476. cadit tamen hic illa eadem dubitatio, de qua dixi d. num. 1476. in fine. an hæc alienatio teneat etiam in præiudicium aliorum agnatorum [qui non ſint hæredes] poſt mortem agnati hæredis.

1534 LIMITA hanc concluſionem, vt non ſit vera in foeudo antiquo, & quando agnatus hæres adiuiſſet hereditatem cum beneficio inuentarij, quia poſſet reuo-
1535 care alienationem foeudi, vt dixi ſupra num. 1471. † & arbitor, quòd hæc limitatio procedat etiam ſi alienatio eſſet facta cum conſéſu directi domini, inter non extraneos per ea, quæ dixi. . . num. . . .

1536 NOTA hic quòd ſi foeudum nouum alienaretur in extraneos ſine conſenſu directi domini poſſet directus dominus reuocare alienationem, vt dixi ſupra nu. 1504. quamuis hæres non poſſit contrauenire, etiam ſi eſſet heres cum beneficio legis & inuentarij.

1537 Si non eſt hæres; rurſus diſtinguo: aut foeudum eſt antiquum ſeu paternum: aut eſt nouum.

Si eſt fœudum antiquum, ſeu paternum; articulus fuit ſatis ſuperquè diſputatus: nam pro vna parte conſuluit Collegium Mediolanenſe; & pro altera parte Collegium Bononienſe, quorum argumenta hinc inde ordinatè refert Curt. Iun. tract. de fœud. par. 4. nu. 146 ibi. tertia igitur. fol. 86 ſed, omiſſa diſputatione, verior opinio ſecundum Mar. Laud. in cap. 1. §. titius. ad finem tit. ſi de foeudo defuncti contentio ſit &c. & Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto de non alienando. ſub num. 32. fol. 199. eſt, quòd non potuerit alienare in præiudiciū agnatorum; quam opinionem ✻ vti communem * referunt, & ſequuntur Curt. Iun. d. nu. 146. in fine. & Thom. de Marin. eod. tract. de foeud. tit. 2. ſub num. 47. verſ. pro contraria. & num. 48. fol. 121. & cum hac opinione cōcordant quæ ſcribunt Mar. de Sil. tract. de foeud. num. 101. fol. 5. Petr. de Bellaper. eod. tract. tit. 8. num. 25. fol. 4. Iaſ. in l. in emphyteoticarijs. ſub num. 213. C. de iur. emph. Clar. in §. foeudum. q. 42. verſ. ſed. quia. & Becc. conſ. 56. in cauſa. nu. 3. lib. 1. & ſatis probatur hæc opinio ex cap. 1. de ſucceſſ. fœud. lib. 1. & hæc ſit concluſio, quæ euidentiſſimè confirmatur ex ſequentibus ampliationibus.

1538 AMPLIA I. hanc receptiſſimam concluſionem, vt procedat etiam ſi foeudatarius alienaſſet in agnatum remotiorem cum conſenſu aliquorum agnatorū proximiorum; quia nihilominus agnati, qui non conſeſiſſent, poſſent reuocare alienationem foeudi antiqui, ſeu paterni; Petr. de Rauen. de foeud. tit. 39. per illum textum. fol. 33. Zaſ. in epit. foeud. par. 9. nu. 30. fol. 316. Iacob. de S. Georg. d. verbo. & cum pacto de non alienando. ſub num. 32. fol. 199. & in his terminis loquitur Curt. Iun. d. par. 4. num. 146. qui teſtantur de commu- ✻ ni. * † quare ſtatim atquè fœudum fuerit apertum
1539 agnatis, qui non conſenſerunt, poterunt ij alienationem reuocare, vt dicit Petr. de Rauen. vbi ſupra.

1540 AMPLIA II. vt à fortiori habeat locum, quando alienatio eſſet facta in remotiorem agnatum ſine conſenſu proximioris, & multò magis quando eſſet facta in extraneum Becc. d. conſ. 56. in cauſa. num. 5. lib. 1. latè Thom. de Marin. tract. de fœud. tit. 2. ſub num. 47. verſ. pro contraria. fol. 121. vbi ex alijs, quos refert, & ✻ ſequitur, ponit eſſe commu. * opin. omniū Doctorum.

1541 AMPLIA III. vt nec pater potuerit de hoc fœudo facere primogenituram, ſeu aliter vni ex filijs facere maiorē partem, quàm alijs cap. 1. de ſucceſſ. foeud & ibi Iſern. Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto quòd de ipſo. num. 2. 13. & 14. fol. 200. & 201. Zaſ. in epit. foeud. par. 8. nu. 66. fol. 314. latè Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. nu. 131. & ſeq. fol. 84. Franc. Sonsb. eod. tract. par. 13. num. 161. & ſeq. fol. 158. latè etiam Pariſ. conſ. 10. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. Clar. in §. foeudum. q. 40. verſ. ſecundo infertur. & verſ. ſeq. Becc. d. conſ. 56. in cauſa. num. 4. lib. 1. & bene faciunt quæ tradunt idē Pariſ. conſ. 3. n. 1. lib. 1. & Rol. à Vall. conſ. 79. num. 1. & ſeqq. lib. 2. &, quòd ita fuerit reſponſum per totum Conſil. Neap. refert Affl. deciſ. 119. num. 2.

1542 Nec obſtat, quòd Paul. de Caſtr. conſ. 179. in cauſa quam magnificus. lib. 1. conſuluerit in contrarium, dicens patrem poſſe inſtituere primogenitum. Quia re- ✻ ſpondeo, communem, * de qua teſtantur precitati Doctores, eſſe in contrariū, & ad Paul. de Caſtr. luculenter reſpondent Iacob. de S. Georg. d. nu. 13. & Franc. Sonsb. vbi ſupra nu. 162.

1543 RESTRINGE hanc tertiam ampliationem, vt non procedat in loco, vbi viueretur more Francorum, ſeu extaret conſuetudo, vt primogenitus ſuccedat in foeudalibus, quia tunc pater poſſet foeudum prælegare primogenito iuxta ea, quę ſcribunt Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. & cum pacto quòd de ipſo. n. 15. in fine. & num. 16. fol. 201. & Affl. deciſ. 119. num. 3. & in his terminis benè conſuluiſſe dicimus Paul. de Caſtr. d. conſ. 179. in cauſa quam magnificus. nu. 2. ibi. ſed in contrarium. & nu. 3. lib. 1. quem præcedenti ampl. in alij terminis reprobauimus.

1544 AMPLIA IIII. vt procedat etiam ſi accederet cōſenſus directi domini, quia ordinatio teſtaméti contra naturam foeudi, ſeu tenorem inueſtituræ non tenet in præiudicium agnatorum Petr. de Rauen. de foeud. tit. 39. per illum textum fol. 33. Rol. à Vall. conſ. 79. num. 2. in fine. lib. 2. de communi * teſtantur Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 2. ſub num. 47. verſ. pro cōtraria. fol. 121. & Clar. in §. foeudum. q 41. verſ. & hæc quidem. qui alios allegat. & in his terminis loquuntur Curt. Iun. tract. de foeud. par. 8. nu. 146. fol. 86. & Franc. Sonsb. eod. tract. par. 13. num. 161. fol. 158. qui loquitur etiam ſi conſenſiſſet Imperator. & hanc eſſe commu- ✻ nem * ſententiam videtur ſenſiſſe Rota vt refert Put. deciſ. 66. nu. 6. lib. 1. & faciunt, quę ſcripſi lib. præced. cap. 53. ſub num. 32.

1545 AMPLIA V. vt procedat etiam ſi foeudatarius diſpoſuiſſet pro anima, ſeu ad fauorem eccleſiæ, quia agnati adhuc poſſent reuocare alienationem, vt dixi ſupra num. 1446.

LIMITATIONES ad iſtam concluſionem firmatā ſupra ſub num. 1537. ponit Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 2. num. 57. fol. 122. quas poteris videre.

1546 Si eſt foeudum nouum; facio concluſionem in contrarium; quòd poſſit alienare, vt latè oſtendi ſupra nu. 1455. & quòd nec hæredes, nec non hæredes ſint admittendi ad reuocandam alienationem.

1547 RESTRINGE iſtam concluſionem, vt non procedat, ſi alienauerit in extraneum ſine conſenſu directi domini, quia tunc alienatio reuocaretur ab ipſo domino directo, qui non eſt heres, licet teneret in præiudicium agnatorum, vt dixi ſupra num. 1504. quòd ſi alienatio ſit facta cum conſenſu directi domini, tenet etiam ſit eſſet facta in extraneum, vt ſcribit Clar. in §. foeudum. q. 40. verſus finem.

1548 Sed difficultas eſt, quādo alienaret in vnum ex filijs, ſeu alium deſcendentem ſine conſenſu directi domini, an alienatio teneat in præiudicium alterius filij.

Reſp. Videtur dicendum, quòd ſic, quia quando foeudum alienatur inter non extraneos, conſenſus domini directi eſt quidem bonus, ſed non neceſſarius iuxta ea, quæ dixi ſupra nu. 1491. & 1492.

1549 Contraria ſententia videtur probari ex his, quæ ſcribunt Martin. de Silim. de foeud. num. 101. fol. 5. Iaſ. in l. in emphyteoticarijs. nu. 214. C. de iur. emphyt. Clar. in §. foeudum. q. 40. verſus finem. q. 41. verſ. & hæc quidem. qui ſcribunt, quòd foeudatarius poteſt relinquere foeudum nouum cum conſenſu domini directi vni ex filijs, & ſic iſti videntur ſentire, quòd requiratur conſenſus: ego tamen non recederem à priori ſententia, quia

quia isti non loquuntur in puncto.
Ex his habes plenè resolutam controuersiam,quam
proposui supra num.1424. an foeudatarius possit alie-
nare, & disponere de foeudo in præiudicium domi-
ni directi, & agnatorum.
1550 Pro cõplemẽto totius resolutionis nota obiter,quòd
agnatus,qui admitteretur ad reuocandã alienationem
foeudi alienati cum consensu directi domini, si illam
reuocat post mortem alienantis;reuocat nullo restitu
to pretio Zas. tract.de foeud.par.9. nu. 39.fol. 316.se-
cus si reuocat ante mortem alienantis,quia tenetur re-
stituere pretium,quod accepisset alienator, vt ex eod.
Zas.ibidem. retuli, & sequutus sum supra num.1429.

Vna inuestitura an possit continere plures species foeudorum.

1551 Discussa præfata controuersia separatim in qualibet
specie foeudi, emergunt circa eandem duæ diffi-
cultates.
Prima:an vna inuestitura possit continere plures spe-
cies foeudorum,vel vnicam tantum.
Secunda:an conclusiones,firmatæ separatim in qua-
libet specie foeudi, possint conuenire vni foeudo ha-
benti simul illas species foeudorum.
Ad primam difficultatem videtur prima facie respõ
dendum,quòd possit continere vnicam, & non plures
1552 species foeudorum, † quia ex eodem facto non pos-
sunt oriri diuersæ species contractuum l.2. in princi-
pio.ibi.*commodatũ erit,aut depositum* ff. si cert. pet. &
1553 ibi Doct. † & præsertim hoc est verum, si sint species
incompatibiles,quia in eodem subiecto non possunt
conuenire qualitates contrariæ l.si ancillam.in fine.ff.
pro suo.vbi qnis non potest possidere clàm,& pro suo
& Gl.vlt.in l. clã possidere.ff. de acquir. poss.dicens,
quòd non datur possessio clandestina, & violenta. ex
quibus Paul.de Castr.cons.179.in causa quam magni-
ficus.sub num.1. ibi. quia si aliud diceres. lib. 1. in-
fert,quòd foeudatarius sicut non potest habere dire-
ctum dominium in foeudo non franco;sic nequè in
foeudo franco,quia alias,inquit,esset oppositum in
obiecto,scilicet,quòd esset res foeudalis, & allodialis
simul,si foeudatarius haberet directum.
1554 Contrariam conclusionem arbitror esse veram,
quòd vna inuestitura possit successiuis temporibus, &
inter diuersas personas continere plures species foeu-
dorum ad instar substitutionis compendiosæ, factæ à
pagano per verbum commune, quæ intra pupillarem
ætatem continet directam, & post pupillarem æta-
tem continet fideicommissariam,vt ex Glos. Bar. Bal.
de Vbal.Bar.de Huc. Io.Andr.Butr.Oldr.Alex.Corn.
Paul.Leon.Socc.& alijs retuli, & sequutus sum supra
num.1313.sed non eundo per argumenta,quòd vna
inuestitura possit continere plures species foeudorum
testantur Camer.in cap.1.tit.an agnati. &c.in 1.q.nu.
44.& 45.Petr.de Rauen.de foeud.tit.17.de eo qui sibi
vel hæredibus suis &c.fol.22. Frecc. de subfoeud. lib.
3.form.3.num.16.fol.410.& nu.18.fol.412.Paris.cons.
6.num.25.lib.1.& Clar.in §.foeudum.q.8.vers. quæro
nunc.qui omnes ostendunt, quòd vnum foeudum re-
spectu aliquarum personarũ potest esse vnius speciei,
& respectu aliarum alterius speciei,
Ad adducta in contrarium facilis est responsio, &
colligitur ex præfatis:procedunt enim illa,quando cõ
trarietas non tolleretur per variationem personarum
& temporis.
1555 EXEMPLIFICA istam conclusionem super inuesti
tura,cuius tenorem retuli supra num. 1340.illud enim
foeudum,de quo in d.inuestitura,non est absolutè hæ-
reditarium, non est absolutè ex pacto & prouidentia,
non mixtum, non absolutè masculinum, nequè abso-
lutè foemininum, sed ab initio,donec durat masculi-
nitas descendens naturalis & legitima,seu legitimata,
est ex pacto & prouidentia,seu,vt vocabamus,hæredi-
tarium improprium,quia est concessum masculinitati
sine qualitate hæreditaria: non enim est dictum,
*tuosq; filios,nepotes,& pronepotes, & alios ex te descẽdẽ-
tes hæredes*,quo casu esset hęreditarium vel saltem mix
tum iuxta ea, quæ scripsi supra num. 1387.1398. &
1406. Est etiam hodie antiquum, seu saltem pa-
ternum, licet in persona primi acquirentis fuerit no-
uum iuxta ea,quæ scripsi supra sub num.1418.& num.
1420.& consequẽter cum sit ex pacto & prouidentia,
& antiquum, sequitur, quòd agnati proximiores non
hæredes hæreditatis possent reuocare alienationem,
quia non est foeudum propriè hæreditarium. Est etiã
masculinum,durante masculinitate,& postea, ea defi-
ciente,efficitur absolute & omnino hęreditariũ, quia
est concessum pro quibuscunquè hæredibus iuxta ea,
quæ scripsi supra n.1391.& 1492.& consequenter eua
euadet etiam foemininum iuxta ea, quæ scripsi supra
num. 1522.
Contra ista,quæ dixi in hac exemplificatione, pos-
set quispiam opponere,quòd hoc foeudum sit propriè
hæreditarium,quia est concessum cum qualitate hære-
ditaria,vel quòd sit saltem mixtum,quia sunt vocati fi-
lij,nepotes,pronepotes, & descendẽtes masculi hære-
des, quo casu duo copulatiuè requiruntur in eo, qui
vult consequi eiusmodi foeudũ: primũ, quòd sit de cõ-
præhensis in inuestitura:secundum,quòd sit hæres iux
ta ea,quæ dixi supra num.1460.quæ duo requisita im-
portant naturam foeudi mixti, vt dicebamus supra
1556 num. 1406. † nam cum illa dictio (alios quoscunquè
hæredes) posita in inuestitura,sit relatiua præceden-
tium cum eadem qualitate l.si fugitiui.C.de seru. fu-
git.& cap.sedes apostolica.de rescript. Alex.& Addi-
tionator ad eum cons.204.consideratis verbis. num.4.
lib.2.Staph.de liter.iustit.de grat.expect.in verbo.sunt
& aliæ. num. 16. fol.285. & est theorica communis *
omnium Doctorum, vt notat in terminis foeudalibus
Curt.Iun.tract.de foeud.par.2.num.76.fol.62. sequi-
tur,quòd etiam filij, alijquè descendentes censeantur
1557 vocati cum qualitate hæreditaria. † Ex quo infertur
aliud corellarium; quòd is,qui est hæres & sanguinis
& hæreditatis,& est de compræhensis in inuestitura
præferretur ei,qui esset solum hæres sanguinis,& vo-
luntatis, hoc est,optaret esse hæres, quamuis esset in
gradu proximiori iuxta ea,quæ dicebam supra num.
1503. hic enim non esset hæres hæreditatis.
1558 Huic obiectioni respondeo dupliciter: & primo,
quòd illa theorica circa dictionem (alios) est solum
probabilis, & non necessaria, & ideo restringitur à
subiecta materia,quæ non pateretur similem relatio-
nem Gig.tract.de pens.q.28.num.4.fol.139.& hæc re-
strictio per subiectionem materię est generalis ad mul
tas alias cõclusiones & theoricas, quia materia subie-
cta se habet per modum facti, & theorica se habet
per modum verborum,& in qualibet re magis est at-
tendendum factũ,quàm verba:Quòd subiecta materia
non patiatur hanc relationem, probatur,quia qualitas
hæreditaria est contra propriam naturam foeudi:nam
in dubio præsumitur de aliqua re illud,quod conuenit
naturæ illius rei: sed foeudum in dubio præsumitur ex
pacto & prouidentia secundum communem opin.quã
retuli,& sequutus sum supra num.1374.Igitur qualitas
hæreditaria repugnat naturæ foeudi, & consequenter
materiæ subiectæ.
1559 Secundo,& fortius respõdeo,quòd illa dictio(alios)
est relatiua, vt dicitur in obiectione, quando sumus in
dubio,secus quando sumus in claris,quia tunc iudica-
tur posita inter diuersos Glos.in cap. sedes. in verbo.
maiores.in fine. de rescript.referens exemplum: cum
dicitur Christus crucifixus est, & cum eo alij duo la-
trones.
At in casu nostro sumus in claris,quòd est posita in-
ter diuersos:quia illa clausula (alios quoscunquè hæ-
redes) significat hęredes extraneos, & inhabiles, vt
dixi supra sub num.1518.& 1520.& consequenter non
potest referri ad filios,nepotes,aliosquè descendentes
masculos,quia hi sunt hæredes sanguinis, & non suc-
cessores extranei, seu inhabiles.
Si tu replicares, quòd licet illa clausula (alios
quoscunquè hæredes) prout refertur ad filios, alios-
què descendentes non referatur ad eos tanquàm ad
hęredes extraneos,tamen referri ad eos, tanquàm ad
hæredes sanguinis, & hæreditatis simul, quia ad eos
sic referri potest,cum non sit incongruum,quòd diffor

miter

miter referatur ſecundum difformitatem perſonarum, ad quas venit referenda.

Reſpondetur, hoc non eſſe verum, quando natura rei repugnat, ſicut in caſu noſtro repugnat naturæ foeudalis qualitati hæreditariæ, quatenus iſta qualitas ſignificat hæredem hæreditatis iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 1558. in fine. & conſequenter licet ex ſignificatione dictæ clauſulæ, & proprietate verborum veniret vtraque qualitas hæreditaria, vt dictum eſt in replicatione, tamen, ex quò repugnat na-
1560 tura rei foeudalis, aliter eſt dicendum; ✝ ſicut in ſimili, quando repugnat ratio naturalis, ſcripſit Bal. in l. 1. ſub num. 3. C. de condit. inſert. dicens, quòd licet loquutio conditionalis; ſi ſine liberis; appoſita in ſubſtitutione, ſit pluralis, tamen, inquit, reſoluitur in ſingularem, attenta ratione naturali; quæ debet attendi, & ſicut in terminis foeudalibus refert, & ſequitur ex Curt. Iun. tract. de foeud. par. 3. q. 26. verſ. in tanta varietate. Becc. conſ. 101. in propoſita. ſub num. 40. lib. 1. dicens, quòd ſi foeudum ſit conceſſum generi, debet intelligi de genere paterno, & de maſculis propter ſubiectam materiam; quia natura foeudi repugnat, vt ſe ex-
1561 tendat ad genus maternum: ✝ ſic quoque dicimus, quòd ſi foeudum eſt conceſſum pro ſe, & eius deſcendentibus vtriuſque ſexus; debet intelligi, vt admittantur prius maſculi, & in eorum defectum admittantur foeminæ, quamuis ex proprietate loquutionis ſint ſimul vocati. & ratio eſt propter ſubiectam materiam foeudalem Gozad. conſ. 90. in cauſa mantuana. verſ. ſexto. ſub num. 8. poſſem ad hoc adducere infinita exempla, ſed omitto, quia eſt concluſio vulgata, quòd recedimus à natura verborum, quando illi repugnat ſubiecta materia: ſalua tamen remanente ratione rectæ loquutionis.

Inueſtitura mixta recipit concluſiones, quas recipiunt inueſtituræ ſimplices.

1562 Ad ſecundam reſpondeo affirmatiuè: quòd illæ eædem concluſiones, quæ ſunt firmatæ in qualibet ſpecie foeudi ſeparatim, poſſunt conuenire & adaptari vni foeudo, habenti diuerſas naturas foeudorum: ſed, declarando iſtam reſponſionem, addo quòd ſi ſpecies ſunt incompatibiles adaptabuntur diuerſis temporibus & inter diuerſas perſonas, prout loquutus ſum ſupra num. 1554.

CONTROVERSIA FOEVDALIS V.

Bona foeudalia regulariter non confiſcantur.

1563 An bona foeudalia poſſint confiſcari.

In hac quæſtione firmo regulam negatiuam, vt ex Bar. Bal. Laudens. Nell. Alex. Boſſ. Farin. & alijs concluſi ſupra ſub num. 1371. quòd bona foeudalia non poſſint confiſcari. hancque concluſionem poſui etiam ſupra num. 1329.

1564 AMPLIA I. iſtam regulam, vt ſit indiſtinctè vera quoad proprietatem, & directum dominium foeudi tàm in foeudo ex pacto & prouidentia, quàm in foeudo hæreditario, quia nihilominus, confiſcatis bonis & foeudis foeudatarij, non intelligitur confiſcatum foeudum quoad proprietatem, & dominium directum, ſed caſu, quo poſſet confiſcari, intelligeretur confiſcatum ſaluo iure directi dominij, vt ex Dy. Guid. de Suzz. Gand. & Spec. [illegible]runt, & ſequuntur Alber. tract. de ſtatut. par. 3. q. 16. fol. 56. & Gig. de crim. læſæ maieſtatis. lib. 2. tit. de poenis committentium crimen læſæ maieſtatis. q. 5. num. 3. & 5. fol. 68. Et quòd dominium directum debeat remanere apud immediatum dominum foeudi, ſicut prius manebat, & ſolum vtile dominium poſſit publicari, & peruenire ad Principem, ſcribit, relatis prius tribus opinionibus, Spec. tit. de foeud. rub. de homag. & fidelit. §. quoniam. q. 40. ſub num. 63. ibi. ego dico. &, quòd foeudum non confiſcetur quoad proprietatem, præſupponit ſine difficultate Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num.
1565 68. ampl. 4. ✝ & ratio eſt manifeſta, & multiplex: & prima, quia dominus directus non debet foeudatarij criminis infortunio perdere ius ſuum. l. res vxoris. C. de donat. int. vir. & vxor. & cap. ex literis. paulò ante finem. & ibi Gloſ. in verbo. maleficium. de pign. cum alijs citatis per Spec. dicta q. 40. num. 62. in fine. ſeu quia abſurdum & irrationabile eſt, vt vaſallus poſſit alienare id, quod in ſuis bonis non eſt, Rol. à Vall. conſ. 2. ſub num. 105. lib. 1. ſeu, quia abſurdum eſt, vt vaſallus poſſit plus iuris alteri concedere, quàm ipſe haberet cap. daibertum. 1. q. 7. & cap. nemo poteſt plus iuris. de reg. iur. in 6. vnde Spec. dicta rub. de homag. & fidelit. q. 38. num. 60. & Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. declaratione ſexta. num. 85. fol. 78. ſcribunt, quòd ſubfoeudatarius tandiu habebit foeudum, quandiu vixerit primus vaſallus foeudatarius, qui infoeudauit ſecundum: ſecunda ratio eſt, quia bona confiſcata tranſeunt in fiſcum cum ſuo onere l. ſi marito. ff. ſol. matr. & ibi Bar. Bal. Ang. Paul. de Caſtr. & alij, vt dixi ſupra num. 1051. tertia ratio reddi poteſt, quia bona prohibita alienari fauore alterius non veniunt in confiſcatione Bar. in l. imperator. ff. de fideicom. libert. & in l. ſi quis in tantam. ſub num. 12. ibi, hoc probatur. C. vnd. vi. Alex. Socc. Iaſ. Gig. Gozad. Dec. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1114. ſed alienatio proprietatis, ſeu directi dominij in foeudo eſt prohibita fauore domini directi. Ergo. & huic ampliationi nemo contradicit, ſed tota controuerſia inter Doctores remanet circa vtile dominium, vt ex infradicendis liquebit.

1566 EXTENDE I. iſtam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi foeudum eſſet tranſitorium ad hæredes extraneos, & inhabiles, quale eſt foeudum omnino hæreditarium, conceſſum alicui pro ſe, & quibuſcumque hæredibus: adhuc enim proprietas, & directum dominium debet remanere apud dominum directum, quicquid in contrarium ſcripſerit, & malè Gig. tract. de crim. læſæ maieſtatis lib. 2. tit. de poenis committentium crimen læſæ maieſtatis. q. 5. ſub num. 6. fol. 68. dicens, quòd eiuſmodi foeudum tranſiret ad fiſcum in generali confiſcatione etiam quoad proprietatem. & quicquid ſentire videantur Clar. in §. foeudum. q. 84. verſus finem. & Farin. qui eum ſequitur in qq. crim. lib. 1. q. 25. ſub num. 73. dum in vltimo membro diſtinctionis aiunt: *aut delictum non erat tale, propter quod poſſet fœudo priuari, & tunc præfertur alius fiſcus, qui tanquàm hæres extraneus ita in ipſo fœudo, ſicut in alijs bonis vaſalli delinquentis ſuccedere poteſt*: debent enim iſti intelligi, vt ſicut fiſcus ſuccedit in reliquis bonis, ſic etiam ſuccedat in vtili dominio foeudi: alias, ſi intelligerent, quòd fiſcus ſicut ſuccedit in alijs bonis etiam quoad proprietatem, ſic etiam & in foeudo, malè ſentirent. & ratio huius extenſionis eſt eadem prorſus, quam, ſeu quas adduximus ſupra num. præced. in ampliatione. videlicet, quia impoſſibile eſt, vt is, qui habet ſolum directum dominium, poſſit transferre vtile, & is, qui habet ſolum vtile poſſit transferre directum cap. nemo poteſt plus iuris. de reg. iur. in 6. & ibi Dyn.
1567 ✝ &, quòd foeudatarius, eiuſque ſucceſſores etiam in foeudo omnino hæreditario habeant ſolum vtile dominium, & directum remaneat apud dominum foeudi, probatur tripliciter: & primo quia ſucceſſores in eiuſmodi foeudo debent iurare fidelitatem, & præſtare ſolita ſeruitia domino directo, vt ſcribit Thom. de Marin. tract. de fœud. tit. 30. in fine. & iſta non præſtantur niſi ei, qui retinet proprietatem, & directum dominium: ſecundo quia ſi foeudatarius poſſet habere directum dominium eſſet oppoſitum in obiecto, vt ex Paul. de Caſtr. retuli ſupra nu. 1553. tertio quia res non poteſt eſſe foeudalis, quin ſit ſub-

1568 iecta: † foeudum enim dicitur species seruitutis, vt scribũt Gl. in l. 16. si vsusfructus. in verbo. oportere. ff. de vsufr. & quemad. quis vtat. & Rol. à Vall. cons. 1. sub num. 67. lib. 1. cons. 71. visis priuilegijs. num.
1569 66. & cons. 82. num. 5. lib. 2. † quare etiam in isto foeudo omnino hæreditario dantur casus, in quibus reuertitur ad dominum directum, inter quos numeratur ille, quando fieret offensa domino directo, sicut scribunt iidem Clar. & Farin. quieum sequitur vbi supra, dum concludunt, quòd, si delictum est tale, propter quod dominus potest vasallum foeudo priuare, dominus directus præfertur fisco; quod non esset verum, si confiscaretur etiam quoad proprietatem & dominium directum, nihilo reseruato domino, qui infoeudauit.

1570 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in fœudo concesso cum facultate alienandi cum clausula (pro se & quibus dederit) vel simili clausula: quia adhuc directum dominium, & proprietas debet remanere apud dominum directum, vt dixi supra in foeudo omnino hæreditario.

1571 Contra istam extensionem opponi potest, quia foeudum concessum pro se, & cui dederit, desinit esse foeudum, quando à vasallo, sic de eo inuestito, fuit alienatum, & efficitur allodium in eum, in quem alienatur, nisi alienetur eo pacto, vt remaneat fœudum cap. 1. de foeudo non habente propriam foeudi naturam. in illis verbis. *& ille etiam, cui datum fuerit, non habebit ipsum pro foeudo, nisi &c.* & ibi notant Petr. de Rauen. tit. 48. fol. 35. Bal. Præpos. & alij Foeudistæ communiter, * & cap. 1. §. foeudum ea lege. tit. si de foeud. fuer. controuer. &c. in illis verbis finalibus: *quod si vasallus alienauit, foeudum esse desinit apud emptorem.* & ibidem Bal. & scribunt Boss. tract. crim. tit. de bonor. public. sub num. 54. paulò ante finem. ibi. sed quia. Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 31. num. 3. & 4. fol. 162. Zas. eod. tract. par. vlt. num. 30. fol. 323. & Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. in secunda regula. q. 5. nu. 141. versus finem. ibi. tertio & vltimo. fol. 86. & Rol. à Vall. qui eum refert, & sequitur cons. 2. num. 137. & cons. 3. deuenio modo. num. 61. lib. 1. inquit Curt. *tertio & vltimo mirabilius aduertendum puto, & ponderandum in hac materia, quòd textus, super quo se fundant Doctores, probat vnum mirabile, ad quod non solet in practica aduerti, quòd non solum illa verba (& quibus dederis) vel æquipollentia operantur licentiam alienandi, irrequisito domino; imò fortius & mirabilius operantur, quòd ille, in quem erit facta talis alienatio, retinebit illam rem liberam, & expeditam, & tanquam allodialem, non autem iure foeudi, quod ego reputo mirabile, singulare, & perpetuò memoriæ commendandum.*

1572 Huic obiectioni respondeo, quòd bona, quæ transeunt in fiscum per confiscationem, transeunt eo modo, & cum eodem onere, & causa, cum qua reperiebantur apud condemnatum, vt dixi supra num. 1053. quare si eiusmodi foeudum confiscandum est apud primum acquirentem, in fiscum transit etiam vt foeudum, quia quantumuis foeudum concedatur cum potestate alienandi, & pro se & quibus dederit; tamen apud primum acquirentem ante alienationem semper est foeudum quoad culpas, & causas descendentes ex delicto, propter quas foeudum amittitur dicto cap. 1. in fine. de foeud. non haben. prop. foeu. natur. & notant ibidem Bal. in principio, & Petr. de Rauen. tit. 48. fol. 35. Præpos. num. 1. & communiter * cæteri Foeudistæ. & Boss. sub dicto num. 54. ibi. ad confirmationem. & potest ab eodem primo acquirente alienari etiam vt foeudum, vt dicitur in eod. cap. 1. & notat ibi Bal. in principio. in verbo. datum à vasallo. & apertius ibidem Petr. de Rauen. & Præpos. dum aiunt, quòd ille, in quem primus foeudatarius alienabit, tenebit eo iure, & titulo, secundum quod placuerit ipsi vasallo alienanti: Vel secundo dico, quòd foeudum, vt supra concessum, quoad primum acquirentem, & eius hæredes remanet vt foeudum, sicut notat Bal. in dicto cap. 1. in principio. in verbo. vt ipse. sed fiscus reputatur hæres, vt sæpius dixi: ergo proprietas foeudi remanet apud dominum directum, sicut remanserat ante confiscationem. † Tertio
1573 respondeo, quòd etiamsi foeudum fuisset alienatum à primo acquirente vti allodium in emptorem, & confiscarentur bona dicti emptoris, quo casu desijsset esse foeudum, vt dixi in oppositione, tamen adhuc in eo remanet aliquid dominij directi, spectantis ad eum, qui foeudum concessit, sicut notant Bal. in dicto cap. 1. nu. 2. dicens, quòd emptor tenetur facere recognitionem assertoriã domino, quia potest domini interesse. & Zas. tract. de foeud. par. vlt. num. 31. illatione 3. fol. 323. explicans Baldum vbi supra, & dicens quòd emptor tenetur dare domino cautionem assertoriam, in qua asserat, illam rem accepisse originem foeudalem à domino; & hoc ad effectum, vt, si ea bona fierent fortè vacantia, dominus, aut eius successores possint ea reuocare ad se, tanquàm ad originem: & consequenter concludo, quòd illud qualecumque sit dominium directum nunquam transit in fiscum propter regulam; quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat, vt dixi etiã supra sub nu. 1565.

Commoditas & fructus fœudales, confiscatis bonis fœudatarij, cui applicentur.

1574 AMPLIA II. regulam, vt habeat locum etiam quoad commoditatem, & fructus; quia illa commoditas & fructus percipiendi post confiscationem, & durante vita foeudatarij delinquentis, non applicantur fisco secundum communem * opinionem, de qua testatur Boss. tract. crim. tit. de bon. public. sub num. 53. duplici loco, videlicet paulò ante finem. & in fine. vbi testatur etiam quòd hæc communis opinio seruatur. & Bossium refert, & sequitur Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num. 68. & sub num. 69. hanc eandem communem opinionem dicemus teneri ab Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. n. 30. vers. item addit. ff. de damn. infect. Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. dictique vasalli promiserunt. sub num. 63. fol. 216. ibi. aduerte quòd communis. & rursus Boss. dicto tit. de bonor. public. sub num. 54. vers. tamen. dum, limitando, concludunt, quòd foeudum omnino hæreditarium transit in fiscum, durante vita foeudatarij, cuius bona confiscata sunt: nam si hoc dicunt procedere solum in foeudo transitorio ad hæredes extraneos: ergo contrarium sentiunt in alijs foeudis.

1575 Contrariam sententiam; quòd commoditas, & fructus futuri, durante vita foeudatarii, confiscentur, & applicentur fisco; tenuerunt Spec. tit. de foeud. rub. de homagio & fidelit. §. quoniam. q. 40. sub num. 63. vers. ego dico. qui loquitur in fortioribus terminis, nempe in dominio vtili foeudi, quod transeat in confiscatione, prout eundem Spec. retuli supra sub num. 1564. Alber. tract. de statut. lib. 3. q. 16. fol. 56. qui similiter scribit generaliter, foeudum publicari saluo iure domini. Gig. tract. de crim. læsæ maiestatis. lib. 2. tit. de poenis committentium crimen læsæ maiestatis. q. 5. num. 3. fol. 68. qui etiam sequutus Alber. testatur, confiscari saluo iure dominii. & postea num. 7. apertius loquendo in proposito nostro, ait, confiscari quoad vsumfructum, durante vita condemnati, & alii per eum, & per Farin. vbi supra allegati, & idem scribit Ascan. Clement. tract. de patr. potest. cap. vltimo num. 8. fol. 124. dicens, quòd personæ, quæ subintrant in foeudo per mortem foeudatarij non subintrant per mortem ciuilem, sed solum per mortem naturalem, &, quòd, pendente morte naturali, fiscus vtitur iure banniti, hoc est, durante vita banniti, foeudum debet remanere apud fiscum.

Confirmatur ista sententia; quia foeudatarius potest disponere de commoditate, & vsufructu, durante vita sua, sicut ex Bal. Clar. Rol. à Vall. & alijs retuli

tuli & ſequutus ſum ſupra num. 1426. imò, vt ibidem dixi, poteſt dare in foeudam id, quod ipſe tenet in foeudo.

1576 Quid dicendum? Non recedo à priori communi opinione, & moueor ſequenti argumento.

Fructus rei, cuius alienatio eſt prohibita expreſſè, tranſeunt, ſequuta confiſcatione, non in fiſcum, ſed in eum, cuius fauore alienatio eſt prohibita, ſicut ex Bar. Alex. Alc. Rol. à Vall. & præſertim Gabr. & alijs communiter * retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1116.

1577 At foeudi alienatio eſt prohibita expreſſè, modò fauore domini directi, modò agnati, & modò vtriuſque. tot. tit. de prohib. foeud. alienat. per lothar. & tit. de prohibit. foeud. alienat. per feder. lib. 2. foeud. & ibi communiter * Foeudiſtæ. & latè Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. verſ. vltima cauſa. nu. 81. & ſeqq. fol. 78. & Zaſ. tract. eod. par. 9. rub. de foeudi alien. num. 1. & ſeq. fol. 315. Igitur; ſequuta alienatione per confiſcationem; fructus, vtileque dominium aut conſolidabuntur cum proprietate, ſicque reuertetur ad dominum directum, aut tranſibunt ad agnatos.

Quòd alienatio foeudi ſit prohibita expreſſè, probatur dupliciter.

Primo ex dictis iuribus de prohibit. foeud. alien.
1578 quæ ſunt clara, † addendo hic, quòd prohibitio alienationis facta per legem æquiparatur prohibitioni, factæ per hominem, vt ex communi * opinione refert, & ſequitur Petr. tract. de fideicom. q. 8. num. 425.

1579 Secundo probatur ab effectu prohibitionis expreſſæ; quia inter prohibitionem expreſſam, & prohibitionem tacitam hæc eſt præcipua differentia, quòd alienatio, ſi ſit prohibita expreſsè, ſtatim & ab initio, & omni tempore eſt nulla, & nullo modo tenet Gloſ. in l. cum pater. §. libertis. in verbo: ne id alienarent. ff. de leg. 2. quam referunt, & ſequuntur Paul. de Caſtr. conſ. 247. in cauſa quæ vertitur ſaonæ. ſub num. 3. lib. 1. Socc. conſ. 227. præſens conſultatio. num. 2. lib. 2. Rol. à Vall. conſ. 70. quoniam. ſub num. 78. verſ. vltimo. lib. 3. Becc. conſ. 97. fideicommiſſum. ſub num. 6. lib. 1. & Petr. tract. de fideicom. q. 3. num. 4. qui duo vltimi alios allegant. & eſt nulla ipſo iure, vt ſcribunt Dec. conſ. 386. licet in controuerſijs. num. 3. in fine. lib. 2. Becc. dicto conſ. 97. num. 6. & Petr. dicta q. 3. num. 4. & q. 14. num. 309. ſecus eſt ſi ſit prohibita tacitè; quia valet ab initio, licet reuocetur ex poſt facto, vt ſcribunt Gloſ. Paul. de Caſtr. & Becc. in locis allegatis. Socc. dicto conſ. 227. num. 1. in fine. Rol. à Vall. dicto conſ. 70. ſub num. 79. & Petr. dicta q. 3. num. 5. & ratio eſt euidens, quia prohibitio expreſſa de non alienando eſt pura, & ab initio, & conſequenter ab initio producit effectum, ſed prohibitio tacita eſt conditionalis, & non antea efficitur pura, quàm ſit purificata conditio, & tunc producit effectum: imò ante euentum conditionis non dicitur prohibitio, quia conditio nihil ponit in eſſe: dò exemplum: inſtituo A. & ſi deceſſerit ante coronationẽ Imperatoris ſubſtituo B. latet in iſta ſubſtitutione tacita prohibitio de non alienando ad fauorem ſubſtituti, dato euentu conditionis.

1580 Sed ſic eſt, quòd alienatio foeudi eſt nulla ab initio, & ipſo iure, vt ſcribunt Bal. & Præpoſ. in cap. 1. imperialem. §. callidis. num. 1. de prohib. foeud. alienat. per feder. & ibidẽ communiter * omnes Foeudiſtæ, dum ſcribunt, quòd foeudatarius, alienando foeudum, priuatur foeudo ipſo iure, & liberè, idest, ipſo iure reuertitur ad dominum, & ſic loquuntur in fortioribus terminis. &, quòd alienatio foeudi ſit nulla ipſo iure, ſcribit etiam Rol. à Vall. conſ. 2. ſub num. 112. verſ. ſecundo reſpondetur. lib. 1. &, quòd alienatio foeudi non valeat, ponit pro regula Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. verſ. vltima cauſa nu. 82. in principio. & in fine. fol. 78. dicens, nullam alienationem foeudi valere:
1581 † Et adeo eſt nulla, quòd foeudum alienatum non poteſt preſcribi etiam longiſſimo tempore Socc. conſ. 86. conſilijs noſtris. num. 8. lib 1. & Curt. Iun. dicta par. 4. num. 82. vbi de communi. *

Et quòd ſit nulla ab initio & ſtatim, probatur aperte ex ratione ſuperius adducta: nam illa dicitur nulla ſtatim, & ab initio, cuius prohibitio eſt pura, & à nullo conditionis euentu pendet, ad differentiam alienationis, quæ pendet ab euentu conditionis, & conſequenter non eſt nulla, niſi purificata conditione prohibitionis.

Igitur ex his validè concludimus, quòd, cum prohibitio de non alienando foeudum ſit expreſſa, ſeu habeat naturam prohibitionis expreſſæ, fructus non in fiſcum, ſed ad eum, cuius fauore eſt prohibita alienatio, tranſibunt. & hæc eſt veriſſima concluſio.

1582 Non obſtat quod pro contraria opinione adducebamus: nimirum, quòd foeudatarius poſſit diſponere de commoditate, & vſufructu foeudi, durante vita ſua; & quòd poſſit ſubinfoeudare.

Nam reſp. tripliciter.

Primo, quòd Io. Ray. in cap. imperialem. §. habito. fol. 4. de prohibit. foeud. alien. per feder. tenuit contrarium: videlicet, quòd foeudatarius non poſſit conſtituere vſumfructum; & hanc concluſionem vocat communem * Curt. Iun. tract. de foeud. par. 4. q. 15. ſub nu. 106. fol. 81. vbi pro ea multos alios adducit:
1583 † & ratio huius communis concluſionis ſecundum Io. Ray. vbi ſupra eſt, quia conſtituere vſumfructum eſt alienare: item quia vſusfructus eſt pars dominij: ergo, inquit, ſicut vaſallus non poteſt alienare ſuum vtile dominium ſine conſenſu domini, ita etiam non poterit alienare vſumfructum, qui eſt pars dominij: item quia vſufructuarius dicitur poſſidere; & in dicto cap. imperialem inhibentur tranſlationes rerum foeudalium etiam quoad poſſeſſionem.

1584 Confirmatur iſta communis opinio, quia prohibitus alienare non poteſt conſtituere vſumfructum in re prohibita alienari, exquò conſtitutio vſusfructus eſt alienatio, vt ſcribunt Bar. in l. penult. §. inſtituto. num. 4. ff. de leg. 2. & Ceph. conſ. 270. num. 2. quos refert, & ſequitur Petr. tract. de fideicom. q. 8. num. 103. verſ. tertius caſus. & quòd hæc ſit communis * opinio, latè teſtatur Pariſ. conſ. 98. quoniam reuerendi. num. 4. lib. 2. & Curt. Iun. vbi ſupra. Et procedit iſta communis opinio tàm in vſufructu formali tanquam in re aliena conſtituto, quàm in vſufructu cauſali, qui conſtituitur in re, cuius conſtituens eſt dominus, & poſſeſſor, vt ex Alber. in l. is cuius. in principio. ff. de leg. 2. & in l. cum antiqui C. de vſufruct. refert, & ſequitur Petr. dicta q. 8. ſub num. 103. verſ. & hoc.

1585 Sed quia hæc confirmatio, ſeu communis opinio non eſt omnino tuta ſecundum Curt. ſub dicto num. 106. & tunc ſaltem non eſt vera, quando foeudatarius venderet fructum rerum foeudalium pro tempore, quo foeudum remanet apud eum; vel ad certum tempus, teſtibus Bar. dicto §. inſtituto. ſub num. 4. Curt. ſub dicto num. 106. verſus finem. & Petr. dicta q. 8. num. 104. & ratio eſt ſecundum Bar. vbi ſupra; quia tunc obligat ſe actione perſonali ad dandum fructus; aliam propterea affero ſolutionem.

1586 Secundo ergo reſpondeo; quòd aliud eſt vendere fructus rei foeudalis, durante vita foeudatarij, & aliud alienare foeudum, delinquendo; quia primo caſu foeudatarius non abdicat à ſe vtile dominium iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. ſeq. & alienatio qualiſcunque ſit non ſe extendit vltra vitã foeudatarij alienantis: ſed in ſecundo caſu foeudatarius alienat quicquid habet in foeudo.

Tertio reſpondeo, quòd in effectu non valet conſequentia: foeudatarius poteſt diſponere de commoditate, & fructibus foeudi, durante vita ſua: ergo, ſequuta confiſcatione, commoditas, & fructus debent remanere apud fiſcum: nam inſtitutus heres cum expreſſa prohibitione de non alienando poteſt diſponere de commoditate, & fructibus, durante vita ſua, & tamen, ſequuta confiſcatione, fiſcus non percipit fructus, durante vita condemnati iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1116.

1587 Ad illud, quod dicebamus ſupra num. 1575. in fine, quòd foeudatarius poteſt ſubinfœudare, patet reſponſio ex his, quæ ſcribit Curt. Iun. tract. de fœud. par. 4. ſub num. 83. verſ. ſecundo. fol. 78. dum ait, quòd apud fœudatarium ſubinfœudantem remanet quodam quaſi dominium, & quòd ſubinfœudare non eſt alienare.

1588 EXTENDE iſtam ſecundam ampliationem, poſitam ſupra num. 1574. vt habeat locum etiam in foeudo nouo, & hæreditario: quia illius commoditas, & fructus non ſolum non confiſcantur perpetuò, vt tibi forſan videtur ſenſiſſe Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. ſub num. 70. ſed neque, durante vita foeudatarij condemnati.

Probatur primo hæc extenſio, quia quæ non poſſunt tranſire in hæredem extraneum, non poſſunt tranſire, & alienari in fiſcum, teſtibus Bar. Alex. Dec. Natt. & alijs, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra

1589 num. 1100. Sed foeudum nouum hæreditarium non poteſt alienari in hæredes extraneos Clar. in §. foeudum. q. 9. verſ. nunc proſequendo. Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 5. ſub num. 9. fol. 140. & de communi * teſtantur plures, quos refert, & ſequitur Clar. dicto §. foeudum. q. 83. verſ. ſed quid ſi foeudum. vbi loquitur de foeudo, recepto pro ſe & hæredibus, & nos diximus ſupra num. 1493. & 1494. nam illa qualitas hæreditaria non extenditur ad extraneos; & hoc non habet principium dubitandi; & extranei intelliguntur omnes, præter filios, & deſcendentes maſculos, vt dixi ſupra num. 1499. Et, quod dico non poſſe alienari in extraneos, intelligo de alienatione ſine conſenſu domini directi, ſicut loquitur Clar. dicto §. foeudum. q. 40. verſ. ſed quæro. ibi. ſi verò ſit nouum. & q. 41. verſ. & hæc quidem. ibi. ſed in foeudo nouo. & q. 83. circa principium.

Probatur ſecundo, quia quando alienatur res, quæ eſt expreſsè prohibita alienari; tunc & res, & fructus rei tranſeunt in eum, cuius fauore eſt facta prohibitio de non alienando, vt remiſſiuè ad Bar. Alex. & alios dixi ſupra num. 1576. Sed alienatio foeudi noui & hæreditarij in hæredes extraneos eſt prohibita fauore domini directi tot. tit. de prohib. foeud. alien. per lothar. & tit. de prohib. foeud. alien. per feder. & dixi ſupra num. 1577. Igitur vtile dominium indiſtinctè, & abſolutè conſolidatur cum directo, prout iſtam concluſionem firmat Farin. dicta q. 25. num. 72. clarius ſe declarando, quàm fecerat ſuperius, & ſic teneo; quicquid ſcripſerit Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 7. de foeudo hæreditario nouo. ſub num. 4. verſ. quia in titulo. & num. 5. 6. & ſeqq. fol. 145. vbi, relatis tribus opinionibus, adducit ſuam, in qua tenet, quòd ſola iuriſdictio tranſeat in fiſcum, & dum viuit foriudicatus, quo mortuo, ait, omnia debere reſtitui illius hæredibus: nam relatæ opiniones ab eo poſſunt accommodari foeudo hæreditario antiquo, prout de eo apertè loquitur prima opinio per ipſum adducta ſub num. 6.

1690 EXTENDE II. præfatam ampliationem, vt habeat locum in quouis genere foeudi, dummodo non ſit tranſitorium ad hæredes extraneos; & moueor eadem ratione, quam adduxi in præcedenti extenſione.

1591 EXTENDE III. præfatam 2. ampliationem, vt habeat locum etiam ſi confiſcatio ſit facta propter crimen hæreſis; quia adhuc fiſcus non ſuccedet in foeudum quoad vſumfructum, etiam durante vita hæretici, ſed immediatè reuertetur foeudum vel ad dominum directum, vel tranſibit ad eos, qui iure foeudi ſucceſſuri ſunt pleno iure, vt diſputando firmat Alber. de Roſ. tract. de ſtat. par. 2. q. 17. num. 1. 2. & 7. fol. 56. quicquid in contrarium ſenſerint Pegn. in comment. ad direct. Eymer. par. 3. commen. 161. §. mihi quandoque. dicens, quòd, viuente condemnato, fiſcus ſuccedet quoad vſumfructum. & Simanch. de cath. inſtit. tit. 9. de bon. hæret. num. 260. dicens, quòd primogenita puſſunt publicari propter hæreſim; quia valet argumentum à foeudo ad primogenita, ſubdens, quòd vaſallus propter atrociora crimina non tantum foeudo priuatur etiam antiquo, ſed filij, & ſucceſſores eius ab eodem foeudo excluduntur, & quicquid, loquendo generaliter, & non particulariter de crimine hæreſis, dixerint idem Alber. ſibi parum conſtans. q. præced. dicens, foeudum publicari ſaluo iure directi domini. & Gig. tract. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. q. 6. num. 7. fol. 68. nam quicquid ipſi ſentiant, communis * opinio, de qua teſtatus ſum ſupra num. 1574. eſt, quòd fructus non applicantur fiſco; quæ procedit etiam in crimine hæreſis. fateor tamen, quòd in Hiſpania habet locum opinio ipſorum propter tenorem conceſſionis, quia, vt refert Simanc. dicto tit. 9. num. 252. & 253. in fine, Rex Hiſpaniarum, quando alicui concedit bona cum facultate, vt non poſſint confiſcari, ſemper excipit crimen hæreſis & læſæ maieſtatis, propter quæ crimina permittit, vt confiſcentur etiam primogenita.

1592 AMPLIA III. regulam, vt multò magis procedat quoad vtile dominium: & ſuper iſta ampliatione non inſiſto, quia ex ſecunda ſatis redditur clara: ſi enim non confiſcantur commoditas & fructus: à fortiori non confiſcatur vtile dominium.

1593 NOTA obiter hic cautelam pro foeudatario, vtilē ad euadendam poenam caducitatis, impoſitam propter alienationem foeudi; vt in alienatione, ſeu alia diſpoſitione foeudi apponat clauſulam, ſeu proteſtationem (ſaluo iure domini & agnatorum) vel (ſaluo eorum beneplacito, & conſenſu) ſicut refert, & ſequitur Zaſ. tract. de foeud. par. 10. rub. de foeudi amiſſione. num. 18. fol. 318.

1594 Contra iſtam cautelam etiam ſi vltra clauſulam prædictam eſſet additum, (nec aliter nec alio modo) vide quæ ſcribit Iaſ. in l. non ſolum. §. morte. num. 27. ff. de oper. non. nunt. in caſu, quo deuentum eſſet ad traditionem.

1595 RETENTA tamen cautela pro vtili.

DECLARA eam, vt non ſit vtilis quando foeudatarius diſponeret, ſeu alienaret foeudum in tyrannum, ſeu alium potentiorem, à cuius manibus poſſeſſio vel recuperari non peſſet, vel difficile poſſet, quia tunc vaſallus adhuc non excuſaretur à poena: & ratio eſt, quia illa clauſula, ſeu proteſtatio (ſaluo iure &c.) tolleretur contrario facto, & conſequenter nihil iuuaret: male enim reſeruat ius, qui totum eneruat, ſicut ſcribit Io. Andr. in cap. ea te. num. 3. de iureiur. referens ibidem ſub num. 2. ex Hoſt. quòd Seneſcalcus Bellicardi fecit ſuſpendi quendam hominem ſaluo iure ſuo; & ad hanc declarationem vide eundem Zaſ. dicto num. 18. in fine & num. 19.

1596 NOTA obiter circa ſecundam ampliationem regulæ, quòd licet fructus, & commoditas foeudi non applicetur fiſco, vt ſcripſi ſupra num. 1574. tamen ſi is, qui ſuccederet ad foeudum, eſſet negligens in petendo foeudo, & fiſcus interim caperet fructus, poſſet poſtea inter eos oriri controuerſia circa eorum reſtitutionem faciendam vel non faciendam per ea, quæ dixi de fructibus computandis, vel non computandis in trebellianica ſupra num. 1177. ſed nihil hic determino.

Foeuda quando confiſcentur.

1597 Limita nunc regulam, quam poſui ſupra num. 1563. vt non procedat in confiſcatione, facta ex cauſa auxilij, & fauoris, præſtiti bannitis, & attenta conſtitutione Sixti V. contra bannitos, homicidas. &c. in §. duces. & in §. ducatus. edita anno 1585. Kal. Iulij. quia, ea attenta, & in caſu prædicto auxilij, præſtiti bannitis, foeuda auxiliatoris confiſcarentur Cameræ Apoſtolicæ non ſolum quoad fructus, ſed etiam quoad vtile dominium, & in perpetuum in præiudicium filiorum, & agnatorum.

1598 RESTRINGE iſtam limitationem, vt habeat locum ſolum in foeudis eccleſiaſticis: in illis enim loquitur illa Conſtitutio in §. duces. verſus finem. quare in foeudis non eccleſiaſticis crederem inhærēdum

eſſe

eſſe diſpoſitioni iuris foeudorum; ſcilicet, vt fructus percipiendi, etiam durante vita foeudatarij, & vtile dominium non confiſcarentur, quamuis ead. Conſtit. mandet confiſcari fructus fideicommiſſi, non obſtante quauis expreſſa prohibitione alienationis: & moueor, quia etſi valeat argumentum à fideicommiſſis ad foeuda, præſertim in caſu, de quo agimus, cum vigeat eadem ratio; tamen cum illa Conſtitutio ſit admodum rigoroſa, & exorbitans à iure communi, non eſt extendenda, & in multis rigor dictæ Conſtitutionis non ſeruatur.

1599 LIMITA II. regulam, vt non habeat locum in foeudo omnino hæreditario, & tranſitorio ad hæredes extraneos, quia tàm fructus, quā vtile dominium poſſent confiſcari:& ratio eſt, quia fructus,& vtile dominium foeudi omnino hæreditarij poſſunt tranſire in hæredem extraneum ſecundum communem *opin.de qua teſtantur Curt. Iun. Crauet. Rol. à Vall. Clar. Phanut. & Becc. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num.1518.& 1520.& quæ poſſunt tranſire in hęredem extraneum poſſunt tranſire etiam in fiſcum, vt ſcribunt Bal. in l.1. ſub num.2. ibi. quædam verò ſunt C. de bon.libert. & Boſſ. tract. crim. tit. de bonor. publicat. ſub num. 54. & huic limitationi nemo, quem viderim, contradicit: & ne videatur carere auctoritate Doctorum remitto te ad citatos per Rol. à Vall. tract. de confect. inuent. par. 4. verſ. nunquid hæres. num. 14. fol. 188.

1600 EXTENDE iſtam limitationem, vt habent locum ſiue eiuſmod foeudum ſit nouum, ſiue ſit antiquum.

Foeudum, ſeu vtile dominium confiſcatum, an perpetuò remaneat confiſcatum.

1601 Difficultas ſupereſt: an confiſcentur perpetuò, vel ſolum durante vita foeudatarij condemnati.

Et quidem vna opinio eſt, quòd vtile dominium confiſcetur ſolum, durante vita foeudatarij; hancquè opinionem tenuit Iacob.de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. dictiquè vaſalli promiſerunt. ſub num. 63. verſus finem. fol. 216. quem refert, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. de bonor. public. ſub num. 54. ibi. tamen aduertendum. dicens, eum intellexiſſe bene iura foeudalia. & concludens, quòd ſub clauſula (& quibus dederis) includitur etiam alienatio legalis, quæ fit in fiſcum, delinquendo, & conſequenter, ſubdit, eiuſmodi foeudum tranſit in fiſcum; obſcurè tamen loquitur: hancq; eandem opin. tenet Boer. deciſ. 263. ſeu 264. & primo. verſ. quid dicendum. num. 8.

1602 Confirmatur iſta opinio: primo quia ſicut alienatio foeudi in eccleſiam eſt prohibita eo, quòd eccleſia nunquam moritur, & conſequenter non ſupereſſet ſpes, vt reuerteretur ad dominum, induceretur que amortizatio, vt ſcribit Curt.tract. de foeud. par.4.ſub num. 125. & ſeq. fol.83. Redoan. tract. de reb. eccleſ. non alien. rub. 1. cap. 28. q. 9. num. 31. & ſeqq. fol. 402. & ſentit Afflict. deciſ. 361. monaſterium. num. 15. dicens, quòd monaſterio, agenti pro recuperanda poſſeſſione foeudi, obſtat exceptio inhabilitatis perſonæ, quia monaſterium habet reſiſtentiam iuris communis contra ſe, exquò eccleſia non poteſt de iure communi habere foeudum, quia dicitur tunc foeudum peruenire ad manus mortuas: & faciunt quæ ſcribit Peck. tract. de amortizat. cap. 3. & ſeq. & Egid. Magiſtr. eod. tract. de amortizat. cap. 1. num. 1. & 2. fol. 434. & dixi ſupra nu. 1447. ſic etiam eſſet, ſi alienaretur in fiſcum vltra mortē foeudatarij; imò, vt ſcribit Crauet. cōſ. 128. proponitur. ſub n.6. dominus directus pateretur hoc aliud prejudicium, quòd Princeps nollet recognoſcere bona foeudalia ab inferiore, nec pateretur ſe inueſtiri ab eo. Secundo confirmatur quia nō expedit domino directo foeudi habere Principem & Dominum ſuum pro vaſallo, nec decet Principem tenere eiuſmodi bona tributaria, quæ alteri

1603 ſeruitium debeant: † quinimo ſecundum legem Caroli Princeps non poteſt fieri alicuius vaſallus eo, quòd in conſequentiam deberet illi quandoquè ſeruire, ſicut hæc omnia conſiderauit Spec. tit. de foeud rub. de homag. & fidel. ſub num. 63. ibi. veruntamen. Addo pro hac ſecunda confirmatione melius eſſe, dari aliquod incongruum ad tempus, quàm in perpetuum.

1604 Contrariam opinionem: quòd vtile dominium tranſeat & confiſcetur in perpetuum: tenuit Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. ſub num.70. verſ. ſed quod. allegans Aym. Crauet. conſ. 128. poſt num.7. ad finem, & dicens hanc eſſe veritatem, quicquid in contrarium dixerit Boſſ. vbi ſupra; hancquè eandem ſententiam videtur ſenſiſſe Clar. in §. foeudum. q. 84. verſus finem. quem refert, & ſequitur idem Farin. dicta q. 25. ſub num.73. dum, loquendo de iſto foeudo, & diſtinguendo, concludit in vno membro diſtinctionis; quòd fiſcus tanquam hæres extraneus ſuccedit in iſto foeudo, ſicut in alijs bonis vaſalli delinquentis: nam, ſuccedendo, ſicut in alijs, debet ſuccedere in perpetuum.

1605 Quid tenendum? Concludo, primam opinionem eſſe reijciendam, & ſecundam non eſſe abſolutè veram; &, quòd non ſit abſolutè vera, moueor quia licet dominium vtile tranſeat in fiſcum etiā vltra vitam foeudatarij condemnati, tamen non poteſt tranſire in perpetuum; quia, ſi tranſiret in perpetuum, fieret præiudicium domino directo: nam dominus directus, quando bona foeudatarij efficiuntur vacantia, eo caſu ipſe recuperat vtile dominium foeudi, quamuis foeudum illud ſit tranſitorium ad hæredes extraneos, quāuis ſit emptitium, ſit alienabile, & ſit quibuſuis prægnantibus, amplis, ac liberalibus clauſulis conceſſum, ſicut ex Bal. & Zaſ. retuli & ſequutus ſum ſupra. num. 1573. ſed iſte caſus nunquam poſſet euenire, ſi vtile dominium foeudi transferretur in perpetuum in fiſcum, quoniam bona fiſci nunquam efficiuntur vacantia; imò ipſe eſt ſucceſſor vacantium; & cum hac ſententia, & ratione videtur concordare Bellamer. deciſ. 725. pro introductione. paulò ante finem. dicens, quòd vtilitas huius vtilis dominij debet auferri ipſi vaſallo, & dari fiſco, & ſtare apud fiſcum quouſque foeudum domino aperiretur ſecundum naturam illius, & non vltra. Addo ab extra ſecundam rationem conſiderabilem in fiſco potentiori: quia non decet fiſco eſſe vaſallus alicuius inferioris; minuſuè inferiori expedit habere vaſallum potentiorem.

1606 Vt igitur omnium iura, & dignitas conſeruentur, concludendum eſt, quòd fiſcus debeat vendere illud vtile dominium foeudi alicui priuato, concedendo ei, quòd illud habeat in perpetuum, ſicut habebat foeudatarius condemnatus; & ita declarant Spec. dicto tit. de foeud. rub. de homag. & fidelit. ſub nu. 63. ibi. vel ſaltem principes. & Bellamer dicta deciſ. 725. in fine. ibi. ſecundus modus.

Nunc reſpondeo ad ea, quæ ſunt adducta pro duabus præcedentibus contrarijs opinionibus, & primo ad adducta in confirmationem primæ opinionis reſpondeo, quòd ęa omnia ceſſant, ſi fiſcus vendat vtile dominium.

Secundo reſpondeo: [licet hæc ſecunda reſponſio non ſit neceſſaria, tum quia ſufficit præcedens, tum quia nos præſuppoſuimus in præcedenti concluſione terminos, quos in iſta 2. reſponſione ſumus impugnaturi] Dico ergo pro reſponſione, illas cōſiderationes, quas ex Spec. retuli ſupra nu. 1602.& 1603. in confirmatione dictæ primæ opinionis, videri inanes,

1607 & nō poſſe ſubſiſtere: † nam Spec. ſupponit duo: primum, quòd vtile dominium foeudi confiſcatum ſpectet ſolum ad fiſcum Principis, ſeu ad Principem; & tamen hoc eſt falſum, quia hodie non ſolum Cæſar, ſeu Imperator habet fiſcum, ſed omnes alij Principes, & Duces inferiores, qui etiam habent foeudatarios, ſeu ſubfoeudatarios; quorum bona ſi confiſcentur, vtile dominium foeudi non Cæſaris, ſeu Imperatoris, ſed ipſius Principis, ſeu Ducis inferioris fiſco applicatur, ſuppoſito tamen, quòd foeudum maneat intra territorium & iuriſdictionē ipſius

Principis, seu Ducis inferioris: * secundum, quod Spec. supponit, est, quòd directa dominia foeudorum nobilium, & pro quibus est imposita seruitus personalis, & recognitio superioris in dominum, possint esse apud Domicellos, Barones, Duces, & similes; & tamen hoc quoque suppositū videtur falsum, quia;loquendo de iure;omnia foeuda, & iurisdictiones quantumuis minimæ procedunt mediatè, vel immediatè ab Imperatore, & ab alio procedere non possunt, & ad eum redeunt, tanquam riuuli ad flumen, & flumina ad mare, vt scribunt Bal. in cap.1. num.2. & 11. de allod. lib.2. fœud. Aegid. Magistr. tract. de amortizat. cap. 1. sub num. 2. ibi. nam vt tradit. & diximus lib.
1609 præcedenti cap. 16. num.1. & 2. * & ratio est, quia Cæsar Augustus, Princeps, & Imperator est huius mūdi machinæ dominus, sicut ex pluribus refert, & sequitur Fran. Zoann. tract. de rom. imper. num. 149. & hanc esse communem * sententiam testantur plures, quos refert, & sequitur Restaur. Castal. tract. de imper. q.52. sub num. 2. subdens ex Bar. in l. hostes. ff. de capt. quòd, si quis assereret contrarium, esset hæreticus, quia diceret contra illud Euang. *quæ sunt Cæ-*
1610 *saris Cæsari*: & ratio adminiculatiua huius communis sententiæ est, quia necessarium est, vt vnus sit Princeps cap. in apibus. 7. q. 1. & ideo benè scripsit Ant. de Butr. in cap. per venerabilem. num. 12. versus finem. ibi. quomodo autem populus. qui fil. sint legit. quòd nec de iure, nec ex concessione ipsius Cæsaris potest populus aliquis esse liber; quia Imperator non potest à se tale imperium abdicare; & consequenter benè etiam videtur scripsisse in eod. cap. num.36. vers. venio ad ver. dicens, possibile esse de facto reperiri aliquem Principem in mundo, qui superiorem non recognoscat, & apertius num.42. & 43. contra Reges Franciæ, Hispaniæ, & Angliæ, qui de facto Imperatorem non recognoscunt, dicens, hoc esse possibile de facto, sed non de iure; consequenter etiam benè videtur scripsisse Fely. in cap. ad audientiam. num. 4. de præscrip. quem refert, & sequitur Franc. Zoan. dicto tract. de rom. imper. sub num. 183. dicens, alienationes de quibusdam Ciuitatibus Hetruriæ, factas per Rodulphum Imperatorem esse inualidas, tametsi iuramentum interuenisset: Redeundo igitur ad falsitatem suppositi, dico, quòd, si dominium directum omnium foeudorum est radicatum in Principe, seu Imperatore, vt dixi, & Baro habet solum dominium vtile, seu anomalum iuxta ea, quæ refert Marin. Frecc. à me citatus supra num. 1140. & quæ dixi supra sub nu. 1553. cessant illæ duæ considerationes: quòd non deceat Principem, vti vasallum, recognoscere dominum directum foeudi: & quòd domino directo foeudi non expediat habere Principem, & dominum suum pro vasallo. Et licet (attento, quòd hodie de facto sunt multa dominia, quæ faciunt in suo, quod faceret Imperator in vniuerso, sicut ex Bal. refert Corn. consi. 315. videtur prima facie. sub num.1. lib.3. quem nos citauimus lib. præced. cap. 53. sub num. 13. vers. secundam) videatur forsan dicendum, quòd militant eædem illæ considerationes, tamen adhuc remanet falsitas in isto supposito, quia nullibi legitur, quòd intra iurisdictionem Imperatoris alius, quàm ipse habeat directum dominium foeudi, seu quòd fiscus Imperatoris appræhendat bona confiscata existentia extra suam iurisdictionem.

Ad adducta pro secunda opinione nō aliter respondeo, nisi, quòd Aym. Crauet. allegatus à Farin. non dicit in libro meo id, ad quod eū allegat, & quomodo procedat illa secunda opinio patet ex his, quæ dixi supra num. 1605.

1611 EXTENDE istam sententiam, quam firmaui supra num. 1604. & signanter num. 1605. & 1606. vt habeat locum tàm in foeudo merè, & omnino hæreditario, quàm in foeudo alienabili sine qualitate hæreditaria, hoc est in foeudo concesso pro se, & quibus dederit. & hæc extensio satis probatur ex his quæ remissiuè ad Bal. & Zas. dixi dicto nu. 1605.

Controuersia fœudalis. VI.

CASVS I.

1612 Quæro, an bona foeudalia, quæ non veniunt in confiscatione; debeant redire ad dominum directum, vel potius debeant transire ad successores foeudatarij condemnati?

Resp. distinguendo duos casus principales.

Primus est; quando foeudatarius priuatur foeudo propter felloniam, seu delictum, aut culpam commissam contra dominum directum foeudi.

Secundus est; quando priuatur propter aliud delictum, seu aliam culpam.

Capio primum casum: in quo Cyn. in l.2. versus finem. num. 4. C. de libert. & eor. lib. sequendo Iac. de Rauen. & Petr. distinguendo concludit, quòd si in concessione foeudi sit dictum pro se & filijs, foeudum deuoluitur ad filios; secus si sit simpliciter concessum, quia tunc filij non venirent nisi ex successione patris, & ideo excluduntur. Sed, quicquid sentiat Cyn. ego firmo conclusionem; quòd foeudum siue sit nouum, siue antiquum semper reuertitur ad dominum; quam conclusionem posuit Curt. Iun. tract. de foeud. par. 5. princ. num. 2. fol. 88. & eam referunt, & sequuntur Gozad. cons. 84. prima facie. num. 3. Rol. à Vall. cons. 1. num.10. lib. 3. Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num. 78. & Boss. tract. crim. tit. de bonor. public. sub num. 55. ibi. sed si delictum. & hanc conclusionem sentit etiam Bal. in §. si vasallus. sub num. 3. ibi. nam si in dominum. tit. si de foeud. fuer. controuer. &c. Et quantum ad foeudum nouum hæc conclusio est per omnes * indifferenter approbata; vt testatur Aluar. in cap. 1. §. fin. in prima conclusione. tit. quæ fuer. prim. caus. benef. amitt. quem refert, & sequitur Curt. Iun. vbi supra. &, quòd hanc conclusionem in foeudo nouo sequantur omnes * Doctores, testantur etiam Iacob. de S. Georg. tract. de foeud. in verbo. dictique vasalli promiserunt. num.58. vers. videamus nunc. fol. 215. & de ea non est dubitandum, quia foeudum nouum reuertitur ad dominum etiam si foeudatarius priuaretur eo propter aliud delictum, quàm propter delictum commissum in dominum: nam si foeudatarius alienat foeudum nouum in extraneos sine consensu directi domini, foeudum reuertitur ad dominum directum, vt ex Curt. Clar. & Thom. de Marin. retuli, & sequutus sum supra num. 1504. sed quando confiscantur bona foeudatarij, foeudatarius dicitur alienare foeudum in fiscum, & fiscus dicitur hæres extraneus, vt dixi supra num.

Igitur eo casu reuertitur ad dominum directum propter alienationem factam in extraneum.

1613 Difficultas remanet in foeudo paterno, & antiquo; in quo Doctores variarunt.

Prima enim opinio fit in ordine, quòd delictum vnius agnati, commissum in personam domini non præiudicat alijs agnatis circa amissionem foeudi, sed solum filijs, & descendentibus agnati delinquentis; & hanc opinionem tenent Andr. de Isern. magnus foeudista in cap. 1. §. præterea. num.9. & §. denique. num. 49. tit. quæ fuer. prim. caus. benef. amitt. & in multis aliis locis, & Host. in sum. tit. de foeud. citati à Iacob. de S. Georg. in dicto verbo. dictiquè vasalli promiserunt. sub num. 58. ibi contrariam opin. & à Curt. Iun. dicta par. 5. sub num.2. ibi. hanc opinionem.

Verum quòd ita videatur sensisse Hostien. in summ. dicto tit. de foeud. vers. quibus modis seu causis foeudum. sub num. 12. paulò ante finem. ibi. *imò etiam agnati amittunt, licet fuerit paternum, si felonia dominum respiciat, vt dominus habeat suæ iniuriæ vltionem, licet quidam fortè dicant, quòd loquitur de foeudo nouo, & non de paterno*, meo iudicio nimis obscurè colligitur.

1614 Secunda opinio est, quòd foeudum antiquum reuertatur ad dominum ad tempus, videlicet donec viuent aliqui ex descendentibus foeudatarij, qui deliquit in perso-

perſonam domini,vt referunt, ſed non ſequuntur Iacob.de S.Georg.d.verbo.dictiquè vaſalli promiſerũt. ſub num.58.ibi.reperitur tertia opinio.fol.215. Curt. Iun.d.par.5.ſub num.2.verſus finem. & Zaſ.tract.de foeud.par.10.num.111. fol.320.

1615 Sed,quicquid iſti & alij relati in 1.opin. dixerint, recedendum non eſt à concluſione, firmata ſupra ſub n. 1612.verſ.capio. ſcilicet,quòd foeudum etiam antiquũ reuertatur ad dominum;quam opin. tenuerunt Iacob. de Aren. Henric. & Odofr. quos refert Bal. in c.1.nu. 3.circa principium.& paulò ante finem.tit. ſi vaſallus foeudo priuetur cui deferatur.& hanc opinionem tenet etiam ipſe Bal. in cap.1.§. fin. in princip. & num. 1.tit. quæ fuer. prim.cauſ. benef. amitt. & ſequuntur alij, quos referunt, & ſequuntur Iacob .de S.Georg. dicto verbo . dictiquè vaſalli promiſerunt. ſub num. 58. ibi. hanc opinionem . Curt. Iun. d. par. 5. ſub num. 2. Zaſ. d. par.10. ſub num. 111. in fine . Gozad. conſ.84.prima facie.num.3.Rol.à Vall. conſ. 15.duo ſunt dubia.num. 2. lib. 4. & hanc opinionem ſequitur etiam Boſſ.tract.crim.tit.de bon.publ.num. 53.in principio.& hanc eſſe communem * & magis communem teſtatur prçcitati Iacob.de S.Georg.Curt.Iun.Gozad. & Rol. in locis proximè citatis.Pariſ.conſ.21. diſpoſuere.num.53.lib.1.Clar.in §.foeudum.q. 66. verſ.ſed ſi foeudum ſit antiquum.rurſus Rol.à Vall.conſ.1.nu. 10.lib.3.& Farin.in qq.crimin. lib.1.q.25.ſub num.78. & ab hac non eſſe recedendum in iudicando,quamuis prima relata opinio Andreæ de Iſer. ſit æquior,& humanior,teſtatur Iacob.de S.Georg.d.tract.de foeud.in verbo. dictiquè vaſalli promiſerunt. ſub num. 58. fol. 215.quem refert,& ſequitur Pariſ.vbi ſupra.& videtur ſentire Clar.d.q.66.verſ.ſed ſi foeudum.quamuis eidẽ hæc opinio nõ placeat quoad excluſionem agnatorũ .

1616 RETENTA ergo concluſione,firmata ſupra ſub num.1612.verſ.capio.

EXTENDE eam vberius,& dic, quòd foeudum reuertitur ad dominum,excludendo non ſolum filios,& deſcendentes foudatarij delinquentis,ſed etiam excludẽdo agnatos non deſcendentes:nã quantum ad filios & poſteros,quòd ipſi ſint excluſi,ferè omnes * indifferenter admittunt,vt teſtatur Clar.in §.foeudum. q.66. verſ.ſed ſi foeudum ſit antiquum. & eſt communis, * & magis communis opinio,vt oſtendit Alex.conſ.30. viſis dubitationibus.num.9.lib. 6.& quare facilius excludantur proximiores, quàm remotiores habes infra num. 1630. & 1631. quantum verò ad agnatos, quòd etiã ipſi excludantur,tenent Iacob.de S.Georg.Curt. Iun.Zaſ.Gozad.& alij,quos retuli,& ſequutus ſum ſupra num.præcedenti, quidam teſtantur de illa communi opinione,quam ex eis retuli d.nu. præcedenti, quòd foeudum antiquum reuertatur ad dominum;lo-

1617 quuntur,excluſis etiam agnatis.† Et ratio quare excludantur etiam agnati, eſt, quia foeudum cenſetur à principio datum ſub iſta conditione, vt, ſi ingratitudo committatur contra dominum,ad ipſum dominum

1618 deuoluatur,quæ conditio potuit apponi;† quia traditioni rei ſuæ poteſt vnuſquiſquè apponere legem,quã vult l.legem. C. de pact. & hanc rationem aſſignant Curt.Iun.d.tract.de foeud.par.5. ſub num.2.verſus finem.fol.88.Rol.à Vall.conſ.1.nu.11.lib.3. & conſ.15. duo ſunt dubia.ſub num.2.lib.4. Farin.in qq. crim.lib. 1.q.25.ſub num. 78. & communiter * omnes. & in alijs terminis Dec.in cap. in præſentia. ſub num. mihi 229.ibi.vnde ſi conſtat.de probat.& Dilect. de art. teſtan.tit.5.de ſubſtit.caut.18. ſub num.3.fol. 123. & latiſſime Menoch.tract.de præſumpt.lib.4.præſ.83.num. 6.7.& 8.

1619 SVBEXTENDE iſtam extenſionem, vt habeat locum non ſolum in filijs, & deſcendentibus in infinitum & in agnatis vſquè ad quartum gradum, ſed in agnatis quoquè in infinitum,ſeu indifferenter, quando delictum eſt commiſſum in dominum Bal.in cap.1. §.ſi vaſallus.ſub num.3.ibi.vel dic & melius.tit.ſi de foeud.fuer.controuerſ. inter dom. & agnat. vaſal. & ſic ſine aliqua reſtrictione loquuntur omnes præcita-

1620 ti Doctores in extenſione: † licet enim natura offenſi intumeſcat ſolum , quando videt perſonas coniunctas offenſori intra quartum gradum, vſquè ad quẽ propterea præſumuntur durare inimicitiæ, & non vltra, teſte Bal. quem retuli, & ſequutus ſum infra num. 1632. & conſequenter videatur dicendum, quòd ſint excluſi ſolum agnati vſquè ad tertium gradum incluſiuè,tamen militat ratio adducta ſupra, qđ foeudum cenſetur datum à principio ſub iſta conditione,vt, foeudatario committente ingratitudinem contra dominum, foeudum reuertatur ad dominum, qua ratione attenta, agnati excluduntur etiam ipſi in infinitum.

1621 LIMITA in multis caſibus hanc concluſionem; quòd propter delictum commiſſum contra dominum foeudum reuertatur ad ipſum dominum; quam firmaui ſupra ſub num.1612.verſ.capio.prout limitant Bal. in cap.1.nu.3. ibi.ego autem.& nu.4.tit. ſi vaſal.foeud. priuet.Iacob. de S.Georg.tract. de foeud.in verbo.dictiquè vaſalli promiſerunt.ſub num.58.ibi.retenta igitur.fol.215. & num.60. fol. 216. Curt.Iun. eod. tract. par.5.ſub num.3.verſ limitate nunc.& num. 4.& ſeqq. fol.88.& Zaſ. eod. tract. par.10.num. 112. & ſeqq.fol. 320. & iuxta limitationes, quas ponunt relati Doctores, ſunt intelligenda ea , quæ ſcribit Abb. in conſ. 3.nitar.ſub num.5. & q.7.ibi.& vltimatè dicit.lib.2.

1622 LIMITA II. cum Boſſ.tract.crim.tit.de bonor.public.num.56.& Farin.in qq.crim.lib.1.q. 25. num. 79. qui concludunt,præfatam concluſionem , quòd foeudum reuertatur ad dominum,excluſis filijs & agnatis, non habere locum,ſi foeudatarius ſit condemnatus in contumaciam vigore ſtatutorum; quam tamen limitationem pro nunc non audeo firmare.

1623 LIMITA III. vt non procedat in foeudo dato ex cauſa oneroſa,vt puta in permutationem aliorum bonorum æquiualentium,quia tunc non deuoluitur etiã ex delicto in dominum perpetrato , teſtibus Burſat. conſ.225. num.113. lib. 2. & Intrigl. tract. de foeud. art.9.num.20.& hæc limitatio eſt notabilis in foeudo Saxoli Dominorum de Pijs,quod eis fuerat conceſſum à Sereniſſimis Ducibus Eſtenſibus in recompenſationem bonorum habitorum ab ipſis Dominis de Pijs; ſuper quibus foeudis, & bonis permutatis alias conſulit Dec.conſ.389.viſa longe ſerie.lib.2.Et hæc circa primum caſum.

CASVS II.

CONCLVSIO I.

1624 Capio ſecundum caſum principalem:quando foeudatarius priuatur foeudo propter delictum commiſſũ in alium,quàm in perſonam domini:& facio duas concluſiones:primam in foeudo nouo:ſecundam in foeudo antiquo.

In foeudo nouo concludo ,quòd foeudum reuertitur ad dominum,excluſis filijs,& omnibus deſcendentibus,& agnatis foeudatarij delinquentis cap.1.tit.an ille qui interfecit fratr.dom.ſui.& in c. 1. §. fin.tit.quæ fuer.prim.cauſ.benef. amitt.& hãc cõcluſionẽ ſequuti ſunt Andr.de Iſern.Petr.de Ceruia.Nicol.de Neap.Iacob. de Belu.& omnes in d.§.fin.tit. proximè citato, ſicut referunt,& ſequuntur Iacob.de S.Georg.tract.de foeud.in verbo.dictiquè vaſalli promiſerunt.ſub num. 59.ibi.conclude quod.fol.215.& 216.in principio.& Curt.Iun.eod.tract.par. 5.in 2. principali concluſ. nu. 9.fol. 89.dicens,quòd iſta eſt clara, & expedita concluſio,à qua nullum * inuenit diſcrepantem.&,quòd communiter* teneatur,teſtatur Zaſ.eod.tract.de fœud.par. 10.concluſione quinta.num.117.fol.320.&,quòd foeudum nouum indiſtinctè reuertatur ad dominum,excluſis filijs , & agnatis, ſiue delictum,propter quod bona publicantur, reſpiciat perſonam domini, ſiue non; eſt opinio communis, * quam referunt, & ſequuntur Clar.in §.foeudum.q.66.verſ.& hæc quidem concluſio.& verſ.aut vero vaſallus.& Farin.in qq.crim.lib.1. q.25.num.74.& 75. & hanc eandem concluſionem tenet Boſſ.tract.crim.tit.de bonor. public. ſub num. 55. ibi.ſi verò eſt nouum.& ratio huius concluſionis eſt, quia nec filij, nec agnati poſſunt prætendere aliquid in foeudo nouo,niſi ex perſona eorum patris,quo caſu delictum patris nocet filiis,vt ſcribunt Dyn.in cap.

non debet aliquis.in fine.de reg. iur.in 6.loquens in foeudo paterno.Iacob. de S.Georg. in d.verbo. dictiquè vaſalli promiſerunt. num.60.Curt.Iun. eod.tract. par.5.nnm.13.fol.89.concludens in fine , quòd in eiſdem caſibus,in quibus pater poteſt contrahendo,præiudicare filio poteſt etiam præiudicare, delinquendo,
1625 † quia valeat argumentum à delictis ad contractus , & è contra l.omnem.cum ibi.not.ff.de iudic.ſed quòd pater poſſit contrahendo præiudicare filijs & agnatis in foeudo nouo latè oſtendi ſupra num.1455.

Confirmatur tota iſta concluſio ex his , quæ dixi ſupra num.1612.

1626 LIMITATIONES ſeu declarationes ad iſtam concluſionem collige ex traditis per Iacob.de S.Geog.& Curt.Iun.in locis proximè citatis.

CONCLVSIO II.

1627 In foeudo antiquo concludo ; quòd non reuertitur ad dominum,ſed quòd tranſit ad agnatos , excluſis filijs, & deſcendentibus in infinitum, vt ſcribunt Bal.in cap. 1.§.fin.in principio.tit.quæ fuer.prim.cauſ.benef. amitt.& in cap.1.ſub num.3. ibi aut deliquit in alium. tit. ſi vaſal.foeud.priu.cui defer.& Zaſ.tract.de foeud. par.10.num.117.verſ.quinta concluſio.fol.320.& hanc eſſe approbatam concluſionem ab omnibus teſtatur Curt.Iun.tract.de foeud.par.5.verſ. tertia principalis concluſio.num.10.fol.89.quam refert, & ſequitur Farin.in qq.crim.lib.1.q.25.num.76.& ratio huius communis concluſionis ſecundum Bal.in cap.imperialem. §.inſuper.ſub num.5.tit. de prohib. foeud.alienat. per
1628 feder. eſt multiplex.& 1.† quia maiorum exempla præiudicant l.ſi cohartalis.C.de cohart.lib.12.& quia patres comedunt vuas acerbas, & dentes filiorum
1629 obſtupeſcunt:† 2. ratio eſt , quia patres ſolent magis timere poenam in filio , quàm in ſeipſis, ſicut patet ex exemplis,quæ retuli lib. præced. cap.86.ſub num. 35. vnde vt magis abſtineant à delicto extenditur poena ad filios.

1630 DECLARA reſtringendo iſtam concluſionem , vt admittantur ſolum agnati remoti à delinquente ſaltem quarto gradu , excluſis alijs proximioribus vſquè ad tertium gradum incluſiue Iacob.de Beluis.in cap.1.§. ſi vaſallus culpam.tit.ſi de foeud.fuer.controuer.& in cap.1.tit.an ille qui interfecit fratr.dom.ſui.Bal. in d.§.ſi vaſallus. præſertim num. 3. Iacob. de S. Georg. tract.de foeud.in verbo. dictiquè vaſalli promiſerunt. ſub num.59.ibi.quidam tamen.fol.216.Curt. Iun. eod. tract.par.5.num.10.Zaſ.eod.tract.par.10.num.118.fol. ✠ 320.& hanc eſſe communem * opin.teſtatur Ruy.cõſ. 23.num.32.lib.5.quem referunt, & ſequuntur Clar. in §.foeudum.q.66. verſ.ſed quæro.Rol.à Vall. conſ. 28. articulus.ſub num. 11.lib.3.& Farinac.in qq.crim. lib. 1.q.25.ſub num.8.

1631 Ratio huius communis opinionis eſt , quia, vt ſcribit Bal. in d. §.ſi vaſallus.num.2.quantò proximiores tantò infectiores,verum tamen eſt , vt ſcribit idē Bal. quòd hæc ratio non eſt neceſſaria,nec omnino probabilis,ſed taliter qualiter coniecturalis, & veriſimilis : ſed in foeudis ſufficit iſta ſuſpitio, quòd ſæpè ſoleat eſſe ſimilitudo,& audacia eadem in talibus coniunctis: adde aliam rationem,quæ tamen militat ſolum in caſu,quo foeudatarius interfecit fratrem domini ſui:ratio,inquam, iſto caſu eſt, quia talis agnatus proximus nō poſſet ſtare in Curia ſine rubore domini:& hæc ſola ratio eſt efficax,vt ſcribit Bal.d. §.ſi vaſallus.ſub nu.
1632 3.† vel,vt Bal.ſcribit ibidem;quia natura intumeſcit, quando offenſus videt iuxta ſe tàm proximas perſonas offenſoris:vſquè igitur,inquit,ad quartum gradum excluſiuè præſumuntur inimicitiæ durare.

Sed quomodo computetur hic gradus,an ſecundum ius canonicum,vel ſecundum ius ciuile, non tango.

1633 Contrariam ſententiam : quòd admittantur omnes agnati,etiam exiſtentes intra quartum gradum : tenuit Ia.Aluar.d.cap.1,§.fin.tit.quæ fuer.prim. cauſ.benef.amitt.&, quòd contraria opinio ſit dura, teſtantur Clar.d.verſ.ſed quæro.& Curt.d.num. 10. in fine. dicens,cogitandum eſſe,quia videtur dura opinio;tamē, inquit,ſe non videre quòd poſſit realiter reſponderi ad iura allegata pro præcedenti opinione.

1634 Sed tu non recedas à præfata prima opinione communi,quæ fuit Iacobi de Beluis. quia, vt ſcribit Io. de Imol.in cap.cæterum.col.1. de iudic. quem referunt, & ſequuntur in effectu Iacob.de S.Geor.ſub d.nu.59. ibi.& in iudicando.& Curt.Iun.d.num.10. in materia foeudali magis debemus ſequi Iacob.de Beluis. tanquam magis peritum, qui pluries legit libellum foeudorum.

1635 LIMITA hanc declarationem,vt habeat locum ſolum in foeudo ex pacto & prouidentia ſimplici,ideſt, conceſſo ſibi,nulla alia facta mentione,ſecus in foeudo ex pacto & prouidentia,conceſſo pro ſe, & liberis, ſeu filijs;& ſit foeudum antiquum; quia admitterentur omnes agnati , vt ſcribunt Clar. in §. foeudum. q. 66. verſ. ſed quæro. Rol. à Vall. conſ. 28. articulus. ſub num.11.lib.3.& Farin.in qq.crim.lib.1.q.25.num.81.

1636 EXTENDE iſtam limitationem ſecundum eoſdem Clar.Rol.& Farin.vt in caſu huius limitationis admittantur etiam filij,& ſic intelligo Abb.conſ.3. nitar. q. 7.ſub num.5.paulò ante finem. ibi.ex quo videtur. lib. 2.Dec.conſ.445.in caſu ad me tranſmiſſo.ſub num.69. & Palaez.tract. maior.par.2.q. 4.illat. 2. num. 3. fol. 421.dum firmant,delictum patris non nocere filio: nā hoc poteſt procedere in foeudo antiquo, & expreſſe accepto pro ſe,& filijs,alias ſi ſit foeudum ſolum antiquum ex pacto,& prouidentia, & non ſit expreſſe receptum pro filijs,ſeu deſcendentibus,præiudicaret,& ſic eſt declarandus Bal. in cap.1.§. inſuper.ſub nu.5.de prohib.foeud.alien.per feder.quem ipſi citant.

Controuerſia foeudalis VII.

QVAESTIO I.

1637 Quomodo filij & agnati admittantur ad ſucceſſionem foeudi,quando foeudum non reuertitur ad dominum,nec fiſcus admittitur.

1638 Pro ſolut.huius controuerſiæ quæro multipliciter.

Et primo nunquid foeminæ ſuccedant.

Reſp.quòd non,quia ſunt excluſæ à ſucceſſione bonorum foeudalium,quæ habent naturam recti foeudi, vt in 1. conſuetudine foeudorum.§. & quia. verſ.hoc autem.& cap. 1. in principio. tit. de ſucceſſ. foeud. & vtrobiquè Andr. de Iſern.Bal.Præpoſ. Petr. de Rauen. ✠ & cæteri communiter. * Petr. de Bellaper. tract. de foeud.tit.4.quibus poteſt dari foeudum.num. 7. fol. 3. Anch.conſ.339.pro maiori intelligentia.num.4.Rom. conſ.1.num.1.conſ.33.viſo inueſtituræ tenore.in principio.& conſ.367.circa primum.num.12.teſtans hanc forè regulam.Thom.de Marin.tract. de foeud. tit. 18. num.3.fol.157.latè Curt.Iun.eod.tract.par.3. num. 1. fol.63.formans eandem regulam negatiuam,& ſic pro regula ſupponunt etiam Clar.in §. foeudum. q. 73. in principio.& Garzon. de femin.ad foeud.recipien. vel
1639 non.in principio.fol.165.† & Curt.& Garzon. referūt quinquè cauſas, ſeu rationes, propter quas foeminæ excluduntur à ſucceſſione foeudi: & ſic pro regula etiam ſupponit Palaez.tract. maior.par. 2. q. 6. col. 2. ibi.ſupponendum igitur eſt.fol.427. dicens , quòd hoc traditur in multis locis,& digeritur tam in lecturis, quàm in tractatibus,& conſilijs,& quòd vbicunquè notatur,& per vicos,& plateas circumfertur.

1640 AMPLIA iſtam regulam,vt habeat locum etiam in filijs maſculis deſcendentibus ex foemina, ſicut diſponit apertè dicta 1. conſuetudo foeudorum. in §. & quia.verſ. hoc autem. & ſcribunt Curt.Iun. & Garzon.vbi ſupra ; vnde Bal. in l. 1. num. 2. & 3. ff. de ſenator.dicebat,quòd Rex Angliæ,vti natus ex filia Regis Francorum , nullum ius poterat prætendere in
1641 Regno Francorum.† & quòd excluſa filia foemina à ſucceſſione foeudi,intelligatur excluſus nepos ex ea deſcendens,notat Brun.tract.de ſtatut.art.6. num. 90. fol. 181.&,quòd foemina excluſa à ſucceſſione per ſtatutum,ſit excluſus etiam maſculus deſcendens ex ea, firmarunt,diſputando Campeg.tract.de ſtatut.exclud. fil.foemin.q.21.ſub num.95.& ſeqq.fol. 267. & Natt.

tract.

tract. de statut.q.2. principali.num.34.fol.249.sequendo Bal.in l.maximum vitium C. de liber.præter.& de communi,* & veriori opinione testatur Gail. in prac. obseru.lib.2.obser.148.num.8.& ratio huius ampliationis est,quia filius masculus dicitur prouenire ex radice infecta iuxta notata in l.si viua matre.C. de bon. mater.& d.§.& qa.sicut aduertit Curt.tract. de foeud. par.3.sub num.1.fol.63.& notat pulchrè Anch.d.cons. 339.num.6.dicens,quòd ex radice infecta fructus non producitur:meliorem tamen rationem tàm huius ampliationis, quàm sequentis extensionis , quam nemo[?], quem huc vsquè viderim,assignauit,reddimus nos infra num. 1647. dico meliorem , quia ista,quam hic ex Curt.adduximus,non est tuta per ea, quæ scripsi infra num.1657.

1642 EXTENDE istam ampliationem , vt habeat locum etiã si in concessione foeudi non sit facta mentio agnationis,sed solum masculinitatis,vt puta,quia sit cõcessum pro se,& descẽdentibus masculis, quia adhuc intelliguntur exclusi masculi,descẽdentes ex foemina; quod sic probatur.

1643 Valet illatio ab emphyteosi ad foeudum iuxta concordantias , quas inter vnam , & alteram enumerant Euer.in locis argument.in loco ab emphyt. ad foeudum.& Caccialup.tract.de foeud.art.7. fol. 15. quem refert, & sequitur Frecc.tract.de subfoeud. lib. 2.q.3. nu.2.fol.179.& idem pro regula tradit Curt.Iun.trac. de foeud.par.4.sub num.132.fol.85.

1644 Sed in emphyteosi accepta pro se,& suis filijs masculis, vt loquitur Spec. tit.de emphyt.q.146.num.173. seu pro se,& suis liberis descendentibus masculis, vt, eum referendo,loquiturPaul deCastr.in l. 1. sub num. 3.C.de condit.inser.seu pro se,& suis descendentibus masculis,vt,referendo eundem, loquitur in cons. 190. nouiter reuocatur.num.4. lib 2.& prout etiam loquitur Ias.in l.gallus.§.nunc de lege.num. 16. ff. de liber. & posthum.seu pro se,filijs,& nepotibus masculis,vt, referendo Speculatorem,loquitur Curt.Iun. tract. de foeud. par.3.sub num.28 fol.55.seu pro se,& filijs masculis;vel pro se,& descẽdentibus per virilem sexum , vt loquitur Clar.in §.emphyteosis.q.36.vers. pone ergo . non compræhenditur masculus ex foemina, testibus præcitatis Doctoribus , inter quos Clar. testatur de communi.*

Igitur idem est dicendum in foeudo,imò multò magis in foeudo.

1645 Confirmatur,quia licet alias masculus ex foemina veniat sub propria appellatione masculorum,vt tradit Spec.vbi supra.& est opinio magis communis, * de qua testatur Mandel.cons.86.num.4.& est de mente omnium,vt scribit Palaez.tract.maiorat.par.2.q.6.sub num. 58. fol. 431. quam communem opin.sequuta est Rot.diuers.decis.15.num.1.& 2.& decis. 150. num. 9.

1646 par.2.loquendo de successione in ius patronatus; † tamen,quando sumus in emphyteosi , in maioratu , vel foeudo , non venit,quia vel repugnat ratio conseruationis agnationis,vt in emphyteosi accepta pro se , & descendentibus masculis,ad tradita per Paul. de Castr.d.cons.190.num.4.lib.2.& Rot.diuers.d. decis. 15. sub num.2.& aperte sub num. 7.vers.quia quantum par.2.vel repugnat natura rei,de qua agitur,seu,vt loquuntur,materia subiecta, vt in maioricatu,& foeudo, in quo nos loquimur,ad tradita per Paul.de Castr. in d. l. 1. num.3. in fine. C. de condit. insert. Mandel. & Rot. in locis proximè citatis , & ostendit Curt. Iun. tract. de foeud. par. 3. num.29. in fine. & num. 30. & 31. fol. 65. & latius Thom.de Marin.eod.tract.tit.11. num.3.8. cum seqq. & num.56.fol.147.& 150.

1647 Ratio huius ampliationis,& extensionis est,quia foeudum transmissibile ad descendentes , seu posteros in dubio censetur concessum fauore agnationis,sicquè masculis ex masculis,& non masculis ex foeminis;& ratio quare censeatur concessum fauore agnationis est, quia foeudũ potest cõsiderari tripliciter: primo prout est cõcessio fauorabilis,& gratiosa iuxta foeudi descriptionẽ,de qua per Bal.Præpos.cæterosquè in preludijs foeudorum : secundo prout est concessio honorifica: tertio prout est concessio cum dignitate : & quolibet istorum modo consideretur,semper dicetur concessum fauore agnationis: quòd enim ; si consideretur primo modo;dicatur concessum fauore agnationis , ostendo

1648 duplici argumento:† primo, quia vbi pœna sit imposita alicui,& eius filijs,seu posteris vsquè in certam generationem,non extenditur ad masculos descendentes ex fœmina cap. vbicunquè . & ibi Glos. in verbo. masculinam.de pœn. in 6. & scribit Paul. de Castr. in l. 1.sub num.4. C.de condit.inser.Igitur , quia tantum debet operari propositum in proposito, quantum oppositum in opposito,sicut pœnæ,& odia restringuntur

1649 ad agnationem,sic etiam fauores,& gratiæ:† secundo ostendo ex textu in l.1.ff. de iur. immun. vbi immunitas,concessa posteris,non extenditur ad masculos,descendentes ex foeminina; quia non sunt de agnatione: At immunitas non est aliud,quàm species fauoris , &

1650 gratiæ. † Si cõsideratur 2.& 3. modo, similiter probatur, quia in concessione honoris,& dignitatis,facta alicui & eius liberis,seu descendentibus,dicitur facta fauore agnationis,& propterea non veniunt descendentes ex fœmina Paul.de Castr.d.l.1.sub num.4.quem referunt,& sequuntur Frecc.tract.de subfoeud. lib. 2. q.54.num.4.fol.257.& Palaez.tract.maior. par. 2. q.6. sub num.58.fol.431.

1651 RESTRINGE istam ampliationem,quam posui supra num.1640.vt non procedat,quando ex inuestitura colligeretur , quòd fœudum non est concessum fauore agnationis ; quia isto casu licet sit exclusa fœmina, tamen non intelliguntur exclusi masculi , descendentes ex ea.

1652 Quòd fœudum non sit concessum fauore agnationis , duplici modo potest colligi ex inuestitura.

Primo ex verbis claris,& expressis;& tunc, quia essemus in claris,non est insistendum.

Secundo potest colligi tacitè, videlicet ex causa finali

1653 nali concessionis , † quæ causa finalis ex proœmio cõcessionis colligi solet l.fin. ff.de hæred. instit. Rom. cons.328.præsens consultatio. vers. secundo quia. nu. 3.Paris.cons.8. num.1.lib.1.Natt.cons.164.num.18.lib. 1.& Caputaq.decis. seu discursu.16. num. 1. par. 2.qui loquuntur in fœudalibus.& Mars. qui plures refert,& sequitur cons.19.num. 5. lib.1. & hoc est vulgare , vt

1654 scribit Rot. diuers. decis.214.sub num.1. par. 2: † & quòd ex præfationibus colligatur intentio disponentis,notat Anch.cons. 141.super prædicto. sub num. 1. ex d. l. fin. ff. de hæred.instit.

1655 EXEMPLIFICA istum II. modum in casu,quo alicui,& descendentibus masculis ipsius cõceditur fœudum principaliter fauore & intuitu vasallorum, vt benè & laudabiliter à prouidis , & idoneis viris gubernentur iuxta tenorem inuestituræ,quem posui supra n. 1340. hoc enim casu non dicitur concessum masculinitati conseruanti agnationem , sed masculinitati rectè gubernanti , & consequenter licet ab eiusmodi concessione sit exclusa fœmina , tamen non est exclusus masculus, descendens ex ea , teste Socc. in l. gallus.§.nunc de lege.sub num.7.ibi.primo quando.ff. de liber.& posth.quem latè amplexus est Rauden. inter cons.vltim.volunt.cons.142.quod est vltimum. nu. 97.versus finem.& seq.lib.2.& ego consulendo sequutus sum.

1656 Facit ad hoc,quod scribit Rot.diuers. decis. 15. sub num.2.vers.secundo.par.2. dicens , quòd masculinitas considerata ratione maioris idoneitatis tàm æquè habet locum in masculis ex masculis , quàm in masculis ex fœminis.

1657 Et,quòd non sit absurdum,vt etiam in fœudo compræhendatur aliquo respectu masculus ex foemina,videntur voluisse apud Brunum Socc. cons.10.Ias. cons. 9.& Campeg. cons. 11. quos refert , & sequitur in sui facti specie Mandel. cons.86.num.2.& cons.87. dum consuluerunt,masculum,qui sit proximus defuncto ex persona matris,& patris, posse admitti ad successionẽ fœudi secundum proximitatem matris,si in ea sit proximior, exclusis alijs agnatis, qui, attenta sola proximitatem ex masculis , sunt proximiores ; ex qua facti specie apparet, quòd licet fœmina per se sit inhabilis, tamen non reddit inhabilem suum filium masculum , sed potius coadiuuat.

1658 Nec obstat , quòd ista sit concessio honorifica , & digni-

dignitatis, quæ censetur facta fauore agnationis, vt ex Paul. de Castr. Frecc. & Palaez. retuli, & sequutus sum supra num. 1650.

Quia respondeo, illud procedere, quando concessio honorifica est considerata principaliter, secus, quando venit in consequentiam, & secundario, vt in exemplo, de quo loquimur: nam quod principaliter agitur, & nō quod venit in consequentiam attenditur.

1659 EXEMPLIFICA II. in fœudo cōcesso pro se, & descēdentibus masculis, & alijs hæredibus quibuscunq; quia eiusmodi foeudum licet possit deuenire etiam ad foeminas, aliosquè hæredes extraneos virtute illius clausulæ (& hæredibus quibuscunquè) iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 1518. & 1522. tamen non potest ad eas transmitti, nisi prius defecerint omnes masculi tàm descendentes per sexum virilem, quàm descendentes per

1660 sexum muliebrem; † & moueor ex eo, quia, vt scribunt Curt. Iun. tract. de foeud. par. 3. vers. decimo sexto num. 18. fol. 64. Zas. eod. tract. par. 8. num 58. vers. tertia conclusio. fol. 314. & Thom. de Marin. eod. tract. tit. 11. q. 23. num. 49. fol. 150. accepto foeudo pro se, & filijs suis masculis, & foeminis, nepos masculus ex foemina non solum admittitur, sed excludit neptes ex filio masculo; & ratio est, quia ex tenore inuestiture vocantis vltimo loco foeminas, colligitur à tacita, & verisimili mente concedentis, quòd prius debeant admitti masculi etiam ex linea foeminina, quàm foemina: nam si voluit, vt possint, deficientibus masculis, succedere foeminæ: ergo multò magis voluit, vt, deficientibus masculis ex masculis, succedant masculi ex foeminis, & in huiusmodi successione non consideraratur gradus repræsentatiuus, quia si consideraretur, nepos ex foemina in relato casu non excluderet neptes ex masculo, sed è conuerso ipse ab eis excluderetur.

1661 EXEMPLIFICA III. in foeudo concesso pro se, & omnibus, vel quibuscunquè hæredibus masculis; quia intelliguntur vocati non solum masculi descendentes ex masculis, sed, illis cessantibus, etiam masculi descēdentes ex foeminis illius lineæ, vt scribit Garzon. trac. de foemin. ad foeud. recip. vel non. vers. deinde ampliatur. fol. 170. col. 1.

QVAESTIO II.

CASVS I.

1662 QVAERO occasione præcedentis restrictionis, de qua supra num. 1651. an in casu, quo masculus ex foemina est compræhensus in inuestitura, dicatur æquè compręhensus cum masculo ex masculo, data inter eos paritate gradus.

Respondeo, distinguendo duos casus.

Primus est, quando ex tenore inuestituræ aperte colligitur ista æqualis compræhensio: & tunc cessat difficultas, quia tenor inuestituræ est attendendus magis quā natura foeudalis, sicut ex Bal. Caccialup. Zas. Ias. Dec. Gozad. Affl. Paris. Iacob. de S. Georg. Natt. & alijs retuli, & sequutus sum supra sub num. 1334. vers. resp.

1663 EXEMPLIFICA I. istum casum in foeudo, concesso alicui pro se, & descendentibus masculis, nulla habita ratione, seu differentia agnationis, sed coniunctim & nullo ordine successiuo seruato.

1664 EXEMPLIFICA II. quando foeudum concederetur descendentibus masculis per virilem sexum cum masculis descēdentibus per sexum foemininum; quia coniunctio illa (cum) operatur, vt succedant simul, sicut scribunt Paris. cons. 12. viso themate. sub num. 17. lib. 1. & Clar. in §. foeudum. q. 73. vers. & in hoc proposito. in fine. referentes, & sequentes communem * opin. esse, quòd si inuestitura sit concepta pro masculis cum foeminis, masculi, & foeminæ veniunt ad successionem foeudi simul, & ita tenet etiam Dec. cons. 208. ad clariorem. nu. 2. lib. 1.

1665 Contra istam exemplificationem tenet Curt. Iun. tract. de foeud. par. 3. vers. decimo sexto. sub nu. 18. ibi. hanc declarationem. fol. 64. sed contra Curt. firmat Paris. loco citato.

CASVS II.

1666 Secundus casus est, quando ex tenore inuestituræ non apertè colligitur, sed remanet in dubio: & isto casu concludo, semper debere pręferri masculos ex masculis, &, ijs deficientibus, esse admittendos masculos ex foeminis; hæcq; conclusio probatur quatuor argumentis.

Primo, quia de iure communi foeudorum non solum foemina, sed etiam masculus ex ea descendens repellitur à successione foeudi, vt dixi supra nu. 1638. & 1640.

1667 Igitur quando concessio foeuidi recedit à natura & iure foeudorum quoad personas, admittendo eas, quæ de iure foeudorum essent exclusæ, non intelligitur ab eo recedere etiam quoad ordinem succedendi, qui ordo succedendi est, vt exclusus de iure foeudorum, & vocatus ex tenore concessionis, non intelligatur vocatus simul cum admisso de iure foeudorum, sed ordine successiuo post eū; sicut videmus in foeudo concesso pro masculis, & foeminis, quo casu licet etiā foeminæ ex tenore concessionis succedant contra ius foeudorum, tamen prius succedunt masculi, & in eorum defectu succedunt foeminæ c. 1. §. quin etiā. tit. episcopum vel abbatem vel &c. & cap. 1. §. filia verò. & ibi communiter* Foeudistæ de success. foeud. Anch. cons. 339. pro maiori intelligentiā. num. 4. Bar. cons. 60. questio ista habet dubia. num. 1. lib. 1. & in l. vt iusiurandi. §. si liberi. sub num. 5. ibi. in foeudo est expeditum. ff. de oper. libert. Rom. cons. 1. num. 3. cons. 33. viso inuestituræ tenore. vers. tertio nisi. Alex. cons. 29. quoniam abundè. nu. 5. lib. 1. & ibi Natt. in addit. Curt. Iun. tract. de foeud. par. 3. vers. decimo sexto. num. 18. fol. 64. Zas. eod. tract. par. 8. num. 54. vers. secunda conclusio. fol. 313. &, quòd sit communis * opinio, testantur Paris. cons. 12. viso themate. sub num. 33. lib. 1. Clar. in §. foeudum. q. 73. vers. item quęro. & vers. & in hoc proposito. & obiter Garzon. tract. de foemin. ad foeud. recipien. vel non. restrict. 45. vers. quatragesimo quinto. fol. 172. de qua nemo dubitat. quare licet in foeudo, recepto pro se & hæredibus vtriusquè sexus, æquali signo vniuersali sint vocati masculi, & foeminæ, tamen foeminæ censentur vocatæ ordine successiuo post masculos, sicut ex Alex. cons. 9. ponderatis his. sub num. 4. vers. nec prædictis. & num. 5. lib. 5. refert, & sequitur Curt. Iun. d. par. 3. vers. decimo septimo. num. 19. fol. 64. & ita cum Alex. & Curt. arbitror esse tenendum, quamuis contrariū consuluerit Dec. cons. 208. ad clariorem. num. 2. lib. 1. vbi etiam conatur respondere ad

1668 Alex. ex aduerso allegatum. † Idem in foeudo omnino hæreditario, recepto pro se, & omnibus hæredibus, vel pro quibuscunquè hæredibus, asserit Garzon. d. tract. de foemin. ad foeud. &c. vers. declaratur communis. dicens, quòd quicquid dixerit Ruyn. foemina censetur admissa post masculos, & non cum masculis, quia, si sic esset etiam si fuisset vocata verbis explicatis, à fortiori idem est dicendum, quando est vocata verbis vniuersalibus, & implicitis.

1669 AMPLIATIONES & declarationes ad istam communem opin: quòd foemina censeatur vocata post masculos & non simul cum masculis: vide apud Garzon. d. tract. de foemin. ad foeud. recipien. &c. ampliatione sexta & seqq. vers. sexto ampliatur. & seqq. fol. 167. & ratio huius communis opinionis est, quia actus correctorius cuiusuis iuris communis est strictè intelligendus ita, vt ius commune minus lædatur.

1670 Secundo probatur; quia proximior in gradu regulariter excludit remotiorem à successione Socc. cons. 252. visis instrumentis. nu. 3. & 4. vtrobiquè in fine lib. 2. Paris. cons. 30. dubitatur. num. 5. lib. 2. Gram. decis. 1. num. 6. Io. Roy. in epit. success. cap. 32. num. 22. versus finem. fol. 426.

1971 Sed descendens, puta nepos ex masculo licet prout venit ex persona sua sit in pari gradu cum fratre amitino, tamē prout venit repræsētatiuè ex persona patris remanet proximior, & consequēter venit præferēdus: nam pater, ex cuius persona venit per repræsentationem, est masculus, qui excludit amitam, & amitinū: excludit amitam, quia est formina: excludit amitinū, quia

quia ſi velit venire ex perſona matris veniret ex radice infecta, vt dixi ſupra ſub num.1641. &, repræſentando perſonã excluſam excluderetur, ſicut argumentatur etiam Rauden. inter conſ. vltim. volunt. conſ. 42. num.116. lib.2. &, ſi velit venire ex perſona propria, reperitur in gradu remotiori, conſiderato, vt dixi, gradu repræſentatiuo, ex quo venit frater patruelis.

1672 Et gradus iſte repreſentationis habet in primis locum, quando nepos, pronepos, aliuſuè deſcendens concurrit cum patruo ad ſucceſſionem aui, proaui, ſeu alterius aſcendentis, vt dicunt aliqui ex infra citatis Doctoribus.

Habet ſecundo locum quando nepos ex fratre concurrit cũ patruo in ſucceſſione patrui iuxta notata in Auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi igitur. il.2. verſ. ſin autem. coll.9. tit.1. auth. ceſſante. & auth. poſt fratres. cum ſeq. C. de legit. hæred. & vbiquè Gl. Bar. in d. auth. poſt fratres. in principio, Paul. de Caſtr. in d. auth. ceſſante. nu.2. Iaſ. in l. ſi auię. ſub nu.4. verſ. ſed aduerte. & nu.6. C. de ſucceſſ. edic. Ant. de Roſel. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num.76. fol.362. Matheſil. eod. tract.3. art. princip. in principio. & ibi Ludou. Bologn. nu.2. & 3. fol.329. Nic. de Vbal. eod. tract. in 3. par. princip. nu.1. fol.349. Io. Roy. in epit. ſucceſſ. cap.32. num. 22. fol.426. latè Socc. conſ. viſis inſtrumentis. nu.13, 15. 41. & 42. quod conſilium habes in fine eius lecturę ad tit. de verb. oblig. ff. & inter eiuſdem conſilia nu.252. lib.2. & plures alij, quos refert, & ſequitur Pariſ. conſ.30. num. 2. & 6. lib.2. vbi teſtatur de communi, * & videtur tenuiſſe pro conſtanti Rot. diuerſ. deciſ. 708. num. 2. & 7. par. 1.

Item gradus iſte repræſentationis habet locum non ſolum in allodialibus, vt loquũtur pręcitati Doctores & aduertunt Curt. Iun. tract. de foeud. 3. par. princip. in 2. par. 1. mẽb. q.9. nu.12. fol.67. & Tiraq. tract. de iure primogen. q.40. nu.20. verſ. nec id ſolum. ſed habet locum etiã in bonis fœudalibus cap.1. §. his verò. tit. de ſucceſſ. fratr. vel &c. Corn. conſ.24. ad euidentiã. n.31. verſ. ſed dubitatio. lib.2. Curt. Iun. vbi ſupra, & eadem par.3. in 2. memb. nu.60. q.10. fol.71. loquens de ſucceſſione tranſuerſalium. & Franc. Sonsb. eod. tract. par.9. nu.57. & 98. verſ. quarta concluſio. fol.134. & Tiraq. tract. de iure primogen. q. 40. num. 20. verſ. nec id ſolum. & in ſimilibus terminis ſic argumentatur Rauden. d. conſ.142. ſub num.120. verſ. aut vult.

Item habet locum in emphyteoſibus, in quibus loquitur Corn. d. conſ.24. num.31. & Tiraq. d. q.40. num. 21. verſ. & de emphyteoſi.

Item habet locũ in iure patronatus eccleſiæ, in quo loquuntur Bened. in repet. cap. raynutius. in verbo. & vxorem nomine adelaſiam. num.6. & 18. de teſtam. & Tiraq. loco ſupra proximè citato.

Habet etiam locum in ſtatuto, vocante proximiores in gradu, vt ſcribit idem Tiraq. ead. q.40. nu. 22. verſ. ſed & quod.

Habet demum locum hæc lex repræſentationis etiã conſiderato iure diuino, vt conſiderat idem Tiraq. vbi ſupra num.23.

1673 Tertio, quia in maſculo ex maſculo reperitur duplex maſculinitas, ſicquè duo vincula, quæ magis ſtringunt, quàm vnum Inſtit. de adop. §.1. verſus finem. & de rer. diuiſ. §. quod ſi partim. & ita in ſimilibus arguit Rauden. inter conſ. vltim. volunt. conſ. 141. num. 95. & 97. lib.2.

Quarto, quia in foeudo, conceſſo pro ſe, & omnibus, vel quibuſcunquè hæredibus maſculis intelliguntur ex tenore inueſtituræ compræhenſi, & vocati etiam maſculi ex foemina, & tamen iſti non intelliguntur compræhenſi, & vocati, niſi poſt maſculos deſcendentes ex maſculis iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.1661.

1674 RETENTA ergo concluſione 2. caſus, quam poſui ſupra nu.1666.

EXEMPLIFICA I. eam in foeudo hæreditario, quia in eo poteſt ſuccedi ex gradu repræſentatiuo c. [illegible] tit. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucced. in [illegible] Bal. & cõmuniter* Foeudiſtæ; & deducitur [illegible] exẽplificatio ex doctrina Bartoli in auth. po[illegible] C. de legit. hæred. ſicut ſentit etiam Socc. d. conſ.252. viſis inſtrumentis. ſub num.17. lib.2. & cõprobatur ex ſeq. exempl.

1675 EXEMPLIFICA II. vt habeat locum etiam in foeudo ex pacto & prouidẽtia. quia licet eſſent vocati etiam maſculi ex foemina, tamen cenſentur vocati poſt maſculos ex maſculis; & ratio eſt duplex.

Prima, quia licet in eo ſit receſſum à natura foeudorũ in hoc vno, quòd ſunt vocati etiam maſculi ex foemina, tamen non cenſetur receſſum in alio, vt admittantur ſimul cum maſculis ex maſculis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu.1667.

1676 Secunda, quia nepos repræſentat patrem in ſucceſſione aui, ſeu patrui, quamuis foeudum non ſit hæreditarium, ſed ſit ex pacto & prouidẽtia, ſicut loqui videtur Franc. Sonsb. tract. de foeud. par.9. nu.57. fol.133. qui loquitur de foeudo, quod pater non poteſt inæqualiter relinquere filijs, & ſic de foeudo ex pacto & prouidentia.

Nec obſtat huic rationi, quòd contrarium conſuluerit Natt. conſ.129. poſtquam. & conſ. & 130. num.6. lib.1. eumquè ſequutus videatur Frecc. tract. de ſubfoeud. lib.3. rub. differentiæ inter foeuda ex pacto & prouidentia. differen.37. num.5. fol.459. dum ex hoc tenuerunt, quòd patruus excludat nepotem.

Nam reſp. contrarium, quòd nepos repræſentet perſonam patris etiam in ſucceſſione ad foeudum ex pacto & prouidentia, probari duplici argumento.

Primum argumentum eſt, quia valet argumentum à fideicommiſſo ad fœudum, vt dixi ſupra nu.1443. ſed in fideicommiſſo nepos repræſentat perſonam ſui patris in ſucceſſione aui, ſeu patrui: ergo idem dicemus in ſucceſſione foeudi.

Filius an repræſentet perſonam patris in concurſu cum patruo ad ſucceſſionem fideicommiſſi.

1677 Sed, quia veritas huius exẽplificationis tota videtur pendere à veritate huius articuli, quòd nepos repræſentet patrem in fideicommiſſo, ideo deliberaui examinare plenè iſtum articulum.

Pro parte negatiua; quòd nepos non repræſentet patrem, & conſequenter non admittatur vna cum patruo ad fideicõmiſſum; adducitur textus in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg.2. cuius verba ſunt: *in fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur; ij ad petitionem eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt: aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex eis primo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit* Bar. ibi. ſummat hunc textũ. *ad relictũ familiæ primo vocantur nominati; poſt eos, qui proximiores ſunt in gradu.* Sed proximior, ſeu proximiores, & primo gradu procreati intelliguntur non ex iuris diſpoſitione, & fictione, ſed ex veritate: & hanc opinionem negatiuam tenuit Bal. in d. §. in fideicommiſſo. ad finem. ibi. quæro an filius. quem ſequuti ſunt ibi Raph. Cuman. & conſ.106. mulier inſtituit maritum. col. fin. Alex. conſ.204. conſideratis. nu.6. & ſeq. lib.2. conſ.4. ponderatis. num. 10. verſus finem. verſ. fortificantur. lib.4. & conſ.129. perſpectis. num.3. in fine. num.4. & ſeqq. lib.5. Aret. in §. cum filius. in verbo. deinde iſta regula. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Dec. conſ.1. ſub num.6. ibi. & dico. & num.7. & in l.1. ſub nu.19. C. de ſecund. nupt. Pariſ. conſ.40. num.18. & 22. lib.2. & alij, quos citant Gabr. in concluſ. lib.4. tit. de fideicom. concl.3. nu.2. Mich. Craſ. tract. de ſucceſſ. §. fideicõmiſſum. q.11. ſub nu.1. verſ. contrariam. & Foſſan. deciſ.65. ſub nu.1. ibi contrariũ. & hanc eſſe communem * opin. teſtantur multi ex citatis per Gabr. & Mich. Craſſ. vbi ſupra, & eſſe magis communem * teſtatur Dec. d. conſ.1. ſub nu.7. ibi. ex quibus omnibus.

Ratio huius opinionis ſecundum Bal. in d. §. in fideicommiſſo. quem ſequuntur Dec. d. conſ.1. ſub nu.7. ibi. ratio ſecundum. & Natt. conſ.130. ſub num.6. ibi. nam in diſpoſitione. eſt, quia in diſpoſitione hominis, ſicquè in fideicommiſſo conſideramus affectionem diſponentis, quæ maior eſt ad fratrem, ſeu filium, quàm ad nepotem, ſecus eſt in ſucceſſione ex diſpoſitione legis, ſecun-

1678 secundum quam filius intrat locum patris. † alia & erit 2. ratio, quam adducit idem Bal. vbi supra. & sequuntur Alex. & alij eius sequaces in locis supra citatis, est quia in fideicommisso, seu alia dispositione hominis attenditur proximitas secundum veritatem; secus est, in successione ex dispositione iuris ad hæreditatem aui, seu patrui, quia attenditur proximitas secundum fictionem.

1679 Contrariam opinionem: quòd nepos repræsentet patrem, ideoquè succedat vna cum patruo: tenuit Glos. in l. cum ita. §. in fideicōmisso. in verbo. primo. alibi. proximo. ff. de leg. 2. quæ Glos. est communiter* approbata, vt testatur Alex. cons 88. quòd concurrere. sub nu. 1. lib. 1. dicens, quòd Doctores videntur communiter transire cum Glos. excepto Bal. qui illam Glos. ibi reprehendit. & quòd hæc sit magis communis * opinio testatur rursus idem Alex. cons. 26. videretur. sub num. 13. circa medium. lib. 3. Ias. cons. 158. col. 2. par. 2. Paris. cons. 36. sub num. 11. lib. 2. Dilect. de art. testan. tit. 5. caut. 27. num. 1. in fine. Gozad. cons. 4. sub num. 32. in responsione ad 6. & 7. argumentum. Crauet. cons. 67. vltra. sub num. 5. allegans Gozadinum. Additionator ad Alex. d. cons. 26. sub num, 13, litera. f. dicens, Alex. esse rectè loquutum, quia nullus reperitur Doctor, qui nominatim repræhendat illam Glos. nisi Bal. qui in eo, inquit, rectè repræhenditur ab Imol. & quòd dicta Gl. sit vera, & communiter non reprobetur, refert Addition. ad Dec. in l. 1. litera a. C. de secun, nupt. & hanc communem videtur sequutus Gabr. dicta conclus. 3.
1680 num. 2. in fine. † Et, quòd vbi agitur de succedendo ascendentibus per fideicommissum, & non est relictum familiæ, filius intret locum patris, tenuerunt Dec. cons. 217. in casu proposito. n. 1. in fine. & Crauet. d. cōs. 67.
1681 sub num. 5. † Et, quòd vbi agitur de fideicommisso patrui carnalis, vel aui, filij fratris succedant vti proximiores, cum sit locus repræsentationi, scribit Fossanés. decis. 65. num. 3. limitando opinionem Decij, d. cons. 1. &, quòd ista sit magis communis * opinio, testatur Mich. Crass. tract. de success. §. fideicommissum. d. q. 11. num. 1. in fine, allegans Cæphal. & alios; quam sequitur rursus idem Mich. Crass. eod. §. fideicommissum q. 16. num. 6. loquendo de fideicomm. relicto familiæ, vt in casu d. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff, de leg. 2. & faciunt quæ scribit idem eod. §. q. 10. num. 8. dicens, quòd nepos venit appellatione filij, quando filius in dispositione fideicommissi fuit consideratus ratione agnationis. & quòd hæc opin. Glos. in d. §. in fideicommisso. sit communis & magis communis, * latè refert, & sequitur Petr. tract. de fideicom. q. 11. num. 8. & seq. & num. 45. & 54.

1682 Confirmatur ista communis opinio duobus seqq. argumentis.

Primum argumentum est, quia habemus communem * opinionem, quòd in fideicommissis succeditur ad instar successionis ab intestato, vt scribunt Paris. cons. 3. redemptoris. num. 41. lib. 1. cons. 51. in huiuscemodi. num. 16. cons. 57. in presenti. num. 16. lib. 2. & cōs. 5. viso testamento. num. 26. lib. 3. & Mich. Crass. d. §. fideicommissum. q. 11. num. 5. in fine. & ideo idem Paris. cons. 40. iste abnepos. sub num. 31. lib. 2. vt se saluet ab ista communi opin. ait, quòd in casu suo apparebat aliter fuisse dispositum à testatore: Sed in successione ab intestato certi iuris est, quòd filius repræsentat personam patris, quando agitur de succedendo ascendentibus per lineam rectam, vel patruo carnali, vt ex pluribus retuli & sequutus sum supra nu. 1672.

Non obstant illæ duæ rationes, quas adducit Bal. in d. §. in fideicōmisso. & multi sunt sequuti, attendentes magis auctoritatem antesignani, quàm veritatem rationum: adeo enim friuolæ mihi videntur, vt si ab inferioris classis Iureconsulto essent adductæ, & non à Baldo, censerem, potuisse transiri, illis non aliter data responsione: Nam quantum ad primam: quòd in dispositione hominis sit consideranda affectio ad personas proximiores, & non in successione legali: dico esse falsissimam; & falsitatem ostendo, quia naturale est, vt diligamus proximiores, incipiendo à nobis ipsis secundum charitatem ordinatam: sed lex in successionibus ab intestato vocat proximiores, vt patet ex varijs titulis in ff. C. & Instit. præsertim tit. de hæredit. quæ ab intest. defer. Igitur etiam in successione legali conside-
1683 ratur affectio ad personas: † falsa quoquè est secunda ratio: quòd in dispositione legis consideretur proximitas secundum fictionem, & in dispositione hominis secundum veritatem: & falsitatem ostendo, quia tantum est dicere hoc, quantum dicere, quòd verba hominis disponentis non sunt intelligenda secundum dispositionem iuris communis, quod est falsum l. si quis legauerit. la 2. & ibi Bar. num. 1. & 2. ff. de leg. 1. notās ex illo textu, quòd dictio (cum) denotat coniunctionem ita, vt vnus possit sine altero, siue proferatur à lege, siue proferatur ab homine, & quòd propterea licitum est arguere à verbis legis ad verba testatoris: hoc idem probatur luculenter ex l. cum quidam. C. de verb. & rer. sign. & notat Ias. in l. nemo potest. sub nu. 11. ff. de leg. 1. in 2. lectura. &, quòd verba, cum fieri potest, sint intelligenda secundum ordinem iuris, & ad illum sint redigenda, scribit Paul. de Castr. cons. 164. in presenti causa quæ vocatur. sub num. 2. ibi. nunc ergo.
1684 lib. 2. † &, quòd verba rescripti sint intelligenda secundum ius commune, notant Abb. Fely. & Dec. in cap. causam quæ. num. 1. de rescript. & generaliter Cra-
1685 uet. tract. de antiq. temp. par. 4 num. 115. fol. 155. † Et, quòd etiam verba contractus recipiant interpretationem à iure communi, notant Alex. cons. 133. super quæsitis. sub num. 5. lib. 5. & alij, quos refert, & sequitur
1686 Rol. à Vall. tract. de dote. q. 37. num. 8. fol. 366. † & est theorica communis, & regula generalis, quòd non aliter sit recedendū à proprietate verborum, nisi constet de voluntate testatoris vulg. l. non aliter. ff. de leg. 3.
1687 Comprobatur tota hæc solutio contra Bal. quia dispositio testatoris in dubio præsumitur se velle conformare dispositioni iuris cōmunis l. si duo. ff. de acquir. hæred. Bar. & alij in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad senatusc. trebell. Paris. cons. 40. iste abnepos. num. 34. lib. 2. &, quòd intentio concedentis credatur in dubio esse conformis iuri, scribit Paul. de Castr. d. cons. 164. sub
1688 num. 2. vers. nunc ergo. † Et, quòd testator præsumatur se velle conformare statuto, quod dicitur ius commune illius ciuitatis, scribunt Crauet. cons. 250. sub num. 4. vers. secundo. & Rot. diuers. decis. 775. num. 6. par. 1, Et, quòd auctoritas Baldi, superius adducta, non sit vera, scribit Socc. cons. 252. visis instrumentis. sub nu. 17. versus finem. ibi. ad auctoritatem. lib. 2.
1689 Vultis tandem videre, quòd etiam in dispositione testatoris filius repræsentet, & intret verè gradum, & proximitatem sui patris, quando agitur de succedendo auo, vel alteri ascendenti; attendite hoc, quòd, mortuo filio, viuente patre, nepos rumpit testamentum, quod auus fecerat, viuente filio, §. posthumorū. Instit. de exhæred. liber. etenim, si filius non ingrederetur gradum, & proximitatem filiationis, non cogeretur auus instituere, vel exhæredare nepotem.
1690 Minus obstant nonnulla alia, quæ contra communem opin. firmatam supra nu. 1679. adduci possent: & primo textus in §. hoc etiā. ibi. scilicet vbi frater. Instit. de leg. agnat. success. vbi habetur, quòd filij fratris non succedunt patruo, si superstites sunt frater, vel soror.

Nam resp. vna cum Glos. ibi. in verbo. superstites. & in Auth. de hæred. ab intest. venien. §. si igitur. il 2. in verbo. theois. in fine. illum textum esse correctum per auth. cessante. C. de legit. hæred. & per d. Auth. de hæred. ab intest. venien. sicut multa alia iura esse correcta in ista materia successionis ab intestato ostendit Io. Roy. in epit. success. cap. 5. nu. 15.

Minus obstat, quòd post Bar. in l. librorum. num. 6. versus finem. ff. de verb. & rer. signif. scribit Ant. de Rosel. tract. de success. ab intest. nu. 76. dicens, quòd filius in successione cum patruis non reprçsentat personam patris, & consequenter non succedit, quando eius pater vocabatur non simpliciter, sed respectu alterius qualitatis, quæ non reperitur in eius filio.

Nā resp. quòd; quicquid sit de illa quæstione primogenituræ, de qua mox dicemus; in casu, de quo agimus, filius & respectiue pater est vocatus ad successionē simpliciter, vt filius, & secūdū proximitatē gradus, seu suitatē, quæ reperitur etiam in nepote, vt ostendi supra.

Non

Non obſtat poſtremo loco auctoritas multorum Iuriſconſultorum, qui tenuerunt, vt dixi, contrariam opinionem.

Quia reſp. quòd loquuntur contra communem, & magis communem, vt dixi, & multi, qui allegantur, nõ loquũtur in terminis noſtris, quando ſcilicet agitur de ſucceſſione aui, ſeu alterius aſcendentis, vel de ſucceſſione patrui, ſed loquuntur in alijs ſucceſſionibus, ſicut aduertunt Gozad. conſ. 4. ſub nu. 32. in reſponſione ad 6. & 7. arg. Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. fideicomiſſũ
1691 q. 11. num. 5. † & certi iuris eſt, quòd, exceptis his duobus caſibus, primo quando agitur de ſucceſſione aui, ſeu alterius aſcendentis in infinitum: ſecundo quando agitur de ſucceſſione tranſuerſalium in primo gradu, ideſt, de ſucceſſione patrui iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 1672. in reliquis filius nõ intrat locũ patris, Pariſ. cõſ. 30. dubitatur. ſub n. 1. 2. 3. & 4. lib. 2. & Io. Roy.
1692 in epit. ſucceſſ. cap. 5. nu. 20. & ſeq. & cap. 32. n. 22. † Et hinc eſt, quod, mortuo patruo magno ſine liberis ab inteſtato, ſolus nepos admittitur ad eius ſucceſſionẽ, excluſo filio alterius nepotis præmortui, vt ſcribit Io. Roy. d. cap. 5. nu. 21. fol. 397. & in his terminis procedunt quæ conſulit Pariſ. d. conſ. 30. nu. 6. in fine. nu. 7. &
1693 8. lib. 2. † Hinc etiam eſt, quòd, mortuo liberto ab inteſtato, & relictis filio patroni, & filijs alterius filij nepotibus dicti filij ex alio filio patroni præmortuo, ſolus filius patroni admittitur, excluſis nepotibus l. ſi libertus præterito. §. ſi libertus. ff. de bon. libert. quod notat Socc. conſ. 252. viſis inſtrumentis. ſub nu. 3. & ſub n. 17. verſ. patebunt etiam. lib. 2. vbi reſpondet, quòd ille textus non procedit in ſucceſſionibus ingenuorum, quando tractatur de ſucceſſione in altero ex dictis duobus ca-
1694 ſibus, relatis ſupra iſto & nu. præced. † Vel loquuntur in fideicommiſſis, habẽtibus clauſulas, aptas ad excludẽdos nepotes, vt puta, quia vocentur proximiores ordine ſucceſſiuo, & gradatim, ſeu ſalua gradus prærogatiua, vel alijs ſimilibus verbis, & clauſulis, quæ poſſint importare excluſionem nepotum iuxta ea, quæ ſcribunt Pariſ. conſ. 40. iſte abnepos. nu. 14. 26. & ſub n. 31. lib. 2. & Mich. Craſſ. d. q. 11. nu. 8. & 9. verum an d. verba, vel illis ſimilia ſint apta ad excludendos nepotes, non firmo: &, quæ ſufficiant, hic non inueſtigo.

Filius primogeniti an excludat patruum, qui eſt ſecundogenitus à regno, ſeu alio foeudo primogenituræ,

1695 SECVNDVM argumentum ad oſtendendum, quòd filius repræſentet perſonam patris etiam quando agitur de ſucceſſione foeudi ex pacto & prouidentia, deſumo ex reſolutione illius arduæ, & importãtis quæſtionis: an nepos, filius primogeniti excludat ſecũdogenitum, qui eſt patruus, à ſucceſſione Regni, maioratus, ſeu primogenituræ: cuius quæſtionis reſolutio vera eſt quòd filius primogeniti gradu repræſẽtatiuo ſuccedat & excludat patruum: ſed vt ſolidiorẽ habeamus reſolutionem deliberaui, vt in alia præcedenti, opiniones referre, & demum concludere: multæ enim circunferuntur de ea opiniones.

PRIMA opinio eſt, quòd ſecundogenitus excludat nepotem, filium primogeniti: quam opinionem tenuit Gui. de S. Gemin. V. I. Doct. & in Rom. Curia Aduocatus, dũ patrocinaretur, & allegaret ad fauorẽ Iacobi ſecundogeniti contra Thomaſium, nepotem ipſius Iacobi, filiumquè primogeniti, vertente inter eos lite ſuper iure primogenituræ Comitatus Sancti Seuerini, in Ciuitate Auenionenſi coram D. Roberto Hieruſalem, & Siciliæ Rege, cuius primogenituræ iura, & allegationes, quæ fuerunt pro vtraquè parte adducta, latè & ordinatè refert Oldr. conſ. 224. iſtæ ſunt allegationes. hanc eandem opinionem ad fauorem ſecundogeniti tenuerunt R. Planterij ll. Doct. & in Rom. Curia Aduocatus. R. Roſſulus. Rich. Malum. quos referunt Oldr. vbi ſupra, & Io. le Cier. tract. de primogenit. lib. 1. q. 25. ſub num. 4. ibi. ſecundo quidem. ſub num. 5. ibi. tertius. ſub nu. 6. ibi. quartus. eandem opin. tenuerunt etiã Cyn. in l. ſi viua matre. nu. 4. C. de bon. mater. & Bar. in auth. poſt fratres. C. de legit. hęred. dicẽs, quòd Regnũ Apuliæ fuit meritò debitum Regi Roberto, qui erat ſecundogenitus, excluſo Rege Vngariæ, filio primogeni-
1696 tis † & ratio ſecundum Bar. eſt, quia illud Regnũ Apuliæ eſt fœudum Eccleſiæ Romanæ, & ideo nõ hebetur iure ſucceſſionis, ſed ex conceſſione dominica, in qua, inquit Bar. nepos non repræſentat perſonam ſui patris & hanc ſententiã dicimus apertè colligi ex dictis per Bar. ſicut aduertit etiam Natt. conſ. 130. ſub nu. 4. quicquid aliter de illius opinione ſenſerint Soc. conſ. 252. viſis inſtrumentis. ſub nu. 17. & 18. verſus finem. lib. 2. & Iacob. à Saa tract. de primogenit. ſub n. 4. fol. 325. & ſub nu. 37. verſus finem. fol. 331. hanc quoque opinionẽ poſt Rich. Malum. Cyn. & Bar. ſuperius allegatos tenuit Anch. conſ. 82. dicta facti narratio. nu. 6. 7. & 8. hãc eandem opinionem tenuit, & latè defendit Ant. de Roſel. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 68. & ſeqq. vſquè ad n. 78. incluſiuè. fol. 362. extant & alij multi Iureconſulti, qui tenuerunt iſtam opinionem pro patruo, quos citat Io. le Cier. tract. de primogenit. lib. 1. q. 25. n. 3. & ſeq. vſquè ad nu. 19. incluſiuè fol. 38. enumerans vltra. 16. Iureconſultos. & Tiraq. tract. de iur. primogen. q. 40. n. 15. verſ. pro patruo. & tandem hanc eſſe magis cõmu-
✻ nem * opinionem, & melioribus rationibus probatam teſtatur Alex. conſ. 4. ponderatis verbis. ſub nu. 11. lib. 4. quem refert, & ſequi videtur Dec. conſ. 443. in caſu ad me tranſmiſſo. ſub nu. 22. lib. 2. &, quòd ita teneant noſtri Doctores legiſtæ ſcribit Paul. de Caſtr. in l. is poteſt. ſub nu. 2. ff. de acquir. hæred. & pro iſta opinione ad fauorem patrui reperio, quòd Bal. in l. liberti. ſub n. 18. C. de oper. liber. & fuſius in l. cum antiquioribus. ſub n. 11. verſ. nunc antequam. C. de iure deliber. Ant. de Roſel. d. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. ſub nu. 68. Nic. de de Vbal. eod. tract. par. 1. ſub nu. 68. fol. 343. Soc. d. cõſ. 252. ſub nu. 7. lib. 2. Paul. de Caſtr. in l. maximum vitiũ. ſub nu. 3. ibi. dicens cum. & ibidem Iaſ. ſub nu. 4. C. de liber. præter. Alex. d. conſ. 4. ſub nu. 11. lib. 4. Dec. d. cõſ. 443. ſub num. 13. ibi. & primo pro patruo. Ant. Corſet. tract. de poteſt. reg. q. 102. n. 78. fol. 145. Io. le Cier. trac. de primogenit. lib. 1. q. 25. num. 9. & 11. in fine. Iacob. à Saa eod. tract. de primogenit. ſub nu. 6. & communiter omnes, qui tenent hanc opinionem, referunt, Papã Clementẽ IIII. ſeu Bonifatium VIII. ſic ſententiaſſe ad fauorem Regis Roberti ſecundogeniti contra nepotem, filium primogeniti, Regem Vngariæ in clem. paſtoralis. de ſent. & re iud. vnde Bal. in d. l. cũ antiquioribus. ſub nu. 11. verſ. nunc antequam. inquit: ſi ergo ita determinauit Sedes Apoſtolica, ridiculũ eſt, & quaſi hæreticũ diſputare, quia fieret iniuria iudicio reuerendiſſimę ſynodi: verũ ego non ſemel, ſed bis, atq; iterum legi, ac relegi dictam clem. paſtoralis. & nullam in ea de hac re reperio determinationem.

Rationes huius opinionis cumulauit Tiraq. d. q. 40. nu. 100. & ſeqq. vſquè ad nu. 223. deducens pro hac opinione rationes quadraginta quinquè.

1697 SECVNDA opinio eſt de directò contraria: quòd nepos, filius primogeniti excludat patruum, qui eſt ſecundogenitus; & hãc opinionẽ tenuit Io. de Lauduno, allegando pro Thomaſio contra Iacobum eius patruũ in eadem cauſa Comitatus Sancti Seuerini ſuper iure primogenituræ corã D. Roberto. Rege, vt refert, & ſequitur Oldr. d. conſ. 224. iſtæ ſunt allegationes. nu. 21. verſ. in contrarium. & nu. 22. 23. & ſeqq. vſquè ad finẽ: hanc eandẽ opin. tenuerunt Io. Andr. in addit. ad Spec. rub. de fœud. vbi vlt. loco allegat pro iſta opin. ad fauorem nepotis, & reſpondet ad argumenta contraria, ex quibus conſtat, eum tenuiſſe iſtam opin. vt conſiderat Socc. d. conſ. 252. viſis inſtrumẽtis. nu. 17. lib. 2. Abb. in c. licet. n. 8. de vot. & conſ. 85. in præſenti quæſtione ſub nu. 1. & ſeqq. vſquè ad num. 7. excluſiuè lib. 1. Paul. de Caſtr. in auth. poſt fratres. la 2. ſub num. 2. C. de legit. hæred. & in l. is poteſt. ſub num. 2. ff. de acquir. hæred. dicens, quòd ſic conſuluit in Hiſpania de Curia Romana, cuius conſilij numerum, ſeu principiũ (licet ipſe non indicet) inueni in conſ. 164. in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ hiſpalẽſis. lib. 2. vbi latè examinauit iſtum paſſum, dicens, Doctores ſuper eo ſcripſiſ-

se multum pompose, & per exquisitas nimirum rationes, quia contingit in magnis successionibus, Regnorũ videlicet, & dominiorum, & ideo, inquit, meruit doté præcipuam: eandem opinioné, præmissa longa disputatione, firmauit Socc.d. cons. 252. visis instrumentis. sub nu. 15. in septimo argumento. & nu. 17. & seqq. lib. 2. eandem opin. tenuerunt Barb. cons. 10. sapienter. lib. 2. Nic. de Vbal. tract. de success. ab intest. par. 1. sub nu. 68. & 69. fol. 343. dicens, se interrogatum pro parte Regis Franciæ in successione Principis Nauarræ, ita respondisse, dum esset Turronis. Fely. in cap. prudentiam. sub nu. 7. ibi. vbi inter alia. de offic. & potest. iud. deleg. Paris. cons. 72. ad verã. nu. 107. & 108. lib. 4. Tiraq. d. tract. de iur. primogen. q. 40. nu. 12. vers. vterquè. & apertè nu. 19. vers. vtriusquè, dicens se semper partes nepotis sectatum esse. &, quòd ita decidant Doct. testatur Bertrach. in suo repert. in verbo. nepos regis. in fine. &, quòd ista opinio sit verior, scribit Corset. tract. de potest. reg. q. 102. sub nu. 77. fol. 145. ibi. primũ pro nepote est verius. & videtur sentire Bal. cons. 389. consuetudo est. num. 9. & sentit apertè Io. Roy. in epit. success. cap. 5. sub nu. 39. in fine. ibi. & vsque adeo. fol. 397. & Gramm. decis. 1. nu. 15. in fine. & seqq. & hanc esse communem* scribit ibidem sub n. 24. & esse communiorem *opinionem scribũt idem Bal. cons. 386. in regno libero. prope finem. ibi. sed communior. lib. 2. & Franc. Aret. cons. 164. diligẽter & maturè. quos refert, & sequitur, & multos alios cõgerit Iacob. a Saa tract. de primogenit. sub num. 14. fol. 326. & quòd Doctores maiores pondere, numero, & mensura tenuerint istam opinionem, concludit Barb. dicto cons. 10. quem retulerunt etiam Dec. cons. 442. in casu ad me transmisso. sub nu. 12. & Io. le Cier tract. de primogen. lib. 1. q. 25. sub nu. 35. fol. 40. & quòd sit verior & magis recepta ostendit Menoch. cons. 211. nu. 32. lib. 3. ad quẽ locũ se remittit in tract. de præsump. lib. 4. præsump. 92. nu. 4. vbi tamẽ loquitur in fideicom. & deniq. quòd ista opinio sit vera, & cõmunis. *latè ostendit per multas rationes, & auctoritates Iacob. à Saa dicto tract. de primogenit. vbi disputat istum solũ articulũ: &, quòd istã sententiã videamus quotidie seruari, scribit Iacobin. de S. Georg. tract. de fœud. in verbo. quid si. sub num. 8. fol. 180. &, quòd ita seruetur, testatur Bertach. vbi su-
1698 pra. † &, quòd hæc opinio multum inualuerit in maximis regnis Francorum, & Angliæ, testatur Bal. in l. cum antiquioribus. sub nu. 11. vers. decimo. ibi. & ista opinio. C. de iure delib. cuius attestationi standum esse scribit Paul. de Castr. d. cons. 164. in præsenti causa quæ vocatur maioriæ hispalensis. nu. 1. lib. 2. dicens, illi credendum esse tum propter illius auctoritatem, tum quia vixit multò tempore, & potuit videre istas obseruationes; addens se scire illũ vixisse multo tempore, quia ipse fuit illius discipulus; & hęc ex Paul. de Castr. refert etiam Socc. d. cons. 252. visis instrumẽtis. n. 10. in fine. & nu. 11. lib. 2. & quòd ita sententiauerit Rex Robertus ad fauoré Thomasij filij primogeniti, & nepotis contra Iacobum secundogenitum, & patruum dicti Thomasij in illa causa Comitatus Sancti Seuerini in Ciuitate Auenionensi, præsentibus Cardinalibus S. Mariæ in Aquino, & Theodorij, referunt Oldr. d. cons. 224. istæ sunt allegationes. in fine. Io. Andr. in addit. ad Spec. rub. de fœud. ibi. item conclusio. Paul. de Castr. d. cons. 164. nu. 6. paulò ante finem. vers. itẽ non obstat auctoritas Papæ. lib. 2. & in l. maximum vitium. sub nu. 3. C. de liber. præter. & ibidẽ Ias. sub nu. 4. Corset. tract. de potest. reg. q. 102. sub n. 76. fol. 145. Io. le Cier tract. de primogenit. lib. 1. q. 25. num. 26. in fine. fol. 39. & Iacob. à Saa eod. tract. num. 15. fol. 326. & multi alij, qui scripserunt super isto passu. Et, quòd ita fuerit decisum per Regem Angliæ de consilio suorum Procerum, testatur Bal. in l. liberti. sub nu. 18. vers. item secũdũ. C. de oper. libert. & apertius in l. ex hoc iure. sub nu. 5. vers. sexto quæritur. ff. de iustit. & iur. dicens, quòd Rex Angliæ moriens disposuit, regnũ suum pertinere ad primogenitum nepotem suum, excluso Principe de Gaules. & quod sic etiam sæpè iudicatum sit in similibus per inclytum Regem Francorum, testatur ibidem; & ex Bal. refert Iacob. à Saa d. tract. de primogenit. sub nu. 15. &, quòd ad tollẽdas istas ambiguitates ita prouisum sit Parisiensi consuetudine, scriptis mandata ad fauorem nepotis contra secundo genitum in tit. de success. §. fin. scribit Io. le Cier. d. tract. de primogenit. lib. 1. q. 25. nu. 40. in fine. fol. 40. &, quòd ita sit communis obseruantia in Gallia, Hispania, & Anglia, scribunt Tiraq. de iure primogenit. dicta q. 40. nu. 13. vers. & eam opin. & Io. Roy. in epit. success. cap. 5. sub num. 39. fol. 397.

1699 Ex quibus sublata est hodie ista tanta Doctorũ controuersia, in qua Bal. in l. ex hoc iure. sub nu. 5. ff. de iustit. & iur. dixit se habere oculos nycticoracis, quãuis eò loci apertius, quàm alibi videbis eum testari ad fauorem nepotis. & in l. cũ antiquioribus. nu. 11. in fine. C. de iure deliber. post adducta pro vtraq; parte argumenta dixit: *& ideo soluat Apollo.* & in cons. 389. consuetudo est. sub num. 1. circa principium. lib. 2. inquit, quæstionem istam esse quæstionem vulgarem, sed tamen nihil esse in ea ita opinatũ, quod posteris claudat intellectum. & Io. le Cier. dicta. q. 25. versus finem. sub nu. 40. fol. 40. post relatas opiniones nihil ausus est firmare, dicens, quòd difficultates huius controuersiæ transiuerunt in phthisim, & incalluerunt vtrinquè incurabiliter, quia præfati excellentes Doctores indurruerunt in suis opinionibus. & Tiraq. dicta. q. 40. num. 7. vers. at si primogenitus. dixit, esse altissimum pelagum.

1700 Rationes huius secundæ opinionis pro nepote sunt multæ, & desumptæ tàm ex iure diuino in sacra scriptura, quàm ex iure naturali, & ex iure positiuo, quas congessit Oldr. d. cõs. 224. nu. 35. & fusius cæteris quos viderim, Iacob. à Saa dicto tract. de primogenit. & Tiraq. dicta q. 40. nu. 19. vers. vtriusquè. vsque ad nu. 99. congerens alias 45. rationes circiter, & nos faciemus earum summarium breue, & mutilatum.

Ex iure diuino: quia regulariter primogenitus succedit in Regno, & ius primogenituræ potest alienari, etiam viuente patre, sicut patet in Esau, qui vendidit fratri suo Iacob iura primogenituræ: ergo ius est transmissibile ad hæredem; & per consequens cum filius primogeniti habeat ius primogenituræ, ipse, & non secundo genitus debet succedere, Oldr. vbi supra. Abb. in c. licet. sub num. 8. de vot. &c. & Io. le Cier tract. de primogen. lib. 1. q. 25. sub num. 22. vers. secundus. fol. 39. Et, quòd Esau, filius Isaac vendiderit primogenituram, scripsit etiam Paul. Apost. 12. ad Hebræos, dicens, quòd Esau propter vnam escam primitiua sua vendidit, &, quòd postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est, & quòd nõn inuenit pœnitentiæ locum, quamquã cum lacrymis inquisisset eam; quem Pauli locum adduxit etiam Iacob. à Saa d. tract. de primogenit. sub nu. 59. fol. 336.

1701 Ex iure naturali; quia filius est portio corporis paterni: quamuis enim ista portio sit conuersa in nouum hominem propter nouam, & diuersam animam, tamé non potest negari, quòd remanserit vera caro, & corpus patris: vnde licet residuum corporis paterni; extincto patre veluti radice; remanserit extinctum; tamen portio, quæ in procreatione filij fuit transfusa, non est extincta, sed est aucta, & augmentata, &; noua anima, & nouo spiritu infusis; adhuc viuit Old. d. cõs. 224. nu. 35. Abb. cons. 85. in præsenti quæstione. nu. 6. lib. 1. Io. le Cier dicta q. 25. nu. 23. 27. & latius sub nu. 30. & 31. fol. 39. Tiraq. d. q. 40. num. 13. vers. 4. ratio. & seqq. Iacob. à Saa eod. tract. de primogenit. sub nu. 29. fol. 329. & habetur ad literam in l. cum scimus. §. illud quoque. C. de agric. & cẽs. & colon. lib. 11. in illis verbis. *cum enim pars quodammodo corporis eius.* & probat textus in l. 4. ff. de inoff. testam. ibi. *circa sanguinem suum.* & sentit Ouid. in epist. quam Dido scribit Aeneæ, loquens in persona ipsius Didus.

Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis,
Parsq; tui latitat corpore clausa meo.

facit etiam ad hoc illud Virg. de Ascanio.

Sic oculos, sic ille manus, sic ore ferebat.

& quod scribit Liu. lib. 2. de bello punico de Annibale filio Amilcharis, quòd cum exercitus vidisset Annibalem arbitrabatur ipsum videre Amilcharem, sicut refert Barb. cons. 10. lib. 2. & ex eo Io. le Cier dicta q. 25. nu. 33. in fine fol. 40. & Iacob à Saa eod. tract. de primogen. nu. 79. versus finem. fol. 336. Et quia filius est portio

portio corporis paterni, ideo pater plus diligit filium, quàm filius diligat patrem Oldr.d.cons.224. sub n.35. Sed quomodo pater, seu masculus sit virtus actiua, & informet in generatione, & foemina habeat rationem passiui, ministrando materiam est messis Philosophorũ & Medicorum, in quam latas iniecit manus Iacob à Saa.dicto tract.de primogenit.num.27.28.& 29. quem curiosus poterit legere: nos enim abstinebimus, quia sutor non vltra crepitam.

1702 Ex iure positiuo: quia valet argumentum de toto ad partem,& è conuerso l.quæ de tota ff. de rei vendicat. & sufficienter Tiraq.tract.de iure primogen. q.40.nu. 24.vers.verum in his.sed constat,quòd vbi tractatur de admittendis nepotibus ad successionem cum patruo, nepotes repræsentant personã patris non in capita,sed in stirpem,auth.cessante.C.de legit.hæred. Ergo veluti repręsentantes personã patris, vbi de iure prælationis in totum ratione primogenituræ agitur, patruum in totum excludunt,sicut eorum pater primogenitus in totum illũ exclusisset Oldr.dicto cons.224.n.35.vers. tangebat demum.Abb.d.cap.licet.sub nu.8.de vot. &c.& Io.le Cier.tract.de primog. li.1.q.25.sub n.23. fol.39.

Ad ea,quæ possunt adduci exaduerso respõdent Old. vbi supra.Io.Andr.ad Specul.rub.de foeud.Abb. cons. 85. in præsenti quæstione.sub nu.1. vsque ad 7. exclusiue lib.1.& Socc.cons.252.visis instrumentis. lib.2.& alij in diuersis locis,sed latè Tiraq. dicta q.40.nu. 100. & seqq. vbi adducit & soluit.

Conabor ego solum respondere auctoritati,sumptæ ex sententia,lata à Bonifatio VIII. in fauorem Regis Roberti patrui contra Regem Vngariæ nepotem, & referã in primis solutionẽ Baldi,moxq; meã subijciã.

Respondet igitur Bal. in l.liberti.num.18.ad finem. C.de bon.libert. quòd dubitat,an Papa Bonifatius determinauerit veritatem; subdens in fine,quòd Papa ibi fuit partialis magis, quàm apostolicus,& in l.cum antiquioribus.sub n.11.vers.decimo.C.de iur. deliber. inquit,quòd licet dicatur,Papã Bonifatium aliter pronũtiasse,ius tamẽ, inquit,alterius, scilicet domini Re-
1703 gis Vngariæ tũc indefẽsi minuere nõ potuit.† inhãcq; eandẽ respõsionẽ videtur inclinasse in l.si viua matre. sub n.3.C.de bon.mater.eumq; referũt Paul. de Castr. cons.264.sub nu.6.vers.item non obstat auctoritas Papæ.lib.2.& in l.maximum vitium.nu.3.in fine C. de liber.præter. & ibidẽ Ias.sub nu.4.Iacob. à Saa.tract. de primogen.sub nu.15.fol.326.& Gram.decis.1.num.21. & cæteri communiter, dum inquit, quòd Rex Robertus conscientia ductus studuit transferre regnum Siciliæ ad regnum Vngariæ,quãdo desponsari fecit gloriosam Reginam Ioannam per Illustrem Andream, fi-
1704 lium Regis Vngariæ, † quorum coniugum miserabilem interitum innuit Bal. in dicta l. si viua matre. nu. 3. dum ait: *cuius votis inuida fortuna non fauit*: & apertè recenset Gramm. dicta decis.1.num.21.in fine, & num. 22. & seqq. vsque ad num. 27. referens ex D. Nic.Ant. de Mõtibus, quòd ipsa Regina Ioanna nepte prædicti Roberti cohabitante cum præfato Andrea Rege Vngariæ eius marito,siue ipsa consentiente,siue non,præfatus Rex proditoriè laqueo suspensus repertus fuit, ob quod denique Regina ipsa tanquam schismatica per Vrbanum Papam fuit priuata regno Siciliæ, & regnum ipsum concessum Carolo III. per quem capta fuit, & tandem iugulata inter duos puluillos. Facit etiam pro ista solutione quod scribit Barb.cons.10.lib.2. quem referunt Io. le Cier.de primog. lib.1.q.25.sub num.35.fol.40. & Iacob. à Saa eod.tract.nu.15.in fine.fol.326.dum scribit,non esse mirandũ quòd Rex Robertus sentẽtiauerit aliter quã obtinuerat ipse, quia, inquit, Rex Robertus obtinuit,
1705 vt pars,& postea decidit,vt Rex.† sed istis modestius loquutus est Io.Andr.ad Spec.in rub. de foeud. ibi.itẽ conclusio. dicens, quòd Rex Robertus non iudicauit cõtra casum suum,quia in facto illo,in quo iudicauit, inducebantur quædam ordinationes, factæ per ipsum super illo Comitatu, & prius per Carolum II. ipsius patrem,ex quibus,inquit, potuit causa sua sic definiri.

Verũ ab hac relata Baldi responsione cauendum est: primo, quia,obloquendo de Bonifatio est catholicarũ auriũ offensiua: secundo quia repugnat his,quæ scribit Gl.1.in verbo.bonifatius. in principio.6. decretal. dicẽs,quòd dicitur Bonifatius,quasi bona faciens,& verè inquit,est cõsonãs nomẽ rei prout esse debet,qa,&c. tertio,qa satis ex seq.nostra solutione potest cõfutari.

1706 Respondeo ergo, quòd Papa ita iudicauit ad fauorẽ Regis Roberti contra filium primogeniti propter publicam vtilitatem Regni,& immensam sapientiam dicti Regis Roberti,qui fuit secundus Salomon, & quia Regi Vngariæ sufficiebat regnum Vngariæ,nec decens erat, quòd in ecclesia Dei esset duplex, Bal. in l. vt intestato.in fine.C.de suis & legit.quem multi corruptè,aut nimis obscurè allegant.& vt percipias vim istius respõsionis,dum dixi,quòd sic iudicauit propter immensam sapientiam Regis Roberti,qui fuit secũdus Salomon,debes scire,quòd dum Rex Dauid dedit Regnum Salomoni,dicendo;sedebis super solium meum, & ipse regnabis pro me;pręt ulit eum Adoniæ primogenito.Reg.3.cap.1.& refert Dilect.de art.testan.tit.3. caut.8.num.2.fol.117. vide tu, qui studes,nota quantæ importantiæ sit sapientia.

1707 TERTIA opinio,seu inquam plures aliæ opiniones possunt colligi ex multiplicibus distinctionibus, quas Doctores excogitarunt.

Prima ergo distinctio est:aut primogenitus adeptus est possessionem antequàm sit mortuus:& isto casu concordant omnes Doctores, quòd nepos præferatur patro;& isto casu secunda relata opinio procedit sine cõtrouersia:aut non est adeptus possessionem:& isto casu militat contrarietas inter Doctores, Abb. in cap.licet. num.7.de vot.&c.Corset. de potest.reg. q. 102.sub nu. 77.fol.115.& Io.le Cier.tract.de primogen. lib.1.q.25. sub nu.15.vers.decimo quinto.fol.38.&Tiraq.de iure primigen.d.q.40.num.1.& nu.229.vers.nec desunt.

1708 Secunda distinctio est:aut nepos est genitus post patruũ,qui est secundo genitus:& isto casu secundogenitus pręfertur nepoti:aut nepos est genitus ante secũdo genitũ:&isto casu rursus distinguitur:vel extat lex,seu consuetudo,quòd filius primogenitus succedat, & tũc secundogenitus,qui est patruus præfertur propter illam adiectam qualitatem filiationis, dicẽdo *filius primogenitus*:vel cõsuetudo extat,quòd primogenitus succedat,non dicendo, filius,& tunc præfertur nepos non iure alicuius transmissionis,sed iure primogenituræ: hæc distinctio est Baldi in l.vt intestato.sub nu.1. C.de suis & legit.vbi loquitur determinatiue, quem refert, & sequitur Alex.in l.is potest.ff.de acqu.hęred.& vtrũquè referunt Io.le Cier.d.q.25.sub nu.16.fol.38.& Tiraq.d.q.40.nu.223.vers.sunt autem.

1709 Tertia distinctio est: aut constat de consuetudine, quòd nepos excludat patruum, vel è contra: & standũ est consuetudini:aut non constat de consuetudine: & tunc,si constat de mente concedentis ex verbis vel aliter,standum est menti concedentis:si non constat de mente;& tunc aut verba consuetudinis vel constitutionis loquuntur de potiori in gradu, & patruus, qui est potior in gradu, succedet:aut verba consuetudinis loquuntur de iure primogenituræ,& tunc si prius fuerit natus patruus,quàm nepos, patruus excludit nepotem,si verò fuerit natus prius nepos,quàm patruus,ne pos excludet patruũ, Mart. Lauden.tract.de primogenit.q.38.in fine.quem refert etiam Tiraq.d.q. 40.num. 228.vers.cęterum.

1710 VLTIMA opinio in hac controuersia fuit Othonis Imperatoris,qui,orta lite inter patruum, & nepotem, existimãsq;non posse de iure respõderi magis pro vno quàm pro altero,voluit eam determinari per duellum iudicio gladiatorio, & sic fuit factum supra Rhenum iuxta Treuerim,pręsente ipso Othone Imperatore vna cum Baronibus suis; & nepos in gemina pugna vicit, & fuit extimatum ex Dei voluntate euenisse, vt scribit Bertach.in suo repert.in verbo.nepos regis. referẽs,sic se alias audiuisse a D.Io.Frãc. Pauino Auditore Rotæ, referente sic se legisse in annalibus,& ex Bertach.referunt Ias.in l.maximum vitium.sub nu.4.C de liber.pręter.& Io.le Cier.tract.de primogen.lib.1.q.25.sub nu. 1.fol.37.& sub num.36.vers.nunc venio. fol.40.

1711 Verum hæc vltima opinio quia aduersatur iuri diuino, canonico,& ciuili iuxta ea, quæ refert, & sequitur ex Io. de Lign. Io.le Cier. tract. de primogen. di-

cta q. 25. num. 39. fol. 40. aduerſatur enim iuri diuino; quia per duellum tentatur Deus contra illud Euangelicum: *non tentabis dominum Deum tuum*: & quia repugnat apertè diſpoſitioni ſacroſancti Oecumenici Concilij Tridentini ſeſſ. 25. de reformatione. cap. 19. eſt reijcienda tanquàm apoſynagoga, cruenta & nutritiua diabolicæ inſtigationis in animarum perniciem,
1712 vt habetur in dicto cap. 19. ſeſſ. 25. † Et nota obiter, quòd ſicut eſt prohibitum duellum publicum; ita quoque eſt prohibitum duellum priuatum, quia quamuis in eo non interueniant Patrini, & ſocij, & nulla ſit loci ſecuritas habita, nullæuè prouocatoriæ literæ, aut denuntiationis chartulæ præceſſerint; tamen non minus, quàm publicum, eſt cruētum, & animæ, & corpori noxium, & ideo ſubiacet omnibus pœnis & cenſuris, quibus ſubiacet duellum publicum, vt declarauit Greg. XIII. in bulla incip. ad tollendum. edita anno Domini 1582. nono Decembris.

1713 HIS opinionibus relatis, concludo, adhærendum eſſe omnino ſecundæ opinioni; quòd nepos præferatur, vt ſcripſi ſupra num. 1697.

EXTENDE I. iſtam concluſionem, vt habeat locum non ſolum quando primogenitus adeptus erat poſſeſſionem regni, ſeu alterius foeudi, in quo ſuccedit primogenitus: quo caſu omnes Doctores conueniunt, quòd nepos filius primogeniti ſuccedat, excluſo patruo ſecundo genito, vt dixi ſupra ſub num. 1707. verſ. prima. ſed etiam quando primogenitus deceſſit, patre viuente; & in his terminis loquuntur Doctores adducti in ſecunda opinione ad fauorem nepotis; & in iſtis terminis loquitur Iacob. à Saa. diſputando iſtum articulum tract. de primogenit. & Tiraq. tract. de primogenior. q. 40. num. 7. verſ. at ſi primogenitus.

1714 EXTENDE II. vt procedat etiam ſi nepos naſceretur poſt ſecundo genitum, quia adhuc eſſet præferendus ipſe nepos per ea, quæ dixi infra in 4. extenſione, & in his terminis loquitur idem Tiraq. loco ſupra proximè citato.

EXTENDE III. vt procedat etiam ſi conſuetudo ſeu lex primogenituræ diceret, quòd filius primogenitus ſuccedat, quia adhuc nepos præferretur; quicquid dixerint Bal. & Martin. Lauden. in relatis diſtinctionibus, quæ confutantur ex traditis in ſecunda opinione, quam Doctores & praxis tenent & receperunt indiſtinctè.

1715 EXTENDE IIII. vt procedat etiam ſi nepos eſſet ſolum conceptus in vtero matris, & nondum natus tēpore mortis ſui patris primogeniti; quia adhuc excluderet patruum ſecundo genitum, ſicut contra ſe ipſū declarauit Licurgus, qui, mortuo Polydecte eius fratre natu grandiore, regnabat, vt legitimus ſucceſſor in regnum, & poſtea, comperto, quòd vxor Polidectæ remāſerat prægnans, declarauit regnum eſſe pueri; ſi quidem mas foret, & ſe principatum interim tanquā tutorē gubernare, ſicut referunt Plutar. in vita Licurgi circa principiū. & Iuſtin. lib. 3. quos etiam citant, Iacob à Saa dicto tract. de primogen. nu. 43. fol. 332. iuriſq; allegatione comprobat. & Tiraq. tract. de primigen. q. 40. verſ. idquè. num. 2.

1716 EXTENDE V. vt procedat non ſolum in filio primogeniti ad excluſionem patrui ſecundo geniti, & tertio geniti, & deinceps, ſed etiam in filio ſecundo geniti ad excluſionem patrui tertio geniti, & deinceps: nam eadem ratio, quæ militat, vt nepos ex primogenito excludat ſecūdo genitum, militat etiam vt nepos ex ſecundo genito excludat tertio genitum Gramm. decif. 1. num. 30. iuncto caſu, per eum poſito in principio deciſionis, & Io. Roy. in epit. ſucceſſ. cap. 5. num. 39. in fine. & 40. fol. 397.

EXTENDE VI. vt procedat etiam in filio primogeniti, nati antequam pater ipſius primogeniti eſſet Rex, ſeu in alia dignitate, quæ admittit ad ſucceſſionē primogenitum: quia licet Rex ſuſcipiat poſtea filium dum eſt Rex, & primogenitus moriatur ante caſum ſucceſſionis, nihilominus filius primogeniti ſuccedet, excluſo patruo: & moueor pro iſta extenſione, quia natus antequam ſuus pater eſſet Rex dicitur filius Regis, & excludit ſecundo genitum natum poſtquam pater fuit Rex ſecundum ea, quæ firmāt Tiraq. tract. de iur. primogen. q. 31. num. 12. verſ. ſunt tamen. & num. 27. verſ. non is ſum. fol. 420. & 421. quem refert, & ſequitur Menoch. tract. de præſump. lib. 4. præſump. 92. num. 5. Sed nepos repræſentat patrem, vt late oſtendimus. Ergo. Reſtringerem iſtam extenſionem, vt non procedat ſi iſte primogenitus deceſſiſſet antequā eius pater fuiſſet Rex: quia iſto caſu nepos forſan non excluderet patruum, exquò eius pater non extitit filius Regis cum deceſſerit antea. Cogita tamen.

Ex his remanet abſolutè probata illa propoſitio, quam poſui ſupra ſub nu. 1676. verſ. nam contrarium. quòd nepos repræſentet perſonam patris, & conſequenter remanet confirmata ſecunda ampliatio, quam poſui ſupra num. 1675.

Maſculus ex foemina compræhenſus in inueſtitura non intelligitur in dubio compræhenſus æqualiter cum maſculo ex maſculo etiam ſi foeudum ſit conceſſum maſculinitati ratione maioris idoneitatis ad gubernandum.

1717 Exemplifica tertio eandem concluſionem, quam poſui ſupra num. 1666. verſ. ſecundus caſus. in fœudo, conceſſo maſculinitati ratione maioris idoneitatis ad gubernandum vaſallos, & non ratione agnationis iuxta exemplum, quod poſui ſupra num. 1655. quia adhuc maſculus ex maſculo præferretur maſculo ex foemina; & ratio eſt, quia à natura foeudorum non eſt recedendum, niſi eatenus, quatenus ipſa conceſſio, & tenor inueſtituræ expreſsè recedit; & in alijs non expreſſis debemus inhærere naturæ foeudorum, vt dixi ſupra nu. 1667. & ſeqq. ad eum. & natura foeudorum, vt ibidē dixi, eſt vt foeminæ vocentur poſt maſculos, & maſculi ex foeminis vocentur poſt maſculos ex maſculis.

1718 Contra iſtam exemplificationem, & ea omnia, quæ ſcripſi ſupra num. 1671. ad oſtendendum; quòd nepos ex maſculo vti proximior, conſiderato gradu repræſentatiuo ex perſona patris, venit præferendus nepoti ex foemina in ſucceſſione aſcendentium, & patrui; oppono dupliciter.

Primo, quia in ſucceſſione, quæ defertur ratione habilitatis, ſeu idoneitatis, vt in caſu huius exemplificationis, nō attenditur perſona, quæ poteſt repræſentari, ſed attenditur perſona propria ſuccedentis, num ſit habilis; & hoc patet, quia, conceſſo foeudo pro ſe & filijs maſculis & foeminis, nepos ex foemina excludit neptem ex maſculo, vt ſcribunt Curt. Iun. tract. de foeud. 3. par. princip. nu. 18. fol. 64. & Thom. de Marin. eod. tract. de foeud. tit. 11. num. 49. fol. 150. & tamen ſi attenderetur perſona, quæ poſſet repræſentari, ſeu gradus repræſentatiuus, neptis excluderet nepotem; quia neptis deſcēdit ex maſculo, qui in foeudis excluderet foeminam, ex qua deſcendit nepos. &, quòd in ſucceſſione, quæ defertur maſculinitati ratione idoneitatis, nō attēdatur gradus repræſentatiuus, quia alias nō idoneus poſſet excludere idoneū, dixit Rot. diuerſ. deciſ. 15. domini ſteterunt. ſub num. 7. verſ. quia quantum. par. 2. &, quòd non attendantur perſonæ mediç, à quibus procedunt, & radices, à quibus producti ſunt, ſcribunt Bagnaſc. inter conſ. vltim. volunt. conſ. 140. nu. 26. lib. 2. & Rot. diuerſ. dicta deciſ. 15. nu. 6. par. 2. &, quòd gradus repræſentatiuus attēdatur ſolum quoad proximitatem, & non quoad habilitatem, & idoneitatē, ſatis colligitur ex conſilijs apud Brun. & Mandel. quos citauimus, & adduximus ſupra n. 1657. verſ. & quòd nō ſit.

1719 Secundo oppono, quia in ordine deſcendentium, qui ſuccedūt aſcendētibus, non quæritur gradus, Rauden. inter conſ. vltim. volunt. conſ. 141. nu. 60. & 61. lib. 2. allegans diſtinctionē Anſelmi de Marenchijs, à modernis, inquit, non conſideratam: ſi non quæritur gradus: ergo non poteſt dici, vnum deſcendentem vti proximiorem in gradu eſſe præferendum alteri deſcendenti, vti in gradu remotiori.

His non obſtantibus, adhuc veram exiſtimo exemplificationem, & vera ea, quæ ſcripſi ſupra dicto nu. 1671. verſ. ſed deſcendens.

Ad

1720 Ad oppoſita reſpondeo: & ad primum de admittendo nepote ex fœmina cum prælatione ad neptem ex maſculo, dico illud eſſe propter naturam fœudi, quod ſequitur maſculinitatem, ſicut vmbra ſequitur corpus, & vbi habet duplicem maſculinitatem, vnam in radice arida & non in ramo, & alteram in ramo vireſcente, ſed non in radice, ſequitur iſtam, quæ eſt in ramo, vt in adducto exemplo oppoſitionis; & ratio eſt, quia melius eſt habere militem viuum parum idoneum, quàm habere militem mortuum, qui viuens fuerit multum idoneus: & conſequenter odit repræſentationem, quæ necaret perſonam repræſentantem, ſecus eſt quando habet vnam maſculinitatem in radice & in ramo, & alteram maſculinitatem ſolum in ramo; quia ſequitur eam, quæ eſt in radice & in ramo, vt in relato exemplo tertiæ ampliationis, poſitæ ſupra num. 1717.

1721 Ad alia de non conſiderando gradu repræſentatiuo, quando ſucceſſio defertur maſculinitati ratione maioris idoneitatis reſp. quòd illud poteſt procedere, quando non repugnat natura rei, ad quam ſucceditur, ſed in caſu, de quo agimus, repugnat natura rei fœudalis, à qua fœmina & maſculi deſcendentes ex ea, vti venientes ex radice infecta ſunt excluſi; & conſequenter, præſuppoſito quòd fœminæ, ſeu maſculi ex eis deſcendentes non ſint vna cum maſculis ſimul ſine aliqua prærogatiua vocati, ſed ſolum ſint vocati, cenſentur fœminæ vocatæ poſt maſculos, & maſculi ex fœminis poſt maſculos ex maſculis: quia quòd non ſit habita ratio agnationis in conceſſione operatur vnam, & non duas derogationes: ſatis enim eſt, quòd propterea poſſint ſuccedere ordine ſucceſſiuo, cum alias de iure fœudorũ eſſet omnino excluſi.

1722 Ad ſecundum reſp. quòd licet non quæratur gradus in ſucceſſione deſcendentium, ſuccedentium aſcendentibus, ſeu patruo; tamen quæritur habilitas perſonæ ſuccedentis, & perſonæ, ex qua deſcendit, quando ſumus in maioricatu, primogenitura, & foeudo, & ſic ratione habilitatis venit conſiderandus gradus repræſentatiuus: imò ratio, quare in ſucceſſione deſcendentium cum patruis ad hæreditatem aſcendentium non quæratur proximitas gradus, eſt, quia iſta ſucceſſio fit per repræſentationem, vt ſcribit Io. Roy. in epit. ſucc. cap. 32. num. 22. fol. 426.

CONTROVERSIA FOEVDALIS VIII.

I. ſpecies legitimationis.

1723 An legitimatus ſuccedat in foeudis.

Reſp. triplicem eſſe ſpeciem legitimatorum.

Prima ſpecies eſt eorum, qui ſunt legitimati per reſcriptum Principis.

Secunda eſt eorum, qui ſunt legitimati per oblationem curiæ.

Tertia eſt eorum, qui ſunt legitimati per ſubſequens matrimonium.

1724 In prima ſpecie conſtituo regulam negatiuam, quòd non ſuccedunt, ſicut regulam hanc ponunt ſummarium in cap. 1. §. naturales. & ibidem Bal. num. 1. tit. ſi de foeud. defun. cont. ſit inter dom. Curt. Iun. tract. de foeud. 3. par. princ. in 2. par. 1. memb. num. 39. fol. 69. & de hoc habemus textum expreſſum in dicto §. naturales. & ibi communiter * Foeudiſtæ. Ant. de Butr. in cap. per venerabilem. col. 16. & 17. ſub nu. 17. ibi. non obſtat. & num. 19. verſ. alius autem effectus. qui fil. ſint legit. Alex. conſ. 94. conſideratis his. nu. 5. lib. 1. Clar. in §. foeudum. q. 82. in principio. & Gail. in pract. obſer. lib. 2. obſer. 141. num. 12. Tiraq. tract. de iure primogen. q. 34. ſub num. 54. & ratio huius concluſionis, ſeu regulæ eſt triplex: prima eſt, ne fiat præiudicium domino fœudi, qui conceſſerat foeudum pro ſe, & deſcendentibus ſuis, inter quos non cõprehenditur naturalis, & conſequenter, ſi per legitimationem efficeretur ſucceſſor, fieret præiudiciũ domino foeudi; & in dubio Princeps non præſumitur velle alteri præiudicare Alex. conſ. 2. viſis codicillis. in reſp. ad nonum argumentum. ſub num. 18. verſ. non obſtat quod. lib. 1. ſecunda ratio eſt, quia non præſumitur, quòd nobilis, concedens fœudum, ſenſerit de filijs legitimatis. Alex. conſ. 94. ponderatis his. num. 5. lib. 1. Curt. Iun. ſub dicto num. 39. & Tiraq. tract. de nobil. cap. 23. num. 16. verſ. dicuntq;. vbi allegant etiã Ang. in quadam diſputatione, quam non vidi. & Ant. de Butr. in dicto cap. per venerabilem. col. antepenul. qui filij ſint legit. qui tamẽ in libro meo (ſi diligenter eum perlegi) hoc non dicit: tertia eſt ratio, quia fieret præiudicium agnatis, quod in dubio non eſt præſumendum Principem voluiſſe; quam ſimiliter refert Curt. loco citato.

1725 Contra iſtam concluſionem, ſeu regulam oppono, quia legitimatus per reſcriptum Principis efficitur verè legitimus. §. ſi quis ergo. Auth. quib. mod. natur. effic. ſui coll. 7. & melius probat textus in §. liceat. ibi. *nihil a legitimis differens.* Auth. quib. mod. natur. effic. legit. coll. 6. Alex. qui eadem iura in multis locis adducit dicto conſ. 2. viſis codicillis. ſub num. 9.

1726 verſ. præſuppoſita ergo. lib. 1. † & ratio eſt, quia eſſe legitimus eſt quid iuris, & lex diſponens de ijs, quæ ſunt iuris, continet veritatem, & non fictionem Bar. in l. ſi is qui pro emptore. q. 3. num. 29. ff. de vſucap. Ergo Papa, ſeu Imperator; cum ſint lex viua; faciunt verum legitimum, quando legitimant.

1727 Confirmatur iſta oppoſitio triplici argumento.

I. quia legitimatus per reſcriptum Principis excludit ſubſtitutos ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſicut ſcribunt Ant. de Butr. in cap. per venerabilem. num. 17. verſus finem. ibi. idem puto ſi dixerit. qui fil. ſint legit. & Alex. dicto conſ. 2. num. 13. lib. 1. teſtans de opinione communi, * quam refert, & ſequitur Dilect. de art. teſtan. tit. 5. de ſubſtitut. caut. 15. ſub num. 4. verſus finem fol. 122. Petr. tract. de fideicom. q. 11. ſub num. 239. fol. 154. verſ. & ſi alij. quam communem latiſſimè defendit Alex. dicto conſ. 2. num. 8. & ſeqq. &, quòd legitimatus excludat ſubſtitutum, eſt opinio communis, * vt latè referunt Dec. conſ. 284. viſo puncto. ſub num. 8. ibi. eſt ergo videndum. & conſ. 399. concluſionem, num. 6. & Neuiz. conſ. penult. nu. 22. &, quòd iſta ſit magis communis, * & verior concluſio, teſtatur Dilect. de art. teſtan. dicta caut. 15. ſub num. 4. &, quòd filius legitimatus faciat deficere conditionem; ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, & hoc modo excludat ſubſtitutum ſecundum communem opin. teſtatur Clemen. tract. de patr. poteſt. cap. 5. nu. 49. fol. 103. & latè ex receptiori ſentẽtia teſtatur Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſum. 79. n. 1. & ſeqq. & ſic vt vides Doctores vtuntur diuerſis verbis, tamen omnes pro maiori parte conueniunt contra ſubſtitutum.

1728 Nec obſtat, quòd Cald. Bal. & multi alij, quos citat Affl. deciſ. 386. nu. 2. tenuerint contrarium; quia reſp. quòd habent, vt dixi, communem in contrarium, vel ſaltẽ eorũ opinio poteſt ſaluari in aliqua ex fallẽtijs, quas ad hanc communem opin. referũt Dec. conſ. 284. num. 9. & ſeqq. & Neuiz. d. conſ. penult. nu. 23. & ſeqq.

1729 II. confirmatur, quia appellatione legitimorum venit legitimatus ſecundum magis communem * opin. vt refert Petr. d. q. 11. fol. 166. verſ. ſeptuageſima quarta.

1730 III. confirmatur, quia licet diſpenſatio ſit odioſa, tamen legitimatio eſt fauorabilis Anch. conſ. 241. ex tenore priuilegij. num. 1. & ſub num. 2. Dec. conſ. 338. in caſu propoſito. ſub num. 3. Albert. Brun. tract. de ſtat. art. 12. num. 79. fol. 229. Neuiz. conſ. penult. in fine. ibi. non obſtat. Matth. Brun. inter conſ. vltim. volunt. conſ. 175. num. 17. lib. 1. & Petr. tract. de fideicom. q. 11. fol. 147. verſ. octaua. & maximè, ſi ſit facta ad inſtantiã patris, vt per eundem ibidem. fol. 158. verſ. vigeſima

1731 nona. † Et conſequenter, cum ſit fauorabilis, eſt latè interpretanda, vt ſcribit Anch. d. conſ. 241. n. 1. in fine.

1732 His non obſtantibus; non eſt recedendum à regula ſuperius firmata: nam quantum ad oppoſitionem reſp. quòd legitimatus dicitur propriè legitimus, cõſiderata legitimatione in genere, ſed non conſiderata legitimatione in ſpecie; quia certum eſt, quòd alius dicitur legitimus, qa eſt procreatus ex legitimo matrimonio; alius, quia eſt legitimatus per reſcriptum Principis, & alius, quia eſt legitimatus per oblationem curiæ

Dec.cons.284. viso puncto. nu 15.& licet istæ species conueniant in multis;tamen in hoc vno differunt,quòd legitimus succedit in foeudalibus,sed nō legitimatus; & ratio huius differentiæ est ea, quam adduxi nu. seq.

1733 Ad primum & 2.argumentum confirmationis resp. quòd non procedunt in foeudis,quia,ne naturales suc cedant eorum patribus, est prouisum in primis à iure diuino,vt habetur in Genesi cap.12.vt referunt Paulus ad Galathas.cap.4.&.tex.in cap.non omnis.32.q.2.& in cap.dicat aliquis.32.q.4.Bar.in l.3.in fine, ff. de testam.& qui test.&c.Io.Roy.in epit.successi.cap.11.nu. 3.in fine.& num. 4. fol. 403. Paleot. de noth. spur. fil. cap.54.nu.1. fol.69. verba iuris diuini ad Abraham in Genesi sunt. *eijce ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* est etiam prouisum à iure ciuili,sicut patet ex l.1.& seqq.C.de natur. liber.& ordinatè scribunt Io.Roy.d.cap.11.per totum & Paleot.d.tract.de noth.cap.38.per totum fol.62.est tertio loco specialiter prouisum à iure foeudorum,ne possint succedere in bonis foeudalibus c. 1. §. naturales. & ibi communiter * Bal. & cæteri Foeudistæ tit. si

1734 de foeud. † defunct. conten. sit &c. † Et quando fit lex,prouisio, dispositio,seu habilitatio simplex, & generalis,nunquam refertur ad casum specificatum, seu in quo est prouisum nominatim,& in specie l.doli clausula.ff.de verb.oblig.cum similibus,allegatis per Bar. in l.quæsitum.§.papinianus quoquè.sub num. 16. ff.de fund.instr.& Rom.cons.393.præsens consultatio. nu.

1735 14.Dec.cons.301.in causa quæ.sub num.1. & 2. † vnde dicimus, quòd auth.bona damnatorum. nō corrigit iura antiqua,quæ expresse imponebant poenam confiscationis;& hanc esse communē* retuli, & sequutus

1736 sum lib,præced.c.97.nu.18.† ad quod facit etiā quod scribit Curt.Sen.in l.2.n.18.C.de iureiur.prop.calum. inter tract.diuers.fol.132.dicens,quòd lex noua,corrigens legem veterem, non intelligitur eam corrigere in casu, in quo lex vetus specialiter prouidit,nisi eam in eo specialiter corrigat,motus ex Glos.in Auth.de hæred.ab intest.venien.circa principium.in verbo.venientibus.quæ vult,vt lex,quæ saluari potest, non intelligatur correcta per legem generaliter corrigen-

1737 tem.† facit ad idem, quod notat Affl.decis.265. num. 22.& 23.dicens,quòd de eo,quod est notatu dignum, debet fieri mentio specialis,& non in genere,& quòd nō venit sub generalitate id, quod est alterius naturæ.

Igitur legitimatio simplex nullo modo se extendit ad successionem bonorum fœudalium.

1738 Ad tertium argumentum resp.quòd illud assumptū, quòd legitimatio sit fauorabilis,est controuersum, vt patet ex allegatis per Petr.loco citato: & dato quòd esset verum, tamen in quantum ex ea venit lædendū ius tertij est strictè interpretanda,& restringenda, vt scribunt Anch.cons.308.prima facie.sub nu.5. & Lud. de Sard.tract.de natur.liber.&c.rub.de legitimationis per rescriptum effectu.num. 1. fol. 41. quem videas, quia benè distinguit.Accedat etiam,quia licet sit fauorabilis,tamen non infertur,quòd referatur ad ea,in quibus est nominatim cautum,& prouisum iuxta ea, quæ dixi nu.præcedentibus.

1739 NOTA obiter occasione istorum terminorum legitimationis,& dispensationis pro eorum intelligentia, quòd licet multi tenuerint,legitimationem de nato ex coniugata, & soluto dici dispensationē,vt refert, & sequitur Matth.Brun.inter cons.vltim. vnlunt.cons.175. num.18.lib.1.& similiter de filio nato ex vxorato cum soluta,vt refert,& sequitur Dec.cons.393.consului superioribus.num. 10.vers.vltimo considerandum. quia nascitur ex coitu damnabili,& reprobato;tamen Rot. diuers.decis.661.num.4.par.1.tenuit, dici legitimationem etiā in nato ex soluto,& coniugata, si legitimatus fuerit plenè restitutus ad natalia.& in nato ex vxorato cum soluta,quòd dicatur legitimatio, refert, & sequitur Petr.de fideicom. q.11. sub num.239. fol. 162. vers. quinquagesimo.in fine.

1740 FIRMA ergo remanet conclusio, seu regula negatiua, quòd legitimatus per rescriptum Principis non succedat in foeudo.

AMPLIA I. istam conclusionem, vt procedat etiā si fuerit legitimatus cum consensu patris;& ratio est, quia consensus patris non tollit impedimentum, proueniens ex dispositione iuris foeudalis, seu non potest præiudicare domino directo,qui, concedendo foeudū etiam pro filijs,intellexit solum de filijs procreatis ex legitimo matrimonio,vt dixi supra sub num. 1724.

1741 AMPLIA II. vt procedat etiam si pater acquisiuerit foeudum post legitimationem filij, quia is adhuc non succedit,nisi fuerit legitimatus expressè ad foeuda per ea,quæ dixi supra nu.1724.& ita Franc. Sonsb.ad vsus foeud.par.2.num.70.fol.133.declarat ea, quæ in contrarium videbatur dixisse ibidem num.67.ibi.si pater obtulit.

1742 AMPLIA III. vt multò magis procedat,quando esset legitimatus, non intercedente consensu patris, vel patre iam mortuo, Franc.Sonsb.d.nu.67. fol.133. ibi.si princeps per se.

1743 AMPLIA IV. vt procedat etiam si esset legitimatus cum clausula, *ac si ex legitimo matrimonio procreatus esset in omnibus et per omnia*;quia ista clausula non extendit legitimationem ad casum, in quo requiritur legitimatio specialis.

Nec obstat, si diceremus, quòd ista clausula posita in fine comprehendit omnes casus,requirētes specialem expressionem:quia resp.verum esse,si prius essent specificata aliqua,quæ requirerent expressionem particularem,vt loquitur Rot.diuers.decis.368.num. 7.& 8.par.1.sed in casu nostro nulla præcedit specificatio. Igitur.

1744 AMPLIA V. vt procedat non solum in foeudo paterno, sed etiam in foeudo materno, quia in eo non succedit filius naturalis, Curt. Iun. tract. de foeud.3. par. princip. par. 2. primi memb. num. 39. in fine. fol.69.& Zas.in epit.foeud.par.8. num.83. fol. 314. & licet loquantur in filio naturali,procedit etiam in filio naturali legitimato, vt patet ex textu in cap. 1. §. naturales.tit.si de foeud.defun.content.sit &c. ab eis,& alijs citato, qui loquitur de naturali legitimato,& in legitimato loquitur Petr. de Rauen. in d.§.naturales. ibi. & cum iste textus. fol.27.

1745 AMPLIA VI. vt procedat etiam si nulli alij extarent legitimi,& naturales Curt.vbi supra num.40.

1746 AMPLIA VII. vt procedat non solum in successione ab intestato,sed etiam in successione ex testamento eo casu,quo foeudum deferretur ex testamento Curt. vbi supra.vers.tertio extende.fol.69.

1747 LIMITA I. istam regulam,vt non sit vera, quando dominus concessit foeudum vasallo pro se, & suis filijs natis,& nascituris, & dominus tunc sciebat,quòd vasallus solum habebat filium naturalem;quia tunc talis naturalis succedit in fœudo, exquò scientia domini concedentis hoc importat, & quilibet etiam seruus potest inuestiri de fœudo,vt ex Aluar.in cap.1.§. naturales.tit.si de foeud.defunc.conten.sit.&c.refert, &sequitur Curt.Iun.tract.de foeud.3.par.princip.par. 2.1.memb. sub num.40.vers.limita.fol.69.& hoc idem tenent Bal.in l.eam quam.nu. 39.vers. demum quæro. C.de fideicom.& Petr.de Rauen.d.§. naturales.ibi.& & si dominus concesſit.fol.27.vnde si succedit naturalis,à fortiori succedit naturalis legitimatus.

1748 LIMITA II. vt non sit vera, quando esset legitimatus ad foeuda,quia sic legitimatus succederet Glos. 1.in cap.1.§.naturales.tit.si de foeud.defun.conten.sit &c.Bal.in l.eam quam.num.42.& 43.vers.quæro vtrū. C.de fideicom.& apertius in d.§.naturales.nu.2. Abb. in cap.tanta.sub num. 7. qui fil. sint legit. Zas. in epit. foeud. par. 8. num. 84. fol. 315. Dec. cons. 269. consultus ab illustri.num.7.Affl.decis.195. num. 1. Franc. Sōsb.ad vsus foeud.par.2.nu.70.fol.133.&,quòd d.Gl. in §.naturales.sit à Doctoribus approbata,scribit Soc. cons.3.in causa domini.nu.9.vers.& pro fundamento. lib.3.& quòd sit approbata per omnes, * scribit Curt. Iun.tract.de foeud.3.par.princ.par.2.1.memb.sub.nu. 39.fol.69.&,quòd hæc sit comunis,*& indubitata con clusio,testantur Paris.cōs.1.n.122.& 123.lib.2.& alij, quos refert,& sequitur Clar.in §.foeudum.q. 82. vers. sed quæro,non desunt tamen qui dicant illam Gl.com muniter non teneri,quia non videtur posse sine causa præiudicari iuri alieno,teste Ant.Rosel tract.de legitimat.rub.legitimationis effectus.num.24.fol.90.

1749 EX-

1749 EXTENDE I. iſtam limitationem vt habeat locum in foeudo nouo, & nō extantibus alijs maſculis deſcendentibus, quia non poteſt opponi præiudicium deſcendentium, qui non extāt, nec præiudicium agnatorum, qui non ſuccederent iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 1498. & 1499. &, quòd in foeudo nouo res careat ſcrupulo, ſcribit Gail. in pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 142. ſub num. 12.

1750 EXTENDE II. vt habeat locum in foeudo hæreditario, quia foeudatarius habet in eo maiorem facultatem, exquò poteſt ex æqualibus agnatis vnum ſolū inſtituere hæredem iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra n. 1451. verſ. contrariam. & num. 1455. verſ. ſecundo. & conſequenter in eiuſmodi legitimatione nō videtur militare tantum præiudicium Affl. deciſ. 195. ſub num. 7. in fine, vbi teſtatur de communi. * &, quòd legitimatus ad foeuda ſuccedat regulariter in foeudo hæreditario ſcribit Rot. diuerſ. deciſ. 368. num. 11. par. 1.

1751 RESTRINGE I. ſeu declara iſtam limitationem, vt procedat in foeudis hæreditarijs, & in foeudis nouis, in quibus loquuti ſumus in hac ſecunda limitatione, & eius extenſionibus, ſecus in foeudis antiquis ex pacto & prouidentia; quia legitimatus ad foeuda non ſuccedit in foeudo antiquo ex pacto & prouidentia, imò nec in antiquo hæreditario, ſeu mixto conceſſo pro ſe, & hæredibus ſuis ex ſuo corpore legitimè deſcēdentibus, niſi de eo ſit facta mentio in legitimatione, Affl. deciſ. 195. ſub nu. 2. verſ. ſecundo. &, quòd ſimplex legitimatio ad foeuda non trahatur ad foeuda ex pacto & prouidentia, refert ex Anch. conſ. 308. prima facie. ſub nu. 5. & Affl. vbi ſupra Rot. diuerſ. deciſ. 368. num. 1. par. 1. quamuis in caſu ſuo aliter fuerit reſolutum, quia conſtabat de mente Papæ legitimantis, quo caſu legitimatus ſuccedit etiam ad foeuda antiqua ex pacto & prouidentia, vt dixi infra num. ſeq.

1752 FALLIT iſta reſtrictio, quando legitimatio fieret nominatim ad foeuda antiqua ex pacto & prouidentia, quia tunc legitimatus ſuccederet, & hanc eſſe communem * opinionem refert, & ſequitur Gail. in pract. obſer. lib. 2. obſer. 142. n. 13. & ſub nu. 15. quam ex eodē nos retulimus lib. præced. cap. 53. ſub num. 32. hancq; opin. pro indubitata aſſumit Rot. diuerſ. d. deciſ. 368. n. 3. par. 1. dicens, hoc fuiſſe in primis aſſumptum, quòd Papa poſſit habilitare ad foeuda ex pacto & prouidentia, & quòd hoc nemo negat, quinimo, inquit, omnes Doctores de hac re loquentes requirunt ſolum, quòd hoc exprimatur, & ideo ſubdit, quæſtio non eſt ſuper potentia, ſed ſuper voluntate Papæ, ſicut ſentit etiam Dec. conſ. 269. conſultus. num. 8.

1753 Contra iſtam fallentiam, quòd Princeps non poſſit legitimare ad foeuda antiqua in præiudicium agnatorum, quibus ius eſt quæſitum, tenuit Zaſ. in epit. foeud. par. 8. nu. 84. & 85. fol. 315. pro qua nos nonnulla conſiderauimus lib. præced. cap. 53. ſub num. 32.

1754 Confirmatur primo iſta opinio contra fallentiam, quia licet hoc ius, prouenięns ex foeudo, ſit quærendum agnatis, tamen habet cauſam de præterito, videlicet ex pacto & prouidentia primi acquirentis, & ideo habet in eo locum regula de non tollendo iure quæſito, de qua per Sarnen. q. 4. & Rot. diuerſ. deciſ. 614. num. 9. par. 1.

1755 Secundo, quia Princeps non poteſt in præiudicium eius, cui ius quæſitum eſt, alterare inueſtituram foeudi antiqui, ſeu alterum admittere Zaſ. in epit. foeud. par. 6. num. 16. fol. 308. Palaez. tract. maior. q. 24. nu. 3. fol. 370. & generaliter, quòd Princeps non poſſit præiudicare agnatis in foeudo antiquo, videtur opinio communis, * vt refert Put. deciſ. 66. num. 6. lib. 1.

1756 Tertio, quia licet Imperator poſſit, tamen ſi hoc facit videtur vnum pecus, nec habet prę oculis iuſtitiā publicæ honeſtatis, nec conſiderat, quòd per ſolas nuptias conſeruatur elegans genus humanum, vt ſcribit Bal. in cap. 1. §. filij nati. num. 2. tit. ſi de foeud. defun. conten. ſit &c. vnde infero, quòd ſi hoc faceret cum dedecore, & tanquam vnum pecus, non dicitur illud poſſe facere.

1757 His non obſtantibus, non eſt recedendum à firmata fallentia.

Nam quantum ad Zaſ. in contrarium allegatū reſp. communem opin. eſſe contra eum, quia in Principe ſemper præſumitur iuſta cauſa, & quia Princeps poteſt etiam ſine cauſa tollere ius quæſitum de iure ciuili, vt refert, & pluribus comprobat Dec. conſ. 269. conſultus. ſub num. 4. & ſeqq.

1758 Ad primam confirmationem reſp. quòd illa confirmatio ſumpta ex regula de non tollēdo iure quæſito, poteſt procedere, quando non conſtat in contrarium de voluntate Principis; ſecus ſi conſtat & ſumus præſertim in iure quærendo de iure ciuili.

Ad ſecundam patet reſponſio ex his, quæ ſcripſi infra num. ſeq.

1759 Nec obſtat, quod ſcribit Put. d. deciſ. 66. num. 6. quia reſp. illud poſſe procedere quoad voluntatem & intentionem Principis, quæ eſt præſumenda, vt noluerit præiudicare tertio, & ab iſtis terminis non videtur diſcedere modus loquendi, quo vtitur Put. ſecus quoad poteſtatem, quia poteſt, quicquid ſentiat Put. & dato quòd illa opinio procederet etiam quoad poteſtatem, & quòd ſic loqueretur Put. tamen reſp. quòd illa opinio poteſt procedere in iure iam quæſito, ſed non in iure quærendo Rot. diuerſ. deciſ. 368. ſub num. 16. par. 1. & Dec. conſ. 269. in pluribus locis.

Ad tertiam reſp. quòd illud dictum Baldi reſtringit potius conſcientiam Imperatoris, quàm poteſtatem, & nos loquimur de potentia, & non de conſcientia.

1760 RESTRINGE II. ſeu declara, vt non procedat in foeudis dignitatum, quia legitimatus ad foeuda non ſuccedit in foeudo dignitatis Bal. in l. eam quam. num. 42. verſ. quæro vtrum. C. de fideicom. quem refert, & ſequitur Anch. conſ. 308. prima facie. ſub nu. 6. ibi. tertio. & vtrumquè Tiraq tract. de nobil. cap. 23. num. 18. verſ. ſed & quòd plus eſt.

1761 FALLIT etiam hæc II. reſtrictio, quando legitimatio eſſet facta nominatim ad foeuda dignitatis quia legitimatus ſuccederet Bal. in d. l. eam quam. num. 43. C. de fideicom. & Rot. diuerſ. deciſ. 368. num. 7. par. 1. quæ hoc tanquam indubitatum videtur ſuppoſuiſſe.

1762 RESTRINGE III. vt non procedat in foeudo, in quo eſt datus certus ordo ſuccedendi; quia Princeps, legitimando ad foeuda antiqua ex pacto & prouidentia, & ad foeuda dignitatum, non peruertit ordinem ſucceſſionis, pręſcriptum in inueſtitura; quia ordo ſuccedendi eſt conuentio ſuccedendi, & Princeps, ſeu Papa non præſumitur velle derogare conuentioni cap. ex multiplici. de decim. & Rot. diuerſ. deciſ. 614. num. 4. & 5. par. 1.

1763 FALLIT hæc reſtrictio, quando ſpecialiter mutaſſet hunc ordinē ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis: quia poteſt de plenitudine poteſtatis illum mutare maximè cum cauſa; nā ſi poteſt tollere ius vt dixi ſupra n. 1752. & 1757. & ſcribit Thom. de Marin. tract. de foeud. tit. 2. num. 57. & ſeqq. fol. 122. ergo poteſt illud tollere, mutando ordinem: & de hoc non eſt diſputādum, quia durum eſſet contra ſtimulum calcitrare: proteſtor tamen aduerſus Principes, quòd in die iudicij erunt in ſindicatu ſtrictiſſimo, ideo conſulant ſemper conſcientiam & diligant iuſtitiam.

II. ſpecies legitimationis.

1764 In II. ſpecie legitimationis per oblationem curiæ concluſio ſimiliter erit negatiua: quòd legitimatus nō ſuccedit ad foeuda, ſed ſolum ſuccedet patri in allodijs, & non alijs agnatis iuxta ea, quæ ſcribit Lud. de Sard. tract. de natur. liber. §. de legitimatione per curiæ oblationem. num. 5. fol. 43. nec vllibi reperio ſcri-

1765 ptum, quòd ſic legitimatus ſuccedat ad foeuda, † & ratio eſt manifeſta, quia ſic legitimatus habet minus iuris, quàm legitimatus ſimpliciter per reſcriptum Principis: ſed legitimatus ſimpliciter per reſcriptum Principis non ſuccedit iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 1724. ergo multò minus legitimatus per oblationem curiæ; Verum hæc ratio eſt falſa ſecundum opinionem multorum, tenentium hāc legitimationem per oblationē curiæ eſſe potentiorem & fauorabiliorem ea, quæ fit per reſcriptum Principis, quorum opin. refert, & ſequi videtur Tiraq. tract. de iure primog. q. 34. num. 51. verſ. & quamuis.

1766 LI-

1766 LIMITA istam conclusionem, vt non procedat in casu,quo etiam naturalis succederet ad foeuda:quia tunc à fortiori succederet naturalis legitimatus per oblationem curiæ: quia si de quo minus videretur inesse, & inest:ergo & de quo magis:casum autem, in quo naturalis succedit ad foeudum, posui supra num. 1747.vers.limita.videlicet, quando dominus concessit foeudum vasallo pro se,& filijs natis,& nascituris, & sciebat, quòd vasallus habebat solum filium naturalé, & sic intelligas distinctionem, quam fecit Franc.Sosb. ad vsus foeud.par.2. sub num.66.fol.133.dicens,quòd si pater obtulit filium curiæ,& postea acquisiuit foeudum,filius succedit in foeudo,secus,inquit,si prius habuit foeudum,& postea obtulit filium curiæ, quia non succedet.

III. species legitimationis.

1767 In tertia specie legitimationis per subsequens matrimonium conclusio erit affirmatiua: quòd legitimatus succedet ad foeuda:ita tenent Andr.de Iser.in cap. 1.§.naturales.& ibidem Bal.num.5.tit.si de foeud.defunc.content.sit &c.& M.Ant.Blanc.tract.de compromiss.q.3.in verbo.legitimati.num.3.fol.152.& hanc esse communem * opinionem testantur Abb.in cap.tanta.sub nu.7. qui fil.sint legit.Curt.Iun.tract. de foeud. 3.par.princ.2.par.1.membr.num.40.in fine.& num.41. fol.69. & Franc. Sonsb. ad vsus foeud.par.2.num.71. fol.133.

1768 AMPLIA istam communem opin.vt habeat locum etiam in foeudis ecclesiasticis,vt refert,& sequitur M. Ant.Blanc.vbi supra.

1769 Confirmatur ista conclusio,& ampliatio:quia legitimatus per subsequens matrimonium excludit fœminas à successione,stante statuto, quòd filiæ foeminæ excludantur,extantibus masculis,vt ex Anch. & Dec. refert,& sequitur M.Ant.Blanc.d.q.3.in verbo.legitimati.sub nu.3.nam in dispositione statuti legitimatus per subsequens matrimonium dicitur verè & propriè natus de legitimo matrimonio, vt scribit Menoch. trac.de præsumpt.lib.4.presumpt.81.num.11.

1770 DECLARA istam conclusionem,vt quamuis succedat ad foeuda,tamen in concursu ad ius primogenituræ non reputatur omnino & penitus,ac si esset procreatus ex legitimis nuptijs, & ideo secundo genitus , natus ex vxore legitima excludit primogenitum legitimatum per subsequens matrimonium secundum communem opin.de qua per Tiraq.tract.de iureprimogẽ. q.34.num.3.vers.sed vt ad speciem.& num.44.vers. tu tamen.& Gail.in pract.obseru.lib.2.obseru.141. nu.3. & huius opinionis sexdecim rationes adducit Tiraq. vbi supra à num.5.vsquè ad num.24.

1771 Subdeclara istam declarationem,vt sit vera in legitimo, nato ante legitimationẽ naturalis primogeniti, secus si naturalis primogenitus fuerit legitimatus antequàm nasceretur secundogenitus legitimus, quia isto casu ex omnium sententia legitimatus præfertur legitimo, vt testatur idem Tiraq.ead.q.34,num.48. vers.igitur præfertur.

Dicitur legitimari primogenitus per subsequens matrimonium post natiuitatem secundogeniti,quando pater habet concubinam, ex qua suscepit filium, & postea,relicta concubina,ducit vxorem , ex qua suscipit filium,& demum,mortua vxore,ducit concubinam in vxorem , vt declarat Tiraqu.d.num. 3. vers. sed vt ad speciem.

Dicitur è cõtra primogenitus legitimari ante natiuitatem secundogeniti,quando suscipit filium ex concubina, quam postea ducit in vxorem , eaquè mortua, ducit aliam vxorem , ex qua suscipit alium filium .

Reliqua occurrentia circa istam 8.controuersiam videto apud Curt.Iun. vbi supra; hæcquè sufficiant de foeudalibus controuersijs,alijsquè articulis,parcatquè mihi benignus lector , quia video iuxta illud Horatij, quòd , vertente rota , ex amphora factus est vrceus.

Banniti nostri temporis possunt citari.

Resumo extensiones, intermissas supra num. 1943. quibus extendebamus ampliationem positam supra num.1016.

1772 EXTENDE V. & vltimo , vt etiam banniti nostri temporis,qui sunt diffidati,& impune offenduntur, teneantur citati comparere,& debeant citari .

Ratio huius extensionis est,quia,quòd quis non possit citari,seu citatione non arctetur ad comparendum, prouenit ab vna ex tribus causis:prima causa est propter iustum impedimentum, seu iustam causam iuxta ea, quę scripsi infra num. 1870. & 1899. & consequenter ex eiusmodi impedimento citandus commodum reportat : secunda causa est propter odium ipsius citandi , vt puta quia sibi denegetur defensio, quo casu potest procedi eo aliter non citato : tertia causa est , quia non possit cum citando esse iudicium : At in bannito etiam diffidato ad mortem , & qui potest impune occidi nulla ex istis causis habet locum .

Igitur citatus arctatur & citari debet .

Quòd nulla ex his causis habeat locum in bannito ostendo.

1773 NON habet locum prima , quia bannitus dicitur impeditus ex iniusta causa, seu iniusto impedimento, & consequenter potest validè citari argumento textus in l. papinianus. ff. de minor. 25. ann.& scribunt Bar. Ant.de Butr. Abb.& Socc.quos retuli,& sequutus sum supra num. 1008. & si aliter diceremus , sequeretur , quòd ex propria culpa & delicto reportaret commodum , quod est absurdum, quia propria culpa non debet prodesse Socc.tract.de citat.art.5, sub.nu.50.vers. aut impedimentum.

1774 Si tu replicares, non debere citari,quia citatus non tenetur comparere ad locũ,à quo est bannitus, exquò ibi licitè potest offendi , clemen.pastoralis.§. notoriũ. ibi.pisanaquè.de sent.& re iud. & licet accessus reddatur periculosus ex culpa ipsius citati, tamen citatus adhuc non tenetur comparere iuxta ea,quæ scripsi lib. præced. cap. 32.vers.amplia secundo . num.30. & nemo tenetur comparere ad locum non tutum iuxta ea, quæ retuli & sequutus sum d.cap.32. num.26.

Resp.huic replicationi , quòd in primis non habet locum in causis ciuilibus,in quibus posset comparere per procuratorem, vt dixi supra num.1044. & in criminalibus, in quibus requireretur cõparitio personalis,dico,quòd citaretur cum oblatione salui conductus,ei concedendi per Principem,vt refert,& sequitur Boss.tract.crim.tit.de citat. nu.35. & sub nu. 37.& tit.de bann.nullit.sub num.9.& ex eo retuli & sequutus sum ego lib. præced. cap. 32. num. 29. vel posset concedi ab ipso iudice iuxta limitationes , & ampliationes,quas ponit Farin.in qq.crim.lib.1. q. 29. num. 79.& seqq.& præsertim num.81. & seqq.

1775 * Verum tamen est,quòd,si in eo loco haberet inimicitias potentum,non teneretur comparere , quamuis haberet saluum conductum , quia cautio salui conductus esset fragilis,vt ex communi * opinione refert Boss. d. tit. de citat.num.37.quem sequitur Clar.lib.5.recept.sent. q.34.vers.allegtur etiam.in fine. & Mascar. tract. de probat.concl.19 sub num.8.vers.quod etiam.& num. 9. & seq.lib.1.& quis non tenetur credere literis salui conductus,quando agitur de periculo capitali ex textu in cap.accedens.il 2.vt lit.non contest. qui in hoc reputatur singularis ab omnibus , vt scribit ibi Fely. num.2.vers.tene menti.ad quem ibidem num. 4. & ad Mascar. vbi supra.& ad ea,quæ nos scripsimus d. cap. 32.num.27.& 28.recurras: si quid aliud tibi videndum occurrerit circa materiã salui conductus,&,si quid vlterius adhuc desiderares , recurras ad Farin. in qq. crim. lib. 1.q.29. & ad Magalot. tract. de securitate & saluo conduc.

1776 NON habet locum secunda, quia citatio,prout respicit defensionem,est iuris naturalis , & ideo requiritur etiam in processu contra bannitum , aut excommunicatum iuxta ea,quæ scripsi supra num. 1024. vbi dixi,quòd excommunicato cẽsentur reseruati, & permissi omnes actus,qui sunt necessarij ad defensionem causæ, & supra num.1067.in fine.& num.1068.vbi dixi,quòd citatio,prout respicit fauorem rei conueniendi,est iuris naturalis,& quòd deportatus nõ perdit ea , quæ

quæ ſunt iuris naturalis:imò citatio prout reſpicit defenſionem non poteſt omitti, etiam ſi procederetur contra diabolum iuxta ea, quæ ſcripſi lib.præced.cap. 88.ſub num.2.

CONCLVDO propterea, quòd licet bannitus non poſſit citare per modum agendi,tamen poteſt citari,& citare per modum ſe defendendi;& hanc eſſe regulam benè oſtendit Gail.tract.de pac.pub.lib.2.cap.12.num. 17. 18. & 19. & huius regulæ alia ratio reddi poteſt, ſcilicet,quia bannitus non perdit ea, quæ ſunt iuris ciuilis, niſi in quantum ſunt ad ſui commodum,ſecus in quantum ſunt ad eius incommodum iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num. 1078. & ideo licet actio, ſeu agere ſint iuris ciuilis, tamen prout ſunt ad incommodum banniti, & contra eum ea non perdit.

1777 AMPLIA iſtam concluſionem & regulam,vt ſit vera etiam ſi extaret ſtatutum,quòd bannitus tàm agendo,quàm defendendo audiri non debeat: quia defenſio,cum ſit iuris naturalis,ſtatuto tolli non poteſt Bar. & Bal.quos refert,& ſequitur Gail.d.cap.12.nu.20.& ſcribit Alber.de Roſ.tract.de ſtat.par.4.q.52. nu.1. in fine.& ſeqq.fol.74.

1778 NON habet locum tertia;quia cum bannito poteſt eſſe iudicium ſaltem paſſiuè; vt modo oſtendam.

Bannitus an æquiparetur doportato, relegato, vel cui.

1779 Sed pro clariori oſtenſione videndum eſt, ſi bannitus æquiparetur deportato, vel relegato,vel cui.

I. quidem videtur æquiparari deportato per ea, quæ dixi ſupra num.1045.& 1047. loquendo ſcilicet de bannitis noſtri temporis, quorum bona confiſcantur:nam,vt inquit Alber.de Roſ.tract.de ſtatut.par.4. q.68.ſub n.4.in fine.fol.76. bannitus priuatur iuribus ſuis, ſicut deportatus: ſeu,vt ſcribit Aſcan. Clemen. tract.de patr. poteſt.cap.vlt.ſub num.25.fol. 124. ſicut adimũtur bona deportato, ita etiam adimũtur bannito cõdemnato vna cum confiſcatione bonorum: alias ſimilitudines congerit Alex.conſ.116.animaduerſis.n. 3.& ſeqq.lib.2.& quòd æquiparetur deportato, maximè ſi poteſt impunè offendi,quia cenſetur ei indictum bellum ab ipſo banniente, & cẽſetur hoſtis Ciuitatis, à qua eſt bannitus,ſcribit Corn.conſ.55.reperio.num. 14.lib.2.quem citat Clar.lib.5.recep.ſent.q.71.verſ.dixi autem.ibi.alij etiam.

1780 In contrarium tamen multas differentias, ſeu diſſimilitudines adducunt Bar. in q.1.lucanæ ciuitatis ſtatuto. ſub num.14.& 15.Bal.in l.1.ſub num.14.15.& n. 20.C.de hæred.inſtituen.& Alber.de Roſ.tract.de ſtat. par.4.q.13.ſub.num.1.2.& ſeqq.fol.67. duas tamen

1781 ego pro nũc adduco: † prima eſt,qꝛ deportato interdicitur omnis locus, excepta inſula, in qua eſt depor-

1782 tatus:† at bannitus poteſt ſtare in omni loco,excepto loco,à quo eſt bannitus,vt notant Alb.de Roſ.d.q.13. num.4.Bal.in d.l.1.ſub num.14.verſ.ſcias autem.C.de hæred.inſtit.Nell.de S.Gemin.tract.de bannit.1.par.2. temp.ſub num.4.verſ.quod quidam.fol.365.& alij communiter* in diuerſis locis.† ſecunda diſſimilitudo eſt,

1783 quia deportatus non poteſt impunè offendi:† at ban-

1784 nitus poteſt impunè offendi Bar. d.q.1.nu.15. in fine, &,quòd iſta æquiparatio,ſeu opinio eorum, qui æquiparant bannitum deportato,ab omnibus * ferè reprobetur,ſcribit Clar.lib.5.recept.ſent.q.71.verſ.dixi autem.ibi.& in primis. &, quòd iſta opinio, quæ tenet, bannitum cum publicatione bonorum æquiparari deportato non ſit tuta,nec communis, neque tenenda, ſentit Clar.d.verſ.dixi autem.ibi.hæc tamẽ opinio.dicens, opinionem; quòd poena banni cum publicatione bonorum æquiparetur deportationi, non eſſe tutã, nec communem,neque tenendam,ſicque opinionem illius Gloſ.communiter* reprobari,teſte Curt.Sen.cõſ. 59.poſt num.18.Et,quòd in hanc ſententiam, vt bannitus non æquiparetur deportato,eant communiter * omnes Moder.ſcribit Bar.d.q.1.num. 15.in fine.

1785 II. videtur æquiparari relegato ſecundum opinionem Gloſ.in l.ad cognitionem.quam ibi ſignat Bar.nu. 2. ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eat. &,quòd habeat plures cõuenientias cum relegato,quàm cum deportato,ſcribit Alber.de Ros.tract. de ſtatut.par.4.q.68. ſub nu.4. fol. 76.& qui dixerint hanc eſſe opinionem communem * refert Clar.lib.5.recept. ſent.q.71.verſ.dixi autem.ibi. alij ſimpliciter.& in iſta æquiparatione,quando nõ eſt bannitus cum publicatione bonorum, conueniunt Gl. in §.relegati. in verbo.retinent.Inſtit.quib.mod.ius patr.poteſt.ſolu.& alij communiter, & hanc eſſe magis communem * opin.ſentit Maran.in ſuo ſpec.par.4.diſtinct.2.num.7.fol.71.dicens,poenam banni vbi bona non publicãtur æquiparari poenæ relegationis ſecundum magis communem* opinionem.

1786 In contrarium adducit diſsimilitudines Bar. in q.1. lucanæ ciuitatis.ſub num.16.concludens propterea in fine,quòd exbannitus non æquiparatur relegato.

1787 III. videtur æquiparari damnato vltimo ſupplicio, ſeu ad beſtias, ſicquè ſeruo poenæ,loquẽdo de bannito diffidato,ſeu condemnato ad mortem, aut ſaltem qui

1788 poteſt impunè occidi; † quia condemnatus ad mortem efficitur ſeruus poenæ,vt notatur in auth. ſed hodie.C. de donat.inter vir.& vxor.& in l.qui vltimo.ff. de poen. &,motiuãdo,ſcribit Bar.in d.q.1. lucanæ ciuitatis. num. 14.in principio.& ibi.dices tu. &, quòd damnatus ad mortem efficiatur ſeruus poenę,ſcribunt etiam Bal.Peruſ.tract.de ſtatut.in verbo.condemnatio. ſub num.6.fol.100.Corn.conſ.55.reperio. num. 11. in fine.lib.2.Ang.tract.de malef.in verbo.& ibi caput. n. 20. Clar.lib.3.§.teſtamentũ.q.21.in principio. Franc. de Accept.tract.de.ſent.diff.nu.3.ſcribens,quòd damnatus ad mortẽ incontinenti fit ſeruus poenæ.& Natt. conſ.178.vertitur.num.2.& 3.lib.1. dicens, quòd licet hodie per iura nouiſſima nemo benè natus efficiatur ſeruus poenæ d.auth.ſed hodie.tamen,inquit,vt Gl. ibi dicit,communiter* ab omnibus approbata,iſtud procedit tantum in his,qui habent ſuperuiuere, vt in damnatis in metallum,non autem in his,quibus mors pro poena impoſita fuit.

1789 Contrarium in caſu,de quo agimus,eſt verum,quia abſentes,& contumaces condemnati ad mortem non prius efficiuntur ſerui poenę,quàm deuenerint in fortijs curiæ Bar.d.q.1.lucanæ ciuitatis.ſub num. 14. Bal. in l.1.num.18.C.de hæred.inſtit.Ang.tract.de malef.in verbo.& ibi caput. ſub n.20.ibi.tamen quando. Corn. d.conſ.55.reperio. num. 27. vbi ſentit hanc eſſe communem * opinionem, dum inquit, ſic poſſe ſaluari communem opin. quæ habet, quòd interim non efficitur ſeruus poenæ.& hanc eſſe magis communem * refert Clar.d.§.teſtamentum.q. 19. verſ. aliquando. paulò ante finem.& q.21.verſ.aut verò.& lib.5.recep. ſent.q.71.verſ.vlterius quæro.&, quòd is,qui habet ſuperuiuere,non efficiatur ſeruus poenæ,ſcribunt Bar.d. q.1.ſub nu.14.ibi.præterea nullus.& Natt.d.conſ.178. ſub num.2.& ſentit idem Bar.in l.eius.§.1.num.1.in fine.ff.de teſtam.& qui teſt.dicens, quod damnatus ad mortem efficitur ſeruus poenæ, & quòd non obſtat auth. ſed hodie. quia loquitur in damnatis, qui remanent viui.

1790 AMPLIA iſtam communem opin. vt procedat etiã in condemnatis vigore contumaciæ & fictæ confeſſionis ex forma ſtatuti,ſeu pragmaticæ, quia adhuc condemnatus ad poenam mortis non efficitur ſeruus poenæ,& in his terminis loquuntur Bar.Bal.Ang.& apertius Clar.d.q.19.& Corn.d.conſ.55.num.27.hic proximè citati, quicquid in contrarium, & malè meo iudicio contra Bal. vbi ſupra ſcripſerit Melch. Palaez. tract.maior.q.1.ſub nu.54.fol.342.col.2.dicens, quòd doctrina Baldi non poſſet ſuſtineri in Hiſpania propter pragmaticam de Alcala,quæ mandat,vt abſens poſſit condemnari ad mortem,ſi eiuſmodi poenam delictum mereatur:nam Palaez.labitur in eo,quòd ipſe arbitratur,ideo reum abſentem condemnatum non effici ſeruum poenæ, quia non poſſit condemnari diffinitiuè, ſed poſſint ſolum annotari illius bona iuxta diſpoſinem iuris communis, & per oppoſitum effici ſeruum poenæ, ſi ex diſpoſitione pragmaticæ poſſit condemnari diffinitiuè:ſed is,parcat mihi,non aduertit, quòd Doctores loquuntur de bannito,qui propter contumaciam poteſt diffinitiuè condemnari,&,quòd ratio,quã communiter aſſignant,quare non efficiatur ſeruus pænæ,eſt, quia donec deuenerit in fortijs curiæ non eſt

ſeruus

seruus poenæ,sed remanet liber,& multa inter calicē supremaquè labra cadunt.

1791 IIII. videtur æquiparari excommunicato per ea, quæ scripsi supra num.1057. in fine. vers. quartum. & num.1058.

1792 Contrarium, quantū ad effectum argumentandi de vno ad alium,tenuit Bar.d.q.1.sub num. 17. vbi ponit differentias,quarum aliquas ponit etiam Bal.in d. l. 1. num.16.& seq.C.de hæred. instit.

1793 V. videtur æquiparari partim deportato,& partim relegato simul,hoc est,videtur participare de vtroquè, quando est bannitus cum publicatione bonorum,sicut explicat Alex.cons.116.animaduersis. num.7.lib.2.dicens,quòd hoc fatentur omnes.* & sic videtur sentire Bal. in d.l. 1. sub num. 4. ibi. sed ego. C. de hæred. instit.

1794 VI. videtur æquiparari transfugæ;imò videtur propriè transfuga,& hostis ciuitatis,stante statuto, quòd bannitus possit impunè offendi,sicut sentit Bar.q.1.lucanæ ciuitatis.num.18.&, eum referendo, scribit Bal. in l. 1. sub num.20.vers.sed si statutum.C.de hæred.instit.dicens,quòd Bar.cautè dixit,hostes ciuitatis,& nō Principis,vel populi Romani, quia &c. Alex. d. cons. 116.num.6.versus finem.lib.2. &, quòd censeatur hostis ciuitatis, à qua est bannitus, notat Corn. cons. 55. reperio.num.14.lib. 2. dicens,hanc esse communem *opinionem,& tenendam,maximè in decisiuis.

1795 VII. videtur, quòd nulli ex præfatis possit verè æquiparari,sed videtur quodam genus distinctum, & separatum ab his omnibus,vt scribūt Bal. in d.l.1. sub num.17.vers.apparet igitur.C.de hæred.instit.& Clar. lib.5.recept.sent.q.71.vers.dixi autem.ibi.ego vt ingenuè. quem refert,& sequitur Asc.Clem. tract. de patr. potest.cap.vlt.num.22.& 23 fol.124.concludit Clar. bānitos,siue sint banniti cum publicatione bonorum, siue non,siue in perpetuum,siue ad tempus,siue extet statutum,quòd possint impunè offendi,siue non, esse quandam speciem de per se;& propterea non posse à deportato,vel à relegato argui ad bannitum, neque è contra;sed standum esse decisionibus doctorum, loquentiū de bannitis,& consuetudini,& sic,inquit,credo verè dici posse, quòd vbicunquè contingat aliquē allegare in casu bāniti exemplum deportati, vel relegati,iudex non debeat admittere eiusmodi fundamenta,sed stare decisionibus doctorum in terminis,loquentium de bannito, vel sequi opinionem,secundum quā solitum est in similibus casibus in ea prouincia iudicari,& ita faciendo,non errabis:hæc Clarus, quibus me subscribo.

1796 Pro clariori intelligentia reduco hęc omnia ad tres conclusiones.

I. conclusio est, quòd bannitus est genus, seu species de per se,& distincta à prædictis,vt scribunt Bal. Clar.& Clement.proximè citati:& ratio est, quia habet dissimilitudines cum omnibus,vt patet ex his,quę scribunt Bar.Bal.& Alber.superius citati.

1797 II. conclusio est, quòd bannitus secundum vnam formā, & vnum statutum potest magis æquiparari deportato:secundum aliam formam,& aliud statutum potest magis æquiparari relegato:& secundum aliam formam, & aliud statutum videtur æquiparari seruo pœnæ, & similibus,de quibus diximus supra.

1798 III. conclusio est,quòd licet non possit in omnibus æquiparari vni ex prædictis, tamen in aliquo casu, seu qualitate potest propter idētitatem rationis æquiparari, & tunc & eo casu valebit argumentum de vno
1799 ad alium, † quia vbi militat eadem ratio valet argumentum etiā ab asino ad clericum c.2. de treg.& pac.

Infertur conclusio ampliatiua extensionis V.quòd bannitus siue æquiparetur deportato, siue æquiparetur alij, teneatur citatus comparere,& debeat citari.

1800 Redeundo ad propositam tertiam causam, de qua supra num.1778. & extensionem positam supra num. 1772. infero ex prædictis, quòd cum bannito, vti reo necessario,semper potest esse iudicium, sicque citatus arctatur comparere, & debet citari, quauis forma sit bannitus, & pro quouis delicto,& quouis existēte statuto vt impunè possit offendi, & occidi, & cuius ex prędictis æquiparetur,siue deportato,siue relegato,siue alicui alij: quia deportatus potest validè citari, & cōueniri,&vti reus necessarius potest stare in iudicio,
1801 vt scripsi supra n.1067.vers.si loquimur.† Similiter relegatus,imò is multò magis,quia relegatus non perdit ea, quæ sunt iuris ciuilis, nec eius bona publicantur Corn.cōs.55.reperio.n.21.lib.2.& quòd eius bona non publicentur,notat Glo.in §.relegati.in verbo.retinent.
1802 Instit.quib.mod. ius patr.potest sol.† Similiter citari & conueniri potest excommunicatus,& citatus potest stare in iudicio cap.intelleximus. & ibi Io.Andr.Ant. de Butr. Abb.Fely.& Dec.de iudic. quia excommunicatus perdit facultatem standi in iudicio quo ad sui vtilitatem,& commodum,& sic quoad agendum, secus quoad eius incommodum Arch.in cap.1.sub num. 3.de except.in 6.& multa cumulaui supra num. 1078. & is citatus debet audiri,quia ei nominatim conuento reseruatur omnis legitima defēsio, vt scribit Innoc. in cap.cū inter.sub nu.1.de except. &,quod excommunicato vti reo non voluntario,sed necessario, cōpetat omnis legitima defensio,notat Arch.in d.cap. 1.sub n. 2.de except.in 6.& probatur ex eo,quia etiam diabolo daretur defensio, & consequenter debet dari excommunicato, qui est membrum diaboli, vt scripsi libro
1803 præced.cap.88.sub num. 2.† Similiter citari & conueniri potest is,qui partim habetur pro deportato, & partim pro relegato,quia non potest assignari ratio diuersitatis, quare is,qui est solum deportatus, & similiter is, qui est solum relegatus,possit citari,& non
1804 is,qui participat de vtriusque natura.† Similiter conueniri, & citari potest transfuga, & hostis,quia licet transfuga perdat ciuitatem Romanam, & omnia iura Ciuitatis Romanæ, tamen, vt scribit Bar.in q. 1.lucanæ ciuitatis. num.20.retinet iura gentium, & iura Ciuitatis Romanæ non perdit, nisi in quantum sunt ad eius cōmodum,& pro eo; secus prout sunt ad eius incommodum, & contra eum,quia remanet alligatus.& quòd non perdat ea,quæ sunt iuris gentium, suadetur etiam ex his,quæ de deportato scripsi supra nu. 1068. ibi. & deportatus non perdit.& quod retineat etiam ea,quę sunt iuris ciuilis quoad sui incommodum dixi etiam supra num. 1078.loquendo de deportato,de trās
1805 fuga,& de similibus.† &, quod hostis bannientis non perdat ea,quæ sunt iuris ciuilis communis, sed ea tantum, quæ sunt iuris ciuitatis bannientis scribit Corn. d.cons.55.reperio.num.22.lib.2.

Seruus. Item constitutus in fortijs curiæ & condemnatus ad mortem an possint citari.

1806 Difficultas remaneret,si æquipararetur seruo poenæ, an posset citari,& conueniri:& quamuis hæc difficultas sit superflua,quia iam diximus, quòd non æquiparatur: tamen quia ista quæstio posset tibi occurrere in eo, qui est condemnatus ad mortem, & est in fortijs curiæ iuxta ea,quæ scripsi supra num. 1787. vers. tertio videtur. ideo quid sentiam in eo, qui reperitur in fortijs curię condemnatus ad mortem breuibus perstringam.

Videtur dicendum,quòd possit citari.

1807 Primo,quia, si seruus ab alio non defendatur,ei defensio conceditur l.si non defendantur.ff.de poen.& l. serui appellare.ff.de appell.& relat.& notat Alber.de Ros.tract.de statut.par.4.q.52.num.2.fol. 74. ergo po-
1808 test citari, & conueniri,†quia defendere,& conueniri sunt correspectiua,seu correlatiua, quorum posito vno,necessariò ponitur reliquū,quia vnum non potest stare sine altero,teste Gl.quę sic tacitè notat in rub.C. de reb.cred.dicēs,quòd illa rubrica rubricat de rebus creditis,& omittit de rebus debitis,quia,dicendo vnū alterum dixisse videtur.& apertius Dec. in appendice Pisis addita ad rub.ff si cert.pet.num.3. & apertissimè Bapt. de S.Blas.tract.de correlat.num. 9. vers. decimo procedit.fol.261.Crauet.cons.179. num. 13. & Gabr. in

in concluſ. lib. 6. de legib. concluſ. 3. num. 47. qui ſcribunt, quòd, poſito vno, de neceſſitate intelligitur poſitum alterum, & faciunt quæ ſcripſi ſupra num. 997. & ſi poteſt citari & conueniri ſeruus: ergo poteſt etiam citari, & conueniri damnatus ad mortem, qui etiam dicitur ſeruus, videlicet ſeruus pœnæ, vt dixi ſupra num. 1787. verſ. tertio. & num. 1788.

1809 Secundo; quia licet ſeruus non poſſit intereſſe in iudicio l. ſeruus. C. de iudic. & ibi Bar. Bal. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. & notat Iacob. de Aren. tract. de ceſ-

1810 ſion. action. num. 62. fol. 76. † & licet in perſona ſerui non cadat obligatio l. in perſonam ſeruilem. ff. de reg. iur. tamen hoc verum eſt de obligatione ciuili, quæ nec actiuè, nec paſſiuè cadit in ſeruum, ſecus eſt in obligatione naturali, vt declarat Dec. in d. l. in perſonam

1811 ſeruilem. num. 1. & ſeqq. † imò damnatus in metallum retinet non ſolum ius naturale, ſed etiam ea, quæ ſunt executiua iuris naturalis, vt ex Bar. in l. ſi victum. ff. de re iud. refert, & ſequitur Surd. tract. de alimen. tit. 8. pri

1812 uil. 7. num. 7. † & tamen damnatus in metallum dicitur ſeruus pœnæ. §. pœnæ ſeruus. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu.

1813 Tertio; quia ſeruus obligatur ſaltem in delictis, & quaſi delictis, & vbicunque agitur de poena corporali l. ſerui. ff. de action. & oblig. & notat Dec. in d. l. in perſonam. ſupra nu. 3. ff. de reg. iur. quem retuli, & ſecutus ſum ſupra num. 1073. verſ. ſecundo quando.

Quarto; quia deportati habentur pro mortuis, ſicut ſerui, vt dixi ſupra num. 1046. & tamen deportati poſſunt citari, & conueniri, vt dixi ſupra nu. 1067. & in pluribus alijs.

1814 His nō obſtantibus, contrarium pro regula eſt audacter firmandum; quòd non poſſit citari, ſeu conueniri.

Ratio eſt, quia conſtitutus in fortijs curiæ & condemnatus ad mortē habetur pro naturaliter mortuo, eique quo ad omnes actus ciuiles æquiparatur in omnibus & per omnia; imò ſecundum Bal. in l. ſi is qui. ſub num. 7. C. ſi pend. appell. quem referunt, & ſequuntur Auguſt. ad Ang. tract. de malefic. in verbo. & ibi caput à ſpatulis. num. 21. & Aſcan. Clemen. tract. de patr. poteſt. cap. vlt. num. 30. fol. 124. illi, qui in præſentia damnantur ad mortem, confeſtim morituri, bis moriūtur, primo gladio oris iudicis, eos condemnantis; ſecundo moriuntur per ſeparationem animæ.

1815 Comprobatur iſta regula dupliciter.

Primo ex his, quæ ſcribunt Euangeliſtæ, quorum vnus dicit, Dominum noſtrum fuiſſe crucifixum hora tertiarū, & alius hora ſexta; & vterquè dicit veritatē, quia hora tertiarum Iudæi dixerunt: crucifige, crucifige eum, ſicquè eum crucifixerūt lingua, & hora ſexta milites crucifixerunt eum manibus c. perniciosè. de poeniten. diſt. 1. ex quo textu Gloſ. ibi. in verbo. hora ſexta. Io. de Amic. conſ. 109. num. 24. & communiter * omnes in diuerſis locis notant modum concordandi teſtes in tempore.

1816 Secundo, quia quod eſt de proximè faciendum habetur pro facto, ſeu de proximè accingēdus habetur pro accincto. l. penult. ff. de milit. teſtam. & ibi communiter

1817 Doctores; & ideo timor futuræ litis operatur, ac ſi lis eſſet de præſenti, & idē operatur timor belli, quod ipſum bellum, & idem iudicatur de timore naufragij, quod de naufragio, & timor mortis æquiparatur morti, vt hæc omnia ſcribit Dec. in l. cum te. num. 2. & 3. C.

1818 de tranſact. † imò hi, quibus inſtat metus certæ, & imminentis mortis, quò magis viuunt, magis moriuntur; quia, vt ex Xenophon. lib. 3. de diſciplina Cyri refert Simanc. de cath. inſtit. tit. 65. de torment. nu. 68. metus maiori ſupplicio eſt hominibus, quàm ſi reipſa malè afficiantur. & ex Cic. lib. 6. epiſt. famil. plus in metuendo eſt mali, quàm in eo ipſo, quod timetur. & ex eod. alibi. maior eſt ea vis, quæ periculo mortis iniecto, formidine animū perterritum loco ſæpè & certo de ſtatu dimouet, quàm quæ ad corpus noſtrum, vitamquè peruenit: itaquè ſaucij homines, cū corpore debilitantur, animo tamen non cedūt, nequè eum relinquunt locum, quem ſtatuerunt defendere, atque alij pelluntur integri, vt non dubium ſit, quin maior adhibita vis ſit ei, cuius animus ſit perterritus, quàm illi, cuius corpus vulneratum ſit. & quòd maiorem inferat vim animi perturbatio, quàm corporis læſio, colligitur ex his, quę ſcribit Io. Chriſoſt. ſuper Math. dicens, mirabilius eſſe videre hominem conuicia paſſum & non motum, quàm hominem vulneratum, & percuſſum non cadentem.

1819 AMPLIA iſtam regulam, vt habeat locum etiam ſi condemnatus ad mortem eſſet obligatus reddere rationem alicuius adminiſtrationis, & is, cui obligatus eſſet, peteret dictam redditionem rationis adminiſtrationis; quia & ſi poſſet propterea differri executio cōdemnationis iuxta ea, quæ ſcribunt Doct. in l. 1. C. de bon. proſcript. Bar. in l. 2. §. 1. ff. de cuſtod. reor. Ang. tract. de malef. in verbo. & ibi caput. num. 31. & ibi Auguſt. ad eum. Marſ. in pract. crim. §. opportunè. num. 2. Carauit. ſuper ritu. 259. ſub num. 5. & Clar. lib. 5. recep. ſent. q. 97. in principio. vbi declarat, quid ſeruetur de conſuetudine; tamen ſuper iſta redditione rationis adminiſtrationis non formaretur iudicium, ſicut nec formaretur ſuper quauis alia exceptione apta ad remorandam executionem condemnationis ad mortem.

Illationes.

Ex præfata regula, & illius ratione infero ſequentes illationes.

1820 I. Illatio eſt; quòd condemnatus ad mortem, & cōſtitutus in fortijs Curiæ non poteſt facere teſtamentū Bar. in l. eius. §. 1. num. 1. ff. de teſtam. & qui teſtam. dicens, quòd teſtamentum condemnati ad mortem non valet, quia damnatus ad mortem ſtatim efficitur ſeruus poenæ. Bal. in l. ſi is qui. ſub nu. 7. C. ſi appell. pend. dicens, teſtamentum inter has duas mortes factum non valere, quia poſt mortem nemo teſtatur. & quæ ſint iſtæ duę mortes retuli ex eodem ſupra num. 1014. pro eadem illatione adduco Ang. tract. de malef. in verbo. & ibi caput à ſpatulis. num. 20. Natt. conſ. 178. vertitur dubium. nu. 1. & hanc eſſe communem * opin. teſtatur Bal. in l. fin. num. 15. C. ſi à non compet. iud. quem referunt, & ſequuntur Auguſt. ad Ang. d. verbo. & ibi caput à ſpatulis. ſub num. 20. & Clar. in §. teſtamentum. q. 21. in principio. & ad Clar. ſe remittit Aſcan. Clem. tract. de patr. poteſt. cap. vlt. num. 31. fol. 124.

1821 Procedit iſta illatio etiam ſi feciſset teſtamentum ante condemnationem, quia, ſequuta condemnatione mortis, & condemnationis executione, teſtamentum fieret irritum Ang. Natt. & Clar. vbi ſupra.

1822 Procedit etiam ſiue eius bona ſint confiſcata, ſiue nō ſint confiſcata iuxta ea, quę de bannito ſcribit Clar. in §. teſtamentum. q. 19. verſ. aliquando verò.

1823 An tamen hæc prima illatio poſita ſupra num. 1820. ſeruetur de conſuetudine, vide Clar. d. §. teſtamentum. q. 21. in fine principij. qui refert, de conſuetudine valere quando non confiſcantur bona.

1824 II. Illatio eſt, quòd condemnatus ad mortem deſinit habere filios in poteſtate, quia condemnatus ad mortem efficitur ſeruus poenæ, vt ſcripſi ſupra num.

1825 1788. † & ſeruus poenæ deſinit habere filios in poteſtate §. ſeruus poenæ. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. & notat Aſc. Clement. tract. de patr. poteſt. cap.

1826 vlt. num. 28. & 29. fol. 124 † imò etiam damnati in metallum, & qui beſtijs ſubijciuntur deſinunt habere filios in poteſtate, quia efficiuntur ſerui poenæ d. §. ſer-

1827 uus poenæ. † & ſimiliter deportati amittunt patriam poteſtatem, quam habent in liberos; Corn. conſ. 55. re-

1828 perio. num. 13. lib. 2. † & banniti quoque noſtri temporis, qui poſſunt impune offendi, ſi æquipararentur deportatis, amittūt patriam poteſtatem, vt ſcribit Aſc. Clem. d. cap. vlt. num. 31. fol. 124.

Sed circunducta iſta difficultate, an banniti æqui-

1829 parentur deportatis, de qua ſcripſi ſupra nu. 1779. † opinio communis * eſt, quòd banniti non amittant patriam poteſtatem, de qua communi teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 71. verſ. ſucceſſiuè quæro. quæ communis opinio credo, quòd procederet etiam in ſtatu eccleſiaſtico.

1830 Nec obſtat, ſi diceres, quòd habemus bullam Pij. v. ſuper-

supernæ dispositionis. §. 1. vers. quodquè banniti. ibi. *& ab omnibus actibus legitimis essent perpetuo suspensi* editam anno Domini 1566. tertio nonas iulij, & confirmatoriam bullarum aliorum Pötificum, quæ bullæ remouēt homicidas, & bannitos ab omni actu legitimo,
1831 vt est videre. ✝ Sed actus legitimi dicuntur illi, qui sunt inducti ab aliqua parte iuris scripti, seu iuris ciuilis, vt definit Alex. cons. 75. visis & diligenter. num. 1.
1832 in fine & sub num. 4. lib. 1. ✝ At patria potestas est inducta à iure ciuili secundum communem * opin. quam refert, & sequitur Asc. Clemen. tract. de patr. potest c. 3. sub nu. 1. & 2. fol. 99. ad quem locum se remittit eod. tract. cap. vlt. sub nu. 27. ergo.
1833 Quia resp. quòd illæ bullæ loquuntur de actibus, & officijs publicis, sicut clarius declaraui infra nu. 1857.
1834 SVBINFERO ex ista secunda illatione, quòd filius familias potest facere testamentum, si eius pater sit cōdemnatus ad mortem, & reperiatur in fortijs Curiæ, secus si sit bannitus, etiam iuxta tenorem dictarum bullarum.
1835 LIMITA modo præfatam regulam, positam supra nu. 1814. vt nō habeat locum, quando contra condemnatū ad mortem esset procedēdum super crimine hæresis; quia, non obstante præfata condemnatione ad mortem, posset processari, & citari super crimine hæresis, & prefatæ condēnationis executio differretur, & ratio huius limitationis est, quia contra hereticum etiā defunctum potest procedi, & proferri sentētia, vt Deo fauente, si tantum temporis spatium concedet, dicam lib. seq. & interim collige ex his, quæ dixi obiter lib. præced. cap. 98. sub num 4. vers. si est sola suspitione, ibi. secundum vt in publicum.

Solutiones.

Ad adducta in contrarium supra num. 1807. & seqq. ad eū. resp. & ad primum, quòd seruus possit conueniri, & citari, respondeo, id verum esse quibusdam casibus, inter quos vnus, & præcipuus est propter delictū, vt dixi supra num. 1813. sed, quòd possit etiam conueniri condemnatus ad mortem, & constitutus in fortijs curiæ, nego istam illationem, præterquam in delicto hæresis, vt dixi in præcedenti limitatione.

Nec obstat, quòd sicut captus in bello, & natus ex serua dicuntur serui, ita quoquè & condemnatus ad mortem dicatur seruus poenæ.

Quia respon. quòd licet conueniant in nomine generis, tamen differunt in nomine specifico, & habent suas differentias: nam captus in bello, qui dicitur seruus, dicitur mortuus ciuiliter, sed cōdemnatus ad mortem habetur pro mortuo, seu quasi mortuo verè, & naturaliter, vt dixi supra num. 1814. & 1815. & plus est haberi pro mortuo naturaliter, & verè, quàm reputari
1836 mortuū ciuiliter: ✝ & licet mors ciuilis soleat æquiparari morti naturali per ea, quæ scribunt Bar. sed ipse confusè in l. gallus. §. & quid si tantum. num. 1. & 2. ff. de lib. & posth. & ibidem Ba l. not. 1. Paul. de Castr. nu. 1. & Socc. num. 4. qui loquuntur clarius, æquiparando deportatum, & damnatum in metallo mortuo naturaliter. & Ascan. Clement. tract. de patr. potest. cap. vlt. nu. 2. fol. 124. tamen æquiparatio non procedit quando inter vnum & aliū casum æquiparatos nō est idē effectus, teste Bal. in d. §. & quid si tantum not. 3. seu quando non est eadem ratio inter vnum & alterum, seu nō repræsentatur idem effectus, teste Boss. tract. crim. tit.
1837 de bonor. publicat. sub num. 35. ibi. & conclusio est. ✝ & casus aliquos, in quibus mors ciuilis non æquiparatur morti naturali, notant Boss. d. nu. 35. & Ascan. Clemen. d. cap. vlt. sub num. 2. vers. limita. & sub num. 3.
1838 Ad secundum, quòd obligatio naturalis possit cadere in persona serui, respondeo id esse, quia seruus non equiparatur omnino mortuo naturaliter. Præterea dico, quòd ex illa naturali obligatione non daretur contra eum actio, sicquè is conueniri non posset, quia non posset stare in iudicio præterquam in quibusdam casibus, notatis in l. vix certis. ff. de iudic. & per Paul. de Castr. in l. seruus. C. eod.

Ad tertium resp. vt supra, quòd potest obligari in delictis; quia nō æquiparatur omnino mortuo naturaliter, & quia interest Reipublicæ, vt delicta puniātur, & quòd seruitus non sit ad damnum libertatis, quia inducta ad vnum finem operarentur oppositum, & ideo tunc seruus potest stare in iudicio: ridiculū enim ac fatuum esset animaduertere, & punire delicta in liberis, & non in seruis.

Ad quartum affero eandem repsonsionem: quòd deportati sicut serui possunt citari, & conueniri, quia in illis casibus, in quibus possunt citari, & conueniri, non æquiparantur mortuis naturaliter, sicut æquiparatur condemnatus ad mortem naturalem, & constitutus in fortijs curiæ, & deniquè, vt vnica solutione tollamus omnia, dico, quòd condemnatus ad mortem naturalem, & constitutus in fortijs curiæ habetur pro mortuo verè & naturaliter, vt dixi, sed serui, item deportati, & banniti dicuntur mortui ciuiliter, vt notat Asc. Clem. tract. de patr. potest cap. vlt. num. 14. fol. 124. & ideo non valet argumentum ab istis ad condemnatum ad mortem naturalem, & constitutum in fortijs curiæ.

QVÆSTIO EMERGENS

Membrum I.

Retentis conclusionibus positis supra num. 1772. & 1800. in quibus dixi, quòd banniti nostri temporis possunt conueniri, & citari, etiam si possent impunè offendi, & essent condemnati ad mortem naturalem.
1839 Quæro emergenter (& impono finem quæstionibus bannitorum,) an banniti habeant testamenti factionem.

Resp. considerando duo membra principalia.

Primum est, an habeant testamenti factionem actiuam, hoc est, an possint facere testamentum.

Secundum est, an habeant passiuam, hoc est, an possint institui hæredes, seu capere ex testamento, sicut distinguendo iuxta ea, quæ scribit Bar. in l. eius. §. 1. num. 2. ff. de testam. & qui testam. & latius in q. 1. lucanæ ciuitatis. nu. 26. exorditur Clar. in §. testamentum. q. 19. in principio.

Capio 1. membrum &, omissa distinctione antiquorum, supra Bartolum, refero doctrinam ipsius Bartoli, & aliorum moderniorum.

Doctrina, seu distnictio Bartoli in d. q. 1. lucanæ ciuitatis. num. 26. ad quam se remittit. in d. l. eius. §. 1. num. 2. ff. de testam. & qui test. est, quòd aut fecit testamentum secundum ius commune, & potest: aut fecit testametum secūdum ius municipale, suę ciuitatis, vt puta cum minori numero testium, prout fieri posse disponit statutum ciuitatis, & non potest: & hanc Bartoli distinctionem sequuntur Rolandin. Bononien. tract. de testam. rub. 2. num. 44. & communiter * cæteri Doctores sicut testantur Nell. tract. de bann. in 1. par. 2. temp. nu. 52. in fine. fol. 371. & Corn. cons. 55. reperio. n. 23. versus finem lib. 2.
1840 Altera doctrina, cum qua nos in pluribus concurrimus, est Clari in §. testamentum. q. 19. repræhendentis distinctionem Bartoli de nimia generalitate; sed nos eam pro clariori intelligentia, & in quibusdam pro veriori resolutione magis ordinatè conabimur referre: considero ergo in primis duas species bānitorū.

Prima species est bannitorum, qui sunt simpliciter exules, seu exiliati sine condemnatione ad poenam mortis naturalis, seu damnationis in metallum, aut ad bestias.

Secunda species est bannitorum, qui vna cum bāno sunt etiam condemnati ad mortem naturalem, seu ad aliam poenam similem ex prædictis.

In I. specie concludo, quòd isti banniti possunt facere testamenrum, quia sunt æquiparati relegatis, qui possūt testari l. eius qui. §. 1. ibi. sed relegati. ff. de testā. & qui test. & scribit Clar. d. q. 19. in principio. & sentit Ang. de Gambel. tract. de testam. in princ. sub. num. 29. fol. 33. col. 2. dicens, quòd bannitus ob leuem causam potest testari.
1841 AMPLIA I. istam conclusionem, vt procedat etiā si essent banniti cum confiscatione bonorum, quia adhuc possent testari: & ratio est, quia in confiscatione bono-

bonorum non veniunt bona quæſita poſt confiſcationem iuxta ea, quæ ex Gloſ. Dy. Guil. Oldr. Bar. Bal. Alber. Paul. de Caſtr. Ang. Socc. Boſſ. & alijs ſcripſi ſupra num. 1080. Clar. dicta. q. 19. verſ. aliquando vero. verſus finem. vbi adducit alias duas rationes, quæ non placent.

1842 AMPLIA II. vt procedat etiam ſi eſſent banniti in perpetuũ: & ratio eſt, quia relegati, quibus æquiparantur, poſſunt facere teſtamentum ſiue ſint relegati ad tempus, ſiue in perpetuum, vt dicit Gloſ. in dicta l. eius qui. §. 1. in verbo. ius retinent. ff. de teſtam.

1843 AMPLIA III. vt procedat etiam ſi extaret ſtatutum, quòd banniti poſſint impunè offendi, ſeu occidi, quia adhuc poſſent teſtari ſecundum formam iuris communis, licet non poſſent ſecundum formam ſtatutorum loci, à quo ſunt banniti, & hanc eſſe magis communem concluſionem teſtatur Maran. in l. is poteſt. num. 124. verſ. quid autem. ff. de acquir. hæred. hancque teneo, quicquid aliter in contrarium ſentiant Angel. de Gambel. ſub dicto num. 29. fol. 33. col. 2. dicens, quòd iſto caſu banniti æquiparantur deportatis, & Dilect. de art. teſtan. tit. 1. caut. 10. num. 3. fol. 111. dicens, quòd ſicut non poſſunt teſtari deportati, ita nec banniti noſtri temporis, qui poſſunt impunè offendi. & ratio huius ampliationis eſt; quia illa qualitas, quòd poſſint impunè offendi, cum ſit qualitas ſtatutaria, non extendit vires ſuas vltra territorium ſtatuentis iuxta ea, quæ ex Put. Rot. diuer. & Crauet. retuli & ſequutus ſum ſupra num. 1021. &, quæ dixi remiſſiue de libro rationum infra cap. 11. num. 199. & de archiuio num. 796.

Comprobatur iſta ampliatio, quia licet bannitus, qui poteſt ſecundum formam ſtatuti impunè offendi, dicatur transfuga, & hoſtis ſuæ ciuitatis, vt ſcribunt Bar. in queſt. 1. lucanæ ciuitatis. num. 18. & alij,

1844 quos retuli ſupra num. 1794. ✝ tamen iſte transfuga, & hoſtis ciuitatis, à qua eſt exbannitus, perdit illam ciuitatem, & omnia iura propria illius ciuitatis, prout faciunt pro ſe, ſed non perdit iura communia, teſtibus Bar. in l. tutelas. §. item cum ciuitas. num. 1. & 2. ff. de capit. dimin. & in d. q. 1. lucanæ ciuitatis. ſub num. 20. Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 4. ibi. ſi autem poteſt impune offendi. C. de hæred. inſtit. Nell. de S. Gemin. tract. de bann. in 1. par. 2. temp. num. 5. fol. 365. vbi teſtatur etiam de communi.*

1845 RESTRINGE I. ex prædictis iſtam ampliationem, vt non ſit vera quoad teſtamentum, factum ſecundum ſtatuta ciuitatis, à qua eſt bannitus, quia teſtamentum, in quo fuiſſet omiſſa ſolemnitas iuris communis, & fuiſſet adhibita ſolemnitas ſtatutaria, nan valeret: quia defectus ſolemnitatis iuris communis redderet illud nullum de iure communi, & obſeruatio ſolemnitatis ſtatutariæ non ſuffrageretur; quia bannitus perdit, & eſt excluſus à iuribus ſuæ ciuitatis: & ex hoc apparet, imperfectè fuiſſe loquutum Clar. in dicta q. 19. dum in principio quæſtionis firmat, bannitum abſq. condemnatione in poenam mortis eſſe indiſtinctè teſtabilem; & poſtea in fine quæſtionis ſcribit, non eſſe faciendam vim, an bannitus poſſit impunè offendi vel non: etenim, vt vides, conſiderabilis eſt iſta qualitalitas ſaltem quoad teſtamentum iuxta diſpoſitionem ſtatutariam, & in caſu, quo bannitus poſſet alias teſtari, ſeruata diſpoſitione iuris communis: adde quæ dixi infra num. 1847.

RESTRINGE II. vt non procedat quando ſtatutum diceret, quòd banniti ſint extra protectionẽ communis, quia iſto caſu perdunt etiam ea, quæ ſunt iuris communis ſecundum Maran. in d. l. is poteſt. num. 125. ff. de acquir. hæred. ſed ego nihil firmo in iſta reſtrictione.

1846 AMPLIA IIII. vt poſſint teſtari non modo ſecundum ius commune, ſed etiam ſecundum ſtatuta ciuitatis, à qua ſunt banniti Clar. d. 19. circa finem principij.

1847 RESTRINGE I. hanc ampliationem, vt reſtrinxi præcedentem, videlicet, quando extaret ſtatutum, quòd banniti poſſent impunè offendi; ſeu aliter declararet eos hoſtes ciuitatis: quia tunc non poſſent teſtari ſecundum ius ſtatutarium ciuitatis, à qua ſunt banniti: ſed aduerte tàm pro præcedenti reſtrictione, poſita ſupra num. 1845. quàm pro iſta, quòd ſtatutũ eiuſmodi permittens, bannitos poſſe impunè offendi, non haberet locum in ſimpliciter exiliatis, ſed ſolũ in bannitis in contumaciam, niſi talia eſſent verba ſtatuti, ſeu talis colligeretur eius mens, quòd intelligeret etiam de exiliatis.

1848 RESTRINGE II. vt non habeat locum quando extaret ſtatutum, quòd banniti non gaudeant beneficio ſtatutorum, prout extat in multis ciuitatibus Italiæ Clar. dicta. q. 19. circa finem principij.

1849 AMPLIA V. vt poſſint teſtari non ſolum de bonis, ſitis extra territorium ciuitatis, à qua ſunt exbanniti, ſed etiam de bonis, ſitis intra illius territorium, vt admonet Clar. dicta q. 19. in fine principij.

1850 In II. ſpecie bannitorum, quando ſcilicet ſunt ſimul banniti, & condemnati ad mortem, ſeu ſunt damnati ad metallum, aut ad beſtias, ſunt diſtinguendi alij duo caſus principales.

Primus eſt; quando bannitus fuit condemnatus ad mortem pro delicto, pro quo de iure communi erat imponenda poena mortis naturalis, & fuit ad eam condemnatus, ſeruatis ſeruandis de iure communi tàm in procedendo, quàm in definiendo, vt puta quia fuit, ipſo præſente, proceſſum, & poſtea, ſequuta condemnatione, aufugit, & denuo citatus fuit bannitus, & confirmata condemnatio.

Secundus eſt, quando fuit condemnatus ad mortem pro delicto, pro quo poena mortis eſt impoſita à ſtatuto, & non à iure communi, ſeu fuit diffinitiuè condemnatus ad mortem iuxta poenam iuris communis quidem, ſed fuit reputatus pro confeſſo vigore ſtatutorum, cum alias de iure communi non potuiſſet diffinitiuè condemnari.

Capio primum caſum: Et concludo, quòd tales banniti non poſſunt facere teſtamentum, quia ſunt ſerui poenæ l. eius qui. §. 1. in fine. ff. de teſtam. & qui teſtam. & ſcribunt Ang. de Gamb. tract. de teſtam. in princ. ſub num. 29. fol. 33. & Clar. dicta q. 19. verſ. aliquando. & hanc eſſe communem * opin. teſtatur Aret. in l. ſi quis poſt accuſationem. num. 3. ff. de teſtam. & Abb. in rub. eod. tit. num. 4. verſ. ſeptimo. quos refert, & ſequitur idem Clar. eod. §. teſtamentum. q. 21. verſ. ſed quid ſi reus.

1851 Nec obſtat, quòd banniti, & vigore contumaciæ condemnati ad mortem non efficiantur ſerui poenæ, niſi cum deuenerint in fortijs curiæ iuxta ea, quæ ex Bar. Bal. Ang. Corn. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1789. verſ. contrarium. quia reſpondetur, illud eſſe verum, & procedere in ijs, qui ſunt condemnati abſentes vigore ſtatutorum, ſecus eſt in ijs, qui ſunt condemnati præſentes, & poſtea fugiunt à manibus Curiæ, & ratio differentiæ eſt, quia condemnati in abſentia, ideſt, in contumacia, ſi ſponte comparent infra annum, ſeu aliud tempus iuxta varias diſpoſitiones ſtatutorum, ſeu conſtitutionum extrauagantium, & localium, ſunt audiendi, & admittendi ad nouas defenſiones, & ſimiliter poſſunt ex gratia principis quandocunquè etiam quouis termino elapſo admitti ad nouas defenſiones iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced. cap. 97. num. 137. & conſequenter illa condemnatio tunc habetur pro non facta: vnde talis condemnatio, cũ ſubiaceat reſciſſioni ex ſola ſpõtanea comparitione, & defẽſione, nõ operatur tantum effectum, quantum operatur condemnatio facta contra reum præſentem, in quo non datur iſta admiſſio ad nouas defenſiones, cum ſupponamus fuiſſe condemnatum, ſeruatis ſeruandis.

1852 AMPLIA I. iſtam concluſionem, vt ſit vera tàm reſpectu teſtamenti intra territorium, quàm reſpectu teſtamẽti extra territorium; quia cũ ſit condemnatus, ſeruata in omnibus diſpoſitione iuris communis, condemnatio vbiquè locorum afficit condemnatum, vt

ſcribit Clar.d.§.teſtamentum.q.19.verſ.aliquando verò.& ſic vbiquè eſt inteſtabilis.

1853 AMPLIA II. vt habeat locum non ſolum in condemnatis ad mortem naturalē, & in damnatis ad metallum,& ad beſtias,vt diximus, ſed etiam in deportatis, qui minus poſſunt facere teſtamentū ſecundum Bal.in l. ſi is qui.num.6.C.ſi pend.appell.& Abb.in rub.num.4. de teſtam.Dilect. de art. teſtan.tit.1.caut. 10. num. 3.fol.111.& hanc eſſe communem * refert, & ſequitur Clar.in in §.teſtamentum.q.22. in principio.& ſatis videtur probari ex l.eius qui.§. 1.ff.de teſtam.& qui teſt.

1854 LIMITANT communiter * ſcribentes eandē concluſionem, vt nō procedat quando genus mortis,quo iudex mandat reum puniri, eſſet prohibitum à iure, puta ſi mandaret, puniri pœna mortis, infligendæ, mediante veneno, ſeu malleo, aut præcipitio; quia reus ſic punitus non fuiſſet inteſtabilis, & ideo valeret eius teſtamentum,ſicut ſcribunt Aug.ad Ang.tract. de maleſ.in verbo.& ibi caput. ſub num. 23. ibi. tamen limitatur.qui alios citat. & Clar.d. §. teſtamentum. q.21. verſ.ſed pone. dicens, iſtam deciſionem eſſe notabilem,quia eſt mirabilis:& ratio huius limitationis eſt,quia condemnatio,& exequutio,quæ cauſant,vt condemnatus efficiatur inteſtabilis,debent fieri ſecundum diſpoſitionem iuris communis, quod vbique ligat, & afficit; alias ſi non fiant ſecundum diſpoſitionem iuris communis, non ligant, nec operantur iſtum effectum, quia non habent concomitantiam iuris: ſed re vera iſta limitatio videtur magis ſubtilis, quàm vera; & ideo in praxi forſan non obſeruaretur.

1855 CAPIO ſecundum caſum: quando bannitus eſt condemnatus ad mortem in contumaciam, cum ex diſpoſitione ſtatutorum contumax poſſit diffinitiuè condemnari: Et concludo, quòd poteſt facere teſtamentum,ſicut ſcribit Clar. dicta quæſt. 21. verſ. aut verò. & hanc eſſe magis communem * opinionem teſtatur idem eod. §. q. 19. verſ. aliquando verò. ibi. nam priuſquam. & tenuit Rot. diuerſ. dec. 369. ſub num. 9. verſ. neque obſtat. & nu. 10. par. 1. & ratio huius concluſionis eſt, quia ſic condemnatus non efficitur ſeruus pœnæ, niſi cum venerit in fortijs curiæ iuxta ea, quæ ex Bar. Bal. Ang. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1789.verſ.contrarium, hancque concluſionem, & rationem ipſius tenendas cenſeo, quicquid in contrarium firmet Maran. in l.is poteſt. num.126.verſ.ex prædictis.& num.127.loquens

1856 de foriudicatis: † & aduerte quòd loquor de condemnato ad mortē,impoſitam de iure communi, & nō de condemnato ad mortē,impoſitam à ſtatutis, quia iſte etiam poſtquam peruenerit in fortijs curiæ non efficitur ſeruus pœnæ,& conſequenter remanet teſtabilis, vt ex Bar.Ang.& Imo.refert,& ſequitur Ang. de Gābell.tract.de teſtam. in princ.ſub num.29.ibi. ſed ſi eſt ſequuta mors.

1857 AMPLIA iſtam concluſionem, vt procedat etiam in bannitis ſtatus eccleſiaſtici: quia licet bullæ Pij V. & aliorum Pontificum ſuſpendant, & excludant bannitos pro quocumq; delicto capitali ab omnibus officijs, & actibus legitimis, vt dixi etiam ſupra num. 1830. verſ.nec obſtat.tamen excludunt eos ſolum ab actibus, & officijs publicis tanquam infames perpe-

1858 tuos: † Sed infames poſſunt facere teſtamentum, vt ſcribunt Bar.in l. is cui. §.ſi quis ob carmen. ff. de teſtam.& qui teſtam.Rolandin.Bonon.tract.de teſtam. rub. 2.num. 41.,& eſt opinio communis,* de qua teſtantur Abb.in rub.ſub nu.8.eod.tit.& Clar.in §. te-

1859 ſtamentum. q. 25. † quamuis etiam infames ſint excluſi ab actibus legitimis publicis,vt declarat Bar. in dicto.§. ſi quis ob carmen. quem refert, & ſequitur

1860 Rolandin. dicta rub. 2.num. 42. † Et, quòd banniti habeant teſtamēti factionem tàm actiuam, quàm paſſiuam,non obſtantibus dictis bullis,tenuit Rot.diuerſ. deciſ.369. num. 2. vbi format oppoſitionem, & ſub num.9.ibi.neque obſtat.& num.10. par. 1.vbi reſpondet ad oppoſitionem.

1861 LIMITA I. eandem concluſionem, vt non ſit vera quoad teſtamentum iuxta diſpoſitionē ſtatuti, quia condemnatus amittit iura illius ciuitatis, à qua eſt bannitus cum condemnatione ad mortem; & conſequenter non poteſt facere teſtamentum ſecundum ius municipale illius ciuitatis iuxta ea, quæ ex Bar.Paul. de Caſtr.& Nell.de S.Gemin. retuli, & ſequutus ſum ſupra num.1844.& 1845. verſ.reſtringe.

1862 LIMITA II. vt non habeat locum, ſi condemnatus vigore contumaciæ ad pœnam mortis, inflictam de iure communi,deuenerit in fortiam Curię, quia efficeretur ſeruus pœnæ,& conſequenter non poſſet teſtari; & hanc eſſe magis communem * opinionem teſtatur Aret. in l. eius qui. §. 1. ſub num. 4. verſ. ſed dubium.ff. de.teſtam.& qui teſt. quem refert, & ſequitur Clar. in §. teſtamentum. q. 21. verſ. aut verò. & ſi prius teſtatus eſſet, teſtamentum rumperetur, vt ſcribit idem Clar. loco citato. & facit ampliatio, quam poſui ſupra num. 1821. verſ. procedit iſta illatio.

MEMBRVM II.

1863 Capio ſecundum membrum: an banniti poſſint capere ex teſtamento: & breuiter remitto te ad diſtinctionem Bartoli in dicta. q. 1.lucanæ ciuitatis.nu. 27. quam referunt, & ſequuntur Clar. in §. teſtamentum. q.20.& alij Doctores commmuniter. * & vbi aliquid non comprænenſum in dicta diſtinctione occurrat, poterit decidi ex dictis in præcedenti primo membro,& poterunt etiam videri, quæ ſcribit Paul.de Caſtr.in l.1.num.4.C. de hæred. inſtit.etenim, vt alijs magis neceſſarijs incumbamus,non poſſumus diutius in iſta materia bannitorū immorari,ad quā,ſicut ad multas alias, quaſi obliti propoſiti itineris,progreſſi ſumus.

Hora iam eſt redeundi ad expediendam vltimam ſpeciem impedimenti, quam poſuimus ſupra nu.973. verſ.tertia.

SPECIES III.

CASVS I.

Impedimentum neceſſarium breue, & probabile quando non excuſet actorem, ſi non compareat, ſeu ſit aliter negligens, & quando excuſet.

1864 In tertia ſpecie impedimenti, quam poſui ſupra num. 973. quando impedimentum eſt breui tempore duraturum, neceſſarium probabile; an impeditus teneatur comparere ſaltem per procuratorem; diſtinguo duos caſus.

Primus caſus eſt in actore.

Secundus eſt in reo, de quo caſu agam infra num. 1879.

In primo cōcludo vna cum Gl.in l. 2.§.ſi quis in iudicio. in verbo. adiuuatur. prope finē.ff. ſi quis caution. & ibidem Bar. num.1. in fine, vterque in ſolutione oppoſitionis. Bal.ſub num.3. in 3. oppoſitione, & ibi. & tunc refert aut loquimur. Gloſ. in cap. querelam. in verbo, detentus. num. 50. & ibidem Ant. de Butr. num. 8. de procur. & in cap. cum dilecti.ſub num.26. de dol. & contum. & Abb. in dicto cap.querelam. ſub num.7.ibi.& tunc aut loquimur.quòd actor quamuis regulariter nō compellatur agere nec per ſe, nec per alium, indirectè tamen compellitur, ne ſcilicet præſcriptio currat contra eum; quo caſu ad interrumpendam præſcriptionem ſi non poteſt venire per ſe, cogitur mittere procuratorem, ſicut apertius ſcribunt Bal. in l. ab eo. ſub num. 8. verſ. quæro vtrum abſens. C. quom.& quan. iud. Anton. de Butr. & Abb. in dicto cap. querelam. de procur. ſed aduerte, quòd non cogitur à iudice, Gloſ. in dicto cap. querelam. de procur. & hæc ſit concluſio, quòd debet mittere procuratorem, quæ concluſio com-

* communiter*tenetur à Gloſſis, & à Doctoribus, vt teſtatur etiam Odd. tract. de reſt. in integ. q. 30. art. 8. ſub num. 44. verſ. in contrarium.

1865 AMPLIA I. iſtam concluſionem, vt tunc propriè procedat, quando actor eſt abſens, & impeditus ſine ſua culpa; quia adhuc tenetur comparere, & interrumpere præſcriptionem ſaltem per procuratorem: nam Gloſ. in dicto §. ſi quis in iudicio. & ibidem Bar. ſuperius allegati, dum firmant præfatam concluſionem; quòd actor tenetur comparere ſaltem per procuratorem; loquuntur ſimpliciter, ſicut in terminis huius declarationis notant Ant. de Butr. in dicto cap. querelam. ſub num. 8. verſ. aut eſt impeditus. & Abb. ſub nu. 7. ibi. & ſic ſimpliciter. de procur. imò Bar. in dicto §. ſi quis in iudicio. ſub num. 2. clarè loquitur in his terminis; quia loquitur quando actor eſt impeditus ex iuſta, & neceſſaria cauſa, quod tantum eſt dicere, quantum dicere, quando actor eſt abſens, & impeditus ſine ſua culpa: verba Bartoli ſunt iſta: *aut cauſa eſt iuſta, & neceſſaria, & tunc aut loquimur in actore, et tenetur mittere procuratorem*. & ratio generalis ad omnia poteſt eſſe; quia actor potuit prouidere quando cœpit agere, vt dicit Gloſ. in dicto §. ſi quis in iudicio. in verbo. adiuuatur. prope finem. ſeu, vt dicit Odd. dicta q. 30. art. 8. ſub num. 44. verſ. & ratio. quia ſi actor grauatur in hoc vno; quòd ſcilicet, ſi vult agere, tenetur mittere procuratorem; releuatur in hoc alio, quòd poteſt agere quando vult.

Non obſtat huic ampliationi, quod ſcribunt Gloſ. in dicto verbo. adiuuatur. verſus finem. & Innoc. in dicto cap. querelam. in principio. ibi. vel illud eſt. de procur. dum ſoluendo contrarium, ſumptum ex l. papinianus. ff. de minor. ſcribunt, quòd ideo ibi actor tenetur mittere procuratorem, quia aberat ex iniuſta cauſa, ſeu erat impeditus culpa ſua, vel erat in exilio propter delictum ſuum: quaſi à contrario ſenſu ſenſerint, quòd ſi actor abſit, ſeu impeditus ſit ſine ſua culpa non teneatur mittere procuratorem, ſicut hunc tacitum ſenſum ex Innoc. notat Abb. in dicto cap. querelam. ſub num. 7. ibi. & ex his ſolutionibus.

Quia reſp. quòd quicquid aduerſus iſtam ampliationem poſſit elici à contrario ſenſu ex dictis per Gloſ. & Innoc. vbi ſupra, præfata declaratio eſt vera, & communis: quia in caſu, quo actor eſſet impeditus ex cauſa iniuſta, ſeu propter ſuam culpam, intrat impedimentum neceſſarium improbabile, in quo ſupra num. 1008. verſ. in ſecunda. citra difficultatem concluſimus, quòd tenetur comparere, vel mittere procuratorem, etiam ſi ſit reus.

Minus etiam obſtat, ſi diceres, quòd, ſi actor abſens ſine ſua culpa teneretur mittere procuratorem ad interrumpendam præſcriptionem, nulla remaneret differentia inter abſentem ex iuſta cauſa, & abſentem ex iniuſta cauſa.

Quia reſp. in caſu, de quo agimus, non conſiderari iſtam differentiam, & ideo Ant. de Butr. in cap. cum dilecti. ſub num. 26. ibi. item quia. de dol. & contum. non obſtante iſta obiectione, ſtat in propoſita concluſione.

1866 INFERO ex is duabus oppoſitionibus extenſionē; vt ſicut impeditus ex neceſſaria, & iuſta cauſa tenetur interrumpere præſcriptionem per ſe, aut per procuratorem, alias præſcriptio perficeretur, non obſtante neceſſario, & iuſto impedimēto; ita à fortiori tenetur eam interrumpere is, qui eſt impeditus ex neceſſaria, ſed non iuſta cauſa.

1867 AMPLIA II. vt procedat, quando cauſa eſt leuis, quia tunc Doctores conueniunt communiter,* *

1868 quòd teneatur mittere procuratorem: † Sed quæ ſit cauſa grauis, & quæ leuis vide Doctores, quos citaui ſupra num. 956.

1869 AMPLIA III. vt habeat locum etiam ſi ſit impeditus ex iuſta cauſa, & cauſa ſit grauis: quia adhuc tenetur mittere procuratorem: & ratio huius ampliationis eſt, quia procurator poſſet modicum actori præiudicare, cum, interrupta præſcriptione, poſſet deſiſtere, ſicut videntur apertè ſentire Gl. in cap. cum dilecti. in verbo. reſponſalem. ibi. dicas quod actor. de dol. & contum. dicens, quòd compellitur conſtituere procuratorem, qui ſaltem interrumpat præſcriptionem, & Ant. de Butr. in cap. querelam. ſub nu. 8. verſ. aut eſt impeditus. de procur. quamuis corruptè, aut ſaltem obſcurè loquatur in libro meo. & apertè Odd. tract. de reſtitut. in integ. q. 30. art 17. li- * mit. 4. num. 103. & hæc declaratio eſt communis * iuxta ea, quæ ſcribit Abb. in eod. cap. querelam. ſub num. 7. ibi. & ex his ſolutionibus. vbi, relata diſtinctione, an cauſa ſit grauis vel leuis, concludit, communiter teneri, quod prius dixit, videlicet quòd actor tenetur mittere procuratorem; quamuis Abb. eo loci malè videatur dixiſſe, quòd hæc diſtinctio placet Ant. de Butr. nam Ant. de Butr. loquitur cum præſuppoſito; quòd non ſufficeret porrectio libelli, & quòd procurator teneretur proſequi litem: quo caſu arbitratur, non eſſe iniquum diſtinguere, vt ſi cauſa ſit leuis teneatur adhuc mittere procuratorem, ſecus ſi grauis, & ſit abſens præter ſuam culpam.

Non obſtat limitatio, quam contra iſtam ampliationem tradit Iaſ. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ſub num. 10. limit. prima. & ſub num. 12. ff. ſi quis caution. quia reſp. quòd procedit in terminis ſequentis reſtrictionis.

1870 RESTRINGE iſtam ampliationem, vt non procedat in caſu, quo actor, ſeu eius procurator teneretur proſequi litem motam vſque ad finem, quia tunc, ſi actor eſſet impeditus ex iuſta cauſa, & lis eſſet grauis, non teneretur mittere procuratorem ſecundum Ant. de Butr. in dicto cap. querelam. ſub nu. 8. ibi. quod credo. de procur. dicens, quòd vbi exigeretur libelli porrectio, & procurator neceſſitaretur finire litem, & non eſſet præiudicium actori ſi per alium agitaret, non eſſet iniquum diſtinguere, an impedimentum ſurrexerit à culpa, & arctetur; an à caſu, & diſtinguatur, an cauſa ſit grauis, vel leuis; & in terminis huius reſtrictionis procedunt ea, quæ aduerſus precedentem ampliationem videntur ſcripſiſſe Doctores; & ita procedat fallentia, quam ponit Iaſ. in dicto §. ſi quis in iudicio. num. 12. dicens, quòd in omnibus caſibus, in quibus concluditur per Bar. & Doct. quòd abſens teneatur mittere procuratorem, fallit in cauſis arduis: Sed aduerte circa iſtam reſtrictionem, quia procedit quando impedimentum eſſet breui tempore duraturum, ſecus ſi eſſet perpetuum; quia tunc adhuc teneretur mittere procuratorem, qui aſſiſteret vſque ad finem cauſæ: idem forſan eſſet ſi eſſet longo tempore duraturum per ea, quæ dixi infra num. 1882. verſ. nota. in fine. quod tamen non firmo.

1771 LIMITA I. nunc principalem concluſionem poſitam ſupra ſub num. 1864. vt non procedat quando actor non poſſet reperire procuratoem idoneum, ſicut ex Bar. Ang. Paul. de Caſtr. & Rom. refert, & ſequitur Iaſ. in dicto §. ſi quis in iudicio. ſub num. 10. ibi. ſecundo limita.

Sed tu declara iſtam limitationem, vt procedat quando cauſa eſſet grauis: & eam ſic declaratam extende vt procedat etiam ſi eſſet impeditus eſſet cauſa iniuſta.

1872 LIMITA II. vt non procedat quando nullo modo poſſet inuenire procuratorem; & iſta limitatio eſt vera, etiam ſi cauſa eſſet leuis, quia nemo tenetur ad impoſſibile cap. fin. de pact. Abb. in cap. cum dilecti. ſub num. 14. de dol. & contum. & ſimiliter procedit etiam ſi eſſet impeditus ex cauſa iniuſta, ſeu propter ſuam culpam iuxta ea, quæ de carcerato retuli ſupra ſub num. 938. ex Mar. Socc. in tract. de citat. art. 5. num. 59. verſ. vlterius circa prædicta.

1873 Aduerte circa iſtam limitationem, quia ea veriſimiliter non habet locum in diuite, quia, vt dicit Hoſt. in cap. cum dilecti. & ibidem ex eo referunt Ant. de Butr. ſub num. 26. & Abb. ſub num. 14. de dol. & contum. non eſt præſumendum, quòd diues non reperiat procuratorem, maximè quia pecuniæ obediunt omnia, Eccleſiaſt. 16.

1874 DECLARA & nota diligenter iſtam declarationem, quia eſt magiſtralis, & clauis in iſto articulo

vt concluſio, poſita ſupra nu. 1864. verſ. in primo procedat ſolum quoad interrumpendum, & tollendum imminens præiudiciũ curſus temporis; quo caſu actor cauſatiuè tenetur conſtituere procuratorem, vt ſcribunt Ant. de Butr. in cap. cum dilecti, ſub num. 26. ibi. tu dic ſecundum. & Abb. ſub num. 13. ibi. ex quibus capiendo. de dol. & contum. dicens, quòd ita communiter * intelligitur l. 1. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. & in iſtis terminis interrumpendi imminentem præſcriptionem verificatur concluſio: ſecus ergo quando non imminet præiudicium curſus temporis: quia iſto caſu datur limitatio, vt ſicut à principio actor cauſatiuè non cogitur conſtituere procuratorem, ita ſi voluntariè conſtituerit cogitur poſtea ad inſtantiam rei perſeuerare vſque ad finem, ſicut ſcribit etiam Abb. vbi ſupra.

1875 EXEMPLIFICA nunc concluſionem, de qua in prima parte huius declarationis; quando ad complendam, perficiendamquè præſcriptionem deficiunt decem dies, ſeu vnus menſis, & is, contra quem præſcribitur, eſt infirmus, ſeu eſt aliter impeditus; vtiq; iſto caſu cogitur cauſatiuè conſtituere procuratorem vſque ad interrumpendam præſcriptionem, & poſtea poteſt deſiſtere, & ita procedunt quæ ex Gl. & Ant. de Brut. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1869. in 3. declaratione ibi. & ratio huius declarationis.

EXTENDE iſtam exemplificationem, vt procedat etiam in eo, qui propter peſtem, ſeu malam intemperiem aeris non poteſt accedere ad locum iudicij, quia adhuc cogeretur cauſatiuè conſtituere procuratorem, &c.

1876 EXEMPLIFICA eandem declarationem in ſecunda parte. ibi. ſecus. quando ad conficiendam præſcriptionem deficiunt viginti, ſeu plures anni, & is, contra quem incoepit præſcriptio, eſt infirmus, ſeu eſt aliter impeditus breui impedimento: vtiquè iſto caſu non cogitur conſtituere procuratorem, & ideo, ſi conſtituerit, coeperitq; agere, debet poſſe cogi ad proſequendam litem vſque ad finem, ſiue cauſa ſit leuis, ſiue ſit grauis, ſiue ſit impeditus ſua culpa, ſiue ſine ſua culpa.

1877 DECLARA II. iſta omnia, quæ dixi de actore, habere locum quo ad prorogandam actionem, interrumpendamq. præſcriptionem, quam debet per procuratorem interrumpere, ſi ipſe eſt impeditus, vt dixi; ſed quoad prorogandam actionem, ſcilicet ad excuſandam contumaciam in proceſſu cauſæ idẽ eſt dicendum in actore, quod in reo, ſicut aduertit Bal. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ſub num. 3. ibi. & tunc refert aut loquimur. ff. ſi quis caution. & ſentit etiam Ant. de Butr. in cap. cum dilecti, ſub num. 26. ibi. tu dic ſecundum bar. de dol. & contum.

1878 DECLARA rurſus, vt hæc neceſſitas in actore conſtituendi procuratorem, quando poteſt illum conſtituere, procedat ad effectum, vt, ſi eum non conſtituerit, currat contra eum præſcriptio, quamuis ſit impeditus; & ſic iſto caſu dies vtiles currunt etiam contra actorem impeditum, ſed non quoad effectum, vt, ſi eũ non conſtituerit, denegetur ei reſtitutio in integrum; quia licet potuerit relinquere procuratorem, & non reliquerit, tamẽ ſi ſumus in caſu, in quo regulariter relinquere non tenebatur, datur ei reſtitutio in integrũ, ſicut latius declarat Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 30. art. 8. & remiſſiuè art. 17. in fine. & ſum expeditus à primo caſu; qui parum facit in propoſito primæ quæſtionis, exquò actor non citatur, ſed citat.

CASVS II.

I. GENVS IMPEDIMENTI.

Impedimentum perpetuum quamuis ſit probabile non excuſat reum citatum, ſi non compareat.

1879 In ſecundo, videlicet in reo diſtinguo rurſus duo genera impedimentorum.

Primum eſt impedimẽtum perpetuum neceſſarium & probabile (licet, agendo de iſto, excedamus terminos ſpeciei, poſitæ ſupra num. 1864.)

Secundum eſt impedimentum breui tempore duraturum.

Capio primum: & concludo, reum debere conſtituere, ſeu mittere procuratorem, vt ex Petr. refert, & ſequitur Bar. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ſub num. 2. ibi. ſed petr. ff. ſi quis caution. & ſcribunt Ant. de Butr. in cap. querelam. ſub num. 8. paulò ante finem. verſ. aut impedimentum. & ibidem Abb. ſub num. 7. paulò ante finem. ibi. aut eſt impedimentum. de procur. & latius hanc concluſionem, loquendo de impedimento perpetuo non affectato, probauimus ſupra num. 947.

1880 AMPLIA I. iſtam concluſionem, vt procedat etiam ſi impedimentum non ſit perpetuum, ſed ſit longo tempore duraturum; quia impeditus tenetur adhuc conſtituere procuratorem: & moueor, quia impedimentũ perpetuum, & impedimentum longo tempore duraturum in terminis, de quibus loquimur, non differunt ſecundum Bar. Mar. Socc. & Foller. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 948.

1881 AMPLIA II. vt procedat etiam ſi impedimentum ſuperueniſſet ante conteſtationem litis; quia adhuc arctatur conſtituere procuratorem, quicquid in contrarium videatur ſcripſiſſe Ant. de Butr. in cap. cum dilecti. ſub num. 26. ibi. ſi impedimentum eſt perpetuum. de dol. & contum. dicens, quòd, ſi impedimentum perpetuum ſuperuenit ante conteſtationem litis, non arctatur conſtituere procuratorem: & ratio huius concluſionis, & ampliationis eſt, quia non debet ius alterius partis perire, nec debet vni ſubueniri cum tanto alterius præiudicio ſecundum Bar. Abb. & Socc. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 965. verſ. infero: & Ant. de Butr. debet intelligi, vt loquatur de impedito non citando, ſi non conſtituerit procuratorem; quaſi dicat, quòd, ſi impedimentum ſuperuenit ante conteſtationem litis, debet is citari, quamuis non cõſtituerit procuratorem, ſecus ſi impedimentum venit poſt litis conteſtationem; quia iſto vltimo caſu imputet ſibi, qui non conſtituit procuratorem, & niſi ita intelligatur eſſet ſibimet contrarius, & huic intellectui ſatisfaciunt ea, quæ ſcripſi infra ſub num. 1884. & 1885.

1882 Nota iſtas duas ampliationes, quòd ſi impedimentum eſſet longo tempore duraturum, & ſuperueniſſet ante conteſtationem litis, reus teneretur mittere procuratorem, vt actor ſaltem conteſtaretur litem, ſicut ſcribunt Gl. in cap. cum dilecti. in verbo. reſponſalem. propè finem, & ibidem Abb. nu. 13. circa principium. & in fine. de dol. & contum. ſed ſi impedimentum eſſet perpetuum, teneretur mittere procuratorem ad totam cauſam, vt ſcribit eadem Gloſ. in d. verbo. reſponſalem. in fine. ſed cur non idem in impedimento longo tempore duraturo dubito; quamuis aliter ſenſerint Gloſ. & Abb. in loco citato.

1883 DECLARA nunc præcedentem concluſionem, & ampliationes eſſe veras. quãdo impeditus citatur perſonaliter, ſeu domi, quam habitat tempore citationis; quia tunc indiſtinctè tenetur comparere, ſeu cõſtituere procuratorem, qui eius nomine compareat, ſicut benè declarat Bal. in l. ab eo. ſub num. 8. C. quom. & quan. iud. dicens, quòd reus non tenetur dimittere procuratorem ad defenſionem, niſi poſtquàm nouerit, ſe citatum. & loquitur Bal. in reo abſente.

Sed quando impeditus ex cauſa neceſſaria, & probabili nullibi citatur, quia eſt abſens, vt puta eſt captus ab hoſtibus, ſeu eſt in caſtris, pugnans cum hoſtibus, vel ſi citatur, citatur alibi, quàm in loco, in quo manet; tunc in iſto caſu abſentiæ, ſeu impedimẽti propter abſentiam neceſſariam, & probabilem, ſunt diſtinguendæ duæ ſpecies abſentiæ.

Prima eſt abſentia perpetua.

Secunda eſt abſentia longo tempore duratura.

In prima res poſſet forſan pati aliquam controuerſiam, exquò Doctores, præter Ant. de Butr. infra citatum, nullum verbum faciunt, an reus, qui eſt perpetuo abfuturus ex neceſſaria, & probabili cauſa, teneretur conſtituere procuratorem ante abſentiã etiam ſi nulla aduerſus eũ lis mota fuerit ante abſentiã: verum quia impedimentum perpetuũ, & impedimentũ longũ

a pari

à pari procedunt, vt remissiuè dixi supra num. 1880. ideo quæ mox num.seq. dicam de absentia longo tempore duratura, habebunt locum in perpetua, sicut sentit Ant. de Butr. infra citatus, dum loquitur generaliter de impedimento perpetuo, & de impedimento longo.

1884 In secunda; quando absentia est longo tempore duratura sunt distinguendi duo articuli secundum Bar. aliosque Doctores, infra citatos.

Primus est; quando reus cœpit abesse ante litis contestationem.

Secundus est, quando cœpit abesse post contestationem litis.

Si loquimur in primo; concludo, quòd non tenebatur constituere, seu relinquere procuratorem.l.eundē. in fine. quæ est penult. ff. de legation. Bar. in l. 1.num. 4.in fine.ff.de diuers.& temp. præscript. Bal. in l. 2.§. si quis in iudicio. sub num.3. vers.primo casu.ibi.aut loquimur in reo. ff. si quis caution. Ant.de Butr. in cap. querelam. sub nu.8. vers. nota glos. de procur. & in cap. cum dilecti.sub num. 26. ibi.si impedimentum est perpetuum.de dol.& contum.vbi loquitur apertè etiā de impedimento perpetuo, & ibidem Abb. num. 13. versus finem. & ratio huius conclusionis est;quia non tenebatur diuinare litem, & hoc sensit Bal. vbi supra, dicens quòd non est imputandum reo quoad culpam, vel contumaciam: item quia, vt dicit idem Bal.in l.ab eo. sub num.8. ibi. ex his. C.quom. & quan.iud.nemo tenetur dimittere procuratorem generalem, quia talis dimissio posset esse captiosa, & periculosa.

1885 Si loquimur in secundo; concludo, quòd tenebatur constituere procuratorem, & sibi imputandum esse, quòd contra eum procedatur, non aliter defensum dicta l. eundem. ff. de legation. Bar. & alij supra citati, Ias. in l. 2. §. si quis in iudicio. sub num. 11. ibi. limita tertio. ff. si quis caution. & quòd hæc sit ✣ communis * omnium sententia, scribit Odd.tract.de restit. in integ. q.30.art.7.sub num.39.vers.sed contra.

1886 AMPLIA istam conclusionem, vt habeat locum etiam in causa solum præparata, quæ nondum sit cœpta Bal. in d.l. ab eo. nu.7.C.quom. & quan.iud. quem refert, & sequitur Ias.in d.§. si quis in iudicio. sub nu. 11. in fine. & vtrumq; Odd.d.art.7. nu.41.

1887 LIMITA præmissam conclusionem secundum Bal. in ead.l. ab eo. sub n.8. vers. quæro vtrum absens, C. quomod. & quan. iud. & Alex. in l. 2. §. si quis in iudicio num. 7. ff. si quis caut. quos refert, & sequitur Odd. dicto art. 7. num.43. vt non habeat locum, quando causa esset grauis; quia non teneretur mittere procuratorem, quamuis impedimentum, seu inquam absentia venisset post litis contestationem, & esset longo tempore duraturum.

1888 Contra istam limitationem: quòd teneatur mittere procuratorem, quamuis causa sit grauis: sentit Abb. in cap. cum dilecti. nu.13. in fine. de dol.& contum. dicens, quòd, si impedimentum est longum, & causa non est leuis, & impedimentum præcessit litis contestationem, non compellitur mittere procuratorem, alias secus; à cuius opinione non audeo discedere. Nec obstat quòd Bal. & Alex. superius citati videantur tenere limitationem: quia resp. quòd non exprimunt, an loquantur de absentia, longo tempore duratura, vel de breui, & ideo possunt, & debent intelligi in absentia breui. & hæc satis quoad primum genus impedimenti.

II. GENVS IMPEDIMENTI.

Impedimentum necessarium, & probabile breui tempore duraturum excusat citatum, si non compareat, aut non mittat procuratorem.

1889 Capio secundum genus; quando impedimentum necessarium, & probabile est breui tempore duraturum: Et concludo, quòd non tenetur mittere procuratorem secundum Bal. in l. 2. §. si quis in iudicio. sub num. 2. ibi. aut causa est iusta & necessaria. ff. si quis caution. & in l. 1. sub num.4. ibi. aut est impedimentum necessarium & probabile. ff. de diuers. & temp. præscript. Ant. de Butr. in cap. cum dilecti. sub num. 26. ibi. si impedimentum est necessarium & probabile. de dol. & contum.& ibidem Abb.sub num.13.ibi. aut est impedimentum necessarium & probabile. & ✣ hæc est conclusio communis. *

1890 AMPLIA istam conclusionem, vt procedat non solum si impedimētum superuenerit ante motam litē, sed etiam si superuenerit post litem motam, vt sentit Ant. de Butr. in cap.querelam. sub num.8. prope finē. de procur. dicens, quòd, si causa est grauis,& constat de impedimento ante, vel postea, non tenetur mittere procuratorem. & sic apertè videtur sentire Odd. tract. de restit. in integ. d.q.30.art.7.sub num.39. vers. ✣ sed cōtra. dum concludit ex communi sententia, quòd ad hoc vt absens, seu aliter impeditus obligetur mittere procuratorem, requiruntur duo, primum, quòd lis sit coepta, secundum, quòd impedimentum sit longo tempore duraturum: ergo si non est longo tempore duraturum non cogitur dimittere procuratorem; & benè probatur ex textu in l. quæsitum. ff. de re iudic. vbi habetur, quòd si alicui ex litigatoribus morbus sonticus acciderit, iudicium non potest expediri: & non dicit ibi textus, quòd debeat constituere procurato-

1891 rem. * Sed quod dicatur breue, vel longum tempus relinquitur arbitrio iudicis. Odd. tract. de rest. in integ. q.30, art.7.num.42.

1892 LIMITA I. conclusionem, vt non procedat, quando causa esset leuis; quia teneretur mittere procuratorem, vt scribunt Ant. de Butr. in cap. querelam. sub num.8, vers.nota glos. ibi. si alius citet. de procur.& apertius ibidem Abb.num.7. versus finem.ibi.aut impedimentum est temporale. hæcq; limitatio est com- ✣ munis *, quia tam Gl. in d.cap.cum dilecti. in verbo. responsalem.quàm alij Doctores in diuersis locis dum scribunt, impeditum ex causa necessaria, & iusta teneri ad mittendum procuratorem, si causa est leuis, retinent casum in impedimento, quod est breui tempore duraturum.

1893 Contrariam sententiam; quòd conclusio procedat etiam si causa sit leuis; tenet Abb. sibimet contrarius in d.cap. cum dilecti.sub num.13.versus finem.ibi.aut est impedimentum necessarium. dicens, quòd, si causa est ardua, non tenetur mittere procuratorem, & quòd idem putat, si causa non est ardua. & in eandē sententiam videtur fuisse Gl. in eod. cap.cū dilecti.in verbo. responsalem. ibi. reus non compellitur.dicens, quòd non compellitur venire præcipuè si causa sit ardua, & quòd sufficit mittere excusatorem.

1894 LIMITA II. vt non procedat in causa electionis, quia licet causa sit grauis; tamen tenetur impeditus mittere procuratorem, vt scribunt Gl. in c.cupientes. in verbo. procuratorem.de elect. in 6. Ant.de Butr.in cap.querelam. num.7. versus finem. ibi. fallit in causa electionis.& ibidem Abb.num.7. versus finem.ibi.aut impedimentum est temporale. Ias.in l.2.§.si quis in iudicio.sub n.13. versus finem.limit.3. ff. si quis caution. & ita procedit, quod scribit Innoc. in d. cap. quere- ✣ lam. nu. 1. de procur. & hæc limitatio communiter * tenetur, eiusq. ratio est, ne ecclesia diu vacet pastore, vt scribunt Ant.de Butr. Abb.& Ias. in locis citatis.

1895 LIMITA III. quando impeditus citaretur à Papa; quia tunc, quamuis sit impeditus, & causa sit grauis, nihilominus tenetur mittere procuratorem, Ant. de Butr. in cap. querelam. sub num. 8. versus finem. vers.nota gl. de procur.Ias.in l.2. §. si quis in iudicio. in fine.limit.4.ff. si quis caution. Odd. de rest.in integ. q.30.art.17.num.100.

1896 EXTENDE istam limitationem secundum Ant. de Butr.in cap.cum dilecti. sub num.26. ibi. fallit nisi. de dol. & contum. vt habeat locum etiam in alijs iudicibus, qui possent arctare ad mittendum procuratorem.

1897 LIMITA IIII. quādo causa celeritatem desiderat, quia tenetur mittere procuratorem, quamuis causa esset grauis, Ant. de Butr. in cap. cum dilecti. sub num. 26. ibi. fallit nisi. de dol. & contum. Ias. in dicto §.

ſi quis in iudicio.num.11.Odd.de reſtit. in integ.q. 30. art.17.num.101.& communiter * omnes, qui ſcribunt, impeditum teneri ad mittendum procuratorem in cauſa electionis, allegant iſtam rationem, quia cauſa electionis celeritatem deſiderat: & iuxta hanc limitationẽ intelligo ea, quæ ſcribit Bar.in d. l.2.§. ſi quis in iudicio.nu. 2.verſus finem.ff.ſi quis caut.dicens, quòd ſi cauſa celeritatem deſiderat, vt ſunt cauſæ, quæ poſſunt tractari tempore feriato, tunc impeditus tenetur mittere procuratorem, quamuis ſit impeditus ex iuſta, & neceſſaria cauſa.

1898 EXEMPLIFICA I. iſtam concluſionem de impedimento neceſſario, probabili, & breui tempore duraturo, & vt ſupra ampliatã, & limitatam; in infirmitate, quę dicitur impedimẽtum ex cauſa neceſſaria probabili, & breui tẽpore duraturũ, ſicut exemplificat Abb. in cap.cum dilecti.num.13.verſus finem.ibi. aut eſt impedimentum neceſſarium & probabile. de dol.& con

1899 tum. † nam, quòd impedimentum infirmitatis dicatur neceſſarium, & probabile, probatur, quia omnes infirmitates ſunt à Deo, vt videntur ſentire Bar.in l. fin.ſub n.4.ff.de in integ.reſt.exemplificans neceſſitatem, impoſitam à Deo, in infirmitate. Gloſ.ſuper illud Matth. 9.*confide fili.* Io. Andr.in cap.cum infirmitas.ſub nu. 2. Ant.de But.num.9.Abb. in principio.de pœnit. & remiſſ.dum enarrant, ex quinquè cauſis poſſe prouenire infirmitates: quas cauſas recenſeo infra nu.1901.verſ. recenſeo.

Nec obſtat, ſi diceres cum Abb.ind.cap.cum infirmitas. in fine principij. dari ſextam cauſam infirmitatis, videlicet, malam diſpoſitionem corporis, cauſatam ex aliquo accidente, quia reſp. etiam iſtam prouenire ex iuſto Dei iudicio.

1900 Et, quòd quælibet infirmitas ſit à Deo, probatur, quia omnis mors etiam violenta dicitur accidere Dei iudicio, vt ſcribunt Gloſ. Inſtit. de capit.dimin.in principio. in verbo. commutatio. ibi. adde quòd ſaluari. Hieron.Præuidel.tract.de peſt.& eius priuileg. tit. de cõtractibus & alijs actibus inter viuos.in verbo.ſubſequenter.num.7.fol.180.& Ludou.Montal.tract. de reprobat.ſenten.Pilati.num.49.fol. 19. Ergo cur non itẽ & infirmitates, ex quouis accidenti prouenientes, quæ ſolent eſſe præparatoriæ ad mortem, ſeu ſaltem ad diminuendam vitam.

1091 Si infirmitas prouenit à Dei iudicio: ergo eſt impedimentum neceſſarium, & iuſtum: neceſſarium eſt, quia vt ex Bal.in l.licet.C.loc.refert, & ſequitur Præuidel. vbi ſupra num.8.impoſſibile eſt homini recalcitrare & reniti voluntati diuinæ, vel finem ſuæ voluntatis abrumpere, quia Deus & natura nihil fruſtra operantur: eſt etiam iuſtum, quia prouenit à Deo.

Recenſeo hic obiter cauſas, ex quibus infirmitates proueniunt.

Prima cauſa eſt, vt iuſtus per patiẽtiam in meritum creſcat, ſicut legitur de beato Iob, qui multas paſſiones corporis paſſus eſt. Cõferunt huic primę cauſæ ea, quę eleganter ſcribit Seneca in libello.de prouidentia Dei. verſ. *quare multa bonis viris aduerſa eueniunt.* quem rogo videas, quia mirum eſt, quòd auctor gentilis chriſtianã doceat auctoritatem, dicens. *Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoſcit, exercet. quare* inquit, *Deus optimum quemquè aut mala valetudine, aut luctu, aut incommodis afficit.* ſubdens. *quid miraris bonos viros, vt confirmentur, concuti? non eſt arbor ſolida nec fortis, niſi in quam frequens ventus incurſat: ipſa enim vexatione conſtringitur, & radices certius figit.*

Secunda eſt, vt virtus cuſtodiatur, ne alias nimis ſuperbiret, ſicut in Paulo Apoſtolo, qui dixit: *cum infirmor tunc fortior ſum,* vt in c.niſi cum pridem. de renũt. & ideo eſt ſciendum, quòd Deus mittit quandoque infirmitatem non ſolum propter peccatum commiſſum, vt mox dicam in ſeq.3.cauſa, ſed etiam, vt non committatur; quare Hugo.lib.2.de anima.ſcribit, quòd Deus præſciens quoſdam multa peccare poſſe flagellat eos in infirmitate corporis, ne peccent, vt eis vtilius ſit frangi languoribus ad ſalutem, quàm remanere incolumes ad damnationem.

Tertia cauſa eſt ad correctionem peccati, vt in d. cap.cum infirmitas.de pœnit.habemus ibi exemplum de languido, cui Dominus dixit. *vade & amplius nôli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat* vnde textus in d.cap.cum infirmitas.admonet infirmos debere prius curare animam, admonendo etiam medicos corporis, vt inducant cum effectu infirmos ad vocandum prius medicos animarum, quia, ceſſante peccato, quod eſt cauſa infirmitatis, ceſſabit infirmitas, quæ eſt effectus peccati, prout ibidem nótat Io. And. ſub num.4. & quòd peccatum ſit cauſa infirmitatis probat prouerbium vulgatum illud *propter peccata veniunt aduerſa.* & quòd peccata ſint cauſa peſtis, notat Rip.tract. de peſte.in princ.num.20.& ſeqq.dicens, quòd cauſa omnium maxima, à qua morbus iſte prouenit, eſt ſocietas hominum & demonum ex peccatis contracta, quæ admodum eſt peſtifera.

Quarta cauſa eſt, vt manifeſtetur quandoquè gloria Dei, vt in cœco nato, quem Chriſtus liberauit, & in Lazaro.

Quinta eſt ad initium pœnæ, vt in Hærode: nam quandoquè Deus in hoc ſeculo incipit punire peccatorem, affligendo eum corporaliter: quæ quinquè cauſæ ſunt ſequentibus duobus verſibus, relatis per Io. Andr.& Ant.de Butr.& Addit. ad Abb.in d.c.cum infirmitas, compræhenſæ.

Vt probet, vt damnet, vt expiet, vt mereatur.
Vt pateat Chriſti gloria, poena datur.

&, quòd omnes infirmitates ſint à Deo, aduertit etiam Odd.tract.de reſtit.in integr.q. 11.art.6.nu.22.

1902 EXTENDE I. iſtud exemplum cum ſua concluſione, vt habeat locum etiam in infirmitate cõſanguineorum Gio.in cap.communis filius. in verbo.ſuorum.diſtinct.23.quã totus * mundus ſequitur, vt refert Odd. d.art.6.num.27.

1903 EXTENDE II. vt habeat locum etiam in infirmitate ſocij itinerantis, ſeu collegæ in legatione, vt refert, & ſequitur Odd.d.art.6.nu.18.

1904 RESTRINGE I. iſtud exemplũ infirmitatis vt non habeat locum in infirmitate, ſeu morbo perpetuo, aut lõgo, vt puta in tabe, & ſimilibus morbis incurabilibus iuxta textum in cap.vnico. de cleric. ægrot. & deciſa per Rotam in diuerſis terminis, vt refert Caputaquen. deciſ.91.ſeu 1.num.1.par.2.item & in infirmitatibus, quæ præſtant impedimentum cum aliquo interuallo quietis, ſicut laborant valetudinarij, quia ſic impeditus diceretur impeditus longo impedimento, de quo ſcripſi ſupra ſub num. 1879.

1905 RESTRINGE II. vt non habeat locum in morbo, ſeu infirmitate leui, vt puta in veteri quartana, quia non præſtat ſufficiens impedimentum l. quæſitum. ff. de re iudic. & ſimiliter leuis frabicula non habetur in conſideratione Caputaq.d.deciſ.91.num. 2. par. 2. & hanc eſſe communem * opin.refert, & ſequitur Odd. de reſtit.in integr.q.11.art.7.ſub num. 31.verſ. contra tamen. & dixi lib.præced. cap. 42. ſub num. 5. & latius cap.præced.ſub nn.289.& ratio huius reſtrictionis eſt, quia ideo infirmus, ſeu febricitans excuſatur, & non tenetur conſtituere procuratorem, & reſtituitur in integrum, ſeu proceſſus, contra eum factus, eſt ipſo iure nullus iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 1908. & 1909. quia infirmitas adeo mentem, & memoriam perturbat, vt infirmus non facile recordetur ea, quæ facere debet, & potius præſumitur non ſanus mente quàm aliter ſecundum Odd. dicta q. 11. art.6. num. 24. verſ. hac ratione. & num. 25. ſed iſta perturbatio, & infirmitas mentis non datur in morbo leui, qui propterea neque dicitur ſonticus, quia non præſtat impedimentum dicta l.quæſitum.ff.de re iud. & faciunt ad hoc quæ ſcripſi cap.præced.num.289.&

1906 num.290. Et quæ dicatur grauis, & quæ leuis infirmitas relinquitur arbitrio iudicis, vt ex omnium * ſententia ſcribit Odd.d.q.11.art 8.ſub num. 36. & ex quibus debeat iudex animi ſui motum circa iſtud arbitrium informare ſcribit idem Odd.eod.art.8.nu.38.

1907 EXEMPLIFICA II. in abſentia breuis militiæ; quia abſentia militiæ dicitur neceſſaria, & probabilis vt ſcribit Bar. in l.fin.num. 3. ff. de in integr.reſtit. & alia exempla poteris ſumere ex l. 2. ff. ſi quis caution.

EXEMPLIFICA III. eandem concluſionem de impe-

impedimento necessario, probabili, & breui tempore duraturo; quando quis impeditur comparere propter pestem, seu malam intẽperiem aeris, quia isto casu citatus non tenetur comparere etiam si citaretur pro causa criminali vt ex Glos. Affl. Gail. Scagl. & Mascar. retuli, & sequutus sum lib. præced. c.32. vers. ampliatiue. num. 33.

1908 Circa conclusionem istam, positam supra nu. 1889. vers. capio secundum, occurit ista difficultas. An hic impeditus teneatur mittere saltem excusatorem.

Resp. distinguendo duos effectus.

Primus est respectu restitutionis in integrum: & quoad istum effectum concludo, missionem excusatoris nõ esse necessariam, quia, excusatore non misso, daretur restitutio in integrum aduersus processum, factum contra impeditum, Odd. tract. de restit. in integr. q.30. art. 1. sub num. 2. vers. aut quærimus. & ita sentiũt Bar. in l. fin. sub nu. 4. ibi. item prædicta, ff. de in integr. restit. Bar. in l. 2. §. si quis in iudicio. num. 3. in fine. Bal. sub num. 3. vers. primo casu. & ibidem Ias. sub num. 5. ff. si quis caution. & communiter * omnes, dum in locis citatis distinguendo scribunt, sententiam iudicis, qui ignorauit impedimentum, valere, sed rescindi per restitutionem.

1909 Secundus effectus est respectu nullitatis processus & sententiæ: & quoad istum concludo, esse necessariũ, quòd mittatur excusator; quia, eo misso, & per eundem notificato impedimento, processus, & sententia essent ipso iure nulli, vt scribunt Bar. Bal. & Ias. in locis citatis, Clar. lib. 5. recept. sent. q. 34. in principio. & Odd. d. art. 1. sub num. 1. vers. in contrarium. & vers. ego puto. & ita sunt intelligendi Glos. in cap. cum dilecti. in verbo. responsalem. ibi. ad hoc dixit. de dol. & contum. & alij, citati per Odd. vbi supra, qui communiter scribunt, debere mitti excusatorem. & sic conciliantur contrarietates.

1910 LIMITA istam conclusionem, vt non procedat quando de improuiso occurreret casus necessitatis, & impedimenti, quia impeditus excusaretur, si non mitteret procuratorem secundum Bal. in cap. querelam. num. 2. de procur. quem refert, & sequitur Odd. d. art. 1. num. 3. & consequenter isto casu sententia adhuc esset nulla.

1911 DECLARA modo præfatam conclusionem, vt excusator, mittendus ad prædictum secundum effectum, debeat mitti cum mandato secundum communem * opin. de qua testatur Rub. Alex. in tract. de procur. in crimin. nu. 315. quem refert, & sequitur Odd. d. q. 30. art. 1. in fine.

1912 Contrariam opinionem censeo veriorem & communem * in isto casu; & moueor ex his, quæ refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 33. vers. sed nunquid. & ita seruatur in practica: Verum pro integra resolutione huius articuli: an excusator sit audiendus sine mandato; vide Clar. vbi supra, qui distinguendo benè declarat, & resoluit.

1913 ILLVD postremo loco aduertendum est, quòd non satis est, excusatorem comparere ad allegandam absentiam, seu aliud impedimẽtum necessarium, & probabile, aut saltem probabile, nisi quoquè illam absentiam, seu impedimẽtum probet, Clar. lib. 5. recep. sent.

1914 q.34. vers. sed nunquid. † Ad probandam tamen absentiam sufficit iuramentum excusatoris, vel alia quęcunquè leuis probatio, sicut scribit idem Clar. vbi supra. sed ego in hoc non vidi exigi aliquam probatio-

1915 nem, quando allegatur absentia. † Et ad probandam infirmitatem sufficit fides duorum medicorum, si adsunt, alias sufficit fides vnius, item potest probari per testes iuxta ea, quæ scribunt idem Clar. ead. q. 34. vers. dixi etiam. Odd. tract. de restit. in integr. q. 11. art. 8. nu. 38. & seqq. & q. 38. art. 5. nu. 48. in fine. & Mascar. tract. de probat. concl. 896. nu. 12. lib. 2.

Ex his habes an, & quando impeditus breui, necessario, & probabili impedimento sit citandus.

De testibus cogendis vel non.

SVMMARIVM.

Testificari est munus publicum num. 3 & valde necessarium num. 5. quod inuiti etiam coguntur suscipere num. 4.

Veritatem tacere est peccatum mortale num. 6. & testis, eam tacendo, committit falsum, sicut si diceret mendacium num. 8. & pariter notarius ita falsum committit, tacendo verum, sicut scribendo falsum num. 9. Aliqui tamen tenuerunt in causis criminalibus non esse peccatum nu. 11.

Mendacium dicere est peccatum nu. 7.

Testis quilibet cogi potest ad testificandum nu. 1. & seqq. & num. 51. in quibus habetur ratio. Ampliatur 1. ista regula, vt habeat locum in causis ciuilibus num. 10. Ampliatur 2. vt de iure ciuili procedat in causis criminalibus num. 12. sed de iure canonico circunferuntur quatuor opiniones, de quibus nu. 13. 14. 15. & 16. Ampliatur 3. etiam de iure canonico in quatuor casibus etiam criminalibus, I. casus est quando testes inducuntur ab inquisito ad probandam innocentiam num. 17. II. est in crimine hæresis num. 18. Extenditur 1. iste casus etiam si crimen hæresis sit occultum, nũ. 19. Extenditur 2. vt sit verus generaliter respectu cuiuslibet testis nu. 20. & seqq. Subextenditur ista extensio quoad extraneos vt teneantur etiam denuntiare nu. 23. & quid in coniunctis nu. 25. & seqq. Restringitur eadem extensio, vt filij contra parentes, vxor contra maritũ, & è contra non cogantur, nisi deficientibus alijs probationibus num. 24. III. casus est in crimine dilapidationis & simoniæ num. 49. IIII. est generalis quando testis se malitiosè absentat, vel &c. nu. 50. Limitatur eadem regula de cogendis testibus n. 52. Exemplificatur limitatio in multis nu. 53. & seqq.

Exceptio firmat regulam in contrarium nu. 2.

Pater contra filium / Vxor contra maritum, & / Fratrer contra fratrem } & e conuerso cogũtur testificari in crimine hæresis nu. 21.

Suspectus de hæresi fautoria habetur is, qui non reuelat hæreticum num. 22. Limitatur in quibusdam personis num. 25.

Filius patrem / Maritus vxorem / Frater fratrem } & è conuerso non sunt suspecti de hæresi fautoria, si omiserint denuntiare, seu noluerint testificari nu. 25.

Pater filium / Maritus vxorem & / Frater fratrem } & è conuerso si non denuntient in crimine hæresis incurrũt pœnam excommunicationis nu. 26. Contraria opinio num. 29. & seqq. Declaratur ista contraria opinio vt sit vera quando cessat omne periculum et damnum Reip. sub num. 42. vers. primus. & num. seqq. in quibus habetur quando cesset periculum, secus est quando non cessat, quia tenentur denuntiare & reuelare num. 47. si hæresis est occulta, alias non num. 48.

Militiæ disciplina est præponenda vitæ proprij filij num. 27.

Patriæ salus est anteponenda saluti proprij filij num. 28.

Satutum / Bannum / Constitutio & / Dispositio quelibet } vulnerãtia ius commune sunt strictè intelligenda num. 30. & vt concordent cum iure communi n. 31.

Bannum seu / Statutum) præcipiens hæreticos reuelandos esse curiæ est contra ius commune &c. num. 32. & 33. & maximè si præcipiat etiam consanguineos num. 35.

Obuiare delicto quis non cogitur de iure communi n. 33. etiam si posset obuiare reuelando nu. 34.

Receptans consanguineum latronem mitius punitur num. 35.

Propositum in proposito & / Oppositum in opposito) operantur &c. num. 36.

Filius tenetur reuelare delictum committendum in personam patris nu. 37.

Reuelandum est crimen læsæ maiestatis. num. 38. Fallit respectu vxoris, quæ non tenetur reuelare maritũ nec pater filium nu. 39. etiam si emanauerint literę mo-

nito-

nitoriales à Curia eccleſiaſtica ſub poena excommunicationis num.40.

Reuelatio ſeu / Denuntiatio — bannitorum facienda ex diſpoſitione conſtitutionis Sixti V. non obligat ſanguine conjunctos &c. nu.41.

Teſtes impediti non coguntur teſtificari nu.52.& ſeqq.in quibus dicitur qui ſint impediti.

Senes / Valetudinarij / Milites & / Abſentes cauſa Reip. — non coguntur venire ad teſtificandum num.53.et 54.

Teſtificari non coguntur infraſcripti.

Publicani num.54.

Pupilli num.55.

Proxeneta num.56.

Mulier pragnans nu.57.

Cicatricem habens in facie nu.58.

Doctor num.59.

Egregia perſona num.61.et 65.

Mulier num.62.67.

Priuilegiati num.69.

Gener contra ſocerum / Vitricus contra priuignum. / Sobrinus contra ſobrinum,et eius filios et n.86. / Libertus contra patronum,contra collibertum etc.et è contra ſocer contra generum etc. — nu.70.

Vxor contra maritum,et è contra num.84.

Abſens cauſa Reip.ſeu conducens prabendam ad exercitum num.54.et 66.

Frater contra fratrem num.71.et 79.et ſeqq. et quare n. 77.87.88. et 78.vbi quare nec pro fratre. Declarationes et reſtrictiones habentur nu.60.63.et ſequ.et limitationes nu.90.et ſeqq.et nu.98.

Tutela eſt munus publicum / Tutor eſſe quis non cogitur contra fratrem — num.73.

Inimicitia oritur inter accuſatum et teſtes num.74. 80. 81. et 83. imò oritur etiam ſi cauſa non ſit capitalis num.82.

Fratrum amor cateris prafertur num.75.

Frater vnde dicatur num.76.

Probationes non ſunt ſumenda de domo rei nu.84.

Vir et / Vxor — ſunt duo in carne vna num.85.

Litera monitoriales ſeu / Monitoria — non obligant perſonas qua inuita non coguntur ferre teſtimonium num.89.

Teſtes priuilegiati coguntur etiam ipſi ſe examinare quã do veritas aliter haberi non poteſt num.90.et ſeqq,reprobata opin.contraria num. 94. et cui incumbat hoc onus probandi veritatem aliter probari non poſſe num, 96. et qualis probatio ſufficiat num. 97. et debet iudex abſtinere quantum poteſt ab iſtorum examine num.95.

Teſtes priuilegiati coguntur teſtificari in cauſa hareſis etiam ſi veritas ab alijs haberi poſſet nu.98. et 99.Contrarium num.100.

Clericus an poſſit cogi ad teſtificandum nu.101.

Teſtes in foro eccleſiaſtico quibus modis cogantur ad deponendum num.102. et 103. et quibus modis in foro ſeculari num. 105. et ſeqq. à leuioribus tamen ſemper eſt inchoandum nu.113. niſi ſubſit timor etc. nu.117.

Appellatio non datur teſti a pracepto, et compulſione, quòd ſe examinet num.104.

Teſtes à quo iudice cogi poſſint ad teſtificandum num. 119.et an poſſint cogi ab arbitro,et à delegato nu.120.

Excommunicationis ſententia ferri non debet ſine prauia monitione num.114.et niſi feratur in ſubſidium num. 115.

Teſtes contumaces quomodo excommunicentur,nu.116. remiſſiuè et nu.118.

Cauſa expeditio nõ debet retardari eo, quòd teſtes nolunt venire ad ſe examinandum nu.121.

Teſtes cõtumaces, et ſubtrahẽtes ſe ab examine tenentur parti laſa ad intereſſe,et damna n.122. et ſeqq.in quibus declaratur.

Reſtitutio in integrum datur parti,qua ſuccubuit in cauſa ex eo,quòd teſtes,qui noluerunt venire ad teſtificandum,ſunt pauperes etc.num.126.

CAPVT X.

1 REGVLA eſt affirmatiua,quòd quilibet poſſit cogi ad ferendum teſtimonium, niſi reperiatur exceptatus argumento textus in l. ſi quãdo.C.de teſtib. & ſentiunt Gl. 1.ibi, quæ allegat iura concordantia, Innoc.in cap.1.num.2. & 3.de teſtib. cogen. dicens etiam, quòd ſecundum leges coguntur in omni caſu præter quaſdam perſonas, quæ, inquit,etiam ſecundum leges non coguntur,niſi ſubſit magna cauſa.Io.And. in cap. delictorum. ſub num. 6. eod.dicens, quòd ſecundum primam opinionem omnes indiſtinctè compellũtur præter priuilegiatos. Ant. de Bur.ſub num.3.& apertius Abb.num.2.in fine, qui expreſsè ponit iſtam regulam, & rurſus in cap. literas ſub num.8. ibi.an autem compellatur.de præſumpt.ſicut apertè eandem regulam ponunt Campeg.tract.de teſtib. reg. 144. fol. 98.& Foller.in pract.crim.canon. rub.teſtibuſquè diligenter examinatis,cap.8. num.22. fol.116.hancquè regulam pro concluſione ex communi * Doctorum ſententia firmat Gail.in pract.obſeru. lib.1.obſeru.100.in principio.conſiderando,quòd poſtea ibidem num.13.in fine,& num.14.ſubijcit limitationes.&, quòd hæc ſit regula probatur ex eo, quia perſonæ,quæ nõ cogũtur,ſunt exceptuatæ, vt patet in

2 aliquibus ex ſeqq.limitationibus:†Sed exceptio firmat regulam in contrarium l.cum de lanionis. §. cui fundum.ff.de fund. inſtruc. Socc.conſ.25.dominus. num. 27.conſ.47.in primo preſentis. nu.2. verſ.ſed contra. lib.1.Alex.conſ. 64. circa præſentem.num. 1.lib. 4. & conſ.36.viſo themate.num. 3.lib 6.qui multa iura allegant.Vant.tract.null. rub.an quælibet ſententia &c.n. 4.fol.378.Rot.diuerſ.deciſ.168.num.5.par.2.&, quòd ſit vulgare ab omnibus confeſſum, ſcribit Galles. ad form.camer.oblig.q.ad 4.part.q.2.nu.2.fol.355.& hoc ipſo argumento vſus eſt etiam Foller. d. cap. 8. ſub num.22.

Ratio huius regulæ eſt duplex.

3 Prima, quia officium teſtis in ſe eſt munus publicum argumento textus in l.1.ff. de teſtib. Gloſ. 1. in d. l. ſi quando.C.eod.Io.Andr.Bal.Ant.de Butr.Abb.Fely.& alij communiter * in rub. de teſtib.cogen.extra. idem Abb.in cap.cum p.manconella.nu.14. de accuſat.Spec. tit de teſte.rub.de teſtium compulſione. ſub nu.6.Ang.de Peruſ.in addit. ad Iacob.Aegid. tract.ad reprobation.teſt.nu.24.fol.76.& Foller.in pract.crim. can.rub.teſtibuſquè diligenter examinatis.ſub num.5.

4 fol.111.qui etiam declarant hoc dictum.†Ad quod munus publicum quis etiam inuitus compellitur, Abb.in cap.intimauit. num.1.de teſtib. quem refert,& ſequitur Gail. in pract.obſeru. lib.1. obſeru. 100. num. 2.

5 † Et eſt valde neceſſarium, vt dicit textus in dicta l.1.ff. de teſtib. & notat Abb. d.cap. cùm p. manconella.num. 14. de accuſat. Ergo vt prouiſum ſit neceſſitati debemus concludere, quòd ſit permiſſa compulſio.

6 Secunda ratio eſt, quia teſtem tacere & occultare veritatem eſt peccatum mortale cap.quiſquis.11. q.3. Gl.in cap.1.in verbo.occultent. in fine. de teſtib. cogen.& ibidem Innoc.num.1. & ſub num.2. Ant. de Butr.qui procedit diſtinguendo, ſub num. 6. Abb. nu. 1.in fine.& num.2.& Additionator ad eum. Alber. de Malet.tract.de teſtib.cap.6.num.27.fol.172.Lanfr.in cap.quoniam contra.ſub num.31.verſ.hæ tamen. de probat.fol.181.inter tract.diuerſ.de teſtib. Gail. in pract.obſeru.d.obſeru.100.num.1. & Fr. Mich. Salon. ad D.Thom.2.2.q.70.art.1.controuer.3.concluſ.5. fol. 489.&,quòd teſtis, qui ſe occultat poſtquam a iudice per miniſtrum eſt vocatus ad teſtificandum, peccet,& teneatur ad reſtituenda omnia damna inde ſequuta,firmaui infra num.122.

7 Comprobatur hæc ſecunda ratio:quia dicere mendaciũ eſt peccatum cap. primum eſt.cap. mihi autem. cap.nec artificioſo.cap.omne genus.& cap. ſi quis adte.22.q.2.& ſcripſimus lib.præced.cap.86.ſub num.35.

verſ.

vers. secunda. & cap. præced. num. 838. vers. nec obstat.

Sed in teste paria sunt tacere veritatem, & dicere mendacium: Igitur.

Quòd sint paria, probatur primo ex textu in d. cap.
8 quisquis, 11. q. 3. * secundo, quia testis ita committit falsum, tacendo veritatem, sicut dicendo mendacium. cap. 1. de crim. fals. & scribunt Glos. in cap. ne quis arbitretur. in verbo. occiditur. in fine. 22. q. 2. Bar. Fulg. & Ias. in l. præscriptione. num. 4. & seqq. C. si con. ius vel vtil. public. Paul. de Castr. in l. argentarius. §. cum autem. num. 5. in fine. ff. de eden. Mil. in suo repertorio. in verbo. testis dicitur falsum. Fely. in cap. 1. num. 3. de testib. cogen. Boss. tract. crim. tit. de respons. à reo facien. sub num. 4. & tit. de opposit. con. testes. num. 95. Diaz. reg. 756. Carauit. super ritu. 87. sub num. 8. & dixi lib. præced. cap. 64. nu. 7. versus finem. vers. & deni-
9 què. * quod idem asserimus de notario, qui non magis delinquit, si scribat falsum, quàm si omittat scribere verum, vt testatur Bal. in l. facultas. circa finè. C. de iur. fisc. lib. 10. quem refert, & sequitur Ias. in d. l. præscriptione, nu. 7. & notat etiam Aug. ad Ang. tract. de malefic. in verbo. falsario. sub num. 51.

Quę aduersus firmatam regulam possent adduci tolluntur per Foller. d. rub. testibusquè diligenter examinatis. sub num. 22. ibi. non obstant textus. fol. 116.

10 AMPLIA I. seu declara istam regulam, vt præcipuè habeat locum in causis ciuilibus, sicut scribunt Abb. in cap. dilectorum. sub num. 2. & 3. de testib. cogen. & Foller. in pract. crim. canon. rub. testibusquè diligenter examinatis. c. 8. nu. 4. in fine. fol. 111. dicens, in ciuilibus quem indistinctè teneri ad ferendum testimonium. & num. 13. fol. 113. referens ex Aufr. ad Capel. Tholos. decis. 413. quòd si testes nominantur in causa merè ciuili, & non sunt personę priuilegiatę, indistinctè compelluntur, & sentiunt Glos. 1. in d. cap. dilectorum. de testib. cogen. Spec. tit. de test. rub. de testium compulsione. sub num. 4. ibi. in ciuilibus autem. Innoc. Io. Andr. & Ant. de Butr. citati supra n. 1. si diligenter consideremus eorum verba, Carauit. super ritu. 87. num. 1. in fine. dicens, quòd de iure canonico sunt opiniones, an testes compellantur inuiti in causis criminalibus, sicut compelluntur in ciuilibus; & benè probatur ex his, quæ scribit Fr. Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. controuer. 2. conclus. 2. fol. 486.

11 Ratio huius ampliationis est, quia licet aliqui Doctores, quos citaui infra num. seqq. asserant, occultationem veritatis non esse peccatum mortale in causis
* criminalibus; tamen ijdem, & alij communiter * conueniunt, esse peccatum mortale in causis ciuilibus, Innoc. in cap. 1. num. 1. Io. Andr. num. 6. Ant. de Butr. nu. 7. Abb. sub num. 5. de testib. cogen. idem Ant. de Butr. in cap. dilectorum. num. 3. eod. Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 6. num. 30. fol. 172. Foller. in pract. crim. can. d. cap. 8. num. 12. fol. 112.

12 AMPLIA II. de iure ciuili, vt procedat etiam in causis criminalibus, Innoc. in cap. 1. num. 2. in fine. de testib. cogen. dicens, quòd secundum leges in omni casu coguntur. Capel. Tholos. decis. 413. in fine. Foller. dicto cap. 8. sub num. 5. fol. 111. & apertius nu. 22. fol. 116. referens, & sequens ex Bellamer. iure ciuili esse expeditum, vt regula pręmissa procedat etiam in criminalibus. & Clar. lib. 5 recept. sent. q. 24. vers. successiuè. & probatur ex textu in c. super eo. in fine. de testib. cogen. & ista ampliatio seruatur hodie de consuetudine, sicut testantur Foller. d. cap. 8. nu. 34. in fine. fol. 121. & Clar. d. vers. successiuè. in fine. & in Regno Neap. seruatur ex dispositione ritus 87. & ibi notat Carauit. sub num. 1. vers. amplia. imò hodie nimis seruatur, quia latrunculatores, alijquè executores sunt nimis prompti ad vexandum, & causa finalis vexationis est, vel vt famam, nomenquè acquirant, quòd sunt rigorosi, & crudeles, quia credunt vilescere in conspectu hominum, cum absoluunt, & ideo anhelant ad condemnandum, vt scribit Anch. cons. 24. visa inquisitione. num. 4. versus finem. vel anhelant ad faciendos magnos prouentus, vt fauorè & beneuolentiam Dominorum & Principum sibi comparent: quare, licet substantiuè bene agerent, adiectiuè tamen, seu aduerbialiter male agunt.

13 Cæterum de iure canonico variæ circunferuntur opiniones.

Prima opinio est, quam tenet Innoc. in d. cap. 1. sub num. 2. vers. in criminali de testib. cogen. dicens, testes non cogi in causis criminalibus, quod idem ibidem sub num. 6. conclusit Abb. vers. tertia conclusio dicens, testes non compelli in causis criminalibus, nisi aliæ deficiant probationes, eosquè se subtrahentes non præsumi corruptos, & quòd Canonistæ teneant, testes regulariter non cogi in causis criminalibus, scribit Foller. in pract. crimin. canon. rub. testibusquè diligenter examinatis. cap. 8. sub num. 4. fol. 110. &, quòd de consuetudine curiæ testes non compellantur testificari in causis criminalibus, nisi de speciali mandato Papæ, refert idem Foller. eod. cap. 8. num. 9. fol. 112. & ratio huius opinionis, ralata ab eodem Foller. num. 10. ex Bal. est, ne resultet inimicitia inter testes & accusatũ, quæ de facili resultat, prout hanc eandem rationem considerat Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. cas. 487. num. 5.

14 Secunda opinio est eiusdem Innocẽtij eod. cap. 1. n. 4. vers. vel dic. qui scribit, & generaliter, quòd testes coguntur, quotiescunquè celare veritatem esset peccatum mortale, quæ opinio est catholica, & propterea ineuitabili fundamento fulcita.

15 Tertia opinio fuit Baldi in cap. dilectorum. de testib. cogen. quam vti elegãtiorẽ opinione Abbatis sequitur Fely. ibidem num. 3. & vti veram sequitur Menoch. de arbitr. iud. d. cas. 487. n. 1. & est relata per Foller. d. c. 8. sub. num. 10. fol. 112. & Campeg. ad Zanch. tract. de hæret. cap. 13. sub nu. 9. in verbo. cogi poterit. fol. 247. videlicet, quòd sit arbitrarium: nam, si testi imminet periculum, tenet, quòd iudex non debeat eum cogere, secus si non immineat periculum; pro qua opinione videre poteris quæ scribit Fr. Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. controuers. 3. conclus. 6. fol. 489. vbi eã defendit ab obiectionibus; sed aliam opinionem eiusdem Baldi refert idem Foller. d. cap. 8. sub num. 8.

16 Quarta fuit opinio Alberici de Ros. relata ab eod. Foller. vbi supra. num. 11. quam poteris videre; & reliquas opiniones non recenseo, remittendo vos ad Ang. de Perus. in addit. ad tract. de testib. post Iac. Aegid. nu. 23. fol. 75. in fine. & 76. qui refert multas distinctiones, & opiniones, & ad Abb. in cap. dilectorum. sub num. 3. ibi. in secundo membro. de testib. cogen. vbi refert septem opiniones, & multas distinctiones. & Franc. Brun. tract. de indit. & tortur par. 1. q. 2. vers. vlterius generaliter. sub num. 15. fol. mihi 247. refert de hoc fuisse octo opiniones, prout testatur etiã Lanfr. in cap. quoniam contra. num. 32. in fine. de probat. fol. 181. inter tract. diuers. de testib. super quibus non intendo pluribus insistere, cum hodie, vt dixi, in hoc seruetur ius ciuile, seu, vt dicit Imo. in d. cap. dilectorum. relatus etiã à Franc. Brun. vbi supra, sit attendendus stylus, & consuetudo iudiciorum, & ad Brunum se remittit Mars. in pract. crim. §. diligenter. num. 182.

17 AMPLIA III. vt in sequentibus casibus criminalibus procedat etiam de iure canonico.

1. est, quando testes inducerentur ab inquisito ad probandam innocentiam, quia tunc debent omnino cogi; imò debet vltro se offerre ad testificandum, quia qui potest obuiare damno, iniuriæ, & iniustitiæ, & non obuiat, videtur ipse damnum dare, iniuriam inferre, & iniustitiam facere dist. 83. per totam, & præsertim in cap. error. & capp. seqq. & c. negligere. 2. q. 7. & faciunt quæ scripsi lib. præced. cap. 70. sub num. 2. de eo, qui omitteret denuntiare hæreticum; sed tàm de iure ciuili, quàm de iure canonico quilibet debet cogi, ne hęc faciat, & vltro se abstinere debet: Igitur testis, qui, ferendo testimonium, potest liberare innocentem, debet posse cogi ad illud ferendum; imò vltro debet ferre, ne ipse videatur innocentis condemnationi consentire: & totum istum casum etiam ex dispositione iuris canonici firmat Fr. Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. conclus. 2. fol. 484. quinimò decisio huius casus colli-

colligitur etiam ex iure diuino, ſeu ſacra ſcriptura Pſal. *Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.* prou. 24. *erue eos qui ducuntur ad mortem.* prout canſiderat Alex. de Ales in ſua ſumma par. 3. q. 43. tit. de teſtib. art. 1. quem refert, & ſequitur Foller. in pract. crim. can. rub. teſtibuſquè diligenter examinatis. cap. 8. ſub num. 3. fol. 109. & firmat Fr. Mich. Salon. d. concluſ. 2. fol. 484.

Ex quo caſu diſcant cautius procedere nonnulli latrunculaores, qui ægrè ferunt teſtes, deponentes ad defenſionem reorum, etiam ſi teſtes non ſint domeſtici, aut amici rei, ſeu aliter ſuſpecti.

18 II. eſt in crimine hæreſis: quia teſtes ſunt cogendi etiam de iure canonico argumento textus in cap. excommunicamus. §. penult. de hæret. & ſentiunt Arch. in cap. vt officium. ſub num. 9. ibi. & quando agitur de hoc. de hæret. in 6. dicens, quòd teſtes poſſunt compelli, & quòd contrahunt peccatum mortale, ſi inquiſitori veritatem celant Innoc. in cap. 1. ſub num. 5. de teſtib. cogen. Fely. in cap. dilectorum. ſub num. 3. verſ. & de materia. eod. tit. Zanch. tract. de hæret. cap. 13. num. 9. fol. 245. & ibi Campeg. in addit. ad eum. verſ. in hoc verò crimine. fol. 248. & tract. de teſtib. reg. 148. verſ. tertio fallit. fol. 99. Simanc. de cath. inſtit. tit. 64. num. 12. Eymer. in direct. inquiſ. par. 3. q. 62. num. 2. in fine. & alij, quos refert, & ſequitur Pegn. ad eum d. par. 3. commen. 111. verſ. quantum ad primam. & iſte ſecundus caſus ſatis probatur ex his, quæ ſcripſi lib. præced. cap. 70. ſub num. 2. &, quòd ita teneant omnes Canoniſtæ, & diſcipuli Diui Thom. ſcribit Fr. Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. controuer. 2. concluſ. 3. fol. 487.

19 EXTENDE I. deciſionem huius caſus etiam ſi delictũ hæreſis eſſet occultum. Innoc. d. cap. 1. ſub nu. 3. de teſtib. cogen. Socc. reg. 417. teſtificari in criminalibus. num. 3. ſicquè tenuimus lib. præced. cap. 56. ſub nu. 4. verſus finem.

20 EXTENDE II. generaliter reſpectu cuiuſuis perſonæ; quia nemo in hoc crimine habet priuilegium, vt excuſari poſſit à ferendo teſtimonio Arch. in cap. vt officiũ. ſub n. 9. de hæret. in 6. Campeg. ad Zanch. trac. de hæret. cap. 13. verſus finem. verſ. & quoniam. ibi. quælibet. fol. 248. Pegn. ad Eymer. direct. par. 3. comm. 111. verſ. nec verò putandum. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. quem ſequũtur Card. Caiet. & D. Archiepiſ. relati per eundem Campeg. vbi ſupra.

21 † quare coguntur teſtificari pater contra filium: vxor cõtra maritum, & è cõtra: item frater contra fratrem, ſicut ex ſacra ſcriptura comprobat Fr. Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. controuer. 2. concluſ. 3. fol. 487. &, quòd in crimine hæreſis frater cogatur teſtificari contra fratrem, notant Spec. Alber. de Malet. Gig. Maſcar. Simanc. & Farin. quos retuli, & ſequutus ſum infra num. 98.

Verumtamen aduertendum eſt, benignius agi contra teſtes ſanguine coniunctos, ſeu amicos ſtrictos, quàm contra extraneos: nam contra ſanguine coniunctos procederetur, captis pignoribus, ſeu per cenſuras eccleſiaſticas iuxta ea, quę ſcripſi infra nu. 102. & 103. ſed cõtra extraneos procederetur non ſolũ ijſdem modis, ſed vlterius reputarentur ſuſpecti de hæreſi, & fautores, ſicut ſcribit Pegn. ad Eymer. direct. par. 3. com.

22 111. verſ. ego diſtinguendum. † etenim ſi quis habetur pro ſuſpecto de hæreſi fautoria eo, quòd non reuelauit hæreticum, ſicut ſcribit Zanch. tract. de hęret. cap. 5. ſub nu. 3. & 4. fol. 236. & ex pluribus refert, & ſequitur Pegn. ad Eymer. direct. par. 2. com. 78. verſ. poſtremo tàm magiſtratus. & comm. 81. verſ. illis. & nos diximus lib. præced. cap. 70. ſub num. 2. tantò magis erit ſuſpectus vti fautor is, qui requiſitus recuſat ferre teſtimonium, ſicut annotauit Zanch. d. cap. 5. nu. 4.

23 SUBEXTENDE iſtam extenſionem, vt extranei non ſolum cogantur inuiti deponere, & teſtimonium ferre, vt dixi, ſed etiam ſi non requiſiti omitterent denuntiare, incurrant pœnam excommunicationis, ſicut ex Zanch. Simanc. & Pegn. retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 70. nu. 2. & haberentur ſuſpecti fautorię hæreſis, vt dixi nu. pręced.

24 RESTRINGE eandem II. extenſionem poſitam ſupra nu. 20. vt filij contra parentes: vxor cõtra maritum, & è contra non cogantur ad teſtificandum, niſi quando alij non reperiuntur, qui commodè teſtificari poſſint: nam, ſi reperiuntur, durum videtur, quòd cogantur perſonæ prædictæ, & aliæ ſimiles ſanguine coniunctæ ſecundum ea, quæ ſcribit Frater Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. controuerſ. 2. concluſ. 3. in fine. fol. 487.

III. & IIII. caſus ſunt poſiti infra num. 49. & 50.

Perſonæ coniunctæ in primo gradu conſanguinitatis vel affinitatis an cogantur denuntiare de hæreſi.

25 Nunquid etiam filius tenebitur vltrò denuntiare patrem; vxor maritum, & è conuerſo; & frater fratrem hæreticos.

Reſp. diſtinguendo duos effectus.

Primus eſt, quantum ad ſuſpitionem fautoriæ hæreſis.

Secundus eſt, quantum ad poenam excommunicationis.

In primo effectu concludo, quòd non: quia ſanguine coniunctus, vocatus ad teſtificandum contra ſanguine coniunctum, vt puta pater contra filiũ, ſi renuit, & non compatet, non reputatur propterea ſuſpectus hæreſis fautoriæ ſecundum ea, quæ cenſuit Pegn. ad Eymer. direct. d. com. 111. verſ. ego diſtinguendum. ergo à fortiori non habebitur pro ſuſpecto, ſi omittit ſpontaneam teſtificationem, hoc eſt, denuntiationem.

26 In ſecundo effectu res poteſt eſſe dubitabilis.

Nam, quòd teneantur denuntiare, alias incurrant pœnam excommunicationis, aliaſquè cenſuras, & pœnas, ſi quæ ſunt impoſitæ, ſuadetur; quoniam inter ſanguine coniunctos, & ſanguine non coniunctos reperio apud Doctores notatam ſolum differentiam circa ſuſpitionem fautorię hæreſis ob omiſſam denuntiationem: ergo quoad pœnam excommunicationis remanent æqualiter obligati. &, quòd filius teneatur denuntiare, & accuſare patrem hęreticum, refert, & ſequitur ex Alex. de Aleſ. par. 3. præcep. 4. q. 33. Caiet. in deuteron. cap. 13. Palac. Rub. in repetit. cap. per veſtras. §. 17. num. 6. & §. 26. not. 3. poſt principium. verſ. plus eſt. de donat. int. vir. & vxor. Alph. Caſtr. de iuſta hęret. punit. lib. 2. cap. vlt. Nauar. in cap. inter verba laudantium. 11. q. 3. & Io. Roy. ſing. 5. ampl. 6. num. 29. & 30. Franc. Pegn. ad Eymer. direct. par. 2. comm. 15. verſ. & de fratre. fol. 123. dicens, hanc ſententiam eſſe veriorem, & tutiorem, quia potius Deo, quàm parentibus obediendum eſt, hæcquè ſententia meo iudicio videtur probari ex textu in cap. legi ſyromaſten. 23. q. vlt. ibi. *ſi frater tuus, et amicus, et vxor, quæ eſt in ſinu tuo, deprauare te voluerit à veritate, ſit manus tua ſuper eos, et effunde ſanguinem eorum.* & ex textu in cap. vxor. in fine 28. q. 1. quibus iuribus Gloſ. in cap. 1. in verbo. & chriſtiani. de conuerſ. infidel. ſcribit, quòd filius in patrem, & pater in filium inſurgere debet propter fidem.

Pro hac eadẽ ſententia adduco ſequens argumentũ.

27 Si eſt melius, patrem forti filio carere, quàm patriã militari diſciplina, ſicut, iudicando contra proprium filium, arbitratus eſt Manlius Torquatus, cuius exemplum ex Aul. Gell. Plutar. Val. Max. Liu. & alijs retuli lib. præced. cap. 97. num. 182. ſeu caſtrorum diſciplina antiquior eſt liberorũ charitate,

28 † & patriæ ſalus anteponẽda eſt ſaluti patris, vt ex Cic. 3. offic. recenſent And. de Iſer. in vſib. fœud. c. 1. in principio. tit. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. & Gig. trac. de crim. lęſę maieſt. lib. 2. rub. qui accuſ. poſſ. in crim. læſ. maieſt. q. 8. nu. 4. fol. 56. & poſt hos Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 51. num. 83. & conſequenter ex eiuſdem Ciceronis ſententia filius tenetur reuelare patrem machinantem contra patriam; quod deduci poſſe arbitror etiam ex textu. in l. minime. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. vbi apparet, quòd filius contra patrem, & pater contra filium inſurgere debet pro patria. &, quòd pater ſciẽs tra-

tractari proditionē à filio,& eam non reuelans,sit con demnandus arbitrio Principis,sed citra mortem, censuit Senat.Pedemōt. sicut refert Osasc.decis.80 in fine.

Igitur à fortiori tenetur filius reuelare hæresim patris,& pater hæresim filij,cum agatur de læsa maiestate diuina, quod delictum longe est grauius, & magis damnosum Reipublicæ cæteris alijs; & ideo celerius etiam extinguendum,vt dixi lib. præced. cap. 59. sub num.1. & sub num.19.

29 Contraria sententia: quòd filius non teneatur reuelare, & denuntiare patrem hæreticum, neque vxor maritum, nequè è conuerso, nec frater fratrem: suaderi videtur sequenti argumento.

30 Constitutio,statutum,& similia,vulnerantia ius com mune,debent strictè intelligi, vt minus lædant illud l. quod verò cū l.seq.ff.de legib.l.præcipimus. in fine.C. de appellat.& scribunt Alber. de Ros. tract. de statut. par.1.q.129.nu.7.fol.18.& par.2.q.107.n.4.fol.41. Alber.Brun.eod.tract.art.12.nu.211.fol.233.Crauet. cōs. 3.sub nu.12.vers.quinto facit.Gail.in pract.obser.lib.2. obser.48.num.6. & alij innumeri, quos studio omitto. Et propterea si statutum potest intelligi, vt contrarietur iuri communi in duobus,vel in vno, semper intelligitur,vt contrarietur in vno solo, vt ex Rom.& Rot. diuers. retuli,& sequutus sum supra c.1. sub nu.167.&

31 c.8.nu.411. † &,quòd omnis dispositio in dubio sit interpretanda,vt potius concordet cum iure communi, quàm sit contra ius commune, tenuit Rota, vt scribit Mohed.decis.18. alias 343.de caus.posses.& propr.

32 Sed constitutio,& alia quæuis dispositio de obuiando delicto hæresis, & de propalandis, reuelandisquè hæreticis licet sit iuridica,sancta,& necessaria pro extirpatione hæresis,& defensione fidei, tamen, vti specialis in causis fidei,vulnerat ius cōmune;& si obligaret,compræhenderetquè parentes,filios, coniuges, & fratres,læderet, vulneraretquè tantò magis.

Ergo est strictè intelligenda, vt obliget solum ad reuelandum,sed non compræhendat præfatas personas, sic stricto sanguine coniunctas.

Pro resolutione huius difficultatis præmitto tria, quæ difficultatem ipsam possunt alere, & dissoluere.

33 PRAEMITTO I. quòd de iure communi præsertim ciuili quis non tenetur obuiare delicto; & hæc est communis * opinio,de qua testantur Dec.in cap. 1.nu. 27. 31.& 32.de off.deleg.& in l.culpa caret. sub nu.5. & num.8. in fine. vers.& retenta.& nu. 9. in fine.vers. & prędicta.ff.de reg.iur.& ibidē Hier.Cucch.in addit. ad eum sub d.nu.5.litera.a. incipien.tenet.Clar.lib.5. recept.sent.q.87.in fine principij,& vers.dictū est. vbi multos adducit,& Menoch.de arbitr.iud. cas.355.n.7. dicens,hanc esse omnium* receptā sententiam de iure ciuili,& alij Moderniores, quos omitto: hancquè cōmunem opinionē Doctores extendunt multis ampliationibus,quas transeo;& eā videmus seruari in praxi.

34 EXTENDE hoc præmissum (& hanc solam extensionem, quæ facit ad propositum, refero) vt procedat etiam si posset obuiare,reuelando; quia adhuc non tenetur reuelare Abb. in cap. qui cum fure.nu.5. de furt.Rom.sing.787.nunquid teneatur quis indicare rebellē.Dec.d.c.1.nu.31.in fine.de off.deleg.& in l. culpa caret.sub nu.9.ff.de reg.iur.Gig.tract. de crim. læs. maiest.lib.2.q.20.nu.1.fol.59.Clar.lib.5.recept.sent.q. 87.in fine principij.& cōmuniter* omnes,loquēdo de iure ciuili.& latius Farin.in qq.crim.lib.2.q.51.nu.7.& ita communiter * concludunt Legistæ,vt testatur Mandos.tract.de monitor.q.47.nu.4. fol.68. Et quamuis de iure canonico non desint qui tenuerint contrariū, inter quos est Rom.d.sing.787.tamē, quòd hæc sit magis communis* opinio etiam de iure canonico, loquendo in foro cōtētioso ipsius iuris canonici, refert Menoch. d.cas.355.sub n.6. Et,accedēdo propinquius,quòd nemo teneatur reuelare delictum commissum,seu delinquentem ad hoc,vt delinquens sit puniendus,scribunt Hostien.in summa.tit.de condict.furt.§.qua pœna.nu. 5.vers.sed contra.Ias.in l. 1.§. si tibi. nu. 1.ff.de cōdict. ob turp.caus.Diaz.reg.332.in verbo. indicare furē. & de communi * testantur Bertaz.cōs.107.nu.10.lib.1.& alij Moderniores,quos retuli, & sequutus sū lib. præced.c.69.sub n.2. &,quòd hoc sit clarum apud omnes, scribit Triuis.decis.51. in principio.lib.2. & probatur ex textu in l.idē.d.§.si tibi.ff. de condict.ob turp. caus. vbi habetur,quòd datū causa indicandi furem non potest repeti,quia non est turpiter acceptū, ex quo textu deduco, quòd sciens furē non tenetur illum indicare, quia si teneretur, turpiter accepisset, sicut in isto proposito,inducendo illū textum,scribunt Abb.d.c.qui cū fure.nu.5.de furt.& Dec.d.c.1.n. 28.de off.deleg.& in l.culpa caret.nu.5.in fine.ibi.& prædictā.ff.de reg.iur. dicens, quòd oēs moderni vbiquè sequuntur istam rationē. Et,quòd nullo iure quis teneatur indicare furē, maximè,quando timet de morte furis,eo indicato, refert,& sequi videtur Abb.vbi supra ex Host.ibidem.

35 PRAEMITTO II. quòd si constitutio, præcipiens reuelationem delinquentium, cōpræhenderet consanguineos, & agnatos in primo gradu,tunc tantò magis lęderet ius cōmune,quod probatur duplici argumēto.

Primum argumentum, quia de iure communi receptans latronem consanguineum mitius punitur,quàm receptans extraneū l.fin. ff.de recep. & scribunt Vital. tract.de malef.rub.de fur.latron.&c.nu.30.& Iodoc.in pract.crim.c.134.nu.4.& Osasc.decis.80.nu.11.

36 Secundum argumentū, quia tantum operatur propositum in proposito,quantum oppositum in opposito,vt ex Bar.Io.Roy.& Rot.diuers.retuli,& sequutus sum c.

37 seq.nu.97. † Sed ius cōmune in proposito; quando delictum esset committendum contra patrem, seu aliam personam sanguine valdè coniunctam,mādat, vt filius teneatur reuelare delictum, quia filius debet iuuare patrem,aliosq. coniunctos,Menoch. de arbitr. iud. cas. 335.nu.15.& alij quos refert, & sequitur Farin.in qq. crim.lib.2.q.51.num.26.32.& seqq.Ergo in opposito;si sit committendum à patre, seu consanguineo contra alios,non mandat illud reuelari, quia filius non debet nocere patri,alijsquè sanguine coniunctis.

38 Comprobatur primò conclusio huius secundi argumenti,quia licet crimen læsæ maiestatis sit reuelandū, vt scribūt Mart.Lauden.tract. de crim.læs.maiest.q.13. fol.23.Gabr.in suis concl.lib.vlt.concl. vlt. nu.1. Dec. in c.1.sub nu.34. in fine.& n.35.de off.deleg.Gig.tract. de crim.læs.maiest. lib.2. rub. qui accus.poss. in crim. læs.maiest.q.20.sub nu.1.& 2.fol.59. Capic. decis.130. primum. sub nu.67.Carauit.super rit.4.sub nu.2. ibi.licet ea iuris regula. Menoch.de arbitr.iud.cas. 355. nu. 9.Clar.lib.5.recept.sent.q.87.vers.punctus est. & Farin.in qq. crimin. lib.2. q. 51. nu. 69. qui alios citant; & omnes * communiter, nemine discrepante, tamen, quia est contra ius commune, & est specialiter receptum in crimine læsæ maiestatis, sicut scribit Dec. d.c.1.n.34.in fine.ibi.quòd sit speciale.& sentiunt cōmuniter præcitati Doctores,dū regulā firmant prius in

39 cōtrariū in alijs delictis;† infero,quòd non habet locū in vxore cōtra maritū,quia & si sciat,eum commisisse, seu velle committere crimen læsæ maiest. tamen non tenetur eum denuntiare, Gig.tract.de crim. læs.maiest. lib.3.rub.vlt. q.2.nu.12.vers.secūdo limita.fol.85. & latius lib.2.d.rub.qui accus.poss.in crim.lęs.maiest.q.15. per totam.fol.58.& Farin.d.q.51. nu. 82. nec habet locum in patre contra filium,quia pater non tenetur ducere filium ad mortem Dec. d. cap. 1. num. 37. de off. deleg.Gabr.d.conclus.vlt.num.6.& Farin.d.q.51.num. 82.& 83.vbi testatur de communi.* quod in similibus terminis notauit Carauit.d.rit 4.n.9.vers.tertio limita. dicens,quòd ille ritus,obligās officiales ad reuelandū officialem,committentē barattariā, seu alia enormia; non habet locū in parte officiali contra filiū officialē.

40 Cōprobatur secundo,quia literę monitoriales,præcipientes reuelationem,non adstringunt coniugem, filios,& similes contra maritum,contra patrē, & è conuerso,licet adstringant reliquos, vt refert, & sequitur Foller.in pract.crim.can.in verbo.testibusquè diligenter examinatis.cap.8.nu.30.fol.121. quē sequutus sum etiam infra num.89.

41 INFERO ex toto isto argumento, eiusq. comprobationibus,quòd constitutio Sixti V. contra bannitos, homicidas &c.in §.particularibus.& in §.neque receptatores.in fine.de propalādis facinorosis hominibus, & de certiorandis magistratibus, & officialibus, non habet locum aduersus sanguine coniunctos: quamuis enim

enim in d.§.neque receptatores.mandet contrauenientes dictæ cõstitutioni nõ excusari sub prætextu agnationis, & cuiuscunquè consanguinitatis etiã in primo gradu:tamen respõdeo,quòd in illo §.se restringit contra receptatores,& eos,qui præstãt victum, & auxiliũ.

PRAEMITTO III. quòd constitutio,vulnerans ius cõe fauore communis salutis nõ dicitur vulnerare ius commune,sed potius adhærere iuri communi, quia nõ esset ius commune illud, quod cõmuni vtilitati aduersaretur: & dato ceruicosis, quòd diceretur vulnerare ius commune eò, quia ius cõmune non obligat ad reuelandum in alijs delictis; tamen aduertant, quòd, cũ ista constitutio obligans ad reuelationem in causis fidei concernat publicã vtilitatẽ, est extendenda ad tradita per Dec. in l. factum cuique. §.in poenalibus. nu. 15.& seqq. ff.de reg.iur. & ratio est, quia ista sunt vulnera, quæ non alia ratione inferuntur in parte, nisi vt inducatur salus in toto; vnde fatuus esset, qui restringeret vulnera habentia rationem sanandi; & sic vndique cessant adducta supra nu.30.& 32.

42 HIS præmissis, & omissis his,quę dici possent circa crimen læsæ maiestatis,reuelandum, vel non reuelandum à personis sanguine coniunctis;super quo pũcto possunt videri adducta per Doctores, supra citatos,& præsertim per Farin.d.q.51. nu. 84. & seqq. in crimine hæresis considero duos casus, hæcq. consideratio non est nostra,sed est Fr.Michaelis Salon. ad D. Thom.2.2. q.70.art.1.controu.2.concl.3.vers.probatur.fol.487.

Primus casus est, quando cessat omne damnum, & periculum Reip. Et isto casu posset forsan concludi vna cum Fr.Mich.Salon.vbi supra,durum videri,quòd filius teneatur accusare,seu reuelare patrẽ, vel è contra: quod etiam in crimine læsæ humanæ maiestatis arbitratus est Farin. in qq.crim.lib.2.q.51. num.85. dicens,quòd, si pater fecit, quod potuit, ne filius scelus committeret in principem, & filius patris præcepto obediens, & illius minis, & monitionibus inductus, poenitens abstinuit à tractatu inchoato, crederet, patrem non teneri ad aliquam reuelationem,cum videat principem tutum.

43 EXEMPLIFICA I. istum casum: quando certa spes est,quòd is,qui volebat hæresim committere,emẽdabitur propter adhibitam correctionem, vel iam est emendatus,sicut loquitur Salon. vbi supra.

44 EXEMPLIFICA II. quando hæresis est iam consumata,& certum est,quòd ex ea non potest Reip. vllum damnum, aut periculum euenire.

45 Verum aduerte, quia licet decisio istius casus esset vera in se, & in crimine hæresis non multum periculosa,exquò pater non reuelans filium, & è contra, non efficerentur suspecti de hæresi, sed solũ possent incurrere excommunicationẽ,aliasquè censuras ecclesiasticas,vt dixi supra nu.25.& 26. & benignè secum ageretur; tamen in crimine læsæ maiestatis, in quo nõ reuelantes grauiter puniuntur, vt tractant Doctores citati supra nu.38.ista decisio nõ esset admodũ tuta, quia relinqueretur arbitrio iudicis, si cessabat omne damnum, & periculum, & si erat certa spes emendationis; vel si erat omnino emendatus,& sic reus periclitaretur in arbitrio: quare parũ esset consultum;& consequenter in praxi bonũ esset adhærere cõsilio Bossij tract. crim. tit. de crim. læs. maiest. nu. 49. versus finẽ,dum inquit. *si mihi contingeret casus,quòd filius meus,vel frater mihi reuelaret aliquam coniurationem, omni via inducerẽ eos,vt mecum reuelarent, quod vbi obtinere non possem, confestim fugam arriperem, monitis illis, vt abstinerent, aliter quòd à me manifestarentur.* & sic Boss. non facit fundamentum,quòd moniti ab eo,fore, vt abstineant, sed facit fundamentũ super reuelatione,aut fuga, præmissa etiam monitione, ne propositi delicti sequatur effectus: quia, eo sequuto, acrius puniretur scientia: addo,quis erit securus, quòd non fingat, se dimisisse

46 propositum committendi delictum? ✝ item addo,quòd propterea in criminæ læsæ maiestatis punitur affectus, etiam non sequuto effectu secundum ea, quæ refert Clar. lib. 5. recept. sent. q. 92. vers. scias tamen. & quæ scribit Gig.de crim.læs.maiest. lib. 1. rub. qualiter & à quib. crim.læs.maiest.committ.q.30. nu.2. fol.42. & q.66. num.13.fol.48. dicens, quòd punitur etiam cogitatio, cum qua concurrerit voluntas.

47 Secundus casus est, quando non cessat damnum, seu periculum: Et isto casu concludo cum eodem Salon.ad D.Thom.d.concl.3.vers.probatur.fol.487.quòd pater tenetur denuntiare filium, vxor maritum, & è contra: quia bonum diuinum, & religionis est præferendum cuicumquè priuato.

48 RESTRINGEREM conclusionem huius secundi casus,vt procedat solũ in hæresi occulta, secus in hæresi non occulta,quæ est nota etiã alijs,quia tunc,cum non desint alij,qui possunt denuntiare,non debent cogi isti,sicut dicimus, quòd non debent cogi ad testificandum, si alij reperiuntur, qui commodè testificari possint,vt dixi supra nu.24.& infra nu.100.

49 Resumendo casus,intermissos supra num.18.

III. casus, in quo secundum Innoc. in cap. 1. sub num.5. de testib. cogen. Socc. reg.417. testificari in criminalibus.nu.3.& Alber.de Malett.tract. de testib. c.6.sub n.4.fol.171. videtur posse cogi testes etiã de iure canonico,est in crimine dilapidationis, & simoniæ, maxime,vt loquuntur ipsi, si ista delicta essent occulta.

50 IIII. casus generalis, in quo testes coguntur ad testificãdum in causis criminalibus etiam de iure canonico,est,quando testis timore,vel aliter malitiosè se subtrahit propter partem aduersam secundũ Innoc.in d.c.1.sub nu.5. vers.idem est. de testib.cogen. quem sic declarant Ant.de Butr.in c.super eo. nu.4. versus finẽ. eod.tit.& Alber.de Malett.tract.de testib.c.6.nu.41.in fine.& nu.42.fol.172. sed aduerte, quòd de malitia debet apparere manifestè,cum in criminalibus non præsumamus,eum, qui renuit testificari, se malitiosè subtrahere Io.And.in cap.1. sub nu.7.de testib.cogen.

51 Pro exornatione huius regulæ, positæ supra num.1. vide casus congestos ad eam per Campeg.tract.de testib. reg.145.fol.98.

Qui non cogantur dicere testimonium.

52 LIMITA I. nunc eandem regulam de cogendis testibus, vt non habeat locum in testibus, detentis aliquo iusto impedimento iuris, vel facti,quia nõ coguntur inuiti dicere testimonium l.inuiti.ff. de testib. cap. 3.vers.inuiti testimoniũ.4.q.2.& 3.Spec.Iacob.Aegid. Alber.de Malett.& alij infra citati.

53 EXEMPLIFICA I. istam limitationem in senibus, valetudinarijs,militibus, vel illis, qui cum magistratu Reip.causa absunt, vel quibus venire non licet l.inuiti.la 1.ff.de testib.Spec.tit.de teste.rub.de testium compulsione.in principio.Iacob.Aegid.tract. ad reprobat. test.nu.54.fol.75. Alber. de Malet.tract. de testib.cap. 6.num.1. fol.171. Campeg.eod. tract. reg.156. 157. & 160.fol.99.

54 EXEMPLIFICA II. in publicanis: item in eo, qui nõ detractandi testimonij causa aberit: item in eo,qui exercitui præbendam conduxerit: & in pupillis l. inuiti. la 2.ff.de testib.Spec.Iacob. Aegid. & Alber. de Malett. in locis proximè citatis supra nu.præced.& in eo,qui conducit annonam ad exercitum Capeg. tract.

55 de testib.reg.161.fol.99. ✝ sed quantum ad testimoniũ pupillorũ aduerte, quòd ideo nõ coguntur, quia eorũ testimonium non est validũ ad probandum: vnde non benè collocatur in limitatione, seu exemplificatione testiũ,qui inuiti non coguntur; & propterea benè textus in d.l.inuiti.la 2.non dicit, quòd inuiti non coguntur,sed,quòd eius testimonium denuntiari non potest.

56 EXEMPLIFICA III. in proxeneta, qui non cogitur testificari,nisi vtraquè parte consentiente Spec.tit. de teste.rub.de testium compulsione. sub num.1. vers. item proxeneta. Campeg.tract. de testib.reg.152. fol. 99.qui loquitur simpliciter,quòd non compellitur testificari.& Iacob.Aegid.ad reprobat.test.nu.55.fol.75. qui inquit,quòd reprobatur,nisi vtraquè parte consentiente.& sic est dicendum, quòd proxeneta non cogitur eo,quòd eius depositio non est bona,sed si esset bona,nihil esset impedimento, quare non posset cogi, & ideo minus benè collocatur in limitatione.

57 EXEMPLIFICA IIII. in muliere prægnante, quæ esset propinqua partui ita, vt verisimiliter timeri posset, ne pareret in via secundum Capeg. & Moncad. quos

quos citaui ſupra cap.8. num.271.

58 EXEMPLIFICA V. in eo, qui non poteſt comparere ſine dedecore ſuo; puta quia habet faciem inciſam Campeg. dicto tract. de teſtib. reg. 153. fol. 99.

59 EXEMPLIFICA VI. in Doctore, qui non cogitur ad teſtificãdum Campeg. reg.155.eod. fol.99. Reliqua exempla poteris per te inuenire.

60 DECLARA I. ſeu reſtringe iſtam limitationem ſic exemplificatam [reſpiciendo perſonas, quæ inuitæ teſtimonium ferre non coguntur eo, quòd ſunt egregiæ, vel eo, quòd ſunt aliquo iuſto impedimento detentæ] vt ſit vera in cauſis ciuilibus quoad comparitionem in iudicio; ſecus quoad ferendum teſtimonium in eorum domibus: quia licet non cogantur venire ad teſtificandum in iudicio; tamen coguntur teſtificari in eorum domibus, ad quas iudex debet vel accedere, vel mittere, ſicut, loquendo de teſte, qui eſt impeditus, ſcripſi cap. præced. limit. 6. num. 627. & loquendo de valetudinarijs, & de ſenibus num. 629. & 634. vbi citatis ad id Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. & Mil. ſic declaraui in infirmis, valetudinarijs, ſenibus, paupertate depreſſis, & mulieribus, qui non coguntur venire ad iudicem in cauſis ciuilibus; & iuxta ea, quæ loquendo ſimiliter de valetudinarijs, alijsque perſonis contentis in dicta l. inuiti. la prima. ff. de teſtib. & de muliere prægnante ſcripſi ſupra cap. 8. num. 271. & 272. & adde ampliatiue quæ ſcripſi infra nu. 90. verſus finem.

61 EXEMPLIFICA VII. ſtante hac declaratione, in qualibet perſona egregia, quæ non cogitur venire ad iudicem in cauſa ciuili iuxta ea, quæ firmaui dicto cap. præced. nu. 630. & 632. verſ. cæterum. & quæ dicantur iſtæ perſonę egregiæ in iſto caſu habes ibidem num.634.

62 EXEMPLIFICA vltimo, vt habeat locum etiam in mulieribus, quæ non debent cogi ad teſtificandum in iudicio ſub pœna excommunicationis, vt dixi ſupra cap.8. num.279.

63 DECLARA II. ſeu reſtringe eandẽ limitationem in cauſis criminalibus, in quibus præfatæ perſonæ coguntur non ſolum teſtificari; & hoc non habet difficultatem; ſed coguntur etiam venire ad iudicem, ſed cum diſtinctione nonnullorum caſuum, quos colligo pro vera intelligentia.

Primus caſus eſt; quando ſunt impediti aduerſa valetudine, ſeu ſenio, vel alia corporis debilitate iuxta primã exemplificationem, poſitam nu.53. ſed tamẽ ſunt taliter impediti, vt nihilominus commodè ad iudicem venire poſſint, & tunc non excuſantur, ſed debent venire, & poſſet iudex iubere, vt ad ſe deferrentur, ſicut ſcribunt Alber. de Malett. tract. de teſtib. cap.6. ſub num. 19. fol. 172. & apertius Campeg. eod. tract. reg. 157. verſ. tertio fallit. fol. 99. & faciunt quæ ſcripſi cap. præced. num. 634. vel iudex, ſi non ſit perſona multum qualificata, poſſet de honeſtate accedere, ſi vellet, vt in perſonis egregijs dixi infra num.65. in 3. caſu.

64 Secundus caſus eſt quando ſunt ita impediti, vt nec ad eum commodè venire, nec ad eum ſine periculo eorum vitæ deferri poſſint: & iſto caſu iudex debet vel accedere, vel mittere; & ſic intelligo quæ ſcribunt Alber. de Malet. dicto cap.6. nu.23. fol. 172. & Foller. in pract.crim. in verbo. capiat informationem. ſub nu.40. verſ. quidam ſunt teſtes. dum ſcribunt quòd ſenes, & valetudinarij non coguntur venire coram iudice in defectum aliorum teſtium, ſed debet iudex mittere ad eos recipiendos.

65 Tertius eſt, quando ſunt impediti impedimento iuris, vt puta quia ſunt perſonæ egregiæ, de quibus ſcripſi cap. præced. num. 633. & iſto caſu concludo indiſtinctè, quòd coguntur venire ad teſtificandum in iudicio coram iudice, ſi iudex nolit ad eos accedere, vt ex Ant. de Butr. Abb. Fely. Gemin. Rom. Gomeſ. Iaſ. Foller. Carauit. & Clari retuli, & ſequutus ſum dicto cap. præced. num.630. verſ. ad primam: poſſet tamen, vt ibidem dixi, iudex accedere; & hoc eſſet de honeſtate, & non de neceſſitate.

66 Quartus eſt, quando impedimentum eſt de facto, & breui tempore duraturum, vt puta quia teſtis conduxit præbendam vehendam exercitui, ſeu abeſt cauſa Reipub. & tunc iudex debet expectare, quòd impedimentum ceſſet, &, eo ceſſante, teſtis tenetur comparere in iudicio ad teſtificandum.

67 Quintus eſt, quando impedimentum eſt impedimentum honeſtatis; vt puta ſi ſit mulier; & tunc non cogitur venire in iudicium; & propterea eius examen poteſt alteri committi, vel iudex ad eam debet accedere, ſicut ex Anch. refert, & ſequitur Foller. in pract.crim. can. in verbo. teſtibusquè diligenter examinatis. cap.8. nu.41. in fine. fol.123.

68 Laudabile tamen eſt, & iuri conſonum, & expedit cauſis, & perſonis, vt, ſi adſint alij teſtes, præfati nullo modo cogantur ad teſtificandum: quia ſicut fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora; ita quoque ſi celerius, & minori teſtium, ſeu iudicis incommoditate poteſt haberi veritas, non eſt quærenda via tardiori, & incommoditate maiori; & hoc eſt, quod Doctores, citati infra num. 90. verſ. reſtringe. communiter dicunt teſtes priuilegiatos non poſſe cogi ad teſtificandum, niſi quando veritas aliter apparere non poteſt; & quamuis Doctores, ibidem citati, ſub nomine priuilegiatorum intelligere videantur etiam ſenes, valetudinarios, & ſimiles, de quibus loquuti ſumus ſupra in pluribus locis, & ſentiat expreſſè Foller. in pract. crim. in verbo, capiat informationem. ſub nu. 40. verſ. quidam ſunt teſtes. dicens, quòd ſenes, & valetudinarij, quando veritas aliter haberi non poteſt, coguntur deponere, ſed non venire coram iudice; tamen non eſt ita; quia præfatæ perſonæ poſſunt cogi, non habita ratione, an veritas poſſit haberi aliunde, vel non; & ſic video ſeruari in praxi, quamuis laudabile ſit, vt non cogantur, ſi adſint alij teſtes, vt dixi.

69 LIMITA II. vt non habeat locum in teſtibus priuilegiatis ratione charitatis, reuerentiæ, & dilectionis conſeruandæ, qui inuiti non coguntur ferre teſtimonium iuxta deducta in ſequenti exemplificatione.

70 EXEMPLIFICA iſtam limitationem in genero contra ſocerum: vitrico contra priuignum: ſobrino contra ſobrinum, vel ſobrinam, & natos ex eis: vel contra eos, qui in propinquiori ſunt gradu, & è contra: item in liberto contra patronum: item in filijs liberti contra ipſum patronum: in liberto viri contra vxorem; & è contra in liberto vxoris contra maritum: item in liberto patroni contra patronum, & è contra: in liberto contra conlibertum: imò hoc amplius dico in liberto, quòd is etiam volens non admittitur contra patronum l. lege iulia. ff. de teſtib. & cap.3. verſ. item l.4. lege iulia. 4.q.2. & 3. Spec. tit. de teſte. rub. de teſtium compulſione. in principio. Alber. de Malett. tract. de teſtib. cap.6. nu. 1. & ſeqq. & nu. 9. verſ. ſed dubitatur. fol. 172. Foller. in pract. crim. in verbo. capiat informationem. nu.40.

71 RESTRINGE ſecundum aliquos iſtam limitationem exemplificatam in præfatis perſonis, vt ſit vera ſolum in cauſis criminalibus: nã in ciuilibus tenẽt, quòd cogantur; hancquè reſtrictiuam ſententiam, loquendo de fratre contra fratrem, tenuit Io. ſecundum Spec. infra citatum num. 1. & Gl. in cap. 1. 3. q. 5. ſecundum Alber. de Malett. tract. de teſtib. cap.6. ſub num. 4. ibi. mihi tamen. fol.171. qui videtur inclinare in eandem ſententiam, dicens, quòd exquò litigans approbat perſonam fratris ipſius collitigatoris, videtur iniquum, & quodammodò calumnioſum, vt etiam frater litigans non debeat fratrem inductum in teſtem approbare, ſed poſtea titubat, dicens, quòd contraria ✻ opinio communis * poteſt ſaluari, ſi dicamus, quòd frater non cogitur teſtificari contra fratrem fauore ipſius fratris examinandi.

72 Verum Accurſ. in d. l. lege iulia. in gloſ. 1. in fine. ff. de teſtib. & Baga. & Iacob. quos refert, & ſequitur Spec. tit. de teſte. rub. de teſtium compulſione. in fine principij, tenẽt indiſtinctè, quòd nec in criminalibus, neque in ciuilibus cogantur; & hanc gl. Accurſij refert, & ſequi videtur Bar. in l. in legibus. in fine. ff. de

testib. & ita videtur tenuisse Gl. in d. cap. 3. vers. item l. 4. lege iulia. ibi. ne liberto. in fine. allegans Hugutionem, & Orthophagiensem: sic etiam tenuit Arch. ead. 4 q. 2. & 3. incipien. serui. allegans etiam ipse Hug. & eandem sententiam, loquendo de fratre contra fratrem, tenuerunt Abb. in cap. literas. sub num. 8. ibi. aut enim quæritur. de præsumpt. Feder. Schenc. tract. de testib. num. 31. fol. 78. Io. Crot. eod. tract. par. 5. num. 1. fol. 213. Boss. tract. crim. tit. de opposit. cont. test. sub num. 109. vers. sed an frater. & videtur amplexus Alber. de Malett. sibi parum constans eod. cap. 6. sub num. 2. & seqq. fol. 171. allegans Iacob. de Aren. Cyn. Bal. & Alber. de Ros. adeo quòd videmus, esse communem, prout & de communi * testantur idem Alber. de Malett. eod. cap. 6. sub num. 4. ibi. nisi saluando communem. Duen. reg. 384. ampl. 2. & alij, quos refert, & sequitur Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 54. sub num. 98.

Prima ratio huius communis opinionis in fratre, quare non cogatur testificari contra fratrē, est secundū
73 aliquos, quia testificari est munus publicum; † sed tutela, quæ est munus publicum, remittitur alicui, ne sit contra fratrem l. humanitatis. C. de excusat. tut. ergo remittitur eidem onus testificandi: sed hæc ratio non placet Io. Andreæ in addit. ad Spec. dicta rub. de testium compulsione, sub num. 1. litera e. ibi. iam dixi. dicens, quòd illud dictum procedit fauore ipsius pupilli, & quia facilius habetur tutor, quàm testis. & quòd difficile sit habere testes adduco Glos. vltimam in fine. in cap. 1. 3. quæst. 5. quæ inquit, quòd facilius haberentur mille iudices, quàm vnus testis.

74 Secunda ratio erit, quia inter testes & accusatum de facili nascitur inimicitia, vt ex Bal. & Foller. retuli supra num. 13. in fine. & inhumanum esset, si ius permitteret, concederetque, vt per hanc manifestam viam licet indirectam excitarentur bella, & inimicitiæ capitales inter familiares, & sanguine coniunctos; quia, vt inquit Sen. in prouer. nihil est turpius, quàm cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris, & præsertim inter fratres: & habetur Ecclesiast. cap. 25. *in tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & vxor sibi bene consentientes*: item sicut amor fra-
75 trum omnibus præfertur: † nam cara est vxor, dulces liberi, iucundi amici, sed his omnibus in amore fratres præponendi sunt, sicut scribunt Val. Max. de piet. in frat. cap. 5. lib. 5. & Vulp. qui eum citat, tract. de treug. & pac. quæst. 40. num. 4. fol. 410. & exemplo, relato à Plin. natur. histor. lib. 7. cap. 36. de P. Rutilio, qui morbo leui impeditus, nuntiata sibi fratris repulsa in consulatus petitione, illicò expirauit; & alijs exemplis adductis per Val. Max. vbi
76 supra comprobatur: † quare dicitur frater, idest, ferè alter, vt ex Aul. Gell. noct. attic. lib. 13. refert Gig. tract. de crim. læsæ maiestatis, lib. 2. quæst. 3. num. 2. & sub num. 4. fol. 56. ita quoque nullatenus toleranda est ea occasio, quæ naturalem hunc, & tantum dirimat amorem: huicquè rationi consonant ea, quæ scribit Abb. in dicto cap. literas. sub num. 8. de præsumpt. dicens, non debere examinari coniunctos contra coniunctos ratione honestatis, & vt charitas conseruetur inter eos.

77 Ex hac secunda ratione, quæ est nostra, resultant duæ conclusiones, & vna difficultas.

I. CONCLVSIO est, quòd, hac ratione attenta, resoluitur illa disputatio apud Bar. in l. in legibus. ff. de testib. & in l. qui testamento. §. quæcumque. sub num. 6. ff. de testam. & qui test. &c. & Alber. de Malet. in citato cap. 6. num. 6. fol. 172. an ista prohibitio de non cogendo fratre ad testificandum contra fratrem sit inducta fauore fratris examinandi, vel fauore fratris, contra quem debet fieri examen: nam, vt patet ex adductis in præcedenti 2. ratione, est inducta fauore, & intuitu amoris fraterni, & causa conseruandæ concordiæ, & beneuolentiæ inter vtrumque, & tollendæ discordiæ, & consequenter fauo-
78 re vtriusquè: Et quamuis, quando cogeretur testificari non contra fratrem, sed pro fratre, videatur cessare ista ratio, & istud motiuum sit extra propositum, ideoque de eo dicam alibi, fauente Deo: tamen dico pro nunc, quòd adhuc militat ratio supradicta; quia dum deponeret ad instantiam fratris, teneretur interrogatus respondere, & veritatem deponere etiam contra fratrem; & hanc rationem senserunt Glos. 1. in l. lege iulia. ff. de testib. & Bar. in l. in legibus. in principio. ff. eod. prout istam Glos. aduertit Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 6. in fine.

79 II. CONCLVSIO est, quòd; attenta ista ratione; certum est, quòd frater contra fratrem non cogitur inuitus ferre testimonium in causa criminali, sicut benè probatur ex l. lege iulia. ff. de testib. & cap. 3. 4. q. 2. & 3. vers. item l. 4. lege iulia. nam ista iura loquuntur in publicis iudicijs, & sic in causis criminalibus, sicut motiuando considerat Glos. 1. in dicta l. lege iulia. item loquuntur in sobrino: ergo à fortiori habent locum in fratre carnali, sicut annotat etiam Farinac. in qq. crim. q. 54. num. 97. & colligitur apertissimè ex ead. l. lege iulia. in illis verbis. *eosuè, qui priori gradu sunt*. &, quòd frater non cogatur ferre testimonium contra fratrem in causa criminali, scribunt Ang. de Perus. in addit. ad Iac. Aegid. tract. de testib. num. 2. fol. 75. & in quæst. an frater possit esse testis in causa criminali fratris num. 1. fol. 76. item Abb. Fed. Schench. & Crot. quos citaui supra num. 72. &, quòd hoc sit indubitatum ✲ * apud omnes, scribunt Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 6. sub num. 2. vers. circa primum. fol. 171. Boss. tract. crim. tit. de opposit. cont. test. sub num. 109. ibi. modo quæro. Crot. tract. de testib. par. 5. sub num. 1. vers. circa primum. fol. 213. dum allegat Alber. de Malet. Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. quæst. 24. vers. scias tamen. & Farin. in qq. crim. q. 54. num. 97.

80 Et hæc conclusio, quòd non cogatur in causa criminali, procedit præcipuè in causa capitali, quia testis deponens in causa criminali capitali contra aliquem efficitur illius inimicus, vt scribunt Blanc. tract. de indit. & tort. num. 152. fol. 269. Gig. tract. de crim. læsæ maiestatis. lib. 2. rub. quomodo & per quos crimen læsæ maiestatis probetur. quæst. 2. num. 12. fol. 60. Menoch. de arbitr. iud. cas. 487. num. 5. Mascar. tract. de probat. conclus. 898. num. 17. lib. 2.

81 Imò, quòd efficiatur inimicus, quando deponit in causa criminali, scribunt Ant. de Butr. in cap. meminimus. num. 3. & ibidem Abb. num. 8. idem Abb. in cap. cum. p. manconella. sub nu. 14. de accusat. Campeg. reg. 24. vers. quinto quando. fol. 90. & Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 49. num. 76. & quæst. 53. num. 47. qui loquuntur simpliciter, nulla habita
82 ratione, si causa sit capitalis, vel non; † imò Blanc. dicto tract. de indit. & tort. num. 152. aperit, quòd inimicitia oritur etiam si causa non sit capitalis. & quòd testis deponens in causa criminali efficiatur ex illa depositione inimicus ei, contra quem deponit, videtur probari ex textu in d. cap. cum p. manconella. de accusat. in illis verbis. *nos eum quia in testimonium illius causa adductus fuerat*.

38 Sed si vis scire quomodo deponens efficiatur inimicus ei, contra quem deposuit, vide Blanc. dicto tract. de indit. & tort. num. 152. & seqq. fol. 269. qui benè declarat, & Farin. dicta q. 49. num. 77. & q. 53. num. 48. & seq.

Difficultas, quæ oritur ex prædicta nostra secunda ratione, est, quia; ea attenta; sequeretur, quòd frater posset cogi ad testificandum contra fratrem in causa ciuili, cum in causa ciuili non oriatur inimicitia contra testes.

Huius difficultatis obiectione adducimus sequentem rationem, quæ est generalior.

84 Tertia ratio est; quia sicut probationes non sunt sumendæ de domo rei, seu nemo cogitur producere testes contra se ipsum l. nimis graue. C. de testib. & dixi lib. præced. cap. 86. sub num. 40. & supra cap. 7. num. 80. vers. sed contra, ita nec concedi debet, quòd

quòd frater cogatur se examinare contra fratrem, vxor contra maritum, seu pater contra filium, & è conuerso, quia cum frater sit ferè alter, vt ex Aul.
85 Gell. & Gig. retuli supra num. 76 † & maritus, & vxor sint duo in carne vna Genes. cap. 2. Matth. cap. 19. Marc. 10. cap. sunt qui. 27. q. 2. cap. admonere. 33. q. 2. vbi vxor dicitur pars corporis viri. cap. fraternitatis. 35. q. 10. & cap. debitum. de bigam. cum alijs concordantibus. & notat Gig. tract. de crim. læs. maiest. lib. 2. quæst. 15. in principio. & num. 7. fol. 58. & filius sit portio corporis paterni, vt ex Oldr. Abb. Io. le Cier. Tiraq. & Iac. à Saa retuli cap. præced. num. 1701. probationes viderentur sumi de domo rei.

86 Suboritur difficultas in sobrino, alijsquè personis vsquè ad tertium gradum, quæ non coguntur Abb. in cap. literas, sub num. 8. ibi. aut enim quæritur. de præsumpt. & Foller. in pract. crim. in verbo. capiat informationem. sub n. 40. seu vsquè ad quartum gradum, vt videtur sentire Câpeg. tract. de testib. reg. 150. vers. fallit. 1. fol. 99. seu vsquè ad septimum, vt sentit Lanfr. in cap. quoniam contra. num. 31. circa medium. ibi. attendite tamen de probat. fol. 181 inter tract. diuers. de testib. in quibus non militat ista tertia ratio, & tamen, vt dixi, non coguntur se examinare d. l. lege iulia. ff. de testib.

87 Huius obiectionis timore posses dicere, & stabit loco quartæ rationis, quòd inter personas adeo sanguine coniunctas adeo etiam conseruanda est charitas, & beniuolentia, vt etiam illa indignatio, seu odium, quod etiam in causis ciuilibus aduersus testes concipi solet, tolli debeat: nam & si aduersus testes in causa ciuili non oriatur inimicitia, tamen, vt in praxi videmus, concipitur odium: & ego noui, & vidi homines, qui litigatorem rogarunt, ne eos induceret in testes, quia eius aduersarius erat ipsis aliquantulum amicus, & alios vidi, qui cum essent amici ficti, suadebant litigatori, vt eos compelleret literis monitorialibus generalibus fori ecclesiastici, vt sub colore timoris excommunicationis excusarentur apud amicum: quare si etiam inter homines leui amicitia coniunctos, imò inter fictos amicos desideratur beniuolentia, quid erit dicendum in fratribus?

88 Vltima ratio potest adduci, quia si cogerentur examinari, sequeretur vnum malum, & ex eo sequeretur aliud: nam in primis sequeretur periurium, quia non est verisimile, quòd pater velit deponere contra filium, frater contra fratrem, vxor contra maritum, & alij consanguinei contra consanguineos, eosquè, quibus debent reuerentiam: & ex hoc periurio sequeretur præiudicium fisco in causis criminalibus, quia essent inducti, & coacti pro fisco, & deponerent contra fiscum; & sic inuoluerent potius processum.

89 AMPLIA præfatam limitationem, positam supra num. 69. vt sicut illi testes priuilegiati non coguntur testificari, ita etiam non cogantur vigore literarum monitorialium sub pena excommunicationis reuelare secundum Sum. Angel. in verbo. denuntiatio. col. fin. & Foller. in pract. crim. canon. in verbo. testibusquè diligenter examinatis. cap. 8. num. 30. fol. 121. & faciunt quę scripsi cap. præced. num. 847. & quòd literæ monitoriales non obligent quamlibet personam, patet, quia alias sacerdos teneretur reuelare confessionem pœnitentis, & aduocatus secreta causæ, quod non est verum secundum ea, quæ refert, & sequitur Sylu. nupt. lib. 3. in verbo. monitotiæ. sub nu. 45. 46. & 47. fol. 270. & seqq.

90 RESTRINGE nunc eandem secundam limitationem, quam posui supra num. 69. de non cogendis illis personis sanguine coniunctis, alijsquè, positis ibidem num. 70. in exemplificatione, vt non procedat, quando aliter veritas haberi no potest: quia tunc in defectum aliarum probationum coguntur etiam illi, & omnes priuilegiati, vt scribunt Spec. tit. de teste. rub. de testium compulsione. sub num. 1. versus finem. vers. item no. Io. Andr. in cap. 1. num. 5. & 6. vtrobiquè in fine. de testib. cogen. & ibidem Ant. de Butr. num. 6. in fine. & sub num. 7. Abb. sub nu. 4. versus finem. & communiter * omnes. Rom. sing. 393. tu habes in l. 4. Mil in repert. in verbo. testes à iure priuilegiati. Dec. in cap. 1. vers. quarto principaliter limitatur. num. 139. de probat. Crot. tract. de testib. par. 5. num. 5. fol. 214. Campeg. tract. eod. reg. 145. vers. septimo quia. reg. 162. fol. 99. reg. 146. vers. tertio fallit. fol. 98. vbi loquitur in causa ciuili, & reg. 148. vers. quarto fallit fol. 99. vbi loquitur in specie de cogendo fratrem contra fratrem. & reg. 150. vers. tertio fallit. vbi loquitur de cogendis agnatis, seu cognatis. Alber. de Malet. eod. tract. de testib. cap. 6. num. 19. in fine. & num 29. fol. 172. Lanfr. in cap. quoniam contra. sub num. 31. vers. hæ tamen personæ. de probat. fol. 181. inter tract. diuers. de testib. Carauit. super ritu 87. num. 2. Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 24. vers. scias tamen. ibi. benè verum est. Farin. in qq. crim quæst. 54. num. 103. & de communi * opinione maximè Canonistarum testatur Alber. de Malet. dicto cap. 6. num. 23. in fine. & num. 24. fol. 172. &, quòd secundum communem * sententiam Canonistarum cogantur etiam libertus, filius, & gener, quando veritas aliter haberi non potest, scribit Foller. in pract crim. in verbo. capiat informationem. sub num. 40. quare Doctores concludunt communiter inter priuilegiatos, & non priuilegiatos remanere istam solam differentiam, quòd priuilegiati non coguntur, nisi in defectum aliarum probationum, sed nō priuilegiati coguntur etiam si veritas aliter haberi posset.

Nec obstat, quòd contrarium videatur sentire Glos. fin. in l. inuiti. la 1. ff. de testib. & sentiat apertè Fed. Schench. tract. de testib num. 34. fol. 78 dicens, se non putare verum, quòd priuilegiati cogantur in defectum aliorum testium, nisi in causa matrimonij, & in causa hæresis.

Nam resp. quòd Glos. loquitur in senibus, valetudinarijs, & alijs impeditis, qui non coguntur venire ad iudicem, quamuis veritas ab alijs testibus sciri non possit, sed cogitur iudex accedere, vel mittere ad eos in causis ciuilibus, vt remissiuè dixi supra num. 60. vers. declara. & vt declaraui in causis criminalibus supra num. 63. vers. declara. & Fed. Schench. loquitur contra interpretes canonum, sicut testatur ipsemet Feder. ibidem num. 31.

91 EXTENDE illam restrictionem, vt habeat locum etiam in vxore contra maritum, quia in defectum aliarum probationum cogitur ad testificandum contra maritum, & è conuerso, sicut tenuerunt Spec. tit. de teste. rub. de testium compulsione. num. 1. in fine. & num. 2. vers. sed nunquid vxor. Alber. de Malett. tract. de testib. cap. 6. num. 31. fol. 172. & Campeg. eod. tract. reg. 149. vers. fallit primo. fol. 99.

92 Verum aduersus istam extensionem posses habere aliquem scrupum, quia homo relinquet patrem, & matrem & adhærebit vxori, vt in iuribus, quæ citaui supra num. 85. Sed non recedas à præfata extensione: quia quando veritas aliter haberi non potest, permissum est, vt, legitimis præcedentibus inditijs, ipsemet reus principalis torqueatur, & cogatur respondere, vt alibi dixi: Igitur quantò magis debet cogi illius pater, seu frater, vel vxor ad testificandum, quando præcedunt ea, quæ debent præcedere examen testium, & veritas aliter haberi non potest.

93 EXTENDE II. istam restrictionem, vt habeat locum non solum in causis ciuilibus, sed etiam in causis criminalibus: nam in ciuilibus nullam habet difficultatem secundum Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. quęst. 24. vers. scias tamen. ibi. benè verum est. &, quòd habeat locum etiam in criminalibus, sentiunt omnes Doctores citati in restrictione supra num. 90. vers. restringe. quia loquuntur indistinctè, & in criminalibus loquuntur apertè Io. Andr. in cap. 1. sub num. 6. & Ant. de Butr. sub num. 7. de testib. cogen.

94 Ex hac extensione noto lapsum Alberici de Malet. tract. de testib. c. 6. n. 37. fol. 172. dū dicit, quòd in causa criminali Doctores volunt indistinctè, priuilegiatos non compelli, non habita distinctione, an veritas pos-

Rr 2 sit ap-

ſit apparere, vel non, quia de hoc, inquit, minime verbum faciunt.

95 DECLARA iſtam extenſionem vna num Clar. vbi ſupra, quem refert, & ſequitur Farin. in qq. crim. q. 54. ſub num. 103. vt iudex debeat quantum fieri poteſt abſtinere ab examinandis teſtibus, qui de iure non poſſunt compelli ad teſtificandum, & ideo, inquit, ſi caſus occurreret, quòd veritas aliter haberi non poſſet, & delictum eſſet atrox, poſſet iudex conſulere ſuperiores, prout refert, factum fuiſſe in quadam cauſa de incendio, in qua refert fuiſſe permiſſum à Senatu, quòd examinaretur mater contra filios. &c.

96 Sed nunquid onus probandi, quòd veritas aliter haberi non poteſt incumbet producēti teſtes priuilegiatos, aut ipſis teſtibus, an verò ei, contra quem producũtur, incumbet onus probandi, quòd veritas poteſt aliter probari?

Reſp. quòd iſtum articulum reſoluunt Ant. de Butr. in cap. ſuper eo. ſub nu. 7. ibi. ſed eſt dubiũ. Abb. ſub nu. 4. de teſtib. cogen. Alber. de Malett. tract. de teſtib. cap. 6. num. 25. fol. 172. Lanfr. in cap. quoniam contra. ſub nu. 31. verſ. ſed modo. de probat. fol. 181. inter tract. diuerſ. de teſtib. Crot. eod. tract. par. 5. nu. 6. fol. 214. Campeg. eod. tract. reg. 162. per totam. fol. 99. Carauit. ſuper ritu. 87. ſub nu. 3. Foller. in pract. crim. in verbo. capiat informationem. ſub num. 40. ibi. & quòd veritas aliter. Iacob. de S. Georg. in l. lege iulia. num. 2. ff. de teſtib. quem ad hoc citat Farin. in qq. crim. q. 54. ſub nu. 103.

97 Et qualis probatio iſto caſu ſufficiat, refert Crot. d. par. 5. num. 7.

98 RESTRINGE II. eandem ſecundam limitationem de non cogendis teſtibus poſitam ſupra num 69. vt non habeat locũ in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, & ſimoniæ, in quibus frater poteſt cogi ad teſtificandum contra fratrem, Spec. tit. de teſte. rub. de teſtium compulſione. ſub num. 1. ibi. ſed & in maioribus. Alber. de Malet. qui eum citat, tract. de teſtib. cap. 6. ſub num. 4. fol. 171. Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. rub. quomodo crimen læſæ maieſtatis probetur. q. 9. num. 3. & 4. fol. 62. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 857. num. 16. lib. 2. Simanc. de cath. inſtit. tit. 64. num. 47. fol. 201. & Farin. in qq. crim. q. 54. num. 111. & communiter* omnes in cap. literas. de præſumpt. & dixi ſupra num. 21. & faciunt textus in c. ſi audiens. 23. q. 5. & in c. legi. 23. q. 8.

99 DVBIVM oritur circa iſtam reſtrictionem.

An ſit indiſtinctè vera, non habita conſideratione, ſi veritas poteſt aliter haberi, vel non: an verò ſit vera ſolum quando veritas aliter haberi non poteſt, ſicquè in defectum aliorum teſtium.

Prima facie videtur dicendum, quòd ſit vera indiſtinctè, etiam ſi veritas aliter haberi poſſet; & ſic, non diſtinguendo, loquitur Simanc. d. tit. 64. num. 47. & ſic etiam in caſu, quo veritas aliter probari poſſet, videtur apertè ſentire Farin. vbi ſupra, quia is ead. q. 54. nu. 103. poſuit limitationem generalem (ſub qua contineretur etiam iſta reſtrictio) quòd teſtes priuilegiati coguntur ad teſtificandum, quando veritas aliter haberi non poteſt: vnde ſi in eodem caſu loqueretur in iſta, eſſet ſuperfluitas inexcuſabilis.

Confirmatur iſta opinio, quia alias nihil ſpecialitatis iſto caſu tribueretur cauſis fidei, cuius fauore multa ſpecialia recepta ſunt cap. in fidei fauorem. de hæret. in 6. & ibi Doct.

100 Contrariam opinionem; quòd hęc reſtrictio habeat locum ſolum in defectum aliorum teſtium, ſicque quando veritas aliter probari non poteſt; tenuerunt Spec. Alber. de Malet. Gig. & Maſcar. in locis citatis n. 98. verſ. reſtringe. qui omnes dicunt, teſtes priuilegiatos compelli in cauſa hæreſis in defectum aliarum probationum, & hanc ſententiam tenuit etiam Frater Mich. Sal. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. controuerſ. 2. concluſ. 3. verſus finem. fol. 487. dicens, quòd tàm in crimine hæreſis, quàm in crimine læſæ maieſtatis durum eſſet exigere teſtimonium patris contra filium, vel è contra, quando exiſtunt alij, qui commodè teſtificari poſſunt, & conſequenter, ſtante iſta opinione, hæc ſecunda reſtrictio eſt ſuperflua.

101 Si vis videre, an, & quando clericus poſſit cogi ad teſtificandum vide Alber. de Malett. tract. de teſtib. cap. 6. num. 33. 36. & ſeqq. fol. 172. & Foller. in pract. crim. can. in verbo. teſtibuſquè diligenter examinatis. cap. 8. num. 12. & 14. fol. 113.

ARTICVLVS I.

SPECIES I.

102 Pro abſolutione totius præſentis capitis remanent expediendi aliqui articuli.

Primus eſt, quibus modis teſtes cogantur.

Reſp. diſtinguendo duas ſpecies iudicum.

Aut enim eſt iudex eccleſiaſticus: Et cõcludo, quòd poteſt cogere teſtes cenſuris eccleſiaſticis, hoc eſt, per excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum; & ſic in iſta ſpecie intelligo Spec. tit. de teſte. rub. de teſtium compulſione. ſub num. 6. verſ. ſed qualiter cogentur teſtes. dum ait, quòd coguntur per cenſuram eccleſiaſticam: ſic etiam intelligo Foller. in pract. crim. canon. rub. teſtibuſquè diligenter examinatis. cap. 8. num. 36. fol. mihi 122. dum ait; quòd de iure canonico teſtes debent citari, & moneri, quòd compareant ad deponendum ſub poena excommunicationis; ſic etiam intelligo Alber. de Malett. tract. de teſtib. cap. 6. in fine, num. 56. fol. 173. quamuis enim ipſe videatur reſtringere hoc genus pænæ ad clericos, tamen habet locum etiam contra laicos; dummodo iudex ſit eccleſiaſticus, & ideo melius his omnibus, & diſtinctè videtur loquuti Ang. de Peruſ. in addit. ad Iacob. Aegid. tract. ad reprobat. teſt. num. 25. fol. 76. & Lanfr. in cap. quoniam contra. ſub num. 31. verſ. ſed nunc quæro. de probat. fol. 181. inter tract. diuerſ. de teſtib. qui ſimpliciter aiunt, quòd per iudicem eccleſiaſticũ poſſunt excommunicari, ſeu cogi per cenſurã eccleſiaſticam, & hæc concluſio probatur ex textu in cap. 1. & 2. & cap. cum contra. vtrobiquè. in fine. de teſtib. cogen. & ex vſu Rom. Curiæ, ſecundum quem in commiſſionibus, ſeu literis ſolet apponi talis clauſula, *ſi autem teſtes, qui fuerint nominati, gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam veritatis teſtimonium perhibere cogantur*, ſicut refert Spec. d. rub. de teſtium compulſione. num. 7. in fine. verſ. illud autem. vbi num. 8. ponit ſexdecim fallentias, ſeu caſus, in quibus talis clauſula non apponitur; imò Ang. de Peruſ. vbi ſupra ſub num. 23. teſtatur, quòd hodie conſuetudo Romanæ Curiæ non apponit præfatam clauſulam quoties agitur de crimine: Sed, quicquid ſit in prædictis fallentijs, ſeu caſibus, illud in confeſſo eſt, quòd ſi teſtes ſunt cogendi, cogi poſſunt per cenſuram eccleſiaſticam, vt dixi, ſed tamen in praxi abſtinendum eſt quantum fieri poteſt ab vſu excommunicandi iuxta ea, quæ declaraui infra verſ. ſecundus. num. 113. & ſeq. ad eum.

103 Poteſt etiam iudex eccleſiaſticus cogere mulcta indicta, & captis pignoribus, & ab iſtis modis debet incipere, vt dixi infra numero 113. verſ. ſecundus.

104 AMPLIA iſtam concluſionem, vt in tantum poſſint cogi, quòd ab ipſa coactione non detur appellatio cap. cum contra. in fine. de teſtib. cogen. ſed aduerte, quia ille textus loquitur in teſtibus, qui ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint.

SPECIES II.

105 Aut ex iudex ſecularis: Et concludo, quòd poteſt cogere mulcta indicta, argumento textus in l. vnica. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. ſeu captis pignoribus ad inſtar tutoris, vel curatoris nolentis ſatisdare, quorum officium eſt publicum, ſicut teſtium. Spec. d. tit. de teſte. rub. de teſtium compulſione. ſub num. 6. ibi. cogentur autem. & Ang. de Peruſ. in addit. ad Iacob. Aegid. tract. ad reprobat. teſt. num. 24. Lanfr. in cap. quoniam contra. ſub nu. 31. verſ. ſed nũc quæro. de probat. fol. 181. inter trac. diuerſ. de teſtib. Foller. d. rub. teſtibuſq; diligenter examinatis.

ſub

ſub num.36.fol.122.& in pract.crim. in verbo. capiat informationem.num.63. Carauit. ſuper ritu.87.num. 1. &,quòd teſtes cogantur captis pignoribus,ſcribit etiã Gloſ.1.in principio. in l.ſi quando. C. de teſtib. quam ibi ſequuntur Bar.in lect.antiqua.num.5.in fine.ibi.expediamus.& Saly.num.4.& ſcribit etiam Alber.de Malett.tract.de teſtib.cap.6.in fine. &, quòd hæc ſit communis * ſententia Doctorum,teſtatur Lanfr.vbi ſupra.

106 † Poteſt etiam iudex cogere per miſſionem in carcerem;& ita vidi ſeruari & ſeruatur hodie in Curia Gubernatoris Vrbis,vbi citantur teſtes ad informandum Curiam ad ſtatim ſub varijs mulctis, & quandoquè ſub pœna mandati executiui: hancquè praxim vidi paſſim in pleriſquè alijs locis ſeruari. Et licet iſta praxis poſſet videri non multum iuridica per textum in l.d.ſi quãdo.C.de teſtib.in illis verbis: *ſin autem noluerint,nõ carcerali cuſtodia detrudi, ſed ſacramẽto eos committi cenſemus.* per quem textũ Alber. de Roſ. ibi, quem refert,& ſequitur Lanfr.de Orian.in d.cap.quoniam contra.ſub nu. 31.ibi.nec poterunt.de probat.& vtrumquè citat & ſequitur Carauit. dicto ritu. 87. ſub num.8.redarguit quoſdam imperitos aſſeſſores,incarcerantes teſtes,nolentes teſtificari, quia malè faciunt, ſicut etiam redarguit Alber. de Malet. tract. de teſtib. d.cap.6.in fine.fol.172.tamen ego cenſeo,eſſe non minus vſu receptam,quàm iuridicam;

107 † ſi quidẽ ad inueniendam veritatem teſtes quandoquè non ſolum poſſunt carcerari, ſed poſſunt etiam torqueri, ſicut ex Bar.in l. 1.§.qui quæſtionem.ſub num. 1. ibi. item debent.ff.de quæſt.Ant.de Canar. Cæpol. Boſſ. Clar. & Foſſanen.retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 86. ſub num. 14. verſ. contrarium. & verſ. moueor. in fine. & cap. præced. num. 659. & num. 660. Et hoc, quòd teſtes poſſint torqueri, procedit non ſolum in cauſis criminalibus,in quibus loquuntur Doctores remiſſiue citati,ſed procedit etiam in cauſis ciuilibus,vt ex Iaſ. Dec. Hier. Muſcor. & alijs retuli, & ſequutus ſum eod. cap. præced. num. 830. & benè faciunt quæ ſcripſimus d.cap.præced. nu. 854. & hanc rationem videtur in effectu conſideraſſe Carauit. d. ritu. 87. ſub

108 num. 8. † &, quòd teſtes priuilegiati, quando veritas aliter haberi non poteſt,poſſint cogi per torturam,ſcribit apertè Foller.in pract.crim.in verbo.capiat informationem.ſub num.53.allegans Amod.tract. de ſynd. ſub.num.246.verſ.ſimiliter non tenetur. fol.mihi.349. & alios, qui tamen non loquuntur in terminis, ſed loquuntur in caſu,de quo nos loquuti ſumus lib.præced. d.cap.86.ſub num.14.

Nec obſtat l.ſi quando.C. de teſtib. quia reſp. quòd aliud eſt,teſtem,qui iam venit ad iudicium,nolle fideiubere,& ideo admitti ad iuratoriam cautionem: & aliud nolle teſtificari.

109 DECLARA, iſtum modum cogendi per miſſionem in carcerem ſeruari in cauſis criminalibus, ſed non in cauſis ciuilibus, in quibus vidi regulariter procedi indicta mulcta,ſiue captis pignoribus;imò ſecũdum Carauit.loco proxime citato iſte modus ſeruatur ſolum in cauſis criminalibus, in quibus proceditur ex officio, & non in his, in quibus proceditur ad inſtantiam partis, & cum hac declaratione, ſi eſſet vera de iure, euitaretur obiectio dictæ l. ſi quando. quia loquitur in cauſis pec[illegible]niarijs.

110 Poteſt etiam iudex cogere ſub poena exilij,ſeu banni,vt dicit Ang.de Peruſ.in addit.ad Iacob.Aegid.trac. ad reprobation.teſt.nu.24.in fine. fol.76.& iſtud comprobatur:quia bannire in foro ſeculari eſt excommunicare in foro eccleſiaſtico: nã ſicut excommunicatio eijcit excommunicatum à communione fidelium, ita bannum ſeparat bannitum à beneficijs ciuitatis,vt ex Ball.Nell.de S.Gemin. Foller. Boſſ. Gail. & Alber. de Roſ.retuli & ſequutus ſum lib.præced. cap. 97.ſub num.66.ſed teſtis in foro eccleſiaſtico poteſt cogi per excommunicationem: ergo in foro ſeculari poteſt cogi per bannum.Verum in praxi & in cauſis pecuniarijs non vidi iſtum modum ſeruari.

111 Tandem iudex ex his omnibus, & alijs, ſi qui ſunt modi cogendi,debet eligere illum,quem approbauit conſuetudo loci,in quo iudicat,vt admonet Ang. de Peruſ.vbi ſupra num.25.fol.76.

112 Regulariter tamen tàm in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus ſolet procedi mulcta indicta, ſeu captis pignoribus;& in Regno Neap.ex diſpoſitione cõſtitutionis Regni procedebatur contra teſtes contumaces ad poenam tertiæ partis bonorum, niſi in citatione fuiſſet appoſita certa pœna, quoniam tunc illa exigebatur, vt recenſent Affl. in conſtitut. in pecuniarijs. num. 30. lib. 2. & Carauit. ſuper rit. 87. num. 6. ſolebat etiam procedi ad poenam quatuor vnciarum, vt dicitur in ritu. 206. ſed hodie, vt recenſet ibi Carauit. num.3. not. 4. proceditur ad poenam comminatam in citatione, ſeruato ordine, de quo per eundem ibidem, vbi ſubdit, quòd tandem fit executio contra teſtem contumacem, ſolum vt teſtis cogatur venire ad deponendum, & poſtea, eo examinato, reſtituitur ei executio, ſed ſi duraret in contumacia veniendi,non obſtante executione, procederetur, inquit,ad venditionem exequutionis pro poena, quæ applicaretur fiſco: Verum quia in criminalibus ſæpè conſideratur celeritas, ne fiant impoſturæ, & detur tempus inſtruendi teſtes, & colligendi ſarcinulas, ideo expedit tunc procedere ad capturam teſtium, vt declaraui infra num.117. & non ad mulctas,& capturam pignorum.

ARTICVLVS II.

113 Secundus articulus eſt,quomodo iudex debeat procedere in præfatis modis cogendi teſtes.

Reſp. quòd debet ſemper incipere à monitione,ſeu citatione,vt admonent Spec. tit. de teſte. rub. de teſtium compulſione.ſub nu. 6. ibi. deberet autem.Hoſt. & Abb. in cap.ſuper eo. ſub num.3. de teſtib. cogen. quia eſt ſemper à lenioribus inchoandum, nec ad aſpera deueniri oportet, niſi vltimo loco. cap. in canonibus.16.q.1. in illis verbis. *ferro enim abſcindenda sũt vulnera, quæ fomenta non ſentiunt.* & hæc eſt concluſio indubitata, & præſertim quando iudex vellet vti

114 excommunicatione; † quia ſententia excommunicationis non eſt ferenda ſine monitione cap.reprehenſibilis.& cap.cum ſpeciali.de appellat.& cap. ſacro. de

115 ſent.excomm. & notat Spec. vbi ſupra; † immò ad excommunicationis remedium deueniri non debet, niſi in defectum aliorum remediorum, vt benè in propoſito admonet Ang.de Peruſ.in addit.ad Iac. Aegid. tract.ad reprobantion.teſt. ſub num.25.fol. 76. & laudabiliter hoc diſpoſuit Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat.cap.3.quod retuli lib.præced.cap.93.ſub nu. 1.verſ.vnde.& ordinarunt Pius Quartus,& Pius Quintus in reformatione tribunalis Auditoris Cameræ, quòd ad cenſurarum fulminationem deuenire is non debeat, niſi in ſubſidium, & in defectum executionis perſonalis, vel realis: & ita ſeruatur, vt retuli etiam lib.præced.cap.22.num.32.Hincq; videmus in ſingulis formulis citandi, quibus vtitur Auditor Cameræ, comminari poenam.500.ducatorum auri Cameræ,locis pijs applicandorum, & pro illis comminari mandatum executiuum,& in iuris ſubſidium excommunicationem;& licet Abb.in cap.2.ſub num. 1. de teſtib. cogen.quẽ refert, & ſequitur Foller. in pract.crim.canon.in verbo.teſtibuſquè diligenter examinatis.cap.8. ſub num.36.fol.122.dicat hoc eſſe honeſtum, ſed non neceſſarium,quia iudex poteſt incipere ab ea poena, quæ magis timetur,& ſic ab excommunicatione;tamẽ ego cenſeo eſſe etiam neceſſarium ſaltem hodie attentis Concil, Trident. ſupra citato, & communi praxi, & conſuetudine.

116 Et qualiter procedendum eſſet ad excommunicandos teſtes contumaces vide Abb.d.cap.2.nu.2.& Foller.vbi ſupra.

117 LIMITA prædicta & primo concluſionẽ de præmittẽda monitione,ſeu ab ea incipiẽdo, vt nõ habeat locũ in cauſis criminalibus grauibus,in quibus eſſet timor, quòd teſtes amore, aut alio reſpectu ſe ſubtraherent; vel ſubornarentur; quia tunc eſſent ſtatim capiendi, & ducẽdi ad præſentiam iudicis, qui eos examinaret:& ita videmus ſeruari: & quãdo teſtis ſit ſuſpectus, ne ſe ſubtrahat, aut, ne ſubornetur, relinquitur

arbitrio iudicis, qui hoc posset facilè arbitrari in testibus vilibus.

118 LIMITA seu [& melius] declara quod dixi de non exercenda excomunicatione contra testes, nisi in subsidium, vt propterea quando ignorantur testes, qui sciunt veritatem alicuius rei, iudex ecclesiasticus possit indistinctè concedere literas monitorias, vt quicunquè sciret apud quam personam sit talis res debeat reuelare sub pœna excommunicationis, vt refert, & sequitur Foller. in d. verbo. testibusquè diligenter examinatis. cap. 8. nu. 26. in fine. & nu. 27. & seqq. fol. 119. ratio enim est, quia isto casu non potest dari aliud remedium.

ARTICVLVS III.

119 Tertius articulus est: qui iudices possint cogere testes.

Resp. quòd iudex ordinarius potest cogere testes, vt scribunt Alber. de Ros. in l. si quando. C. de testib. Lanfr. in cap. quoniam contra. num. 31. de probat. inter tract. diuers. de testib. fol. 181. Alber. de Malett. tract. de testib. cap. 6. num. 55. fol. 173. Crot. eod. tract. par. 5. num. 12. fol. 214. & Campeg. eod. tract. reg. 145. vers. quinto licet. fol. 98.

120 Sed an arbiter, & an delegatus possint cogere & mulctare testes, vide quæ scripsi cap. præced. num. 743. vers. tertia difficultas. & num. 749. in 4. q. vbi plene examinaui potestatem iudicis delegati quoad istum passum mulctandi testes; & quòd delegatus possit cogere, vide Foller. in pract. crim. can. in verbo. testibusquè diligenter examinatis. cap. 8. num. 37. fol. 122.

ARTICVLVS IIII.

121 Quartus articulus est: quid agendum sit, quando testes non possunt præcisè cogi ad testificandum, quia patiuntur se mulctari, seu exbanniri, & nolunt comparere ad testificandum.

Resp. quòd non propterea est retardanda expeditio causæ, quia alias non esset finis litium Andr. de Isern. in constitut. in pecuniarijs. in verbo. in criminalibus. fol. 172. num. 50. in fine. & ibidem Affl. sub num. 39. & Carauit. super rit. 87. sub num. 7. qui & si videantur loqui in terminis illius constitutionis, tamen consonat

122 iuri, & naturali rationi; † & testes tenebuntur parti læsæ ad omnia damna, & interesse, Ang. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. quem ibi refert, & sequitur Paul. de Castr. num. 5. Carauit. d. rit. 87. sub num. 7. & videtur dispositum in citata constitutione Regni. in pecuniarijs. vt ibi notat Affl. sub num. 38. & Carauit. vbi supra.

123 Sed hoc, quod dixi de testibus, quòd tenebuntur parti læsæ ad interesse, procedit si studiosè se absentauerint, seu aliter noluerint testificari, vt loquitur Paul. de Castr. vbi supra. & quòd isto casu, quando testis se occultat postquam est vocatus à iudice per ministrum ad testificandum, pecet, & teneatur ad omnia damna

※ inde sequuta, firmat ex communi * Doctorum sententia Fr. Mich. in comment. ad D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1.

124 controuers. 3. conclus. 1. fol. 488. † immò, si iurasset, & postea se absentaret, posset puniri de falso, quia testis iuratus dicitur committere falsum, dicendo mendacium, sicut occultando veritatem, vt scribit Paul. de Castr. d. l. argentarius. §. cum autem. num. 6. in fine. ff. de eden. & plures alios adduxi supra, num. 8.

125 † Aduerte tamen, quòd ad hoc, vt testis teneatur ad dãna parti læsæ, debet pars ipsa probare, quòd causam amisit eo, quia testis, qui sciebat veritatem, noluit testificari; & in istis terminis loquitur Paul. de Castr. loco citato.

126 Et in euentum, in quem testes, seu iudex essent pauperes ita, vt non possent resarcire damnum parti læsæ, tũc pars ipsa restitueretur per viam restitutionis ad probationes omissas, vt benè notat Affl. in d. constitut. in pecuniarijs. num. 40.

De productione iurium & scripturarum: de earum fide: de confessione: de modo transumptandi scripturas: de literis compulsorialibus: de recognitione, & validitate scripturarum.

SVMMARIVM.

Terminus ad producendum omnia seruatur in Curia etiam si causa veniret expedienda sine examine testium. num. 1.

Probatio per scripturas est species probationis nu. 2. & vocatur probatio vocis mortuæ nu. 3.

Scripturæ sunt producendæ intra terminum præfixum ad probandum num. 2. & ideo, si fuerint productæ ante contestationem litis, sunt denuo reproducendæ num. 4. quod declaratur quando sit verum, & quando non num. 5.

Citatio requiritur in productione scripturarum nu. 6. quæ sit ratio num. 8. quæ sit formula huius citationis num. 10. 20. & 21. vbi redditur ratio quorundam verborum. & citatione omissa, productio scripturæ non tenet num. 9. & quando citatio non sit necessaria num. 11. & seqq.

Instrumenta & Testes } pari passu ambulant num. 7.

Iura seu Scripturæ } productæ debent recognosci, alias non probant num. 21.

Citatio in productione scripturarum potest omitti sequentibus casibus. I. est quando producuntur vltima die termini &c. num. 11. II. est quando producuntur infra terminum datum ad producendũ vel &c. nu. 12. Contrarium num. 13. Sed in Regno Neap. est verus iste. II. casus num. 14. III, est quando scriptura producitur ad informationem iudicis num. 15. IIII. est in simplici productione num. 16. V. est quando scriptura producta remanet in actis, sciente aduersario num. 17. Contra num. 18. VI. est quando post productam scripturam est seruatus terminus ad dicendum contra. num. 19.

Productio scripturarum potest fieri quinquè modis n. 22.

Instrumentum seu Scriptura } producta in actis simpliciter sine protestatione rehabẽdi originale debet ex regula remanere in proprio originali apud acta num. 23. Ampliatur vt nec transmitti debeat ad iudicem appellationis num. 24. Restringitur ista ampliatio dupliciter num. 25. & 26. Limitatur 1. præfata regula de relinquendo originale, vt non procedat quando instrumentum productum est generale ad alias causas num. 27. Limitatur 2. in priuilegijs num. 28. Limitatur 3. in Regno Neap. nu. 29. Limitatur 4. secundum stylum Rotæ quando &c. 30.

Instrumentum, seu Scriptura } producta in actis restituitur citata parte ad videndum fieri collationẽ num. 34. & demum facto decreto vt restituatur & dimissa copia collationata restituitur nu. 35. & sub num. 23. vers. contrariam. & num. 31. Declaratur ista regula, vt non sit vera in scriptura attestationum, seu alterius actus, cuius originalis scribitur ab ipso actuario causæ, quia illa originalis nunquam datur partibus num. 32.

Processus originales quomodo conseruẽtur in Regno Neap. num. 33.

Copia scripturæ productæ cum termino ad dicendum contra nisi assignetur, scriptura non probat num. 36. Declaratur hoc esse verum in criminalibus, sed non in ciuilibus, nisi copia fuerit petita num 37.

Productio generalis scripturarum non est bona nu. 38. secus si sit restricta ad aliquid, puta, produco omnes scripturas existentes in isto sacculo nu. 39. vers. contrariã. num. 40. 42. & 44. reiecta alia opinione, de qua nu. 39. & 41. Declaratur dummodo &c. nu. 46.

Productio omnium actorum &c. est valida nu. 40.

Generalitas, quæ impedit defensionem, non est toleranda in productione nu. 43.

Acta facta in vno iudicio non iuuant in alio etiam inter

ter eaſdem perſonas, niſi reproducantur num.44.

Productio ſcripturarum exiſtentium in ſacculo cum proteſtatione producendi ſolas eas, quæ facient pro producente non eſt bona num.46. Limitatur 1. id eſſe verum parte opponente nu.47. Limitatur 2. vt non ſit verum quando terminus ad producendum eſt ita anguſtus, vel tanta eſt diſtantia loci, vnde producuntur, vt non potuerit is, qui produxit, conſultò deliberare quæ ſcriptura ſint producenda num. 48. Limitatur 3. quando apparet certò, quæ ſcripturæ producantur, quia tunc valeret productio, &c. num.49.

Proteſtatio quòd ſcriptura producitur in parte & partibus impedit tacitam approbationem ſcripturæ num. 50. verſ. capio primum. non tamen iſta proteſtatio impedit, ne ſibi poſſit obijci, quòd non poteſt ſe fundare in ſcriptura, quam impugnauit eod. nu.50. verſ. ſecundus. & nu.51. ſed tamen hæc obiectio non deſtruit probationem partis acceptatæ num.98. in fine. verſ. capio.

Proteſtatio, quòd ſcriptura habeatur pro producta in parte, & partibus, impedit probationem, quam illa ſcriptura de iure facit contra producentem num.50. verſ. tertius. & nu.52. Contraria opinio, quòd non impediat num.53. & ſeqq. Ampliatur 1. iſta opinio contraria, vt procedat quando aduerſarius reproduceret eandem ſcripturam &c. num.56. Extenditur hæc ampliatio, vt procedat etiamſi is, contra quem producitur ſcriptura, eſſet præſens proteſtationi, & non contradiceret num. 57. Subextenditur vt procedat etiamſi ſi taceret ſemper num. 58. Ampliatur 2. vt præcipuè habeat locum in productione inſtrumenti proprij num.59. Extenditur iſta ampliatio etiam ſi ſcriptura producta contineret capitula ſeparata n.60. Ampliatur 3. vt procedat quādo ſcriptura producta eſt facta inter producentem & aduerſarium n.61. & 62. Ampliatur 4. vt habeat locū quando ſcriptura producta eſt edenda n.63. Ampliatur 5. in productione actorum nu.64. Ampliatur deniquè etiamſi eſſet ſcriptura aduerſarij num.65. & 66. Reſtringitur eadem contraria opinio cum ſingulis ampliationibus, vt non procedat in ſcriptura priuata, quæ de ſui natura non probat num.67. & ſeqq.

Proteſtatio quòd ſcriptura habeatur pro producta in parte & partibus fauorabilibus, nihil releuat in ſcriptura manu producentis facta num.70. & quid in ſcriptura facta manu eius, contra quem producitur num. 87. & ſeqq.

Scriptura priuata probat contra ſcribentem ſub num. 70. verſ. in primo. Declaratur iſta concluſio vt ſit vera, quando pars non negat ſe ſcripſiſſe num.71. Ampliatur 1. eadem concluſio vt ſi is, qui ſcripſit, negauerit ſuam manum, & fuerit poſtea conuictus, condemnetur ad duplum num.72. Declaratur 1. iſta ampliatio vt non ſit vera ſi is in delatione iuramenti & ante receptas probationes acceptauerit eſſe ſuam manum num.73. Declaratur 2. vt nō ſit vera in ſcriptura, quæ non eſt obligatoria, ſed eſt ſolum probatoria num.74. Contra iſtā declarationem num.75. & declaratur ſtatutum Vrbis num.76. Ampliatur 2 vt ſcriptura priuata, & recognita plenè probet contra ſcribentem num. 77. Extenditur hæc ampliatio, vt adeo plenè probet, quòd error in contrarium non poſſit allegari num. 78. Reſtringitur hæc extenſio vt non ſit vera in caſu &c. num. 79. Ampliatur 3. vt procedat etiam contra ſucceſſores, & tertios &c. num.80. Declaratur iſta ampliatio, vt contra tertium habentem cauſam à ſcribente procedat dummodo ſit recognita ante ceſſionem &c. num. 81. Ampliatur 4. vt probet etiam in non antiquis nu. 82. Ampliatur 5. etiamſi is, qui manum ſuam recognoſcit, cætera negaret nu.83. Ampliatur 6. vt habeat locum etiam in libro rationum nu.84. & in partita ſcripta alterius manu nu.85. Extenditur hæc ampliatio vt probet etiam in crimine vſurarum nu.86.

Actus agentis non debet operari vltra eius intentionem ſub num.52. verſ. ratio.

Proteſtatio non iuuat in his, quæ non pendent à voluntate proteſtantis num. 54. ſecus in his, quæ pendent num.68.

Scripturæ fides eſt indiuiſibilis nu.55.

Voci mortuæ non magis creditur quàm voci viuæ num.90.

Confeſſio non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non acceptari num. 88. Contraria opinio, quòd poſſit pro parte acceptari & pro parte non num. 89. Recitatur diſtinctio continens tres caſus num.91. & ſeqq. Confutatur diſtinctio nu.95. & ſeqq. Proceditur cum duabus difficultatibus: In prima concluditur quòd acceptans confeſſionem in parte habet intentionem fundatam in parte acceptata: In 2. concluditur diſtinguendo an præſumptio iuris repugnet vel non repugnet confeſſionis parti, quæ non acceptatur num. 99. & ſeqq.

Confeſſio poteſt pro parte acceptari, & pro parte, cui repugnat præſumptio iuris, non acceptari. num. 99. verſ. in primo.

Liber rationum & alij libri an & quando probent vide infra in ſeq. verbo. confeſſio.

Confeſſio, cui præſumptio iuris non repugnat & continet capitula ſeparata, poteſt in vno acceptari & in alio non acceptari num.99. & 100. verſ. capio. Ampliatur iſta concluſio vt habeat locum tam in confeſſione facta in iudicio, quàm in ea, quæ eſt facta in ſcriptura propria nu.101. & 102. Reſtringitur hæc ampliatio vt non procedat in libro rationum, quia nō poteſt in parte Acceptari & in parte nō acceptari n.103. & in libro argētarij n.105. & 106. Contra reſtrictionē n.107. Retinetur reſtrictio nu.108. & ſeqq. Reſtringitur 2. vt non procedat in libro Gabellarij, & Theſaurarij num. 111. & 112. Ampliatur 1. hæc 2. reſtrictio vt habeat locū etiā in libro Maſſarij communitatis num.113. & 114. Ampliatur 2. vt ſit credendum illis etiam pro ſcribente num.115. Ampliatur 3. vt probet & plenè etiam pro tertio contra tertium num. 116. Declaratur hæc ampliatio vt procedat in re geſta interueniēte tertio &c. num.117. ſecus ſi tertius non interuenerit num. 118. & 119. Ampliatur 4. vt procedat etiam ſi ex forma ſtatuti requireretur probatio per publica inſtrumenta nu.122. Limitatur eadem 2. reſtrictio, vt liber officialium probet ſolum in re ſpectante ad eorum officium n.123. & 124. Declaratur iſta limitatio vt habeat locū etiam in re annexa eorum officio, & geſta partibus præſentibus n.125. Limitatur 2. vt non habeat locū in cauſa criminali num.127. Limitatur 3. vt non habeat locum contra non ſubditum num.128. Reſtringitur 3. ampliatio principalis vt procedat in in libris mercatorum noſtri temporis, quia probant num.129. & 130. Contra reſtrictionem num.132. Ampliatur 1. reſtrictio vt non procedat præcipuè in loco, vbi extat ſtatutum quòd credatur libris mercatorum nu.133. Ampliatur 2. vbi extat conſuetudo num.134. Ampliatur 3. vt habeat locum indiſtinctè in his, quæ pendent à mera voluntate ſcribentis num.139. Exemplificatur hæc ampliatio num.140. & 141. Reſtringitur eadem ampliatio, vt non ſit vera, ſi habeat præſumptionē iuris contra ſe num.142. Ampliatur 4. quando ſunt verificatæ aliquæ partitæ ipſius libri num.143. & 184. Extenditur hæc ampliatio vt habeat locum in quolibet libro rationum num.144. & etiam ſi partitæ controuerſæ eſſent maximi momenti num.145. Contra extenſionē num.146.

Limitatur 1. eadē 3 reſtrictio, vt de iure communi liber mercatoris non probet, ſi aduerſarius neget negotiationem num.147. Limitatur 2. etiam attenta conſuetudine, vt non probet in re extra mercaturam & negotiationem num.148. & ſeqq. Limitatur 3. quando liber mercatoris non eſt tentus more mercantili num. 152. Limitatur 4. quando liber non cōtinet veriſimilia num.156. & ſeqq. & 162. & in dubio præſumitur continere veriſimilia num. 175. Limitatur 5. quando liber continet magnam ſummam num. 177. Contra num.178. Retinetur limitatio num.179. & ſeqq. Extenditur iſta limitatio etiam ſi ſtatutum ſeu conſuetudo diſponat, vt libro mercatoris credatur indiſtinctè nu. 196. & 197. Declaratur iſta extenſio vt ſit poſitum in arbitrio iudicis credere & non credere num. 198. Reſtringitur eadem limitatio vt non ſit vera in libro ſociorum, quia non attenditur an ſumma ſit magna vel parua num.182. Limitatur 6. in libro reprobato in aliqua partita num. 183. & ſeqq. Limitatur 7. quando mercator eſſet infamis num 186. Reſtringitur iſta limi

tatio

tatio & declaratur per distinctionem num. 187. & seqq. & concluditur in 2. inspectione, quòd limitatio procedit inter tertium & tertium, quia liber mercatoris infamis non probat pro tertio contra tertium nu. 193. Ampliatur ista septima limitatio vt sit vera etiã si extet statutum de credendo libris mercatoris num. 194. Extenduntur istæ omnes limitationes vt sint vera etiam si extet statutum seu consuetudo credendi libris mercatoris num. 195. Limitatur 8. quando liber mercatoris continet rationes illiquidas num. 200. Limitatur 9. quando rationes sunt obscuræ nu. 201. Limitatur 10. vt non probet plene pro tertio contra tertium, sed solum semiplenè num. 120. & 202. & ita seruatur de consuetudine nu. 204. quamuis de iure aliter esset dicendum quando res, quæ est scripta in libro, non est mercantilis num. 203. item nec semiplenè probat contra tertium, qui fuit absens tempore scripturæ quamuis res scripta sit mercantilis num. 205. & 206. sed contrarium quòd semiplenè probet num. 207. & seqq. retinetur primum, quod non probet num. 210. & 214. sed si tertius erat præsens, liber contra eum plenè probat num. 224. & seqq. & 229. hocquè procedit etiam si iste tertius esset mortuus num. 230. & etiam si esset vnius & opponeret, aliter fuisse scriptum, quàm actum nu. 231. & seq. & probaret isto casu etiam pro scribente num. 234. Quòd si tertius neges se fuisse præsentem, tũc liber non solum non probat pro tertio contra tertium, sed neque pro ipso mercatore in re mercantili nu. 235. & seqq. de consuetudine tamen probat, dũmodo agatur de re mercantili & de non magna quantitate nu. 238. quo casu probat etiam pro mercatore contra extraneum & non subditum num. 239. etiam si agatur extra forum mercatoris num. 240. sed nec de consuetudine probat, si mercator sit infamis non notorius. num. 245. item probat plenè pro tertio contra tertium malã fidem, seu scientiam ipsius tertij num. 246.

Liber tutoris, curatoris, executoris, alteriusquè administratoris probat ad eorundem commodũ nu. 247. Declaratur 1. ista cõclusio, vt sit vera in expẽsis modicis, sed non in magnis num. 248. & seqq. Limitatur ista declaratio vt non sit vera in libro socij, quia ei creditur sine ista differentia, an expensa sit modica, vel magna num. 251. Declaratur 2. vt sit vera in libris continentibus verisimilia num. 252. Declaratur 3. dummodo liber non sit reprobatus in aliqua partita num. 253. Declaratur 4. dummodo liber sit solemniter confectus num. 254. Declaratur 5. dummodo interueniat etiam iuramentum ipsius tutoris, seu alterius administratoris num. 255. Declaratur 6. dummodo concurrat etiã difficultas probationis num. 256. sed sufficit, quòd allegetur difficultas num. 257. hæc declaratio non est vera in libro sociorum num. 258. Declaratur 7. dummodo administrator sit fide dignus num. 259. Declaratur vltimo, dummodo in libro non sit mixtura rerum non pertinentium ad administrationem nu. 260.

Liber rationum priuati defuncti, qui bonam duxerit vitam, probat saltem semiplenè pro eius hæredibus num. 261. Declaratur ista conclusio, dummodo in eo concurrant &c. nu. 262.

Liber officialis Monasterij, seu alterius Capituli, aut Collegij an probet nu. 263. remissiuè.

Liber visitationum Episcopi an probet nu. 264. remissiuè.

Liber cronicorum. nu. 265.

Liber rationum vt probet debere habere infrascripta requisita. Requiritur 1. vt habeat inscriptionem nu. 267. Requiritur 2. vt æquè contineat data & recepta num. 268. & 270. eaque debet continere probè & apertè nu. 269. Requiritur 3. vt contineat causam certam & expressam num. 271. & seqq. Declaratur vt certa & expressa dicatur quando apparet ex coniecturis nu. 274. Exemplificatur num. 275. & 276. & quid in libro priuato, & quid in libro tutoris, seu alterius administratoris num. 277. Requiritur 4. vt contineat diem & consulem num. 281. sed de consuetudine non seruatur & qui sit hodie iste consul num. 283. Declaratur, istud requisitum esse necessarium ad effectum vt liber probet pro scribente num. 282. Requiritur 5. vt habeat cartulationem num. 285. Requiritur 6. iuramentum nu. 286. & seqq. Requiritur vltimo quòd contineat verisimilia num. 289. Limitantur ista requisita, vt non sint necessaria in loco, vbi extaret consuetudo credendi libris sine istis requisitis nu. 290. Limitatur rursus quoad probationem contra scribentem, quia probat sine istis requisitis num. 282. & 291.

Liber rationum an probet, vel non relinquitur arbitrio iudicis num. 292. Declaratur arbitrio iudicis relinqui, an contineat verisimilia num. 294. an quantitas sit magna nu. 295. & an capitula sint separata n. 296. in reliquis cessat arbitriũ iudicis, quia, si liber est defectuosus, non probat, secus si non est defectuosus nu. 293.

Liber rationum potest in parte acceptari & in parte non, quando capitula sunt separata num. 298. Distinguitur vt si liber est solemniter factus sine defectu non sit verum, quia debent acceptari omnes partitæ num. 299. sed si non sit solemniter factus, referuntur quatuor opiniones num. 300. & seqq. Concluditur pro secunda opinione, quòd si liber non est solemnis potest acceptari in parte & partibus num. 306. & 301. Declaratur hæc 2. opinio vt procedat in libro tutoris, alteriusquè administratoris, quia &c. num. 318. Declaratur 2. vt non procedat in libro mercatoris respectu vnicæ scripturæ factæ ad fauorem aduersarij &c. num. 319.

Liber rationũ defectuosus in vna partita probat in alijs, in quibus non est defectuosus nu. 323.

Liber rationum falsus in vna partita in omnibus reputatur falsus num. 325. Declaratur ista conclusio vt non sit vera quando falsitas probatur solum præsumptiuè, seu extat suspitio nu. 327.

Liber rationum, cui deficit aliquid, concernens totum librum, vt est inscriptio libri &c. redditur in toto vitiosus num. 328.

Protestatio, quòd liber producitur in parte & partibus nõ seruit, quando liber est factus cum debitis requisitis n. 329. secus si liber non est factus cum debitis requisitis, vel relinquitur arbitrio iudicis, si probet, quia tunc protestatio iuuat nu. 330.

Liber rationum diuiditur in quatuor species nu 104.

Argentarij seu, Nũmularij & Banquerij } eligebantur à fisco num. 106. sed hodie in eorum loco habemus Banquerios num. 110.

Catastrum, Registrũ, seu Aestimum } probat contra personas, quæ consenserunt descriptioni æstimi; sed non contra alias num. 119. facit tamen præsumptionem num. 121.

Interpretari debemus decreta iudicum, vt non mereantur reprehensionem nu. 126.

Liber mercatoris censetur scriptus ex tacito mandato eorum, qui secum negotiantur de mercatura nu. 130.

Liber rationum & Epistola } differunt in materia probationis num. 131.

Scriptura priuata facit fidem ratione consuetudinis, & frequentiæ num. 135.

Liber aromatariorũ tentus more mercãtili probat n. 136.

Liber hebræorum probat. &c. num. 137. & 138.

Nauta, Caupo, & Stabularius } non tenentur vt tales de recepto, quod receperunt ab amicis, & non ratione officij num. 149.

Contractus filijfamilias mercatoris validus ex dispositione statuti non erit validus, si contrahat extra mercaturam num. 150.

Thesaurario non præstatur fides extra negotium thesaurariæ, stante statuto vt credatur thesaurario nu. 151.

Liber continens verisimilia probat pro scribente num. 153. & 154.

Mors habet vim iuramenti, quod requiritur in libro rationum nu. 155.

Tutores & Curatores } tenentur diligenter administrare bona pupilli num. 157.

Testes deponentes non verisimilia non probant num. 159. & 163. sed si deponant verisimilia probant, licet non sint idonei num. 320. & verisimile dictum testis sine tormentis præualet dicto in tortura nu. 322.

Iudici creditur concurrente verisimilitudine num 321.

Instrumentum continens inverisimile non probat num. 160. & 164.

Inuerisimilia reijciuntur in probationibus nu. 161.

Inuerisimile quod est habet suspitionem falsi num. 163. 165. & 166.

Veri-

Verisimile, seu / *Inuerisimile* } *quod sit relinquitur arbitrio iudicis nu. 167.*

Verisimile dicitur quod conuenit iuri naturali num. 168. ideoquè habetur pro lege num. 169. dicitur etiam illud, quod conuenit iuri communi num. 170. quod conuenit rationi num. 171. quod vt plurimum solet euenire num. 173. quod experientia præteritorum suadet nu. 174. & verisimilis intellectus dicitur ille, qui congruit subiectæ materiæ num. 172.

Liber rationum in paruis summis probat pro scribente num. 176.

Summa, seu / *Quantitas* } *quæ dicatur magna & quæ parua relinquitur arbitrio iudicis num. 181.*

Instrumentũ continens vnum capitulum falsum quãdo non reputetur falsũ in alijs capitulis separatis. n. 185.

Testis, cuius fides est approbata à partibus, est idoneus, licet sine approbatione esset inhabilis nu. 190.

Testes instrumentarij non reprobantur & quare nu. 190.

Liber mercatoris probans ex dispositione statuti an probet extra locum statuti, nu. 199. remissiuè.

Res inter alios acta alijs non præiudicat nu. 206. ideoquè nec semiplenè probat, sed solum facit aliquã præsumptionem num. 210. hocquè tunc maximè verum est, quãdo res, inter alios acta, est probata ex sola cõfessione partium nu. 217. Contra illationem, quòd probet semiplenè n. 207. Declaratur vt hoc sit verum in connexis tantum num. 218. in quibus aliquando probat etiam plenè nu. 219. Declaratur 2. vt sit verum quoad factum quia illud plenè probat, &c. num. 220. Datur exemplum huius declarationis nu. 221. Declaratur 3. vt sit verum in factis antiquis nu. 222.

Testes examinati inter alias personas faciunt semiplenã probationem &c. num. 208. & sub num. 209. Contrarium nu. 210. & 211. & sub nu. 213, versus finem.

Sententia lata inter alias personas facit semiplenam probationem contra tertium num. 209. Contrarium. nu. 210. & 211.

Iuramentum in supplementum plenæ probationis non defertur ex re inter alios probata sub nu. 211.

Aliquod, pronomen sumitur secundum subiectam materiam nu. 212.

Minimum & / *Nullum* } *sunt paria nu. 213.*

Res inter alios acta facilius prodest, quã noceat nu. 215.

Confessio extraiudicialis probat semiplenè contra confitentem sub num. 215.

Appellatio à sententia permittitur etiam ratione leuis præiudicij nu. 216.

Fama in facto recenti facit semiplenam probationem num. 223.

Iuramento creditoris statur super quantitate mutui quando probauit mutuum nu. 233.

Præsumptio si oriatur ex causa consistente in facto, non probato facto, cessat præsumptio nu. 236.

Præsumptio quia emanat ex aliquo signo certo, debet signum certitudinaliter probari num. 237.

Contractus obligat etiam non subditum, qui contraxit, si in ipso contractu fuit adhibita solemnitas loci, in quo est celebratus nu. 241.

Locus contractus, & non iudicij attenditur in decisorijs num. 242.

Probatio respicit decisionem causæ nu. 243. & 244.

Scriptura extracta de aliquo conuentu &c. num. 266.

Scriptura de per se non est modus inducendi obligationem sed &c. num. 272.

Scriptura priuata sine causa non probat nu. 278. Limitatur vt probet semiplenè num. 279. Limitatur 2. in Vrbe ex dispositione statutorum num. 280. & an probet sine die nu. 284.

Arbitrio iudicis paucissima committenda sunt num. 297. & 380.

Connexorum non est idem iudicium quando inter ea adest diuersa ratio nu. 307. & 309.

Pœna / *Dolus, seu* / [illegible] } *debent tenere suum authorem num. 308.*

Contractus licet sit nullus ob non solutam gabellam, [illegible] *potest agere contra* [illegible]

Insinuationis defectus non annullat donationem in ea quantitate, in qua valet sine insinuatione nu. 311.

Sententia, quæ non valet in tota summa, minus valet in ea, pro qua potuisset valere nu. 312.

Datio in solutum pro maiori quantitate vitiatur in totum num. 313.

Determinatio vnica respiciens plura determinabilia nõ determinat æqualiter, si inter determinabilia adsit diuersa ratio num. 314.

Confessio an possit diuidi, hoc est, pro parte acceptari, & pro parte non num. 88. & seqq. & num. 315. vbi quòd non, præsertim quando est qualificata. & num 316. vbi declaratur esse verum, si habeat capitula connexa, & non habeat præsumptionem in contrarium. & nu. 332. & seqq. in quibus affatim declarantur omnia. & num. 339. & seq. & num. 342. & seqq. nu. 345. vbi habetur 2. opinio & num. 359 vers. sume. vbi habetur eius declaratio. & nu. 349. vbi habetur 3. opinio & nu. 350. & seqq. vbi habetur resolutio, & nu. 382. vbi quòd multum in hoc valet arbitrium iudicis.

Confessio diuiditur in quatuor species. nu. 317

Scriptura manu tertij facta non potest in parte acceptari & in parte non num. 315. & 316.

Vtile per inutile quando non vitietur nu. 324. & quando vitietur num. 1118. 1121. & seqq.

Falsus in vno quando præsumatur falsus in omnibus nu. 325. & seqq.

Disputatio nimia confundit nu. 331.

Dolus præsumitur in delictis nu. 333.

Confessio homicidij cum qualitate ad sui defensionem diuiditur nu. 334. & quare nu. 335. & seqq.

Excusatio est probanda num. 335.

Confessio, quæ potest importare bonum & malum, si sumus in prohibitis, interpretatur contra confitentem n. 336.

Agressus verisimiliter non interficit agressorem nu. 337.

Confessio inuerisimilis nec contra confitentem probat num. 340.

Connexitas causat indiuiduitatem nu. 346. & 1120.

Vtile trahit ad se inutile in connexis nu. 347.

Connexa non recipiunt separationem nu. 348.

Connexa quæ dicantur num. 362. 363. & seqq. vsquè ad num. 370. & 376. & seqq. ad eum & nu. 380.

Confessio, cui repugnat præsumptio iuris, potest in ea parte non acceptari num. 351. Ampliatur 1. hæc conclusio vt procedat tam in causa criminali, quàm in causa ciuili eod. num. 351. Exemplificatur num. 352. Ampliatur 2. vt etiam ab ipso met confitente possit non acceptari num. 354. Ampliatur 3. in criminalibus, vt &c. num. 354. Declaratur eadem conclusio, vt quamuis præsumptio iuris diuidat confessionem, tamen is, contra quem diuidit, potest in se sumere onus probandi nu. 357. & 358.

Confessio qualificata, cui non repugnat præsumptio iuris, licet non possit diuidi, tamen admittitur probatio ad diuidendum, sicquè potest litigator probare contra eam partem confessionis, quam non vult acceptare num. 360. quod procedit etiam si pars illa confessionis, contra quam vult probare, haberet præsumptionem iuris pro se num. 361.

Fur, qui allegat se accepisse rem de voluntate domini, tenetur alter per coniecturas probare istam voluntatem domini, etiam si dominus acceptaret dictum furis nu. 355. & multò magis tenetur probare istam voluntatem, quando allegaret se accepisse, quia credebat se non accipere contra voluntatem domini nu. 356.

Præsumptio semper transfert onus probandi in aduersarium num. 358.

Apocha quando nec contra partem, quæ illam subscripsit probet nu. 368.

Separata quæ dicantur num. 370. & seqq. & num. 296.

Sed, est dictio aduersatiua, quæ inducit separationem nu. 372. Contra num. 375.

Confessio mutui, seu delicti vt non noceat quomodo sit concipienda num. 373. & 374. Impugnatur modus num. 375.

Verborum ars in iurisprudentia non attenditur nu. 375.

Sententia / *Decisio, &* / *Iudicium* } *quodlibet continet duas propositiones, vnã vniuersalem, & alteram particularem nu. 377.*

Arbi-

Arbitrium iudicis cessat in propositionibus vniuersalibus num.378.& solum potest versari in particularibus n. 379.& quid ita nu.381.
Vagina an dicatur connexum ensis nu.380.
Productio scripturæ efficitur de actis num. 383. Ampliatur ista conclusio vt etiam scriptura ipsa producta efficiatur de actis nu.384. Declaratur 1. ista ampliatio vt scriptura producta efficiatur de actis in ea parte in qua est producta & non in alia num. 387. Declaratur 2. vt efficiatur de actis etiam in capitulo annexo, in quo non est producta num. 388. Declaratur 3. vt scriptura nõ dicatur de actis, nisi sit relicta in actis, nu.389. Declaratur 4.ibidem vt non dicatur de actis ordinatorijs,sed &c. Declaratur 5.&c.nu.403.
Scriptura,seu Instrumenti tenor productus non dicitur de actis,quã do,annotatis solum principio & fine,reportatur num.390.
Scriptura producta & registrata à notario in actis, parte absente, & non citata, non probat num. 391. 638. & 639.
Dies contractus quare non edatur nu.385.
Instrumentum quando sit edendum cum die &c. n.386. & quare edatur sine die nu.385.
Copia,seu Exemplum regulariter non probat nu.392.& quare num.393.& seqq.& num.397.Extenditur ista conclusio vt sit vera etiam si exemplaretur à notario actuario in actis,isquè notarius extitisset rogatus de originali nu.396.
Scriptura,de qua est rogatus notarius apud acta, reproducitur,parte citata,absquè quod de ea sumatur aliud originale,siue exemplum nu.398.
Scriptura exemplata in actis, parte nõ citata,potest probare contra producentem, sed non contra aduersariũ non citatum,ideoquè iudex &c.nu. 399.
Copia, seu Exemplum probat contra producentem num. 400. & probat etiam contra producentem originale, si de eius voluntate sit sumpta num. 401. & quando probet,perdito originali &c. nu. 402.
Scriptura,seu Instrumentũ productum in actis efficitur commune vtriquè parti, ideoquè est iterato producendum,parte instante,etiam si illius copia sit in actis relicta num.403. Ampliatur 1.vt is,qui produxit, teneatur denuo producere etiam si diceret se nolle eo amplius vti num.404.Ampliatur 2.etiam si vellet productionem reuocare num.405. Extenditur hæc ampliatio etiam si is probaret errorem productionis &c. num.406.
Veritas debet attendi nu.407.& 436.
Confessio ex productione scripturæ, vide infra in verbo seq.
Producens aliquam scripturam censetur confiteri omnia contenta in dicta scriptura num. 408, 409. & 459. vers.sed is. Ampliatur ista conclusio etiam si scriptura producta non sit solemnis num. 410.& seqq. Contra num.413.Conciliantur num. 414. Retinetur ampliatio num. 415.Tolluntur obstantia num.416. Ampliatur 2. etiam si scriptura careat solemnitate contractus &c. num.417.& seqq.in quibus declaratur. Ampliatur 2. etiam si scriptura producta appareat postea falsa. num. 421. Ampliatur 4.etiam respectu eorum,quæ sunt enunciatiua in dicta scriptura nu.422. & seqq. Contra istam ampliationem num.427. Retinetur ampliatio & extenditur num. 428. Limitatur conclusio vt non procedat quando producens præmisit protestationem, quòd producebat in parte & partibus num.429.& seq. Restringitur hæc limitatio num.431. An & quando ista confessio,orta ex productione, possit reuocari num.432.
Testium inhabilitas non opponitur ab eo, qui eos produxit num.411.
Scriptura,& Contractus differunt in solemnitatibus num.418.
Verba enuntiatiua an, & quando probent num. 422. & seqq.
Falsum committit qui producit scripturam falsam, quamuis non sit falsa in negotio principali nu.426.
Confessio, orta ex productione scripturæ, etiam non præmissa protestatione, potest reuocari si doceatur de errore nu. 432. & 433. Contra istam conclusionem nu. 434.& 435. Retinetur conclusio num. 436. Ampliatur 1. vt satis sit si scriptura producta detur intellectus, qui tollat confessionem num. 437. & sufficit, quòd intellectus reddat confessionem obscuram &c.num.438.& seqq. Ampliatur 2 etiam si doceatur de errore per modum falsitatis &c. num. 444. & 445. Declaratur hæc 2. ampliatio vt non procedat quando scriptura falsa fuisset scienter producta num. 446.Declaratur eadem conclusio vt non possit doceri de errore confessionis sine impugnatione scripturæ productæ num.450.Limitatur 1. eadem conclusio in eo, quod dictum est, reuocari,docto de errore, vt non procedat,si scriptura est producta à procuratore, quia potest reuocari,non aliter docto de errore num. 451. Limitatur 2. quando scriptura est nulla ex defectu solemnitatis num. 452. Limitatur 3. quando scriptura producta est impugnata ab aduersario num.453.
Confessio dubia interpretatur in fauorem confitentis nu. 439.quia interpretatur contra producentem nu. 440. & 443. vbi declaratur.
Probatio debet esse clara, alias &c.nu.441.
Testium depositio dubia interpretatur contra eum, qui eos produxit num.442.& num. 443. vbi declaratur.
Producens scienter falsam scripturam non potest accusare de falsitate illius scripturæ num.446.& perdit causam ipso iure in Regno Neap.nu.448.
Scriptura falsa licet sit impugnata ab eo, contra quem fuit producta, tamen probat contra producentem nu. 447.
Confessio tacita,orta ex productione scripturæ,nocet producenti sicut confessio expressa num. 454. Ampliatur 1.ista conclusio quando scriptura producta est valida num 455. Ampliatur 2. etiam quoad verba enuntiatiua num 456. Ampliatur 3.etiam si scriptura producta esset inualida num.457.& seqq.Contra istam ampliationem num.460.Retinetur ampliatio num. 461. Limitatur 1. eadem conclusio quando quis producit scripturam factam de contractu inualido num. 462. Exemplificatur 1.hæc limitatio quando quis producit scripturam alienationis rerum stabilium minoris, factã sine decreto iudicis n.463. Exemplificatur 2.quando producitur testamentum sine numero septem testium num. 464. Exemplificatur 3. in codicillis &c. num. 465.Contra limitationem,quæ tamen retinetur num.466.Restringitur limitatio vt non procedat quã do sanatio contractus dependet à sola voluntate producentis num. 468. Limitatur 2. quando scriptura producta impugnatur ab aduersario nu. 469. & seqq. Restringitur 1. hæc limitatio vt non sit vera quando scriptura est falsa,& est scienter producta,quia aduersarius, qui eam impugnat de falsitate,potest adhærere nihilominus confessioni,ortæ ex productione nu.475. Restringitur 2. quando actus impugnatus non habet connexitatem cum actu producto num.476.Extenditur hæc restrictio, vt possit impugnari qualitas facti, & nihilominus remaneat confessio facti nu.477. Restringitur 3. quando fuisset ignoranter impugnata, quia tunc &c.nu.478. Restrictiones aliæ vnde colligantur num.479.
Attestationes,seu Depositiones testium nulliter receptæ possunt tacito partiũ cõsensu approbari n.458.
Scriptura potest impugnari de nullitate contractus etiã ab eo, qui eam produxit num.467.
Impugnans actum non potest in eo se fundare num. 470. & seqq.
Negans positiones, aut instrumentum productum ab aduersario non potest postea in illis se fundare num.471. & 472.
Negans,seu Impugnans appellationem aduersarij non potest postea in ea se fundare num.473. Fallit si solum daret exceptiones generales num.474.
Edere instrumentum non cogitur reus ad fundandam intentionem actoris num. 480. Ampliatur 1. vt habeat locum in delictis num.481. Ampliatur 2. vt neque actor teneatur edere reo ad fundandam intentionem rei num.482. Contra ampliationem nu. 483. Limitationes remissiuè nu.484.
Productio scripturarum in Curia fit per compulsum num 485.

Produ-

Productio tarda ſcripturarum non admittitur, niſi producens reficiat expenſas num.486.

Producens ſcripturas qua proteſtatione vti debeat, ne teneatur de falſitate ſcripturę productæ num. 487. & 489. Declaratur 1. hæc proteſtatio, vt &c. num. 490. Declaratur 2. vt reddatur vana proteſtatio, quãdo aduerſarius inſtat declarari ſimpliciter, an &c. num. 491. Contra iſtam declarationem num. 492. Retinetur declaratio num. 493. Ampliatur 1. declaratio vt ſit vera quando eſt præfixus terminus ad reſpondendum ſimpliciter num. 494. Ampliatur 2. vt procedat etiam ſi poſt præmiſſam præfatam proteſtationem ſemel tantum fuerit interrogatus num. 496. Reſtringitur hæc ampliatio vt non procedat, quando ſcriptura eſt producta ſimpliciter ſine proteſtatione num. 497. Ampliatur 3. etiam ſi non fuerit interrogatus in ſpecie &c. quia adhuc tenetur reſpondere ſimpliciter num. 498. Ampliatur 4. etiam ſi produceretur à procuratore nomine ſui principalis abſentis, quia adhuc cogeretur principalis reſpondere ſimpliciter &c. num. 499. Ampliatur. 5. etiam ſi fuerit interrogatus ante factam publicationem num. 501. ſecus in depoſitione teſtium num. 502. Ampliatur 6. vt debeat reſpondere intra terminum, alias ſcriptura remaneret ſuſpecta de falſo &c. num. 503. Limitatur eadem 2. declaratio vt nòn procedat, ſi interrogatus habeat probabilem ignorantiam num. 504. Extenditur hæc limitatio etiã ſi ei fuerit præfixus terminus ad reſpondendum ſimpliciter, intra quem terminum veriſimiliter non potuerit ſe informare num. 505. Exemplificatur iſta limitatio num. 506. & 507.

Vtens falſa ſcriptura ſeu falſis teſtibus incidit in pœnam falſi, ſicut qui eam fabricauit nu. 488.

Termini præfixio ad reſpõdendum ſimpliciter non eſt neceſſaria, niſi ſit petita num. 495.

Principalis, & non / Procurator } tenetur de falſo quando ipſe principalis habuit ratam productionem ſcripturæ falſæ, alias tenetur procurator nu. 500.

Producens poſitiones, ſeu articulos an poſſit interrogari, ſi vult eis vti, ad effectũ accuſandi ipſum de falſo, ſicut poteſt interrogari is, qui producit alias ſcripturas num. 508. Et quòd ſic num. 509. quod non eſt verum num. 510.

Producens falſum capitulũ, ſeu articulũ à ſe ipſo fabricatũ, non euitat pœnam falſi, quãuis deſiſtat ab illius vſu n. 511. Limitatur hæc cõcluſio, vt nõ ſit vera quãdo adeſt probabilis ignorãtia n. 512. Extenditur hæc limitatio vt procedat etiam ſi capitulum eſſet factum ſuper facto proprio, concurrentibus tamen &c. n. 513.

Producens falſam ſcripturã à ſe non fabricatam euitat pœnam falſi deſiſtendo ab illius vſu num. 514. dummodo non conſtet, quòd produxerit ſciens eam falſam num. 515. & quando debeat deſiſtere ad hoc, vt euitet pœnam falſi declaratur num. 516. Et quid ſi deſiſtat poſt interpoſitam appellationem à ſententia diffinitiua num. 517.

Scientia, & / Ignorantia } difficile probatur in eo, qui vtitur falſa ſcriptura; & ideo &c. num. 449. & 522.

Vtens falſis teſtibus publicatis non euitat pœnam falſi, niſi ſtatim &c. nu. 523.

Copia, ſeu / Exemplum } poteſt ſumi ab eo, qui fecit originale, ſine alia ſolemnitate num. 524. & ſeqq. & poterit ab eo extrahi toties quoties fuerit requiſitus, dummodo nil addat vel minuat in ſubſtantia &c. num. 527. Declaratur quando non dicatur copia, ſed originale num. 537. & ſeqq. Reſtringitur num. 592. & ſeqq.

Copia ſeu / Exemplum } extractum ab eodem notario, qui fecit originale, probat ſicut originale nu. 528. & 529. Contrarium num. 530. Ampliatur primum dictum, vt ſit verum etiam ſi notarius intitularet. hæc eſt copia. nu. 531. Ampliatur 2. etiam in caſu, in quo ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus num. 532. Contrarium num. 533. Retinetur ampliatio, & limitatur vt &c. num. 534. Ampliatur 3. etiam ſi eſſet copia inſtrumenti ſubſcripti à partibus num. 535. Exemplificatur ampliatio in inſtrumento donationis ſecundum formam ſtatutorum Vrbis num. 536.

Copia, ſeu / Exemplum } ſumptum ab eodem notario, qui fecit originale, dicitur originale, ſi eſt ab eo authenticatum num. 537.

Copia, ſeu / Exempla } inſtrumenti plura dari non debent à notario, niſi ſit certus quòd, ea dando, non præiudicat nu. 538. & 539.

Notarius poteſt per alium ſcribere inſtrumentum, de quo eſt rogatus dummodo ipſe publicet, & ſubſcribat num. 540. Ampliatur iſta concluſio vt poſſit per aliũ ſcribere etiam prothocollum, dummodo ſubſcribat num. 541. Contraria opinio in prothocollo num. 542. etiam ſi notarius eſſet impeditus num. 543. Retinetur ampliatio num. 544. & declaratur, dummodo notarius ſubſcribat num. 545. & ſeqq. & quibus verbis fiat hæc ſubſcriptio num. 548. Exemplificatur 1. iſta ampliatio in inſtrumentis, quæ fiũt Narbonæ, & Florentiæ num. 549. & 550. Exemplificatur 2. in inſtrumento, de quo rogantur ſimul plures notarij, quia ſufficit, quòd vnus ſcribat & vterquè ſubſcribat num. 551. ſeu, quòd ſe ſubſcribat is, qui non ſcripſit num. 554. & 555. Contra tamen, quod requiratur adhuc vtriuſquè ſubſcriptio num. 556. reiecta diſtinctione, de qua num. 557. Limitatur iſta exemplificatio quando notarij ſunt ſimpliciter rogati, quia tunc ſufficit vnius ſubſcriptio. num. 558. idquè ſine dubio procedit quando expreſsè ſunt rogati in ſolidũ num. 560. Reſtringitur 1. ampliatio in Curia Romana, vbi notarij non aliter ſubſcribunt prothocollum num. 561. & ſeqq. Ampliatur 2. vt poſſit per alium ſumere exemplum ex ſuo prothocollo, ſi ipſe ſit impeditus num. 568. Extenditur hæc ampliatio, vt poſſit ſumere per alium ſine auctoritate iudicis num. 569. Ampliatur 3. etiam ſi notarius non ſit impeditus nu. 570. & 571. Contra iſtam ampliationem num. 572. quia requiritur, quòd notarius, qui cõmittit, atteſtetur de commiſſione in ſubſcriptione num. 573. quòd in ſubſcriptione faciat fidem de impedimento num. 574. quòd exprimat perſonam, cui committit num. 575. quòd faciat mentionem de ſua originali ſcriptura, & de collatione facta num. 576. quòd ſubſcriptio ſit ſpecialis &c. nu. 577. quòd committat interueniente auctoritate iudicis num. 578. Retinetur ampliatio, reiectis iſtis requiſitis num. 579. & opinio contra ampliationem tunc præcipuè non habet locum quando notarius habet priuilegium, quòd poſſit ſcribi facere per alium &c. num. 580. Ampliatur 4. vt poſſit committere etiam ei, qui non eſt notarius num. 581. Contra iſtam ampliationem num. 582. Retinetur ampliatio num. 583. Ampliatur vltimo, vt habeat locum etiam quoad illam primam imbreuiaturam num. 584.

Citatio nequè, / Auctoritas iudicis } requiritur in exemplificatione inſtrumenti, facienda ab eodem notario, qui fecit originale num. 525. etiam ſi veniat exemplandum vigore compulſoriæ nu. 526.

Scribere, vel / Subſcribere } ſcripturam aliena manu ſcriptam ſunt paria num. 546. 547. 568. 821.

Notarij A.C. & notarij Capitolini an faciant protocollum, & qualiter num. 562.

Notariorum Vrbis ſtylus in faciendis inſtrumentis impugnatur num. 563. & 564. Defenditur ſtylus nu. 565.

Notarij, ſeu / Tabelliones } ex diſpoſitione iuris deberent ipſi audire contractum &c. num. 563. & quomodo & quot ſcripturas debeant facere de contractu n. 585. & ſeqq.

Poteſtas, ſeu / Dominus, & / Notarius } tenentur pro commiſsis ab eorum familia num. 566.

Conſuetudo attenditur circa modum conficiendi inſtrumenta, & ſcripturas num. 567.

Notula, ſeu prima / Imbreuiatura } creditur magis, quàm prothocollo num. 591.

Copia, ſeu / Exemplum, } extractum ex originali ſcriptura ab eodem, qui fecit originale non probat, ſi is non eſt notarius rogatus de originali, quamuis ſcriptura originalis probet num. 592. & ſeqq. in quibus habentur plures illationes. Extenditur hæc concluſio vt ſit vera etiam parte non opponente num. 600.

Exten-

Extenditur etiam ſi ſit exemplum repertum in archiuio num.780. Contra extenſionem num. 781. Retenta tamen extenſione, ſubextenditur ibidem verſ.extende.

Notarius non debet publicare ſcripturam priuatam, ſed tamen publicat rogitum ſuum exemplationis ſcripturæ priuatæ nu.601.

Tranſumptum ex prothocollo notarij mortui vt ritè fiat requiruntur iſta. Primo quòd fiat ad inſtantiam habentis intereſſe &c.num.603.verſ.capio. Secundo requiritur auctoritas iudicis nu.604.& ſeqq. Tertio requiritur, quòd is qui, tranſumptat, ſit notarius num.608. Quarto, quòd nihil addatur ſeu minuatur num. 609. Quinto, quòd tranſumptum redigatur iu publicam formam num.612. Sexto, quòd notarius, qui fuit rogatus, ſit mortuus num.613. ſeu longo impedimento detentus num. 614. Septimo, quòd notarius rogatus reduxerit ſcripturam in prothocollo num. 615. & 616. Octauo, quòd in tranſumpto faciendo citentur hi, quorum intereſt num. 617. & de citatione fieri debet publicum inſtrumentum num.618. Ampliatur iſtud requiſitum de citatione, vt habeat locum etiamſi fieret commiſſio generalis de tranſumptandis ſingulis ſcripturis alicuius notarij mortui num.619 Reſtringitur ampliatio, vt non procedat in loco, vbi conſuetudo extaret in contrarium num.620. Limitatur idem requiſitum de citatione præmittenda, vt non ſit neceſſaria in authenticationibus ſingulorum inſtrumentorum num. 621. Limitatur 2.in Delphinatu num.622. Limitatur 3.in notario habente licentiam tranſumptandi &c,num.623. Ampliatur iſta concluſio de adhibendis iſtis requiſitis, vt procedat etiam ſi tranſumptum fieret ab hærede notarij mortui num.730. Contra ampliationem num.731. Retinetur ampliatio & extenditur, vt ſit vera etiam ſi hæres eſſet notarius num.732. Contra extenſionem nu. 733. Retinetur extenſio, & ampliatur, vt procedat etiã in legatario notario, cui ſunt legatæ ſcripturæ nu. 734. Contra iſtam ampliationem num.735. Retinetur ampliatio 736. Limitatur eadem concluſio de adhibendis præmiſſis requiſitis, vt non ſint neceſſaria in notario ſucceſſore in officio, quia is poteſt leuare inſtrumentum, ſicut poſſet notarius rogatus num.738.& 739. Limitatur 2.in exemplo, ſeu ſumpto expeditionis emanatæ in Curia à Papa num.740.& ſeqq.in quibus multa declarantur. Limitatur 3, in exẽplo, quod ſumitur ab Archiuiſta num. 751. & 777. Extenditur hæc limitatio vt habet præcipuè locum in Archiuiſtis hodiernis poſt erectionem archiuij, factam à Sixto V. num.752.

Notario, atteſtanti ſibi commiſſam eſſe tranſumptationem non creditur num.607.

Clauſula (& cætera) reperta in prothocollo notarij mortui an poſſit extendi in tranſumpto. remiſſiuè. num. 611.

Subſcriptionis forma in tranſumptis. remiſſiuè num.624. & 677.

Tranſumptum ſufficit hæredi ad adipiſcendam poſſeſſionem num.625.

Tranſumptum, Copia, ſeu Exemplum } alicuius inſtrumenti antiqui ad quem finem quandoquè fiat & quomodo nu. 626.& ſeqq. & quòd iſtud exemplum non probet nu.629. etiam ſi ſit exemplatum auctoritate iudicis num.630.& partibus præſentibus num.631. & etiam ſi inter notarios exemplantes fuerit is, qui fecit originale, dummodo non ſit principalis exemplator num. 632. & an probet ſemiplenè num. 633. & 634.

Copia, ſeu Exemplum } originalis producti in cauſa, & extractum parte citata, plenè probat in illa cauſa n. 635. & 642. Ampliatur 1. hæc concluſio, vt ſit vera etiam ſi originale poſt exemplationem appareat raſum, ſeu aliter vitiatum nu.636. Ampliatur 2. etiam ſi originale poſtea ſit deperditum num. 637. Declaratur eadem concluſio, vt ſi copia fuerit extracta, parte non citata, ſeu non præſente, non probet num. 638. Ampliatur hæc declaratio vt multo magis procedat in exemplo exempli nu.640.& 642. Extenditur hæc ampliatio etiam ſi primum exemplum fuiſſet, parte citata, extractum nu.641. Contra iſtam extenſionem nũ. 644.& ſeqq. Retinetur extenſio & ſoluuntur obſtantia ibidem.verſ.retenta. Reſtringitur extenſio vt non procedat quoad ſemiplenam probationem, quia probat ſemiplenè num.650. Subreſtringitur hæc reſtrictio, dummodo non probetur colluſio inter eos, inter quos fuit extracta copia num.652.

Acta & Scripturæ } faciunt fidẽ ſolum inter perſonas, inter quas ſunt actitatæ num.643.& inter tertium venientem ad cauſam nu.647.& 651.

Exemplum extractum ſolemniter habet vim originalis num.648.& 649.

Copia, ſeu Exemplum } originalis ad effectum vt probet in quali bet cauſa mota, vel mouẽda requiritur 1. quòd ſit extracta ad inſtantiã partis nu.653. & ſeqq. Requiritur 2. auctoritas iudicis n.656.& debet eſſe cõpetens num.657.& quando ſufficiat incompetens nu. 658.& 672. Requiritur 3. quòd exempletur à notario num.661. Limitatur hoc requiſitum, vt non ſit neceſſarium, quando non poteſt haberi notarius num.662. Requiritur 4. vt nihil addatur, vel minuatur num.663. Requiritur 5. quòd redigatur in publicam formam nu. 664. Requiritur 6. quòd iudex diligenter inſpiciat originale &c. num.665. Requiritur 7. citatio habentium intereſſe num. 667. & ſeq. Fallit. 1. iſtud requiſitum quando quis citatur cum inſerto tenore delegationis quia &c.num.669. Fallit 2. quando pars citanda eſt abſens, & periculum imminet ſi expectaretur nu.670. & 671. ſed iſto caſu publicatur exemplum, ſaluo iure abſentium nu.673. & an nihilominus teneatur aduerſarius exhibere originale num.674. Falit. 3 quando aduerſarius eſt nimis potens. nu.675. Fallit 4. quando ſtatutum, ſeu conſuetudo extaret, vt poſſet exemplari ſine citatione partis num. 676.

Copia, ſeu Exemplum } vt poſſit extrahi & probet quæ cauſa requiratur num.655.& 653.& quibus requiſitis concurrentibus probet nu.660.

Copia ſeu Exemplum } non debet extrahi, ſi eius originale nõ probet num.666.

Citatio quòd fuerit adhibita in exemplatione inſtrumenti debet probari per publicum inſtrumentum num. 678.

Citatio diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe in exemplatione inſtrumenti num.679. & ſeqq. Contraria opinio, quòd non præſumatur num. 685. Retinetur prima opinio num.786. Declaratur vt ſi citatio appareat inepta ceſſet præſumptio num.693. Subdeclaratur vt non ſit verum quando non appareat clarè ineptitudo, quia præſumeretur valida num. 694. Ampliatur 1. eadem prima opinio ſic declarata vt citatio præſumatur quamuis de ea nulla ſit facta mentio in tranſumpto num.697. Contra iſtam ampliationem num. 698. Retinetur & declaratur ampliatio vt procedat in ſpatio 30. annorum num.699. Et an ex diuturnitate temporis præſumantur omnes ſolemnitates nu. 701. Ampliatur 2. vt procedat etiam ſi pars negaret citationem num.702. Contra iſtam ampliationem nu.703. Retinetur ampliatio nu.704.

Solẽnitas diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe num.680. & 684. Et quanta debeat eſſe iſta diuturnitas num.700.

Titulus præſumitur in præſcriptione longiſſimi temporis num.681.

Cõſenſus ſuperioris requiſitus in trãſactione ſeu alienatione rei eccleſiaſticæ præſumitur interueniſſe ex diuturnitate temporis nu.682.

Iuramentum teſtium præſumitur in antiquis num. 683.

Citatio non eſt ſolemnitas intrinſeca nu. 686. ſed eſt extrinſeca num.704.& 709.

Actus difficilius præſumitur, quàm ſolemnitas actus num.695.

Enuntiata facilius præſumuntur, quàm non enuntiata num.696.

Citatio non præſumitur interueniſſe in exemplatione inſtrumenti ceſſante diuturnitate temporis num. 704. verſ.infero. & num.705.& procedit etiam ſi iudex ſeu notarius aſſereret interueniſſe num.706.& 797. Fallit hæc

hac conclusio, quando pars non opponit, quia tunc præsumitur nu.709. Declaratur hæc fallentia, vt procedat in exemplo sumpto extra acta nu. 711. secus in exemplo sumpto ex originali registrato in actis num.712.

Solemnitas extrinseca præsumitur diuturnitate temporis. sub nu.680. sed, cessante diuturnitate temporis, non præsumitur num. 705. fallit tamen parte non opponente quia præsumitur num.710.

Probatio per inspectionem actorum præualet assertioni iudicis, & notarij num.707. & 708.

Citatio in exemplatione instrumenti debet fieri nominatim, & de persona &c. nu. 713. Declaratur hac conclusio, vt sit vera quando contradictor est certus num. 714. secus si sit incertus num. 715. Restringitur eadem conclusio, vt citatio generalis habeatur pro facta nominatim, si appareat, eius notitiam peruenisse ad citandum num. 718.

Certus, & / Incertus } contradictor qui dicantur num. 716. & 717.

Prothocollo non reperto, instrumentum non probat num. 719. & hoc in ciuitate Constantinopolitana nu. 721. Contrarium est verum in alijs locis num. 720. Declaratur hoc contrarium esse verum quãdo protbocollum, seu originalis scriptura nullatenus reperitur nu. 724. & 725. secus si reperitur & apparet vitiosa, quia tunc instrumentum ex ea extractum non probat num. 725. vers. restringe.

Prothocollo non reperto, notarius potest puniri, & quãdoq. torqueri num.722. & incurrit periurium num.723.

Instrumentum ex prothocollo non sumitur, si est viuus notarius, sed instrumentum ex instrumẽto sumitur, quãuis sit viuus notarius num.726.

Prothocollum vnde dicatur num.727.

Adam dicitur protoplasma, & quare num.727.

Exemplare, & / Publicare } instrumentum sunt diuersa num. 728.

Expeditiones, & / Priuilegia } quæ dantur in Curia Romana, habẽt copias, quæ conseruantur perpetuò in Registris num.729. & 741.

Registra bullarum retinent naturam originalium scripturarũ nu.742. habentq. perpetuos ministros nu.743.

Copia, seu / Transumptum } bullæ plumbatæ si sumatur in partibus, requiritur citatio &c. num.745.

Sumptum ex registro supplicationum, & sumptum ex registro bullarũ olim differebant, sed hodie non differunt quoad probationẽ faciendã nu.746. & seqq. in quibus habetur, quòd probant in Curia, sed non extra.

Bulla plumbata differt à sumptis ex registris, ideoque probat etiam extra Curiam num.746. & 750.

Scriptura reperta in archiuio an probet nu.753. Distinguuntur plures species scripturarum & concluditur, quòd si sit scriptura solemnis, seu habita pro solẽni probat nu. 754. & 755. & dummodo non habeat initium ab habentibus interesse nu.778. secus si non sit authentica, nec habeatur pro authentica num.779. & seqq.

Archiuium publicum, vt auctorizet scripturã eamq. faciat probatoriã, requiritur primo, quòd ei præsit officialis publicè deputatus nu. 755. & signanter num.760. vers. primum. Et iste officialis debet carere suspitione nu.761. & quando non dicatur suspectus. ibidem. vers. subdeclara. Requiritur 2. quòd illa scriptura, de cuius fide agitur, sit posita inter scripturas authenticas nu. 762. quòdque fuerit ibi diu custodita, &c. nu.763. & 764. Declaratur, quæ dicatur scriptura authẽtica nu. 765. Declaratur 2. vt, si fuerit reperta sola, habeatur pro reperta inter authenticas nu.767. Extenditur hoc requisitum, vt procedat etiã in archiuijs erectis à Sixto V. ibidem. vers. extende. Requiritur 3. quòd de consuetudine præstetur fides illis scripturis nu.768. Contra istud requisitum nu.769. Retinetur requisitum, & soluuntur contraria nu.770. Declaratur istud requisitũ, vt scriptura reperta in archiuio præsumatur in dubio authentica nu. 771. Requiritur 4. quòd constet, illam esse scripturam archiuij nu. 772. & ex quibus dicatur constare nu.773. & seqq. Cõcluditur, quòd, concurrentibus istis requisitis, probat non solum scriptura originalis reposita in archiuio, sed etiam exẽplum inde extractum ab archiuista nu. 777. Limitatur dummodo non habuerit initium ab habentibus interesse nu. 778. Limitatur etiam, vt probet solũ intra territoriũ eius, qui deputauit archiuium, & non extra num.796. Contraria opinio nu.797. Retinetur limitatio nu 798. Limitatur vltimo quando ageretur de crimine, quia scriptura reperta in archiuio nõ probat crimen n. 800.

Archiuium / Rationaria, seu / Cãcellaria communis } est locus publicus, in quo &c. n. 756. qui supplet fidem scripturæ priuatæ, illique &c. nu.757.

Scriniarius, seu / Commentariensis } debet esse iuratus &c. num. 758. & qua attestatione debeat vti in subscriptione nu. 773. & seqq. & potest esse cõmentariensis etiam si non sit notarius num.776.

Archiuium priuatum non dat fidem scripturæ num. 759.

Scriptura authentica quæ dicatur nu.765.

Causa, quæ nocet attenditur magis, quàm causa, quæ prodest num.766.

Scriptura reperta in archiuio, si non sit habita pro authentica, non probat num. 779. Exemplificatur 1. ista conclusio in exemplo num. 780. Contra num. 781. Exemplificatur 2. in scriptura, quæ caret subscriptione notarij, seu alijs requisitis &c. nu. 782. Contraria opinio nu.783. Retinetur ista contraria opinio num. 784. & 785. Declaratur ista contraria opinio, vt procedat, si deficiant solum requisita circa tempus, secus si deficiant ea, quæ scripturam reddunt suspectam num.786. Limitatur ista conclusio, vt non habeat locum, vbi de consuetudine præstaretur fides illi scripturæ, &c. num. 787.

Transumptum scripturarum faciendum extra Curiã fit per literas compulsoriales sub nu. 811. Exemplificatur num.815. & seqq.

Transumptum in Regno Neap. subscribitur ab eodem iudice ad contractus, qui interuenit in rogitu, si viuit, alias adhibetur alius num. 801. & reassumi debet in charta de pergameno num.802.

Scripturæ fides suppleri potest à consuetudine nu. 788. & seqq. & secundum eam potest credi etiam scripturæ priuatæ num.793. etiam non recognitæ num.794.

Consuetudo Vrbis circa fidem scripturæ quæ sit num.789. & 961. quæ sit consuetudo Venetiarum num. 790. & quæ in multis partibus num.791.

Consuetudo circa fidem scripturæ multum attendi debet in prouincijs, in quibus non est vsus tabellionum num. 792. quia potest inualidam probationem facere validam num.795.

Consuetudo circa fidem scripturæ habet locum solum inter subditos loci, in quo viget consuetudo num.799.

Literæ compulsoriales, & / Literæ remissoriales } habent magnam conformitatem num.803.

Literæ compulsoriales vnde dicantur num. 804. & seqq.

Auditores Rotæ non possunt dare facultatem citandi extra Curiam num.806.

Compulsor habet facultatem citandi, & cogendi contumaces num.807. & 808.

Libelli, seu / Commissionis } formula pro literis remissorialibus. nu. 809. remissiue.

Compulsoriales generales, & / Compulsoriales speciales } differunt num.810.

Compulsoriales conceduntur, vt validè extrahantur copiæ ex scripturis extra Curiam num. 811. Ampliatur ista conclusio, vt alias extractæ non probent, quamuis in eis seruarentur omnes solemnitates num.812. Declarantur ista, vt habeant locum quando extractio copiæ est facienda post litem motam in Curia, & quare num.813. Extenditur hæc declaratio, vt habeat locum etiam si lis sit mota extra Curiam Romanam nu. 814. Exemplificantur num. 815. 817. & 818. in quibus habes, quæ scripturæ sint extrahendæ per compulsoriales & nu. 820. & seqq. in quibus habes per limitationes, quæ scripturæ possint extrahi sine compulsoria.

Citatio partis est necessaria coram Compulsore in extractione copiæ num.816. & 845.

Compulsoria est necessaria, si copia sit extrahenda ex archiuio extra locum iudicij num. 818. Declaratur nu. 819.

Compulsoria non est necessaria, si copia sumatur ab eodem notario, qui extitit rogatus de originali. num. 820. vel à successore in eius officio num. 822. & seq.

Item non est necessaria pro scripturis & iuribus registrandis in actis causæ num. 825.

Compulsoria nunquam est necessaria, si non est necessaria auctoritas iudicis, nu. 823.

Compulsoria generalis potest concedi sine citatione num. 826. & seqq. Ampliatur 1. ista conclusio, vt procedat præcipuè si pars, contra quam cõceditur, est præsens in Curia num. 829. Ampliatur 2. tam si concedatur in principio litis, quàm si postea num. 830. Extenditur hæc ampliatio, vt sit vera etiam si concedatur pendente aliqua dilatione num 831. Declaratur hæc extensio, vt sit vera, dummodo non fiat præiudicium dilationi pendenti nu. 832. Exemplificatur ista declaratio quando nõ fiat præiudicium eod. nu. 832. 833. & 834. Subextenditur extensio, vt procedat, etiam parte opponente nu. 836. Limitatur conclusio quando executio cõpulsoriæ est facienda alibi, quàm in loco domicilij partis, contra quam conceditur, quia tunc est saltem certioranda de loco exequendæ compulsoriæ num. 837.

Compulsoria generalis potest decerni etiam pendente dilatione num. 831. 832. & 833. & potest decerni etiam tempore feriarum, dummodo decernatur diebus iuridicis num. 834.

Compulsoria generalis non mittitur executioni tempore non iuridico nu. 835.

Compulsoria generalis potest concedi etiam inuita parte, contra quam conceditur nu. 827.

Compulsoria generalis non retardat processum, seu expeditionem causæ num. 828.

Compulsoria specialis retardat processum causæ nu. 839.

Compulsoria specialis non conceditur sine citatione num. 838. quia in eius concessione requiritur causæ cognitio num. 840. Ampliatur hæc conclusio etiam si concederetur à Rota num. 843.

Compulsoria specialis calumniosè petita non conceditur num. 841. & seq.

Calumniæ suspitio cessat in petente compulsoriam, si scriptura, pro qua eam petit, ostendat exemplum nu. 842.

Citationis formula in petitione compulsoriæ specialis. remissiuè num. 844.

Calumniosè quando dicatur petita compulsoria specialis relinquitur arbitrio iudicis nu. 847. & quare nu. 846.

Compulsoriales literæ possunt regulariter concedi tàm ab ordinario, quàm à delegato, cæterisquè iudicibus num. 848. Ampliatur 1. ista regula vt procedat in compulsorialibus generalibus num. 849. Extenditur hæc ampliatio, vt possint concedi etiam ab Auditoribus Rotæ num. 850. Ampliatur 2. vt procedat etiam in compulsorialibus specialibus num. 851. Extenditur hæc ampliatio vt possint concedi ab Auditore Rotæ, dummodo interueniat commune votum Rotæ num. 853. Praxis tamen obseruat dare commissionem, qua detur Auditori facultas concedendi compulsoriam nu. 854.

Compulsoria specialis magis, quàm generalis habet conformitatem cum literis remissorialibus nu. 852.

Compulsoria specialis olim concedebatur solum sub signo plumbeo Pontificis nu. 855.

Cõpulsor ẽt si deputetur à Sede Apostolica potest deputari nõ cõstitutus in dignitate ecclesiastica n. 856. & 866.

Delegatus, seu Subdelegatus } Sedis Apostolicæ debet esse persona constituta in dignitate ecclesiastica nu. 856. 857. 861. & 863. quia alias, si non esset constituta in dignitate ecclesiastica, processus coram eo factus esset ipso iure nullus num. 858. Ampliatur 1. ista conclusio, vt procedat etiam si renuntiarent iuri mandanti vt Sedes Apostolica non deleget causas nisi personis constitutis in dignitate ecclesiastica num. 859. Ampliatur 2. etiam si causa verteretur inter laicos nu. 860. Limitatur 1. eadem conclusio vt non procedat in executoribus meris num. 864. Limitatur 2. vt non procedat in compulsore nu. 866. 867. & 868. in fine. Limitatur 3. vt non habeat locum si delegetur vnus articulus causæ num. 869. & 871. in fine. Limitatur 4. vt non habeat locum in delegatis Episcoporum, quia &c. num. 872. Extenditur ista limitatio saltem quoad articulos causæ vt habeat locum etiam in delegatis Auditoris Cameræ num. 873. Declarantur istæ limitationes vt in praxi nihilominus soleant semper eligi ij, qui habẽt dignitates ecclesiasticas nu. 874. Limitatur vltimo vt nõ habeat locũ in delegato Papæ ex certa sciẽntia n. 875.

Primiceriatus non est dignitas, sed est officium nu. 862.

Executor ad compellendum &c. Examinator testium, Executoresquè meri } quamuis non sint constituti in dignitate ecclesiastica, possunt esse delegati Sedis Apostolicæ nu. 864. & 865.

Auditor dicitur is, cui committitur certus articulus nu. 870.

Compulsoria potest peti & obtineri etiam post conclusum in causa num. 876.

Compulsorialium generalium formula. remissiuè n. 877. & per extensum nu. 882.

Compulsoriales generales nõ diriguntur alicui certæ personæ num. 878. ideoquè eius executio solet peti coram ordinario loci num. 882. nec conceduntur nominatim pro extractione talis & talis scripturæ num. 879.

Compulsoriales speciales diriguntur certæ personæ num. 880. & pro extractione certorum iurium nu. 881.

Cõpulsori delegato quomodo scribat delegans &c. n. 883.

Processus quomodo fabricetur coram compulsore nu. 884. & 885.

Compulsor non potest delegare examen testium num. 866. Extenditur, & limitatur remissiuè nu. 887.

Compulsor potest allegari suspectus num. 888. Declaratur 1. ista conclusio dummodo allegetur suspectus a principali, aut a procuratore habente mandatum speciale num. 889. Declaratur 2. vt ad reddendum processum nullum requiratur etiam appellatio num. 890. Ampliatur conclusio declarata vt nullitas maneat etiam si appellatio efficeretur deserta nu. 891.

Religiosus, seu Canonicus Regularis } non potest se intromittere in iudicialibus sine consensu superioris. num. 892.

Compulsata, seu Extracta } per religiosum regularem sunt nulla num. 892.

Compulsor non potest recipere testes num. 893. Fallit ista conclusio si requireretur recognitio scripturarum, quia testes possent examinari pro recognitione nu. 894.

Compulsoria & Remissoria } possunt vni simul delegari num. 895.

Recognitio scripturarũ non est præcise necessaria nu. 896.

Recognitio scripturæ, parte opponente, est necessaria num. 897. idque procedit etiam si iudex illam cognosceret num. 915. & ponuntur per illationes casus aliqui, in quibus ista recognitio est necessaria num. 911. 912. 913 & 914. Declaratur ista conclusio, vt procedat etiam parte opponente generaliter & non formaliter & specifice num. 898. Restringitur hæc declaratio vt non habeat locum si oppositio non percutiat fidem scripturæ num. 899. Ampliatur eadem conclusio vt habeat locum etiam in instrumento, quod producitur de longinquo, quia, parte opponente, requiritur probatio notariatus eius, qui illud confecit num. 897 & 900. Contra ampliationem num. 901. Retinetur ampliatio num. 902. Extenditur 1. ampliatio quando instrumentum est de re magni præiudicij num. 903. Extenditur 2. etiam si agatur de re leuis præiudicij num. 904. Limitatur 1. eadem conclusio quando scriptura notoriè cognoscitur, quia tunc recognitio non est necessaria num. 905. Exemplificatur 1. ista limitatio in scriptura penes acta num. 907. Exemplificatur 2. in instrumentis notariorum Auditoris Cameræ & productis coram eo num. 908. Exemplificatur 3. in instrumentis notariorum Curiæ Capitolinæ &c num. 909. Exemplificatur demum in scriptura priuilegij, seu alterius expeditionis, emanata à Curia, & producta in Curia num. 910. Limitatur 2. vt non procedat in instrumentis & scripturis antiquissimis num. 916. & 917.

Scriptura quando dicatur ita notoriè cognita, vt non indigeat recognitione num. 906. & quando indigeat recognitione num. 911. & seqq.

Notariatus probatio in recognitione instrumenti est necessaria num. 897. & 959. & quando non sit necessaria num. 917.

Recognitio scripturæ, parte non opponente, non est necessaria nu. 918. & 919. Ampliatur 1. procedat in scriptura priuata nu. 920. & 921. Ampliatur 2. etiam si agatur de re magni præiudicij num. 922. Ampliatur 3. etiam si pars contra quam producitur sit absens num. 932.

923. Restringitur ista ampliatio, vt sit vera in absente cõtumace vero, secus si sit cõtumax fictus. ibidem. vers. restringe. & nu. 924. Extenditur hæc restrictio vt procedat, etiam stante statuto, quòd citatus domi possit reputari cõtumax, & condemnari, quia adhuc requiretur recognitio, si sit fictè contumax n. 931. Declaratur conclusio sic ampliata, vt quamuis recognitio non sit necessaria, nihilominus iudex possit illam ex officio requirere num. 932.

Ignorans non consentit nu. 925. imò præsumitur contradicere num. 926.

Præsens,
Tacensquè } præsumitur consentire quando posset impedire actum, cui est præsens num. 927. Item quando non contradicit actui, ad quem est vocatus, vt consentiat, vel contradicat nu. 928.

Possidere æstimatur qui dolo desiit possidere num. 929.

Contumax fictus dicitur is, qui non reperitur sine dolo num. 930.

Recognitio scripturarum quot modis fiat num. 933.

Scriptura rocognoscitur 1. ab eo, contra quem facit ipsa scriptura, & tunc dicitur plenè recognita nu. 933. vers. capio. Secũdo recognoscitur à tertio, qui eam scripsit, & similiter dicitur plenè recognita nu. 934. & seqq. Ampliatur iste secũdus modus, vt procedat tàm in scriptura publica, quàm in scriptura priuata nu. 951. Declaratur iste secundus modus recognoscẽdi, vt ei credatur quoad scripturam, sed non quoad scripta nu. 937. Limitatur ista declaratio, vt non sit vera si scriptura esset scripta manu aduersarij, isquè eam recognosceret nu. 938. Tertio recognoscitur per testes. qui nõ fuerunt præsentes, sed habent notam manum scriptoris; & ista non est bona recognitio n. 952. Ampliatur hoc vt procedat etiam si sint testes instrumentarij, quia non admittuntur ad recognoscendũ, nisi in subsidium &c. nu. 953. De consuetudine tamen seruatur contrarium, quia sufficit, quòd testes recognoscant nu. 954. & 955. præsertim in Vrbe ex stylo, & dispositione statutorum nu. 956. Ampliatur iste modus recognoscendi per testes vt sufficiãt literæ testimoniales Vniuersitatis, si scriptura portetur de longinguo num. 957. & seqq. Extenditur iste tertius modus vt sicut de iure non est bona recognitio in scripturis publicis; ita nequè in scripturis priuatis nu. 967. Hæcquè extensio est vera etiam si agatur de probatione semiplena num. 968. & procedit etiam in recognitione libri rationum nu. 969. Et est vera etiam de consuetudine nu. 970. Restringitur hæc extensio, vt non sit vera in Vrbe nu. 971. Quarto recognoscitur per testes, qui fuerunt præsentes: & ista est sufficiens recognitio in scripturis publicis nu. 973. dummodo recipiãtur in subsidium n. 974. & sint testes descripti in ipsa scriptura nu. 975. Sed in scriptura priuata hi testes faciunt solam semiplenam recognitionem nu. 976. præterquam si recognoscant epistolam, seu librum rationum, quia diceretur plena recognitio n. 977. & præter quã in Vrbe nu 978. Quinto recognoscitur per testes subscriptos, hæcq. recognitio est sufficiẽs n. 979. Ampliatur 1. ista recognitio vt in instrumentis publicis sit indistinctè sufficiẽs n. 980. Ampliatur 2. vt sit sufficiens in scriptura priuata, subscripta ab vtraquè parte nu. 981. Ampliatur 3. vt sufficiat etiam si sit subscripta ab ea tantum parte, contra quam facit num. 982. Ampliatur 4. vt sufficiat etiam si à neutra parte sit subscripta, dummodo testes testentur &c. nu. 983. Declaratur 1. recognitio istius quinti modi, vt testes recognoscentes debeant esse mares num. 984. & seqq. Restringitur ista extẽsio, vt sit vera in recognitione apochæ, quæ potest præiudicare tertio num. 988. Contra, vt procedat etiam si non possit præiudicare tertio nu. 989. Declaratur 2. vt hi testes debeant esse non pauciores tribus nu. 990. Extenditur hæc declaratio, vt duorum tantum subscriptio non sufficiat n. 991. Ampliatur hæc extensio, vt procedat etiam si non ageretur contra tertium nu. 992. Extenditur 2. vt non solũ requiratur omnium trium testium subscriptio, sed etiam recognitio nu. 993. Declaratur 3. quid & quomodo debeãt deponere in recognitione nu. 994. & seqq. Sexto recognoscitur per comparationẽ literarum, hæcq. recognitio non facit plenam recognitionẽ nu. 999. Contra, quòd relinquatur arbitrio iudicis an hæc recognitio plenè probet nu. 1000. Retinetur conclusio, quòd faciat semiplenam, nu. 1001. & declaratur n. 1002. Ampliatur eadem conclusio, quando ageretur de probanda falsitate nu. 1003. Limitatur 1. eadem conclusio, vt nõ habeat locum in instrumentis publicis, quia cõparatio facit plenam recognitionẽ nu. 1004. Declaratur ista limitatio, vt sit vera in defectũ notarij, & testiũ descriptorũ in instrumento nu. 1006. Limitatur 2. vt non habeat locũ in apocha subscripta à partibus, & à testibus nu. 1007. Declaratur hæc limitatio, vt non sit vera in apocha subscripta ab vna parte tantũ nu. 1008. Cõtra istam declarationẽ nu. 1009. & 1010. Soluuntur adducta pro declaratione nu. 1011. Ampliatur 1. hæc opinio quòd sufficiat sola comparatio literarum cõtra declarationem, vt sit vera, etiam si agatur contra tertiũ nu. 1013. Ampliatur 2. vt procedat etiã si creditor, qui nõ subscripsit, decesserit nu. 1014. Ampliatur 3. vt si fuerit scripta à tertio, sufficiat recognitio per comparationem literarum cum subscriptionibus testium mortuorũ, seu absentiũ nu. 1015. Limitatur 3. vt non procedat in recognitione epistolæ, quia sufficit cõparatio literarum n. 1016. Cõtra limitationẽ nu. 1017. Retinetur limitatio nu. 1018. Restringitur 1. eadẽ limitatio, vt non procedat in epistola, quæ datur præsenti nu. 1019. Restringitur 2. quãdo agitur criminaliter num. 1020. Declaratur hæc restrictio, vt hæc recognitio faciat inditium ad torturã nu. 1021. Limitatur 4. vt non habeat locũ in libro rationum nu. 1022. & 1023. Contra limitationẽ nu. 1024. Retinetur limitatio nu. 1025. Restringitur vt non habeat locũ in libro, qui est alterius, quã scribentis nu. 1026. Restringuntur rursus 3. & 4. limitatio, vt sint vera in quantũ agatur de præiudicio scribentis, secus si de præiudicio tertij n. 1027. Limitatur 5. vt nõ habeat locum, quando vltra comparationẽ literarũ accederet recognitio per vnũ testem nu. 1028. Limitatur 6. quoad semiplenã probationẽ n. 1029. Declaratur hæc limitatio, vt cõparatio sit faciẽda cum literis scriptis à parte &c. nu. 1030. Septimo recognoscitur per comparationẽ, & per testes nu. 1031. & an ista sit sufficiẽs recognitio nu. 1032. & seqq. Octauo habetur pro sufficienter recognita, si pars sit cõtumax in eã recognoscendo n. 1055.

Comparatio literarum fieri non debet quando scriptura etiam plenè recognita non probat num. 941.

Scribere quis cogitur ad faciendam comparationem literarum nu. 940. reiecta opinione contraria num. 939.

Comparatio, seu
Similitudo } literarum cedit contrariæ depositioni testis scriptoris num. 942.

Dissimilitudo, &
Similitudo. } literarum cedit cõtrariæ depositioni testis in recognitione scripturæ num. 1033. & seqq. Exẽplificatur 1. ista contrarietas quãdo testes recognoscunt suas subscriptiones, & scripturã apochæ, cui recognitioni repugnat dissimilitudo literarũ n. 1036. Extẽditur hæc regula exẽplificata, vt sit indistinctè vera, quãdo dissimilitudo probatur ex scriptura, quã negans facit post ortã litẽ. nu. 1037. Restringitur eadẽ regula sic exẽplificata, vt non procedat, si dissimilitudo appareat in subscriptione testiũ, sitq. magna dissimilitudo, &c. quia tunc magis staretur dissimilitudini, quã depositioni testiũ, deponẽtiũ esse suas subscriptiones nu. 1038. & 948. & 949. Subrestringitur hæc restrictio, vt nõ sit vera, si dissimilitudo sit ita modica, vt possit cõsiderari in literis eiusdẽ manus nu. 950. Exẽplificatur 2. cõtrarietas quãdo testes negant subscriptiones esse suas, & tamen sunt similes eorũ literis nu. 1039. Extẽditur regula sic exẽplificata, quia creditur testibus nu. 1040. Contra istã extensionẽ nu. 1041. Retinetur extensio nu. 1042. & 1043. Limitatur regula in primo exemplo, vt non procedat quando vltra dissimilitudinẽ literarum concurrerent aliæ coniecturæ contra depositionẽ testiũ nu. 1044. Declaratur ista limitatio, vt licet iudex in ista contrarietate possit non credere testibus, tamen nõ propterea debet credere comparationi literarum, vt scriptura producta sit falsa num. 1048.

Cõparatio, seu
Similitudo } literarũ est periculosa & fallax nu. 943. quia multi sciunt fingere manũ nu. 944. & de facili propterea erratur in cõparatione nu. 946.

Comparationis literarũ probatio quare dicatur subsidiaria num. 947. & quare coniecturalis num. 1034.

Dissimilitudo literarum vnde proueniat num. 949.

Legalitas, idest
Literæ testimoniales } Vniuersitatis in recognitione scripturæ, quæ fertur extra illã Vniuersitatem, faciunt recognitionem sufficientem n. 957.

Contra istam conclusionem num. 958. Retinetur conclusio nu. 959. & seqq. & quid testari debeant istæ literæ nu. 962. & 963. & quòd debeant habere solitũ & publicum sigillum nu. 964. & 965.

Potestatis, seu Iudicis ordinarij } literæ testimoniales an faciant sufficientem recognitionem scripturæ nu. 957. & seqq. & 960. & in quibus fidem faciant & in quibus non num. 960.

Sigillum publicum & authenticum Regis, Principis, aut Communitatis, seu alicuius publici officialis dat plenã fidem scripturæ etiam priuatæ in his, quæ spectant ad offitium &c. num. 965.

Scriptura priuata diuiditur in tres species num. 966.

Homines sunt procliues ad falsitates num. 945.

Romani, & Districtuales } attentis stylo & dispositione statutorum non sunt suspecti de falsitate scripturæ num. 972.

Masculinum concipit fœmininum num. 985.

Mulieres non habent integritatem num. 986. ideoque non sunt fide dignæ num. 987.

Testi vnico creditur plenè super facto proprio in causa aliena num. 935. & 936.

Instrumentum plenè probat contractum in eo descriptum sine alio adminiculo num. 1005.

Subscriptio partis in apocha ad quid sit inuenta nu. 1012.

Testes, qui volunt recognoscere scripturam, debent cognoscere contrahentes num. 1035.

Dissimilitudo literarum sola non est efficax ad inducendum iudicem, ne credat testibus &c. num. 1045. Declaratur ista conclusio, vt non sit vera quando dissimilitudo nulla via potest conciliari num. 1046. Exemplificatur dissimilitudo non conciliabilis num. 1047.

Dissimilitudo literarum & Depositio testium } si contrarietur in recognitione scripturæ, fieret locus inquisitioni ad inueniendam falsitatem num. 1049. Et oriretur dubium, an posset deueniri ad torturam: Et quòd non num. 1050. Contrarium num. 1051. & 1052. Retinetur primum in praxi num. 1053.

Negans propriam scripturam punitur secundum statuta Vrbis num. 1054.

Comparationis literarum materia est intricata nu. 1056.

Comparatio literarum in recognitione scripturæ vt possit fieri requiritur 1. quòd sit petita & cum iuramento num. 1057. alias, omisso iuramento, comparatio non valet num. 1058. sed si iuramentum non sit petitum non est necessarium num. 1059. Requiritur 2. quòd sit concessa à iudice num. 1060. Requiritur 3. quòd ipsemet iudex faciat comparationem num. 1062. & an requirantur duo periti, vel sufficiat vnus, si iudex velit adhiberi peritos num. 1062. & 1063. & an periti debeant iurasse num. 1064. Requiritur 4. quòd literæ, ad quas recurritur pro recognitione scripturæ, sint certò scriptæ ab eo, de cuius manus recognitione dubitatur num. 1065. debentquè istæ literæ iudicialiter innotescere iudici num. 1066. & quando dicantur certò scriptæ manu &c. num. 1067.

Scripturæ priuatæ probatio est materia quotidiana & intricata à Doctoribus num. 1068. & 1069.

Scriptura priuata, scripta à tertio sine subscriptione partium, & testium, quamuis sit certò recognita non probat semiplenè num. 1070. & seqq. Ampliatur 1. hæc conclusio, vt procedat etiam si sit scripta manu notarij num. 1075. & seqq. Ampliatur 2. etiam si scriptura esset recognita ab eo, contra quem facit num. 1080. Extenditur hæc ampliatio etiam si esset descripta præsentia testium num. 1081. & 1086. Fallit ampliatio & extensio quando is, contra quem facit, asserit fuisse scriptam de sua voluntate, quia plenissimè probat num. 1082. Extenditur fallentia etiam si negaret contenta in scriptura num. 1083. Restringitur fallentia vt non procedat quoad præiudicium contra tertium nu. 1084. Ampliatur 3. vt procedat etiam si esset recognita ab eomet, qui eam scripsit num. 1085. Extenditur hæc ampliatio etiam si esset annotata præsentia testium num. 1086. Declaratur ista extensio vt scriptura sic recognita faciat maiorem probationem semiplena num. 1091. Augetur extensio etiam si testes deponerent de veritate contentorum in scriptura num. 1092. Declaratur ista auctio, vt licet non probet apocha, tamen probat depositio testium num. 1093.

Testes, & non Apochæ } probant, quando deponunt de contentis in apocha, quæ simpliciter recognita non probat nu. 1094. vers. prima. ideoque contra eiusmodi testes potest opponi sicut contra alios non instrumentarios num. 1095. & sufficiunt duo testes nu. 1096. & creditor ex depositione istorum testium, si sit anterior, præfertur creditori posteriori habenti instrumentum num. 1097.

Nomen, seu Denominatio } sumitur ab eo, quod magis præualet nu. 1098.

Vox vnius, vox nullius num. 1071.

Scriptura non probat magis, quàm vox viuà num. 1072.

Apodissa quando faciat semiplenã probationem nu. 1073. & quando aliqualem præsumptionem num. 1074.

Notarius in susceptione notariatus iurat &c. nm. 1076. & 1089. & formula iuramenti quæ sit remissiue num. 1077. & ideo notarij falsitas grauius punitur, quàm falsitas priuati num. 1090.

Scriptura priuata, facta à notario, non maiorem habet fidẽ, quàm scriptura facta à persona priuata nu. 1078. & similiter subscriptio num. 1079.

Falsitas difficilius committitur in apocha subscripta à partibus, seu saltem à testibus, quàm in non subscripta num. 1087. & quare ista falsitas non sic consideretur in instrumento publico num. 1088. & seqq.

Instrumentum, & Contractus } differunt, ideoquè &c. num. 1093. vers. ratio.

Apocha scripta à tertio, & subscripta à tribus testibus & recognita probat sufficienter num. 1099. Extenditur 1. hæc conclusio vt habeat locum non solum in actione personali, sed etiam in reali &c. num. 1100. Extenditur 2. vt habeat locum etiam contra tertium habentẽ publicum instrumentum num. 1101. Declaratur 1. eadem conclusio, vt sit vera, dummodo testes in eorum subscriptione testentur apocham fuisse scriptam, & subscriptam de voluntate partium num. 1102. Extenditur hæc declaratio, vt sufficiat si tertius, qui eam scripsit, testatus sit in ea se scripsisse de voluntate partium num. 1103. Et quòd subscriptio partium non sit necessaria num. 1104. Declaratur 2. vt in eius recognitione requiratur etiam comparatio literarum nu. 1105. & 1106. Contra istam declarationem quòd non sit vera num. 1107. & 1108. Retenta declaratione pro vera, restringitur vt non procedat quando pars acceptaret illam manum num. 1109.

Apocha subscripta à partibus, seu à parte, contra quam facit, & ab ea negata nihil probat nu. 1110. & 1133. Sed si à parte sit recognita tunc conclusio est quòd plenè probat num. 1111. Extenditur hæc conclusio, vt contra ipsam partem probet non solum in actione personali, sed etiam in reali num. 1112. Ampliatur ista extensio, vt habeat locum etiam contra hæredes num. 1113. Ampliatur 2. vt noceat etiam fisco num. 1114. Declaratur eadem conclusio, vt si apocha concernat vtriusque partis præiudicium, & vtriusque subscriptio non adsit, non probet num. 1115. Extenditur hæc declaratio, vt neque probet contra partem, quæ subscripsit num. 1116. & seqq. Declaratur 2. vt quamuis sit subscripta ab vtraque parte, tamen non probet contra tertium num. 1124. Extenditur hæc declaratio etiam si vltra partium subscriptionem habeat subscriptionem vnius testis num. 1125. Restringitur 1. eadem declaratio, vt non sit vera si habeat etiam subscriptionem trium testium, num. 1126. Extenditur hæc restrictio etiam si illi testes non examinentur num. 1127. Restringitur 2. quando de anterioritate apochæ certò constat per depositionem testium etiam non subscriptorum num. 1128. Restringitur 3. quando vnus testis deponit de veritate negotij, & alij duo se vidisse scribi apocham, vel adiungitur comparatio literarum num. 1129. Restringitur 4. quãdo vnicus testis deponit de veritate, & alius se vidisse scribi apocham num. 1130. Restringitur 5. quando apocha est scripta manu tertij cum præsentia duorum testium & subscriptione debitoris, & vnus ex testibus deponit de veritate nu. 1131.

Apocha scripta à parte, contra quam facit, & ab eadem recognita, plenè probat, quamuis non habeat subscriptionem, aut habeat saltem subscriptionem, si esset scripta à tertio num. 1132. Sed si pars negat esse à se scriptam, tunc certa regula est, quòd non probat nu. 1133.

1133. Ampliatur hæc regula etiã ſi examinẽtur teſtes, qui recognoſcant manum n. 1134. Extenditur hæc ampliatio, vt nec ſemiplenè probet num. 1136. Reſtringitur hæc extenſio, vt faciat aliqualem probationem num. 1137. Limitatur 1. eadem ampliatio, vt non ſit vera hic in Curia Romana num. 1138. Limitatur 2. ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis num. 1139. Ampliatur 2. eadem regula etiam ſi teſtes deponerent ſe fuiſſe præſentes num. 1140. Contra iſtam ampliationem num. 1141. Conciliatio inter iſtas opiniones nu. 1142. Contra conciliationem num. 1143. Quarta opinio nu. 1144. Concluditur pro ampliatione nu. 1145. & ſeqq. Declaratur 1. hæc 2. ampliatio, vt licet non probet plenè, tamen probat ſemiplenè num. 1149. Declaratur 2. vt non procedat quando vltra teſtium recognitionem adiungeretur comparatio literarum num. 1150. Reſtringitur hæc declaratio, vt probet contra partem ſed non contra tertium num. 1151. Limitatur 1. eadem regula, vt nõ procedat in apocha ſubſcripta à tribus teſtibus, & ab iiſdem, & per comparationem recognita, quia plenè tunc probat num. 1152. Limitatur 2. quando eſſet ſubſcripta à teſtibus, & à partibus num. 1153. Extenditur 1. hæc limitatio etiam ſi deficiat ſubſcriptio partis, pro qua facit apocha num. 1154. Extenditur 2. etiam ſi neutra pars ſubſcripſerit, & ſoli teſtes ſubſcripti recognouerint num. 1155. Subextenditur hæc extenſio vt ſit vera etiam ſi ſit ſcripta à tertio de commiſsione partium, & ſoli teſtes ſubſcripti recognouerint num. 1156. Ampliantur iſtæ limitationes, & extenſiones vt procedant etiam contra tertium habentem publicum inſtrumentum nu. 1157.

Apocha ſubſcripta à parte, ſeu partibus, & à teſtibus: vel integrè ſcripta à parte ſine ſubſcriptione, ſed ſubſcripta à teſtibus an probet, remiſsiuè num. 1158.

Apocha, habens ſigillum partium, ſeu partis, contra quã facit, probat ſicut probaret ſubſcripta num. 1159. & ſeqq. Limitatur hæc concluſio quando ſubſcriptio requiritur pro forma num. 1162.

Apocha ſubſcripta à tribus teſtibus, iiſque mortuis, & ſubſcripta à partibus probat, facta recognitione ſubſcriptionis partium per comparationem literarum num. 1163.

Apocha, ſubſcripta à tribus teſtibus, iiſque mortuis, & ſcripta à tertio ſine partium ſubſcriptione, non probat quamuis ſit recognita ſcriptura apochæ num. 1164. Extenditur hæc concluſio etiam ſi ſubſcriptiones teſtium recognoſcerentur per comparationem literarum num. 1165. Contra iſtam extenſionem num. 1166. Extenditur hæc opinio contra extenſionem, vt habeat locum etiam contra tertium. num. 1167.

Forma omiſſa in qualibet minima parte vitiat. nu. 1117.

Apocha habet correſpectiuitatem ad vtramque partem, ideoque vtriuſque partis ſubſcriptio eſt neceſſaria. num. 1119.

Correſpectiuitas cauſat indiuiduitatem num. 1120.

Decretum ſuper alienatione rei minoris partim ex cauſa falſa, & partim ex vera non valet. num. 1122.

Contractus cenſus, in quo ſit promiſſum vltra debitum, an annulletur in totum. num. 1123.

Teſtis debet deponere per ſenſum corporis, & non per iudicium intellectus num. 1135. & vbi ſenſus corporis veriſimiliter errare poteſt, debet adhiberi modus excogitatus à iure num. 1148.

Teſtis recognoſcens ſcripturam quomodo debeat deponere ſub num. 1135. & 1146.

Teſtes ſubſcripti magis ſecurè recognoſcunt ſcripturam, quàm non ſubſcripti num. 1147.

Sigillum habet vim ſubſcriptionis num. 1159. & ſeqq. & quæ requirantur in ſigillo, remiſſiuè num. 1161.

Scriptura in quot ſpecies diuidatur num. 1168. & 1169.

Scriptura publica quæ dicatur num. 1170. & 1171.

Scriptura priuata quæ dicatur num. 1172.

Scriptura priuata diuiditur in tres ſpecies num. 1173.

Inſtrumentum publicum vt habeat debitam formam requiruntur multa. Requiritur enim 1. inuocatio Domini. num. 1174. & ſeqq. Contrarium num. 1178. Diſtinguitur, vt de iure hoc requiſitum non ſit de ſubſtantia, ſecus de conſuetudine num. 1179. & eius omiſsio vitiaret inſtrumentum num. 1181. & ſeqq. reiecta contraria opinione num. 1180. Extenditur hoc requiſitum vt procedat etiam in non arduis. num. 1183. Declaratur vt inuocatio Domini poſſit apponi diuerſimode num. 1184. Declaratur 2. vt notarius poſsit hoc requiſitum apponere etiam poſt rogitum, dummodo ante traditam publicam copiam nu. 1185. Requiritur 2. de conſuetudine annus currens Domini num. 1186. & licet de iure hoc requiſitum non eſſet neceſſarium num. 1187. tamen conſuetudo eſt approbata à iure num. 1188. Extenditur hoc requiſitum, vt, ſi omittatur, inſtrumentum non valeat num. 1189. Declaratur 1. hoc requiſitum, vt annus debeat ſumere initium ab incarnatione num. 1190. Sed Curia Romana incipit à natiuitate num. 1191. Alij incipiunt à circumciſione num. 1192. & quando incipiebat ante aduentum Chriſti nu. 1193. & quando incipiat apud Aſtrologos num. 1194. Declaratur 2. vt incipientes à natiuitate, ſeu circumciſione numerent annum finitum, & incipientes ab incarnatione numerent annum incipientem nu. 1195. Requiritur 3. indictio nu. 1196. Extenditur hoc requiſitum, vt eius omiſſio vitiet inſtrumentum nu. 1197. Contra extenſionem nu. 1198. Reſtringitur 1. extenſio, vt non ſit vera ſi conſuetudo non exigat iſtud requiſitum nu. 1199. Reſtringitur 2. vt nõ ſit vera, ſi indictio habeat erroneum numerum num. 1200. & ſeq. Requirũtur alia, de quibus remiſſiuè. nu. 1231. verſ. quantum. & quæ requirantur in Regno Neap. remiſſiuè num. 1232.

Solemnitas, quæ ſeruatur de conſuetudine, ſi omittatur vitiat inſtrumentum num. 1182.

Error eſt tolerabilior omiſſione num. 1201. & 1219. Contrarium nu. 1217. 1218. & 1221. verſ. comprobatur.

Notarius poteſt corrigere ſuum errorem, & quandoque propria auctoritate &c. nu. 1202. Ampliatur iſta regula in omiſſione indictionis nu. 1203. Extenditur 1. ampliatio etiam ſi ſit erroneè appoſita nu. 1204. Extenditur 2. etiam ſi notarius dediſſet copiam publicam num. 1205. Extenditur 3. vt notarius poſsit corrigere propria auctoritate nu. 1206. Contra, ſi notarius dederit copiam authenticam nu. 1207. Retinetur extenſio nu. 1208. Reſtringitur extenſio vt ſit vera quando cõſtat de certo tempore inſtrumenti eod. nu. 1208. verſ. reſtringe. Et an iſta habeant locum ſi notarius eſt mortuus. remiſſiuè nu. 1209. Ampliatur 2. vt habeat locum in omiſſione diei num. 1210. Extenditur hæc ampliatio etiam ſi eſſet tradita copia publica num. 1211. Reſtringitur extenſio vt non procedat in actione hypothecaria, aut alio ſimili caſu, in quo tempus eſt de ſubſtantia num. 1212. Extenditur etiã ſi copia non ſit tradita parti nu. 1213. Limitatur hæc 2. ampliatio, vt non procedat quando dies eſt erroneè appoſitus, quia tunc non poteſt corrigere num. 1214. Declaratur hæc limitatio, vt procedat quando parti eſt data copia publica num. 1215. Extenditur hæc limitatio vt procedat etiam ſi non fieret vis in tempore num. 1216. Reſtringitur 1. hæc limitatio & extenſio, vt non procedant quando parti nondum eſt data copia num. 1220. Limitatur hæc reſtrictio vt non ſit vera, quando dies eſt de ſubſtantia num. 1221. Reſtringitur 2. vt non procedat quando error diei poteſt corrigi iuris præſumptione &c. num. 1223. Exemplificatur reſtrictio num. 1224. Reſtringitur 3. vt non habeat locum accedente auctoritate iudicis num. 1225. Declaratur iſta reſtrictio vt non procedat in correctione falſitatis num. 1226. Ampliatur 3. eadem regula, vt habeat locum in falſa latinitate, ſeu grammatica num. 1227. Et poteſt iſto caſu notarius eam corrigere quandocunque, dummodo non habeat vim mutandi ſubſtantiam num. 1228.

Notarius non poteſt corrigere errorem pertinentẽ ad partes, niſi corrigat incontinenti num. 2229.

Delictum eſt grauius committendo, quàm omittendo num. 1217.

Error inſtrumenti, qui poteſt nocere parti, non poteſt corrigi ſine auctoritate iudicis num. 1222.

Indictio vnde dicatur, & eius origo num. 1230. & quid hodie ſignificet, & quomodo computetur num. 1231.

Scriptura priuata nõ facit probationem, niſi habeat quædam requiſita num. 1233.

CAPVT XI.

MATERIA præsentis capitis est vtilis, & necessaria omnibus in foro versantibus, sed præsertim ijs, qui versantur in Curia Rom. vbi iudiciũ nec in causis ordinarijs, nec in summarijs potest esse validum, nisi seruati fuerint inter alios hi duo termini substantiales, videlicet; ad producendum omnia: & ad dicendũ contra producta: de quibus duobus terminis, & de alijs
1 scripsi supra c.3. q.13.nu.237. 239.& 276.† & propterea licet hic in curia posset expediri causa sine productione iuriũ, vt puta quia examinarentur solum testes: tamen essent seruandi termini ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta; & quò commodius expediamus diuidemus totum istud caput in quinque partes; & in prima tractabimus per conclusiones.

PARS I.

CONCLVSIO I.

2 Prima ergo sit conclusio: quòd instrumenta, & scripturæ sunt producenda intra dilationem, seu terminũ, præfixum ad probandum, seu probationes faciendas, quia probatio per instrumenta, seu per scripturas est species probationis, vt scribunt Spec. tit. de probat. §. videndum. qui enumerat duodecim species probationis. Bal. in rub. sub num.5. vers. ecce apparet. C. de probat. qui enumerat decem species, & Tancret. qui enumerat nouem, & omnes ordinatè refert Mascar. tract. de probat. q. 4. num. 1. & seqq. & hæ nouem comprehenduntur his duobus versibus:

Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum
Iurans, confessus, præsumptio, fama probant.

quæ omnes probationum species possunt reduci ad quinque modos secundum Bal. d. rub. de probat. nu. 5. vers. visa diffinitione. qui quinque modi continentur sub isto versu, relato per eundem ibidem.

Vox, scriptura, nomen sacrum, confessio, visus.

3 cuius versus singula verba explicat; † hancque speciem probationis per scripturam Glos. in rub. C. de fid. instrum. quam refert, & sequitur Mascar. d. tract. de probat. q.6. num. 1. vocat probationem vocis mortuæ. &, quòd probare per scripturam sit credere voci mortuæ, scribit impugnatiuè Corn. cons. 32. super puncto. sub num.4. ibi. à iure positiuo. lib.3. &, quòd probatio per scripturam tabellionis, cæteris silentibus, sit contra ius naturale, sit artificialis, & sit quid miraculosum, colligitur ex his, quæ scribit Innoc. in cap. cum p. sub num. 1. & 2. de fid. instrum. & notant apertè ex eius dictis Abb. in cap. tertio loco. sub num. 5. vers. vltimum tamen. de probat. & Dec. in rub. nu. 2. eod. tit. & latius Fely. in rub. sub nu.1. de fid. instrum. quos omnes refert, & sequitur Mascar. dicta quæst. 6. sub num. 2. & 3.

Ex hac conclusione liquet, nos meritò hic agere de productione iurium, quia adhuc non sumus egressi extra dilationes ad probandum.

4 AMPLIA istam conclusionem, vt in tantum sit verum, quòd instrumenta, aliæque scripturæ sint producendæ intra dilationem ad probandum, vt si fuerint productæ ante litis contestationem non probent, nisi reproducantur Feder. de Sen. cons. seu q. 160. in Christi nomine. num. 2. quem refert, & sequitur Ant. de Butr. in cap. 1. sub num.16. paulò ante finem. de probat. & vtrumque referunt, & sequuntur Alex. cons. 3. in causa. sub num. 4. lib. 2. Fely. in cap. causam quæ. sub num. 6. de testib. & rursus in d. cap. 1. sub nu. 28. vers. sexto & vltimo. de probat. & Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu. 8. num. 44. dicens, quòd instrumenta, producta simul cum libello, non probant, nisi reproducantur post contestationem litis in termino probatorio. Neuiz. cons. 5. sub num. 38. vers. non obstat. Carauit. super ritu. 242. num. 6. Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 8. num. 4. & Mascar. tract. de probat. conclus. 922. num. 1. lib. 2. quod & nos scripsimus lib. præced. cap. 86. sub num. 54. Et, quòd probationes receptæ ante dilationem ad probandum sint inualidæ, diximus eod. lib. preced. cap. 34. num. 39. & quòd non sint validæ, nisi sit prius contestata lis diximus eod. lib. præced. cap. vlt. num. 8. in fine.

5 DECLARA restringendo istã ampliationem, vt procedat solum quando instrumentum est productum ad effectum probandi aliquod præambulum, seu ad effectum ordinandi, vt puta quando esset productum vna cum libello ad effectum, vt reus posset deliberare, an vellet cedere, vel contendere, prout in casu, super quo consuluit Fed. de Sen. d. cons. 160. num. 1. in fine. & num. 2. secus verò si instrumentum esset productum ad effectum probandi super negotio principali, fuissetq; assignatus parti aduersæ terminus ad dicendum contra, seu impugnandum, & copiam accepisset: quia isto casu quamuis instrumentum esset productum ante contestationem litis, tamen non esset necessaria alia reproductio, quoniam scriptura semel producta, & acceptata semper loquitur, maxime quando est producta ad finem probandi, vt ex Franc. Aret. refert, & sequitur Fely. cap. 1. sub num. 28. vers. sexto & vltimo. de probat. & ex Fely. referunt, & sequuntur Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu 8. sub num. 44. Carauit. dicto ritu 242. in fine. & Mascar. dicta conclus. 922. num. 5. & ad hanc declarationem mouentur ex doctrina Baldi in l. eos. §. sin autem. num. 7. vers. modo reuoco in dubium. C. de appellat. quo loci scribit, quòd peremptoriæ secundum practicam aduocatorum opponuntur ante litem contestatam, & ex perseuerantia videntur opponi post.

CONCLVSIO II.

6 Secunda conclusio est: quòd in productione scripturarum, seu instrumentorum requiritur citatio partis, vt sentire videtur Glos. penult. in cap. contingit. de fid. instrum. & scribunt apertè Bar. in l. item illa. sub num. 5. ibi. sed si intra terminum. ff. de constit. pecun. Bal. in l. iudices. sub num. 1. not. 4. C. de fid. instrum. Mil. in repert. in verbo. citari debet quis. Rot. decis. 1. alias 10. num. 3. de fid. instrum. in nou. Rom. cons. 176. istæ sunt. sub num. 5. vers. secundo quia. Ias. in l. properandum. §. sin autem. nu. 5. C. de iudic. Fely. in cap. 7. num. 31. vers. quarto quæritur. de testib. & remissiuè ad hunc locum in d. cap. contingit. in fine. vers. & per eandem. Alex. cons. 64. & si celeberrimè. num. 8. lib. 3. Affl. in constitut. cordi nobis. not. 9. sub num. 11. lib. 2. Maran. in suo spec. par. 6. actu. 8. num. 35. & Foller. ibidem in addit. num. 45. Gabr. in conclus. lib. 2. tit. de citation. conclus. 1. ampl. 22. num. 112. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. num. 7. Cauens. & Carauit. super ritu. 242. num. 1. Masuer. in addit. ad pract. Papiens. in forma productionis instrumentorum. in verbo. exhibens. fol. 328. Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. num. 3. Caputaq. decis. 99. seu. 3. instruméta producta. par. 2. Mascar. tract. de probat. dicta conclus. 922. num. 3. lib. 2. & faciunt quæ de citatione ad soluendum virtute obligationis, seu instrumenti in forma cameræ dixi lib. præced. cap. 62. num. 19. q. 6. & cap. 96. num. 32. & est omnium communis * sententia, quę videtur cõmodè probari & textu in l. de vno quoque. ff. de re iud. & ex cap. chartæ. 3. q. 9.

7 Confirmatur ista secũda conclusio; quia instrumenta, & testes pari passu ambulant. d. l. iudices. C. de fid. instrum. & notat Rot. d. decis. 1. num. 2. de fid. instrum. in nou. & ideo Bal. in ead. l. iudices. sub num. 1. not. 4. Ias. & Mil. vbi supra scribunt, in productione instrumentorum requiri citationem patris, sicut requiritur ad videndum iuramenta testiũ. &, quòd requiratur citatio ad videndum iuramenta testiũ, latè scripsimus
8 supra cap. 8 num. 17. & 19. † Et ratio huius conclusionis est, quia, vt dicit Rot. d. decis. 1. num. 3. instrumentum posset esse falsum, seu abrasum.

9 Hæcquè necessitas citandi partem operatur, vt, si citatio fuerit omissa, productio instrumenti sit inualida, vt ex Ias. in d. §. sin autem. num. 5. refert, & sequitur Masuer. in addit. ad pract. Papiens. in d. forma productio-

ductionis instrumentorum.in verbo, in illis passibus. fol.331.& consequenter instrumenta producta non probent Caputaq.d.decis.99.num.1.par.2.

Quomodo formetur citatio ad videndum produci scripturas.

10 Difficultas posset oriri circa formulam citationis, quomodo concipi debeat: nam Bar. in dicta l. item illa.sub num.5.ff.de constit.pecun.Fely.Alex.Maran.Gabr.& Mascar.supra citati nullam aperiunt formulam, sed dicunt simpliciter, quòd in productione instrumenti requiritur citatio: Bal.verò, Mill. & Foller.dicunt debere citari ad videndum productionem instrumentorum.

Sed Rot.Vestr.& Luc.Poet.dicunt, debere citari ad dicendum contra instrumentum, productum.hocquè videtur placere Nicolao Mil.in d.repert.in verbo. citari debet quis. & formulam huius citationis per extensum ponunt Vestr.d.lib.6. cap. 1. sub num. 7. & 8. & Luc.Pæt. d.lib.2.cap.8.num.1.& est talis. *citetur N. ad dicendum contra iura producta & repetita, & videndum iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit &c.* addunt alij, *& videndum admitti*; cuius formulæ, seu potius verborum rationem reddemus infra num. . . in fine huius 2. conclusionis: sed hæc formula variatur in tribunali Auditoris Cameræ quãdo agitur vigore obligationis in forma cameræ, receptæ in ipso tribunali Auditoris Cameræ, vt dixi lib. præced. cap.96.sub num. 32. vbi videas.

Breuiter resoluendo propositam difficultatem, concludo esse seruandum stylum loci.

Citatio ad videndum produci scripturas quando non sit necessaria.

11 Limita modo præfatam secundam conclusionem, vt non sit vera quando scripturæ, seu instrumenta producerentur vltima hora, seu die termini, assignati ad producendum instrumenta, quia tunc aduersarius debet illa hora, seu die illic adesse, vt scribunt Bar.in l. item illa. sub nu.5.ff. de constit pecun. Ias.in l.properandum.§.sin autem.sub num.5.vers.secundo limita C.de iudic. Affl.in constitut.cordi nobis.not.9.sub nu. 11.lib.2.Foller.in addit. ad spec.Maran.par.6.actu.8. nu.45.in fine.Gabr.in conclus. tit.de citat. conclus.1. nu. 114. & Grauat.in annot.ad pract. Vestr.lib.6. c. 1. sub nu.25.Masuer. in addit.ad pract.Papiens.in forma productionis instrumẽtorũ.in verbo. in illis passibus. fol.331.Carauit. super ritu.142.sub n.1.& in istis terminis intelligo Rom.conf.176.istæ sunt.sub nu. 5. ibi. & nihilominus.dũ inquit, *horum autem non est alia ratio, nisi, quia vltima dies præfixi termini tacitam requisitionem inducit.*

Confirmatur ista limitatio, quia vt dixi supra nu.7. vers. confirmatur. instrumẽta, & testes pari passu ambulant: sed citatio ad videndum iuramẽta testium, quę est necessaria, vt dixi supra cap.8.num. 19. non requiritur, si iuramenta deferantur, seu inquam inducantur testes vltima die termini iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 3. num. 362. & seqq. ad eum. & d. cap. 8.num. 321. Ergo.

12 LIMITA II. secundum Alex.in addition.ad Bar. in d.l.item illa. sub num.5.litera b. in verbo. mora. ff. de constit. pecun. vt non sit vera, quando esset datus terminus ad producendum, seu quando producerentur infra terminum, datum ad probandum secundum Carauit.super ritu.242.sub num.1.seu secundum Foller.in addit.ad spec.Maran.par.6.actu.8.num.46.quando productio esset facta infra terminum, datum ad producendum scripturas, aut infra terminum datum ad probandum per omne genus probationis, quia tunc valeret productio, parte non citata.

13 Verum ego sentio limitationem istam non esse veram quoad effectum probandi, nisi productio fiat vltima die termini, alias si fiat infra terminum concludo esse necessariam citationem per doctrinam Bartoli in d. l. item illa.sub num.5. quem retuli & sequutus sum supra num. 11. etenim si in examinandis testibus infra terminum, datum ad eos examinandos requiritur citatio partis, cur non requiritur in productione scripturarum, cum pari passu ambulent, vt dixi supra num. 7.

Nec obstat auctoritas Alexandri, & Follerij vbi supra, quia est fundata in doctrina Baldi in l. si quando. q.14.nu.14.C. de testib.& tamẽ Bal.hoc non dicit, sed dicit solum, quòd per productionem instrumenti non est satisfactum termino de probando per instrumenta, sed bene est satisfactum termino de producendis scripturis: Minus obstat auctoritas Carauitæ, quia est fundata similiter in præfato dicto Baldi, & in alio dicto eiusdem Baldi in l.qui ante calendas.ff.de verb. oblig. & tamen ibi Bal.videtur sentire contrarium, dum in fine concludit in his verbis: dic, quòd extremitas temporis interpellat, non autem quælibet eius pars; & ideo ante extremitatem temporis debet fieri citatio aduersarij.

14 In Regno tamen Neap.ista limitatio est vera ex dispositione dicti ritus.242.in quo dicitur, quòd, pendente termino, possint produci ea, ad quæ est datus terminus, sine requisitione amplius alterius partis, vt ibi notant Cauens.& Carauit.

15 LIMITA III. vt non sit vera, quando instrumentum, seu alia scriptura produceretur ad informationem iudicis, quia tunc non requiritur citatio secundũ Bal.in l.si qua per calumniam. sub num.2.vers.sed pone.C.de episc. & cleric. vbi ponit, quòd si clericus, captus à iudice laico, ostendit eidem iudici literas clericatus, iudex debeat statim ipsum remittere ad episcopum, & non remittendo, quòd incurrit excommunicationem, & subdit, quòd in tali ostensione literarum, seu instrumenti clericatus non oportet citari aduersarium, quia non fiet in modum probationis, sed instructionis; & Baldum referunt, & sequuntur Maran.in suo spec.par. 6.memb. 1. num. 20. limit. 13. & actu.8.sub num. 35.& Gabr.in conclus.tit.de citation. conclus.1.limit.46.num.398.Grauat.in annot. ad prac. Vestr.lib.6.cap.2.num.30.Carauit.super ritu.242.nu. 1.in fine.& nos sequuti sumus supra cap. 8.num.80.Et quòd non requiratur citatio ad dicendum contra, scribit Gabr. d.conclus.1.num.115.

Comprobatur ista limitatio, quia nec in examine testium requiritur citatio ad videndum iuramenta, quando iudex procederet ad sui informationem, Mars. Asin.Fely.Mascar.Vestr.& alij quamplures, quos citaui & sequutus sum supra d.cap.8.num.70.& 71.sed testes & instrumenta pari passu ambulant, vt dixi supra num.7.

16 LIMITA IIII. vt non procedat quoad simplicem productionem, quia tunc valet productio instrumenti, seu scripturæ sine citatione partis, vt puta si à iudice esset assignatus terminus ad producendum, & litigator produceret instrumentum intra terminum, parte non citata, diceretur satisfecisse termino, dato ad producendum Bald. in l. si quando. q. & num. 14. C. de testib. & Ias. qui alia citat, in l. properandum. §. sin autem. sub num. 5. vers. limita tribus modis. C. de iudic. & Iasonem referunt, & sequuntur Masuer. in addit. ad pract. Papien. in forma productionis instrumentorum. in verbo. in passibus. fol.331. & Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib.6. cap.1. num.25. & alios adducit Osasc.decis.1.sub nu.46. vers.poterit tamen.& ita posset procedere quod ipse supra n 12.& 13. retuli, & impugnaui ex Alex. in addit. ad Bar. & potest conciliari contrarietas Bartoli ibidem in l. item illa. sub nu.5. ff. de constitut. pecun. quam signat Ias. vbi supra: nam Bartolus intelligitur de productione instrumenti ad finem probandi.

17 LIMITA V. secundum Ias. in d. §.sin autem.nu.5. quem refert, & sequitur Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 6. cap.1. sub num.25. vt non procedat, si instrumentum remaneret in actis, sciente aduersario; hancque limitationem arbitratus est Iason probari ex traditis per Bal. in l. si quando. num. 14. quæst.14.C. de testib.

18 Verum ego sentio, istam limitationem non esse ve-

ram

ram quoad effectum, vt instrumentum probet in meritis; & moueor, quia licet ego sciam, instrumentum remanere in actis, tamen necesse est, vt sciam effectũ & finem, ad quem fuerit productum, & relictum in actis; cum potuerit esse productum ad alium finem, & ad alium finem esse ibidem relictum: quare simplex scientia non sufficeret: fateor tamen, quòd si scientia esset perfecta, videlicet, quia scirem finem, quare fuerit productum, limitatio posset sustineri, prout in simili dicimus de scientia venditionis in iure congrui, quòd debet esse perfecta ad hoc, vt possit excludere vicinum à iure congrui, alias, si esset simplex, non excluderet ad tradita per Bald. Affl. Iacob. Nouel. Tiraq. & Mascar. quos retuli, & sequutus sum supra cap. 3. num. 35. & in hanc nostram sententiam videtur ante nos iuisse Osasc. decis. 1. num. 46. versus finem.

Non obstat dictum Baldi, in quo se fundat Ias. quia, si rectè consideretur, tota scriptura Baldi eo loci tendit ad sustinendam simplicem productionem instrumenti; & nos concedimus, quòd citatio non est necessaria quoad simplicem productionẽ iuxta ea, quæ scripsi ex hoc ipso loco Baldi supra limitatione præced.

19 LIMITA VI. secundum Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. sub num. 7. ibi. nisi fortè. vt non procedat quando post productum instrumentum esset seruatus terminus ad dicendum contra producta, de stylo Palatij seruari solitus, qui æquiparatur citationi saltem quoad iura prius producta.

20 Circa relatam formulam citationis, de qua supra sub num. 10. occurrunt duæ difficultates.

Prima est circa illa verba, *& repetita* cur apponantur.

Et, breuiter agendo, ratio est, quia iura, quæ fuissent producta ante contestationem litis non probarẽt, nisi repeterentur post litem contestatam intra terminum probatorium iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 4. & benè declarauit Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. c. 8. nu. 4.

21 Secunda difficultas occurrit circa illa verba. *& videndum iurare testes*. cur apponantur.

Huic difficultati resp. ista verba apponi, quia iura, seu scripturæ vt plurimum debent recognosci, alias non probant iuxta ea, quæ scribunt Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. num. 7. in fine. & num. 8. & latius Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 8. num. 19. & 20. & nos diximus latè infra num. 897. & seqq. ad eum.

CONCLVSIO III.

22 Tertia conclusio, quæ sequitur præcedentem, est: quòd productio instrumenti potest fieri vno ex seqq. modis. Primo, quòd transcribatur tenor instrumenti de verbo ad verbum in actis: & tunc ipse tenor efficitur de actis. Secundo, quòd non transcribatur de verbo ad verbum, sed ponatur effectus, puta N. produxit tale instrumentum, quod incipit sic, & finit sic, in quo continetur in effectu, quòd N. vendidit talem rem pro tanto pretio &c. & productio ista tàm iuxta primum modum, quàm iuxta hunc secundum sufficit pro obtinenda sententia, quia iudex satis dicitur instructus. Tertio modo, quòd nihil de eius tenore, vel effectu transcribatur, sed solum principium, & finis instrumenti: & tunc iterum erit producendum pro obtinenda sententia etiamsi aduersarius non peteret iterum produci: quare non sufficeret facere productionem sine transcriptione aliquorũ ex prædictis, quoniam esset productio incerta; & ideo Spec. arguit aliquos de falsitate, qui portant plenum saccum de scripturis, & dicunt: ego produco omnes istas scripturas, & postea reportant, & sic ignorantur quæ sint illæ: tota doctrina huius tertiæ conclusionis colligitur ex his, quæ scribit Paul. de Castr. in l. fin. n. 3. C. de fid. instr. & latius Ant. de Butr. in cap. quoniam contra. num. 23. vers. quæro an producto instrumento. de probat. sed Maran. in suo spec. par. 6. actu. 10. sub nu. 3. notat solum primum, & tertium modũ producendi.

Circa hos secundum, & tertium modum producendi scripturas aduerte; & primo circa 2. quòd eundem modũ transcribendi, seu registrandi principium, & finem cum clausulis necessarijs vti sufficientem approbat etiam Fely. in cap. quoniam contra. num. 51. vers. hanc conclusionem. de probat.

Circa tertium adde, quòd instrumẽtum productum isto tertio modo, etiam si sit expressus titulus ipsius instrumenti, vt puta Titius produxit tale instrumentum sui mandati, quod incipit, & finit, sic &c. non suffragatur eò, quòd non probat, nisi sit registratus totus effectus, teste Alex. in auth. si quis in aliquo. fallen. 7. sub num. 9. ibi. tamen dictam. C. de eden. & in cons. 6. ponderatis ijs. num. 8. lib. 4. quem refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. conclus. 711. sub num. 71. lib. 2. & ratio, quare non probet, est, quia isto casu tenor instrumenti non dicitur de actis iuxta ea, quæ ex Alex. Fely. Dec. & Mascar. retuli & sequutus sum infra num. 390. vers. prima illatio.

Et quòd productio hoc tertio modo facta nõ sufficiat ad obtinendam sententiã, sed requiratur noua productio, vt scribit Paul. de Castr. refert etiam, & sequitur ex eo Osasc. decis. 1. sub num. 50.

Adde tu quartum modum: quando producitur originale, & illud in actis relinquitur.

Sed an illa productio generalis omnium iurium, & instrumentorum, quæ sunt in tali sacculo sit bona, vide quæ scripsi infra num. 39.

Difficultates circa modos producendi scripturas.

DIFFICVLTAS I.

23 Circa istam tertiam conclusionem occurrunt multæ difficultates.

Prima est, nunquid is, qui produxit instrumentum in actis, possit illud recuperare, an potius debeat remanere apud acta.

Resp. quòd prima facie videtur dicendum, quòd non, sed quòd debet remanere apud acta argumento textus in cap. quoniam contra. de probat. vbi habetur, quòd originalia debẽt remanere apud scriptores. & textus in cap. fin. eod. & sic apertè videtur sensisse ritus magnæ Curiæ Neapol. 176. dicens, quòd ex dispositione dicti cap. quoniam contra. documenta originalia debent remanere penes acta; & ibi Carauit. in princ. intelligit pro documentis etiam instrumenta. & quòd acta originalia, & quælibet scriptura in iudicio exhibita debeant remanere apud notarium, & non apud partem, notat etiam Spec. tit. de teste. §. publicatis. in principio. quem refert, & sequitur Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 134. sub num. 23.

Contrariam sententiam: quòd instrumentum originale restituatur, dummodo illius copia, collationata, parte præsente, aut saltem legitimè citata, relinquatur in actis: tenuerunt Abb. & Fely. in cap. contingit. nu. 1. de fid. instrum. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. nu. 11. & hæc sententia videtur probari ex textu in l. fin. C. de fid. instr. prout ibi notat Paul. de Castr. not. 1. nu. 2. dicens, notari ex illa lege, quòd ille, qui semel produxit instrumentum in iudicio, potest post productionem reportare secum originale, nec tenetur dimittere apud notarium, quod, inquit, patet, quia si in casu dictæ l. fin. instrumentum remansisset apud notarium, non peteretur ab eo, quòd iterum produceret, sed à notario, quòd ipsum exhiberet. &, quòd hæc sententia sit vsu, & praxi recepta in Curia Romana, vt relinquatur copia collationata in actis, testatur Paul. de Castr. d. l. fin. num. 3. quem refert, & sequitur Vestr. d. lib. 6. cap. 1. num. 11. &, quòd seruetur in practica, asserit ritus magnæ Curiæ Neap. d. num. 176. & testatur Maran. in suo spec. par. 6. actu 8. sub num. 36. &, quòd seruetur in omni curia, scribit Carauit. d. ritu 176. sub num. 1.

CASVS I.

Quid dicendum? Distinguo duos casus.

Primus est: quando instrumentum producitur simpliciter.

Secundus est: quando producitur cum protestatione, seu

ne, seu saluo iure relaxandi copiam, & reportandi originale.

In primo casu constituo regulam, quòd originale debet remanere apud acta, quia statim atquè est productum efficitur de actis, & acta originalia debent remanere apud notarium, & priorem iudicem in causis appellationum d. cap. quoniam contra. & cap. fin. de probat. & ita in terminis benè declarauit Carauit. super ritu. 176. & ita procedunt omnia adducta pro prima opinione.

24 AMPLIA istam regulam, vt in tantum acta, seu alia quæuis scriptura, effecta de actis, debeant remanere apud notarium & iudicem, vt minus teneantur illa transmittere ad iudicem ad quem, sed solum copiam eorum authenticam, vt scribunt Glos. in l. eos. §. super his. in verbo. exempla. & ibidem Bar. num. 1. in fine. & Saly. C. de appell. Bertach. in suo repert. in verbo. acta originalia. & Carauit. super ritu. 96. num. 2. & notario contrafacienti, qui daret acta originalia, in Regno est imposita pœna falsi, vt refert Maran. in suo spec. par. 6. actu 10. num. 64. in fine.

25 RESTRINGE I. istam ampliationem vt non procedat; quando superior mandaret transmitti processum, seu acta originalia vt in d. cap. fin. de probat.

26 RESTRINGE II. quando notarij, seu actuarij contentantur dare processum originalē loco copiæ: quod actuarij; habito aliquo pretio; prout conueniunt cum parte appellāte solent facere, præsertim in causis criminalibus pro celeri expeditione carceratorū; & demum, finita causa appellationis, pars, quæ appellauerat, debet reportare processum originalem ad notarium iudicis à quo, vt recenset Carauit. d. ritu 96. sub num. 2.

27 LIMITA I. nunc regulam præmissam de relinquendo instrumentū originale, vt non procedat quando instrumentum productum esset generale ad alias causas, quia tunc originale esset restituendum, remanente copia apud acta, sicut scribit Spec. tit. de instrum. editione. §. nunc dicamus. num. 12. quem referunt, & sequuntur Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 134. sub num. 23. & ante eum Foller. in addit. ad spec. Marantæ actu 8. num. 37. in fine. loquentes de instrumento mandati, continente plura capita, & concludentes esse registrandam in actis illam tantum particulam mandati, faciētem ad illam causam, & instrumentum originale mandati esse restituendum, sicut scripsit etiam Bal. in l. instrumenta. num. 6. C. de fideicom. & hoc est verum in quouis instrumento, continente diuersa; puta quia contineat vnum testamentum, seu inuentarium, quod habeat diuersa capitula; quia tunc debet restitui originale, dimissa copia illius capituli, quo vult producēs vti, Spec. d. tit. de instrum. edit. §. videndum restat. num. 19. quem refert, & sequitur Papien. in pract. in forma petendi copiam instrumenti. in glos. cum anno. num. 8. fol. 337. & illius solius capituli facientis ad casum, in quo instrumentum est productum, & non aliorum separatorum tradendam esse copiam, notat Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 8. num. 8. num. 6. versus finem.

28 LIMITA II. vt non habeat locum in priuilegijs, quia sunt restituenda originalia, dimissa copia collationata, vt notat Bal. in d. l. instrumenta, num. 6. in fine. C. de fideicom.

29 LIMITA III. vt non habeat locum in Regno Neap. quando præsentatur instrumentum, vt liquidetur iuxta formam ritus magnæ Curiæ 166. quia tale instrumentum, elapsis duobus mensibus à die præsentationis, seu liquidationis, restituitur parti, relicta copia penes Curiam, vt notat Carauit. ritu. 96. limit. 2. sub num. 3.

30 LIMITA IIII. secundum stylum Rotæ, vt non habeat locum quando actor, qui produxit scripturas, seu instrumenta pro iure suo, peteret postea ab Auditore sibi restitui, reo non contradicente vsquè ad finem litis; quia tunc, copia retenta apud Auditorem de prædictis, & etiam iuramento præstito de reportandis, si Auditor voluerit; debent ei instrumenta restitui, vt dicit Rot. decis. 8. alias 741. de fid. instr. in antiq.

CASVS II.

31 In secundo casu constituo regulam in contrarium; videlicet, quòd satis sit relinquere copiam collationatam, vt scribit Carauit. d. ritu 96. nu. 3. & ritu 176. & ita procedunt omnia allegata supra sub nu. 23. vers. contrariam. &, vt ibidem dixi, ita practicatur.

32 DECLARA istam regulam, vt procedat in terminis propositæ difficultatis, videlicet, in instrumentis, alijsquè scripturis productis, secus in scripturis attestationum testium, protestationum, aliorumquè actuū quorum nulla producitur scriptura originalis, sed ab ipso actuario originaliter scribuntur, quia præfata scriptura originalis non debet partibus dari, etiam si quęuis adhoc premitteretur protestatio, seu adhiberetur cautela; & in istis loquuntur iura in cap. quoniam contra. & cap. fin. de probation. quæ disponunt, acta originalia debere remanere apud scriptores: nam sicut scriptura matrix, idest, protocollum instrumenti, quæ est originalis originalium debet remanere apud scriptorem, seu notarium, qui rogatus fuit, ita etiam scriptura processus debet remanere in actis apud actuarium, qui eam scripsit, & quòd originalia debeat remanere apud notarium, & quare vide Asin. in prax. §. 14. cap. 24.

Fallit tamen ista declaratio duobus casibus, quos notaui supra num. 25. & 26.

33 Sed tu Regnicola, qui vis scire quomodo conseruentur processus originales tàm ciuiles, quàm criminales, vide Carauit. super ritu. 96. num. 4.

DIFFICVLTAS II.

34 An in casu, quo originalis scriptura producta venit restituenda, sufficiat citatio sub illa formula: ad videndum productionem instrumenti, seu ad dicendum contra iura producta, & repetita iuxta ea, quæ scripsi supra sub num. 10. ibi. sed Rot.

Resp. quòd non sufficit, sed requiritur necessariò, quòd sit etiam citata ad videndum fieri collationem, & mandari illud restitui, retenta copia, concordata cum originali; aut, si iura iam fuissent registrata, ad videndum restitui iura registrata; prout scribunt Maran. in suo spec. par. 6. actu. 10. num. 4. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. num. 11. vers. cæterum. & Carauit. super ritu. 96. num. 3. vel requiritur saltem, quòd sit registratum, præsente parte, contra quam est productum, sicut scribunt Alex. cons. 6. ponderatis his. num. 8. lib. 4. & Maran. d. actu 10. num. 4. etenim, si sit registratum parte non citata, nō probat, quamuis esset registratum auctoritate iudicis, & per. 20. notarios, qui testarentur, se vidisse originale sine macula, & collationasse, teste Paul. de Castr. in auth. si quis in aliquo. sub num. 2. vers. in fine glos. C. de eden.

35 Et obiter nota, quòd, adueniente termino huius citationis, iudex mandabit, iura producta, & collationata restitui, facta tamen obligatione de illis toties exhibendis, quoties iudex iubebit, vt notat Rot. decis. 8. alias. 741. de fid. instrum. in antiq. & scribit Vestr. d. cap. 1. sub num. 11. lib. 6. sed an & quando sit postea pars cogenda ad iteratam productionem faciendam vide Paul. de Castr. in l. fin. not. 2. num. 4. C. de fid. instrum.

DIFFICVLTAS III.

36 An in productione instrumēti, seu alterius scripturæ vltra præmissam formulā citationis ad dicendū contra iura producta, debeat etiam dari copia vna cum competenti termino ad impugnandum, & dicendū contra.

Resp. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. de plano. sub num. 3. versus finem; quem referunt, & sequuntur Alex. in addit. ad eundem Bar. in l. fin. in principio. C. de fid. instrum. Rom. cons. 156. honorande domine. sub num. 3. & Ias. in l. ait prætor. §. si iudex. nu. 21. ff. de re iud. quem citat Masuer. in addit. ad pract. Papien. in forma productionis instrum. in glos. in illis passibus. in 1. additione in fine fol. 332. tenet, quòd illud,

lud, quod producitur ad probandum, non probat, nisi illius copia detur parti cum termino ad opponédum. & quòd Bar. in hoc sit communiter * approbatus, scribit Osasc.decis.1.num.47.vbi alios citat.

37 RESTRINGE tamen istud dictum Bartoli sic communiter approbatum, verum esse in criminalibus, vt scribunt Osasc.d.decis.1.sub num.47.& Masuer. in addit.ad pract.Papiens.in forma productionis instrumentorum.in verbo.exhibens & producens. in principio. fol.328.secus est in ciuilibus, quia traditio copiæ vna cum termino ad opponendum non est necessaria, nisi fuerit petita, testibus iisdé Osasc. & Masuer.vbi supra & Mascar.tract.de probat.conclus.922.num.4.lib.2.& ita practicatur.

DIFFICVLTAS IIII.

MODVS I.

38 An productio generalis omnium, seu multarum scripturarum, & iurium sit valida.

Resp.distinguendo tres modos producendi.

Primus est, quando producuntur omnia iura & instrumenta, vt puta: *compareo, & produco omnia iura & documenta*: Et breuiter isto casu dico, quòd productio nõ est bona, quia est incerta, & nimis obscura Crauet. trac.de antiq tép.rub.reuocare consiliũ.verf.quæritur. num. 16.fol.mihi 132.& Asin.in prax.§.22.cap.6.num. 1.& probatur argumento textus in l.aut qui aliter. in princ.vers.si quis se.ff.quod vi aut clam.

MODVS II.

39 Secundus est, quando producuntur omnes scripturæ, existentes in tali sacculo: & in isto reperio aliquam contrarietatem inter Doctores.

Nam Papiens.in pract.in forma productionis instrumentorum. in glos. & primo quidem. fol.334. & Bertach.in suo laborioso repert. in verbo. acta in vna instantia facta. videntur tenere, quòd non sit bona: inquit enim Bertach.quòd non sufficit producere acta simul in filza, & scribi de productione in fine, vt moris est Firmi, sed quòd sunt omnia specificè producenda. pro qua opinione possunt considerari motiua, adducta per Rom. mox infra citandum.

CONTRARIAM opinionẽ, & benè firmauit Rom. sing.310.hæsitatum fuit multum. quem referunt, & sequuntur Dec.in cap.pastoralis. num. 41. de except. & Asin.d.§.22.cap.6 nu.2.& 3.& hoc idem benè firmauit Fely.in cap.imputari.num.10. in fine. vers. vltimo dicit.& num.11.& 12.de fid.instrum.hancquè opin. in in effectu tenuit Spec.tit.de instrum.edit.§. videndum restat.sub num.6.versus finem.ibi.ar. tamen contra. & , quòd hæc opinio de facto seruetur, testatur ibi Io. Andr.in addit.in verbo.ver.1. quos in effectu refert, & sequitur Ant.de Butr.in d.cap.imputari.sub num.2.ibi. sed si quis.de fid.instrum.& ratio est, quia illa generalis productio omnium instrumentorum est specificata & restricta ad instrumenta, contenta in sacculo, vt scribit Fely. vbi supra. adducens illud, quod notat Bar. in l. accepimus. ff. de auth. tut. & in l.si finita. §. iulianus.ff.de damn.infect.dicens, valere comparitionẽ procuratoris, dicentis: compareo generaliter pro omnibus meis causis, coram vobis pendentibus.

40 Confirmatur ista opinio; quia coram iudice successore possunt produci, seu reproduci generaliter omnia acta, facta coram priori iudice iuxta consilium Bartoli in l.2.num.5.in fine.C.de eden.quem refert, & sequitur ibi Dec.nu.33.inferens ex dictis per Bar. quòd in alia instantia productio actorum est necessaria, & quòd valet productio omnium actorum, licet articulariter non sit facta specificatio actorum.

41 ALIA opinio, quæ erit tertia, & fœdere distinctionis tendit ad conciliandas istas contrarias, colligitur ex his, quæ refert Asin.in prax.d.§.22.cap.6. sub nu.5. ibi. contrariam verò. & num.6. ex Barb. cons. 8, dub. vlt.lib.1. quem citant Dec.in l.2.sub nu.33. in fine. C. de eden.& Cagnol.in l. 2.nu.113.C.de pact.int. vend. & empt. vt prima opinio negatiua, quòd productio nõ sit bona, procedat, parte opponente de generalitate: secunda verò procedat, parte non opponente.

Hæcquè distinctio videtur confirmari ex generali theorica, quòd generalitas admittitur, parte non opponente, secus parte opponente; sicut diximus lib. præced.cap.50. num. 14. in libello generali, & obscuro quòd admittitur, parte non opponente, secus parte opponente.

42 Sed ego; reiecta tam ista distinctione, quàm prima opinione; non recedo à secunda, quòd talis productio sit valida siue pars opponat, siue non: & moueor, quia per illam restrictionem, ad cõtenta in sacculo, tollitur omnis generalitas, & obscuritas: &, quòd ista 2.opinio sit verior, testatur Crauet.tract.de antiq.temd.rub.reuocare consilium.vers.quæritur etiam. nu.18.fol. 132. &, quòd sit magis communis, * & ab ea non sit recedendum, scribit Asin.d.cap.6.num.8.in fine.

43 Non obstat quod diximus de non admittenda generalitate: quia resp.quòd illud procedit, quando illa generalitas posset recipere varios sensus, variosquè intellectus, ex qua varietate tolleretur defensio, aut facultas deliberandi alteri parti, vt puta, si quis diceret: produco sex instrumenta, quæ pro me magis faciunt, ex istis omnibus, quæ sunt in isto sacculo; quod non est in casu prædictæ productionis, quia clarè constat quæ instrumenta producuntur.

Nec obstant Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune. num.32.ibi.sit tamen cautus. ff. de acquir.possess. & Mathesil. sing.161.nota singularem doctrinam. in quibus Bertach. firmat dictam primam opinionem contrariam huic 2.

44 Quia resp. quòd tàm Bar. quàm Mathes. qui eum sequitur, non dicunt, quòd productio non sit bona, sicut ad hoc eos allegat Bertach. sed solum admonent reum, vt acta primi iudicij producat in secundo, quia, inquit, acta etiam inter easdem personas non probant in alio iudicio, nisi quis eis vtatur, prout hanc eandem responsionem tradit ante nos Crauet. d. rub. reuocare consilium.vers. quæritur etiam. sub nu.21. fol. 132.quẽ refert, & sequitur in omnibus Asin.in prax. §. 22.cap.6.num. 6. vers. verum. & num. 7. quos poteris videre, quia respondent omnibus.

45 DECLARA nunc istã secundã opinionẽ, seu secundum modũ producendi, vt procedat dummodo cautũ sit, quòd scripturæ contentę in sacculo non possint detrahi, seu variari, quin cognosceretur detractio, seu variatio: & ideo notarius deberet singularum scripturarũ, contentarum in sacculo, annotare saltem principiũ & finem: & nihilominus debent ramanere apud acta in filza, seu sacculo, alias pro obtinenda sententia essent iterum producenda iuxta ea, quę scripsi supra sub num.22, ibi.tertio modo.

MODVS III.

46 Tertius modus est, quando producuntur in sacculo cum protestatione, quòd intendit producere solum facientia ad causam, vt loquitur Ant.de Butr.seu ad victoriam causę meæ, vt loquitur Rom. seu in passibus, & punctis, quæ faciunt pro me, vt loquitur Ias. omnes infra citandi, & alia, quæ non faciunt ad causam, vult haberi pro non productis.

Et breuiter concludo, quòd eiusmodi productio non admittitur, seu non tenet secundum Ant.de Butr. in c. imputari.sub nu.2.& ibidem Fely.sub nu.12.de fid. instrũ.Rom.sing.310. hæsitatum fuit.Ias. in l.titiæ textores.vers.tertio adde.num.7.ff.de leg.1.& Asin.in prax. §.22.cap.6.num.3.& ratio est, quia tunc productio vigore illius protestationis rediret ad incertitudinem, vt scribunt Crauet.tract.de antiq.temp.rub. reuocare consilium.in verbo.quæritur etiam.num.20.fol.132.& Asin.vbi supra, & ita videtur sentire Corn. cons. 14. in præsenti consultatione. sub num.12.versus finem. lib.2. dicens, quòd si verba producentis scripturas nõ adaptantur ad aliquas scripturas in volumine producto compræhensas, non censentur illæ scripturæ productæ.

47 LIMITAREM tamen, seu restringerem istam conclusionem esse veram solum, parte opponente, secus, parte

parte non opponente per ea, quæ dixi ſupra num. 41. Et aduerte quia licet nullus Doctor, quem viderim, aduerterit iſtam reſtrictionem, tamen cenſeo eam eſſe de mente eorũ, qui ſcribunt, proteſtationẽ producentis inſtrumentũ in parte, & partibus, facientibus pro producente non iuuare producentem, ſi pars aduerſa diſſentit, ſecus ſi conſentit.

48 LIMITA II. eandem concluſionem, vt non procedat, quando loci diſtantia, vnde iura perferuntur, ſeu anguſtia termini dati ad producendum non paterentur, vt productor potuerit diſcernere, & etiam conſulere, ſi ſit idiota, ſeu non iureperitus, quæ ſint pertinentia, & facientia ad victoriam cauſæ, quia tunc admitti deberet productio cum præfata proteſtatione, vt ſcribunt ijdem Ant. de Butr. Fely. Rom. & Aſin. qui alios allegat in locis citatis, & Crauet. tract. de antiq. temp. par. 1. rub. ſcriptura priuata nu. 87. fol. 132. quare Ant. de Butr. eod. loco inquit, quòd iudex benè faceret, ſi terminum prorogaret: & pro exemplificatione huius limitationis vide Rom. d. ſing. 310. hæſitatum fuit in fine.

49 LIMITA III. quando certò produceretur vnum inſtrumentum, ſeu duo inſtrumenta, aut plura, relinquendo ea in actis, vel eorum tenorem, tranſcriptum ita, vt illud vnum, ſeu plura inſtrumenta apparerent certò producta, quia tunc; licet eſſent producta cum proteſtatione in parte, & partibus facientibus pro producente; nihilominus productio teneret; quia conſtaret de numero inſtrumentorum productorum: eſſet enim certum, quòd ea omnia inſtrumenta ſunt producta, ſed ſola difficultas remaneret, an partes, & particulæ inſtrumentorum productorũ, præiudiciales producenti, haberentur pro non productis: & de iſta limitatione non video dubitatum apud Doctores: quia cum ipſi in hac productione contendãt ſolum, an iſta proteſtatio ſit admittenda, ſeu iuuet producentẽ, vt patet ex allegatis in ſequenti dubio, neceſſariò præſupponunt terminos habiles, videlicet, quòd productio in ſe ſit valida.

Verum nos contra iſtam limitationem obijcimus: quòd valet argumentum de toto ad partem l. quæ de tota. ff. de rei vendic.

Sed in toto, videlicet, in pluribus inſtrumentis productis cum proteſtatione, quòd ea ſolum cenſeantur producta, quæ faciunt pro producẽte, proteſtatio eiuſmodi annullat productionem, vt dixi ſupra num. 46. verſ. & breuiter. Ergo debet annullare in parte, videlicet, in inſtrumento producto in parte, & partibus, cum declaratione tamen, quam ſcripſi ſupra nu. 47. Cogita ſuper iſta obiectione, quia eſt fortis, quamuis Doctores tranſeant ſicco pede.

Proteſtatio, qua producens ſcripturas, proteſtatur ſe producere in parte, & partibus an iuuet proteſtantem.

EFFECTVS I.

50 Dubium non leue inſurgit: An eiuſmodi proteſtatio in caſu præcedentis tertiæ limitationis iuuet producentem.

Diſtinguo triplicem finem, ſeu effeſtum proteſtationis.

Primus eſt, quando producens intendit per hanc proteſtationem euadere illam tacitam approbationem ſcripturæ inualidę, & confeſſionem, quæ oritur ex productione iuxta ea, quę ſcripſi infra concluſ. 5. nu. 408. & ad effectum, vt ſine obſtaculo præfatæ acceptationis, & tacitæ confeſſionis poſſit venire contra inſtrumentum productum in parte, & partibus ſibi nociuis.

Secundus eſt, quando haberet itentionem impugnandi in aliqua parte ſcripturam, à ſe productam, ſed vellet occurrere, ne ſibi in parte, quam acceptauit, opponatur, quòd ipſe non poteſt ex illa ſcriptura vllum commodum conſequi etiam in parte acceptata per regulam, quòd nemo poteſt ſe fundare in actu, quem impugnauit iuxta textum in cap. ex eo. de reg. iur. in 6. & congeſta per Gabr. in concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 1.

Tertius eſt, quando producens ſcripturas intendit per hanc proteſtationem reſtringere productionem ſeu annihilare, & ſaltem debilitare probationem inſtrumenti in ea parte, quæ ſibi producenti noceret.

Capio primum effectum: & concludo, quòd talis proteſtatio iuuat, & eſt valdè vtilis iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 66. & ſeqq. & num. 425. verſ. confirmatur. & num. 429.

EFFECTVS II.

51 Capio ſecundum: & concludo, proteſtationem eſſe inutilem: quia aut impugnat actum, & proteſtatio non ſaluat ab impugnatione, quia tollitur per factum contrarium: aut non impugnat; & tunc non eſt neceſſaria; & vtroquè caſu attendi debet diſpoſitio iuris.

EFFECTVS III.

52 Capio tertium: & punctus videtur diſputabilis: nam prima facie videtur dicendum, quòd proteſtatio iuuet per ea, quę, diſtinguendo reſoluit in pluribus membris diſtinctionis Bar. in l. aurelius, §. item quæſijt. num. 1. & ſeqq. ff. de liber. leg. & remiſſiuè ad illum §. in l. publia meuia. §. titius ſempronio. num. 4. ff. depoſ. quem ſequuntur Papien. Fely & Veſtr. infra citati, & nonnulli alij: & quòd proteſtatio iuuet, refert, & ſequi videtur Ant. de Butr. in cap. cum olim num. 19. de cenſib. ex Innoc. ibidem. & ita generaliter reſpondit Alex. conſ. 136. in cauſa & lite num. 23. lib. 2. & ab hac opinione non eſſe recedendum ſcribit Fely. loco infra citato; &
✻ hanc eſſe communem * arbitratur Grauat. in addit. ad pract. Veſtr. lib. 6. cap. 1. ſub num. 21. &, quòd iſta proteſtatio ſit etiam vſu recepta in Palatio, ſcribit Veſtr. d. lib. 6. cap. 1. ſub num. 6. ibi. & vſu recepta, &, quòd talis cautela proteſtandi inualuerit in iudicijs, teſtatur Alber. de Roſ. in l. 1. §. editiones. col. penult. verſ. ex præmiſſis. ff. de eden. quem citant etiam Iaſ. ibidem ſub num. 18. verſ. ſed aduerte. Dec. in l. fin. ſub num. 25. C. de eden. & Natt. conſ. 365. dubitatur. ſub num. 4. lib. 2.

Ratio huius opinionis, adducta per Papiẽs. in prac. in forma productionis inſtrumentorum. in gloſ. in illis paſſibus. num. 2. fol. 331. eſt, quia actus agentis non debet operari vltra eius intentionem l. non omnis. ff. ſi cert. per. & ad tollendas replicationes, quæ aduerſus iſtam rationem poſſent opponi, adde aliam rationem, adductam per Fely. in cap. cum venerabilis. ſub num. 23. verſ. limita 2. de except. videlicet, quia in dependentibus à proteſtate mea proteſtatio iuuat, ſed producere, inquit, & productione vti pendet à me. Ergo.

53 Contrariam opinionem; quòd iſta proteſtatio non iuuet; tenuerunt Bal. in l. 1. num. 5. verſ. ex hoc. C. vt quæ deſ. aduoc. dicens, quòd quamuis pars, producendo acta, dicat, ſe producere ea in quantum faciant pro ſe, tamen, inquit, iudex poteſt inhærere actis etiam quatenus faciant contra producentem. & idem Bald. in cap. præſentium. col. 2. verſ. ſed quid ſi producens. de teſtib. Paul. de Caſtr. conſ. 331. in cauſa ſilueſtri. ſub num. 1. verſus finem. ibi. nec poteſt dicere. lib. 1. & in d. l. 1. num. 5. C. vt quæ des. aduoc. vbi in effectu videtur ſequi Baldum ibidem, vti ſingulariter loquentem. Rom. conſ. 433. quoad primũ. ſub nu. 11. Natt. d. conſ. 365. dubitatur. ſub nu. 4. Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 8. num. 9. & hæc opinio magis placet Iaſoni in l. non ſolum. §. morte. ſub num. 26. ff. de oper. nou. nunt. &, quòd hæc opinio ſit verior, ſcribit Dec. in d. l. fin. num. 26. C. de eden. &, quòd ſit verior, & receptior,
✻ * ſcribit Oſaſc. deciſ. 39. ſub num. 26. quem refert, & ſequitur Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in forma productionis inſtrumentorum. in gloſ. in illis paſſibus. in penult. add. fol. 332. ✻ & ratio huius opinionis, aſſignata à Paul. de Caſtr. d. conſ. 331. Dec. loco proximè citato, & ab alijs, eſt, quia non eſt in poteſtate partis reſtrin-

ſtringere vim probatiuam,& facere quominus iudex præſtet fidem inſtrumento contra producentem: adde tu, quòd in his, quæ non pendent à voluntate, ſeu poteſtate proteſtantis,proteſtatio nihil iuuat iuxta ea, quæ dixi infra num.58.

Et, tenendo iſtam opinionem, reſpondeo ad rationem adductam per Fely. quòd licet producere & vti productione ſit in poteſtate producentis, tamen poſtquam facta eſt productio non eſt in poteſtate eius, quin pars aduerſa poſſit vti eodem inſtrumento pro-
55 ducto: † imò, etiam parte aduerſa tacente, non eſt in poteſtate producentis diuidere ſcripturę fidem, quæ eſt indiuiſibilis;&,quòd ſit indiuiſibilis, dixit Crauet. tract.de antiq.temp.par.1.rub.ſcriptura priuata. num. 75.fol.131.

56 RETENTA hac contraria communi opinione.

AMPLIA I. ſeu mauis exemplifica eam, vt habeat locum; quando aduerſarius, contra quem producitur inſtrumentum cum præfata poteſtatione; reproduceret idem inſtrumentum productum cum eadem proteſtatione,quatenus ſcilicet facit ad ſui fauorem,quia elideretur proteſtatio producentis ſecundum Iacob.Butr.in l.nimis graue.C. de teſtib. quē refert,& ſequitur Papien.vbi ſupra,ſubdens in fine, eſſe bonum conſilium; quòd vtraquè pars ſit præſens in productione inſtrumentorum,& ſecundum Alber. de Roſ.in l.1.§. editiones. ff. de eden. quem ibidem refert,& ſequitur Iaſ.num.18.in fine.& in l. non ſolum. §.morte.ſub num.26.ff.de oper.nou,nunt. & procedit iſta ampliatio etiam ſi aduerſarius reproduceret inſtrumentum ſimpliciter ſine alia proteſtatione, quia de ſui natura intelligeretur producere ad ſui fauorē, & ſic in partibus facientibus contra aduerſarium:hácquè eandem ampliationem ſub diuerſis verbis tenuerunt Dec. in cap.cum venerabilis. ſub num. 101. de except.& Crauet.qui eum refert,& ſequitur.d. tract. de antiq.temp.par.1.rub.ſcriptura priuata. ſub num. 73.fol.131.dum dicunt, quòd præfata proteſtatio non iuuaret, quando aduerſarius,contra quem producuntur ſcripturæ, contradiceret, dicendo, ſe velle vti dictis ſcripturis, ſeu inſtrumentis productis, non obſtante proteſtatione; quod idem ex Ant. de Butr. refert Iaſ. in d. §.morte. ſub num. 26. ff. de oper. no, nunt.& retulit etiam, ſed non benè Maſcar. tract de probat.concluſ. 915.inſtrumentum producens. num. 23.lib.2.

57 EXTENDE iſtam ampliationem contra Dec.& Crauet.in locis proximè citatis,vt habeat locum etiā ſi pars,contra quam producitur inſtrumentum, eſſet præſens proteſtationi, & nihil opponeret; quicquid diſtinguendo dixerit in cotrarium Dec. vbi ſupra,qui conatus eſt conciliare opiniones, vt, parte non contradicente, proteſtatio iuuet,ſecus parte opponente: & moueor pro iſta extenſione,quia nihil obſtat,quominus poſſit poſtea aduerſarius quandocunquè ante lapſum terminum probatorium declarare,ſe velle vti inſtrumento producto; exquò eſt effectum commune iuxta ea, quæ dixi infra nu. 383. in 4. concluſione. quia dato, & non conceſſo,quòd producens poſſit proteſtari, ſe nolle vti productione inſtrumenti,niſi in paſſibus ſibi fauorabilibus,tamen non poteſt proteſtari,quòd illud inſtrumentum productum non efficiatur commune.

58 SVBEXTENDE, quòd etiamſi aduerſarius, contra quem eſſet productum inſtrumentum,omnino taceret tàm tempore proteſtationis, quàm poſtea, nihilominus ſi iura producta probarent ad eius fauorem,iudex ad eius fauorem deberet ferre ſententiam,quoniam illa proteſtatio operatur,& iuuat producentem iura ſolum in hoc, quòd non præſumitur acceptare nociua, contenta in iuribus, à ſe productis iuxta ea, quæ declaraui infra num.67.& 429.ſed non poteſt impedire quin illa iura operentur ſuum effectum naturalem, hoc eſt,quin probent,ſi ſint iura publica, authentica, ſolemnia,ſeu aliter probantia:nam proteſtatio circa ea,quæ non pendent à voluntate noſtra, ſed ex diſpoſitione legis,vel voluntate alterius,nihil operatur argumento textus in l.alimenta.C.de neg.geſt.vbi Doct, & ſcribunt Bar.in l.non ſolum.§.morte.num.31. verſ. circa quintum. & ibidem Iaſ. num.26.& 27.ff.de no u. oper.nunt.& ita in ſpecie noſtra tenuit Iaſ.ſub d.num. 26.ibi,pondera ergo. vbi poſt relatam cautelam proteſtandi & contraproteſtandi, quam refert ex Alber. & Ant.de Butr.ſubdit,quòd ſecundum iſtos cautela producentis,vt proteſtetur eſt bona & tenet,niſi aduerſarius è contra proteſtetur:poſtea concludit, ſibi plus placere primam ſententiam, quòd proteſtatio producentis inſtrumenta non releuet; quia talis proteſtatio non pendet à voluntate noſtra; & hæc eſt vera opinio, tenenda in conſulendo, & iudicando, pro qua facit quod refert Crauet.tract.de antiq.temp.rub.ſcriptura priuata.in verbo.viſo de verbis.num. 76. ibi. & in hac materia eſt differentia.fol.131.dicens, quòd fides inſtrumenti cum pendeat à lege nō poteſt in parte acceptari,& in parte ſeparata non acceptari,ſecus, inquit, in ſcriptura priuata, cuius fides & probatio pendeat à voluntate partis:quia poteſt in parte approbari,& in parte ſeparata non approbari.

59 AMPLIA II. vt præcipuè locum habeat in productione inſtrumenti proprij producentis, quia narratis in eo ſtaretur contra eum,nec poſſet recipere partem pro ſe,& non partem contra ſe Rot.deciſ.3.alias 282. verſus finem.de fid.inſtrum. in nou.quam referunt, & ſequuntur Ant.de Butr.in cap. cū venerabilis.n.38.de except.Mil.in repert. in verbo. producēs inſtrumentū cū proteſtatione.Alex.conſ.124.viſo proceſſu.n.6.lib. 7. quicquid dubitando ſcripſerit Fely. in d. cap. cum venerabilis.ſub num.23.verſ.primus eſt.de except. dicens, quòd Doctores,qui limitando tenent,quòd proteſtatio iuuet producentem,loquuntur etiam in productione propriæ ſcripturæ: dicimus enim,quòd ſicut eorum opinio, dum tenent, quòd proteſtatio iuuet, non eſt vera per ea, quæ nos in contrarium retulimus & ſequuti ſumus ſupra num.53.ita multò minus erit vera in productione propriæ ſcripturæ; & contra Fely.ſentit,& opponit Crauet.tract.de antiq. temp. par. 1.rub.ſcriptura priuata. ſub num.84.fol.132.

60 EXTENDE ampliationem iſtam, vt habeat locum etiam ſi inſtrumentum, ſeu ſcriptura propria contineret capitula ſeparata: quia licet Fœly. in cap. imputari. in fine. ſub num. 13. de fid. inſtrum. referat, & ſequatur ex Imo. in cap. cum venerabilis. de except. communem* opin. eſſe, quòd tunc proteſtatio iuuet, & vtrumq. referendo ſequatur etiam Veſtr. in pract. lib.6. cap.1. ſub num.6. ibi. quam tamen proteſtationem. tamen ego cenſeo opinionem iſtam non eſſe veram; ſicut ante nos cenſuiſſe videtur etiam Crauet. tract. de antiq. temp. par.1. rub. ſcriptura priuata. ſub num.72. fol.131. dicens, non eſſe diſtinguendum, an capitula ſint ſeparata, vel connexa; quia Doctores loquuntur vniuerſaliter, & apertius rurſus ſub nu. 84. fol. 132. vbi argumentatur contra Fely, & ego addo aliam rationem,videlicet,quia licet producens proteſtetur,ſe non acceptare illud caput nociuum;tamen ſi ſcriptura de ſe aliter ſit probabilis in illo capitulo, dico, quòd probabit ad fauorem aduerſarij, non obſtante proteſtatione.

61 AMPLIA III. vt habeat locum, quando inſtrumentum productum eſſet factum inter ipſum producentē, & eum, contra quem producitur, quia proteſtatio eo caſu non iuuaret. Alex. conſ. 124. viſo proceſſu, ſub num.6. paulò ante finem. lib.7.& Crauet. qui eum ſequitur dicta rub.ſcriptura priuata. num. 82. in fine &
62 apertè num, 84. fol. 131. † Et huius tertiæ & ſecundæ præcedentis ampliationis alia peculiaris ratio reddi poteſt vna cum Crauet. ſub dicto num. 84. videlicet, quia iſta proteſtatio tendit ad impugnandum inſtrumentum; ſed nemo poteſt contrauenire facto ſuo proprio.

63 AMPLIA IIII. vt habeat locū quando inſtrumentum, quod aduerſarius producit, eſſet tale, quod teneretur edere aduerſario petenti; quia proteſtatio in eius productione non iuuaret ſecundum Alex. dicto conſ.124. ſub num.6. lib. 7. & Fely. in cap. cum venerabilis. ſub num.23. verſus finem. verſ. tertius caſus. de except.

64 AMPLIA V. in productione actorum, quia proteſtatio, quam litigantes facere ſolent in prima poſitione

tione, quando reproducunt omnia acta, & iura pro ſe facientia, & non aliter nec alio modo, proteſtatio eſt inutilis, & ſic illa practica redditur fruſtratoria quoad effectum, de quo loquimur: & ratio eſt, quia acta ſunt communia.

65 AMPLIA denique, vt procedat etiam ſi produceret ſcripturam abſolutè propriam partis aduerſæ, quia adhuc proteſtatio non iuuaret ad tollẽdam probationem, quam illa ſcriptura de ſui natura faceret, vt dixi ſupra num. 58.

66 Nequè obſtat Rot. deciſ. 3. alias 282. licet quis. de fid. inſtrum. in nou. dum dicit, quòd contenta in appellatione aduerſarij non nocent alteri aduerſario producenti appellationem illam cum proteſtatione in parte, & partibus facientibus ad ſui producentis fauorem.

Quia reſp. quòd Rot. non ſolum ſe fundat in proteſtatione, quæ, vt dixi, eſſet fundamentum debile, ſed etiam ſe fundat in eo, quòd illa verba appellationis de ſui natura non ſunt probantia, exquò ſunt narratiua partis, & notarij, & non diſpoſitiua. Et quia hæc ampliatio eſt mirabilior omnibus, ideo omitto reliquas, quæ poſſent ſumi ex illis quinque caſibus, quos ponit Fely. in cap. cum venerabilis. ſub num. 23. de except.

Proteſtatio in productione ſcripturæ priuatæ quòd habeatur pro producta in parte, & partibus, an, & quando iuuet.

SPECIES I.

67 Reſtringe nunc, ſeu declara præfatam contrariam & communem opinionem, & omnes iſtas eius ampliationes, vt habeant locum ſolum in ſcriptura publica, quæ de ſui natura probat, ſecus autem in ſcriptura priuata, quæ de ſui natura non probat, ſed ſolum haberet tacitam approbationem, ſeu confeſſionem producentis eo, quia producendo videretur conſiteri omnia contenta in ſcriptura producta iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 408. in 5. concluſione. quia iſto caſu conſidero duplicem ſpeciem ſcripturæ: quædam enim ſcriptura de ſui natura nullatenus probat: quædam verò probat ſaltem pro altero ex litigantibus.

Capio primam ſpeciem, videlicet, ſcripturam, quæ de ſui natura nullatenus probat: & procedo, diſtinguendo: Aut quæritur, an proteſtatio ſit vtilis ad impediendam tacitam confeſſionem, & approbationem, quæ oriretur ex productione: & iſto caſu concludo proteſtationem in eius productione eſſe nedum vtilẽ, ſed etiam neceſſariam, quia operatur, ne producens ſcripturam cenſeatur confiteri omnia contenta in ea, teſtibus Fely. & Dec. quos retuli, & ſequutus ſum infra nu. 429. verſ. limita eandẽ. alias, ea omiſſa, cenſetur producens fateri, & acceptare omnia, contenta in ſcriptura à ſe producta iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum infra num. 408. concluſ. 5. & ratio huius concluſionis eſt, quia cum producere, vel non producere pendeat à voluntate producentis, ſicut ex Fely. in cap. cum venerabilis ſub num. 23. verſ. limita, ſecundo. de except. retuli ſupra nu. 52. verſ. ratio. & ſimiliter acceptare, & non acceptare ſeu cõfiteri vt dixi

68 infra num. . . . . . meritò proteſtatio releuat, ✝ quia valide proteſtamur de eo, quod dependet à voluntate noſtra argumento textus in l. alimenta. C. de neg. geſt. & hoc non habet difficultatem, ſicut patet ex his quæ ſcribunt Bar. & Iaſ. in l. non ſolum. §. morte. ff. de de nou. oper. nunt. vbi in proteſtatione declaratoria voluntatis proteſtantis quærunt ſolum de modo faciendi

69 eam. ✝ Aut quæritur, an proteſtatio operetur alium effectum in præiudicium eius, contra quem producitur ſcriptura: & concludo, quòd non, quia, dempto primo effectu approbationis, ſcriptura remanet in ſuo eſſe, & currit ſuo marte.

SPECIES II.

CASUS I.

70 Capio ſecundam ſpeciem, quæ contingit in ſcriptura, facta propria manu alterius ex collitigatoribus: & in iſta ſpecie diſtinguo duos caſus.

Primus eſt, quando ſcriptura eſt facta manu eius, qui eam producit.

Secundus eſt, quando eſt facta manu eius, contra quem producitur.

In primo concludo intrepidè, proteſtationem, quæ fieret ab ipſomet, qui ſcripturam producit, eſſe nullius momenti; & moueor, quia ſcriptura priuata probat de iure contra ſcribentem l. contra qui propriam. & l. generaliter. C. de non num. pecun. & ibi Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & alij. l. publia meuia. §. fin. ff. depoſ. Petr. de Bellaper. in l. cõparationes. nu. 1. & 2. C. de fid. inſtr. Spec. tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. nu. 7. verſ. illud etiã not. Bar. in auth. at ſi contractus. num. 7. & 8. C. de fid. inſtrum. & in l. nuda ratio. nu. 5. & 6. ff. de donat. Bal. conſ. 26. dictæ ſcripturæ. num. 1. lib. 4. & conſ. 453. ad intelligentiam. ſub num. 1. lib. 5. Paul. de Caſtr. conſ. 312. ad primum reſpondetur. num. 2. lib. 2. Alex. conſ. 42. in cauſa & lite. num. 16. lib. 3. & conſ. 91. circa primum. num. 1. lib. 4. Iaſ. in l. non ſolum. §. morte. ſub nu. 26. verſus finem. ibi. mihi plus placet. ff. de oper. nou. nunt. Crauet. tract. de antiq. temp. par. 1. rub. ſcriptura priuata. num. 2. & 15. fol. 129. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 111. de apocha. limit. 9. num. 22. lib. 1. & concluſ. 1294. num. 2. lib. 3. & quia tunc neceſſariò tenetur ſtare proprię ſcripturæ, præſertim à ſe ipſo productæ, quia ſcriptura priuata probat contra producentem, licet ei nõ proſit. Spec. tit. de inſtrum. edition. §. reſtat videre. nu. 7. verſ. porrò. & ideo proteſtatio nõ releuat argumẽto textus in l. alimenta. C. de neg. geſt. ex quo textu, ſicut notant ibi Bar. num. 2. & Bal. num. 3. in fine, colligitur quòd proteſtatio non releuat in his, quæ à voluntate proteſtantis non dependent, ſed ſunt deciſa, & determinata per legem; quod dixi etiam ſupra num. 58. ibi. nam proteſtatio. & ideo malè videntur meo iudicio ſentire Bal. in l. 1. nu. 14. in fine & nu. 15. ibi. & ideo. C. de confeſſ. & Fely. in cap. 2. num. 25. in fine. de fid. inſtrum. dũ aiunt, quòd cautè faciunt litigatores, qui in productione ſui libri rationum dicunt, quòd illum producunt in quantum facit pro ipſis producentibus. & ita in ſpecie contra eos videtur ſentire Iaſ. in d. §. morte. ſub num. 26. ibi. hinc infertur. ff. de oper. nou. nunt. vbi poſtquam concluſit contra Alber. & Canoniſtas, quòd proteſtatio producentis inſtrumenta non releuat, infert notabiliter, quòd ſi producens ſcripturam, factam manu aduerſarij, proteſtaretur, proteſtatio eſſet valida: quia illa ſcriptura non probat pro ſcribente: ergo infero à contrario ex eius ſententia, quòd proteſtatio eſſet inualida, ſi eſſet facta manu ipſius producentis; quia probaret contra ſcribentem.

Ratio, quare ſcriptura priuata probet contra ſcribẽtem, eſt, quia, vt dicit textus in d. l. generaliter. in fine. nimis indignum eſt, quòd ſua quiſquè voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eũdem caſum infirmare, teſtimonioquè proprio reſiſtere.

71 DECLARA iſtam concluſionem in eo, quod diximus, ſcripturam priuatam probare contra ſcribẽtem, eſſe veram & procedere, quando pars non negat, ſe illam feciſſe, teſte Spec. tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. verſ. in ſumma. num. 6. ſeu confitetur, ſe illam ſcripſiſſe, ſicut loquuntur Bar. in d. l. nuda ratio. nu. 6. ff. de donat. & in d. auth. at ſi contractus. num. 8. Vbert. de Lampugnano inter conſ. Baldi conſ. 476. factum tale eſt. ſub nu. 5. lib. 1. cui ſe ſubſcripſit ipſe Bal. & idem Bal. conſ. 453. ad intelligentiam. num. 1. lib. 5. Paul. de Caſtr. d. conſ. 312. num. 2. & in l. admonendi. ſub num. 42. ff. de iureiur. & ibidem Iaſ. in 2. repetit. num. 85. ibi. primus. & Rip. nu. 101. ibi. iſta regula. Fely. in c. 2. limit. 5. nu. 12. de fid. inſtr. Crauet. d. nu. 15. Lanfr. de Ariad. tract. de fid. inſtr. verſ. nũc de ſcriptura priuata. ſub nu. 54. fol. 32. Maſcar. d. concl. 109. apocha. nu. 1. & 2. lib. 1. & Moder. tract. de proceſſ. execut. par. 3. cap.

1.num 91. in fine.& num.92.ſed quando non eſt recognita, ſeu confeſſata ab ipſo ſcribente tunc ſi probet, vel non, vide infra num.133. verſ.ſecundus.

72 AMPLIA I. iſtam concluſionem in eo,quod dicimus,ſcripturam priuatam probare contra ſcribentem, vt in tantum ſit vera,quòd ſi is, qui eam ſcripſit, negauerit ſuam manum,hoc eſt, non eſſe à ſe ſcriptam, ſeu negauerit contenta in ea,& poſtea fuerit conuictus, veniet condemnandus ad duplum d.l.contra qui propriã.C.de non num.pec.& notat Spec. tit.de inſtrum. edit. §. nunc dicendum reſtat. num. 7. verſ. illud etiam not.

73 DECLARA I. reſtringendo iſtam ampliationem, vt non habeat locum iſta pena dupli, quando is, qui negauit, fateretur poſtea, delato ſibi iuramento ante probationes factas,prout in d.l. contra qui propriam. & ibi benè explicat Paul.de Caſtr. num.3.vel, vt ibidem notat Bal.not.3.num.2.quando fateretur ad petitionem aduerſarij deferentis iuramentum, quamuis eſſet conuictus, quia euaderet poenam,ſecus ſi confiteretur motu proprio;quia non euaderet.

74 DECLARA II. vt iſtud duplum habeat locum; quando ſcriptura,quæ negatur,ſeu contentum in ea; eſt obligatoria,quæ producit actionem, vt ex ea is, qui eam ſcripſit,poſſit conueniri,ſecus ſi ſcriptura, quæ negatur, ſit ſolum probatoria,quia tunc non tenetur ad duplum ſecundum Gloſ. in d. l. contra qui propriam.in verbo.qua conuenitur.Bar.num.2. & ibidem,& clarius Paul.de Caſtr.num.8. C. de non num. pecun.ſcire enim debes pro intelligentia huius declarationis, quòd aliquando ſcriptura ſit à debitore tempore,quo ei ſit mutuum ad effectum, vt poſſit ex illa ſcriptura conueniri:& iſto caſu ſi debitor, qui ſcripſit, ſequè obligauit, neget ſcripturam, ſeu numerationem mutui,& poſtea conuincatur, tenetur ad duplũ, vt dixi;aliquando verò ſit à debitore poſt contractum debitum,ſeu mutuũ ad effectum, vt illa ſcriptura probet debitum,& ſic illa ſcriptura non producitur à creditore ad effectum agendi, quia non eſt obligatoria, ſed producitur intra terminum probatorium ad effectum probandi; exquò debitor in ea confitetur, ſe de aliquo tempore, præcedente illam ſcripturam, mutuo accepiſſe tot ab illo creditore; & ſic eſt ſcriptura ad probandum; & iſto caſu ſecundum Gloſ. Bar. & Paul.de Caſtr.qui ſic declarat in locis præcitatis non tenetur reus ad duplum, ſi negauerit propriam ſcripturam,ſeu contenta in ea. &; quòd ſic diſtinguatur confeſſio facta ad obligandum à confeſſione facta ad probandum aliquod factum præteritum, refert, & ſequitur ex Socc.&Tiraq.Maſcar.tract.de probat.concl. 347.num. 36. lib.1.

75 Contra iſtã declarationem; quòd etiã iſto vltimo caſu,quando ſcriptura ſit de mutuo retro geſto,teneatur ad duplum; tenuit Bal.in ead.l.contra qui propriam. nu.4.verſ.vlterius quęro.prout eum refert,& ſequi videtur in effectu Paul.de Caſtr. ibidem ſub d.nu.8. cum eum referat poſtremo loco:Verum Bal. loquitur cum grano ſalis: inquit enim, quòd licet debitor neget numerationem,& poſtea conuincatur,tamen non tenetur ad duplum,quia illa numeratio non continetur in ſcriptura, vt ex ea naſcatur obligatio, ſecus, inquit, eſt, ſi negetur ſcriptura, quia adhuc tenebitur ad duplum,quamuis illa ſcriptura ſit de numeratione præ-
76 terita.& hanc credo eſſe veritatem:† & ſic cenſeo intelligendum eſſe ſtatutum Vrbis lib.1. cap.83.de executione apocharum.in fine,mandans, eum, qui negaret, apocham eſſe ſcriptam ſua manu,& contrarium probaretur,puniri pœna ducatorum decem pro quolibet centenario ducatorum:intelligo enim iſtud ſtatutum,vt habeat locum contra eum, qui negat manum ſuam,ſiue apocha ſit obligatoria,ſiue ſit probatoria,ſecus ſi negaret numerationem.

77 AMPLIA II. vt ſcriptura priuata,& recognita,ſeu confeſſata probet, vt dixi ſupra nu.71.& plenè probet contra ſcribenté argumento textus in l. cũ de indebito.in fine.ff. de probat. & in l.publia. §. fin. ff. depoſ. & ſcribunt Ant.de Butr.in cap.2.ſub nu.4. verſ. venio ad caſus in quibus plenè. de fid.inſtr.Alex.conſ. 42.in cauſa & lite.num.16.lib.3.Paul.de Caſtr. in l. admonendi. ſub num. 42. & Rip. num. 101. ff. de iureiur. Lanfr.de Ariad.tract.de fid.inſtrum,verſ. nunc de ſcriptura priuata.ſub nu.54.fol.32. Iaſ.in d.l. admonendi. in 2. repet. ſub num. 85. verſ. circa primam. ff. de iureiur.Crauet.tract.de antiq.temp.par.1.rub. ſcriptura priuata.num.2.fol.129.Galleſ.ad form.cam.oblig.par. 3.de præambulis ipſius proceſſus.num.10. fol. 358. & Maſcar.tract.de probat. concluſ. 1294. num.2. lib. 3. & ſentiunt Bar.in auth.at ſi cõtractus. nu.8. C. de fid. inſtrum. dum excipit caſus, in quibus ſcriptura priuata, & recognita facit ſolum ſemiplenam probationem.& Paul.de Caſtr.conſ.312.ad primum.num.2.lib. 2.dum inquit,quòd,ſi ſempronius confitetur illam ſcripturam eſſe de manu ſua, ſine dubio ſufficit ad condemnatioñe ipſius,licet nullam ſubſcriptionem teſtiũ habeat,vel nulla comparatio literarum fiat. & Moder. tract.de proceſſ.execut. par.3.cap.1. num. 92. & ſeqq. diceris, quòd iſta recognitio habet vim confeſſionis.

78 EXTENDE iſtam ampliationem, vt adeo plenè probet, quòd amplius nec probari, nec allegati poſſit error ſecundum Gemin.in cap.ſacerdotes.12. q. 4. & Affl.in conſtitut.in cauſa depoſiti.num.6.lib. 2. quem refert,& ſequitur Maſcar. tract. de probat. concl.382. num.1.lib.1.

79 RESTRINGE iſtam extenſionem, vt non ſit vera in caſu, de quo loquitur Affl.d.conſtitut.in cauſa depoſiti.num. 5.& 6.videlicet, quando ſcribens non intellexit,quod ſcripſit,vt eſt, quando quis ſe ſubſcripſit in charta vacua, in qua nihil erat ſcriptum,quia tũc,probato quòd ſe ſubſcripſerit in eiuſmodi charta vacua, confesſio,quòd ſcriptura eſt ſuę manus nihil operatur in præiudicium ipſius ſcribentis, exquò non habuit notitiam eius, quod ſcripſit;& hoc idem tenent Guid.Pap.deciſ.503.pone ego.num.3.& Moder.tract. de proceſſ.execut.par.3. cap. 1.num.122.

80 AMPLIA III. vt probet non ſolum contra ipſum ſcribentem, ſed etiam contra ſucceſſores, & tertios, habentes cauſã ab eo Bal. conſ.26.dictæ ſcripturæ. nu. 1.lib.4.& cõſ.453. ad intelligentiã.nu.3.lib.5.quod eſt duplicatum lib.1. conſ. 198.ſub num.4.in fine.Crauet. tract.de antiq.temp. par.1. rub.ſcriptura priuata. nu.2. 15.& 16.fol. 129. & Maſcar.tract.de probat.cõcl.1294. nu.2. lib. 3. & procedit iſta ampliatio ſiue ſucceſſor ſit vniuerſalis, ſiue particularis, ſicut loquuntur Bal. d. conſ.453.num.3. & Crauet.& Maſcar.vbi ſupra.

81 DECLARA iſtam ampliationem in eo, quod dicimus probare etiam contra tertium, habentem cauſam à recognoſcente ſuam ſcripturam, vt procedat dummodo recognitio ſit facta ante ceſſionem in alium factam,vt declarat Crauet.d.nu.16.

82 AMPLIA IIII. vt probet non ſolum in antiquis, ſed etiam in nõ antiquis Crauet.& Maſcar. locis proximè citatis.

83 AMPLIA V. etiam ſi is, qui manum ſuam recognoſcit,cętera negaret, vt puta debitum,ſeu aliud cõtentum in apocha; quia adhuc plenè probaret omnia in ea contenta, vt conſuluit Bal. conſ. 198. ad intelligentiam. num. 1. lib. 1. quod eſt duplicatum d. conſ. 453.ſub num.1. lib.5. Iac. But. & Bar. in l. ſcripturas. in principio.C.qui pot.in pign.habean.Paul. de Caſtr. in l.admonendi.ſub num.42. ff. de iureiur. & Maſcar. tract. de probat.concluſ. 109.apocha.num.9.lib. 1. licet prius in contrarium citet Saly.Rip.& Rom.

84 AMPLIA VI. vt hæc omnia habeant locum non ſolum in epiſtola, ſeu alia ſcriptura priuata, ſed multò magis in libro rationum,producto ab eo,qui ipſum ſcripſit,quia non eſt dubium, quòd liber rationum probat contra ſcribentem Fely.in cap.2.num.28.verſ. ſecunda concluſio.& ibidem Dec.num.43.verſ.ſecundo.de fid.inſtr.& latè Maſcar.tract.de probat.concluſ.
85 974.num.1.& ſeqq.per totam.lib.2.† Imò probat etiã in partita, quæ eſſet ſcripta per manum alterius, quia quicquid reperitur ſcriptum in libro mercatoris præſumitur ſcriptum de eius conſenſu, niſi contrarium probetur Bal.in rub.ſub num. 33. verſ. ſed hic quæro. C.de fid.inſtrum.

86 EXTENDE iſtam VI. ampliationẽ, vt probet etiã in crimine vſurarũ per ea,quę ſcripſi ſupra c.9.nu.193.

Supra ſub num 70. verſ. ſi verſamur. dixi, quòd ſi

protesta-

proteſtatio fieret ab eodem, qui produceret ſcripturam, ſua manu factam, proteſtatio eſſet nullius momenti; at hic dico, quòd è contra ſi fieret ab eo, contra quem producitur, & qui non ſcripſit, punctus eſt difficilis, cuius reſolutionem habes infra caſu ſeq. vt puta; quia is diceret: ego accepto ſcripturam in parte, & partibus fauorabilibus tantum.

CASVS II.

87 Si verſamur in ſecundo caſu: quando ſcriptura eſt facta manu eius, contra quem producitur: tunc reſpectu eius, contra quem producitur, clarum eſt, quòd is non poteſt dicere: ego accepto ſcripturam in parte, & partibus facientibus ad mei fauorem, & non alias nec aliter, nec alio modo, quia ſcriptura probat de iure contra ſcribentem, vt latè oſtendi ſu-
88 pra; & ideo non pendet à ſua voluntate: † ſed reſpectu eius, qui non ſcripſit, & producit eam, articulus eſt dubitabilis: quia in effectu iſte articulus pendet ab illo: an confeſſio aduerſarij poſſit pro parte acceptari, & pro parte non: in quo Doctores valdè pugnant, & tenendo partem negatiuam; quòd non poſſit pro parte acceptari, & pro parte non; eſſet concludendum, quòd proteſtatio non releuaret, quia, ſi ius diſponit, vt in toto acceptetur, vel repudietur, proteſtatio non operaretur contra diſpoſitionem iuris; quia acceptare partem confeſſionis aduerſarij, ſeu eam ſcindere non penderet à poteſtate aduerſarij, producentis illam, & conſequenter non releuaret iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 58. & è contra, tenendo partem affirmatiuam, quòd poſſit pro parte acceptari, & pro parte non, concludendum eſſet, quòd proteſtatio iuuaret; quia penderet à poteſtate, & voluntate producentis eam.

Confeſsio aduerſarij an poſsit pro parte acceptari, & pro parte non acceptari.

Videamus ergo, quid ſit tenendum in iſto articulo confeſſionis, nunquid ſcilicet poſſit acceptari pro parte, & pro parte non acceptari. Et quidem pro parte negatiua; quòd non poſſit pro parte acceptari, & pro parte non acceptari; adducitur textus in l.neminem. ff.de leg. 2. quo loci tradit Iureconſ. nemine eiuſdem rei legatæ ſibi partem velle, & partem nolle verius eſſe: vnde ſicut legatarius rei, ſibi legatæ, non poteſt partem acceptare, & partem repudiare, ſic quoque non debet poſſe creditor confeſſionis, ad ſui fauorem factæ per debitorem, partem acceptare, & partem non acceptare: & hanc concluſionem; quòd confeſſio non poſſit pro parte acceptari, & pro parte non acceptari; tenuerunt Corn. conſ.170. ſub nnm. 2. ibi. nec poteſt. lib. 1. & Caputaq. deciſ. 186. nu.2.par.1. dicens, quòd in ciuilibus confeſſio partis non poteſt diuidi, ſed debet vel in totũ recipi, vel in totum reijci, & Thom. Triuiſ. deciſ. 46. num. 10. lib. 2. multos congerit, qui tamen hoc non ſentiunt, &, quòd Rota ſeruet iſtam opinionem, teſtatur Caputaq. vbi ſupra. &, quòd regulariter non poſſit quis recipere partem confeſſionis pro ſe, & partem reijcere, ſi confeſſio emanauerit ſub certa qualitate, & contineat vnum factum, refert, & ſequitur Abb. in cap. cum veniſſent. num.7. in fine. de inſtitut. &, quòd confeſſio qualificata, ſeu habens capitula connexa non poſſit pro parte acceptari, & pro parte non, tenuerunt Arch. Anch. Rom. Alex. & alij, quos citaui infra num. 345. verſ. ſecunda.

89 CONTRARIA opinio: quòd poſſit confeſſio partis aduerſæ pro parte acceptari, & pro parte reijci: videtur clarè probari ex textu in l. publia meuia. §.fin. ff. depoſ. vbi ex epiſtola ſcribentis, ſe tenere depoſitum, ſeque creditorem eſſe in tot, clarè probatur depoſitum, ſed non creditum, teſte ibidem Gloſ. vlt. ex quo textu ibidem Bal. ſed in l. incipien. in libro meo. titius. notat, quòd ſi plures res ſunt ſcriptæ in epiſtola, ad me tranſmiſſa, poſſum acceptare illud, quod facit pro me, & reprobare illud, quod facit contra me, & Matheſil. ſing.79. nota doctrinam mirabilem.quos refert, & ſequitur Iaſ. in l.non ſolum.§. morte.ſub num.26. ibi.hinc infertur.ff. de oper no.nunt.hæcquè opinio comprobatur ex textu in l.rationes.& in l.exẽplo.C. de probat. vbi habetur, pernicioſum eſſe, vt credatur ei ſcripturæ, qua vnuſquiſquè ſibi adnotatione propria debitorem conſtitut.& ex textu in l.inter chartulas.C.de conuenien. fiſci debitor.lib.10.nam ſcriptura priuata nihil probat ad commodum proprium ſecundum iura prædicta, & ex eis notant Ant.de Butr.in cap.2.ſub num.4. verſ.venio ad ſecundum.de fid.inſtr.& benè Rot. diuerſ. deciſ.781. dubitaui particulariter.num.10.11.& 14.in fine.& ſeqq.deciſ.751.dubitaui in cauſa.num.1.& 6.& deciſ.813.quæ eſt vltima.in præſenti dubio. num. 1.&
90 6.par.1.† & ratio poteſt etiam eſſe, quia non plus eſt credendum voci mortuæ, quàm viuæ Rot.d.deciſ.781. num. 13. ſeu non plus debet credi ſcripturæ priuatæ, quàm voci ipſius ſcribentis iuxta ea, quæ ex Anch. Rot. diuerſ. Bar. & Abb. retuli, & ſequutus ſum infra num. 1072. ſed voci viuæ ad vtilitatem propriam non creditur, quia nemo profert teſtimonium in cauſa propria vulg. iuribus, quantum vis exigua ſit cauſa, Tiraq.tract.de iudic.in reb.exig.in principio.fol. mihi 85. tom. 5.ergo nequè creditur voci mortuæ, ſeu ſcripturę ſcribentis ad vtilitatem propriam Rot.d.deciſ.781.nu.12.& 13.

91 TERTIA opinio, quæ colligitur ex doctrina Bartoli in l.aurelius.§.item quæſijt. ſub num.1. ff. de liber. leg. & videtur conciliare contrarietates, conſiderat, & decidit duos, ſeu tres caſus, quos modo refero.

Primus eſt, quando confeſſio continet plura, & ſeparata capita: & tunc poteſt confeſſio pro parte acceptari; & pro parte non acceptari, & ita procedat textus in dicta l. publia meuia. §. fin. ff. depoſ.

92 Secundus eſt, quando continet vnum capitulum, & ſimplex: & in iſto licet Bar.nihil dicat, tamen certum eſt, quòd non poteſt diuidi, ſed debet vel in totũ acceptari, vel in totum reijci: & ratio eſt euidens; quia vnitas non eſt diuiſibilis; & ita procedat prima opinio.

93 Tertius eſt, quando continet plura connexa, qualis eſt etiam confeſſio qualificata, ſeu conditionata: & in iſto caſu Bar. conſiderat præſumptionem iuris in confeſſione triplici modo.

Ant enim, inquit, ille, qui vnum capitulum reprobat, habet præſumptionem iuris contra ſe: & iſto membro concludit, non admitti talem reprobationem; & dat exemplum: ſi tu confiteris, te occidiſſe hominem pro tui defenſione: ſubdens, quòd poſſum ſtare confeſſioni in quantum dicis, te occidiſſe, ſed non cogor ſtare in quantum dicis, ad tui defenſionem: quia ius præſumit contra te l.1.C.de ſicar.

94 Aut habet præſumptionem iuris pro ſe.

Aut non habet pro, nequè contra.

Et vtroquè membro cõcludit, quòd aut ille, qui particulam reprobat, vult hoc probare, & admittitur: aut non vult probare, & non admittitur: hancquè Bartoli doctrinam allegant, & ſequuntur Abb.Alex. Lanfr. de Orian.Guid.Pap. Natt. Maran. & alij plures, quos citaui infra num. 332.

95 Quid tenendum? Reſp. quamuis hæc diſtinctio Bartoli ſit communiter * recepta, & approbata à Doctoribus; tamen eſt falſa, imperfecta, & inepta: & parcat mihi auctoritas tanti præceptoris, quia non poſſum illam defendere.

Eſt falſa in primo caſu diſtinctionis, poſito ſupra nu. 91. dum firmat indiſtinctè, confeſſionem, quæ continet plura capitula ſeparata, & diuerſa, poſſe pro parte acceptari, & pro parte non acceptari: nam, vt infra oſtendam, confeſſio, quæ habet præſumptionem iuris, & veriſimilitudinem pro ſe, non poteſt pro parte non acceptari, niſi probetur contra eam, quamuis habeat capitula ſeparata & diuerſa.

Eſt imperfecta in ſecundo caſu, poſito ſupra num. 92. quia illum inculcat cum tertio, & tamen eget particulari reſolutione, vt patet ex his, quæ nos in eo addidimus.

Eſt inepta,& falſa in diſtinctione,& reſolutione tertij caſus:eſt inquā inepta ratione exẽpli,quia in exemplo iudex,qui reprobat illam confeſſionẽ in parte,quæ eſt fauorabilis confitenti,admittitur ad reprobandum, quia præſumptio eſt pro reprobatione,& contra confitentem; & in membro exemplato concludit, quòd non admittitur ad reprobandum, ſi habet præſumptionem contra ſe: ſed iſta ineptitudo eſſet tolerabilis.

Eſt etiam falſa iſta concluſio, aut ſaltẽ imperfecta, quia non eſt verum, quòd non admittatur ad reprobandum:admittitur enim, ſi velit admitti ad probandũ contra præſumptionem: & in hoc quoquè eſſet tolerabilis, quia poſſet intelligi, quòd loquatur de reprobatione ſine onere probandi contra præſumptionem.

Eſt falſa in ſecundo membro diſtinctionis,poſito ſupra num.94. dum concludit, quòd habens præſumptionem iuris pro ſe, ſi vult particulam reprobare, admittitur cum onere probandi, alias non:falſitas apparet,quia is,qui habet præſumptionem iuris pro ſe aduerſus confeſſionem,ſeu aliam ſcripturam non ſolemnem aduerſarij,poteſt illam partem, in qua habet præſumptionẽ iuris pro ſe, reprobare ſine onere probandi:& moueor duplici ratione.

96 Prima ratio eſt, quia veriſimilitudo, & præſumptio iuris transfert onus probandi in aduerſarium, vt ex Innoc.Guid Pap. Io.Nic. Arelet. & Maſcar.retuli, & ſequutus ſum infra num. 358. verſ. ratio eſt. & in terminis, de quibus agimus, ſatis probatur ex relato exemplo confeſſionis qualificatę ſuper homicidio; in qua dicimus, quòd iudex poteſt acceptare confeſſionem quoad homicidium, & non acceptare quoad defenſionem, ſicut dicit ipſemet Bar. connexum enim confeſſioni, ſi repugnet præſumptioni iuris,& veriſimilitudini, poteſt ſeparari à confeſſione, vt ex eod. Bar.Abb. Corn. Alex.Iaſ.M.Ant.Blanc.Ang.Dec.Crauet. & alijs retuli,& ſequutus ſum infra nu.332.verſ. primus eſt.

97 Secunda ratio eſt,quia tantum operatur propoſitum in propoſito, quantum oppoſitum in oppoſito l.fin. §. fin.&ibi Bar. in ſũmario.ff.de leg.3. Inſtit. de action. §. plus autem,Bar.in l.& ſi contra.nu.3. ff. de vulg. & pupill.Io.Roy.tract.de hæret.nu.457.fol.217.& Rot. diuerſ.deciſ. 810. dubitaui.verſ.tertio.ſub num.2.5.& ſeq.par.1.

Sed in propoſito volens reprobare confeſſionem ſui aduerſarij, habenſquè præſumptionem iuris contra ſe, tenetur ad probationem, vt declaraui, & exẽplificaui infra nu.342. & ſeqq.ad eum verſ. ſecundus caſus.Ergo per oppoſitum,ſi habet pręſumptionẽ iuris pro ſe, non tenetur ad probationem.

98 Reiecta ergo Bartoli diſtinctione; ſucceſſiuè, ne ambulemus in æquiuocis, præſupponendum eſt,quòd iſte articulus: an confeſſio poſſit pro parte acceptari, & pro parte non acceptari: habet duas difficultates.

Prima eſt: an quis poſſit partem non acceptare, & nihilominus habere fundatam intentionem quoad partem, quam acceptauit: & dubium facit regula illa,quòd is,qui impugnat actum, non poteſt ex eo ſe fundare,cap.non ex eo. de reg.iur.in 6.& latè Gabr.in concluſ.lib.6.tit.de reg.iur.concluſ.1.nu. 1.& ſeqq.& pręſertim ſi actus, ſeu confeſſio habeat capitula connexa,ſeu ſit qualificata.

Secunda difficultas eſt:præſuppoſito,quòd in ea habeat fundatam intentionem,an is,qui cõfeſſus eſt, teneatur tũc probare partem confeſſionis, quã aduerſaris non acceptat ita, vt, deficiente in probatione, illa pars habeatur pro non adiecta; vel potius onus probandi ſpectet ad ipſum aduerſarium non acceptantem.

Capio articulũ in 1. difficultate;& eo nõ aliter hic examinato; concludo, quòd habet fundatam intentionem quoad illam partem,quam acceptauit:& dubium, ſumptum ex allegata regula, dico tolli ex limitationibus,quas ad eam tradunt Fely.in cap.capitulum.ſub num.8. & ſeqq. de reſcript. & Gabr. d. concluſ. 1.

99 Capio articulum in 2.difficultate:& in eo conſidero duos caſus principales.

Primus eſt, quando qualitati, ſeu capitulo, confeſſioni adiuncto,& non acceptato, repugnant præſumptio iuris, & veriſimilitudo.

Secundus eſt,quando præſumptio iuris,& veriſimilitudo non repugnant.

In primo caſu concludo indiſtinctè poſſe pro parte acceptari, & pro parte non acceptari:ea enim pars, cui repugnat præſumptio iuris, poteſt non acceptari; etiamſi illa pars eſſet capitulum annexum, ſeu eſſet qualitas,aut conditio,qualificans ipſam confeſſionem,ſicut latè ex Bar. Abb. Corn. Alex. Iaſ. M. Ant. Blanc.Ang.Dec. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra num.332.verſ. primus eſt.& ideo is,qui confeſſus eſt, tenetur eam probare, vt dixi ibidem.

100 In ſecundo caſu denuo diſtinguo duas ſpecies confeſſionis.

Prima ſpecies eſt, quando confeſſio continet plura capitula ſeparata.

Secunda ſpecies eſt,quando continet plura connexa,ſeu continet annexam qualitatem, ſeu conditionem,de qua 2. ſpecie agimus infra num.332. verſ.capio.& omitto illam, quam retuli ſupra in 2.caſu,quando continet vnicum capitulum,& ſimplex, quia tunc non poteſt habere partes, & conſequenter in ea non poteſt habere locum difficultas,ſi poſſit acceptari pro parte,& parte non.

Capio primam ſpeciem: & concludo, quòd poteſt acceptari in vno capitulo, & in alio reijci d.l. publia meuia.§.fin.ff. depoſ.Bar.in d.l.aurelius. § itẽ quæſiit. num.1.ff.de liber.leg.Guid.Pap.deciſ.503. pone ego. num.2.Natt.conſ.365. dubitatur ex quò. nu.1.in fine. & num.2.lib.2.Bal.Matheſil. & Iaſ. quos citaui ſupra num. 89.& conſequenter is, qui confeſſus eſt, tenetur probare capitulum non acceptatum,& ſic loquuntur omnes * Doctores.

101 AMPLIA iſtam concluſionem,vt habeat locum non ſolùm in confeſſione viuæ vocis, facta in iudicio, in qua minor eſt dubitatio, ſed etiam in confeſſione, contenta in vnica ſcriptura ipſius ſcribentis;prout loquitur textus in d. l. publia meuia.§. fin. ff. depoſ.& notant Bal.ibi, & Matheſil.& Iaſ. quos retuli d. num. 89.& Abb.in cap.bonæ memoriæ.il 2.num.29. verſus finem. de poſtul. prælat. & in confeſſione contenta in ſcriptura loquitur ſimiliter Natt.vbi ſupra, &, quòd ita communiter * concludant Doctores, ſcribit Crauet.tract.de antiq.temp.in verbo.vidimus & abunde. num.24.verſ.ideo doct.fol. 140.&, quòd communis, * & verior opinio ſit, vt is, contra quem producitur ſcriptura minus ſolemnis,continens capitula ſeparata,poſſit partem acceptare, & partem non acceptare, ſcribit idem Crauet.eod.tract.rub. ſcriptura priuata. in verbo.viſo de verbis.ſub num. 68.fol. 131. nam,ſi eſſet confeſſio contenta in ſcriptura ſolemni, & authentica,omnia in ea contenta æquè probaret, & fruſtra vna pars acceptaretur,& altera non.

102 Nec obſtat textus in cap. cum olim. de cenſib. ex quo motus fuit Card. ad dicendum, quòd ſi confeſſio emana uerit per ſcripturam,non poteſt pro parte acceptari,& pro parte reſpui,quamuis contineat facta ſeparata,& ratio ſecundum eum eſt, quia ſcriptura eſt quid indiuiſibile.

Nam reſpondetur, quòd ille textus in cap. cum olim. loquitur de inſtrumentis, hoc eſt, de ſcripturis publicis, in quibus probatio eſt vniformis tàm pro, quàm contra,& non eſt in poteſtate producentis diuidere eam iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 53. verſ. contrariam. & num. 65. verſ. amplia deniq; & num. 67.verſ.reſtringe.& cõtra D.Card. tenuit apertè Abb. vbi ſupra, dicens, quòd eius dictum ſibi nunquàm placuit.

Nequè obſtat replicatio, quam aduerſus Abb. facit Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 93. num.27. in fine. & num. 28. dicens, obiectionem de dicto cap. cum olim. non tolli ex eo, quòd loquatur in ſcriptura publica, vt dicit Abb. quia ſecundum Menoch. etiam ſcriptura publica poteſt pro parte acceptari, & in parte non, quando eſt de re ſeparata argumento textus in l. etiam §. 1. ff. de minor.

Nam

Nam resp. Menochium in hoc errare, quia in publicis, seu alijs scripturis, quæ de earum natura, & ex dispositione iuris probant, protestatio ne probent, aut ne in aliqua parte probent, non releuat per ea, quæ scripsi supra num. 58. & hoc procedit quantumuis scriptura habeat capitula separata, vt dixi supra num. 60.

Nec refragatur textus in dicta l. etiam. §. 1. ff. de minor. à Menoch. allegatus: quia resp. in instrumento continente duo capitula separata non posse considerari rationem, vt magis probet in vno, quàm in altero, cum æquè sit instrumentum in vtroque, & probatio pendeat ab esse instrumenti: sed in sententia potest dari causa, seu ratio, quòd in vno capitulo sit iusta, & in alio sit iniusta.

Verum aduerte circa istam ampliationem; quia textus allegatus in dicta l. publia meuia. §. fin. ff. depos. in quo nos vna cum Doctoribus citatis fundauimus conclusionem, & ampliationem, non omnino probat: nam textus ille loquitur quodammodo in connexis, & dependentibus; & propterea non dicit absolutè, quòd aduersarius, cui epistola fuerat scripta, possit partem fauorabilem illius epistolę acceptare, & nociuam reijcere; sed subdit, in iudicis arbitrio poni, an etiam pars nociua acceptanda sit, vt benè aduertit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 93. nu. 16. & seqq. Sed; quicquid sit de illo textu; conclusio verissima est, quòd confessio continens capitula separata potest pro parte acceptari, & pro parte non acceptari. Sed quādo dicatur continere capitula separata, & quando non, hic labor, hoc opus. nos explicauimus infra num. 362. & seqq. ad eum.

103 RESTRINGE istam ampliationem, vt nō procedat in libro rationum; quia, si sit solemniter confectus, non potest in vna partita acceptari, & in alia non acceptari iuxta ea, quæ scripsi infra num. 299. vers. prima est. vbi clarè aperui, & ideo ei, qui non vult partē acceptare, incumberet onus probandi, secus si nō sit solēniter factus, quia tūc licet is, qui eum scripsit, non possit partē acceptare, & partem non; tamen aduersarius poterit, vt declaraui infra nu. 306. vers. quid dicēdum. & seq. vbi videas, quia declaraui; & isto casu ei, qui librum scripsit, & confitetur, incumberet onus probandi partem non acceptatam ab aduersario.

RESTRICTIO I.

Liber argentarij, nummularijque publica auctoritate deputati an possit pro parte acceptari & pro parte non acceptari.

104 Verum hic incipiemus agere de libro solemniter facto; sed, ne quandoq. æquiuocaremus, præmitto, quòd reperiuntur quatuor species libri rationum, de quibus separatim hic agemus.

Primus ergo liber rationum est eorum, qui habent publicum munus, seu officium auctoritate publica, quales olim erant argentarij, & numularij; & quales hodie sunt gabellarij, thesaurarij, massarij communis, & similes publica auctoritate deputati, & electi ad tenendas rationes alicuius officij, & administrationis publicæ.

Secūdus est eorum, qui exercent publicam artē, seu officiū, sed nō auctoritate publica, quales sunt mercatores, cāpsores, & banquerij nostri tēporis, qui in quibusdā locis exercent mercaturam ad eorum libitū & in ciuitatibus magnis solum cū approbatione collegij mercatorū, vt dixi etiam infra num. 110.

Tertius est eorū, qui administrāt bona alicuius, quales sunt tutores, curatores, socius, factor, & similes.

Quartus est priuatorum, qui conficiunt, & scribunt suas rationes.

105 His libri rationum speciebus præmissis,

RESTRINGE I. ampliationem, vt olim non haberet locum in libro argentarij, seu nummularij; quia non poterat quispiam acceptare partitas libri contra argentarium, & reijcere partitas, quæ faciebāt pro argentario: vt puta quia voluisset acceptare à se data, sed non recepta: quare liber argentarij probabat etiā pro argentario, sicquè pro scribente argumento textus in l. quædam sunt personæ, §. fin. & l. seq. in principio. ff. de eden. &, quòd liber argētarij plenè probet pro scribente, scripsit Saly. in l. 1. q. 2. sub nu. 9. ibi. contra verò. C. de eden. quē refert, & sequi videtur Ias. in l. admonendi. in 2. repetit. sub nu. 127. ff. de iureiur. &, quòd olim fides librorū argentariorum esset maxima, narrat Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 91. num. 2. &, quòd plenè probarent, scribit ibidē nu. 11. & 12. & ita in effectu sentit Gl. in d. §. fin. in verbo. decurritur. si
106 rectè aduertatur, prout aduertit ibi Bar. nu. 2. † & ratio est, quia isti argentarij eligebantur de publico serte à fisco, vt enarrant Gl. in d. verbo. decurritur. in fine. & ibidem Paul. de Castr. sub nu. 3. quam Gl esse mente tenendam, admonet Saly. vbi supra, dicens etiā, quòd Doctores antiqui communiter pertranseunt cum ea.

107 Contra istam restrictionem motiuat Bar. in d. §. fin. sub nu. 2. ibi. quod videtur mirandū. dicens, quòd nec antea credebatur libris dictorū argentariorum pro se, nisi in connexis; quia, inquit, etiam notarius habet officiū publica auctoritate, & tamen non crederetur instrumento, quod faceret ad sui vtilitatem contra tertium: & Bartolum referunt, & sequi videntur Paul. de Castr. ibidem nu. 3. & Fely. in cap. 2. vers. prima conclusio. num. 23. de fid. instrum.

108 Verum ego non recedo à præfata restrictione, pro qua faciunt etiam ea, quæ scripsi infra num. 111. in seq. restrictione, & pro qua videtur in effectu sentire idem Bar. eod. §. fin. nu. 3. ibi. vltimo nota benè. dicens, quòd stabatur libris eorum, quia eligebantur publica auctoritate: & hanc sententiam ex Bar. ante nos coniecit Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. sub num. 70. fol. 137.

109 Et denique facit, quia omnia contenta in libro, qui cōtinet data, & recepta, sicquè rationes hinc inde, dicuntur capitula connexa, præsertim in libro rationū administratoris propter vnitatē officij, vt refert, & sequitur Crauet. cons. 275. quæritur in hac causa. sub nu. 3. in fine. & nu. 4. & consequenter, vt idem infert nu. 5. qui acceptat vnum, non potest improbare aliud, quia
110 connexorum est idem iudicium; † fateor tamen, quòd hodie cessat ista restrictio; ex quò hodie non habemus istos argentarios, & nummularios publica auctoritate electos, sed habemus bāquerios, qui pro suo libito erigunt banchum, vt scribunt Gl. & Paul. de Castr. in d. §. fin. num. 2. & ideo super ea amplius non insisto.

RESTRICTIO II.

Liber gabellarij, thesaurarij, & similium officialium electorum publica auctoritate probat.

111 Restringe II. eandem ampliationem, vt non habeat locum in libro Gabellarij, seu deputati ad collectas publicas, Thesaurarij, & similium officialiū, electorum auctoritate publica, quia eorum libris, & scripturis esset standum, quāuis publicæ non essent, vt scribit Bar. in l. quædam sunt personæ. §. nummularios. n. 3. in fine. ff. de eden. &, quòd libris Gabellorum, quibus denunciātur venditiones, fides adhibeatur, scribit Socc. cōs. 208. visis actis. vers. tertio ex libris gabellorum. nu. 2. lib. 1. &, quòd libris eorum, & libris electorum ad exigendum collectas, & libris stationariorum, & libris officialium ex publico electorum cum potestate scribendi credatur, scribit Bertach. tract. de gabell. par. 4. princip. nu. 2. fol. 60. quē refert, & sequitur Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu 6. sub num. 36. &, quòd credatur libris Thesaurarij, sentit Bal. cons. 249. super libris thesaurarij. sub num. 1. ibi. præterea scriptura. & ibi. præterea nisi esset facta. lib. 1. dicens, non esse recedendum à thesaurarij scriptura, ad quam, inquit, recurritur tanquàm ad speculum, & tanquàm ad fontem veritatis, & refert ex eo Mascar. tract. de probat. conclus. 973. nu. 47. lib. 2. &, quòd credatur libro cāpionis Montis salis, qui regulatur, & gubernatur per personā auctoritate publica constitutam, scribit Alex. cons.

179.in causa & lite.num.1.lib.6. quos omnes refert, & sequitur Crauet.in loco infra citato. Et, quòd credatur libris, scriptis ab electo per episcopum, & clerum, vel eorum alterum, refert, & sequitur ex Fed.de Sen.cons.119.nulli dubium.Becc.cons.5. in libro. nu. 1. lib. 1. Et, quòd libris officialium approbatorum à publico in omnibus credatur, referunt ex Bar. vbi supra Socc. cons.205. difficultas præsentis. sub num. 2. vers.tertio probatur.lib.2.Crauet.tract.de antiq.temp. rub.quarta limitatio.nu.62.fol.137.& Menoch. tract. de arbitr.iud.lib.2.cent.1. cas.91. sub num. 15. versus finem.&, quòd libro, seu matriculæ publica auctoritate confecto, sit præstanda fides, &, quòd officiali publica auctoritate electo sit credendum in his, quæ spectant ad eius officium, scribit Fed.de Sen.d.cons.119. nulli dubium.num.5.in fine. &, quòd ita communiter obseruetur, scribit Ang. in sæpe citata l. quædam sunt personæ.§.fin.ff.de eden.quem referunt, & sequuntur Dec.in cap.cum causam.sub num.24. de probat. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. sub num. 70. fol. 137. Becc. d. cons. 5. in libro. sub num. 1.lib.1.& Mascar.tract.de probat.d.conclus.973. sub nu.39. vbi in fine refert etiam ex Curt. in l.admonendi. num. 113. ff. de iureiur. Doctores ita communiter tenere.& faciunt quæ de libro officialis deputati ad conficiendum regestrum, & estimum scribit Ias. in
112 l.decem.num.35.ff.de verb.oblig. ✝ Et ex his clare liquet, quòd libris Dohaneriorum Vrbis, quibus denũciantur venditiones animalium spectantium ad annonam, præstatur plena fides: & similiter libro cuiusuis alterius Dohanerij Vrbis.Et licet contra istam secundam restrictionem tenuerit Franc.de Aret.in d.cap.cũ causam.sub nu. 12.vers.aliquando deputatur. de probat.& multa adducat; tamẽ non recedas à præfata restrictione, quæ est vera, communiter * tenetur, & seruatur in practica.

113 AMPLIA I. istam restrictionem, vt habeat locum etiam in libro Massarij communitatis, quia ei est credendum, exquò Massarij sunt electi de publico Alex. cons. 136. in causa & lite. sub num. 2. ibi. item etiam de solutione. lib. 2. Crauet. tract. de antiq.temp.rub. quarto limitatur. num. 63. fol. 137. & Mascar. qui alios citat, tract. de probat. conclus. 973. num. 43. lib. 2.

Nec obstat, quòd Bal.in l.imperator. la 1.sub nu. 7. vers.sed an credatur scripturæ massarij communis. ff. de stat. homin.tenuerit contrarium, dicens, non credi eius scripturæ, nisi se subscribat notarius; quod dictum Baldi refert, & sequitur Alex.cons.186.visis subtilissimis.sub nu.6.lib.2.

114 Quia resp.vna cum Alex.in d. l. quædam sunt personæ. §.fin.ff.de eden.quem refert, & sequitur Ias. in l.admonendi. in 2. repetit. vers. circa tertium casum. sub num.128.ff.de iureiur. quòd textus in l.2.lib.x.C. de conuen.fisc. debit. in quo se fundat Bal. loquitur in exactore debitorum fiscalium, qui erat deputatus solũ ad recipiendũ, & non ad scribendũ, quia ad scribendũ erat deputatus notarius: quo casu quando vltra officialẽ publicum esset deputatus notarius ad scribendum, vel subscribendum, clarum est, quòd tunc soli scripturæ officialis nõ crederetur: At nos loquimur in Massario communis, qui habeat officium conficiendi scripturam, seu librum de rebus, pertinentibus ad ipsum commune; & hanc solutionem latius probat Crauet.d. rub.quarto limitatur. num. 63. in fine. & num. 64.& seqq.fol. 137. quem refert, & sequitur sub specie concordationis opinionum Mascar.d.conclus.973. num.45.

115 AMPLIA II. istam restrictionem, vt illis libris sit credendum etiam pro scribentibus, seu pro ijs, quorũ nomine, & iussu scribũtur: nam in istis terminis loquitur Bar.in sæpe citata l.quædam sunt personæ.§.fin.nu. 3.in fine. ff. de eden. & consequenter sic intelligendi sunt cæteri Doctores, qui eum referunt, & sequuntur, & sunt à nobis adducti supra in ista 2.restrictione, nu. 111.& ita expresse ex communi * Doctorum sententia annotauit Mascar.d.conclus.973.num.39.

Confirmatur ista ampliatio, quia si libris Argentariorum credendum erat ad eorum fauorem eo, quòd erant publica auctoritate electi, vt ex Glos. Bar. Saly.Ias.& Menoch.retuli, & sequutus sum supra num. 105.ergo credendum est etiam libris prædictorum officialium, similiter publica auctoritate electorum, sicut argumentando deducit Bar.vbi supra.quem refert, & sequitur Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.1.cas.91.sub num. 15. & hanc ampliationem, adductis prius contrarijs, sequitur Crauet.tract.de antiq.temp.rub. quarta limitatio.nu. 68.fol.137.

116 AMPLIA III. vt probet, & plenè, etiam pro tertio contra tertium Bar.in l.nuda ratio.sub num.7.ibi.si verò ibi continetur. ff. de donat. & in auth. at si contractus.sub num. 9. ibi.si verò ibi contineatur. C. de fid. instrum.Paul.de Castr.in l.admonendi.num. 44.& ibidem Ias.in 2.repetit.num. 128. vers. circa tertium casum.ff.de iureiur.Fely.in cap.2.concl.3.vers.fallit primo.sub num.33.de fid.instr.& Mascar.tract.de probat. conclus.975. num.2. lib.2. qui multos allegat, sed non benè probant.

Confirmatur ista ampliatio, quia communis * Doctorum sententia est, quòd liber officialium, publica auctoritate electorum, probet, vt retuli, & sequutus sum supra in 2 restrictione.num. 111. & dicendo Doctores, quòd probat, seu quòd ei adhibetur fides, intelligunt de plena probatione, quia quando volunt intelligere de semiplena, loquuntur apertè de semiplena.

At ista communis sententia procedit etiam in probatione ad fauorem ipsorum officialium scribentium, vt retuli, & sequutus sum supra ampl. 2.ergo à fortiori procedit in probatione ad fauorem tertij contra tertium: quia si non probaret pro tertio, multò minus probaret pro seipso: scimus enim, quòd testis admittitur in causa aliena, sed non in causa propria propter affectionem & interesse. Et demum, si illa communis sententia non haberet locum in probatione ad fauorem scribentis, necessariò sequeretur, vt haberet locum in probatione ad fauorem tertij.

117 DECLARA seu limita istam ampliationem, vt procedat solum in re gesta cũ officiali, intercedente tertio, pro quo, seu contra quem contingeret produci scripturam, & librum publici officialis: quia tunc liber probat plenè illam rem gestã etiã pro tertio contra tertium, sicut scribunt Crauet. tract. de antiq. tẽp. rub.quarta limitatio.num.69.& 71.fol.137.& Mascar. qui eum refert, & sequitur d.conclus.975.nu.5.lib.2.& & ita est intelligendus Ias.in l.admonendi.in 2. repetit.vers.circa tertium.num.128.ff.de eden.dum testatur. communem * esse opin.quòd liber Gabellarij facit plenam fidem pro tertio contra tertium; quamuis eo loci nimis generaliter loquutus sit, quia alias sine ista intelligentia male fuisset loquutus: do exemplum: emptor domus Titij venit ad Gabellarium ad soluẽdã gabellam dictæ emptionis iuxta formam statutorum, seu bannimentorum de soluendis gabellis; &, præsente ipso Titio venditore, dicit Gabellario, seu publicano; quòd ipse emit domum Titij præsentis, pro qua soluit nunc gabellam, & publicanus scribit. vtique si isto casu postea oriretur lis inter emptorẽ, & Titium venditorẽ, agentẽ rei vẽdicatione pro dicta domo, & emptor producat librũ Gabellarij, plenè probabit aduersus Titium, se emisse dictã domũ: Nec enim isto casu potest obijci de regula.res inter alios acta.&c. de qua num.seq.quia cum ipse tertius ad hunc finem accesserit, & fuerit præsens, res dicitur acta etiam cum ipso: cæterum si reuocaretur in dubium, an iste tertius fuerit præsens, tunc an liber probaret, vide quæ scripsi infra num.235. & seqq. ad eum. quia est articulus à Doctoribus non tactus.

118 Secus ergo in probatione contra tertium, cum quo res gesta non sit: quia res inter alios acta &c. sicut benè consuluit Alex.cons.mihi in vltimis inpressionibus 68. viso processu inter antonium ioannis .num. 2. in fine.& num.3.lib.3. quod consilium reperiebatur duplicatum in pluribus locis.Imo. cons.96. in fine. Dec. in cap.cum causam.num. 14. de probat.Crauet. tract. de antiq.temp.d.num.71. fol. 137. Menoch. de arbitr. iud.lib.2.cent.1.cas.91.num.25.& Mascar. d.conclus. 975.num.5. Do exemplum, quod affert Alex.vbi supra. & re-

& refert Crauet.d.num. 71. Ego accedo ad publicanum, & ſoluo gabellam, aſſerendo me emiſſe maximũ prædium à Titio: ipſe tamen Titius eſt abſens. publicanus ſcribit in libro, quòd ego ſolui tantum nomine gabellæ emptionis talis prædij per Titium venditi: certè talis liber non probat contra Titium, quòd vendiderit mihi prædium: & ratio eſt euidens, quia non eſt danda maior fides libris publicorum officialium, quàm inſtrumento publico notarij; ſed inſtrumentum publicum notarij non probat contra tertios abſentes, quibus contrahentes præiudicare non poſſunt tot. tit. C.res inter alios acta vel iudicata alijs non nocere: & notat Crauet.d.rub.quarta limitatio. nu. 71. verſus finem.fol.137.

119 Comprobatur iſta declaratio: quia cataſtrum, regiſtrum, ſeu æſtimum communis probat ſolum quoad perſonas, quę conſenſerunt deſcriptioni æſtimi: cæterum quoad alias perſonas, quæ non conſenſerunt, regulariter non probat quoad dominium, nec quoad poſſeſſionem, Alex.d.conſ.68.ſub num. 3.lib.3.latè Iaſ.in l.decem. ſub nu.36. verſ.ſed vnum fortiter.ff.de verb. oblig.Dec.in cap.cum cauſam.num. 13.de probat.Crauet.ſub eod.num.71.in fine.& Maſcar.tract.de probat. concluſ.275.num.18.lib.1.& ita procedit, quod ſcribit Menoch.d.caſ.91.num.27.

120 Verum aduerte, quòd iſto caſu, quo res cum tertio geſta non eſt, oritur difficultas: an liber probet contra eũ ſaltem ſemiplenè: in qua difficultate Dec.conſ.596. ad dubia.ſub nu.5.in illo caſu ſcripſit, quòd ſic.ſed tu vide quæ ſcripſi infra num.202.

121 Item aduertendum eſt circa cõprobationem; quòd licet liber æſtimi nõ probet contra perſonas, quæ non conſenſerunt deſcriptioni, tamen facit contra eas tantam præſumptionem, quòd in eas tranſfert onus probandi, ſicut ſcribit idem Iaſ. vbi ſupra ſub d. num. 36.verſ. ſed ad hoc. quem refert Crauet. tract.de antiq.temp.par. 2.in verbo.ex præmiſſis.ſub num. 45. fol. 146.

122 AMPLIA IIII. vt habeat locum etiam in terminis ſtatuti, requirentis in cauſa debere fieri probationem per publica inſtrumenta, quia is, qui probaret per eiuſmodi librum officialium, diceretur ſatisfeciſſe ſtatuto, & probaſſe per publica inſtrumenta, ſicut ex pluribus refert, ſequitur, & comprobat Crauet. tract. de antiq.temp.rub.quarta limitatio.num. 83. & ſeqq. vſquè ad finem.fol.138.qui firmat iſtam cõcluſionem, quòd omnis ſcriptura, faciens plenam probationem, dicitur inſtrumẽtum publicum in caſu dicti ſtatuti; quia probat, & celeriter.

Liber officialis electi publica auctoritate quandò non probet.

123 Limita nunc iſtam ſecundam reſtrictionem, poſitam ſupra num. 111. in qua firmaui, quòd liber officialium publica auctoritate electorum probat ad fauorem ipſorum officialium, vt procedat ſolùm in re, pertinente, & ſpectante ad officium ipſius officialis, & non in alia re, non ſpectante ad eius officium, Io. Andr.in addit.ad Spec.tit.de inſtrum.edit. §. nunc dicendum. in additione magna.in verbo. ſi economus. verſ.ſecundum ſupplementum. Socc. conſ. 208. viſis actis.verſ.tertio ex libris gabellorum.ſub num. 2. lib. 1.Crauet.tract.de antiq. temp. rub. quarta limitatio. ſub num.68.& apertius.num.72. fol. 137. Menoch.d. caſ.91.num.23.Becc.conſ.5.in libro.num.10. in principio.& verſus finem.ibi.denique procedunt.lib.1: & Maſcar.tract.de probat.concluſ.973. ſub num. 36. & 41. lib. 2. & iſta limitatio ſatis probatur ex his, quæ ſcripſi infra num.148.vbi ex Rom.Fely.Iaſ.Dec. Foller. & alijs firmaui, quòd liber mercatoris non probat in negotijs, non pertinentibus ad mercantiam.

124 Confirmatur denuo iſta limitatio ex his, quę ſcribit Bal.in rub.num.40.verſ.ſecundum ſupplementum. C.de fid. inſtr. quem refert, & ſequitur Dec. in cap. poſt ceſſionem. verſ.ſecunda concluſio.num. 36. de probat. dicens, quòd licet Priores Peruſij ſub ſigillo communis Peruſij ſigillarent quandam priuatam ſcripturam cuiuſdam contractus, tamen illa ſcriptura non valeret; quia officium Priorum ad illam ſigillationem ſe non extendit. & idem ſentit Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de inſtrumentorum editione. §. nunc dicendum. in additione magna in verbo. ſi economus. verſ.ſecundum ſupplementum.& adeo Bal. & Io.Andr. quorum vterque ſequitur dicta Nicolai de Mat. conueniunt, dinumerando ſeptem ſupplementa, quæ ſcripturæ priuatæ tribuunt effectum publici inſtrumenti, vt poſterior videatur furtim ſibi attribuere dicta prioris (quod hic obiter ſit notatum, prout & obiter notaui etiam infra nu.756.)

125 DECLARA iſtam limitationem, vt licet liber Gabellarij non probet ſuper re, non ſpectante ad eius officium, nihilominus, ſi res habeat connexitatem cum eius officio, reſultat probatio etiam ſuper illa re annexa, & geſta, partibus præſentibus, vt in exemplo, quod ex Alex.retuli ſupra ſub num. 118. diximus enim ibi, quòd ſi emptor, præſente Titio, dicat: ſoluo gabellam domus emptæ à Titio; & ita, ipſo præſente, ſcribatur, dicitur probata emptio; & tamen ad Gabellarium nihil ſpectat de contractibus, ſed ſolum de ſolutionibus gabellæ; & hanc declarationem notauit Crauet.d.rub.quarta limitatio.num. 73. fol. 137. contra Socc.d.conſ.208.ſub num.2.lib.1.dicentem, quòd libri gabellariorũ probant in his, quę pertinent ad eorum officium, & non vltra; puta, inquit, quòd fuerit denuntiatũ; item, quòd fuerit ſoluta gabella, & non quoad alia, quæ non pertinent ad eorum officium; & ſic,

126 inquit non probant venditionem inter priuatos: † Verum, cũ Socc.non aperiat, an præſupponat præſentiã tertij, enunciati venditoris, nõ video quo iure Crauet. interpretetur eo modo, quo Socc.venit reprehendendus, cũ iſta interpretatio ſit cõtra ea, quæ ipſemet Crauet. ſcribit in conſ.3. ſub nu.12.conſ.5. nu.14.& conſ. 45.num.5. de interpretandis decretis, & ſententijs iudicis, dicẽs, ſic eſſe interpretanda, ne à ſapientibus iudex mereatur repræhendi.

Ratio huius declarationis ea eſt ſecundum Crauet. d.rub.quarta limitatio.num.74.fol. 137.quia ſolutio gabellæ, partibus præſentibus, neceſſariò præſupponit emptionem & venditionem, ſicut acceſſorium præſupponit principale: quare ſi nominatus venditor interuenit actu poſitiuo in ſolutione gabellæ; ex iſta probatione naſcitur inſeparabiliter probatio venditionis.

127 LIMITA II. vt non habeat locum in cauſis criminalibus, quæ ſunt graues; quia liber officialis publici conſtituti publica auctoritate ad inueſtigandos delinquẽtes, non probaret in cauſa criminali graui, ſed ſolum in leui, ſicut retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap.71.ſub num.3.verſus finem.ibi.quare iudex.

148 LIMITA III. vt non habeat locum contra non ſubditum, quia liber officialis contra eum non probaret plenè, ſed ſolum adminicularetur probationes ſecundum Crauet. tract.de antiq.temp.rub. quarta limitatio.num.76.& ſeqq.& præſertim.num. 81. fol. 137. & 138.& Caputaq. deciſ.155. ſeu 1. num.7. par. 2. & ratio ſecundum Crauet.eod.tract.de antiq.temp. in verbo. quid in libro officialis vnius monaſterij. num. 1.fol.138.eſt, quia eius perſona fuit approbata per totam ciuitatem, & ideo probat inter ſubditos, qui approbauerunt, ſecus contra extraneos, & non ſubditos. ſed aduerte quia iſtam limitationem ſolum retuli, ſed nihil firmo: poteris tamen addere quæ ſcribit de libris eccleſiæ, repertis in archiuio, Maſcar.tract de probat.concl.973.nu.50.52.&53.lib.2.vno tamen caſu admitterem iſtam limitationem, videlicet, quando non ſubditus negaret omnino, ſe vnquam tractaſſe cum tali officiali occaſſione officij, ſecus autem quando diceret, ſe cum eo tractaſſe, ſed aliter ſcriptum eſſe, quia tunc ratione loci contractus teneretur ſtare illius libro, quamuis non eſſet ſubditus per ea, quæ ſcripſi infra nu.239.& ſeqq.ad eum.

RESTRICTIO III.

Liber campſorum & mercatorum probat.

129 RESTRINGE III. eandem ampliationem, poſitam ſupra num.101.vt non habeat locum in libris campſorum

psorum,& mercatorum nostri temporis,quia probant etiam pro mercatoribus, sicquè probant tàm recepta, quàm data,seu soluta secundum Bald.in l.vnica. num. 13.vers. quid ergo est in codicibus mercatorum.C. de confess.& Abb.qui eum citat,in cap. bonæ memoriæ. il. 2.num.30. de postul.prælat.& Mathesil.sing.79.nota doctrinam mirabilem. in fine.&,quòd hodie de generali consuetudine totius Italiæ libri mercatorum plenè probent,testatur Soccin. cons. 87. in præsenti consultatione.num.16.lib.1.quem refert, & sequitur Foller.in addit.ad spec. Maran.par.6. actu.6.num.37. &, quòd multis in locis extent consuetudines de præstanda fide libris mercatorum,refert Ias.in l. admonendi. in 2.repetit.sub num.116.vers.circa secundum. versus finem. ff. de iureiur. &, quòd liber campsoris faciat fidem de consuetudine, quamuis de iure eam non faceret,& eiusmodi consuetudines sint laudabiles,scribit Fed.de Sen.cons.119. nulli dubium. sub num.6. & adde quæ scripsi infra nu.789. ibi. & hinc videmus, & quòd hæc consuetudo sit valida, refert, & sequitur Tiraq.tract.de iudic.in reb. exig.vers. confirmantur hæc.fol.86.tom.5.

130 Ratio huius restrictionis est, quia mercatores scribunt, & faciunt libros rationum quadam necessitate sui officij, & ex quodam tacito mandato, & voluntate eorum,cum quibus contrahunt, quia hi, cum quibus contrahunt, sciunt, quòd mercatores necessariò debent facere, & tenere vnum codicem suarum rationum, cum sæpè dent in credentiam, & recipiant creditum in diuersis partitis, & contrahant cum tot, & diuersis, vt nimis onerosum eis esset de singulis parare probationes aliter,quàm per scripturam proprij codicis rationum:vnde ij, qui cum dictis mercatoribus contrahunt, videntur tacitè eisdem mandare,quòd scribant data, & recepta, prout in substantia rationem hanc considerauit Bal. in d.l. vnica. sub num.13. quem refert, & sequitur Fely.in cap. 2. vers. fallit.4.ibi. tamen in talibus libris.sub num.25. de fid. instrum.& fusius considerauit Corn. videndus cons. 319. circa primum. num.12. lib.3.&, quòd inter mercatorem, & contrahentem cum eo,præsumatur istud tacitum mandatum iniunctum ipsi mercatori à contrahente cum eo, vt scilicet scribat, refert, & sequitur ex pluribus Mascar.tract. de probat.conclus.974. num 4.lib.2.hancquè eandem rationem considerauit Anch.cons.44 primo de viribus.nu.5. in fine, in libris rationum ecclesiæ.

131 Et licet Menoch.tract.de arbitr.iud.cas.93.sub nu. 14.post Io.Bap.à S.Seuerino in l.admonendi.num. 76. ff.de iureiur.quem citat,reprehendat Mathesilanum constituentem differentiam inter epistolam, & librũ rationum, citato etiam ad hoc Abbate in cons. 36. in fine. lib.2. tamen ego in casu,de quo agimus, videlicet,quãdo liber habet debitam formam ita,quòd probet, censeo vna cũ Mathes. rectè differentiam constitui:& certè si non esset constituenda, cogeremur dicere,quòd omnes Doctores errassent,dum separatim, & cum differentia tractarunt de libris rationum mercatorum, & de alijs scripturis. Et, quòd libris mercatorum etiam in capitulis separatis sit credendum, tenuit Fely.in d. c.2.vers.fallit quarto. ibi.si autem sunt. sub num.25. de fid.instrum.licet se restringat in quantitate parua, & benè:& hoc est verum,& suadetur duplici ratione: prima, quia libris mercatorum creditur etiã si cõtineant solum capitulum dati, seu crediti contra debitorem,sintquè libri producti ab ipso mercatore:vnde à fortiori eis credendum est, si contineãt data,& recepta,quamuis per capitula separata:secunda,quia si libris productis ad instantiam aduersarij cõtra mercatorem crederetur ad fauorem mercatoris solum in capitulis connexis, & inseparabilibus, vt videntur sentire Bar.in l.quędam.§.fin.sub num. 2. versus finem.ff.de eden.& Menoch.d.cas.93.nu.4.& alijs quibusdam seqq.vt puta, quando mercator scripsisset, se die 25.Iunij 1601.habuisse à Seio cannas.12. panni, proquè eis se soluisse ad bonũ computum in contanti scut.14. certè isto casu nihil specialitatis tribueretur fidei librorũ mercatoris, cum id seruaretur in quauis confessione, quouis modo emanata, vt dixi infra nu.

132 Contra istam tertiam restrictionem adducuntur de diametro Glos.in d.l.quædam sunt personæ.§.fin.in verbo.decurritur.ff.de eden.& ibi Paul. de Castr. sub num.3.qui eam sequitur.& Bar.in l.admonendi.nu.26. in fine.ibi.si verò ab eius.ff.de iureiur. & in auth. at si contractus.num.9.C. de fid.instrum. Lanfr. de Orian. tract.de fid.instr.num.56.fol.33. Abb.in cap.2. sub nu. 9.de fid.instrum.Gramm.in cons.ciuil.cons.82.sub nu. 1.& 2. &, quòd ita communiter * teneant Doctores, testantur Ias.in d. l. admonendi.in 2.repetit. sub num. 127.quem refert, & sequitur Foller. in addit. ad spec. Maran.par.6.actu.6.num. 30. & Mascar. tract.de probat.conclus.973.num. 1.in fine. lib. 2. qui multos cumulauit;& hanc opinionem pro conclusione posuit Fely.in d.cap.2.num.21.vers.prima conclusio. de fid. instrum. & ratio huius opinionis secundum Anch. Rot. diuers. Bar. & Abb. quos retuli, & sequutus sum infra num.1072. est,quia non potest plus operari scriptura vnius hominis, quàm ipsius viua vox, sed vox viua non potest inducere semiplenam probationem, cum non admittatur in testimonium pro se: ergo nequè scriptura.

133 RETENTA restrictione, quòd credatur libris mercatorum,& campsorum nostri temporis.

AMPLIA I. eam, vt præcipuè habeat locum, vbi extat statutum,quòd eis credatur, quia tunc faciũt fidem tàm contra ipsum mercatorem, quàm pro ipso mercatore Bal.in l.cunctos populos.num. 16. vers. & ideo statuta.C.de summ.trin.& fid.cathol.& in l.comparationes.sub num.10.vers. ego addo septimam. C. de fid.instrum.Paul.de Castr. in l.quædam sunt personæ.§. nummularios.sub num.3. ibi. quod intellige nisi statutum.ff.de eden.& ibidem Ias.nu.4.& rursus idem Ia.in l.admonendi.in 2.repet.sub nu.116. vers. vltra bar.ff.de iureiur.Fely. in cap. 2. fallen. 5. num. 26. & ibidem Dec.num.40.de fid.instrum.Tiraq.tract.de iudic.in reb.exig. vers. confirmantur hæc. fol. mihi. 86. tom.5.Menoch.de arbitr.iud. lib.2.cent.1.cas.91.num. 16.Strac.tract.de mercat.tit. quom.in cau. merc. proced.num.31.fol.331.qui omnes sentiunt eiusmodi statutum valere.& quòd indubitata sit sententia Doctorum, quòd ex dispositione statuti possit adhiberi plena fides scripturæ mercatoris,scribit Rol.à Vall. cons. 92.in præsenti consultatione.nu.4.in fine.& n.5.lib.3. quem retulit, & sequutus est Mascar.tract.de probat. conclus.973.num.16.lib. 2.& benè hoc declarat Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. in verbo. viso de verbis enuntiatiuis. num. 27. & seqq. fol.130.

134 AMPLIA II. vt æquè pariter habeat locum, vbi extat consuetudo, quòd credatur libris mercatorum, quia tunc staretur illis etiam ad fauorem mercatorum, sicut,scribendo,præsupponunt Paul.de Castr.in l.quædam sunt personæ.§.nummularios.sub num.3.ibi.quod intellige.ff.de eden. & ibidem Ias.num.3.& seqq.rursus idem Paul.de Castr.in l.admonendi.num. 42. in fine.& num.43. & Ias.sub num. 116.vers.vltra bar.ff. de iureiur.Corn.cons.319.circa primum.sub num.14.lib. 3.Alex.cons.53.in causa vertente.sub num.1.ibi.sicut & hoc potest.lib.1.& Fely.in d.cap.2. fallen. 5. num. 26.de fid.instrum. Dec.in cap. 1.vers. & nota quod libris. num.132.de probat.& Foller. in addit. ad spec. Maran.par.6.actu.6.sub num.37.& Crauet.d.vers. viso de verbis enuntiatiuis.num.27.fol.130.dicens,quòd in consuetudine nemo discrepat.& de statuto,& consuetudine promiscuè loquuntur Rol.à Vall.& Mascar, locis proximè citatis,testantes de indubitata sententia:

135 † & ratio est, quia ratione frequentiæ & consuetudinis scriptura priuata facit fidem, quam alias non faceret Bal. in dicta l. quædam sunt personæ. §. numularios. num. 1. not. 2. ff. de eden. Feder. de Sen. cons. 119. nulli dubium est. sub num. 6. & Anch. cons. 44.primo de viribus. num. 6.Corn.d.num.14. in fine. & Ias.d. §. nummularios. num. 3. & ratio huius consuetudinis esse potest,quia mercatores, qui falsum scriberent,essent grauiter puniendi, sicut hanc rationem, loquendo in mercatoribus Florentiæ, assignat Paul.de Castr.in d.l.admonendi.num.42.in fine.quem refert etiam ibidem Ias.in 2.repetit.sub num 116.ibi.

vltra

vltra bar. sed ego addo duplicē aliam rationē generalē. Prima est, quia esset nimis onerosum mercatori de singulis negotijs,& particellis parare probationes, & præsertim in paruis,vt, loquendo in libro tutoris, dixit Paul.de Castr.quem retuli, & sequutus sum infra num. 176. limitat. 5. Secunda ratio est, quia si liber mercatoris reperiretur falsus in vna particella præsumeretur falsus in omnibus, vt dixi infra nu.183. limit. 6.& num. 325. quod esset maximum damnum mercatori, qui solet totum patrimonium habere in mercatura descripta in libro mercaturæ; & hęc ratio concludit in omnibus libris rationum, in quibus contineretur negotiatio magna,quia tūc non est verisimile, nec est præsumendum,quòd in eis scribatur falsum,cū ex falsitate vnius partitę præsumerētur falsæ etiā veræ.

136 Iuxta istas duas ampliationes habemus Motum propriū Iulij Papæ III. pro aromatarijs, seu dispositionem Præsidentium, & Clericorum, in vim illius mandantem, quòd libris aromatariorum, tentis more mercantili;benè,& secundum statuta artis,adhibeatur plena fides vsque ad annos quinque; & quòd de cætero libri non habeant fidē in iudicio,nec extra,nisi fuerint approbati per fidem Consulum (pro tempore dictæ artis manu notarij cōsulatus dictæ artis; quas facultates priuilegiorū, & iurisdictionis aromatariorū Vrbis confirmauit S.D.N.Clemens VIII. anno quinto eius potif.3.Kal.Ianuarij anno Domini 1596. per confirmationem, incipien. laudabilis. in §. ac quòd,mandans,vt libris,quos mercantili more, vel secundum vsum dictę artis aromatarij tenuerint,adhibeatur fides iuxta formam dicti Motus proprij Iulij Papæ III. vsq; ad quinquennium.

137 Iuxta easdem ampliationes probant libri hebræorū propter priuilegia,eorum libris concessa,sicut consuluit Alex.cons.53.in causa vertente.sub num. 1. lib.1.

138 † est verum,quòd idem Alex.cons.3.in causa & lite sub nu.4.vers.& si fas.& num.5.lib. 2.damnat eiusmodi priuilegia, & statutum in fauorem hebræorum. & quòd eiusmodi statutum, vt credatur scripturæ hebræorum contra Christianum sit inhonestum, iniquū, & irrationabile,tenet Crauet.de antiq.temp.rub. scriptura priuata.vers.viso de verbis enunciatiuis.sub nu. 29.fol.130. &,quòd nō valeat,nisi sit cōditū ab eo,qui habet potestatem derogandi canonibus,refert, & sequitur ibidem num.28.

139 AMPLIA III. vt habeat indistinctè locum in his, quæ dependent à mera voluntate scribentis,quiā omnino in eis creditur l.nesennius.ff.de negot.gest. Bar. in l.admonendi.sub n.26. versus finem.ff.de iureiur.& ibidem Ias.in 2.repetit.sub nu.107. vers. fallit primo, rursus Bar.in l.nuda ratio. in fine principij. & num.1. & 7.ff.de donat.& in auth.at si contractus.sub num.9. C.de fid.instrum. Abb.in cap.2.sub num. 9. & ibidem Fely.n.22.vers.fallit primo.de fid.instr.Lanfr.de Oriā. tract.de fid.instrum.num.56.fol.33. Foller.in addit.ad spec.Maran.par.6.actu.6.sub num.23.Mascar.tract.de probat.cōcl.793.nu.72.lib.2.Rot.diuers.decis.811.dubitaui 10.decembris.nu.16.par.1. Et quomodo intelligatur ista ampliatio vide Bar.in d.l.nuda ratio.

140 EXEMPLIFICA istam ampliationem in eo,qui scripsit, se expēdisse tot pro N. suo fratre animo repetendi,quia si constabit de expensa, ei creditur,quòd expenderit animo repetendi, cum sic in libro reperiatur scriptum Fely.vbi supra.

141 EXEMPLIFICA rursus in aditione hæreditatis, &in quauis protestatione super eo,quod pendet à voluntate protestantis,vt exemplificauit Lanfr.de Oriā. vbi supra.

142 RESTRINGE tamen istam III. ampliationem, vt non sit vera,quando scriptura,protestatio,seu declaratio habet præsumptionem iuris contra,vel non est verisimilis,quia tunc non creditur,Socc.cons.94.pręstantissimi.sub num.4.lib.1.

143 AMPLIA IIII. vt præcipuè locum habeat, quando essent verificatæ,& approbatæ aliquę partitæ ipsius libri,quia tunc crederetur ei in reliquis,vt ex Paul.de Castr. Ang. de Aret. Ias. Crauet. Foller. Gabr. Mascar.& Rot.diuers.retuli,& sequutus sum infra num. 184.qui duo postremi citant alios nempè Corn. cons. 81.sub num.9.lib.4.Paris. Alciat.Ruin.Gramm.& Bert. quos poteris videre.

144 EXTENDE istam ampliationem, vt habeat locum generaliter in quolibet libro rationū,sicut ex Mascar. retuli, & sequutus sum infra d. num. 184.

145 EXTENDE rursus istam ampliationem etiamsi partitæ,de quibus esset controuersia, forent maximi momenti Gabr.in suis conclus.lib. 1.tit.de præsump.conclus. 5.nu.3.quem refert,& non impugnat Rot. diuers. par. 1.decis.vlt.in fine.

146 Contra istā extensionem allegat,& residet Mascar. d.conclus.793.nu.77.sed ego nihil hic firmo.

Reliquæ ampliationes continentur, & colliguntur ex limitationibus,& declarationibus sequētibus,ideo pluribus non insisto.

Liber mercatoris quando non probet.

147 Limita nunc,seu declara eandem opinionem,quam retinuimus supra num.133.de credendo libris mercatorum,vt,inspecto iure communi,liber mercatoris nō probet,si descriptus in eo neget negotiationē,& mercator eam non probet; secus est inspecta consuetudine, seu statuto, quia liber mercatoris probat,quamuis descriptus in eo negaret,se negotiatum fuisse cum mercatore, & negotiatio aliter non probaretur: & ratio diuersitatis est,quia ius,tribuens fidem libris mercatoris,fundat illam fidem in tacito mandato contrahentium,qui velint,mercatorem scribere, & tenere rationes communes inter eos iuxta ea, quæ scripsi supra num. 130. & ideo, nisi probetur negotiatio, cessat præsumptio taciti mandati iuxta ea, quæ scripsi infra n.235.in fine.sed cōsuetudo,seu statutū disponunt simpliciter credi debere libris mercatoris eo, quòd eorū ars, seu munus,& eorum libri videntur tacito populi consensu approbati iuxta ea, quæ scripsi infra num. 237.vers.sed lex mouetur.

148 LIMITA II. etiam attentis consuetudine, seu statuto,vt habeat locum solum in pertinentibus, & spectantibus ad mercantiam,quam mercator exercet, vt puta,quia mercator pannorum scriberet de pannis,alicui à se traditis, secus si scriberet de alijs, non pertinentibus ad suam mercantiam, seu artem, vt puta si mercator pannorum scriberet de deposito, quia non esset ei credendum,Io.Andr.in addit.ad Spec.tit. de instrum.edit.§.nunc dicendum. in additione magna. ibi. si autem scripsit. & ibi.secundum supplementum. quem referunt,& sequuntur Rom.cons.204.pro discutienda.num.3.ibi.hoc autem. & cons. 205. in puncto. sub num.3.vers.cæterum.Ias. in l.admonendi.in 2. repetit.vers.tertio diligenter.sub num.119.ff.de iureiur. mirans de Alex.quòd neminem citauerit. rursus idem Ias.in l.age cū geminiano.nu.4.ibi. similiter videmus. C.de transact.& ibidē Dec.nu. 4. idē cons.40.viso tenore commissionis.nu.3. & in cap.1. vers. secundo talis.num.134.de probat.Crauet.tract. de antiq. temp. rub.quarta limitatio.nu.72.fol.137.Rol. à Vall. cons. 92.in pręsenti consultatione.vers. secunda est conclusio.num.8.& sub num.13.lib.3.Menoch.de arbitr. iud. lib.2.cent.1.cas.91.num.22. & 23.Strac.tract.de mercat.tit.quom.in caus. mercat.proced.num.40.fol.331. Mascar. tract.de probat.conclus. 973. nu. 28. lib.2. & Becc. cons.5. in libro. sub num. 10. lib. 1. & hoc idem scripserunt Fely.in cap.2.fallen.5.sub num.26.ibi. & caue quia.de fid.instr.& latius in cap.post cessionem. ampl.1.sub nu.4.& ibidē Dec.n.39.de probat. Alciat. tract.de præsump.reg.3.pręsumpt.9.n.29.fol.333.Crauet.cōs.3.iudex habēs.sub nu.15.vers.simile videmus. & tract.de antiq.temp.in verbo. vidimus & abundè. num.8.fol. 139.& Foller. in addit. ad spec.Maran.par. 6.actu.6.sub num.37.ibi.limitantur etiam prædicta. & latè etiam Becc.d. cons.5. in libro.nu.13.in fine.& nu. 14.lib. 1. & aliqui ex his, videlicet,Io. Andr. Crauet. Menoch. & Becc. loquuntur in libro officialis deputati à publico, qualis erat argentarius, seu nummularius.

149 † Et ratio est euidens, quia sicut auctoritas,quæ competit ratione officij,seu exercitij,non debet posse operari vltra naturam officij iuxta ea, quæ notāt Bal. in l. 3. §. ex hoc edicto.sub num. 2. ibi. nota quòd.ff. naut.caup.stabul. &c. dicens, quòd nauta, caupo, & stabu-

stabularius tenentur de recepto, quando recipiunt iuxta officium suum; seu iuxta artem suam, quã faciunt, secus si non recipiant iuxta officium suum, vt puta inquit, hospitator non recipit à viatore, sed ab amico, vel vicino: inquit ipse, quòd non tenetur de recepto sub contemplatione officij, seu artis, quia non recipit vt talis officiarius, seu artifex; & ideo, subdit, Syndicatores, qui habent sindicare officiales, non possunt intromittere se de eo, quod officiales gesserunt extra officium, & alia similia adducit. & ex Bal. refert, & sequitur Dec. d. cons. 40. num. 2. versus finem. ibi. vnde tales officiales. & in terminis nostris considerat Rol. à Vall. d. cons. 92. num. 10. lib. 3. & sic etiam fides, quæ præstatur libris mercatorum, non debet præstari extra negotia mercatorum, hancquè eandem rationem refert, & sequitur ex Io. Andr. Beccius cons. 5. in libro. sub num. 10. lib. 1. loquens de libro magnifici officij magistratus redditicum Marchionatus Finarij.

150 Cõprobatur ista limitatio primo, quia statutũ, quòd non possit contrahi cum filijsfamilias, nisi sint mercatores, non habilitat contractum factum cum filiofam. mercatore ex alia causa, quàm ex causa mercantiæ Bal. in l. fin. num. 6. vers. quæro hic statutum. C. ad senatusc. macedon. & in l. 3. §. ex hoc edicto. in fine. ibi. itẽ facit. ff. naut. caup. stabul. &c. Paul. de Castr. in l. 1. §. in filiofam. n. 4. ff. ad senatusc. macedon. dicens in fine, se istam causam pluries vidisse Florentiæ de facto. Alex. cons. 208. viso summario. num. 9. in fine. ibi. hoc probo. & num. 10. lib. 2. & cons. 113. visa conclusione. sub n. 2. lib. 7. & ibi Natt. in addit. Ias. in d. l. age cũ geminiano. num. 6. ibi. similiter stante statuto. C. de transact. vbi multa congerit. Dec. in d. cap. post cessionem. num. 37. in fine. & num. 38. de probat. Crauet. d. cons. 3. num. 15. Rol. à Vall. d. cons. 92. num. 10. in fine. & nu. 11. lib. 3. Strac. d. tit. quomodo in caus. mercat. proced. num. 41. fol. 331. & Becc. d. cons. 5. in libro. num. 14. in fine vers. confirmatur. & num. 15. lib. 1. & ratio huius comprobationis secundũ Bal. in d. l. fin. num. 6. est, quia habilitatio, seu permissio contrahendi cum filiofam. est respectu causæ, & non personæ: quare cessante causa mercantiæ, cessat permissio, & habilitatio, vel secundum eũdem in d. §. ex hoc edicto. in fine. quia ista qualitas respicit factum principale.

151 Comprobatur secundo, quia statutum de adhibenda fide plenaria Thesaurario nõ procedit, quando agitur de materia non pecuniaria, & sic non pertinente ad officium Thesaurariæ, Ias. in d. l. age cum geminiano. nu. 5. C. de transact. & Rol. à Vall. d. cons. 92. nu. 12. moti ex responso Romani in cons. 319. in causa. pro qua comprobatione adde quæ scribit Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 91. nu. 24.

152 LIMITA III. seu declara, vt non habeat locum, quando liber mercatoris non esset tentus more mercantili, vel alias secundum morem, & consuetudinem loci: quia tunc libro eiusmodi non crederetur iuxta ea, quæ scripsi infra num. 254. & 267. &, quòd liber mercatoris, non habens formam rationis, & sic data & recepta minimè continens, prout spectaret ad eius officium, non probet, scribit Ias. in l. admonendi. in 2. repet. num. 130. in fine. ibi. limita tamen. ff. de iureiur. loquens ibi non solum de probatione pro scribente, sed etiam de probatione pro tertio contra tertiũ, & ex eo refert, & sequitur Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu 6. nu. 35. in fine. &, quod liber aromatariorum non probet, nisi fuerit tentus more mercantili, est dispositum in motu proprio Iulij III. quem retuli supra n. 136. & quæ sint necessaria in libro mercantili, vt probet, & dicatur tentus more mercantili, enarraui infra d. num. 267. & seqq. ad eum.

153 LIMITA IIII. seu declara, vt habeat locum in libro continente verisimilia, quia tunc probat pro scribente, vt dicit Corn. cons. 319. circa primum. sub num. 14. lib. 3. qui loquitur in libro mercatoris pannorum; sic etiam, loquendo generaliter de libro mercatoris, admonet Strac. tract. de mercat. par. 2. rub. de statu mercatorum &c. sub num. 62. vers. deinde codex. fol. 292. quod idem in libro rationum tutoris, intercedẽte etiã eiusdem iuramento scripsit Gul. de Cun. in l. edita. col. 3. vers. sed quæro quẽ effectũ. C. de eden. quẽ referunt, & sequuntur Bal. in l. 1. sub num. 11. ibi. istud verum est. C. eod. Alex. cons. penult. viso quodam. sub nu. 8. lib. 7. Ias. in l. admonendi. in 2. repet. vers. quarto principaliter. sub num. 121. ibi. addo quòd. ff. de iureiur. & Crauet. tract. de antiq. temp. par. 1. rub. quarta limitatio. limit. 7. num. 24. & seqq. & præsertim num. 28. fol. 136. Bal. tamen quem referunt, & sequuntur Alex. & Ias. vbi supra. & Dec. d. l. 1. num. 3. C. de eden. loquitur simpliciter in libro rationum, & ait, credi libro rationum, continenti verisimilia vna cum iuramento producẽtis, & addit, hoc verum esse, concurrente difficultate probationis, & non alias. &, quòd, his duobus concurrentibus, videlicet, iuramento mercatoris, & difficultate probationis pro ipso mercatore, credatur eius libro, refert, & sequitur Crauet. vbi supra. &, quòd libro rationum tunc credatur, quando concurrit difficultas aliter probandi, quàm per librum rationum scribit Crauet. vbi supra. nu. 34. vers. quarto procedit. fol. 136. dicẽs, satis esse, quòd ista difficultas virtualiter & effectualiter allegetur, licet nõ expresse. &, quòd libro rationũ tutoris, curatoris, & commissarij, continẽti verisimiles expẽsas, adiuncto iuramẽto, si viuunt, sit credendum, scribit Bal. in rub. sub nu. 34. vers. sequitur videre. C. de fid. instr. & quòd in redditione rationis tutorum stetur ipsis, aut ipsorum scripturę priuatæ in verisimilibus, hocquè procedat in cæteris administratoribus, rationem reddentibus, scribit Tiraq. in præfat. ad l. si vnquam. num. 52. vers. quibus concinit. C. de reuoc. donat. &, quòd libro rationum, continenti verisimilia, adiuncto iuramento producentis, credatur, notauit etiam Fely. in cap. 2. fallen. 2. sub num. 23. de fid. instrum. &, quòd libro rationum, continenti verisimilia, credatur, scribit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 85. num. 2. & cas. 92. num. 3. vbi loquitur de libro societatis, cui, si verisimilia contineat, credi oportere scripsit etiam Bal. in rub. C. de fid. instr. vers. sequitur de scripturis sociorum. nu. 35.

154 † &, quòd etiam liber vnius priuati faciat fidem quando continet verisimilia, scribunt Dec. cons. 510. in casu de quo agitur. sub num. 2. cons. 596. ad dubia. num. 9. lib. 2. & Crauet. cons. 158. visis actis. sub nu. 9. requirit tamen Dec. d. cons. 510. etiam iuramentũ. & generaliter quòd scriptura priuata alicuius probet etiã ad cõmodũ scribentis, si contineat verisimilia, iungaturquè iuramentum ipsius scribentis si viuat, scribit Tiraq. in præfat. ad d. l. si vnquam. num. 51. vers. e contrario. quare si tutor, seu curator scripserit, se expendisse pro alimentis, pro libris, & pro salario, seu mercede magistri, & appareant libri, & eruditio pupilli, seu adulti, & sint verisimiles expensæ, non est dubium, quòd est credendum libro tutoris, seu curatoris, & similiter, si scripserit, se expendisse pro ædificio, seu restauratione domus, & appareat ædificium, seu reparatio domus, erit similiter credendum libro ipsius tutoris saltem cum eius iuramento, vt scribunt Corn. cons. 81. in hac consultatione. vers. tamen est aduertendum. sub num. 9. versus finem. & num. 11. lib. 4. loquẽs de magna expẽsa cuiusdam cappellæ, facta à tutore. Ias. in d. l. admonendi. in 2. repetit. sub nu. 121. Fely. d. cap. 2. fallen. 2. sub num. 23. de fid. instrum. & Crauet. de antiq. temp. par. 1. rub. quarta limitatio.

155 num. 29. fol. 136. † cæterum si sit mortuus, mors succedit loco iuramenti, quia non præsumitur, quòd quisquã administrator alienorũ bonorum velit, imminente morte, aliquid falsi committere, ac quasi salutis suæ immemor alium fraudare, & se ipsum à beatitudine æterna excludere. Iodoc. in pupillorũ patroc. cõment. de tutorũ & curatorũ rationis iustificatione. c. vnico. nu. 40. & 41. fol. 377. &, quòd mors in prædicto casu nõ faciat adhiberi minorem fidem, quàm faceret iuramẽtum, scribit etiam Paul. de Castr. cons. 301. ad bene examinandum. num. 4. lib. 1. & licet contra hoc, & signanter contra Paul. de Castr. scribat Ias. in l. admonendi. in 2. repetit. sub num. 124. ibi. item aduerte. ff. de iureiur. allegans dictum Baldi, quòd non omnis moriens præsumitur sanctus Io. Euangelista, relatum à nobis lib. præced. cap. 73. sub num. 2. vers. nec obstat. licet pariter contrarium videatur sensisse Purpur. socer Crauettæ, vt ipse testatur loco infra citato; tamen

mē hæc ſententia eſt veriſſima per ea, quæ ſcribit Crauet.tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. nu. 48. 49.& 50.fol.136. vbi bene ſoluit contraria.

156 Conſequentia igitur per oppoſitum erit, quòd, ſi liber non contineat veriſimilia, ei non credatur: vt puta in libro rationum curatoris finge, quòd curator alicuius adulti diſtrictualis, habentis in bonis valorem ſcut. mille & ſeptingenta in diſtrictu, reddētium quolibet anno ſcut. 80. in reddenda ratione adminiſtratæ curæ oſtendat ex libro rationum, ſe per quinquenniū ſingulis annis expendiſſe ſcut. 150. pro alimentis præfati adulti, dum ſtuderet Romæ, ſicquè adultus remaneat debitor ipſi curatori in ſcut. 350. etenim iſto caſu duæ inveriſimilitudines occurrunt: prima, quòd adulto diſtrictuali, ſtudenti hic in Vrbe, non ſufficiant ſcut. 80. aut ſaltem ſcut.96. ad ſummum pro alimentis vnius anni: ſecunda, quòd expenderit ſcut.150. cum ex redditibus ſuorum bonorum nō habeat niſi ſcut. 80. & tot circiter ſufficere ſoleant: quare benè inquit Iaſ. loco proximè citato, multū iudicis arbitrio relinqui; quod idem ex Bal. refert, & ſequitur Tiraq. in præfat. ad l.ſi vnquam.ſub nu.53. verſ. conſonat.C. de reuoc. donat.

Sed mittamus exempla de libro curatoris, quia poſſet quiſpiam dubitare, quòd curator teneatur non eò, quòd liber, vti continens inveriſimiles expenſas, non probet, ſed eò, quòd expenderit negligenter, & ali-

157 ter, atquè in cauſa propria expendiſſet: † ſiquidem tutores, & curatores tenentur res, & bona pupilli diligēter adminiſtrare ita, vt minores nihil eorum dolo, vel lata culpa amittant ad relata per Iod. Dam houd. in tract. de pupill. patroc.cap.7. ſub num.16. & ſeqq. fol. 361. & Menoch. de arbitr. iud. lib.2.cent.1.caſ.49.nu. 6. Finge ergo in libro mercatoris, quòd mercator pannorum ſcripſerit, ſe hoc anno 1601. dediſſe Meuio tot cannas panni pro faciendis veſtibus eiuſdem Meuij, quæ aſcendant ad valorem ſcutorum 200. ſeu 300. & quòd in partitis receptorum ſcripſerit, ſe recepiſſe ab eodem bolonenos, ſeu baiocos duos, aut quinque. & adde quòd Meuius ſoleat vti veſtibus modici pretij; & quòd fides mercatoris ſit noua in Vrbe: certè huic libro, quia contineret inveriſimile tàm circa datum, quàm circa receptum, non eſſet multum credendum.

158 Et quòd firmata conſequentia, de non credendo libris rationum, continētibus inveriſimilia, ſit vera comprobatur duplici argumento.

Primo, quia tantum operatur propoſitum in propoſito quantum oppoſitum in oppoſito l. fin. §. fin. & ibi Bar. in ſummario ff. de leg. 3. Inſtit. de action. §. plus autem. Bar. in l. & ſi contra.num. 3. ff. de vulg. & pupil. & Io. Roy.tract. de hæret. num.457.fol.217.

Sed veriſimilitudo in propoſito operatur, vt credatur libro: Ergo inveriſimilitudo in oppoſito operatur, vt non credatur; & hoc argumento in effectu vtitur etiam Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q.76. in fine aduerſus aſſertionem iudicis, cui veriſimilitudo reſiſtat. & lib.2. cent.1. caſ.85. num.1.& 2. ponens ea, quæ veriſimilia non ſunt, ſpectanda non eſſe, & è contra veriſimilibus deferendum eſſe.

159 Secundo, quia teſtes deponentes non veriſimilia nō faciunt fidem, ſeu non probant Abb. in cap.quia veriſimile. num. 3. de præſumpt. & ibidem Fely. num. 4. Campeg.tract.de teſtib.reg.122.fol.97. Dec. conſ.94. in caſu ad me tranſmiſſo. num. 2. in fine. conſ.596. ad dubia. num.8.& conſ.684. ſeu 685. conſului alias.nu. 5. Boſſ.tract.crim.tit. de oppoſit. contra teſtes. nu.94. Crauet.conſ.134. ſcripſi.verſ.octaua ſuſpitio.ſub num. 36. Rol. à Vall.conſ.7. in cauſa antonij.num.17. lib.1. & conſ.49. legitimationem. nu.36.lib.4. Albert.tract. de agnoſc. aſſert. cath.q.35.ſub num. 2.& 4. fol.117. Tiraq. in præfat ad l.ſi vnquam. num.44. verſ. imò vero. C. de reuoc. donat. Maſcar. tract. de probat. concluſ.1364.nu.1.& concl.1402.num.8.lib.3. & eſt omniū communis * ſententia, quæ ſumi poteſt ex d. cap. quia veriſimile.& ex l. ob carmen. §. fin.ff. de teſtib.

160 Item inſtrumentum, continens non veriſimilia, non probat Abb. conſ.99. illud in præſentiarum.num.4. in fine, lib.1. Crauet. d.conſ. 134. ſcripſi alias. nu.36.& apertius Socc.conſ.28. viſis teſtamento. num.9.lib.3. dans exemplum de inſtrumēto, facto Bononiæ ea die, qua vnus ex contrahentibus erat Mutinæ: quia, inquit, licet poterit ille contrahens eadem die eſſe Mutinæ, & Bononiæ; tamen non quod eſt poſſibile, ſed quod eſt veriſimile attenditur ad inducendam ſuſpitionem falſitatis: ad idem vide Neuiz. conſ. 46. pro iſta puella. num.14. qui ſcribit, quòd ſi iudex videt inſtrumentum continere non veriſimile, licet contineat poſſibile, non debet ei credere.

161 Et denique, quòd ea omnia, quæ deflectunt à veriſimilitudine, reijcienda ſint, refert Card. Alban.tract. de poteſt.pap.par.2.num.262.fol.81.& quòd veriſimilitudo multum valeat in legibus, & in dirimendis litibus, latiſſimè comprobat Tiraq.in præfat.ad l.ſi vnquā. ſub num.37. verſ.ſed iam. & num.38. & ſeqq. & num. 56.verſ.inter tàm. C.de reuoc.donat.

162 Et tandem in caſu noſtro, quòd liber, continens non veriſimilia, non probet, ſcribunt Rol. à Vall. dicto conſ. 49. num. 37. lib. 4. & Menoch. qui loquitur de libro ſociorum, tract.de arbitr.iud.caſ. 92.declaratione 1.num.5.&, quòd etiam in libro ſociorum requiratur veriſimilitudo, notabiliter patet ex his, quæ ſcribit Crauet.tract.de antiq. temp.rub. quarta limitatio, num.60.& 61. fol.137. dicens, quòd Doctores non aperiunt, an in libro ſociorum requirantur illa nouem requiſita; ſed ſolum aperiunt, requiri veriſimilitudinem.

163 Ratio eſt, quia quod non eſt veriſimile, eſt ſuſpectum de falſo, vt in teſte, deponente non veriſimilia, quòd ſit ſuſpectus de falſo, ſcribunt Abb. d. cap. quia veriſimile. num. 3. de præſumpt. Campeg. dicta reg. 122. fol.97. Dec.dictis conſ.94. nu.2.in fine.conſ.596. num.8. & conſ. 684. ſeu 685. num. 5. Boſſ. d. tit. de opp. con. teſt. num.94. Crauet.conſ.28.aſſertum.num. 1. & dicto conſ.134. ſub num.36. Albert.d.q. 35.num. 4. Tiraq. in præfat. ad l.ſi vnquam. num. 44. verſ. imò vero. C. de reuoc. donat. & Maſcar. dictis concluſ. 1364. num.1.& concluſ.1402.num.8.lib.3.

164 Et in inſtrumento, quòd ſit ſuſpectum de falſo, ſi non contineat veriſimilia, ſcribunt Socc. d.conſ. 28. nu.9 lib. 3. Crauet. d. conſ. 28. ſub num. 1. Tiraq. in præfatione ad dictam l. ſi vnquam.num.48. verſ.quod quidem. C. de reuocan. donat. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 740. num.35. lib. 2. & concluſ. 1402. nu. 23. lib. 3.

165 Et indefinitè in qualibet ſcriptura, quòd ſit ſuſpecta de falſo, ſi veriſimilia nòn contineat, ſcribit Alex.cōſ. 84. in cauſa comitis. verſ. præterea. nu.3. lib.7.quem refert, & ſequitur Maſcar. dicta concluſ. 740. num.36. lib.2. &, quòd veriſimilitudo in materia falſitatis maximè attendatur, dixit Rot. diuerſ. coram Cantucio. deciſ. 137. num. 3. par. 2. & ea, quæ ſunt ſuſpecta de falſo, fidem non faciunt iuxta reſolutionem Rotæ dicta deciſ. 137. ſub num. 3. vbi Domini de Rota tenuerunt cædulam illam, tanquam ſuſpectam de falſo, non facere fidem.

166 Ratio rationis omnium eſt, quia, quod non eſt veriſimile, habet imaginem falſitatis, vt ſcripſit Bal. in l.1. ſub num. 9. verſ. idem ſi dicatur. C. de ſeru. fugit. quem referunt, & ſequuntur Iaſ. in l. ſi extraneus. nu. 8. ff. de condic. ob cauſ. Fely. in d. cap. quia veriſimile. ſub num.4. de præſumpt. Marſ. in pract. crim. §. expedita. num.24.in fine. & num.25. Affl. deciſ. 345. ſunt anni. num. 2. in fine. Dec. d. conſ. 94. in caſu ad me tranſmiſſo. num.2. verſus finem. Pariſ.conſ.83. potuit. num. 25. lib.1. conſ. 55. attingam. num. 5. lib. 4. Crauet. conſ.9. accuſatur. num.8. in fine. conſ.28. aſſertum. num.1. & conſ.61.dominus. nu.9. Rol. à Vall. d. conſ.49. num.38. lib. 4. Albert. tract. de agnoſc. aſſert. cath.q.35.num.2. Neuiz.conſ.66. videtur. nu.55. verſus finem. Menoch. tract. de arbitr. iud.lib.2. cent. 1. caſ. 85. num. 1. Tiraq. in præfat. ad dictam l. ſi vnquam. nu. 57. verſ. & cum his, & Maſcar.dictis concluſ. 1364.num.4. & concluſ.1402.num.7.lib.3. & videtur probari ex d.cap.quia veriſimile.

167 Quid ſit veriſimile, ſeu quod dicatur veriſimile relinquitur arbitrio iudicis, vt ſcribunt Card. in clem. cauſam. in verſ. verum. not.1. de elect. Iaſ. in l.admonendi. in 2. repetit. ſub num. 121. ff. de iureiur. Gomeſ. in reg. cancel. de veriſimili notitia obitus. q. 5. ſub

ſub nu.3.& alij,quos refert,& ſequitur Menoch.tract. de arbitr.d.caſ.85.num. 4.ſed, quia arbitrium iudicis nunquam debet eſſe effrænatum,ſed debet ſemper habere quaſdam regulas certas, à quibus veluti à proprijs habenis diſcedere non liceat; † ſciendum propterea eſt, quòd veriſimile regulariter dicitur illud, quod conuenit iuri naturali, vt ſcribit Crauet. conſ. 8.ſub num.5.& ratio eſt,quia veriſimilitudo eſt cognata naturæ,vt ſcribit Bal.conſ. 180.mortuo filio.ſub nu. 3.lib.3.quem referunt, & ſequuntur Crauet.d.conſ. 8. ſub num.5.conſ.28.aſſertum. num. 1.in fine.& conſ.32. teſtator reliquit. ſub num.5. Tiraq.in præfat.ad l. ſi vnquam.num.57.verſ.& cum his.C.de reuoc.donat. Cæph.conſ.287 cum dominus. num.23.& Becc.conſ. 101. in propoſita.ſub num.46.lib.1.& idem,nemine citato, ſcribit Rol.à Vall.conſ. 49.legitimationem.nu.39.lib. 4.† & ideo veriſimilitudo habetur pro lege, vt ſcribit Oldr.conſ.13. cum quæſtio.in fine.quem refert, & ſequitur Crauet.d.conſ.28.aſſertum.ſub nu.1.& ex veriſimili fit lex,& quod eſt veriſimile ſtatutum fuiſſe,ſi id quæſitum fuiſſet,illud de iure ſeruandum eſt,vt ex multis probat Tiraq.in præfat. ad d. l.ſi vnquam.ſub num, 56.verſ.inter tàm multa.

168 (marg.) — 169 (marg.)

170 Secundo dicitur veriſimile illud, quod conuenit iuri communi,vt ſcribunt Innoc.in cap. auditis. ſub nu. 4.verſ.hinc colligunt.de præſcript.dicens, quòd eo caſu præferuntur teſtes epiſcopi, qui dicit veriſimiliora, quia iuri conſonant. & poſt eum Io.Andr. in cap.in noſtra. num.6.& Ant.de Butr.num.7.in fine. de teſtib. qui omnes tradunt,quòd teſtes, qui conſonãt iuri,deponunt veriſimiliora. &, quòd id, quod conuenit iuri communi,ſit veriſimile, ſcribunt Crauet.conſ. 75. accuſatur.nu.24.Becc.d.conſ. 101. num.46.in fine & nu. 47.lib. 1.Menoch. de arbitr.iud.d. caſ.85.Alph.Hoied. tract.de benef.incompat.par.1.cap.23. ſub nu.34. fol. 145.Blanc.in l.fin.num. 34. ff.de quæſt. inter tract. diuerſ.fol.264.Curt.Papien. tract. de teſtib. concluſ. 9. nu.22.fol.126.& Tiraq.in præfat.ad d.l.ſi vnquam.nu. 60.verſ.deniquè.

171 Tertio dicitur veriſimile id,quod conuenit rationi, quia aliqui ex præcitatis Doctoribus loquuntur promiſcuè de iure, & de ratione.

172 Quarto veriſimilis intellectus dicitur ille,qui eſt aptior ſubiectę materię,vt ſcribit Albert.de agnoſ.aſſert. cath.d.q.35.ſub nu.2.fol.117.

173 Deniquè veriſimile eſt, quod vt plurimum euenire ſolet, qa quod eſt veriſimile debet in dubio præſumi; ſed in dubio debet præſumi id,quod frequentius contingit, vt ſcribit Crauet.tract.de antiq.temp.in verbo. materia iſta ſingularitatis.num.118.verſ.decimo ſexto

174 fol.172.† Item veriſimile eſt quod experientia præteritorum ſuadet,& cadit in communem intellectũ, ſeu opinionem hominum,ſicut apud præcitatos, aliosquè Doctores, oſtendentes quid in eorum caſibus fuerit veriſimile, reperies.

175 Cæterum,non oppoſita veriſimilitudine,neque inueriſimilitudine; dico,quòd liber præſumitur potius cõtinere veriſimilia, & ſic probat.

176 LIMITA V. ſeu declara, vt habeat locum in libro rationum continente modicam ſummam ad fauorem ſcribentis,quo caſu ei creditur,ſicut,loquendo in libro mercatoris, ſentiunt Bal.in l.vnica.ſub num. 13. verſ. quid ergo eſt in codicibus. C.de confeſſ. Abb. in cap. bonæ memoriæ.il 2.num.30.de poſtul.prælat.Iaſ.in l.admonendi. in 2. repetit. verſ. quarto principaliter. num. 121. in fine.ibi.alibi etiam dicit.ff.de iureiur.Foller.in addit.ad ſpec.Maran.par.6.actu.6.num.31.in fine.Tiraq.tract.de iudic.in reb.exig. verſ. confirmantur hæc.ibi.ſed idem.fol.86.tom.5.& Maſcar.tract.de probat.concluſ.973.num.13.lib.2.& in libro rationum tutoris ſcribunt Paul.de Caſtr.conſ. 301. ad benè examinandum.nu.3.verſ.ſuper tertio.lib.1.Iaſ. in d. l. admonendi.in 2.repetit.num. 122. ibi. de tutoribus. Iodoc.Damhoud.tract.de pupillor.patrocin.commen.de tutorum & curatorum rationis iuſtificatione.cap.vnico.num.37. fol. 377.& Maſcar. de probat. d. concluſ. 973.num.61.& 62.verſ.tenendo.lib.2.& in libro rationum ſimpliciter, & indefinitè ſcribunt Fely. in cap. 2.fall.5.ſub num.25.ib.ſecus autem ſi parua.de teſtib. & ibidem Dec.nu.37.& idem Dec.in l. 1.nu.4.verſ.ſimiliter. C.de eden. & ratio poteſt eſſe, quia, vt dicit Paul.de Caſtr.vbi ſupra, in expenſis paruis non ſolent parari probationes.

177 Conſequẽtia erit,ſecus eſſe,ſi ageretur de magna sũma, teſtibus ijsdem Bal.d.l.vnica.ſub nu.13.ibi. ſi autẽ quantitas eſſet magna. Abb. Fely. Tiraq. & Damoud. locis proximè citatis. Alex. conſ. penult. viſo quondam. ſub num. 8. lib. 7. & Maſcar. d. concluſ. 973. num.15. & adde quæ ſcripſi infra num. 248.

178 Contra iſtam conſequentiam (& quòd non ſit attendendum,an partita, ſeu poſta deſcripta in libro rationum ad fauorem ſcribentis ſit parua, vel magna, ſed ſolum an habeat veriſimilitudinem) faciunt quæ in iſto paſſu ſcribunt Corn. conſ. 81. in hac conſultatione. num. 9. verſ. tamen eſt aduertendum. lib. 4. vbi ex Bar. à nobis mox citando, & exalijs nititur oſtendere, quòd libro tutoris ſit ſtandum pro tutore etiam in expenſis magnis. & Crauet. tract. de antiq. temp. par. 1. rub. quarta limitatio. num. 28. verſ. ſed conſidera. fol. 136. allegans Bar. in l.fin. §. in computatione. ſub num. 4. ibi. vltimo poſſumus. C. de iur. delib. qui tradit, quòd ſi expenſæ, factæ ab hærede in venditione rerum hæreditariarũ, & in alijs neceſſarijs,ſunt magnæ,taxãtur à iudice,inſpecta qualitate cauſæ, in qua expenſæ ſunt factæ,ſicut fit in expenſis litis; ad quod comprobandum idẽ Crauet. adducit Socc.corruptè in meo libro impreſſum;& tandẽ videtur firmare contra iſtam conſequentiam ſaltem in caſu adminiſtrationis, & conſuetudinis, ſecundum quam adminiſtratores etiam de magnis ſummis inſtrumenta facere non conſueuerint, quia, inquit, iſto caſu non poteſt imputari adminiſtratori, cur non curauerit fieri inſtrumentum de ſumma magna, quia, inquit,ſi nõ fecit,quod ab alijs fieri conſuetum non eſt, non eſt in culpa,allegans ad hoc Anch. conſ. 348. pro deciſione. vbi ad fauorem conductoris, quòd non teneretur ad damnum ſequutum ex incendio pro illis, quos in domo conduxerat, adducit morem, & conſuetudinem conducendi & relinquendi ſimiles perſonas in re conducta.

Contra eandem conſequentiam facit diſtinctio,quã ſequi videtur Menoch.tract.de arbitr.iud.lib.2.cent.1. caſ.91.ſub num.18.dicens,libro rationum fidem adhiberi etiam in magnis ſummis, ſi concurrat veriſimilitudo, inſpecta qualitate perſonarũ, & negotiationis.

179 Cæterum,quicquid ſcripſerint Corn.Crauet.& Menoch,ego cenſeo,recedendũ non eſſe à firmata conſequentia: nam licet expenſæ magnæ,factæ in cauſa, & lite,taxentur à iudice,tamen reſp. dupliciter.

Primo reſp. aduertendum eſſe, quod illa taxatio non fit eò, quòd expenſæ non dicantur legimè, & concludenter probatæ, ſed eo, quòd vel potuiſſet cauſa terminari, & finiri paucioribus expenſis, vel quia aduerſarius non videtur iudici omnino temere, & ſine iuſta cauſa litigaſſe; & ideo etiam ſi illæ omnes expẽſę probarentur per publica documẽta, nihilominus poſſet iudex ex adductis cauſis illas taxare.

Secundo reſp.adducta per Corn.& Crauet.non eſſe valida ad impugnandum firmatam limitationem, ſeu differentiã inter quantitatem paruã,& quantitatẽ magnã: quia licet quantitas magna taxetur à iudice,vt in relato exẽplo ex Bar.tamen dico,quòd iudici de quantitate ipſa in genere, ſeu de ſubſtãtia ipſius debet cõſtare plenè ex euidẽtia rei, ſeu alio ſufficiẽti modo,& non ex dicto partis,ſeu ex libro rationum; & cum ſic per euidẽtiam rei, ſeu alio ſufficienti modo cõſtiterit iudici de quãtitate ipſa in genere, ſeu de ſubſtantia ipſius; tunc iudex debet taxare numerũ,& quantitatem ipſã,ſi alię deficerent probationes;& ſic procedit dictum de expẽſis litis;quia,cũ iudici conſtet de lite,reſultat cõcludens probatio,quòd fuerint factæ expẽſæ: quare ſi tutor, ſeu alius adminiſtrator ſcripſiſſet in libro rationũ,ſe expendiſſe magnã quantitatem in ædificio alicuius domus,ſeu in emptione alicuius prædij, ſeu alterius rei ſimilis,nõ crederetur ei, niſi appareret ædificiũ, ſeu prædium emptum,quibus apparentibus, ſi quãtitas deſcripta in libro rationum videretur iudici nimis excedere valorem rei emptæ, non deberet

credere libro: vnde in quantitate magna reijcitur probatio ex libro rationum, tùm quoad substantiam, tùm quoad numerum quantitatis, & requiritur probatio ex aspectu rei iuxta ea, quæ scribebam supra nu. 154. at in quantitate parua dico, quòd creditur libro rationum tàm quoad substantiam ipsius quantitatis, & partitæ, quàm quoad quantitatem numeri, sine alia euidentia rei, aut alia probatione: Sed quoniam ex multis modicis posset fieri vnum magnum, debet iudex diligenter considerare data, & recepta, & causas eorum.

180 Minus obstat, quod idē Crauet. scribit in casu consuetudinis non faciendi instrumenta etiam de magnis summis: quia respondeo, istam consuetudinem esse irrationabilem, nutritiuam malignitatum, & pronam ad malum, & consequenter non attendendam iuxta ea, quæ ex Bal. Abb. Alex. Ias. Fely. & alijs retuli & sequutus sum infra num. 196. vers. extensio.

Ad consilium, allegatum ex Anch. resp. quòd aliud est, culpam remoueri propter consuetudinem in illo casu, quod posset admitti, & aliud est admitti probationem scripturæ propriæ ad fauorem scribentis, & in magna quantitate propter consuetudinem non conficiendi instrumenta; & ratio differentiæ est, quia in casu Ancharani illa consuetudo non est prona ad malum, sicut est ista, vt dixi.

Minus obstat quod scribit idem Crauet. de administratore, qui scripsisset in libro rationum, se dedisse anulos, aut iocalia etiam magni valoris pro sorore pupilli, & sit multum verisimile, quòd dederit, considerata qualitate personarum, & diuitiarum: quia resp. quòd; ista duplici qualitate considerata; quan-
181 titas potest esse parua; † quia quæ summa sit magna, & indiscreta relinquitur arbitrio iudicis, vt scribit Menoch. de arbitr. iud. dicto cas. 91. sub num. 18. quamuis Anch. Abb. Ias. & Crauet. per eum citati id non asserant; & proptérea quantitas, quæ respectu pupilli, seu adulti mediocris fortunæ esset magna, respectu pupilli opulentissimarum fortunarum, & magnæ nobilitatis posset esse modica: & sic in primo casu quando pupillus esset mediocris fortunæ non esset credendum libro rationum, secus quando pupillus haberet opulentissimas fortunas: Præterea, si nos attendimus verisimilitudinem, dico, quòd erit verisimilitudo, quæ probat, & non liber.

Minus refragatur quod scribit Menoch. de verisimilitudine: quia respondeo, vt dixi, quòd si nos confugimus ad verisimilitudinem, iam non est amplius liber, qui probat, seu non est saltem liber solus; sed est etiā verisimilitudo: at nos loquimur absolutè de probatione libri, quem in parua summa dicimus probare, & absque alia verisimilitudine.

182 RESTRINGE istam consequentiam, seu declarationem, vt non habeat locum in libro sociorum, quia in eo non attenditur, an summa sit parua, vel magna, sicut minus in eo attenditur difficultas probandi aliter secundum Crauet. dicto tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. num. 61. vers. puto enim. fol. 137. vbi concludit, debere solum attendi, an summa sit verisimilis, & quòd interuenerint alia requisita, quæ, demptis istis duobus ex nouem, quæ enumerat in alijs libris, remanent septem.

183 LIMITA VI. seu declara, vt non habeat locum in libro mercatoris, seu rationum, qui fuerit reprobatus in vna partita, quia reprobatur postea in omnibus, vt scribunt Paul. de Castr. cons. 301. ad benè examinandum. sub num. 4. ibi. potissimè quia. lib. 1. Paris. qui eum sequitur cons. 90. vidi processum. num. 5. 25. in fine. & 26. lib. 1. & Foller. in pragm. de contract. censuar. in verbo, vt vides. num. 6. fol. 156. & in eandem limitationem adduci possunt Ang. de Aret. & Ias. in locis infra citatis. num. seq. qui sequuntur eundem Paul. de Castr. dicto cons. 301. & Rol. à Vall. cons. 92. in præsenti consultatione. num. 15. lib. 3. & hæc limitatio comprobatur ex traditis per Innoc. in cap. fraternitatis. num. 1. per totum. & præsertim in fine. de hæret. vbi concludit, sibi placere primum dictum, quòd instrumentum, continens diuersa capitula, si in vno reperiatur falsum, in reliquis quoque robore careat; & hæc opinio negatiua, quòd instrumentum in nullo valeat, probatur à Bal. cons. 66. factum tale est. num. 4. versus finem. versic. aut est vnum instrumentum. lib. 3. eandem opin. Innocentij refert, & tacitè sequitur Archid. in cap. si ad scripturas. in fine. dist. 9. & Rot. decis. 3. alias. 217. de fid. instrum. in antiq. &, quòd hoc dictum Innocentij communiter * teneatur, testatus est Ant. de Butr. in eod. cap. fraternitatis. sub nu. 4. ibi. cōmuniter tenetur. & post Ant. de Butr. Fely. sub n. 16. & Mascar, tract. de probat. cōcl. 742. n. 1. lib. 2.

184 Confirmatur ista limitatio triplici argumento: & primo, quia si augetur fides libri eò, quòd verificantur aliquæ partitæ illius, & ideo facit fidem in omnibus pro scribente, vt scribunt Paul. de Castr. dicto cons. 301. sub num. 4, lib. 1. Ang. de Aret. in §. actionem. q. 13. num. 45. Instit. de action. & Ias. in l. admonendi. in 2. repetitione. vers. quinto principaliter limita. sub num. 124. ff. de iureiur. dicens, hanc decisionem esse corde tenendam, quia est noua, & singularis. & Crauet. cons. 158. visis actis. sub num. 6. Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu 6. num. 32. & Mascar. tract. de probat. conclus. 973. num. 59. limit. 6, dicens, hoc esse generale ad omnes libros. & num. 75. lib. 2. & hanc partem vti magis communem * dicit in practica seruandam esse Gabr. in suis conclus. lib. 1, tit. de præsumpt. conclus. 5. num. 1. in fine. quem referunt, & sequuntur Mascar. loco proximè citato, & late Rot. diuers. par. 1. decis. vlt. num. 15. 16. & 17. Ergo per oppositum diminuitur fides, & non probat, si reperiantur aliquæ falsæ, quia contrariorum debet esse eadem disciplina, vt sic argumentando scribunt ijdem Paul. de Castr. Ias. & Foller. locis citatis.

Confirmatur secundo, quia præsumptio, seu suspitio falsitatis tollit fidem scripturæ iuxta ea, quæ de instrumento, & de scriptura, quòd non faciant fidē, si contineant non verisimilia, quia sunt suspecta de falso, scripsi supra num. 163. & sub num. 165.

Sed liber, continens falsitatem in aliqua parte, est suspectus, & præsumitur falsus; quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali. cap. semel malus. de reg. iur. in 6. Ergo,

Confirmatur tertio, [& erit potius ratio præcedentium] quia falsitas, cum sit probationis difficilis, probatur plenè per coniecturas vehementes, si agatur ciuiliter, vt tenuit Rota in causa, de qua Caputaq. decis. 4. falsitas. par. 2.

185 Et quæ aduersus istam limitationem possent adduci ex Bar. & alijs in l. si ex falsis. num. 12. C. de transact. Bald. cons. 228. in quodam instrumento. num. 2. lib. 2. Paul. de Castr. cons. 314. omisso primo. vers. tertio allegatur. num. 2. lib. 2. dum scribunt, instrumentum, continens capitula diuersa, si probetur falsum in vno, non reprobari in omnibus: possunt procedere, quando illa falsitas non attribuitur fidei scribentis, & in alijs casibus iuxta distinctiones, allatas per Innoc. & Ant. de Butr. in dicto cap. fraternitatis. & per Bald. d. cons. 66. sub num. 4. lib. 3. & cons. 228. num. 2. lib. 2. Rot. dicta decis. 3. & Mascar. tract. de probat. concl. 742. num. 4. & seqq. & num. 11. & seqq. lib. 2. & iuxta limitationes, allatas per Fely. in d. cap. fraternitatis.

186 LIMITA VII. vt non habeat locum, quando mercator esset infamis, seu aliter vitæ suspectæ; quia tunc eius liber non probaret, testibus Bal. in l. cassius. num. 10. vers. vltimo quæritur. ff. de senator. Ias. in l. admonendi. in 2. repetit. vers. vltra bar. sub num. 119. ibi. secundo aduerte. ff. de iureiur. & ibidem Caccialup. num. 164. Gramm. cons. 35. nu. 27. Crauet. cons. 21. homines sanctæ agnetis. sub num. 9. Strac. tract. de mercat. tit. quom. in cau. merc. proceden. sit. nu. 39. fol. 331. Rol. à Vall. cons. 92. in præsenti consultatione. vers. quarta conclusio. num. 15. lib. 3. Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu 6. sub num. 37. ibi. limitantur etiam prædicta. Mascar. tract. de probat. conclus. 973. num. 30. lib. 2. qui communiter citant etiam Bal. in repetitione l. cunctos populos. col. 15. vers. quintum exemplum. C. de summ. trin. & fid. cath.

Vu Pro

Pro eadem limitatione possunt adduci Bar. in l. quædam. §. nummularios. sub num. 2. ff. de eden. dum inquit, se putare, quòd hodie isti libri faciant semiplenam probationem pro & contra tertium, nisi mercator esset suspecta persona. & Alex. cons. penult. viso quondam. sub num. 8. lib. 7. dum ait, considerandam esse qualitatem personæ scribentis librum rationum, quòd reputetur fide dignus.

187 RESTRINGE istam limitationem secundum Bal. in dicta l. cassius. num. 10. ff. de senator. & Fely. qui eum sequitur, in cap. 2. fallen. 5. sub num. 26. ibi. item talia. de fid. instrum. Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu 6. sub num. 37. & Mascar. tract. de probat. dicta conclus. 973. num. 31. lib. 2. vt sit vera, quando mercator est infamis infamia publica, secus si infamia non sit publica.

188 Verum & si ista limitatio sit tot grauissimorum Iurisperitorum consensu recepta, & ista restrictio sit Baldi, tamen ego dictæ limitationi, & multò minus restrictioni inuitus non acquiesco, nisi cum seq. distinctione: facio ergo duas inspectiones.

Prima inspectio est: an liber probet inter mercatorem, & aduersarios ipsius mercatoris super negotiatione mercaturę; & in ista inspectione figuro duplicem speciem controuersiæ.

Controuersia prima est: quando aduersarius, conuentus à mercatore, negat omnia contra se descripta in libro mercatoris, asserens, se cum eo nunquam negotiatum esse: Et in ista controuersia teneo iuxta limitationem cum Bal. & alijs, quòd non credatur libro mercatoris infamis: imò, loquendo de iure, non crederetur, etiam si mercator non esset infamis per ea, quæ dixi infra num. 235. vers. si inspicimus. & nu. 236. & 237. cæterum de consuetudine esset distinguendum: nam si infamia est diuulgata, videtur dicendum, quòd sit credendum; sed si non sit diuulgata, punctus est satis dubius per ea, quæ sic distinguendo, & motiuando scripsi infra num. 245. vers. limita seu potius.

189 Controuersia secunda est: quando conueniunt, quòd contraxerunt, vt puta quòd receperit, seu dederit, sicque conueniunt circa rem, sed discordant circa quantitatem, numerum, seu quid aliud ex datis, & receptis: & in ista controuersia considero tres casus.

Primus est, quando contrahentes cum mercatore sciebant illius infamiam: Et isto casu dissentio à Bal. Ias. alijsque citatis, & contra limitationem concludo, quòd eius libris tenerentur credere; & quando infamia erat publica præsumuntur eam sciuisse: quare, contrahendo scienter cum mercatore infame, videntur ei remittere illam maculam infamiæ; & videntur tacitè eidem mandare, vt conficiat rationes, quia non ex eo, quòd est infamis debet dare res mercaturæ, & non conficere librum rationum inter ipsum, & secum contrahentes, vt dicebam supra num. 130. & sic testimonium, seu fides mercatoris, quamuis infamis, videtur approbata ab eo, qui secum contrahit

190 de re, pertinente ad mercaturam; ✝ & quando testis, seu eius fides est approbata à contrahentibus, tunc ille testis dicitur idoneus; licet alias esset inhabilis, vt scribunt Socc. cons. 17. supradicta causæ. num. 16. lib. 1. tenens, quòd monachus, vel alius religiosus possit esse testis instrumentarius, & quòd postea non possit opponi contra instrumentum, quòd monachus non habuerit licentiam à superiore. Curt. Sen. inter tract. diuers. de iureiur. propt. calum. §. sed quia. num. 10. fol. 134. dicens, esse bonam cautelam, vt in instrumentis apponantur testes amici, & consanguinei, quia quando sunt rogati à partibus non potest eis objici inhabilitas. Crauet. cons. 56. antonius curti. num. 10. dicens, quòd testes instrumentarij tanquàm approbati à contrahentibus possunt esse etiam inhabiles. Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 105. num. 6. dicens, quòd testes adhibiti instrumento censentur approbati à partibus, & ideo deinde eorum persona impugnari non potest. & latè Farinac. in qq. crim. lib. 2. q. 62. limit. 7. num. 110. & seqq. Imò hoc videtur esse verum etiam in testibus testamentarijs secundum Alex. cons. 54. ponderatis verbis. num. 6. lib. 5. in quibus posset esse maior difficultas; & contrarium forsan esset respondendum ex his, quos citat Farin. dicta q. 62. num. 124. & seq.

191 Secundus casus est, quando contrahentes ignorabant infamiam mercatoris: & iste casus esset disputabilis, quia si ignorabant infamiam mercatoris, non potest dici, quòd approbauerint eius personam; quia in approbatione requiritur consensus, & consensus non cadit in ignorantem, seu in re ignorata iuxta ea, quæ de ignorante inhabilitatem testis refert Farin. in qq. crim. lib. 2. q. 62. num. 118. In contrarium tamen facit, quia mercator non fungitur simplici vice testis, sed fungitur etiam officio partis, & ideo, qui secum contrahunt, debent explorare eius conditionem, vt sciant cuius iudicio se submittant: nihil tamen hic firmo; omni tamen casu, quo crederetur, dico, quòd minus crederetur, quàm libro mercatoris legalis, & fidedigni.

192 Tertius est, quando mercator fuit effectus infamis postquàm secū contractum fuit: & isto casu intrat difficultas illa: an inhabilitas superueniens testi tempore depositionis minuat illius fidem: & credo, quòd sic; sed, fauente Deo, istū articulū alibi forsan tractabimus.

193 Secunda inspectio est: an liber probet pro tertio contra tertium saltem semiplenè: & in ista inspectione procedit propriè hæc septima limitatio, in qua vide quæ scripsi, & motiuaui non decidendo infra nu. 245. licet hæc inspectio parum distet à præcedenti.

194 RETENTA ergo hac septima limitatione, posita supra num. 186.

AMPLIA eam, vt procedat etiam si extaret statutum de præstanda fide libris mercatorum; quia adhuc tertius non cogeretur stare libro mercatoris ad fauorem tertij, si mercator esset infamis, testibus ijsdem Bal. Ias. Strac. Rol. a Vall. & Mascar. quos citaui supra dicta limit. 7. num. 186.

195 EXTENDE præfatas limitationes, vt habeant locum etiam si extaret statutum, seu consuetudo, disponens, quòd credatur libris mercatoris, quia Doctores, citati in dictis limitationibus, & præsertim multi ex citatis in præcedænti 6. limitatione loquuntur stante eiusmodi statuto.

196 EXTENSIO. Imò quinta illa limitatio, seu, vt verius loquar, illius consequentia, posita supra nu. 177. extenditur etiam si extaret statutum, seu consuetudo, quæ disponeret, vt libris, & scripturis mercatorum crederetur indistinctè: quia adhuc eis non esset credendum in magna quantitate, teste Bal. in l. vnica. sub num. 13. vers. quid ergo in codicibus. versus finem. C. de confess. quem referunt, & sequuntur Abb. in cap. bonæ memoriæ. il. 2. sub num. 30. de postul. prælat. Franc. de Aret. in cap. cum causam. num. 18. ibi. vnde sicut non valet consuetudo. de probat. Alex. cons. 3. in causa & lite. num. 6. lib. 2. & cons. 217. viso quondam. num. 7. lib. 7. Ias. in l. admonendi. in 2. repetitio. sub num. 118. & 119. ff. de iureiur. Fely. in cap. 2. fall. 5. sub num. 26. & ibidem Dec. num. 41. de fid. instrum. idem Dec. in cap. 1. vers. primo quòd indistinctè. num. 133. de probat. Rocch. Curt. in repet. cap. cum tanto. num. 27. de consuet. inter tract. diuers. de statut. fol. 349. Crauet. cons. 21. homines sanctæ agnetis. sub num. 9. vers. posset autem. & tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. in verbo. viso de verbis enunciatiuis. num. 32. fol. 130. & rub. libris rectorum. in verbo. vidimus & abunde. num. 7. fol. 139. Rol. à Vall. cons. 92. in præsenti consultatione. num. 7. lib. 3. Tiraq. tract. de iudic. in reb. exig. vers. confirmantur hæc. fol. mihi 86. tom. 5. Strac. tract. de mercat. tit. quom. in caus. mercat. proceden. sit n. 37. fol. 331. & Mascar. tract. de probat. conclus. 973. num. 26. lib. 2. ✝ & ratio secun-

197 dum Bal. vbi supra est, quia eiusmodi statutum, seu consuetudo sic indiscreta esset prona ad malum, & daret occasionem malignandi, & propterea, vti irrationabilis, non valeret argumento textus in c. erit aūt dist. 4.

DECLA-

198 DECLARA istam extensionem, vt sit vera solum respectu consuetudinis, volentis in hoc coarctare arbitrium iudicis, ne possit non credere libris mercatoris, sed teneatur necessario illis stare; secus autem respectu consuetudinis, quæ arbitrium iudicis non excluderet, sed potius ei submitteretur; quia isto casu consuetudo, seu statutum valeret; & ideo codices mercatoris vigore dictæ cõsuetudinis, seu statuti, accedente consensu iudicis, idest, si iudici videbitur, considerata qualitate mercatoris, quantitate, ac præiudicio causæ, probabunt etiam in magnis summis secundum Ias. in l. admonendi. in secunda repetit. vers. vltra bar. num. 119. ff. de iureiur. & Foller. in addit ad spec. Maran. par. 6. actu 6. sub num. 37. circa medium. & sic in effectu sentiunt Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 91. num. 17. & num. 18. & Mascar. tract. de probat. conclus. 973. nu. 27. lib. 2.

199 Circa eiusmodi consuetudinem, & statuta de præstanda fide libris, & scripturis mercatoris posset dubitari de duobus. Primum, an habeant locum, si liber sit confectus extra territorium statuentium. Secundum; si sit confectus intra territorium; nunquid extendant vires etiam extra illud territorium: de quibus difficultatibus, quia non decet adeo immorari, vide quæ scribunt Corn. cons. 319. circa primum. num. 15. vers. nec obstat. vsque ad finem. lib. 3. Ias. in dicta l. admonendi. in secunda repetit. num. 116. in fine. ff. de iureiur. Stracc. tract. de mercat. tit. quom. in caus. mercat. proceden. sit. num. 42. fol. 331. & Mascar. tract. de probat. conclus. 973. num. 17. & seqq. lib. 2. & de ista secunda vide quæ scripsi infra num. 259. vers. extende istam.

200 LIMITA VIII. vt non habeat locum, quando liber contineret rationes illiquidas: quia non probaret, nisi prius rationes illę essent liquidatæ Becc. cons. 5. in libro. num. 5. in fine; & num. 6. lib. 1. & ista limitatio caret omni difficultate: quia in omni genere probationis requiritur, quòd probatio sit liquida; & ideo licet statutũ, seu consuetudo, vel priuilegiũ mil lies disponeret, quòd libris mercatorum plenè, & indubitanter crederetur, & quòd haberent executionem paratissimam, quæ nulla posset exceptione retardari, nihilominus probationis effectu carerent, nisi rationes essent liquidæ.

201 LIMITA VIIII. secundum eundem Becc. dicto cons. 5. sub num. 4. vers. verum. & num. 5. vt non habeat locum, quando rationes sunt relatiuæ; vt puta quia habeant relationem ad aliam scripturã; quia tũc, nisi edatur etiam scriptura relata, liber non probat: sed videor recordari, quòd scripserim aliter super ista limitatione, ideo nihil hic firmo.

202 LIMITA X. seu declara, vt ista plena probatio, quam facit liber mercatoris iuxta ea, quæ scripsi supra restrict. 3. nu. 129. & seqq. ad eum, habeat locum inter ipsum mercatorem, & eos, qui contrahunt cum eo de re, spectante ad illius mercaturam; & in his terminis loquutus sum supra in locis, in quibus contigit, me scripsisse, quòd libri mercatoris probant.

Secus ergo inter alios, quia liber mercatoris pro tertio contra tertium non probat plenè, sed solum semiplene, vt scribunt Bar. in l. admonendi. num. 28. ibi. si verò. ff. de iureiur. & ibidem Ias. in 2. repetit. sub num. 108. ibi. sed pro tertio contra tertium. & sub num. 130. ibi. nam homines. rursus Bar. in l. quædam. §. nummularios. sub num. 2. ff. de eden. & in l. nuda ratio. num. 7. in fine. & num. 8. ff. de donat. & in auth. at si contractus. sub num. 9. ibi. si verò non est liber sic confectus. C. de fid. instrum. vbi adhuc dubitat, an faciat semiplenam probationem. Crauet. tract. de antiq. temp. in verbo. vidimus & abundè. sub num. 21. & 29. fol. 140. Foller. in addit. ad spec. Maran. par. 6. actu. 6. num. 35. & Caputaq. decis. 155. alibi. 157. seu 1. libri mercatorum. num. 1. & 2. & num. 5. par. 2. vbi testatur, sic fuisse tentum in vna mediolanen. pensionis coram D. Reomano. & Rot. diuers. decis. 707. num. 1. par. 1. &, quòd hæc sit opinio communis, * tenet Ias. in d. l. admonendi. in 2. repetit. sub num. 129. ibi. item in quantum. & num. 130. in principio. & in vers. conclude ergo. vbi concludendo vocat eam communem, * quam ex Alex. refert, & sequitur Foller. vbi supra sub num. 23. ibi. Alex. verò. & ex Ias. ibidem d. num. 35. & Mascar. tract. de probat. conclus. 975. sub num. 6. & 8. lib. 2. de communi * testatur etiam Crauet. sub. d. num. 29. &, quòd hæc sit regula, & ita sæpè tenuerit Rota, & sit conclusio clara in iure, dixit ead. Rot. diuers. decis. 375. num. 1. & 7. par. 1. &, quòd ita tenuerit sæpe Rota, & presertim in causa caputaq. coram Domino Quiroga, testatur ead. Rot. diuers. decis. 544. nu. 4. par. 3. lib. 3.

203 Contra istam limitationem communiter receptam; quòd liber mercatoris probet semiplenè pro tertio cõtra tertium; oppono distinguẽdo duos modos, quibus potest quæri de probatione libri pro tertio contra tertium.

I. MODVS est, quando reperitur aliquid scriptum, quod non est pro scribente, nec contra scribentem; vt puta in exemplo, tradito à Bar. in d. l. admonendi. nu. 28. Ias. sub num. 130. ff. de iureiur. & Crauet. d. num. 29. fol. 140. exemplum est istud. Duo nolunt ire ad notarium, sed vadunt ad mercatorem, seu campsorem, vt de eorum cõmuni consensu scribat in suo libro, quòd N. præsens soluit M. præsenti suo hospiti scut. 100.

II. MODVS est, quando reperitur aliquid scriptũ, quod est actum principaliter inter mercatorem, & negotiatorẽ cum eo, & in consequentiam ex illa negotiatione, illiusquè scriptura, inter eos facta, oritur interesse alicuius tertij, vt in exemplo soluentis gabellam publicano de domo Titij, quam asserit se emisse; de quo casu scripsi supra num. 117. & 125.

CAPIO primum modum, in quo Bar. & Ias. vbi supra, &, concordando opiniones, Mascar. d. conclus. 975. sub nu. 8. dicunt, librũ semiplenè probare: & concludo contrariũ, quia, cum illa scriptura non respiciat negotiationem mercatoris, & consequenter non spectet ad mercaturam, cessat in eo qualitas, quæ dat vim probandi libris mercatorum iuxta ea, quæ ex Io. Andr. Rom. Ias. Dec. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 148. & iuxta ea, quæ, loquendo de libro officialium, retuli, & sequutus sum ex eod. Io. Andr. Socc. Crauet. Menoch. & Mascar. supra nu. 123. vers. limita nũc. &, cessante ista qualitate, remanet in forma scripturæ priuatæ, vt videtur etiam admittere Bar. vbi supra. Sed scriptura priuata vnius de per se non facit semiplenã probationem, quia si vox viua vnius non iurati non probat semplenè: ergo neque vox mortua eiusdem: & benè istam opinionem contra communem probat Felyn. videndus in cap. ✠. concl. 3. fall. 2. num. 32. in fine & num. 33. de fid. instrum. hæcquè opinio contra communem fuit Imolæ, vt referunt Fely. vbi supra, & Ias. in d. l. admonendi. in 2. repetit. sub num. 129. ibi. sed Io. de Imo.

204 Verum de consuetudine seruatur opinio communis, vt testatur idem Fely. à qua propterea non est recedendum.

205 CAPIO secundum modum: quando ex negotiatione inter mercatorem, & alium oritur interesse alterius tertij: & in isto considero tres casus.

Primus est, quando tertius, contra quem producitur liber mercatoris, fuit absens.

Secundus est, quando fuit præsens.

Tertius est, quando est controuersia; quia in libro est scriptum, quòd fuit præsens, & ipse negat, se fuisse præsentem.

IN PRIMO casu: quando fuit absens: concludo, quòd liber mercatoris nec plenè, nec semiplenè probat contra illum tertium absentem, † quia res inter
206 alios acta alijs non præiudicat tit. C. res inter alios acta vel iudicata alijs non nocere. & l. sæpè. ff. de re iudic. & cap. inter dilectos. de fid. instrum. & ita distinguendo firmat Mascar. tract. de probat. conclus. 975. num. 7. & 8. lib. 2.

Confirmatur ista conclusio, quia liber officialis, qui habet potius maiorem vim probandi, quàm minorem,

norem, non probat contra tertium, cum quo res gesta non fuit, testibus Alex. Imo. Dec. Crauet. & alijs, quos citaui, & sequutus sum supra num. 118.

207 Contra conclusionem huius primi casus, & pro confirmatione præcedentis octauæ limitationis oppono, quòd res inter alios acta facit probationem semiplenā, vt scribit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi sub num. 32. scribit, quòd instrumentum diuisionis inter fratres, in quo sit assertum, quòd vnus ex fratribus restituit alteri fratri scut. 100. quæ ipse alter frater mutuo acceperat à Sempronio pro seruitio communi, facit semiplenam probationem pro Sempronio; cuius Bartoli dictum refert, aliosque adducit, qui tamen non loquuntur de isto exemplo, Mascar. tract. de pro-
208 bat. conclus. 1267. num. 3. lib. 3. ✝ & rursus idem Bar. vbi supra num. 45. vbi scribit, quòd, si dicta testium sunt recepta, & examinata inter alias personas, faciunt semiplenam probationem, si de nouo examinari non possent; & hoc ex Bar. referunt, & sequuntur Ant. de Butr. in cap. fin. num. 13. vers. quid si recepti. & ibidem Abb. in §. sanè. num. 14. de iureiur. & Addition. ad eum in litera h. Alex. cons. 156. stantibus his. num. 7. lib. 2. & in l. sæpè. sub num. 71. ff. de re iud. Fely. in cap. quamuis. sub nu. 1. de sent. & re iud. Dec. cons. 272. viso processu. sub num. 3. ibi. secundo. lib. 1. & idem sentit Corn. cons. 319. circa primum. col. penult. sub num. 15. ibi. quæ non prosunt. lib. 3. dicens, consuetudinem Senensem esse probatam plenè per vnum testem legalem, & depositionem aliorum testium, examinatorum inter alias personas: hancque eandem opin. Bartoli, quando testes essent mortui, sicque quando reexaminari non possent, tenuit Addit. ad Fely. dicto cap. quamuis. in princ. litera b. dicens in fine, quòd ipse ab ea non recederet, nec consulendo, nec iudicando.

209 Et, quòd sententia, lata inter alias personas, faciat semiplenam probationem contra tertium, sentit Bar. in dicta l. admonendi. num. 45. vers. quæro quid si dicta. quem referunt, & sequuntur Ant. de Butr. & Abb. vbi supra. idem Ant. de Butr. in dicto cap. quamuis. num. 4. versus finem. de sent. & re iud. Rom. cons. 443. ex proposito themate. num. 17. Socc. cons. 149. in causa ambrosij. num. 8. vers. confirmatur. lib. 1. Dec. dicto cons. 272. sub num. 3. & cons. 42. pro facultate mea. sub num. 14. & cons. 109. pro ✠ tenui. sub num. 1. &, quòd ita se habeat communis * opinio, scribit idem Dec. in l. 2. num. 50. in fine C. de eden. & quòd acta, & sententiæ inter alios faciant semiplenam probationem contra tertium, refert, & sequitur Natt. cons. 160. in causa. nu. 44. lib. 1. ex Alex. & Fely. vbi supra. & ista opinio, quòd testes, examinati inter alias personas, faciant semiplenam probationem, secundum Bar. dicto num. 45. Ant. de Butr. & alios supra citatos probatur ex l. à sententia. ff. de appell. & relat. vbi sententia, lata contra hæredem, facit præiudicium alteri cohæredi, qui non interuenit; & ideo cohæredi permittitur appellatio, quæ non permitteretur, nisi ei sententia pararet præiudicium saltem vsque ad semiplenam probationem.

210 Hac tamen oppositione non obstante, vera est conclusio præcedentis primi casus, & firma remanet impugnatio contra limitationem: quia contrariam opinionem; nimirum, quòd res inter alios acta, seu testes examinati inter alias personas non faciant semiplenam probationem, sed tantum leuem, seu aliqualem præsumptionem; tenuerunt Bal. in l. 2. sub num. 17. vers. vlterius quæritur. ibi. aduertatis vos. C. de eden. dicens, quòd acta, facta in vna causa, nullo modo generant præiudicium nec plenum, nec quale quale respectu nouæ personæ, quæ nullo modo fuit in prima lite. Aret. in cap. causam quæ. nu. 10. in fine. vers. tertio adde. & à num. 11. vsque ad num. 16. de testib. & in cons. 165. sicut ioannes. col. 2. vers. vtrū
211 autem istæ probationes. ✝ Ias. in l. si duo patroni. sub num. 5. ff. de iureiur. dicens contra Bar. quòd ex ista qualiquali præsumptione, quam facerent acta inter alios, non posset deferri iuramentum in supplementum probationis; vnde colligo, Iasonis sententiā esse, quòd non faciant semiplenam probationem, quia posset deferri iuramentum: colligo etiam istam esse sententiam Iasonis, quia idem Ias. in l. admonendi. in 2. repetitione sub num. 129. paulò ante finem. ff. de iureiur. asserit, regulam esse, quòd scriptura priuata non facit semiplenam probationem, sed aliqualem præsumptionem; & sic secundum eum aliqualis præsumptio, quam faciunt acta inter alios, non est semiplena probatio: & hæc omnia, videlicet, quòd qualis qualis præsumptio non sufficiat, vt deferri possit iuramentum, quia non facit semiplenam probationem, apertè scripsit in dicta l. admonendi. in secunda repetit. sub num. 200. ibi. sed tu aduerte. vbi aperte videtur residere cum opinione Aretini contra opinionem Bartoli in casu, de quo agimus; hancque eandem opinionem contrariam tenet Curt. Sen. cons. 72. col. 2. in fine & seq. quem refert, & sequitur Addition. ad Dec. in dicta l. 2. num. 45. in litera b. C. de eden. &, quòd hæc opinio sit communis, ✠ * scribit Curt. dicto cons. 72. num. 4. relatus à Mascar. infra citato. & quòd ista opinio sit verior de iure, testatur Crauet. tract. de antiq. temp. par. 2. in verbo. ex præmissis. num. 49. fol. 146. &, quòd alia præcedens contraria opinio sit falsa, scribit Curt. Sen. dicto cons. 72. col. 2. quem refert, & sequitur Addition. ad Dec. dicto cons. 42. additione penultima. & apertius in dicto cons. 272. sub num. 3. litera d. & ista opinio probatur ex textu in cap. inter dilectos. vers. in omnibus. ibi. porrò si legitimum. de fid. instrum. vbi habetur, quòd sententia, inter alios lata, nullum præiudicium potest generare, & quòd attestationes inter alios receptæ, & in alio iudicio nocumentum aliquod irrogare non possunt.: & illam solutionem, quam huic textui tradunt aliqui; videlicet quòd verba relata ex dicto textu in cap. inter dilectos. non sunt verba dispositiua textus, sed sunt verba relatiua fundamenti partis; benè reprobat Dec. in dicta l. 2. num. 46. C. de eden. dicens, quòd immò sunt verba summi Pontificis; & sic textus, vel saltem intentio summi Pontificis fundatur in illis verbis, & consequenter licet sint verba narratiua; tamen probant.

212 Et similiter firma non est alia responsio, quam ibidem conatus est afferre ipse Dec. dicens, illud pronomen (aliquod) accipi secundum subiectam materiam, & propterea in materia restitutionis in integrum, concedendæ ob aliquod damnum, intelligi non de aliquo
213 minimo damno: ✝ quia replico, damnum aliquod ideo non intelligi de damno, seu nocumento minimo, quia paria sunt esse minimum, & esse nullum. cap. licet causam. de probat. in illis verbis. *eorum dictis nulla vel modica est fides adhibenda* cum alijs similibus, citatis per Corset. tract. de minim. par. 1. in principio. num. 2. in fine. fol. 269. vnde orta est illa vulgata sententia: de minimis non curat prætor: quæ probatur ex textu in l. scio illud. ff. de restitut. in integr. secus ergo est, si damnum excedat minimum, & præsertim, si sit vsquè ad dimidium totius, quia tunc; retenta ratione recti sermonis; nulla assignari potest ratio, quare eiusmodi damnum, seu nocumentum non dicatur aliquod: At si probationes inter alias personas receptę facerent semiplenam probationem, irrogarent nocumentum vsque ad dimidiam partem, quia nocumentum totius irrogarent, si facerent plenam probationem, cum maius irrogare non possent: ergo, dicendo ille textus, quòd non irrogant aliquod nocumentum, dicit, quòd non probant semiplenè.

Minus quoque attendenda est solutio, quam præfato textui dat Additionator ad Fely. in dicto cap. quamuis. in principio. de sent. & re iud. & ante eum Ias. in l. si duo patroni. sub num. 6. ff. de iureiur. dicens, quòd in casu dicti cap. inter dilectos. ideo illi testes examinati inter alias personas non probant semiplenè, quia poterant de nouo examinari, quo casu Bar. & alij eius sequaces, citati supra num. 208. sentiunt, quòd non probant semiplenè: Nam huic solutioni refragantur duo: primum, quòd textus exprimit aliam rationem: nimirum, quia erant examinati

minati inter alias perſonas, & in alio iudicio; & ſic textus non reddidiſſet bonam rationem, vel ſaltem reddidiſſet imperfectam: ſecundum, quia iſta ſolutio non poteſt adaptari ſententiæ, latæ inter alias perſonas, & tamen textus in dicto cap. inter dilectos. idem dictum, & eandem rationem adducit in ſententia, lata inter alias perſonas.

214 Pro confirmatione noſtræ concluſionis, poſitæ ſupra num.205. & num. 206. & contra opinionem Bartoli, & ſequacium, de qua ſupra num. 207. adduco Abb. in d. cap. quamuis, ſub num.3. ibi. hoc tamen ego. de ſent. & re iud. Marſ. in l. quæſtionis modum. num.60. ff. de quæſt. Addition. ad Abb. in penult. additione cap. fin. de iureiur.& alios, quos refert, & ſequitur Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 111. num.6. verſ. tertia opinio. & ex eo Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1267. num. 10. lib. 3. qui tenent, relinqui arbitrio iudicis, an illa præſumptio, reſultans ex re inter alios acta, faciat ſemiplenam probationem, vel non. Igitur, ſi relinquitur arbitrio iudicis, non poſſumus aſſerere, quòd faciat probationem ſemiplenam: & ſi tu, retorquendo, inferres: ergo minus aſſerere poſſumus, quòd non faciat ſemiplenam: ego replico dupliciter; & primo, quòd, attentis iſtis duabus illationibus, ſeu iſta opinione Abbatis, & ſequacium, corruit tota doctrina Bartoli relata ſupra in limitatione 10. num.202.& 203. dum tenet, librum mercatoris & ſimiliter acta inter alios probare ſemiplenè cõtra tertium. ſecundo replico, quòd ſi nos confugimus ad arbitrium iudicis, vt is poſſit; conſideratis prius qualitatibus, & circumſtantijs tàm negotij, quàm cauſæ, & teſtium; arbitrari qualitatem probationis; vt ſcribunt Menoch. & Maſcar. in locis ſupra citatis; omnis diſputatio circa probationes; adhibita præfata conſideratione; redditur ſuperflua, exquò tunc omnes probationes ſunt arbitrariæ, dependentes ex mero iudicis arbitrio ſecundum ſubiectam materiam: quia in eius arbitrio poſitum eſt ſequi, vel non ſequi dicta teſtium, vt ſcribit Paul.de Caſtr. in l. admonendi. num.39. ff. de iureiur. & in l. lucius titius. nu.4. ff. de his qui not. infam. quem refert, & ſequitur Dec. in conſ. 596. ad dubia. num. 2. in fine. & multos, qui eum citant, & ſequuntur in dictis iuribus, loquendo de ſingularitate teſtium, citaui, & ſequutus ſum ſupra cap.9. num.530. & 531.

Reſpondeo nunc ad ea, quæ ſunt adducta in contrarium. & primo ad Bar. in l. admonendi. ſub num. 32. ff. de iureiur. dico, quòd illud exemplum inſtrumenti, probantis ſemiplenè ad fauorem tertij contra eos, inter quos acta res eſt, non facit ad propoſitum: quia nos loquimur de probatione contra tertium: & ratio

215 differentiæ eſt duplex: † prima, quia regula iuris eſt, quòd res inter alios acta facilius alijs prodeſt, quàm noceat; ſicut ſcribunt Gloſ. in l. denuntiaſſe. §. quæritur. in verbo. vltra. ff. ad l. iul. de adult. & Crauet. conſ. 45. ſub num. 8. & conſ. 206. in propoſito caſu. num. 1. & ſeqq. & probatur ex textu in dicto §. quæritur. ff. ad l. iul. de adult. vbi ſententia, lata contra accuſatum de adulterio, non nocet mulieri, ſimiliter accuſatæ de adulterio, & tamen ſententia abſolutoria, lata ad fauorem accuſati de adulterio, prodeſt mulieri: Secunda ratio eſt, quia certum eſt, quòd confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem contra confitentem, ſicut notat ibi Bar, imò Iaſ. in eadem l. admonendi. in 2. repetitione ſub nu. 148. verſ. extra caſum dotis. adducit textum, ſecundum quem Bal. & Saly. per eundem relati dixerunt, quòd inſtrumentum eo caſu probat plenè ad fauorem tertij.

Ad illud, quod ſcribit idem Bar. ead. l. admonendi. num. 45. de teſtibus examinatis inter alias perſonas reſp. quòd Bar. ſe fundat in l. à ſententia. ff. de appell. & relat. quæ tamen lex, ſicut aduertit Alex. in l. ſæpe. num.71. verſus finem. verſ. teneas menti. ff. de re iud. quem referunt, & ſequi videntur Fely. in dicto cap. quamuis. ſub num. 1. de ſent. & re iud. Dec. in l. 2. ſub num.50. C. de eden. Menoch. dicto caſ. 111. num.3. & ſeq. Addition. ad Abb. in dicto cap. quamuis. ſub num. 3. litera a. & ad Fely. in litera b. & ſicut aduertit etiam Iaſ. in l. ſi duo patroni. ſub num.5. ibi. dubito tamen. ff. de iureiur. nihil probat de ſemiplena

216 probatione, † cum appellatio à ſententia cuilibet permittatur etiam ratione leuis præiudicij, ſeu intereſſe; imò ratione ſolius humanitatis: & ita reſidet ipſe Alex. ſecundum Fely. in dicto cap. quamuis. ſub nu. 1. quare ijdem Alex. Fely. & etiam Dec. qui fuerunt allegati in contrarium, videntur poſſe allegari pro noſtra ſententia: nam Alex. poſtquàm exclamauit deciſionem Bartoli, dicens; teneas menti obſecro quia dictum eſt de pane lucrando; poſtea pungit & reſidet in punctione, vt dixi, & nemo ex Doctoribus, quem viderim, punctionem diluit. & Tiraq. in commen. ad rub. res inter alios acta. C. limit. 19. fol. 111. col. 1. referendo dicta doctorum, in fine citat Alex. vbi ſupra, vti optimè declarantem.

217 Reſpondeo ſecundo, quòd illa opinio, quòd res inter alios acta probet ſemiplenè; procedit quando ea res inter eos, cum quibus fuit acta, eſt plenè probata aliter, quàm per aſſertionem partis: ſecus eſt quando non eſt aliter probata, quàm per aſſertionem partis, vt in caſu, de quo agimus: & ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu probatio prouenit à teſtibus, ſeu documentis, aptis ad probandum etiam contra eos, cum quibus res acta non eſt: ſed in ſecundo probatio prouenit à parte, quæ vti principalis & in cauſa propria nullum potuit ferre teſtimonium ad ſui commodum contra tertium; ſed benè ad ſui incommodum ad fauorem tertij, vt in exemplo inſtrumenti diuiſionis inter fratres, relato ſupra num. 207. & nota diligenter iſtam ſolutionem, ſeu diſtinctionem: quia apud alium eam non inueni.

218 RETENTA ergo veriori opinione; quòd res inter alios acta non probet ſemiplenè contra tertium.

LIMITA I. eam, ſeu declara, vt non habeat locum in connexis, & dependentibus; quia in iſtis res inter alios acta præiudicat quoad inducendam præſumptionem, ſeu ſemiplenam probationem, vt ſcribunt Bal. in dicta l. 2. ſub num. 18. verſ. ſi contra diuerſas. ibi. ſed quoad præſumptionem. C. de eden. & ibidem Dec. num.49. Iaſ. in l. ſi duo patroni. ſub num. 4. & ſub num. 5. ibi. ſecundo reſpondeo. ff. de iureiur. Menoch. dicto caſ. 111. ſub num.6. verſus finem. & Maſcar. dicta concluſ. 1267. ſub num.10. lib. 3.

219 EXTENDE iſtam limitationem, vt in multis caſibus ratione cõnexitatis non ſolum præiudicet quoad ſemiplenam probationem, ſed præiudicet etiam quoad plenam; quos caſus enarrant Bal. in dicta l. 2. ſub num. 18. verſ. ſi contra diuerſas. & fuſius Ant. de Butr. in cap. quamuis. verſ. proſequor. num. 5. & ſeqq. de ſent. & re iud. & ego ad eos me hic remitto, quia eſt materia nimis prolixa.

220 LIMITA II. vt non procedat quoad factum, ſed ſolum quoad effectum facti: quia quoad factum acta facta in vno iudicio probant in alio non ſolum inter eaſdem perſonas, ſed etiam inter alias quaſcunque, vt ſcribunt Bar. in dicta l. 2. num. 12. C. de eden. & ibidem Bald. ſub num. 18. ibi. ſed ſuper iſta regula. Iaſ. num. 23. & Dec. num. 51. verſ. ſucceſſiuè. vbi ita omnes * ſentire refert, & ſequitur ex Alex. ibidem.

221 EXEMPLIFICA iſtam limitationem vna cum Bar. & Bal. vbi ſupra in libello, in conteſtatione litis, in prolatione ſententiæ, & in ſimilibus; quia quòd hæc omnia fuerint facta probatur etiam inter alios ex illis met actis.

222 LIMITA III. vt non procedat in factis antiquis, quia in eis res inter alios acta facit ſemiplenam probationem, vt ſcribunt Aret. conſ. 15. col. 2. poſt medium. Cur. Sen. conſ. 72. col. 3. verſ. tertio reſpondemus. & Iaſ. in l. ſi duo patroni. ſub num. 5. ibi. quod vltimum limita. & ibi. pondera etiam. ff. de iureiur. quos refert, & ſequitur Crauet. tract. de antiq. temp. par. 2. in verbo. ex præmiſſis. verſ. & hanc vltimam. num. 49. fol. 146.

223 Comprobatur iſta limitatio, quia fama ſola in facto recenti facit ſemiplenam probationem, vt ex Bar. Alex. Fely. & alijs retuli ſupra cap. 9. num. 84. & remiſſiue num. 104. & in facto antiquo facit plenam, loquendo in ciuilibus, ſicut ex Bal. Rom.

Alex. Fely. Dec. Caputaq. & alijs retuli, & ſequutus ſum dicto cap. 9. num. 106. Ergo teſtes examinati inter alias perſonas debent in antiquis facere ſemiplenam probationem, poſtquam in recenti facerẽt aliqualem præſumptionem: quia plus eſt, famam facere plenam, quàm teſtes examinatos inter alios ſemiplenam.

224 IN SECVNDO caſu; quando erat præſens; concludo, quòd liber mercatoris probat plenè, quia iſto caſu ſupponimus, quòd non dubitetur de facto, ſeu inquam de fide ſcripturæ; ſed de effectu facti, ſeu ſcripturæ: vel clarius dico, quòd, ſtante iſto ſuppoſito, quilibet liber, & quælibet ſcriptura priuata probaret;

225 † ſed oritur dubium extra ſcripturam; nunquid tertius tacendo, dum ageretur, & conficeretur illa ſcriptura, dicatur conſenſiſſe illi ſcripturæ: & concludo quòd ſic: Nam aut illa ſcriptura erat ad ſui fauorem: & iſto caſu tacendo, & non contradicendo, cenſetur conſenſiſſe; quia ſola taciturnitas vna cum ſcientia inducit conſenſum in re concupiſcibili, & honorabili, ſicut ſcribit Innoc. in cap. in geneſi. ſub num. 5. de elect. quem latè refert, & ſequitur Iaſ. in l. quę dotis. caſu 2. num. 70. & ſeq. ff. ſol. matr. & ita procedit textus in cap. qui

226 tacet. de reg. iur. in 6. Aut verò ſcriptura tendebat in ſui præiudicium; & tunc ſimiliter cenſetur conſenſiſſe, quia licet regula ſit, quòd tacens non cenſetur conſentire in onerosis, & præiudicalibus, tamen inter alias fallentias, quæ dantur huic regulæ, numerantur hæ duæ, quarum vtraque applicatur caſui noſtro: prima eſt, quando tacens poterat impedire illum actum, & non impediuit, Dyn. & Io. Andr. in d. cap. qui tacet. de reg. iur. in 6. & latè Iaſ. in dicta. l. q̃ dotis. caſu 4. nu.

227 76. & ſeqq. † ſecunda eſt, quando vocatur ad aliquem actum, vt illi vel conſentiat, vel contradicat, & is vocatus interuenit, & tacet, tunc videtur conſentire, ſicut, ſaluãdo Innocentium, ſcribit Abb. in cap. veſtra. ſub num. 6. de. loc. & conduc. & hunc caſum pro notabili ad multa congeſſit Iaſ. in d. l. quæ dotis. caſ. 13. num. 87. ff. ſol. matr. & ratio eſt, quia plus eſt eſſe vocatus, aſſiſtere, ſcire, & tacere, quàm ſcire, & tacere; ſicut aduertit Ant. de Butr. in cap. quamuis. ſub num. 4. ibi. procedit ergo dubitatio. de ſent. & re iud. loquens de præiudicio ſententiæ, latę inter alios.

228 Et, accedendo propinquius ad caſum noſtrum, videmus, quòd ſi exemptus patiatur, ſe deſcribi in libro æſtimi, ſeu debentium ſoluere collectas, & non appellet infra decem dies, ſibi præiudicat, & perdit priuilegium exemptionis argumento textus in l. 1. §. ſi quis tutor. in fine. ff. quand. appell. ſit. & ſcribunt ibi Ang. Imo. & Ang. de Aret. Alex. conſ. 101. viſis inſtrumentis. num. 10. verſ. tertio principaliter. lib. 1. Iaſ. in l. falſo aſſeueratur. num. 3. verſ. item in materia. C. de diuerſ. reſcript. &c. Dec. in cap. cum acceſſiſſent. ſub nu. 82. ibi. non obſtat. de conſtitut. & Crauet. conſ. 54. quęritur primo. num. 4. conſulens, quòd vaſalli, non contradicendo infœudationi, cenſentur approbaſſe infoeudationem.

229 Et, quòd liber mercatoris probet rem geſtam pro tertio contra tertium, qui fuerit præſens rei geſtæ, & libri ſcripturæ, dummodo ſit res de pertinentibus ad mercaturam, probatur: quia in iſto propoſito ita ſe habet liber officialis ad res ſpectantes ad offitium, ſicut ſe habet liber mercatoris ad res ſpectantes ad mercaturam.

Sed libro officialis creditur contra tertium, qui fuerit præſens, vt ex Crauet. & Maſcar. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 117. Igitur creditur etiam in libro mercatoris.

230 AMPLIA I. & in iſtis ampliationibus propriè operatur concluſio; vt habeat locum, etiam ſi iſte tertius eſſet mortuus; quia tunc & ſi de præſentia ipſius non conſtaret aliter, quàm per ſcripturam libri, tamen crederetur libro: quia ſcriptura non ita titubat quando contradicit is, qui ſcripturę non fuit præſens, ſicut titubat quando contradicit is, qui in ea enunciatur præſens.

231 AMPLIA II. vt procedat, etiamſi iſte tertius eſſet viuus, & opponeret, rem non fuiſſe geſtam, ſicut reperitur ſcripta; quia; dummodo conſtaret, ſeu aſſereret, quòd, ſe præſente, res geſta fuerit, in reliquis ſtaretur

232 in dubio ſcripturæ: † & moueor, q̃a quando probatur ſubſtantia, & dubitatur ſolum de qualitate, tũc ſtandũ eſt libro mercatoris; puta mercator tradidit merces mulioni, ad aliquem locum vehendas, quas mulio culpa ſua amiſit; oritur lis inter eos circa quantitatem mercium, dico, quòd creditur libro mercatoris ſaltem cum eius iuramento; accedente tamen etiam veriſimilitudine, quòd mercator eas ſcripſerit in libro ante caſum amiſſionis, vt conſulendo, concludit Corn. conſ. 318. pro vecturali. in fine. lib. 4. & Crauet. qui eum ſequitur, & alia pro confirmatione adducit, & ſoluit oppoſitiones in tract. de antiq. temp. in verbo. vidimus & abundè. num. 9. 10. & ſeqq. vſquè ad num. 19. fol. 139 & 140. & ex Crauet. loco citato refert, & ſequitur Maſcar. tract. de probat. concluſ. 973. nu. 33. lib. 2. dicens, quòd, quando conſtat, mercatorem dediſſe alicui merces, nec conſtat de pretio, ſeu de quantitate mercium,

233 ſtatur libro mercatoris; † quod probant ex eo, quòd ſi conſtat de mutuo, & non conſtat de quantitate, poteſt quantitas probari iuramento creditoris ad tradita per Ray. de Forl. in l. 1. ff. de in lit. iur. quem refert, & ſequitur Dec. conſ. 146. pro tenui facultate. ſub num. 14. ibi. & hoc in propoſito,

234 EXTENDE iſtam ampliationem, vt habeat locum non ſolum in probatione pro tertio contra tertium, vt loquuti ſumus, ſed etiam pro ipſo mercatore contra eum, cum quo negotiatus eſt, & in his terminis videntur loqui Doctores citati in iſta 2. ampliatione.

235 IN TERTIO caſu, quando negat, ſe fuiſſe præſentem; adhibeo duas inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, ſi nos inſpicimus diſpoſitionem iuris communis.

Secunda eſt; ſi inſpicimus conſuetudinem.

Si inſpicimus ius commune: tũc, ſaluando 10. limitationem, poſitam ſupra num. 202. concludo, quòd liber mercatoris probat forſan ſemiplenè tantum, vt loquitur Bar. in auth. at ſi contractus. ſub num. 9. C. de fid. inſtrum. & ratio huius concluſionis eſt, quia, ſtante huiuſmodi omnimoda negatione negotiationis; audeo annectere ſecundam nouam concluſionem; quòd liber ſolus mercatoris minus probaret pro ipſo mercatore, & cõtra eum, cum quo res dicitur geſta, ſeu principaliter geſta; niſi concurrerent veriſimilia, aut aliæ partitæ, verificatæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 143. & 153. limit. 3. & ratio huius ſecundę nouæ cõcluſionis eſt, quia, vt ex Bal. Corn. Maſcar. & Anch. dicebamus ſupra num. 130. libris mercatoris ideo de iure pręſtatur fides, quia hi, qui ſecum negotiantur de re, ſpectanti ad negotiationem mercaturæ, videntur mandare ei, vt conficiat, & teneat rationes communes: Ergo nõ probato ſuppoſito negotiationis, ceſſat tacitum mandatum de conficiendis rationibus negotiationis.

236 Probo iſtam conſequentiam duplici argumento.

Primo, quia quando præſumptio oritur ex cauſa, conſiſtente in facto, vt in caſu noſtro, vbi præſumptio mandati ad conficiendas rationes oritur ex negotiatione cum mercatore; tunc in illa cauſa, conſiſtente in facto, lex nihil præſumit, teſte Alc. tract. de præſumpt. par. 3. in principio. ſub num. 6. fol. 307.

237 Secundo, quia lex mouetur ad præſumendum ex aliquo ſigno certo; vnde, ſi de eo ſigno certitudinaliter non conſtet, debet probari, ſicut ſcribit idem Alciat. d. par. 3. nu. 8. fol. 307.

Sed lex mouetur ad credendum, & præſumendum pro ſcriptura, & libro mercatoris, quia illa ſcriptura præſumitur facta de voluntate & mandato eorum, qui contrahunt cum eo. Ergo probandum eſt, quòd illi ſecum contraxerint: nam ſi Titius præſumitur diligere Meuium; quia pater præſumitur diligere filium; probandum eſt in facto, quòd Titius ſit pater Meuij ad tradita per Alc. vbi ſupra.

Et ſi tu, replicando, diceres, negotiationem ſatis probari ex ſcriptura mercatoris.

Ego reſp. quòd ſic ſcriptura probaret id, quod eſt cauſa vt ipſa ſcriptura probet; quod eſt impoſſibile; quia ſequeretur, quòd poſteriora producerent priora, ſeu effectus produceret cauſam.

238 SI INSPICIMVS conſuetudinem: concludo, quod

quòd probat plenè, dummodo agatur de re pertinente ad mercaturam, & non de magna ſumma, conſiderata qualitate perſonarum & negotij iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 176. & 179. verſus finem. & num. 180. verſus finem. & moueor, quia de conſuetudine creditur libris mercatoris non propter præſumptum tacitum mandatum, ſed quia mercatoris fides tacito populi conſenſu videtur approbata: & ratio huius taciti cõſenſus eſt triplex: prima quia non eſt præſumendum quòd mercator velit ſcribere falſum in ſuo libro, quia ſeuerius quàm alius falſarius puniretur: ſecunda, quia ex vna partita falſa totus liber redderetur ſuſpectus de falſo: tertia ratio eſt, quia nimis oneroſũ eſſet mercatori parare probationes de ſingulis negotiationibus, præſertim minimis, prout iſtas rationes adduxi ſupra num. 135.

239 EXTENDE iſtam concluſionem, vt habeat locum etiam pro mercatore contra extraneum non ſubditum: quia nihilominus ſi iſte non ſubditus contraxerit cum mercatore in loco, in quo mercatoris fides eſt tacitè à populo approbata, & vbi mercaturam exercet, tenetur ſtare eius libro; ſiue agatur ibi, ſiue agatur
240 in alio foro, in quo non extet talis conſuetudo; † & moueor ex his, quæ ſcribunt Io. Andr. in addit. magna ad Spec. tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum. in verbo. ſi œconomus. verſ. ſeptimum ſupplementum. & Iaſ. qui eum citat, in l. admonendi. in 2. repetit. num. 116. in fine. verſ. vltra bar. ff. de iureiur. dum ſcribunt, quòd ſtabitur conſuetudini illius loci, & inſtrumẽtis eo loci factis, quamuis alibi agatur, vel producãtur. & in ſpecie Strac. tract. de mercat. tit. quom. in cau. merc. proceden. ſit. num. 31. verſ. meminimus. & num. 43. fol. 331. cõcludens, quòd, ſtante ſtatuto ciuitatis quòd adhibeatur fides libris mercatoris, illis eſt adhibenda in quocunquè foro, ac loco. & ex his, quę in terminis melius, clarius, & fuſius decidit Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. nu. 5. & ſeqq. vbi nu. 9. ✻ teſtatur de communi * fol. 135.

241 Ratio I. huius extenſionis eſt; quia contractus, in quo fuit ſeruata ſolemnitas loci, in quo contractus eſt factus, obligat etiam non ſubditum, qui in eo loco contraxit, vt latè refert & ſequitur ex communi, * opin. Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 123. num. 2. & 3. ſed in negotiatione, contrahenda cũ mercatore, nõ requiritur alia ſolemnitas, niſi, quòd liber ſit tentus more mercantili, & ſecundum conſuetudinem illius loci, & quòd negotiatio ſit ſcripta in eius libro: & hoc ſupponimus eſſe ſeruatnm in negotiatione cũ non ſubdito: Ergo illa ſcriptura mercatoris obligat etiam illum non ſubditum.

242 Ratio II. eſt; quia in deciſorijs attenditur locus cõtractus, & non locus iudicij, ſeu fori, teſtibus Bar. Bal. Alber. de Roſ. Paul. de Caſtr. Socc. & Vant. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 2. ſub num. 655. verſ. confirmatur.

243 Sed probatio reſpicit deciſionem cauſæ, vt ex Aug. Bero. q. 50. num. 1. refert, & ſequitur Maſcar. de probat q. 1. num. 12. in fine. vnde & nos videmus, quòd ſicut licet appellare à diffinitiua, ita etiam licet appellare à non admiſſione probationum, ſeu articulorum, teſte Maran. in ſuo ſpec. 3. par. 6. part. in verbo. & demum fertur ſententia. nu. 44. in fine. fol. mihi 438. & à declaratoria, quòd quis habeatur pro conuicto, ſeu pro confeſſo, quia iſta declaratoria tangit indirectè negotium principale iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced. cap. 97. nu.
244 44. & 45. † & ideo bene tenuit Bal. in l. 1. num. 13. in fine C. quæ ſit long. conſuet. quòd in modo probandi attenditur locus contractus, exquò in probatione ſtat realitas ſubſtantiæ negotij. & ideo ſupra num. 128. limit. 3. titubabam adhærere illi limitationi, quòd liber non probaret contra non ſubditum.

245 LIMITA, ſeu potius nota, præcedentem concluſionem, firmatam ſupra num. 238. in iſta inſpectione conſuetudinis, reddi dubitabilem, quando mercator eſſet infamis infamia nondum vulgarizata, & magis dubitabilis redderetur, quando ageretur cum tertio, ſeu inter tertium & tertium; & difficultatem colligo ex eo, quòd poteſt commodè reſponderi ad ea, quæ videntur ſuadere, vt libro ſit credendnm.

Non obſtat igitur primo, ſi diceretur quòd iſte tertius approbauit perſonam mercatoris. Quia reſpondetur, quòd iſte tertius diceretur ſolũ cõtraxiſſe cum eo, qui contraxit cum mercatore; & conſequenter, ſi obijceretur, quòd debuiſſet prius, inueſtigare conditionem mercatoris iuxta l. qui cum alio contrahit. ff. de reg. iur. reſpondetur, quòd ipſe non eſt negotiatus cum mercatore.

Non obſtat ſecundo, ſi diceretur, quòd fides mercatoris cenſetur tacito populi conſenſu approbata. Quia reſp. quòd, ſi non eſt probatum, quòd populus ſciuerit illam infamiam, non poteſt dici, quòd illius fidem approbauerit: quia in re ignorata non datur approbatio, ſeu conſenſus; & ideo nõ ſine quare addidi verbũ illud *non vulgarizata*: nam, ſi eſſet vulgata, crederem, quòd probaret, quia ſi totus populus cenſetur approbaſſe, cenſeretur approbaſſe etiam quilibet particularis: quia populus ſunt ipſi particulares, & conſequenter etiam tertius diceretur tacitè approbaſſe; & paria ſunt expreſſe, vel tacitè approbare: cogita quia nihil determino.

Dubitatio maior orìretur, quando iſte, qui principaliter, aut acceſſoriè, vti tertius, negotiatur cũ mercatore, non eſſet ſubditus illi loco, quia in eo non militat tanta ratio, vt videatur approbaſſe perſonam mercatoris, & ſequi conſuetudinem illius loci.

Sed in contrarium facit, quia conſuetudo credendi libris mercatoris ita ligat contrahentes ſubditos ſicut non ſubditos iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 239. verſ. extende. vnde hæc omnia maturius cogitanda relinquo.

Verumtamen eſt, quòd ſemper faciliores probationes & coniecturæ recipi deberent contra librum mercatoris infamis. Et hæc ſufficiant circa librum mercatoris & campſori s.

246 EXTENDE limitationem 10. quam poſui ſupra num. 202. verſ. ſecus. vt in caſu, in quo ageretur de probanda mala fide, ſeu ſcientia ipſius tertij, liber mercatoris non ſolum probet ſemiplenè pro tertio contra tertium, ſed probet plenè, vt ſcribit Abb. conſ. 81. videtur primo. ſub num. 1. ibi. quòd autem filia. lib. 1. vbi ad probandam ſcientiam filiæ adducit libros mercatoris, in quibus pater dictæ filiæ fecerat creditricem dictam ſuam filiam &c. & ex Abb. refert, & ſequitur Crauet. tract. de antiq. temp. verſ. vidimus & abundè. nu. 31. fol. 140. ex quo poteris colligere alias ſimiles extenſiones, & ex Abb. & Crauet. refert, & ſequitur Maſcar. tract. de probat. concluſ. 975. in fine. num. 10. lib. 2.

RESTRICTIO IIII.

Liber tutorum, curatorum, ſimiliumque adminiſtratorum probat.

247 RESTRINGE IIII. illam ampliationem, poſitam ſupra num 101. vt non habeat locum in libris tutorum, curatorum, executorum, & ſimilium adminiſtratorum, quia probant etiam pro ipſis adminiſtratoribus, ſicut, loquendo de libro tutoris, ſcribunt Bar. in l. 1. §. officio. num. 1. ff. de tutel. & ration. diſtrah. Paul. de Caſtr. conſ. 301. ad benè examinandam. verſ. ſuper tertio. nu. 3. lib. 1. Borgn. tract. de tutor. & cur. nu. 212. fol. 345. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 973. num. 61. lib. 2. & nonnulli alij ex citatis infra num. ſeq. & de libro executoris Bal. in l. id quod pauperibus. verſus finem. nu. 39. verſ. ſpec. mouet. C. de epiſc. & cleric. & facit, quod ſcribit Bar. in l. fin. in fine. ff. ſi cui plus quam per l. falc. referens ex Glos. ibi, quòd ſi dubitatur, an executor diſtribuerit benè vel non, ſtatur iuramento ipſius executoris, & de libro curatoris, negotiorum geſtoris, & ſimilium adminiſtratorum loquuntur Doctores in ſeqq. declarationibus.

248 DECLARA I. iſtam reſtrictionem in libro tutoris, vt habeat locum in expenſis modicis; ſecus in expenſis magnis, quia non crederetur eius libro, teſtibus ijſdem Bar. in d. l. 1. §. officio. num. 1. Paul. de Caſtr. Borgn. & Maſcar. in locis proximè citatis. Iaſ. in l. admonendi.

nendi. in 2.repetit.num.22.ff.de iureiur.& Iod. Damhoud.tract.de pupill.patr.comment.de tutorum & curatorum rationis iuſtificatione.cap.vnico.num.37.fol. 377.& pro hac declaratione poteris addere quæ ſcripſi ſupra num. 176. 177. & 179. vbi reſpondeo contrarijs.

249 Hæc eadem declaratio habet locum in libro curatoris, ſicut de tutoris & curatoris libro promiſcue loquuntur Iaſ. & Maſcar. in locis proxime citatis.

250 Habet pariter locum in libro executoris, vt declarant Bar.in l.fin.in fine.ff.ſi cui plus quàm per l.falc. referens ex Cyn.ſecundum Petr.quòd debet intelligi in legatis minutis,& Bal.in d.l. id quod pauperibus. ſub num.39.C.de epiſc.& cler.dicens,quòd codex rationum cum ſacramento executoris ſufficit de diſtributionibus minutis, de quibus non poſſunt commodè fieri inſtrumenta: puta ſi dat quinque ſolidos pro quolibet paupere,ſecus,inquit,in his, quę continent aliquā quantitatē maiorem, de qua conſueuerunt fieri inſtrumenta:adde ad hæc Tiraq. tract.de iudic.in reb.exig. verſ.ex hoc fit.fol.mihi 87. tom. 5. ſcribentem, quòd expenſæ minutæ, factæ à tutoribus, curatoribus,executoribus, alijſq. adminiſtratoribus probantur eorum ſolo iuramento.

251 LIMITA iſtam declarationem ſecundum Crauet. tract.de antiq.temp.rub.quarta limitatio.num.61.fol. 137. vt nō ſit vera in libro ſocij,qui adminiſtrat,quia in libro ſociorum nō ſit differentia, an ſumma ſit parua,vel magna,dūmodo inquit Crauet. ſit veriſimilis; ſed ego dico, quòd,ſtante veriſimilitudine, etiam in alijs libris non attēditur,an ſumma ſit magna,vel parua iuxta ea,quæ ex Menoch.tract.de arbitr.iud.caſ.91. nu.18. retuli ſupra nu.178.verſ.contra eandem.& nu. 181.verſ.minus refragatur.

Si quid aliud circa librum,confectum ab vno ex ſocijs, tibi videndum occurrat,legito Bal. in rub. C. de fid.inſtrum.verſ.ſequitur de ſcripturis.num.35.& omnino Crauet.tract.de antiq.temp.rub.quarta limitatio. num.55.& ſeqq.fol.137.Menoch.de arbitr. iud. lib. 2. cent.1.caſ.92.& Maſcar.tract.de probat.concl.973.n. 83.lib.2.& quæ dixi ſupra nu.182.

252 DECLARA II. eandem reſtrictionē,vt habeat locum in libris,qui continent veriſimilia,ſecus ſi non contineant veriſimilia iuxta ea, quæ ſcripſi de libro mercatoris,de libro tutoris, & deniquè de quouis libro rationario ſupra nu.153.limit.4.& nu. 154.

253 DECLARA III. dummodo liber non fuerit reprobatus in aliqua partita, qa in omnibus reprobaretur, ſicut ex Paul.de Caſtr.Ang.Iaſ.Pariſ.& alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.183.limit.6.& hęc declaratio, vt ibidem dixi,eſt generalis ad omnes libros.

254 DECLARA IIII. dummodo liber ſit ſolemniter confectus,quia alias,ſi non contineret diſtinctè data, & recepta, & introitus, & exitus ita, vt clarè,facilè, & probè rationes conſolidari poſſint, non probaret, teſtibus Socc.conſ.159.in præſenti conſultatione. nu. 3.& ſeq.lib.2.Rol.à Vall.conſ.49.in præſenti conſultatione.nu.22.lib.1.Borgnin.tract. de tutor. & cur.nu. 206.& 212. in fine.fol. 345. & Maſcar. tract. de probat.concluſ.973.num.63.lib.2.qui alios citant, & loquuntur de libro rationum tutoris, & in libro rationum mercatoris ſcripſi ſupra num.152.limit.3.

255 DECLARA V. dummodo interueniat etiam iuramentum ipſius tutoris,ſi ſit viuus,ſicut ex Gul.de Cun Bal.Alex.Iaſ.& alijs retuli,& ſequutus ſum ſupra ſub num.153.limit.4.ſed ſi ſit mortuus mors ſupplet iuramentum,vt ibidem nu.155.retuli, & ſequutus ſum ex Paul.de Caſtr.& Iod.

256 DECLARA VI. dummodo etiam concurrat difficultas probandi aliter,quàm per librum rationum; quia, ceſſante iſta difficultate, nō crederetur libro rationum, teſtibus Bal.Iaſ.Strac.& Crauet. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num.153.limit.4.& in proprijs terminis,loquendo de libro rationum adminiſtratoris quòd requiratur iſta difficultas,ſcribunt Crauet.trac. de antiq.temp.rub.quarta limitatio.num.34.verſ.quarto procedit.fol.136.& Maſcar. tract.de probat. concl. 973.num.71.lib.2.

257 Verumtamen aduerte, quòd iſta difficultas pręſumitur in omnibus actibus,qui communiter fieri ſolent ſine præſentia teſtium, & propterea ſatis eſt quòd iſta difficultas allegetur virtualiter & effectualiter, licet non expreſſe: quare ſufficit,quòd quis iurauerit,contenta in libro eſſe vera,quia ex tali iuramento admiſſo colligitur tacita allegatio & difficultas ipſa probationis, vt ſcribit Rom.conſ. 77.pater reuerende. num. 1. quem refert, & ſequitur Crauet.de antq. temp. d.rub. quarta limitatio num.34.in fine. fol.136.

258 Imò iſta declaratio non eſt vera in libro ſociorum ſecundum Crauet.quem retuli ſupra nu.182.

259 DECLARA VII. loquendo etiam de libro adminiſtratoris,dummodo ſcribens ſit perſona fide digna ſecundum eundem Crauet. eod. tract. de antiq. temp. rubr.quarta limitatio.num.32. verſ. tertio principaliter. fol. 136.

Sed nos cogimur ſentire contra iſtam declarationem eò,quòd perſona adminiſtratoris videtur approbata, & conſequenter non poteſt opponi contra eius perſonam per ea, quæ de libro mercatoris infamis ſcripſi ſupra num.189.verſ.primus.& ſub nu. 245. ibi. & ideo non ſine.

260 DECLRARA vltimo loco in libro tutoris, alteriuſquè adminiſtratoris,vt probet,ſi in eo nō ſint mixtæ alię propriæ res ipſius tutoris, ſeu adminiſtratoris, quia, ſi adminiſtrator non ſegregat res ſuas à rebus eius,cuius eſt adminiſtrator præſumitur contra eum, quòd ſit in dolo,ſeu præſumitur contra ipſum,vt ſcribunt Bal.in auth.licentiā.ſub nu.3.il.2.verſ. ſed reuoco ad dubium.Socc.conſ.159.in præſenti conſultatione.num.6. in fine.& num.7. lib. 2. Crauet. tract. de antiq.temp.rub.quarta limitatio.verſ.nono requiritur. num.51.fol.136.& Rol.à Vall.conſ.49.in præſenti conſultatione.num. 31.lib.1.moti ex eo, quod ſcribit Innoc.in cap.cum in officijs. ſub num.4. ibi. item cum prælatus.de teſtam.quem ibidem referunt, & ſequuntur Ant.de Butr.ſub num.4.ibi.in dubio præſumitur.& Imol.dicens,quòd cum prælatus debeat ſegregare res ſuas à rebus Eccleſiæ,& omnia debeat agere cum conſilio clericorum ſuorum, multum, inquit, contra eum præſumitur,ſi omiſerit &c. Et ratio meo iudicio eſt, quia miſcens res ſuas cum rebus eius, cuius eſt adminiſtrator,videtur velle eas occultare. Et quòd liber debeat continere ſolum rationes pertinentes ad bona eius, de cuius adminiſtratione agitur, alias non probet, refert, & ſequitur ex Socc. vbi ſupra Maſcar. tract. de probat concl.973.num. 70. lib.2.

RESTRICTIO V.

Liber rationum priuati probat.

261 RESTRINGE V. & vltimo vt nō habeat locum in libro rationū priuati defūcti, qui fuerit bonus homo, quia adhuc probat pro ſcribente,ſeu inquam pro eius hæredibus ſaltem ſemiplenè,vt ſcribunt Bar.in l.admonendi.num.27.ff.iureiur.& ibidem Paul.de Caſtr. ſub num.43.Alex.num.34. Iaſ. in 2. repetit. verſ. ſecundo principaliter.ſub num. 107.ibi. ſecundo fallit.Abb. in cap.2.ſub num.9.licet is videatur loqui ſolum in libro mercatoris. & ibidem Fely.nu.24. verſ. fallit tertio.de fid. inſtrum. Soccin. conſ. 161. pro deciſione. num. 3. verſ. nec obſtat ſi dicatur. lib. 2. & de communi * opinione teſtatur Pariſ. conſ. 7. bene egit. num. 15. lib. 4.

262 DECLARA adhuc iſtam reſtrictionem, vt habeat locum, concurrētibus alijs requiſitis, quę diximus eſſe neceſſaria in libris mercatoris, & adminiſtratoris; alias, ijs ceſſantibus, minus faceret ſemiplenam probationem:requiſita autem neceſſaria ſunt: vt ſumma, de qua agitur,ſit modica,& non magna iuxta ea,quæ, loquēdo de libris rationum mercatoris,& de libris rationū tutoris & de libro rationum ſimpliciter, ſcripſi ſupra nu.176.limit.5. & de libro tutoris, curatoris, & executoris ſupra num.248.declar. 1. item quòd contineat veriſimilia, vt,loquendo de libro rationum tutoris, de libro rationum curatoris, de libro rationum ſimpliciter,& de libro rationum alicuius priuati, vt

in

in caſu, de quo loquimur, ſcripſi ſupra num. 153. limit.4.item,quòd non fuerit reprobatus in aliqua partita iuxta ea,quæ,loquendo de libro rationum mercatoris,& de quolibet libro rationum generaliter,ſcripſi ſupra nu.183. limit. 6. & loquendo de libris tutorum, curatorum,executorum,& ſimilium adminiſtratorum, dixi ſupra num. 253.declar. 3. item quòd liber ſit ſolemniter confectus,quia aliter non probaret, ſicut,loquẽdo de libro mercatoris, ſcripſi ſupra n.152.limit.3. & loquẽdo de libro tutoris, curatoris, ſeu alterius adminiſtratoris,ſcripſi ſupra nu.254.declar. 4.& de libro rationum priuati,de quo agimus,ſcribit Maſcar.tract. de probat.concl.973.num.7.& concl.974.num.21.lib. 2. item quòd cõcurrat difficultas probandi aliter iuxta ea,quæ, loquendo generaliter de libro rationum,& de libro mercatoris,ſcripſi ſupra ſub nu.153. limit.4. & de libro tutoris, ſeu alterius adminiſtratoris ſupra declar.6.num.256.

Libri quidam alij an probent.

263 De libro officialis monaſterij,vel alterius capituli, aut collegij,ſeu de libro adminiſtratoris alicuius monaſterij, ſeu de libris moſterij ſi quid tibi particulariter videndum occurrat, quod ex dictis ſupra à nobis colligi non poſſet,adito Crauet.tract. de antiq. temp. in verbo.quid in libro officialis vnuius monaſterij.nu. 1.& ſeqq.fol.138.& ſimiliter ſi quid particulariter oc currat videndum de libris cenſualibus alicuius Eccleſiæ,vide Dec.in cap.cum cauſam.num.18.de probat.& conſ.596. ad dubia.nu.4.& Crauet.cõſ. 158.viſis actis. num.4.& ſeqq.num.7.& 9.& de libris eccleſiarum,canonicorum,epiſcoporum, ciuitatum, & ſimilium vide Maſcar.d.concluſ.973.num.48.49.50.& 57.lib.2.& de libro theſaurarij canonicorum,& communitatis præſbyterorum vide Caputaq.deciſ.156. alibi. 158. ſeu 2. libro theſaurarij.par.2.& de libris rationum fiſcalium vide Maſcar.d. concluſ.973. num.46.

264 De libro viſitationum Epiſcopi, quòd plene probet quoad viſitationem perſonarum, ſacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium viſitantis,vide eundem Caputaq.deciſ.158.alibi 160.ſeu 4.par.2.

265 De libro Cronicorum quòd probet erectionem alicuius officij,ſeu beneficij,vide eudem Caputaq.deciſ. 160.alibi 162.ſeu.6.par.2.

266 De ſcriptura extracta de aliquo conuentu, ſeu monaſterio vide Frac.Marc.deciſ.298.

Requiſita vt liber rationum probet quæ ſint.

REQVISITVM I.

267 Pro complemento tertiæ limitationis, & quartæ declarationis, quas poſui ſupra num.152.153.& 254. [dum diximus in eis, quòd liber rationum ad hoc, vt probet, debet habere ſua requiſita] reliquum erit vt nunc declaremus, quæ ſint iſta requiſita in libro rationum.

Reſp. In primis debet continere titulum libri, ſeu inſcriptionem:verbi gratia.Hic eſt liber Bartholomei Thomaſij, &c. ſeu. Incipit liber introituum,& exituũ &c.ſi eſt vnus liber.vt ſcribunt Bal.in l.vnica.verſ.cum quæritur.ſub nu.14.C.de cõfeſſ.& Strac.tract.de mercat.par.2. nu.53.54.& 55.fol.292.qui alios citat:& iſta intitulatio eſt neceſſaria pro declaratione eorum,quæ in libro apparẽt ſcripta:nã ex ipſa intitulatione poteſt declarari mens illius, qui conficit,ſeu mandat fieri librum iuxta ea, quæ ſcribit Socc. conſ. 87. in præſenti conſultatione.verſ.circa ſecundam.ſub num.8.& num. 15.lib. 1. vbi ex intitulatione libri ſumit argumentum pro ſua conſultatione. & adeo intitulatio & quæ intus ſcripta ſunt correſpectiuantur, vt cancellario partis intitulationis non vitiet librum, eiuſquè rationes in caſu, inquo conſuluit Paul.de Caſtr.conſ.314.omiſſo primo.lib. 2. quem refert, & ſequitur Strac. ſub d. num. 54. & 55.

Requiſitum. II.

268 Secundo requiritur, quòd contineat æquè data & accepta, alias ſi contineret ſolum data, non probaret pro ſcribente, neque pro tertio contra tertium, Alex.conſ.penultimo.viſo quandam. ſub num. 8. lib. 7.Crauet.tract.de antiq.temp.rub.quarta limitatio.nu 44.fol.136.Stracc.d.par.2.num.56.fol.292.Rol.à Val. conſ.49.in preſenti conſultatione.num. 28. lib. 1. Menoch.tract.de arbitr.iud.lib.2.cent.1.caſ.92.num.6.Maſcar.tract.de probat.concluſ.973.nu.7.lib. 2.qui alios citant,& ſciens præterea,quia non habet difficultatẽ: nam eſt de forma rationis,vt contineat data, & recepta, vt ſcribit Iaſ.in l.admonendi.in 2. repetit. ſub nu. 111.ibi. limita.ff. de iureiur. & ideo ſi ſi cõtineat data & recepta non poteſt ab aduerſario acceptari contra ſcribentem,& non contra ſe ſecundum Pariſ.conſ.90. vidi proceſſum.nu.2.& 24.lib.1.

269 Nec ſatis eſt, quòd contineat data & accepta, ſed requiritur vlterius,quòd ea cõtineat apertè, probè, & diſtinctè, vt,loqueudo de libro rationũ tutoris,ſeu alterius adminiſtratoris, ſcribũt Socc.conſ.159.in præſenti conſultatione. nu. 3. & ſeq. lib. 2. Rol. à Vall.d. conſ.49.nu.22.lib.1.& Maſcar.tract.de probat.d.concl.973.num.63.lib.1.& generaliter de libro rationum Stracc.vbi ſupra.& rurſus nu.58.requitur etiam quòd nominatim ſcribatur, cui datur,& à quo recipitur, ſicut refert, & ſequitur Crauet. vbi ſupra. & notant Stracc.d.par.2.ſub.n.57.& Rol.à Vall.d. cõſ. 49.n. 28.

Et adeo probè debent eſſe ſcripta, vt ſi res eius, cuius bona adminiſtrantur, reperirentur ſcriptæ mixtim cum proprijs rebus adminiſtratoris, præſumeretur cõtra adminiſtratorem, vt ex Bal.Socc.& alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 260.

270 Dixi quòd liber,non continens data,& recepta, & ſic malè confectus, non probat pro ſcribente; hic eſt ſciendum,quòd benè probat contra ſcribentem, vt ex Purp.refert,& ſequitur Menoch. vbi ſupra,& nos retulimus & ſequuti ſumus ex Crauet. infra in 4. requiſ. verſ. declara. num.282.

Requiſitum III.

271 Tertio requiritur, quòd contineat cauſam; alias liber nec contra ſcribentem probaret, teſtibus Abb.in cap.2.ſub num.12.ibi.item debet.de fid.inſtr. Iaſ. in l. admonendi in 2.repetit.num.111.verſ.limita iſtum. ff. de iureiur. Alex. conſ.182. lectis & ponderatis. num. 5.verſ.non obſtat etiam. lib.2.Crauet. tract. de antiq. temp.rub.quarta limitatio. verſ.ſeptimo requiritur .n. 46.fol.136.Strac.tract.de mercat.par.2. num.57.& latius num.60.fol.292.& Maſcar. tract.de probat. concluſ.973.num.64. lib.2.& ita generaliter in qualibet ſcriptura,non continente cauſam,loquuntur Spec.tit. de inſtr.edit.§. reſtat videre.nu.7.verſ.porrò ſi fit. Bar. in l.nuda ratio.num.3.ff.de donat.Fely.in d.cap.2. fallentia quinta.nu.31. de fid.inſtr.Becc. conſ.5. in libro. ſub num.8. lib.1.&,ſi alios pro iſto requiſito vis videre,adito Addition.ad Abb.& Stracc.vbi ſupra.&,quòd liber rationum tutoris,ſi non contineat cauſam expenſarum, non probet,ſcribit Bal.in rub.ſub num.34.verſ. ſequitur videre.C.de fid.inſtrum.&,quòd hoc requiſitum ſit neceſſarium etiam in libro officialis publici, deputati ad aliquam adminiſtrationem, refert, & ſequitur ex Bar.Rol. à Vall.d.conſ.49.num.28. lib. 1.

272 Ratio huius requiſiti eſt,quia ſcriptura de per ſe non eſt modus conſtituendi obligationem, ſed inducit præſumptionem obligationis, antea ortæ ex cauſa, quæ præceſſiſſe narratur in ſcriptura.Igitur, ſi non conſtet de cauſa in ſcriptura, non inducitur præſumptio obligationis; & ſic deficit probatio,quæ eſſet præſumptiua, vt ſcribunt Bal. & Iaſ. citati infra nu. 274. & Becc. d.conſ.5.ſub.num.9.

273 Et debet in tantum continere cauſam, vt ſi eam contineret incertam, & obſcuram; eſſet ac ſi eam non contineret,quia paria ſunt nullo modo eſſe expreſſum & eſſe expreſſum incertè, & non intelligibiliter, vt ex traditis per Bar.in l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb. oblig. & ex alijs firmat Alex.d.conſ.d.conſ. 182. ſub. num.

nu.5.lib.2.quem refert,& sequitur Stracc.d.par.2. sub num.60.fol.292.

274 DECLARA nunc, vt satis expressa, & certa dicatur,si ex coniecturis colligeretur,sicut scribit Bal.in rub.sub num.33.vers.sed quero si in libro mercatoris. C.de fid.instrum.quem referunt, & sequuntur Ias. in l.admonendi.in 2.repetit.sub num. 111. vers. limita istum.ff.de iureiur.Fely.in cap.2.fallentia quarta. in fine.num.31.de fid. instr. & ibi Additionator ad Abb. sub num.12.litera e. in fine. & Stracc.d.par.2. nu.60. in fine. Sed, cessante scriptura, requireretur probatio aperta secundum Bal. & Ias. qui eum sequitur locis proximè citatis.

275 EXEMPLIFICA istam expressionem, quę colligitur ex coniecturis,in libro,scripto in forma rationum, continente scilicet data & recepta:nam forma ipsarũ rationũ causam demonstrat;& hoc est,quod dicit Bal. in d.rub.sub num.33.vers.sed quæro si in libro mercatoris. & sic non est necessaria alia expressio: Finge enim,quòd mercator pannorum dederit Titio cannas decem pannorum: & ita simpliciter scripserit,& postea scripserit, se recepisse ab ipso Titio scut. viginti: certè licet non aliter expressa sit causa, tamen forma ipsarum rationum causam indicat. Finge rursus, quòd tu posueris in banco Dominorum de Ceulis hic in Vrbe scu.1000. & ex eis in diuersis partitis receperis scu.500.nulla causa receptorum expressa,certè forma rationum causam indicat: Finge vltimo loco pro solidiori intelligentia,quòd tutor, seu curator in libro rationũ tutelæ, seu curæ scripserit, se habuisse, & recepisse scu. 100. vtiquè coniecturamus causam, quòd ea habuerit occasione tutelæ, & ideo ista scriptura sufficienter,& plènè probaret contra tutorem,sicut scribit Bal.d.rub.sub num.34.vers. sequitur videre. C. de fid. instr.

276 Circa istud vltimum exemplum notandum est,quòd licet causa dicatur expressa sufficienter ad effectum probandi debitum contra ipsum administratorem, tamen non dicitur sufficienter expressa ad effectum, vt liber dicatur ritè & solemniter confectus:& ratio est, quia, nisi administrator exprimat nominatim à quo receperit,& ex qua causa, de facili posset cōmittere fraudem, non scribendo integram summam, secus si exprimat nominatim à quo,& ex qua causa, quia posset tunc ab eo, seu ab alijs sciri, & inuestigari,& pro corroboratione huius notandi vide quæ scribũt Socc. cons.159.nu.3.& 4.lib.2.& Rol.à Vall.cons.49.nu.22. & 28.lib.1.

277 INFERO ex his duas conclusiones.

PRIMA conclusio est,quòd in libro rationum non est necessaria expressio causæ, quia ea coniecturatur ex forma rationum ipsius libri.

LIMITA istam conclusionem, vt non habeat locũ in libro rationum tutoris,aut alterius similis administratoris quoad expensas,quia debet continere causam expressam & claram,sicut scribit Bal. in d. rub. sub d. num.34.& in ista limitatione proprie sibi locum vendicat hoc tertium requisitum:& ratio est,quia administratori non satis est probare expensas, sed tenetur ēt probare,quòd expensæ fuerint necessariæ, seu saltem vtiles.

278 SECVNDA conclusio est,quòd scriptura priuata, facta in forma vnius simplicis confessionis,nunquam probat,nisi in ea contineatur formaliter expressio causæ iuxta ea,quæ scribit Bal.in sepè citata rub. sub nu. 33.vers.sed quæro si in libro mercatoris.C.de fid. instrum.& ex eo refert,& sequitur Becc.cons.5.in libro. nu.8.versus finem lib.1.

279 LIMITA I. istam conclusionem, vt non sit vera quoad semiplenam probationem,quia tam liber, quã alia scriptura probat semiplenè contra scribentem,vt scribit Rom.cons.292. pro habenda. num. 3. & cons. 373.in casu proposito.vers.cæterum generaliter.num. 6.quem referunt, & sequuntur Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio.vers.septimo requiritur. num. 46. fol. 137. & Mascar.tract.de probat. conclus.973. num. 65. lib. 2. & idem tenuit Corn. cons. 99. visis literis. num. 8. vers. insuper dicit. lib. 3.

280 LIMITA II. vt non habeat locum in Vrbe propter statutũ lib. 1.cap.83. quod dat plenam fidem chirographis, seu apochis, quamuis careant causa, mandans eis dari executionem, sicut daretur publicis instrumentis.

Requisitum IIII.

281 Quarto requiritur, quòd contineat diem,& consulem,vt scribunt Io. Andr. in addit.ad Spec. tit.de instrum.edit.§.nunc dicendum. in litera.g.circa principium.ibi.tunc stabitur.Bal.in rub.sub num. 33.vers. sequitur modo videre.C.de fid.instrum.Abb. in cap. 2. num.12. vers.sed quæro.de fid.instrum. Alex.cons. 70. viso processu. sub num. 5. lib. 1.& cons. 182.lectis & ponderatis.vers.laborat insuper.num.6.lib.2. Crauet. d.tract.de antiq.temp.rub. quarta limitatio. num. 45. fol.136.Rol.à Vall.cons.92.in præsenti consultatione. nu.14.vers.tertia conclusio.lib.3. Stracc.tract.de mercat.par. 2. sub num.57. & latius nu.61.fol. 292.& Mascar.d.conclus.973. nu.66.lib.2. & ratio est, quia sine die rationes sunt implicitæ,& probè explorari non possunt.

282 DECLARA, istud requisitum esse necessarium ad effectum,vt liber probet pro scribente, secus ad effectum,vt probet contra scribentem, quia contra eum probabit,quamuis careat die, vt scribunt Abb.vbi supra.Ias.in l. admonendi.in 2.repetit.sub num,111. ibi. item addo quod istud.ff.de iureiur.dicens, se hoc non legisse alibi quã &c. Crauet. tract. de antiq.temp.rub. quarta limitatio.num.45.in fine.fol. 136.dicens, quòd licet liber, non continens debitam formam libri, puta data & recepta, non probet pro scribente,probat tamen,inquit,contra scribentem. & Strac. dicta par. 2.num.61. & generalius Ant. de Butr. in dicto cap. 2. sub num. 5. vers. venio ad secundum. de fid. instrum. vbi,formata dubitatione super probatione libri rationum,concludit generaliter,quòd in quantum scriptura conficitur contra scribentem non est quærendum de solemnitate, sed in quantum conficitur contra mandantem,vel contra tertium debet, inquit, habere solemnitates, quod ante eum bene expressit etiam Io. Andr.in addit.ad Spec.tit. de instrum.edit. §. nunc dicendum restat.in additione magna. in verbo. si oeconomus.ibi.de solemnitate dic. dicens,quòd in quãtum scriptura est contra scribentem non est quærendum in ea de solemnitate,sed solum in quantum scriptura est pro scribente.

Et ratio est euidens,quia nemo ex propria culpa debet reportare commodum.

283 Nota tamen obiter quantum ad appositionem consulis, quòd eius appositio non video seruari generaliter in praxi:& consulem in isto casu intelligas Papam in statu ecclesiastico,Imperatorem in statu imperiali, & Regem in regno.

284 Nota etiam, quod licet in scriptura priuata non sit necessaria appositio diei secũdum magis communẽ opinionem, de qua testatur Alex. cons. 70. viso processu. sub nu.5.lib. 1. & nos de hoc habemus statutum Vrbis lib. 1. cap.83.

Tamen intellige hoc,vt dixi supra,quoad effectum probandi contra scribentem: sed pro scribente dic, quòd non probaret, etiam si adesset statutum, quod disponeret, vt scriptura priuata probaret pro scribente aliquo certo casu.

Requisitum. V.

285 Quinto requiritur, quòd liber habeat cartulationem ad effectum, vt inde aliqua carta detrahi, seu addi non possit; & sic videmus in praxi edi semper codices rationum cartulatos,& propterea dicimus,quòd rationes non sunt reddendæ in cartabulis, quia eis nõ præstaretur fides Bal.cons. 152.ad euidentiam.sub nu. 1.vers.porrò.lib. 3. Petr.de Vbal.tract.de duob. fratr. part.12.num.7.fol.172.& Stracc.tract.de mercat.par. 2.num.59.fol.292.

Requi-

Requiſitum V I.

286 Sexto requiritur iuramentum, vt ſcribunt Gul. de Cun. Bar. Bal. Alex. Iaſ. Fely. & alij, quos mox citabo, ſed requiritur diuerſimode: nam, ſi nos loquimur de libro eorum, qui non exercent officium, ſeu artem publicam, ſed conficiunt libros adminiſtrationis alicuius perſonæ priuatæ, quales ſunt tutores, curatores, & ſimiles, itẽ & ij, qui conficiunt libros priuatos ſuarum rationum: concludo in libro iſtorum, requiri iuramentum poſt ortam aliquam controuerſiam; quando ſcilicet ad probandam eorum intentionem producudunt librum rationum, quia debent iurare, contenta in eo eſſe vera, ſicut ſcripſit Gul. de Cun. in l. edita. col. 3. verſ. ſed quæro quem effectum. C. de eden. quem referunt, & ſequuntur Bal. in l. 1. ſub num. 11. ibi. iſtud verum eſt. C. eod. Alex. conſ. penult. viſo quondam. ſub num. 8. lib. 7. Iaſ. in l. admonendi. in 2. repetit. verſ. quarto principaliter. ſub num. 121. ibi. addo quod. ff. de iureiur. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. verſ. ſeptima datur limitatio. num. 24. & num. 47. verſ. octauo requiritur. fol. 136. & Maſcar. tract. de probat. concl. 973. nu. 69. lib. 2. & idem ſcribunt Fely. in cap. 2. fallentia 2. ſub num. 23. de fid. inſtrum. & Dec. in d. l. 1. num. 3. C. de eden. & communiter * omnes Doctores, prout de communi teſtãtur Crauet. & Maſcar. in locis proximè citatis; & poteris videre quæ ſcripſi ſupra num. 153. limit. 4. vbi eoſdem, & alios citaui.

287 Si verò loquimur de libro mercatoris, aut alterius exercentis aliquod officium publicum: concludo, quòd hi deberent iurare initio mercaturæ, ſeu officij publici, vt ſcribunt Bar. in l. nuda ratio. num. 8. ff. de donat. dicens, quòd cãpſores, & mercatores, qui ſunt hodie, licet non habeant officium ex publico, tamen, inquit, iurant in arte ſua. Iaſ. in dicta l. admonendi. in 2. repetit. ſub num. 108. ibi. ſi autem non erat. & ſub num. 129. ibi. primo quia iure. & ibi. item quia eſt dictum. & latius ſub num. 30. ibi. vnde reſponde tertio. ff. de iureiur. Fely. d. cap. 2. ſub num. 33. ibi. ſed ceſſante. de fid. inſtrum. dicens, quòd tenentes illam opin. communem, quam nos retulimus ſupra ſub num. 202. fundant ſe in iuramento, quod tales præſtant de exercendo artem iuſte.

288 Verum multis in locis mercatores hodierni hoc non ſeruant: nullo enim iuramento ſuſcepto, exercent mercaturam, ſeu artem ad eorum libitum.

In multis tamen ciuitatibus mercatores habent conſules, & faciunt collegium, & habent ſtatuta approbata à ſuperioribus, & ſolent habere hoc particulare ſtatutum, quòd non admittatur quiſpiam ad mercaturam ſeu artem illam, niſi fuerit approbatus ab eorum collegio, & niſi prius iurauerit, & promiſerit ſeruare ea, quæ continentur in eorum ordinationibus.

Requiſitum VII. & vltimum.

289 Et deniquè liber debet continere veriſimilia, & non repugnantia iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 153. limit. 4. & debet carere omni falſitate iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 183. limit. 6. imò debet carere omni ſuſpitione, vt notat Strac. tract. de mercat. par. 2. num. 63. fol. 292. quia, vt, loquendo de libris mercatorum, ſcribit Bal. conſ. 349. factæ fuerunt. num. 3. in fine. & num. 4. lib. 1. ſcripturæ mercatorum debẽt eſſe firmæ, & ſtabiles, quia ad eorum fidem vniuerſi recurrunt, & quia ſcriptura mercatorum habetur pro ſententia, licet, inquit, modernis temporibus mercatores committant enormia. Et ex his omnibus ſeptem colliges illa nouẽ requiſita, quæ enumerat, & ait eſſe neceſſaria Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. à num. 24. vſquè ad num. 60. fol. 137.

Quando credatur libris ſine requiſitis.

290 Limita nunc, ſeu declara iſta omnia requiſita, quę requiruntur, attenta diſpoſitione iuris communis, & generali conſuetudine, vt ſi in aliquo loco extaret particularis conſuetudo credendi libris rationum ſine tot requiſitis, prout eiuſmodi conſuetudo extat in quibuſdam caſtris, & terris, quas incolunt homines, & mercatores idiotæ, & groſſulani, tunc liber probet etiam ſine iſtis requiſitis, dummodo ſit confectus more, & ſecundum conſuetudinem illius loci; quæ maximè ſpectanda eſt.

291 Cæterum non obliuiſcaris, quòd licet liber ſit defectiuus, carens aliquo, ſeu aliquibus requiſitis; tamen non propterea mercator, ſeu alius ratiocinator euadet, quin talis liber probet cõtra ſe iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra in 4. requiſ. verſ. declara. num. 282.

Articuli circa probationem & productionem librorum &c.

292 Ex præfatis omnibus, vt aliqua poſtremo loco certior habeatur notitia, ſunt particulariter recolligendi, & diſſoluendi quatuor articuli principales.

Primus eſt: an relinquatur arbitrio iudicis, ſi liber rationum probet, vel non probet pro ſcribente, & contra ſcribentem, & pro tertio contra tertium.

Secundus articulus eſt: an is, contra quem producitur liber, poſſit acceptare vnam partitam, & aliam non acceptare.

Tertius articulus eſt: an, reperto aliquo vitio, ſeu defectu in vna, aut duabus parcellis libri, vt puta, quia deficiat expreſſio cauſæ, vel non ſit appoſitus dies, vel ſint inueriſimiles, aut aliter ſuſpectæ: nunquid liber propterea carebit fide tàm in illis duabus, quàm etiam in cęteris alijs. Et quid ſi deficiat inſcriptio libri, aut quid ſimile, quod referri poſſit ad vniuerſum librum.

Quartus & vltimus, in quo redeo ad principale inſtitutum proteſtationis, de qua ſcripſi ſupra num. 79. verſ. capio ſecundam. nunquid illa proteſtatio, ſeu cautela producendi librum in parte, & partibus fauorabilibus tantum, & non in alijs iuuet producentem.

Articulus I.

Ad primum: an relinquatur arbitrio iudicis &c.

Reſp. quòd Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 93. verſ. tertia ergo fuit. nu. 2. tenuit, quòd relinquatur arbitrio iudicis, motus ex his, quę ſcribunt Bal. Dec. Crauet. & alij, per eum citati, quos & nos, occaſione adueniente, infra referemus: & hanc ſententiam ex Menoch. retulit, & ſequutus eſt Maſcar. tract. de probat. concluſ. 973. num. 81. lib. 2. dicens, eum hanc totam materiam doctè, & diſtinctis caſibus ibi proſequutum eſſe, hancque eandem ſententiam tenuit Saly. in l. 1. q. 2. ſub nu. 9. ibi. ſed dominus meus. C. de eden. quem refert, & videtur ſequi Iaſ. in l. admonendi. in 2. repetit. nu. 121. verſus finem. ff. de iureiur. eandemquè videtur ſequutus Corn. conſ. 81. in hac conſultatione. num. 9. verſ. tamen eſt aduertendum. lib. 4. citans eundem Bal. cuius ſententiam nos referemus infra num. ſeq. verſ. primus caſus. & loquitur Corn. de libro adminiſtratoris.

293 Verum ego cenſeo iſtam ſententiam non eſſe verã, aut ſaltem eſſe admodum temperandam, conſiderando duas ſpecies principales.

Prima eſt, quando libro deficit forma libri rationum; vt puta quia non continet recepta: quia eſt repertus falſus in aliqua parte: quia caret die: quia continet repugnantia, & non veriſimilia: quia ſumma, de qua agitur, eſt magna, & ſolet de ea confici inſtrumentum: quia deficit iuramentum, vel quia ei deficit aliquod ſaltem iſtorum.

Secũda eſt per oppoſitũ; quando nihil iſtorũ deficit.

CONCLVDO ex his duabus relatis ſpeciebus, nullum ſupereſſe locum arbitrio iudicis: nã in prima ſpecie liber non probat pro ſcribente, licet probet contra ſcribentem: in ſecunda verò ſpecie probat etiam pro ſcribente: & ita definitũ eſt vnico * conſenſu à Doctoribus, quos citauimus ſupra diuerſis in locis: nã quantum ad primam ſpeciem quòd liber, qui non continet recepta, non probet pro ſcribente, diximus ſupra num. 268. requiſ. 2. quòd non probet is, qui repertus eſt falſus, diximus ſupra num. 183. limit. 6. quòd non probet ſi ca-

ſi careat die,diximus ſupra num. 281. requiſ. 4. quòd non probet,ſi contineat non veriſimilia,diximus ſupra limit.4.num.156.ſimiliter ſi ſumma ſit magna diximus ſupra num. 177. verſ. conſequentia.Et per oppoſitum, quando nihil iſtorum deficit,ex communi eorundem Doctorum ſentẽtia concluſimus in eiſdem locis,quòd liber probat pro ſcribente:nec ab his, quæ diximus in citatis locis,diſſentit Menoch.

294 EXCIPIUNTUR duo,aut tres caſus,in quibus cõmittitur arbitrio iudicis,vt in caſu occurrẽti videat ſolum, an liber ſit, vel non ſit ex ſpeciebus definitis.

I. CASUS eſt;quando occurrit videre:an liber contineat veriſimilia,vel non veriſimilia, quia hoc totum relinquitur eius arbitrio; & ita intelligo quod ex Nic. de Mat.refert,& ſequitur Bal.in rub.C.de fid.inſtrum. verſ.ſequitur de ſcripturis ſociorum.nu. 35. in fine. dicens, credi etiam pro ſcribente in his,quæ ſunt connexa,& ſubordinata, & veriſimilia, & hoc totum relinqui arbitrio iudicis.& hunc Baldi locum referunt, & ſequuntur Socc.conſ.240.circa præſentem conſultationem.ſub nu.6.lib.2. & Menoch. ipſe d.caſ.93.nu. 2.ſic quoquè ſentit Tiraq. in præfatione ad l.ſi vnquã, ſub num.53.verſ.conſonat.C.de reuoc.donat.& generaliter quid ſit veriſimile relinqui arbitrio iudicis ſatis diximus ſupra num.167.verſ.quod ſit veriſimile. quod tamen arbitrium adhuc diximus ibidem non eſſe effrænatum, ſed contineri quibuſdam regulis,ibidem traditis.

295 II. CASUS eſt,quando occurrit videre: an quantitas,ſeu ſumma contenta in libro,& controuerſa,ſit magna vel parua: quia committitur arbitrio iudicis quæ ſumma dicatur magna, vt dixi ſupra nnm. 181.quamuis & in hoc laudabiliter prouiſum ſit à ſtatutis quorundam locorum,quæ mandant, credi libris mercatorum vſquè ad certam quãtitatem, vt refert nobis Paul. de Caſtr. in l.admonendi.num.43.ff.de iureiur.

296 III. CASUS eſt,quando occurreret videre:ſi capitula contenta in libro ſint ſeparata,vel connexa: quia & hoc arbitrio iudicis relinquitur ſecundum Bal.in d.rub.C. de fid.inſtrum.num.35.quem referunt, & ſequuntur Socc.& Menoch. quos citauimus ſupra num. 294.in 1.caſu,& ex profeſſo ſcribit idem Menoch.eod. tract.de arbitr.caſ.95.ſub num. 3.ibi.in iure.& num.4. ſed de hoc nos agemus infra nu.362.& 370. verſ. prima eſt. & verſ. occaſione.

297 DECLARA adhuc reſtringendo iſtos tres caſus iuxta ea, quæ ſcripſi infra num.379.vbi conatus ſum oſtendere,nullum caſum relinqui arbitrio iudicis,idque cenſeo me ſufficienter oſtendiſſe,rogoque, vt tu quoque coneris id oſtẽdere,quia iudicis arbitrio ſunt non ſolũ pauciſſima cõmittẽda,vt ſcribit Ariſt.1. reth. quem refert,& ſequitur Bal.in auth.niſi breuiores.in fine.C.de ſenten.ex peric.recitan.& conſ. 149. proponitur quod ex cauſa.ſub num.3.lib.1.& conſ.421.quædam mulier. nu.9. verſus finem.lib.5. in impreſſione lugdunenſi ad ſignum leonis de anno 1559.& cap.fin.nu.5. in fine.de reſcript. & ex Baldo referunt Crauet.tract. de antiqu. temp.in verbo.quid in libro officialis.num.25.fol.139. & Sylu.nupt.lib.5.quomodo iudicandum in dubio.nu. 87.verſus finem & num. 88. fol. 610. ſed nihil prorſus eſſet committendum.

Ad Menoch.citatum ſupra ſub num.292. tenentem relinqui arbitrio iudicis, an liber probet, & citantem Bal in d. rub. C.de fid. inſtrum. reſp.quòd Bal. loquitur limitatè de arbitrio circa connexitatem, & veriſimilitudinem,vt retuli ſupra num. 294.in 1.caſu.& nu. præced.

Articulus I I.

298 Ad ſecundum articulum:an is,contra quem producitur liber, poſſit acceptare vnam partitam, & aliam non acceptare.

Reſp. quòd prima facie videtur dicendum;quòd is, cõtra quem producitur,poſſit vnam partẽ acceptare, & aliam nõ acceptare,quando ſunt capitula,& res ſeparatæ;& hanc ſententiam videntur tenuiſſe Bar. & Paul. de Caſtr. quos citaui ſupra num. 107. verſ. cotra.Bal.in rub. C.de fid.inſtrum.verſ.ſequitur de ſcripturis ſociorum.num.35.Alex.conſ.186.viſis ſubtiliſſimis.num.7.lib.2.& apertè Papien. in pract. in forma productionis inſtrumentorum. in gloſ. cum anno. ſub num.6.ibi.tertio caſu. fol.337.& ex profeſſo Menoch. tract. de arbitr.iud.lib.2.cent.1.caſ.93.num.4.& ſeqq. dum enumerat quatuor caſus;videlicet primum,ſecundum,tertium,& quintum, in quibus conatur oſtẽdere, quòd quis poteſt acceptare vnam partem libri rationum, & alteram non eò, quòd partes illæ contineant res diuerſas,& capitula ſeparata; & vice verſa enumerat duos caſus;videlicet quartum, & ſextum, in quibus conatur oſtendere contrarium eò, quòd capitula habeãt vnitatem, & connexitatem:hæcquè eadem ſententia videtur comprobari ex his,quę ſcribunt Bar.in l.aurelius.§. item quæſiit.ſub nu.1.ff. de liberat.leg.dicens,quòd,ſi ſcriptura cõtinet plura capitula,& ſeparata,poſſum pro parte approbare, & pro parte non. Matheſ.& Iaſ. quos retuli ſupra ſub num. 89. & deniquè ſequutus ſum ſub num.100.verſ.capio.

299 Sed quicquid ſenſerint, quicquiduè firmauerint iſti Doctores,adhibendæ ſunt duæ inſpectiones.

Prima eſt;quando liber eſt ſolemniter factus,habens ea omnia requiſita, de quibus egimus ſupra: Et in iſta inſpectione cõcludo, quòd non poteſt vna pars acceptari,& alia nõ acceptari,& conſequẽter,ſi quis produxerit librum rationum contra ſcribentem,tenetur illum acceptare etiam in partitis,facientibus pro ſcribente, & contra ipſum producentem,quamuis capitula ſint omnino ſeparata, ſicut firmaui etiam ſupra ſub num. 131. ibi. & quod libris mercatorum. & ratio eſt manifeſta,quia præſuppoſito,quòd liber probet ex diſpoſitione iuris,non pendet à voluntate partis acceptare vnam partem, & alteram non, & conſequenter vna redditur iſto caſu illa proteſtatio, ſeu cautela acceptandi in partibus fauorabilibus, & non in alijs iuxta ea,quæ firmaui ſupra ſub nu.58. ibi.nam proteſtatio.& ſub nu.70.verſ. in primo. & nu. 87.&88. motus ex his, quæ ſcribunt Bar.Iaſ.& Bal.quos dictis nu.58. & 70. retuli,& ſequutus ſum; & bene in hãc ſententiã iuit Fely.in cap.2. fallen.4.ſub num.25. ibi.ſi autem ſunt capitula.de fid.inſtr.licet poſtea in fine,reuo luto quaſi mantello,male ſentiat, quòd quiſquè à principio poteſt producere librum in quantum facit pro ſe. & ita in terminis huius primæ inſpectionis procedant illæ quinquè reſtrictiones,quas poſui ſupra num. 103. 111. 129. 247. & 261. in quibus firmaui, quòd liber rationum, habens debitam formam, probat etiam pro ſcribente:Et iſto caſu redditur omnino vana,& ſuperflua hæc Doctorum diſputatio de connexitate, & de non connexitate capitulorum.

300 Secunda inſpectio eſt,quando liber non eſt ſolemniter factus,ſed eſt defectiuus,continens forſan non veriſimilia, & falſitatem in aliqua partita:& in iſta inſpectione poſſet habere locum difficultas propoſita, in qua Doctores videntur loquuti confuſè, & proinde ex eorum dictis variæ colligi poſſunt opiniones.

Prima enim opinio videtur communiter diſtinguere, & reſoluere,quòd in connexis non poſſit pars contra ſcribentem acceptari, & pars pro ſcribente reijci: ſecus in ſeparatis, & diuerſis capitulis ad tradita per Bar.Paul.de Caſtr. & alios, quos citaui ſupra num. 298. verſ. ad ſecundum. quod idem apertius ſenſiſſe videtur Bal. in l. 1. ſub num. 11. verſ. vltimo quæro.C.de eden.& in conſ. 156. cum duæ. verſ. in dubio autem.ſub num.3.lib.3.loquens in libro ſocietatis,& ſic poſſumus etiam intelligere Papien. in pract. in forma productionis inſtrumentorum. in gloſ. cum anno.ſub num.6.fol.337.dum diſtinguendo concludit, quòd, ſi ſunt plura capitula inuicem connexa, debet ſtari libro rationum tàm contra mercatorem, quàm pro mercatore.

301 Secunda opinio videtur eſſe,quòd indiſtinctè poſſit acceptari pars contra ſcribentem,& reijci pars, quæ facit pro ſcribente;hancquè opinionem ſenſiſſe videntur Abb.in cap.2.num.12.de fid.inſtrum.Iaſ.Crauet.& Strac. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 282. dum,loquendo ſine diſtinctione connexitatis, & non connexitatis,aiunt,quòd liber rationum,carens tempore,ſeu die,probat contra ſcribentem,licet non pro-

bet pro scribente; & rursus eandem sententiam sequuti videntur idem Crauet. & Menoch. quos citaui & sequutus sum supra num. 270. vers. dixi. dum, loquendo similiter sine aliqua distinctione, scribunt, quòd liber rationum malè confectus probat contra scribentem, licet non probet pro scribente; & eandem sententiam colligimus ex his, quæ scribit Ant. de Butr. quem citaui, & sequutus sum supra sub nu. 282. & ideo scribenti, sicque confitenti incumberet onus probandi partem non acceptatam.

302 Tertia opinio videtur esse, quòd indistinctè debeat vtraque pars acceptari, vel vtraque pars reijci; quia in effectu scriptura, quæ reperitur in libro rationum, est confessio scribentis pro se, & contra se; quam si virtualiter intueamur, eamque vti viua voce factam consideremus, habet connexitatem crediti cum debito; sicut hanc connexitatem habere videntur omnes libri rationum; & stante hac connexitate non potest pro parte acceptari & pro parte non: quia qui approbat non potest reprobare; & præsertim quando sumus in confessione, & in ciuilibus, in quibus integrã theoricam istam retuli supra sub num. 88. vers. videamus. ex Corn. & Caputaq. qui, loquendo in confessione, & in causis ciuilibus, testatur, Rotam seruare istam opinionem.

303 Quarta opinio videtur colligi ex his, quæ scribit Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 93. nu. 4. & seqq. & præsertim num. 10. in 4. casu, & casu 6. num. 14. qui videtur considerare duos casus principales.

Primus est: quando agitur de libro rationum alicuius administratoris alienorum bonorum, qualis est liber rationum tutoris; administratoris Reip. & similium: & in isto casu, qui est quartus, concludit, quòd aduersarius non potest acceptare quæ sunt scripta ad sui vtilitatem, & non acceptare, quæ sunt ad sui detrimentum: quia vnitas officij inducit connexitatem rerum descriptarum in libro occasione, & ex causa dicti officij, allegans Ang. in l. sumptus. C. de administr. tut. Corn. cons. 81. in hac consultatione. vers. tamen est aduertendum. sub num. 9. lib. 4. qui citat eundem Ang. & Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. num. 68. fol. 137. qui tamen non loquitur ita apertè; sed bene ita apertè loquutus est supra eod. tract. rub. scriptura priuata. in verbo. viso de verbis enuntiatiuis. num. 69. fol. 131. & in cons. 275. quæritur in hac causa. num. 3. in fine. & num. 4. allegans Ang. & Corn. in locis citatis. & Rip. in l. admonendi. num. 124. ff. de iureiur.

304 Extendere videtur Menoch. vbi supra num. 11. hunc casum ad librum mercatoris, repræhendens Abb. in cons. 36. versus finem. lib. 2. & Alex. cons. 186. num. 7. lib. 2. qui consuluerunt in libro mercatoris posse vnam partem acceptari, & aliam reijci eò, quòd capita, spectantia ad mercaturam, habent causas separatas.

305 Secundus casus est: quando agitur de vna sola parcella, scripta in libro rationum inter easdem personas, ex eadem causa, & eodem tempore; & sic loquimur in connexis: puta reperitur scriptum: ego Titius habui à Seio mutuo scut. 100. quæ promisi eidem restituere cum primum Rex Galliarum venerit Romam: vel sic, cuius mutui restitui dimidium eidem statim: & in isto secundo casu, qui est sextus, concludit ipse Menoch. in primis relinqui arbitrio iudicis, motus in primis ex Bal. in cons. 156. cum duæ. vers. modo venio. num. 3. lib. 3. & subdit idem Menoch. sub num. 18. ex sententia eiusdem Baldi, quòd iudex in primis perpendet, an aliqua coniectura resistat, ne credatur parcellæ illius libri quoad commodum scribentis, vt quia is scribens non sit vir probus, vel quia non contineat in ea parte verisimilem causam: huncquè Baldi locum refert etiam, & sequitur Tiraq. in præfat. ad l. si vnquam. num. 53. vers. consonat. C. de reuoc. donat.

Et tandem, si nullam resistentem coniecturam inueniat, concludit ipse Mnoch. quòd iudicare debet, librum illum æqualiter fidem facere contra scribentem, & pro scribente, hancq. conclusionem firmat septem argumentis, quæ si libet poteris videre.

Declarat postea idem Menoch. ibidem nu. 33. hanc conclusionem, vt aduersarius scribentis, volens probare, partem facientem contra se non esse veram, debeat admitti ad probandum; remanente firma alia parte sibi fauorabili, & contra scribentem; de qua re dicimus infra num.

306 Quid dicendum? Ego non recedo à secunda opinione, in qua dixi indistinctè, posse partem fauorabilem acceptari, & nociuam reijci; hoc est, posse acceptari partem contra scribentem, & non acceptari partem, quæ facit pro scribente: & sic nota, isto casu vtilem esse cautelam illam protestandi, & acceptandi in parte, & partibus fauorabilibus tantum, quã cautelã supra nu. 53. vers. contrariam. & nu. 70. & 87. vers. si versamur. improbauimus in scripturis, & libro, qui habent æqualem vim probandi contra scribentem, & pro scribente.

Ratio huius opinionis est, quia, cum ius disponat posse acceptari partem contra scribentem, & non acceptari partem pro scribente, protestatio, seu acceptatio partis, quæ se reddit conformem dispositioni iuris communis, seu consuetudinis, est valida, & iuuat.

Quòd sic disponat ius commune, seu consuetudo, patet ex his, quæ scribunt Purpur. Crauet. & Menoch. quos retuli & sequutus sum supra num. 270. vers. dixi. dum indistinctè sentiunt, quòd liber, non continens data, & recepta, seu est aliter male confectus, probat contra scribentem, & non pro scribente: & ex his, quæ scribunt Abb. Ias. Crauet. & Strac. quos retuli, & sequutus sum supra num. 282. dum sentiunt, quòd liber, carens die, probat contra scribentem, licet non probet pro eo.

307 Nec obstat consideratio connexitatis capituli, seu capitulorum, & quòd connexorum idem sit iudicium, vt in proposito consulendo scribit Crauet. cons. 275. quæritur in hac causa. sub nu. 3. vers. tertio principaliter. in fine. & num. 5.

Quia respondetur, non haberi rationem huius connexitatis, in qua potest considerari diuersa ratio.

Quòd in ea consideretur diuersa ratio patet: quia ex parte ratiocinatoris scribentis librum, & omittentis requisita necessaria, potest considerari dolus, aut saltem lata culpa, quæ non potest considerari ex parte

308 aduersarij: † vnde iniquum esset, quòd culpa & dolus non teneret suum authorem, & transiret ad alium contra tex. in l. sancimus. & ibi Saly. C. de pœn. &

309 contra illud. *discat in authorem pœna redire suum*. † & quando potest considerari ratio diuersitatis, tunc connexorum non est idem iudicium iuxta ea, quæ refert, & sequitur Vant. tract. nullit. rub. quot & quibus &c. num. 184. fol. 381. in terminis statuti annullantis contractum, de quo non est soluta gabella, dicens, quòd emptor, qui soluit gabellam, potest agere contra venditorem ad rem sibi tradendam, licet venditor gabellam non soluerit, quia culpa vendito-

310 ris non debet nocere emptori, & è contra. † & ad idem facit, quod refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 82. stat. 8. vers. sed quæro. ex Alb. tract. de stat. par. 3. q. 47. dicens, quòd si delinquens habet domos communes, debent diuidi, & destrui tantum

311 illæ, quæ contingent in partem delinquentis. † & fortius facit id, quod dicimus de donatione non insinuata, quæ tamen remanet valida infra illam summam, quæ non requirit insinuationem d. l. sancimus. C. de donat. Clar. lib. 3. §. donatio. q. 17. vers. sed quæro.

312 † & in sententia dicimus contrarium, quia si non valet in tota summa, pro qua est facta condemnatio, minus valet in parte illius summæ, pro qua potuisset valere Put. decis. 323. ad instantiam. num. 1. & seqq. lib. 1. quem refert, & sequitur Rot. diuers. decis. 221.

313 num. 1. & decis. 205. sub num. 1. par. 2. † & ideo communis * est etiam conclusio, quòd datio in solutum facta pro maiori quantitate, quàm debeatur, vitiatur in totum, vt testatur Rot. diuers. decis. 33. num. 6. ead. par. 2. ratio diuersitatis inter vtrũq. casum quæ sit non inuestigo, sed supponendum est, quòd Iureconsulti arbitrentur, in sententia lata super vnica quantitate non posse cõsiderari diuersitatem rationis, quæ eã diuidat

Xx secus

314 secus in donatione; † sicut nec vnica determinatio respiciẽs plura determinabilia pariformiter determinat, quando inter determinabilia militat diuersa ratio ad tradita per eundẽ Clar. in §. testamentum q. 10. concludentem, testamentum minus solemne sustineri inter liberos quatenus concernit eorum interesse, sed non quoad alia, contenta in dicto testamento, & non concernentia eorum interesse.

315 Non obstat, quòd Doctores teneant communiter contrarium in confessione, vt dixi supra num. 88. vers. videamus. & præsertim in confessione qualificata, vt dixi supra num. 93. & 94. & latius infra num. 345. vers. secunda. & similiter in scriptura priuata, facta manu alicuius tertij; asserentes, eam non posse in parte acceptari etiam in capitulis separatis secundum Ias. in repetitione l. admonendi. col. 50. vers. quod si produco contra te. ff. de iureiur. quem refert, & sequitur Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. vers. viso de verbis enuntiatiuis. num. 71. fol. 131. & in scriptura notarij, qui scripserit in facto proprio instrumentum, quod secundum Bar. in l. consul. sub nu. 4. ff. de adopt. quem refert, & sequitur Abb. in cap. cum venerabilis. sub num. 40. de except. non potest acceptari in parte contra notarium, & in alia reijci.

316 Quia respondetur, ideo confessionem viuæ vocis, seu alterius simplicis scripturæ non posse acceptari pro parte, & pro parte non in casu, quo sit connexa, seu qualificata, & non habeat præsumptionem in contrarium iuxta theoricam, quam firmaui infra num. 342. & seqq. ad eum. vers. secundus. quia nullus dolus, aut culpa potest allegari circa illam confessionem contra confitentem; sicquè non potest assignari ratio diuersitatis inter vnam, & alteram partem confessionis, sicut potest considerari in confessione, contenta in libro; hæcque eadem ratio, quæ militat in confessione, militat etiam in scriptura priuata, facta manu alicuius tertij, aut facta per notarium in facto proprio: quia dum facit eam in facto proprio satis est defectiua, exquò est facta in facto proprio, licet nullum alium habeat defectum.

317 Occasione huius solutionis nota singularem doctrinam circa confessionem, quæ est quadruplicis speciei: Prima sit confessio viuæ vocis, facta in iudicio, vel extra: Secunda sit confessio, facta in scriptura non solemni: Tertia sit confessio, facta per viam contractus, stipulati inter ipsas partes, & redacti in formam publici instrumenti, seu alterius solemnis scripturæ: Quarta sit confessio, facta in libro rationum. In prima, secunda, & tertia specie concludo, non posse acceptari pro parte, & pro parte non: non in prima specie, & non in secunda propter connexitatem cum identitate eiusdem rationis: non in tertia tùm propter connexitatem, tùm propter publicum instrumentum, seu aliam solemnem probationem, quæ ita fidem facit in vna parte, sicut in alia: In quarta specie concludo, posse acceptari pro parte, & pro parte non acceptari propter dolum, seu culpam scribentis, vt dixi supra num. 307.

318 RETENTA ergo secunda opinione, posita supra num. 301.

DECLARA I. eam, vt habeat locum in libro tutoris, curatoris, seu alterius administratoris: quia is potest ficte connectere, & in verè connexis potest facilè eum, cuius bona administrat, decipere: nam is scribit, absente eo, cuius bona administrat, & consequenter potest scribere, vt sibi magis placet; & ex hac declaratione censeo omnino reijcienda esse, quæ scribunt Ang. Corn. Crauet. & Menoch. quos citaui pra num. 303. vers. primus.

319 DECLARA II. vt non habeat locum in libro mercatoris, & campsoris; quando sumus in vnica scriptura, facta eodem tempore vnico contextu ad fauorem aduersarij, & principaliter contra ipsum scribentem; & ratio est, quia isto casu quamuis deficiat aliquod requisitum scripturæ, nihilominus militat semper verisimilitudo, & non videtur posse considerari dolus, aut culpa scribentis; quia solet eiusmodi scriptura fieri, præsente parte: si quis enim deponat apud aliquem Campsorem scut. 500. non solet ea deponere, quin videat illorum depositum scribi in libro rationum; vnde si reperiatur scriptura depositi qualificati; non est præsumendum contra scripturam, sed pro scriptura; quia verisimiliter fuit facta, parte præsente; & sic militat verisimilitudo, & cessat dolus scribentis, vt dixi; & stante ista verisimilitudine, concludo, scripturam probare, quamuis sit defectiua:
320 † quia etiam testis non idoneus probat, si deponat verisimilia. Ang. cons. 367. col. fin. vers. & secundum ex. & Crauet. cons.
321 35. ex pluribus. num. 7. † & iudici creditur, concurrente verisimilitudine, licet alias non crederetur. Anch. cons. 277. ex prædicta facti narratione. sub nu. 12. ibi. non obstat. & Crauet. cons. 54. quæritur pri-
322 mo. num. 13. † & dictum testis sine tortura, quod est verisimilius, præualet dicto in tortura. Socc. cons. 253. in causa domini. sub num. 1. ibi. vel etiam & clarius. lib. 2. Crauet. cons. 6. plura videnda. num. 49. & Tiraq. in præfat. ad l. si vnquam. num. 49. vers. sed vt redeamus. C. de reuoc. donat. quia iudex in deprehendenda veritate debet in primis attendere quid sit verisimile, quia verisimilitudo dicitur cognata naturæ, & habetur pro lege, vt scribit idem Crauet. cons. 61. dominus antonius. num. 9. & nos latius supra num. 168.

SVBDECLARA illatiue hanc secundã declarationem, vt si scriptura sit facta principaliter ad fauorem mercatoris: tunc possit illa vnica partita acceptari in parte tantum, vt dixi in ipsa secunda opinione supra num. 301. & ratio est, quia tunc de facili posset mercator scribere, & facere se creditorem alicuius quantitatis, cum annexione alicuius partis, sibi solutæ.

Non obstant opiniones adductæ in contrarium; quia ad singulas patet responsio ex his, quæ scripsimus defendendo, & declarando istam secundam opinionem.

Ad primam ergo respondetur, quòd potest procedere in confessione viuæ vocis, seu simplicis scripturæ, vt dixi supra num. 316. secundo resp. quòd potest procedere quando inter connexa non reperitur ratio diuersitatis iuxta ea, quæ scripsi supra sub num. 307. vers. quia.

Ad tertiam resp. quòd potest procedere in confessione viuæ vocis, seu simplicis scripturæ, vt iam dixi.

Ad quartam resp. quòd in primo casu de libro administratoris non est vera per ea, quæ scripsi supra num. 318. & in secundo casu dico, quòd potest procedere in libro campsoris iuxta declarationem, quam tradidi supra num. 319. vers. declara 2.

ARTICVLVS III.

323 Ad tertium articulum, quem nullus hucusque, quem viderim, excitauit: nunquid scilicet reperto vitio in vna partita libri, cæteræ etiam vitientur.

Respondeo, distinguendo duo genera defectorum, seu vitiorum.

Primum genus est: quando vitium, seu defectus est euidens; puta quia scriptura caret die, vel expressione causæ, vel aliquo alio simili: Et in isto genere defectus concludo, quòd liber remanet validus in alijs partitis, in quibus non adest iste defectus: & ratio est, quia plures partitæ sunt plura capitula
324 separata iuxta ea, quæ dixi infra num. † & in his, quæ separationem, seu diuisionem recipiunt, vtile per inutile non vitiatur Bar. in l. grecè. §. illud commune. num. 3. in fine. ff. de fideiuss. & mandat. Crauet. cons. 19. super transactione. num. 5. cons. 170. proponitur in facto. sub nu. 1. Tiraq. de retraict. conuention. ad finem tituli. num. 145. vers. & id quidem. Rot. diuers. decis. 33. sub nu. 18. par. 2. & de com
✠ muni * in casu sententiæ diuisibilis testatur Vant. tract. nullit. rub. de nullit. ex defect. iurisd. sub nu. 35. fol. 387. & diximus supra cap. 7. nu. 706. vers. ad tertium; & hanc esse communem regulam testatur Rom. cons. 66. viso eximie sub nu. 1. & ita procedit textus in cap.

vtile

vtile. de reg.iur. in 6. qui loquitur ad literam, quòd vtile non debet per inutile vitiari, & ibi Dyn. & alij.

325 Secundum genus est: quando vitium est latens, recipiens probationem extra scripturam; puta quia partita est falsa: Et isto casu concludo, quòd totus liber vitiatur: & ratio est, quia idem vitium præsumitur in cæteris alijs partitis, quia falsus in vno præsumitur falsus in omnibus, seu reprobatus in vno reprobatur in omnibus, vt ex Paul. de Castr. Paris. & Foller. retuli, & sequutus sum supra num. 183. limit. 6. &, vt scriptura reprobetur, & non faciat fidem, sufficit suspicio falsitatis iuxta ea quæ scripsi supra num. 165. in fine. & sub num. 184. vers. confirmatur secundo. non sic est in vitio, seu defectu patenti, quia, si scriptura libri in vna partita caret die, vel alio requisito necessario, & patenti, non præsumitur, quòd careat eodem requisito in alia partita, in qua illud requisitum sit euidenter appositum; quia probatio maximè per euidentiam rei tollit, & superat præsumptionem.

326 Adde si placet aliam rationem, videlicet, quia sicut fides notarij in instrumento est indiuisibilis, quamuis instrumentum contineat capitula separata, & est basis, & caput totius scripturæ, & refertur ad omnia capitula, & partitas adeo; quòd si ea labefactata sit, omnia ab ea procedentia corrupta sunt; & ideo, si vitio ipsius sit commissa falsitas in vno capitulo, vitiatur totum instrumentum iuxta ea, quæ ex Innoc. Ant. de Butr. & alijs retuli, & sequutus sum supra sub num. 185. vers. & quæ aduersus. sic etiam, vbi fides scribentis librum in vno capitulo sit labefactata, totus liber corruptus redditur, & habet locum in eis illud euangelicum: *morbida facta pecus totum corrumpit ouile*.

327 DECLARA conclusionem huius secundi generis, vt sit vera, quando falsitas probatur verè in vna partita, secus si esset solum præsumpta, quia tunc non præsumeretur in alijs: & ideo licet illa partita, quæ laborat falsitate præsumptiua, non probet, tamen aliæ partitæ, quæ non laborant illa suspitione falsitatis, probant secundum ea, quæ refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. conclus. 742. num. 17. lib. 2. Et hæc de vitio, seu defectu in aliqua partita, seu aliquibus partitis libri.

328 Cæterum; si deficiat inscriptio libri, aut iuramentum, suscipiendum initio mercaturæ seu artis, aut aliquod aliud, quod habeat relationem, & correspectiuitatem ad omnia, contenta in libro; concludo, totum librum, & singula capitula, & partitas in eo contentas reddi vitiosas, eisq. non aliter credi, nisi prout crederetur scripturis priuatis, & libris priuatorum.

ARTICVLVS IIII.

329 Ad quartum, & vltimum articulum, positum supra sub num. 292. nunquid scilicet protestatio iuuet producentem librum, & protestantem, se producere solum in parte & partibus. Resp. distinguendo tres casus.

Primus est: quando liber est solemniter factus ita, vt probet tàm contra scribentem, quàm pro scribente: Et isto casu concludo, quòd protestatio producentis in partibus fauorabilibus tantum non iuuat, quia cum ius, seu consuetudo disponat, quòd probet; approbatio, seu improbatio non potest pendere à voluntate partis iuxta ea, quæ, loquendo generaliter de qualibet scriptura solemni, retuli, & sequutus sum ex Ias. supra sub num. 58. vers. subextende. motus ex his, quæ tradunt Bar. & alij in l. alimenta. C. de neg. gest. quos retuli, & sequutus sum similiter supra sub num. 70. vers. in primo.

330 Secundus casus est: quando relinquitur arbitrio iudicis, si probet vel non probet, puta quia difficultas restringitur in hoc: si summa, de qua agitur, est verisimilis, vel non, & si est magna, vel parua.

Tertius est: quando liber non est solemniter factus.

Et istis duobus casibus concludo, quòd protestatio iuuat, ne producens videatur approbare, quod alias secundum arbitrium iudicis, vel de sui natura propria caruisset probatione; hancque conclusionem firmaui supra num. 306. vers. quid dicendum.

Et his sit absolutus ille articulus circa primam speciem confessionis, quæ continet capitula separata; nunquid scilicet possit acceptari pro parte, & pro parte non acceptari iuxta distinctionem, quam præmisi supra nu. 100. vers. in secundo, & consequenter sit etiam absolutus iste tractatus circa probationem librorum rationum, quem tractatũ licet Strac. tract. de mercat. par. 2. nu. 69. fol. 292. omiserit eò, quòd, vt ait, est materia vulgaris, & à veteribus, & recentioribus

331 in sexcentis locis tractata; † ego tamen eò ipso reassumpsi, sciens, quòd quandoque Doctores adeò articulos aliquos disterũt, vt eos redigant in puluerem, quæ postea vento euolat; & quòd sæpe res nimia discussione facta est obscurior: qui enim nimis emungit elicit sanguinem: videns etiam, quòd adhuc nihilominus multa in ista materia erãt obscura, & à Doctoribus meo iudicio nondum benè digesta, & ordinata.

Confessio qualificata, seu habens plura capitula connexa, an possit pro parte acceptari, & pro parte non acceptari.

OPINIO I.

Resumendo distinctionem, qua vsus sum supra nu. 100. vers. in secundo.

332 Capio secundam illam speciem confessionis, quæ continet plura capitula connexa, seu est aliter qualificata, aut conditionata: & in ista reperio tres opiniones principales.

Prima opinio potest colligi partim ex his, quæ scribit Bar. in l. aurelius. §. item quæsijt. sub num. 1. ff. de liber. leg. & partim ex his, quæ nos scripsimus contra Bar. supra num. 95. vers. quid tenendum. & num. 98. vers. reiecta. in qua opinione sunt considerandi duo casus principales.

PRIMVS est: quando confesio habet præsumptionem iuris, seu verisimilitudinem contra se, hoc est, quando illud annexum confesioni; siue sit qualitas, siue sit conditio, siue quid aliud; repugnat præsumptioni iuris, seu verisimilitudini: Et isto casu Bar. vbi supra concludit, illud annexum, seu qualitatem adiectam posse separari à confesione; hancque eandem conclusionem sequuntur Abb. in cap. bonæ memoriæ. il 2. sub num. 31. de postul. prælat. & in cap. cum venissent. num. 7. & 12. de institut. Corn. cons. 94. viso processu, num. 9. lib. 3. Alex. cons. 2. ex narratis. num. 22. lib. 4. & cons. 39. circa vltimum. num. 3. lib. 7. Ias. in l. vt vim. sub num. 13. ff. de iust. & iur. M. Ant. Blanc. in pract. crim. in 3. par. defensionis. num. 39. fol. 151. Ang. tract. de malef. in verbo. comparent inquisiti & partim negant. sub num. 1. Dec. in cap. cum venerabilis. num. 81. & 82. de except. Boss. tract. crim. tit. de confess. sub num. 19. Crauet. cons. 150. in causa beneficij. num. 5. Maran. in suo spec. par. 6. actu 5. sub num. 27. Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 55. vers. posset quoque reus. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 93. num. 36. & 37. & Rot. diuers. decis. 802. domini tenuerunt. num. 3. par. 1.

✲ &, quòd Doctores sequantur communiter * hanc opin. Bartoli, scribit Corn. vbi supra. & hanc esse magis

✲ communem * in casu suo scribit Alex. dicto cons. 2. sub num. 22. lib. 4. &, quòd ista opinio sit magis com-

✲ muniter * approbata, scribit Ias. vbi supra. &, quòd

✲ hoc dictum sit communiter * approbatum & per Ias. & alios in mille locis, scribit Boss. dicto num. 19. versus finem. & quòd ita omnium * sententia receptum

✲ sit, vt scilicet confitens qualificatè ad excludendum delictum teneatur probare qualitatem, scribit Simanc. tract. de cath. instit. tit. 13. de confess. num. 17.

✲ &, quòd ita communiter * residenat Doctores, scribit M. Ant. Blanc. dicta par. 3. defensionis. numero 42. fol. mihi 151. & plures alij testantur de communi, * quos refert, & sequitur Clar. vbi supra. & de

✲

communi * etiam teſtatur Menoch. dicto caſ. 93. ſub num.37. &, quòd hæc opinio Bartoli fuerit ſeruata in practica, teſtatur Ang. vbi ſupra. & hodie quoque communi * conſenſu, & conſuetudine eſt magis approbata, ſicut teſtatur Clar. dicto verſ. poſſet quoque reus. in fine.

333 Et pro iſta opinione benè conſuluit Bal. conſ. 79. dauanti. ſub num. 3. ibi. præterea licet. & in fine dicti num. lib. 2. contra eum, qui confeſſus fuerat, ſe extraxiſſe mercantias cum licentia datiarij: quia, inquit Bal. in delictis præſumitur dolus, & ideo, ſubdit, niſi accuſatus probet defenſionem, debet puniri ex confeſſione, & plura ſcripſit eam in l. vnica. num. 44. verſ. in præmiſſo tamen articulo. C. de confeſſ.

334 EXEMPLIFICA concluſionem huius primi caſus vna cum Bar. in dicto §. item quæſijt. num. 2. in eo, qui fatetur, ſe commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem, quia, vt ait Bar. iudex poteſt ſtare confeſſioni in quantum ille fatetur homicidium, ſed non cogitur ſtare in quantum dicit, ſe illud commiſiſſe ad ſui defenſionem. & hoc exemplum referunt, & approbant Lanfran. de Orian. tract. de confeſſ. num. 26. in fine. & num. 27. inter tract. diuerſ. fol. 48. Crauet. conſ. 35. ex pluribus. num.8. Abb. Ang. Iaſ. Dec. Boſ. Clar. & Menoch. in locis ſupra proximè citatis; quicquid in contrarium conatus ſit ſcribere Bal. in dicta l. vnica. verſ. denuò quæro. num. 43. de confeſſ. plura adducens, quòd confeſſio in relato exemplo debeat aut tota acceptari, aut tota reijci: nam & ipſe quoque poſtea num. 44. firmat contrarium, videlicet quòd reus debeat probare illa verba (ad ſui defenſionem.)

335 Ratio huius opinionis in relato exemplo eſt multiplex.

Prima; quia ſumus in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, in quibus excuſatio eſt probanda, vt ſcribunt Abb. & Ang. vbi ſupra. Crauet. dicto conſ. 35. num.8. & Blanc. dicto fol. 151. num. 41. dicens, quòd vbi fit aliquid, quod lædit alium, oritur præſumptio doli contra facientem, quod ante eum dixit Bal. in l. vnica. ſub num. 44. verſ. in præmiſſo tamen articulo. C. de confeſſ. & probatur ex textu in cap. 1. & ibi

336 Ant. de Butr. & alij, de præſumpt. † item quia confeſſio, quæ poteſt importare bonum, & malum; ſi ſumus in prohibitis; interpretatur contra confitentem, vt refert, & ſequitur Gabr. in concluſ. lib. 7. tit. de malef. concluſ. 19. num.6.

337 Secunda; quia non eſt veriſimile, quòd agreſſus interficiat agreſſorem, teſte Abb. in dicto cap. bonæ memoriæ. il 2. ſub num.31. de poſtul. prælat.

338 Tertia; quia daretur materia delinquendi, & delicta remanerent impunita, ſi ſic ſtandum eſſet dicto confitentis ſecundum Blanc. dicto fol. 151. num. 40. ſed iſta non eſt bona.

339 Quarta, quæ eſt generalis, & conuenit non ſolum exemplo, ſed vniuerſæ concluſioni; quia non eſt credendum confeſſioni, cui repugnat præſumptio iuris, & veriſimilitudo, teſtibus Bar. Abb. Corn. Iaſ. & alijs,

340 quos citaui ſupra ſub num.332. verſ. primus eſt. † & hoc eſt verum etiam in confeſſione, quam quis facit contra ſe, vt ſcribit Bal. in l. ſi quis in hoc. num.3. verſ. deinde. C. de epiſc. & cler. quem refert, & ſequitur Crauet. conſ. 175. edictum regium. ſub num. 5. & conſ. 134. ſcripſi alias. num. 38. hoc idem, & apertius ſcribunt Anch. conſ. 24. viſa inquiſitione. num.4. Dec. conſ. 596. ad dubia. num. 10. Pariſ. conſ. vlt. nu. 23. lib. 1. Tiraq. qui alios citat in præfatione ad l. ſi vnquam. num. 40. verſ. ad hæc. C. de reuocan. donat. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1402. num. 20. lib.3. & Vulp. reſponſ. 12. num.13. & reſp. 6. num.6. vbi conſuluit, credendum non eſſe confeſſioni cuiuſdam mulieris ſe inculpantis, exquò erat inueriſimilis, & ſe inculpabat propter amorem ſui mariti: ego quoquè alias, dum ius redderem cōtra quandā mulierem inquiſitam de inceſtu, nullam adhibui fidem eius confeſſioni quæ inculpabat extraneum incognitum, ne ipſa & affinis inquirerentur de inceſtu. Ergo à fortiori multò magis eſt verum in confeſſione, quam quis facit pro ſe.

341 Neque obſtat, quòd Saly. in l. 1. num. 7. C. de confeſſ. & multi alij tenuerint contra Bar. quando confeſſio eſt facta ſub vno, & eodem capitulo, vt referunt Alex. conſ. 87. in cauſa ludouici. ſub num. 1. ibi. nec obſtat. lib. 1. & Iaſ. in d. l. vt vim. ſub num. 13. allegans etiam Bal. & quòd Marſ. in conſ. 136. nu.31. & 44. dixerit, quòd opinio contra Bar. eſt magis communis. *

Quia reſpondetur, iſtos tenentes contra Bar. falli, ſicut in ſpecie contra Marſ. vbi ſupra ſcribit Clar. dicta q. 55. verſ. poſſet quoque. in fine, & habent magis communem * in contrarium, vt ſentit Gabr. in concl. lib. 7. tit. de malef. concluſ. 19. num.3.

Ex his Gabr. dicta concluſ. 19. in principio ponit concluſionem, quòd contra confitentem ſtatur confeſſioni quo ad delictum, ſed non quo ad qualitatem excuſantem.

342 SECVNDVS caſus eſt: quando is, qui fatetur, non habet præſumptionem iuris contra ſe in ea parte, ſeu qualitate, quam confeſſioni adijcit ad ſui commodum: tunc concludendum eſt, confeſſionem non poſſe ſcindi; hæcquè concluſio multò magis procedit, quando confeſſio haberet præſumptionem iuris pro ſe.

INTELLIGE iſtam concluſionem, vt ſit vera quoad hoc, vt aduerſarius confitentis, nolens partem confeſſionis acceptare, non audiatur, niſi probet iuxta exempla, quæ ſubijciam, & declarationem, quam poſui infra num. 357. & in hoc differt iſte caſus à præcedenti: quia in iſto incumbit onus probandi aduerſario confitentis; & in primo incumbit ipſi confitenti.

343 EXEMPLIFICA hunc ſecundum caſum, quando accuſatus confitetur, ſe vulneraſſe Titium, ſed addit ſe illum vulneraſſe de mēſe nouembris poſtquam ipſe Titius fuerat bannitus, & conſtet, quòd Titius fuerit bannitus die 15. menſis nouembris: iſto enim caſu quamuis accuſatus non probet, quòd eum vulnerauit poſt bannum, tamen ſtatur in hoc eius confeſſioni, niſi accuſator probet contrarium ad tradita per Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ſub num. 1. ff. de nou. oper. nunt. quem Doctores ſequuntur communiter, * ſicut ex Boſſ. & Clar. retuli & ſequutus ſum lib. præced. cap. 12. ſub num.6.

344 EXEMPLIFICA etiam in præſcriptione ſtatutaria Vrbis: tu habes ſtatuta lib. 1. cap. 158. quæ mandant per lapſum ſexdecim annorum præſumi ſolutum debitum creditori ex quouis genere contractus: modo creditor ex cauſa mutui poſt lapſum annum xvi. agit contra te, & tu reſpondes verum eſſe, quòd actor tibi mutuo dedit ſcut. 100. ſed allegas ſolutionem eorundem, à te ipſi actori factam: certè iſto caſu, quia iſtud capitulum, ſeu qualitas ſolutionis allegatæ habet præſumptionem iuris pro ſe, tenetur actor probare contrarium, vt diſponunt ſtatuta Vrbis dicto cap. 158. lib. 1. & non poteſt partem acceptare, & partem non acceptare: & pro reſolutione huius ſecundi caſus facit conciliatio, quam refert Triuiſ. deciſ. 46. num. 15. in fine. & num. 16. lib. 2.

OPINIO II.

345 Secunda principalis opinio eſt, quòd confeſſio, quæ habet capitula connexa, ſeu eſt aliter qualificata, non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non acceptari, & ita, loquendo ſimpliciter, & ſine diſtinctione, tenuerunt Arch. in cap. 1. ſub num. 2. ibi. ego credo. de confeſſ. in 6. dicens, quòd actor non poteſt fundare intentionem ſuam ex confeſſione rei conditionata; quia regulare eſt, quòd qui approbat pro ſe tenetur approbare etiam contra ſe. Anch. conſ. 146. in prædicta quæſtione. num. 6. dicens, confeſſionem qualificatam non poſſe ſcindi, & acceptari partem eius, & partem non. Rom. conſ. 167. antonius accuſatus. ſub nu.6. verſ. quarto quia. dicens, quòd confeſſio connexa vno verborum contextu emanata non poteſt diuidi. Abb. in cap. cum veniſſent. num. 7. in fine. de inſtitut. Alex. d. conſ. 87. in cauſa ludouici. num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 510. in caſu de quo agitur.

sub num.2. paulò supra finem. Natt. cons. 365. dubitatur exquo. num. 2. ibi. quamuis secus esset si essent connexa. lib. 2. Saly. Bal. & Mars. quos impugnaui supra num. 341. vers. neque obstat. & alij, quos refert, & sequitur Dominus M. Ant. Amatus meus affinis decis. 82. num. 3. & multos pro hac ead. opin. retulit Triuis. d. decis. 46. num. 10. in hancq. eandem opinionem videtur omnino iuisse Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. sub num. 5. & 6. dicens, quòd connexa non separantur, quamuis is, qui ea producit, fuerit protestatus, se producere ea solum in parte, & partibus pro se facientibus; subdens postea num. 8. quòd reus quoque, contra quem iura producuntur, non poterit in connexis pro parte acceptare, & pro parte impugnare; hancque arbitratur esse communem * doctrinam ex Bar. in l. aurelius. §. item quæsijt. ff. de liber. leg. eandemq. opin. quòd protestatio non possit iuuare in capitulis connexis sequitur per modum conciliationis Mascar. tract. de probat. conclus. 915. instrumentum producens. num. 20. lib. 2. & pro ista eadem secunda opinione faciunt quæ objiciendo scripsi supra num. 315. vers. non obstat. de scriptura priuata, facta manu alicuius tertij, & de instrumento, facto à notario in facto proprio; quæ diximus non posse pro parte acceptari, & pro parte non acceptari; hæcque opinio probari videtur ex textu in l. neminem. ff. de leg. 2. quem induximus supra sub num. 88. vers. videamus; hancq. veram, & communem opinionem * esse in criminalibus, vt confessio qualificata diuidi non possit, scribit Triuis. d. decis. 46. sub num. 31. & 32. lib. 2.

Imò Corn. cons. 170. sub num. 2. lib. 1. & Caputaq. decis. 186. num. 2. par. 1. quos citaui supra sub num. 88. d. vers. videamus dũ scribunt, confessionem non posse diuidi, loquuntur adeo simpliciter, vt omiserint [sed negligentia forsan] distinguere, an confessio sit qualificata, seu contineat capitula connexa, vel non; licet Caputaq. se restringat ad confessionẽ in causis ciuilibus, & Corn. veniat intelligendus in confessione qualificata.

346 Ratio huius secundæ opinionis est multiplex.

Prima ratio est; quia connexitas causat indiuiduitatem, sicut, loquendo de connexis, & de separatis, refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 95. num. 8. in fine. & num. 9. & sic videmus, quòd anima non potest separari à corpore, remanente eodem indiuiduo. &, quòd connexa & inseparabilia habeantur pro vno, scribit Alber. Brun. tract. de stat. art. 6. num. 311. fol. 192. &, quòd connexitas, & vnitas idem reputentur, scribit Iacob. Nouel. tract. de iur. prothomis. §. quòd si fortè. num. 186. fol. 28.

347 Secunda ratio est; quia vtile trahit ad se inutile ratione connexitatis, vt scribit Alberic. tract. de statut. lib. 4. & vlt. q. 92. num. 11. fol. 84.

348 Tertia ratio est; quia connexa non recipiunt separationem iuxta ea, quæ scripsi infra num. 366. & 369. in 2. & 4. opinione, sed hæ omnes possunt in substantia reduci ad vnam.

Quarta est; quia qui impugnat actum non potest in eo se fundare cap. non ex eo. de reg. iur. in 6. latè Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 1. & consequenter non potest fundare intentionem in parte confessionis, seu scripturæ, cuius partem negat, sicque impugnat.

OPINIO III.

349 Tertia opinio est eorum, qui vidẽtur indistinctè admittere, quòd possit diuidi, & pro parte acceptari, & pro parte nõ acceptari: & hæc opinio videtur probari ex textu in l. si quidem. in fine. C. de transact. vbi habetur, quòd si debitor confitetur partem debiti, creditor potest petere tàm partem confessatã, quàm reliquã; & ex textu in l. publia. §. fin. ff. depos. vbi Ireconsultus mandat, stari epistolæ quoad confessionẽ depositi recepti, & sic contra scribentẽ, & confitentem, sed quoad datum, & sic pro scribente, & confitente committit arbitrio iudicicis; & tamen receptum, & datum in ea epistola erant connexa, vt dixi etiam supra sub num. 102. vers. verum aduerte. & pro hac opinione Triuis. d. decis. 46. nu. 9. lib. 2. allegat multos, qui tamen non tenent istam opinionẽ: tu poteris videre pro ista opinione, quæ scripsi supra num. 89. vers. contraria.

Reliquas opiniones, quæ possent colligi ex cõciliationibus, quas refert Triuis. d. decis. 46. nu. 14. & seqq. vsque ad finem, omitto, quia vel reducuntur ad prædictas, vel alias sunt singulares.

Confessio qualificata potest pro parte acceptari, & pro parte non, seu potest diuidi, quando præsumptio iuris repũgnat parti, quæ non acceptatur.

350 Quid tenendum? Resp. non esse recedendum à prima opinione; quia in se vera est; licet ille primus casus, attenta distinctione, & resolutione nostra, quam iam fecimus supra num. 99. vers. in primo casu. sit superflua, exquò ibi generaliter, & indistinctè conclusimus, confessionem posse non acceptari in ea parte, cui repugnat præsumptio iuris; quamuis confessio sit qualificata, & connexa.

351 RETENTA ergo conclusione dicti primi casus, quòd confessio possit scindi, & diuidi in ea parte, cui repugnat præsumptio iuris, seu verisimilitudo, etiam si ea pars confessionis esset contra ipsum confitentem, vt dixi supra num. 339. & 340.

AMPLIA eandem conclusionem, vt habeat locũ tàm in criminalibus, quàm in ciuibus: nam etsi Bar. Abb. Ang. Ias. Crauet. & alij, citati supra sub nũ. 332. vers. primus. exemplificent istam conclusionem in causis criminalibus, in quibus regulariter præsumitur dolus: & excusatio, seu defensio non admittitur, nisi probetur iuxta ea, quæ ex Abb. Ang. Crauet. & Blan. retuli supra num. 335. vers. prima. & ex Bal. superius num. 333. vers. & pro ista. tamen exempla non restringunt regulam; & ideo supra num. 342. & 343. diximus, quòd, non repugnante ista præsumptione, confessio non diuiditur, idquè exemplificauimus tàm in causa criminali, quàm in ciuili.

Et, quòd firmata conclusio habeat locum etiam in causis ciuilibus, tradit etiam ampliando Gabr. in conclus. lib. 7. tit. de malef. conclus. 19. nu. 3. vbi multos citat; sed nos vltra eos adducimus Alex. cons. 2. ex narratis. nu. 22. lib. 4. & cons. 39. circa vltimum. nu. 3. lib. 7. Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 93. num. 36. & Rot. diuers. decis. 802. num. 2. & 3. par. 1. qui loquuntur de confessione in causa ciuili, eamque in casu suo aiunt posse pro parte acceptari, & pro parte non acceptari.

Infero propterea, quòd malè videtur sentire Caputaq. decis. 186. nu. 2. par. 1. dum simpliciter asserit confessionem qualificatam non posse diuidi in causis ciuilibus.

352 EXEMPLIFICA istam ampliationem. Tu die prima Maij 1601. dedisti mutuo quinquaginta Seio sub simplici eius cautela: postea die prima Iunij eiusdem anni dedisti eidem alia quinquaginta mutuo sub stricta cautela obligationis in forma Cameræ, & cum fideiussione.

Hodie 16. Iulij 1602. tu citas eum corã A. C. ad soluendum quinquaginta iuxta formam suæ obligationis in forma Cameræ: Seius excipit de solutione, & dat positiones, in quibus tu fateris verum esse, quòd Seius tibi soluit quadraginta ad computum aliorum quinquaginta, eidem Seio prius mutuatorum; addens confessioni, quòd ea die, qua tibi soluit dicta quadraginta, tu non dederas eidem mutuo alia quinquaginta.

Certè isto casu hæc tua confessio potest diuidi, & erit pronuntiandum pro Seio, quia, cum tu non probes quòd solutio dictorum quadraginta fuerit ante secundum mutuum, & in hoc fundes intentionem, & solutio præsumatur facta in casu arctioris, duriorisue obligationis, vt scribunt in suo casu ijdem Alex. & Menoch. vbi supra, potest ista confessio in hac parte, cui

Xx 3 repu-

repugnat præsumptio iuris,non acceptari.

353 AMPLIA II. vt procedat etiam si diuisio confessionis fieret ad fauorem confitentis, & contra suam propriam confessionem: nam si reus, qui cõfitetur delictum, adijciat qualitatem aggrauantem delictum,& qualitati adiectæ repugnet verisimilitudo, & de ea aliter constare posset, dico, quòd iudex non deberet stare illi qualitati confessatæ iuxta ea,quæ scripsi supra num.339.& 340.vers.quarta.

354 AMPLIA III. vt in criminalibus tanta posset militare inuerisimilitudo,& præsumptio iuris contra qualitatem, seu capitulum,annexum confessioni Rei, vt ipsa confessio non solum scinderetur,accusatore opponente,sed etiam eo tacente;imò etiam eo approbante illam qualitatem,seu capitulum annexum.

EXEMPLIFICA I. istam ampliationem in casu, quo reus fateretur,se occidisse N.solo digiti ictu, aut alapa:posset enim sibi credi quoad homicidium,maximè si constiterit de morte dicti.N.sed non,quòd occiderit alapa,seu solo digiti ictu, etiam si ita acceptaret accusator.

355 EXEMPLIFICA II. in inquisito de furto: quia si diceret,se illam rem accepisse cum licentia, & voluntate domini, & ita etiam dicat dominus rei,nihilominus aliter esset probanda ista voluntas,seu licentia:requiritur enim,quòd concurrant saltem coniecturæ,& verisimilitudines, vt refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. §. furtum. vers. item excusatur si probet.

356 Et multò magis requiruntur istæ coniecturæ,quando fur solum allegaret, se rē accepisse, quia credebat, dominum permissurum,vt acciperet;alias sine coniecturis sibi non prodesset ista excusatio Gabr.in concl. lib.7.tit.de malef.conclus.19.nu.4.& 5.

357 DECLARA modo eandē conclusionem huius primi casus,retentam supra num. 351. vt quamuis verisimilitudo,seu præsumptio iuris repugnans diuidat confessionem:tamen is, contra quem diuidit, non prohibetur probare illam qualitatem,seu capitulum diuisū, sed admittitur ad illud probandum.

EXTENDE istam declarationē,vt sit vera generaliter,& sine vlla restrictione,hoc est,siue accusatus velit probare contra præsumptionē, & hoc non habet difficultatē,quia nō est neganda defensio,& ideo admitti debet ad reuocandam etiam totam confessionem, & probandum contrarium,si velit docere, confessionem fuisse erroneā,vt;fauente Deo; dicemus alibi;siue velit probare accusator contra præsumptionem, quæ extaret ad fauorem accusati iuxta ea, quæ firmaui infra num.360.

358 Ratio est, quia præsumptio semper transfert onus probandi in aduersarium Innoc.in cap.cum in iure, sub nu.4.vers.in his omnibus.de offic. & potest. iudic. deleg.Guid. Pap.tract.de præsumpt.nu.1.in fine.ibi. & propterea.fo. 300.Io.Nic.Arelet.in addit.ad Alc.eod. tract.par.3.num.3.fol.307.& Mascar. qui plures congerit tract.de probat.conclus.1221.nu.2.lib.3.& eum, qui habet eam pro se,releuat ab onere probādi,vt scribunt idem Guid.Pap.d.nu.1.in principio.Alc.d. par.3. sub nu.2.fol.307.& Mascar.vbi supra.& hæc circa conclusionem primi casus.

Confessio qualificata quando debeat tota reijci, vel acceptari, & non possit diuidi.

359 Retenta conclusione secundi casus,posita supra nu. 342.videlicet, quòd confessio qualificata, cui non repugnat præsumptio iuris,se verisimilitudo,non potest diuidi, sed debet integra acceptari, vel reijci.

SVME declarationem, seu saluationem secundæ opinionis, positæ supra num. 345. vt sit vera, quando presumptio iuris, seu verisimilitudo non repugnat, quia isto casu non potest diuidi: & ita procedat opinio,quam Triuis. à nobis citatus supra sub d. nu.345. paulò ante finem testatur esse veram & communem in criminalibus, de qua testatione adhuc miror, cum regulariter confessio qualificata in criminalibus possit diuidi, sicut ex communi * Doctorum sententia concludit Gabr. in conclus. lib.7.tit. de malef. concl. 19. num.1.& sicut patet ex ratione,quam retuli,& sequutus sum supra num.335.

360 DECLARA eandem conclusionem huius 2.casus, vt non procedat, quando is,qui non vult acceptare integram confessionem,vult probare eam partem,quā non vult acceptare, quia admittitur ad eam probandam,& sic probando potest diuidere,vt refert, & sequitur Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent. 1.cas. 93.nu. 33.loquens de eo, qui acceptat partitam libri scriptā ad sui fauorem, & negat partitam, scriptam ad eius incommodum; declarans, hunc admitti ad probandum contra partitam, quam negat,& probatur ex textu in l.si quidem.in fine.C.de transact. vbi habetur, quòd si debitor confitetur partem debiti,& aliam negat,nihilominus creditor poterit cogere eum ad soluendam partem confessatam,& admittitur ad probandum reliquam partem negatam; quia hoc est regulare in quouis genere confessionis: nec enim potest is, qui confessus est,replicare, quòd,si non vult stare integræ confessioni,minus possit illā approbare in parte:quare scias, quòd diuisio confessionis cū onere probandi partem diuisam est permissa indistinctè cuilibet,& in quauis causa;quod nota pro intelligētia terminorum, quia,quādo Doctores dicunt, confessionem non posse diuidi, intelligunt semper de diuisione, quæ fieret sine onere probandi.

361 EXTENDE istam declarationem, vt procedat etiā in casu, quo præsumptio, seu verisimilitudo esset pro qualitate,seu capitulo annexo confessioni, quia tunc licet eò magis staretur confessioni etiam in illa qualitate, vt, limitando, scribit Gabr. in conclus.lib.7. tit. de malef.conclus. 19.num.14.limit.7.& diuidi non posset;tamen posset diuidi,si diuidēs assumeret onus probandi, & probaret cōtra illam qualitatem, seu capitulum annexum, vt dixi supra num.343.& 344.vbi poteris exemplificare istam extensionem.

Quæ dicantur capitula connexa,quæuè dicatur confessio qualificata.

362 Retentis conclusionibus, quas hucusquè firmauimus circa cofessionem qualificatam, seu habētem capitula connexa;occurrunt duæ difficultates.

Prima est: quæ dicantur capitula connexa, seu confessio qualificata, & quę dicantur capitula separata.

Secunda: quando dicatur militare præsumptio iuris seu verisimilitudo contra qualitatem, adiectam confessioni.

Ad primam difficultatem: quæ capitula dicantur connexa: resp. quòd in isto articulo sunt plures opiniones.

I. OPINIO est, quòd connexa dicantur, quando est vnum factum cum suis qualitatibus, sicut scribunt Bar.in l.aurelius.§.item quæsiit si tutor.num.3.ff.de liber. leg.Abb. in cap.bonæ memoriæ.il 2.sub num. 29. ibi.sed moderni.de postul.pręlat. Lāfr.de Orian.tract. de confess. num. 27. versus finem inter tractat. diuersorum.fol.48.Fely.in cap.cum inter.num.7.de sent.& re iud.& Menoch.tract.de arbitr.iud.lib. 2.cent.1.cas. 95.num.14.

363 EXEMPLIFICA huiusmodi connexa vna cum Bar. Fely.& Menoch.in locis supra proximè citatis; quando ego promitto tibi decem sub conditione:quod exēplum sequitur etiam Maran.in suo spec.par.6.actu. 5. sub num.27.

364 EXEMPLIFICA II. quando promitto tibi centum, pacto incontinenti apposito, quòd vadas pro me Romam, testibus ijsdem Bar. Lanfr. Fely. & Menoch.

365 EXEMPLIFICA III. vna cum Abb.vbi supra.ibi. pone exemplum.quando confessus sum, me recepisse à te centum, quæ mihi debebas ex causa mutui:quod exemplum sequitur similiter Maran.vbi supra.

366 II. OPI-

366 II. OPINIO eſt,quòd connexa dicantur ea, quorum vnum non poteſt ſtare ſine altero,qualia ſunt antecedens, & conſequens neceſſarium, ſicut ex Aret. refert, & ſequitur Crauet.conſ. 232. dominus neuizanus.num.1.& ex Aret.Crauet.& Marſ.refert, & ſequitur Menoch.d.caſ.95.num.8.& cum hac opinione concordant hi, qui dicunt, connexa eſſe ea, quorum vnum tendit ad perfectionem alterius iuxta ea, quæ ſcribit Menoch. eod. caſ.95.num. 5. & ſeqq. licet variet modum loquendi, & num. 14. verſus finem. & num.16.

367 III. OPINIO eſt, quòd connexa dicantur ea,quæ habent ſimul correſpectiuitatem, ſicut,loquendo de confeſſione, ſentit Caputaq.deciſ.186.num.1. in fine. par.1.& in terminis noſtris Gabr.in concluſ.lib.6.tit. de reg.iur.concl.1.num.37.

368 Infero iuxta hãc tertiam opinionem,quòd apocha, concernens reciproce vtriuſquè partis præiudicium, & ſubſcripta ab vna parte tantum,minus probat contra ipſam partem, quæ ſubſcripſit : quia requiritur vtriuſquè ſubſcriptio l.ſcripturas. C. qui pot. in pign. habean. & ſentiunt Rom. & Fely. quos citaui & ſequutus ſum infra nu.1115.verſ.declara primo. quia; ſi pars, quæ ſe non ſubſcripſit, producat illam apocham contra partem,quæ ſe ſubſcripſit, & producat cũ proteſtatione in parte, & partibus fauorabilibus ; poteſt pars reſpondere,iſtã apocham,ſeu confeſſionem in ea cõtentã eſſe indiuiſibilẽ propter correſpectiuitatem, & reciprocam obligationem,& conſequenter eſſe omni ex parte inualidam.

369 IIII. OPINIO videtur eſſe,quòd connexa ſint illa, quæ ex continentia factorum ſeparationem non recipiunt,vt ſcribit Lancell.tract.de attent.cap.12. limit. 2.num.10.fol.360.

Quintam opinionem habes infra num.376.

Quæ dicantur ſeparata.

370 Occaſione huius quartę opin.priuſquam procedamus ad quintam, & ad reſolutionem, videamus pro maiori intelligentia,quę dicantur ſeparata : nam licet ex his, quæ dixi ſupra de connexis, naſcatur cognitio ſeparatorum, quia contrariorum, ſeu correlatiuorum cognito vno cognoſcitur & reliquum per ea,quæ de correlatiuorum natura ſcripſi ſupra cap. 9.nu.997. & ſeqq.ad eum.tamen Doctores non omittunt declarare,quæ dicantur ſeparata:& ex eorum declaratione colligo duas regulas.

Prima regula ſecundum ea,quæ ſcribit Bar. in d. §. item quæſiit.ſub num.3. eſt, quòd ſeparata dicuntur ea,quę ſunt facta diuerſis temporibus:ſed in hoc Bar. & ſimiliter Bal. Fely. & Dec. repræhenduntur à Menoch.d.caſ.95.num.19.in fine.num.20.& 21. quia ſecundum Menoch.non attenditur diuerſitas temporis : Lancell.d.cap.12.limit.2.num.4.fol.360. ſcribit, diuerſa dici ea,quæ diuerſitate factorum ſeparationem recipiunt:ſed idem Bar.vbi ſupra,rectius loquendo,ſcribit,ſeparata dici ea,quorum vnum non venit ad determinationẽ alterius,ſed quodlibet eſt per ſe; & in hoc Bartolus approbatur etiam à Menoch.d.caſ.95.nu.19.

371 Exemplifica iſta ſeparata ſecundum Abb.in d.cap. bonæ memoriæ. il 2. ſub num. 29. ibi. exemplum ſecundi.de poſtul. prælat. quando petis à me centum occaſione mutui : & ego reſpondeo, quòd benè mutuaſti mihi centum, ſed tu teneris mihi in mille ex alia cauſa.

372 Secunda regula,quę colligitur ex his, quę referunt Bal.in l.vnica.num.43.il 1.in fine. verſ. item quod ad meam defenſionem.C. de confeſſ.& Lanfr. de Orian. d.tract.de confeſſ.num.28.in fine.fol.48.eſt, quòd capitula ſeparata intelliguntur quando ponitur aduerſatiua (ſed) & pro confirmatione huius regulæ facit quod ſcribit Maran.in ſuo ſpec.par.6.actu.5.num.27. verſus finem;dicens,quòd ſi tu dicis: verum eſt, quòd mutuaſti mihi centũ, ſed feciſti pactũ de nõ petendo: aduerſarius tuus poteſt,inquit,acceptare confeſſionẽ quoad mutuum, & reijcere quo ad pactum de non petendo: quia eiuſmodi confeſſio continet plura capitula, & idem dicit ſub num. 28. quando diceres : verum eſt,quòd tu mihi mutuaſti,ſed ego reſtitui.

373 Cautelam,quæ infertur ex iſta ſecunda regula, colligit idem Maran.ſub d. num.28.dicens,cautelam bonam eſſe, vt in prædicto caſu reſpondeas ſub iſta verborum formula: nihil mihi mutuaſti, propter quod ſim tibi obligatus.

374 Cautelam ſimilem recenſet Clar.lib.5.recept. ſent. §.fin.q.55.verſ.cautius igitur. pro eo, qui commiſiſſet homicidium,dicẽs,vt is neget,& ſubdat;& ſi illud feci,feci ad meam defenſionem ; quia iſta reſponſio admittitur, &habetur pro negatiua ſecundum communem * opin. quam ibidem refert, & ſequitur ex Boſſ. tract.crim.tit. de confeſſ.nu.36.

375 Verum hæc regula, & cautela non ſunt bonæ.

Primo,quia non debet in re facta valere ars verborum;teſte Bal.qui ſic impugnat quod refert in d.l. vnica.ſub num.43.quod idem aduerſus poſitiones per modum affirmatiuum cauilloſe inchoatas ſcribunt Iacob. de Aren.& Franc. Curt. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra cap.7.num. 457. verſ. confirmatur 3. dum concludunt,non eſſe attendendã cauillationẽ, ſed effectũ verborum.& ideo infero, quòd licet diuerſa, ſeu plura facta ſint capitulata ſub vnico verborum contextu, tamen non propterea debent reputari pro vno facto : & è contra ſi ſit vnum capitulum non debent reputari plura eò,quòd in confeſſione ſit appoſita aduerſatiua, ſeu aliter in ea ſit diuiſum.

Secundo non eſt bona cautela, quia iudices practici, & diligentes cogerent ad reſpondendum clarè, & explicitè in criminalibus iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced.cap.86.num.32. ibi. nam quemadmodum. & deberẽt cogere etiam in ciuilibus, quod non faciunt: nam dicere, quòd nihil mihi mutuaſti, propter quod ſim tibi obligatus : item quòd non commiſi homicidium, & ſi id feci, feci ad mei defenſionem, eſt reſponſio pertinens magis ad ius, quàm ad factum : & propterea non debet admitti, ſed debet inſiſti, & cogi,vt reſpondeat clarè ad id, quod ſpectat ad factum iuxta ea,quæ ſcripſi eod.cap.86.num.34.& hæc de ſeparatis.

Habes circa connexa quatuor opiniones, quæ habẽt inter ſe quandam conformitatem ita, vt ex omnibus poſſet conſtitui vnica opinio circa connexorum cognitionem.

376 V. OPINIO eſt eorum, qui, agnoſcentes, aliquid dici cõnexum diuerſimodè ſecundum ſubiectam materiam,tenuerunt,relinqui arbitrio iudicis quæ dicantur connexa,vt ex Imo. conſ.13.num. 9. & Alc.conſ. 167. num.11.refert, & non reijcit Menoch.tract. de arbitr.iud.lib.2.cent. 1.caſ.95. num. 3. in fine,& num. 4. pro quorum opinione addo Bal.in rub.num.35. C. de fid.inſtrum. quem nos poſt Socc.& Menoch.retulimus,& ſequuti ſumus ſupra nu.294.verſ.primus caſus. & nu.296. verſ. tertius caſus.& facit Gloſ.in cap. ſi ciuitas.in verbo.continentibus. de ſent.excomm. in 6.dicens,relinqui arbitrio iudicis quæ dicantur ædificia continentia.

377 Quid dicendum? Reſp. præmittendo, quòd in omni iudicio, & ſententia proferenda veniunt conſiderandæ duæ propoſitiones: vna vniuerſalis, & altera particularis per modum ſyllogiſmi,in quo maior propoſitio ſit vniuerſalis, & minor ſit particularis: verbi gratia.

Omne,quod dependet ab altero,dicitur illius connexum.

Iſtud capitulum dependet ab iſto.

Ergo iſtud capitulum dicitur huic connexum : iſte enim ſyllogiſmus, ſi benè recordor, eſt in darij primæ figuræ,habens primam vniuerſalem,& ſecundam particularem affirmatiuas.

378 In maiori propoſitione vniuerſali concludo indiſtinctè ceſſare arbitrium iudicis,& veras eſſe illas opiniones,quæ determinant, quæ dicantur connexa, & quæ dicantur ſeparata.

379 In minori propoſitione particulari concludo poſſe aliquando fieri locum arbitrio iudicis, vt declarabo inferius num. 381. & ita poteſt ſaluari quinta opinio, adducta ſupra num.376.ſentiens,relinqui arbitrio iudicis quæ dicantur connexa,& quæ ſeparata : & ratio iſta-

istarum conclusionum est, quia, vt scribit Andr. de Isern. in prologo super vsib. fœud. prima initia benè gubernantur, & regulæ in generali benè fuerunt positę, sed ad dirigendum particulare nulla lex est sufficiens.

Regula tamen est formanda in contrarium: quòd etiam in particularibus cesset arbitrium iudicis: quia arbitrio iudicis non relinquuntur casus decisi à iure iuxta ea, quæ ex Bar. Bal. & alijs retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 53. num. 28.

Sed in iure sunt decisi omnes casus, vt aduertit etiã Ponzin. tract. de lamijs num. 37. vers. non obstat. fol. 353. & nos sequentibus confirmamus argumentis.

Primo, quia alias lex esset imperfecta; quod non est dicendum, quia omnia opera diuina sunt perfecta, & leges dicuntur diuinæ, quia sunt diuinitus promulgatæ per ora Principum l. 1. C. de vet. iur. enucl. l. fin. & ibi. Glos. in verbo. diuino. C. de præscript. long. temp. 10. vel 20. ann. & §. quia igitur imperium. Auth. de instrum. caut. & fid. Ponzin. eod. tract. de lamijs nu. 10. vers. propterea. & Sylu. nupt. qui alios cumulat
380 lib. 5. quom. iudic. in dub. sub n. 74. fol. 585. * Augeretur imperfectio, quia si lex reliquisset casum decidẽdũ arbitrio iudicis, pars, contra quã iudex arbitrium ferret, non acquiesceret, quia semper suspicaretur de iudice; quod non est, quando casus deciditur à lege, quia partes se libenter supponunt legi, quantumuis aspera sit, quia lex est vniuersalis, libera ab omni suspitione, & acceptione personarum, & decipi nõ potest: at iudex his omnibus subiacet: etenim is facile redditur suspectus, facilè mouetur ad acceptionem personarum, & facile decipitur: & periculosum est habere litẽ decidendam arbitrio iudicis, quia arbitria sunt diuersa, vt patet ex casu vaginarum illius mercatoris, de quo Petr. Bellin. tract. de re milit. par. 9. num. 26. & seq. fol. 362. scribit, quòd amisit omnes merces, easquè redemit scutis sexcentis eo, quia inter illas merces detulerat quinquaginta, aut centum vaginas, quæ fuerunt æstimatæ connexæ ensibus, qui deferri inter merces non potuissent, & tamen Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 95. nu. 26. & seqq. arbitratur non esse connexas ensium: & ego contra Menoch. sequerer quod fuit æstimatum contra mercatorem.

Secundo, quia omnis casus vel reperitur sub dispositione iuris naturalis, vel sub dispositione iurisgentium, vel sub dispositione iuris communis aut consuetudinis, vel est similis casui deciso, vel venit decidendus à ratione, cui omnia, nihilo excepto, subijciũtur, & ratio est lex naturæ & anima legis.

Comprobatur hoc secundum argumentum, quia licet Veneti nõ vtantur legibus, & iuribus, tamen decidunt causas secundum iustitiam naturalem, vt refert idem Ponzin. eod. tract. de lamijs. sub num. 6. vers. item localis. fol. 351. & non secundum arbitrium.

Tertio; quia dato etiã casu, qui ob æqualẽ conflictũ rationum, & auctoritatũ sit omnino dubius, tamẽ iudex tunc debet eligere mediam viam, vel eam, quæ consciẽtiæ expedit, vel debet iudicare pro reo; sicque & in claris & in dubijs est à iure prouisum.

EXTENDE istam regulam, vt procedat etiam in articulo, in quo ageretur de probationibus: quia etiam in eis cessat arbitrium iudicis ob rationes, & argumenta adducta pro regula.

Non obstat, quòd ex communi Doctorum sententia supra cap. 9. num. 530. & 531. & in alijs forsan locis dixerim, probationes relinqui arbitrio iudicis: Quia resp. id esse verum in casu sequentis restrictionis.

381 RESTRINGE eandem regulam, vt non procedat in casu, qui habeat tãtam & difficilem mixturam qualitatum excedentium, & excessarum, id est, se inuicem ita æqualiter collidentium, vt casus modo videatur compræhendi sub lege affirmatiua, & modo sub negatiua: quia, data ista mixtura, in qua nec excessus, nec omnimoda æqualitas possit certitudinaliter ostendi, facilè tunc iudicis arbitrium veluti solutum fertur in aliquam partem, vt in similibus declaraui supra cap. 9. num. 537.

Nota I. ex ista restrictione, quòd arbitrium iudicis non procedit vnquam ex parte legis, sed ex parte facti, seu rei, quæ à nobis omnino percipi & distingui non potest: nam ius in se est certum, & prouidet, vt dixi, in omnibus casibus & semper: sed incertitudo est in re, proueniens ex imbecillitate intellectus, qui non potest cognoscere intrinseca.

Nota II. quòd istud arbitrium potest habere locũ tantummodo in re mixta cum minimo excessu: secus enim si excessus esset euidens, quia dignosceretur certitudinaliter qualitas rei.

Infero ex isto II. notabili quòd in casibus, qui à iure, vel à Doctoribus relinquuntur arbitrio iudicis, tu debes semper præsupponere difficultatẽ rei seu facti, quod propter mixturam distingui certitudinaliter nõ possit, alias, cessante ista difficultate & incertitudine, cessat arbitrium, vt limitando scripsi etiã supra d. cap. 9. n. 535. quare in articulo, an aqua dicatur connexa igni, cessat arbitrium: item an dicatur laborare graui infirmitate is, qui laborat in extremis: item an centenarius sit senex iuxta declarationem, quam adduxi supra c. 8. nu. 151. item licet iudicis arbitrio relinquatur quid sit verisimile, tamẽ, si in eo, de quo quæritur an sit verisimile, concurrant regulæ verisimilitudinis, non potest discedere ab illis regulis, & iudicare illud non esse verisimile iuxta ea, quę scripsi supra nu. 167. in fine & 168.

Nota III. quod quò magis iudex est imperitus, eò magis indiget, vt casus eius arbitrio cõmittatur, cum nesciat distinguere inter lepram, & lepram, & oculos non habeat perspicaces ad inspiciendas minimas differentias.

Quando dicatur militare præsumptio contra confessionem.

Ad secundam difficultatem: quando dicatur militare præsumptio iuris, seu verisimilitudo.

Resp. quod ad sciendas præsũptiones iuris oportet habere bonã suppellectilem iurisprudentiæ, & multa scripserunt eruditissimi viri Alc. & Menoch. in eorum tract. de præsũpt. & Illustriss. Cardinalis Mãt. in tract. de cõiect. vltim. volunt. quãtum vero ad verisimilitudinem aiunt relinqui arbitrio iudicis, temperando tamen secundum regulas, quas scripsi supra num. 167. vers. quid sit verisimilitudo. vsque ad nu. 175.

382 Ex his omnibus rectè perpensis oritur ista conclusio, quòd in casu occurrenti potest multum pendere ex arbitrio iudicis, an confessio possit pro parte acceptari, & pro parte non acceptari.

CONCLVSIO IIII.

383 Resumendo ordinem procedendi per conclusiones, intermissum supra sub num. 22.

Quarta conclusio principalis est, quòd, producto instrumento, seu alia scriptura in actis, productio ipsa efficitur de actis, vt scribit Innocen. in cap. cum in iure. num. 6. vers. & nota. de off. del. quem referunt, & sequuntur Abb. ibidem sub num. 6. & ibi. nam vt no. Bal. in l. 2. num. 13. vers. iuxta hoc. & ibidem Dec. num. 4. C. de eden. & ratio est, quia, vt scribit Bal. loco citato, omne, quod producitur in iudicio, fit de actis.

384 AMPLIA istam conclusionem, vt procedat etiam quoad tenorem instrumenti producti, quia non tantum productio ipsa instrumenti efficitur de actis, sed efficitur de actis etiam tenor, & scriptura ipsius instrumenti, vt benè comprobat Maran. in suo spec. par. 6. actu. 10. sub num. 2. & ratio huius ampliationis est, quia instrumentum, & tenor, seu scriptura ipsius sunt inseparabiliter connexa, & constituunt vnum indiuiduum: nam instrumentum non potest stare sine scriptura, & consequenter impossibile est producere instrumentum, & non producere tenorem, & scripturam ipsius: sed quod producitur fit de actis, vt dixi supra: ergo &c. & in opinione huius ampliationis videtur residere Innoc. in d. cap. cum in iure. num. 6. in fine. ibi. alij tamen aliter dicunt. quamuis Bal. Abb.

Dec.& Mascar.supra,& infra citati allegent eum in contrarium.

Contra istam ampliationem tenent Bal. Abb. & Dec. in locis citatis nu.præcedenti: inquit enim Bal. quòd omnia instrumenta producta fiunt de actis quoad productionem,sed non quoad contractum,vel obligationem.

Retineo ampliationē, quia Innoc. in cuius dicto se fundant Bal.Abb.& Dec. videtur residere pro ampliatione, vt dixi, & venit declarandus, vt infra num. 390.& sub num. 391.item,quia illa tacita ratio,quam adducit Bal. dicens (& ideo benè debet edi dies pro-
385 ductionis, sed non dies contractus) non est bona: † nam dies contractus non editur non eò, quod tenor contractus, seu instrumenti non efficiatur de actis, vt videtur sentire Bal. sed eò, quòd, si publicaretur tempus contractus,subesset timor fabricandi falsum, vt scribit Spec. tit.de instrum. edit. §. videndum restat. num. 13. & probatur ex textu in l. 1. §. editiones.ff.de eden. vbi Bar. & aduertit Papien. in practica. in forma petendi copiam instrumentorum. in
386 glos. cum anno. num. 1.fol. 335. † Sed an, & quando instrumēta sint edenda cum die, & consuetis in eis apponi vide Lanfranc.de Ariad. tract. de fid. instrum. sub nu.50.& 51.fol 32.

387 DECLARA I. istam ampliationem,vt tenor instrumēti producti efficiatur de actis in ea parte,& capitulo, in quo est productus, & non in alijs capitulis separatis, in quibus non est productus per ea, quæ ex Spec.Io.Andr.Foll.& Gail.retuli,& sequutus sum supra num.27. vers.limita. vbi loquendo de instrumento, continente diuersa negotia,dixi, quòd, retenta copia capituli, in quo instrumentum est productum, debet restitui illius originale.

388 DECLARA II. vt tenor instrumenti efficiatur de actis etiam in capitulo connexo, quamuis in eo productus non esset; & ratio est, quia connexorum est idem iudicium, & reputantur vnum, quando non adest ratio diuersa, quæ ea separet: & ita procedant ea, quæ scripsi supra num.346.& 348. vers. prima ratio, & vers.tertia ratio.

DECLARA III. vt instrumentum dicatur de actis probatorijs seu decisorijs,& non de actis ordinatorijs iuxta ea, quæ ex Innoc.Io.Andr.Ant.de Butr.Abb.Fely.Cyn.& alijs retuli & sequutus sum supra cap.8.nu. 605. vers.ad uerte.

389 DECLARA IIII. vt tenor,seu scriptura instrumenti,aut alterius documenti producti in actis, nunquam dicatur de actis,nisi scriptura ipsa originalis, vel eius copia sit relicta in actis.

390 Ex hac declaratione facio nonnullas illationes.

INFERO I. quòd si instrumentum est productum & reportatum, annotatis solum productione, principio, & fine instrumenti; tenor non dicitur de actis, testibus Alex.in auth.si quis in aliquo.sub num.9. fall. 7. ibi.tamen dictam. C.de eden.Fely. in cap. quoniam contra.num.83.in typis antiquis, & num. 51. in nouis vers.hanc conclusionem limita. de probat. & ibidem Dec.num.123.& Mascar.tract.de probat.conclus.711. exemplum.sub nu.71.lib.2.& ita ptest procedere opinio Baldi, Abb.& Decij,quos citaui supra num. 384. vers.contra. sicut conciliando declarauit etiam Maran.d.actu.10.nu.3.

391 INFERO II. quòd quamuis notarius scripsisset in actis,quòd pars produxit tale instrumentum tenoris, vt infra, & registraret instrumentum in substantia, vel de verbo ad verbum; & illa copia diceretur effecta de actis, nihilominus illa copia; si esset registrata sine præsentia partis, seu, ea non citata ad videndum fieri collationem, & restitui originale iuxta ea, quę scripsi supra sub num.34.in solutione 2. difficultatis: non probaret contra ipsam partem non citatam: quia notario nō creditur super tenore instrumēti, sed debet probari per originale, vt scribūt Abb. in d. cap. cum in iure.sub num.6. versus finem.de off.& potest. iud.deleg. Alex.cons.6.ponderatis ijs. num. 6.lib. 4.& Maran.d.actu 10.sub num.3.& apertius num.4. & hoc est,quod scribit Innc.in d.cap.cum in iure.sub num.6. dicens,quòd nisi aliter publicetur tenor instrumenti, semper debet ostendi originale.&,quòd copia, registrata in actis, parte absente,vel non citata, non probet,retuli,& sequutus sum ex Alex.Felx.Dec.Mascar. & ex Abb. & alijs citatis infra num.638.& 639.

392 Ratio est, quia ista registratio in effectu est exēplū, & exemplum regulariter non probat. Ant. de Butr. in cap.1.num.15.vers.ad primum.de fid.instr.Rot.decis. 11.alias 637.dic quòd sumptum.de fid.instru.in antiq. dicens,quòd sumptum de instrumento originali communiter non facit fidem, & quòd ita seruat Rota. & Franc. Marc.decis. 439.num.5.dicens, de hoc esse iunotoria,quòd copia nō facit fidem: quod nos dicimus esse verum etiam si esset sumptum per tres, aut quatuor,imò per viginti, aut centum notarios, qui etiam testarentur,se vidisse originale sine aliqua macula, testibus Spec. Bar. Paul. de Castr. Socc. Ias. & Mascar. quos retuli & sequutus sum infra nu.628. & 629. imò procedit etiam si registraretur auctoritate iudicis,sicut ex Paul. de Castr. retuli & sequutus sum infra num. 630. ibi. & fortius loquitur.

393 Ratio quare exemplum de sui natura non probet est multiplex:& prima, quia ad hoc, vt assertio, seu scriptura notarij faciat fidem inter partes de negotio, de quo inter eas notarius scripturam facit,debet fuisse rogatus ab ipsis partibus, vt scribunt Abb. vbi supra, & Alex. d. cons.6.sub num.7. & in alijs,de quibus non est rogatus,ei non creditur, testibus Bar. in d.auth. si quis in aliquo.num. 8.& ibidem Ias.num. 2. vers.regulariter.& sub num.5.vers. additio successiue. C.de eden.& Mascar.tract.de probat.conclus.711.nu.
394 3.& 4. lib.2.† sed notarius non potest esse rogatus de contentis in instrumento, quia ea non geruntur tempore exemplificationis.Igitur de illis non potest face
395 re fidē.† Secunda ratio est,quia notarius exemplādo est testis de auditu: sed testis de auditu non probat. Tertia ratio est,quia exemplū est relatiuum exemplaris, & quando vnum habet relationem ad aliud, nisi ostēdatur illud aliud, ad quod habetur relatio,nō probat.Quarta ratio est,quia exemplū habet suspitionem falsitatis: nā eò ipso, quòd non ostenditur originale, oritur suspitio:has rationes latius retulit ante nos Mascar.d.conclus.711.nu.2. & seqq.vsquè ad nu.7.lib. 2. quare adhoc vt copia, seu exemplū probet,debet esse extractum, parte præsente,vel citata,si copia sumitur ab alio notario,quàm ab eo, qui fuit rogatus de originale, vt latè scripsi infra nu.667.

396 EXTENDE istam illationem,& nota quæso istam extensionem,quam apud alios non inuenies,vt habeat locum etiam si notarius actuarius, qui registrat instrumentum in actis esset ille idem, qui fecit originale instrumētū; quia adhuc illa registratio,facta in actis, sicquè illud exemplum,parte non citata,non probaret; quod videtur mirandum: quia exemplum instrumenti sumptum ab eodem notario, qui fecit originale,probat, sicut ipsum originale, vt ex Bar. Ias. & alijs retuli, & sequutus sum infra num. 528. & 529. vers. copia hæc. cum vtrumque dicatur originale, vt ex Bal. Dec. & Rot. retuli, & sequutus sum infra num. 537. vers.declara.sed non est mirandum, & vera est extensio; quia notarius non registrat, hoc est, non facit illud exemplum, vti notarius rogatus de originali, & sic non authenticat illud,& consequentem remanet
397 vt copia, & non vt originale; † & quando notarius dat scripturam,vti exemplum, illa scriptura non probat, quāuis sit tradita ab eodē notario, qui fecit originale iuxta ea, quæ scribunt Paul.de Castr. in auth. si quis in aliquo.num.4.in fine.& num. 5. & ibidem Socc.sub. num. 15.vers. tertio.ibi.aliquando & secundo.C.de eden.& in cons.266.in causa quæ vertitur.sub num.1. vers.secundo resp.lib.2.& clarè Mascar.tract. de probat.conclus.711.exemplum.sub nu.45.vers.primo sublimita.& num.46.lib.2.citans etiam Purpur.& Barbat.

398 Aduerte circa istā extensionē, quòd si ille notarius esset rogatus in actis de instrumento,vti actuarius,tūc non esset necessarium sumere exemplum,seu registrare:quia originale esset in actis, & ideo satis esset citare ad dicendum contra iura producta, & repetita: & ita seruatur in practica.

399 IN-

399 INFERO III. quòd iudex non posset ad fauorem producentis ferre sententiam super tenore instrumenti exemplati in actis, parte non citata, sed credo, quòd benè posset eam ferre contra producentem: quia præsumeretur extracta, eo præsente, & consentiente.

400 Ratio est, quia copia, exemplum, seu sumptum probat contra producentem, vt benè admonet Bar. in auth. si quis in aliquo. num. 1. & 2. & ibidem Paul. de Castr. num. 3. in fine. Ias. sub num. 5. vers. additio successiue. fallen. 8. & Dec. num. 14. C. de eden. Addition. ad Rot. decis. 1. alias 10. fuit dubitatum. sub num. 5. de fid. instrum. in nou. Mascar. tract. de probat. conclus. 711. num. 26. in fine. vers. secundo limita. & num. 27. lib. 2. & Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. nu. 16. dicens, quòd exemplatio instrumenti sumpta, parte non citata, per compulsorem, non est omnino nulla, quia, inquit, saltem contra eum, qui transumptari fecit, probabit, & contra quemlibet alium, qui similia exempla, & transumpta produceret: quod est verum, quicquid in contrarium senserit Alex. cons. 108. num. 4. in fine. & num. 5. lib. 5. quia ex prædictis confutatur.

401 Imò probat contra producentem originale, si ex eo sit sumpta ab aduersario de voluntate producentis, vt benè admonet Paul. de Castr. in d. auth. si quis in aliquo. num. 3. in fine. dicens, quòd, si tu produxisti instrumentum coram iudice, & ego petij copiam, quæ fuit mihi data de tua voluntate, copia ista, inquit, faceret fidem contra te, si contineret aliquid in tui præiudicium, posito quòd originale amplius pro te non produceres: vnde dat catelam, vt ille, qui capit copiam, faciat apponi, quòd de voluntate partis, & de mandato iudicis fuit facta: hoc idem scribit Ant. de Butr. in cap. 1. sub num. 15. vers. fallit tertio. de fid. instrum.

402 Adde obiter hoc amplius secundum eundem Paul. de Castr. in l. publicati. num. 6. vers. item per hanc legem. C. de test. ordin. quem referunt, & sequuntur Fely. in cap. cum in iure. sub num. 8. ampl. 2. de offic. & potest. iud. deleg. & Mascar. tract. de probat. cōcl. 711. exemplū. n. 69. lib. 2. vt quamuis copia nō sit registrata in actis; tamen si parti fuerit data de mandato iudicis, & ipsa pars non opposuit, potest cogi illa pars, perdito originali, ad illam producendam, vt redigatur in actis, & redacta probabit.

403 DECLARA V. vt quamuis instrumentum non sit relictum in actis, neque illius copia sit extracta, & registrata apud acta, vel sit registrata, parte non citata, tamen ille, qui produxit illud instrumentum, tenetur postea quādocunquè illud, illiusquè tenorem edere ad instātiam aduersarij, exquò per productionem cæpit illo vti, sicut refert, & sequitur Maran. in suo spec. par. 6. actu. 10. sub num. 3. seu, & melius, quia, exquò fuit productum in iudicio, est effectum commune, vt de probatione producta in iudicio scribit Abb. in cap. cum venerabilis. num. 40. in fine. de except. & de iuribus productis per cōpulsum, quòd fint effecta communia, scribit Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 8. sub num. 6.

404 AMPLIA I. istam declarationem, vt procedat etiam si is, qui produxit, diceret, se nolle amplius vti instrumento producto, quia non audiretur, sed cogeretur illud edere, vt scribit Guid. Pap. decis. 243. dicens, reprobando opinionem Azonis, quòd ita seruatur in omnibus Curijs.

405 AMPLIA II. vt procedat etiam si vellet reuocare productionem vti erroneam, quia non admitteretur: imputet enim sibi, qui præuidere potuit, & quia præiudicaretur parti, cui ius quæsitum est Spec. tit. de instrum. edit. §. videndum restat. vers. quid si amplius. nu. 12. pulchrè Rom. cons. 433. quoad primum. vers. quoad vltimum. num. 10. & 11. Fely. in cap. imputari. vers. septima & vltima declaratio. num. 7. de fid. instrum. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. in verbo. viso de verbis enuntiatiuis. num. 63. in fine. fol. 131. & apertè in rub. reuocare consilium. vers. quæritur etiam. nu. 1. fol. 132. & Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 5. & ideo si quis produceret instrumentum, credens illud facere pro se, & faciat pro aduersario, non potest se poenitere, & petere sibi restitui, quia produxerit per errorem Guid. Pap. decis. 131. in fine. & d. decis. 243.

406 EXTENDE ampliationem istam, vt procedat etiam si probaret errorem productionis, probando scilicet, quòd nolebat illud producere; quicquid in contrarium dixerit Crauet. d. rub. reuocare consilium. num. 1. in fine fol. 132. & moueor ad istā extensionem primo ex auctoritate Speculatoris. Rom. & aliorum, qui dicunt, non posse reuocari vti erroneam: nam ij supponere debet, quòd probetur error: quia quando dicimus confessionem erroneam posse reuocari, intelligimus semper, quòd doceatur de errore: & ideo ista extensio videtur stare otiosè: moueor secundo, quia in iudicijs attendenda est veritas, & nō error, qui tenderet ad inficiendam veritatem, quia venit vti iniustus

407 reijciendus: ✝ veritas enim rerum erroribus gestorū non vitiatur iuxta id, quod scripsi infra num. 436.

Non obstant quæ possent adduci in contrarium ad ostendendum, quòd confessio tacita, resultans ex productione, & etiam confessio expressa, potest reuocari vti erronea: quia resp. vna cum Ant. de Butr. in cap. imputari. sub num. 2. ibi. nunquid autem. de fid. instrum. aliud esse velle confessionem reuocari ex productione, aliud verò velle productionem reuocare.

Et si tu diceres, productionem hanc esse nullam eo, quòd est sine consensu: quia error excludit consensum, vt dixi supra cap. 8. num. 489. qui tamen est necessarius, & sine quo actus est sine spiritu.

Ego resp. quòd ad effectum, de quo agimus, sufficit quòd interueniat consensus expressus, vel tacitus aduersarij, qui ad sui fauorem reproducat expressè, vel tacitè, non oppugnando productionem factam.

CONCLVSIO V.

408 Quinta conclusio est, quòd producens aliquod instrumentum, seu aliam scripturam censetur confiteri omnia contenta in dicta scriptura, seu instrumento, vel priuilegio producto Innoc. in cap. cum olim ecclesia. num. 5. versus finem. ibi. sed dices. de censib. & ibidem Ant. de Butr. sub num. 11. vers. oppono 2. ibi. si vero volo. & num. 20. vers. quæro tamen. & Abb. num. 7. Bar. in l. post legatum. sub num. 2. ibi. item contra hoc. ff. de his quib. vt indig. Bal. in l. si quis testibus. nu. 2. C. de testib. in l. scripturæ. sub num. 1. C. de fid. instrum. in l. alia causa. num. 1. C. de his quib. vt indig. in l. 2. in fine. C. de fideicom. lib. & cons. 307. proponitur quod notarius. nu. 1. lib. 5. Abb. in cap. cum super. num. 7. & Dec. num. 23. de off. & potest. iud. deleg. idem Abb. in cap. cum venerabilis. sub num. 31. Fely. nu. 22. vers. prima conclusio. & Dec. num. 90. de excep. Rom. cons. 329. præsens consultatio. sub num. 11. vers. tertia quæstio. vbi loquitur de instrumento sententiæ. Socc. cons. 11. in causa dominæ catherinæ. num. 1. lib. 3. Ias. in l. 1. §. editiones. nu. 14. ff. de eden. & in l. certi condictio. §. si nummos. num. 39. ff. si cert. pet. Par. de Put. tract. de reassum. instr. rub. 30. num. 10. fol. 46. Mandos. tract. de commiss. in commiss. 20. compulsorialis. circa principium. fol. 116. Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. nu. 4. & ibi Grauat. num. 19. in annot. ad cum. Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 4. ampl. 8. num. 14. Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. sub num. 5. Mascar. tract. de probat. concl. 915. instrumentum producens. num. 1. lib. 2. & scribunt Oldr. cons. 198. circa primum. nu. 7. loquens de productione vnius literæ Regis. Bal. in l. vnica. num. 14. versus finem. C. de confess. dicens, quòd producens librum approbat titulum. & hæc est regula trita, & vulgata apud omnes: & ratio est, quia in lite ea confiteri solemus, quæ censemus nobis esse vtilia; sed is, qui producit scripturam, censet contenta in scriptura esse sibi vtilia, quia alias stultè ageret producendo: ergo præsumitur confiteri omnia contenta in scriptura producta.

409 Quare Spec. tit. de instrum. edit. §. videndum restat. num. 5. vers. item nota. admonet, vt, cum volueris producere instrumenta, legas, & perlegas ea diligenter, & videas, an faciant contra te: nam si producis scriptu-

pturas, facientes contra te: tibi imputatur, & dicere poteris iuxta illud Ouidianũ in epiſtolis: *heu patior telis vulnera facta meis.* quod carmen retulit etiam Veſtr. d.cap.1.num.1. in fine ad hanc eandem monitionem. &, quòd productio iurium debeat fieri admodũ parcè, & conſultis aduocatis, etiam ſi ipſe producens ſit iuris peritus, & expectari debeat vſquè ad tertiam dilationem, admonet Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2.cap. 8.num.16.& 17.dicens, ſe ſæpè vidiſſe, quòd producens cauſam ſuam vulnerauit, & ſuo iugulo perijt.

410 AMPLIA iſtam concluſionem, vt habeat locum etiam ſi ſcriptura producta non eſſet ſolemnis, & conſequenter ex defectu ſolemnitatis non probaret; vt puta quia careret die, & conſule: nam contra producentem adhuc faceret fidem, quia ex productione oritur confeſſio tacita, & approbatio, vt apertè tenent Par.de Put.tract.de reaſſump. inſtrum.rub.30.nu. 10.fol.46.Dec.in cap.cum venerabilis.concluſ.5.num. 118.in fine.& 119.de except. dicens, quòd confeſſio purgat defectum inſtrumenti ad effectum probationis Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2.cap.8. num. 18.& Crauet.tract.de antiq.temp.rub.ſcriptura priuata.verſ. viſo de verbis.num 36.fol.130. dicens, hanc eſſe magis communem * opinionem, hancquè opin. videtur tenuiſſe Rot. decis. 2. alias 264. licet ſecundum. de fid. inſtrum.in nou.dicens, quòd licet inſtrumentum, extractum, parte non citata, non faceret fidem eo caſu; tamen quia pars, contra quam fuerat productum, reproduxerat, & vti voluerat, videtur illud approbaſſe. & ratio meo iudicio eſt, quia ſicut approbatio tollit inhabilitatem teſtiũ, eoſquè reddit idoneos, licet ſine approbatione eſſet inhabiles, vt ex Socc.Curt.Sen.Crauet.& Menoch.retuli, & ſequutus ſum ſupra num.190.

411 † & ſicut productio teſtium tollit inhabilitatem teſtiũ, quæ eſſet in eis reſpectu eius, contra quem producuntur, vt puta ſi eſſent illius conſanguinei, amici, & ſimiles, quia producens non poſſet poſtea eos reprobare iuxta ea, quæ ex Fely. in cap.præſentium.num.7. verſ.prima concluſio.de teſtib.& ex alijs refert, & ſequitur Luc.Pæt.in pract.capitol.lib.2. cap.5.ſub num. 8 ita etiam productio ſcripturæ debet tollere inhabilitatem, & defectum ipſius ſcripturæ: nam ita ſe habent ſolemnitates, & defectus ſcripturæ quoad ipſam ſcripturam, ſicut ſe habent habilitates, & exceptiones circa perſonas teſtium quoad ipſos teſtes: ſed vbi quis producit teſtem approbat habilitatem, & qualitatem teſtis: ergo & qui producit ſcripturã approbat ſolemnitates, & requiſita ſcripturæ; imò à fortiori, quia producens cenſetur approbare omnia, quæ ſibi cognita ſunt rei, quam producit: ſed qui producit ſcripturas habet maiorem cognitionem ipſarum ſcripturarum, quàm habeat teſtiũ is, qui producit teſtes; vnde videmus, quòd producens teſtes non poteſt excipere cõtra perſonam eorum, quia erant ſibi cogniti, aut ſaltem præſumuntur ei cogniti, ſed benè poteſt excipere contra eorum dicta, quia ea ſibi cognita non erant ante productionem:

412 † & ex his Innoc. in d. cap. cum venerabilis.verſ.item licet.ſub num.4.de except.& Abb. in cap.præſentium.num.9.de teſtib.benè notant, eum, qui producit inſtrumentum, difficilius poſſe illud impugnare, quàm poſſit impugnare teſtes, ſi eos produxiſſet.

413 CONTRA iſtam ampliationem [& erit 2.opinio] tenent apertè Rom. conſ.294. hæc confeſſio.num.1.& ſeq.Imol.in d.cap. cũ venerabilis. ad finem. & Alex. qui eũ refert, & ſequitur conſ.108.viſo proceſſu.nu.5. & 6.lib.5.& conſ.124.viſo proceſſu.ſub num. 5. verſ. nec obſtat.lib.7.& poſt hos Gramm.in annot. ad Affl. dec.25.& Maſcar.tract.de probat.concluſ.915.inſtrumentum producens. num.7.lib. 2.& hanc vti communem * refert, & ſequitur Rot.diuerſ.deciſ.159. domini concorditer.num.1. par.2. & ratio ſecundum eos eſt, quia inſtrumentum, ad quod ſe refert confeſſio, eſt nullum, quia continet in ſe falſum, & ſic etiam confeſſio eſt inefficax: ſeu ratio eſt, quia ille, qui producit inſtrumentum, vel ſcripturam, non videtur confiteri, illam eſſe veram, niſi quatenus illa ſcriptura probet, & ideo, ſi illa ſcriptura producta non erat authentica, ſeu non ſolemnis ad probandum, nõ videbitur producens tacitè confiteri eſſe vera ea, quæ ibi continentur; & hanc partem vti veriorem & ex propè infinitis coprobatã à Tiraq.de iur. conſtit.limit.7.nu.25.verſ. hucuſq. ſpectat tom.4.fol. mihi 169.refert, & ſequitur Maſcar. tract.de probat. concluſ. 358 ſub. nu. 2.verſ.ſed contra.num.3.& 4.lib.1.loquendo de confeſſione, facta in contractu, vel inſtrumento nullo, ſeu inualido.& hanc opin.videtur tenuiſſe Bar. in l. poſt legatum. ſub num. 2.verſ.item contra hoc.ff.de his quib.vt indig.in eandem quoque ſententiam videtur iuiſſe Innoc. in cap. cum venerabilis.ſub num 5.ibi.reſpondeo licet.de except.is enim non dicit, quòd producens cenſeatur confiteri contenta in inſtrumento eſſe vera, ſed quòd cenſetur confiteri, quòd ipſe credit contenta in inſtrumento probari ex illomet inſtrumento, quod producit; quæ ſpecies confeſſionis non præiudicat, quia, vt ipſe inquit, qui ſic confitetur errat in iure, cum credat illud inſtrumentum, quod eſt nullũ, eſſe efficax ad probandum, & confeſſio contra diſpoſitionem iuris non præiudicat iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra.cap.8.num. 165.& 167.

414 TERTIA opinio, quæ videtur media inter iſtas colligitur ex his, quę ſcribit Abb.vltimo loco poſt relatam doctrinam Innocentij in eod.cap. cum venerabilis.num.38.verſ.vel tertio, de except. dicens, quòd ſi charta, ſeu inſtrumentum productum continet factum producentis, veriſimiliter ſibi notum, cenſetur is, qui producit illam chartam confiteri eſſe vera omnia in ea contenta, & conſequenter, vt ipſe ſubdit, non poteſt ab hac tacita confeſſione deſiſtere, licet poſtmodum appareat illam chartam eſſe minus ſolemnẽ, ſecus eſt, inquit, ſi continet factum ſibi veriſimiliter incognitũ, quia tunc, ſi charta ſit minus ſolemnis, ſeu non authentica, non habet effectum, quia videtur approbata per ignorantiam, & ideo non noceret, & Abbatem refe-runt, & ſequuntur Alex.conſ.108.viſo proceſſu. num. 6. lib. 5. & Crauet. tract. de antiqu. temp. rub. ſcriptura priuata.in verbo.viſo de verbis.num.38.fol.130.

415 Quid concludimus?

Reſp.non eſſe recedendum à præfata ampliatione, ſaltem quoad confeſſionem: habet enim illa ampliatio duo capita: primum eſt, quòd producens cenſetur confiteri omnia contenta in ſcriptura producta ſecundum eſt, quòd illa confeſſio probat contra producentem, eique etiam nocet. Dico ergo, quantum ad primum caput, ampliationem eſſe admittendam ſine multa dubitatione, quia Doctores, tenentes contrarium, videntur potius reſpicere ſecundum caput, & tamen teneo quòd ampliatio ſit vera etiam quoad ſecundum caput, de quo capite agemus infra nu. 457. ampl. 3.

Moueor ad tenendam iſtam concluſionem pro ampliatione tum ex his, quæ in ea deduximus, tũ ex eo, quòd exemplum non probat iuxta ea, quæ ex Io.Andr. Abb.Spec.Bar.Dec.Paul.de Caſtr. Iaſ.& Maſcar.retuli, & ſequutus ſum infra num.628.& 629.& tamen probat contra producentem illud, vt ex Bar. Paul. de Caſtr. Iaſ.Dec.Addit.ad Rot.Maſcar.& Veſtr. retuli, & ſequutus ſum ſupra num.400.& dixi etiam ex Rot. ſupra ſub num. 410.ibi.hancque opinionem.ſicque videmus, quòd productio ſupplet defectum ſolemnitatis ſcripturæ, quia exemplum non ſolemniter extractum non probat, & tamen probat, vt dixi, contra producentem.

416 Non obſtat huic ampliationi ratio, quam Bar. Rom. Imol. & Alex. adducunt pro contraria opinione.

Quia reſp. quòd; ſi eſſet verum, quòd producens præſumeretur confiteri contenta in inſtrumento, quatenus inſtrumentum probat, & non aliter; iſta præſumptio ſeruiret quaſi de vento: quia quando inſtrumentum probat, habemus rem claram, & non eſt recurrendum ad coniecturas, & tacitas, præſumptaſque confeſſiones.

Multò minus obſtat intellectus Innocentij.

Quia reſp. quòd ſi præſumeretur confiteri hoc ſolũ, quòd ipſe credit cõtenta in inſtrumento eſſe probata per inſtrumentũ, talis confeſſio, ſeu præſumptio eſſet omnino inutilis: quia aut inſtrumẽtum non probat, & tunc confeſſio, quia eſt contra ius, & erronea, non iuuat,

iuuat, nec nocet: aut instrumentum probat, & tunc esset superflua, quia etiam quòd ipse non crederet, probaret.

Confutantur præterea hæc omnia aduersantia ex eo, quòd exemplum non solemne probat contra producentem, vt dixi; quod non esset, si producens censeretur confiteri contenta in exemplo, quatenus exẽplum probet & non aliter, quia exemplum contra nõ producentem nõ probaret; similiter si præsumeretur, vt ait Innoc. confiteri, quòd ipse credit, contenta in exemplo esse probata per exemplum etiam si à se non esset productum; quia dico, quod tunc etiam non probaret, exquò esset confessio erronea.

Nec placet opinio Abbatis, quia is, qui producit scripturam in causa propria, semper præsumitur sufficienter informatus de contentis in scriptura, sicquè præsumitur sibi notum esse factum, & consequenter habetur pro confesso, vt scribit Fely. in cap. cum venerabilis. num. 26. in fine. dicens, hoc esse dictum bonum in hac materia. Cæterum; si aliquo modo posset constare, quòd productio sit facta ignoranter; posset dubitari per ea, quæ scribit Rot. diuers. decis. 159. domini concorditer. num. 1. par. 2. à nobis citata supra num. 413.

417 AMPLIA II. vt procedat etiam si scriptura producta careret solemnitate contractus, de quo fuerit facta ipsa scriptura producta: quia nihilominus producens talem scripturam censetur confiteri omnia cõ-
418 tenta in ea: † Et aduerte, quia alia est solemnitas scripturæ, & alia est solemnitas contractus: nam solemnitas scripturæ dicuntur dies, cõsul, indictio, & similia, quæ requiruntur, & apponuntur non, vt res gesta, & contracta dicatur ritè, & rectè gesta, sed vt pro-
419 betur veritas rei gestæ: † At solemnitas contractus dicitur consensus consanguineorum in contractu mulierum secundum formam statuti, consensus superioris in alienatione rerum ecclesiasticarum, decretum iudicis in alienatione rerum minoris, & similia, quæ requiruntur, vt res gesta sit ritè, & rectè gesta, & consequenter remaneat firma, & rata.

Et moueor ad istam ampliationem, quia in ea militat prorsus illa ratio, quæ militat in conclusione ampliata, & à nobis fuit assignata supra num. 408. in fine.

420 Non obstat, quòd contrariam sententiã sequatur, & defendat Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. in verbo. viso de verbis enuntiatiuis. num. 39. fol. 130. vbi, formata difficultate iuxta thema huius ampliationis, an producens censeatur confiteri; postea num. 40. eod. fol. firmat contrarium, allegans Bal. Dec. Affl. & alios.

Quia resp. vnico verbo, quòd auctoritates, per eum citatæ, loquuntur de illo secundo capite, de quo dixi supra num. 415. videlicet, quòd ista confessio non nocet, de quo tamen articulo agemus separatim infra; & in hoc est diligenter aduertendum, quia tàm ipse Crauet. quàm alij Doctores, tractantes istam materiam, confundunt istos duos terminos, non aduertentes, quòd aliud est quærere, an ex productione oriatur tacita confessio; de quo agimus in ista quinta conclusione: & aliud, an ista tacita confessio noceat producenti, de quo agemus conclus. seq.

421 AMPLIA III. vt habeat locum etiam si scriptura, seu iura producta apparerẽt postea falsa, quia nihilominus producens censeretur confessus contenta in dictis iuribus iuxta ea, quæ ex Io. Andr. Alex. & Addition. ad Ias. retuli, & sequutus sum infra num. 426. & procedit ista ampliatio quantum ad tacitam confessionem siue produxerit scienter, siue ignoranter, sed non quantum ad poenam, si produxerit ignoranter.

422 AMPLIA IIII. vt habeat locum etiam respectu eorum, quæ continentur in verbis enuntiatiuis scripturæ productæ, quia producens censetur ea etiam confiteri secundum opinionem, quam adducit Ias. in l. si cui serui. §. si à filio. num. 16. ff de leg. 1. & sequitur ibi Additionator, & notauit Natt. in addit. ad Alex. cõs. 16. in causa & lite. sub num. 12. in verbo. tamen non videtur. lib. 5. & sequitur apertius Becc. cons. 3. tam doctè. num. 38. lib. 1.

423 Ratio huius ampliationis expletur duobus mẽbris distinctionis.

Primum membrum est: quando illa verba enuntiatiua de sui natura nihil penitus probant, vt puta quia sunt prolata contra tertium absentem, & ignorantem, qui modo producit istam scripturam, & sunt prolata ab eo tantum, qui ex tunc ratione proprij interesse nõ potuisset contra illum tertium esse testis, sicut in simili sentit Rot. decis. 3. alias 28. licet quis producat. de fid. instrum. in nou. loquens de verbis enunciatiuis, positis in appellatione partis aduersæ: & isto casu nihilominus, si iste tertius produceret eiusmodi scripturam, censeretur confiteri etiam illa verba enuntiatiua esse vera, quia pars potest approbare depositiones inualidas, approbando personas testium, vt ex Socc. Curt. Sen. Crauet. & Menoch. retuli, & sequutus sum supra nu. 190. & in propinquioribus terminis supra num. 410. vers. amplia. in fine. & potest approbare probationem penitus inualidã: nonne enim videmus, quòd per delationem iuramẽti decisiui potest approbari dictum partis, quod nullã prorsus faceret fidem?

424 Nec obstat, quòd Rot. d. decis. 3. dicat, quòd verba enuntiatiua, contenta in appellatione partis aduersæ, non nocent producenti eam, exquò verba enuntiatiua non probant, quasi sentiat, quòd non censeatur producens ea confiteri; quod idem apertius tenuit Cæs. de Graff. decis. 6. alias 99. cum non constiterit. num. 2. de sent. & re iud. fol. 142.

Quia resp. quòd Rota dum dicit, quòd non nocent, non se fundat in hoc solo, quòd sunt verba enuntiatiua, sed fundat se in protestatione, quia appellatio fuit producta in quantũ faciebat pro se, & cõtra partem aduersam, & non aliter: quod est solidum fundamentum, & iustificat decisionem, alias sine ista protestatione dico, quòd illa productio induxisset tacitam confessionem etiam quoad contenta in verbis enuntiatiuis, eodemquè modo resp. ad Cæs. de Graff. in d. decis. 6. quòd illa decisio iustificatur exquò testamentum producebatur impugnatiue, vt ait, alias pateretur istam controuersiam, de qua agimus.

425 Secundum membrum est: quando verba enunciatiua faciunt aliquam præsumptionem iuxta ea, quæ scribit Crauet. tract. de antiq. temp. rub. verbis enuntiatiuis. vers. propositum nostrum. num. 22. 23. 30. & 50. fol. 125. dicẽs, quòd inducunt præsumptionem quoad tertium absentem, cui præsumptioni, inquit, standum est, donec probetur contrarium: & isto casu tantò magis censeretur fateri, quia non repugnat nullitas fundamenti, super quo inducitur confessio.

Confirmatur ista ampliatio ex cautela, & vsu producendi iura in parte, & partibus fauorabilibus tantum, & non in alijs: quæ cautela, & protestatio citra dubium fuit principaliter inuenta, & introducta, nè alias producens censeretur ex sua productione approbare, & confiteri ea, quæ, dempta sua productione, carerent probatione iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 67. vers. capio. nam in his, quæ probant, protestatio illa esset longè minus vtilis: ergo ex communi vsu protestandi liquet, quòd producens verba enunciatiua censetur illa confiteri, nisi producat cum protestatione.

426 Confirmatur secundo; quia si quis producat instrumentum, quod non est falsum in negotio, seu clausula principali, in qua est lis, sed est falsũ in alio, tenetur nihilominus de falso, vt scribit Additionator ad Ias. vbi supra per ea, quæ notant Io. And. in addit. ad Spec. tit. de instrumentorum editione. §. postremo restat. sub nu. 11. in verbo. ad audientiam. & Alex. in l. si vnus. in fine. C. de testam. ergo producẽs instrumentũ videtur fateri omnia, contenta in eo, & sic etiam ea, quæ sunt extra casum principalem, prout sunt enuntiatiua. & pro defensione huius ampliationis eadẽ fundamenta considerauit Mascar. tract. de probat. cõcl. 915. instrumentum producens. num. 11. & 12. lib. 2. quamuis ipse videatur residere in seq. opin. contraria.

427 Contra istam quartam ampliationem tenet Bal. in cap. cum venerabilis. col. penult. de except. & ibidem Fely. num. 23. vers. limita dupliciter. & Dec. num. 95. vers. prædicta conclusio. Alex. d. cons. 16. in causa & lite. sub nu. 12. vers. præterea etiam scriptura. lib. 5. Natt. cons.

cons. 333. sentio in fauorem. num. 1. lib. 2. & videtur tenere etiam Ias. in dicta l. si cui serui. §. si à filio. num. 16. in fine. ff. de leg. 1. Cæs. de Grass. quem citaui supra sub num. 424. & Mascar. dicta conclus. 915. num. 9. & 10. lib. 2. nam is num. 13. & 14. procedit sublimitando, & sic retenta limitatione, & sic ista videtur communis, * quæ tamen meo iudicio non est vera, & propterea non tenenda neque in consulendo, neque in iudicando: imputet enim sibi qui producit iura sine protestatione, sciens quòd censetur per productionem confiteri ea, quæ carerent probatione.

428 EXTENDE ampliationem, quæ est vera, vt tunc maximè habeat locum, quando verba enunciatiua concernerent rem, de qua principaliter agitur, vt declarando scribit Natt. dicto cons. 333. num. 2. lib. 2.

429 LIMITA eandem conclusionem, positam supra num. 408. vt non procedat quando is, qui producit, expresse protestatur, quòd producit solum in parte, & partibus fauorabilibus, quia tunc non censetur confiteri ea, quæ sibi nocent propter expressam declarationem, quæ facit cessare coniecturas Fely. in dicto cap. cum venerabilis. sub num. 23. vers. limita secundo. & Dec. ibidem num. 99. vers. secundo supradicta. & faciunt quæ scripsi supra num. 67. vers. capio. & hanc partem numero, & pondere doctorum esse magis fulcitam * consuluit Grat. cons. 111. visis elegantissimis, num. 6. & 7. lib. 1. quem citat Mascar. tract. de probat. conclus. 915. instrumentum producens. num. 16. in fine. lib. 2.

430 Neque obstat, quòd Fely. & Dec. supra citati multa adducant aduersus istam limitationem; & quòd multos, tenentes contrariam opinionem, citet Mascar. dicta conclus. 915. num. 17. multasque referat conciliationes.

Quia respondeo, illa procedere, & habere locum, considerata protestatione prout intendit eneruare probationem scripturæ in partibus, facientibus contra producentem; quo casu protestationem non iuuare firmauimus supra num. 53. vers. contrariam. sicque noto, quòd tàm Mascar. supra citatus, quàm alij nonnulli confundunt terminos, dum; loquendo de protestatione prout impedit confessionem, resultantem ex productione; allegant eos, qui loquuntur de protestatione, prout eneruat probationem scripturæ, productæ in parte, faciente contra producentem: qui sunt termini diuersi secundum distinctionem, quam præmisimus supra num. 50. versic. distinguo. & consequenter ferè omnes illæ conciliationes, in quibus Mascar. dicta conclus. 915. num. 19. & seqq. lib. 2. firmat, confessionem, quæ emanat ex productione, non tolli per protestationem, sunt falsæ: quia protestatio, vt dixi, impedit eiusmodi confessionem, & illæ conciliationes sunt veræ solum in eo articulo, in quo nos supra num. 52. versic. capio tertium. conclusimus, quòd protestatio non iuuat ad tollendam vim probatiuam naturalem scripturæ productæ, prout illæ omnes conciliationes continentur in ampliationibus, quas posuimus ad dictum articulum ibidem num. 56. & 57. dixi (ferè omnes) quia illa conciliatio de capitulis connexis potest esse vera, si præsupponamus, quòd verisimilitudo, seu præsumptio iuris non repugnet alicui ex connexis; quia, hoc præsupposito, non est dubium, quòd illa confessio est indiuisibilis, & consequenter protestatio non impediret confessionem etiam in parte nociua iuxta ea, quæ scripsi supra num. 359. vers. sume declarationem.

Minus obstat quod apertius in contrarium sentire videntur Ias. in l. certi conditio. §. si nummos, num. 39. ff. si cert. pet. & Luc. Pæt. qui eum sequitur in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. sub num. 5. & 6. dum scribunt; quòd producens censetur confiteri etiam nociua, quantumuis producat cum protestatione.

Quia respondetur, hoc esse falsum per ea, quæ scripsi supra num. 50. versic. capio primum. & num. 67. vers. capio primam. ibi. & ratio huius. & censeo Ias. & Luc. Pæt. potius inaduertenter esse loquutos, quàm errasse: voluerunt enim dicere, quòd protestatio non eneruat probationem scripturæ productæ; & sic loquuntur idem Ias. in l. non solum. §. morte. num. 26. ff. de oper. nou. nunt. quem nos citauimus, & sequuti sumus supra sub num. 58. ibi. nam protestatio. & Fely. in dicto cap. cum venerabilis sub num. 23. de except. quem citat Luc. Pæt. vbi supra.

431 RESTRINGE seu potius declara istam limitationem, vt non sit vera quando is, qui producit cum ista protestatione, videretur prius simpliciter approbasse; etiam si approbatio colligeretur ex sola taciturnitate, vt in casu, de quo loquitur Rot. decis. 2. alias 264. de fid. instr. in nou. dicens, quòd, si quis extraxerit instrumentum, quod fidem non faceret eo, quòd illud extraxerit, parte non citata, & illud postea producat, citata parte ad dicendum contra, & pars nihil opponat, sed reproducat etiam ipsa in quantum facit pro se: illud instrumentum secundum Rot. vbi supra faciet fidem æqualem pro, & contra vtrumque, non obstante, quòd illud reproduxerit limitatè in quantum facit pro se: & ratio est, quia, cum fuerit citatus ad dicendum contra, videtur remisisse defectum citationis, & consequenter videtur approbasse instrumentum, & ideo non potest illud scindere. &, quòd videatur approbasse per illam taciturnitatem, refert & sequitur ex Fulgos. & Dec. Mascar. tract. de probat. concl. 1388. transumptum. sub num. 11. vers. sed tamen. lib. 3.

CONCLVSIO VI.

432 Sexta conclusio est: quòd producens scripturam etiam sine protestatione prædicta potest adhuc reuocare illam tacitam confessionem, & infringere scripturam, à se productam, dummodo doceat de errore, vt tenent Dec. in cap. cum venerabilis. nu. 104. vers. nam producens. de except. & Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. vers. viso de verbis enunciatiuis. num. 56. fol. 131. dicens, quòd tunc confessio contentorum in instrumento producto non potest reuocari, quando quis vellet eam reuocare simpliciter sine probatione alicuius erroris; sed vbi probatur error, potest, inquit, semper reuocari: quod postea; relata etiam prius contraria opinione; latius firmat eod. vers. num. 63. 64. & seqq. eod. fol. 131. & hanc opinionem tenent Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 1. ampli. 2. nu. 18. & Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. sub num. 16. dicens, quòd producens, allegando postea errorem, non auditur, nisi doceat, veritatem esse contra producta. & pulchrè firmat Bal. cons. 307. proponitur quod notarius. sub num. 1. lib. 5. & hanc conclusionem tenent in effectu, quamuis sub multiplici distinctione Bar. in l. post legatum. sub num. 2. ibi. itē contra hoc. ff. de his quib. vt indig. & Ant. de Butr. in cap. fin. sub num. 23. vers. nunquid autem. ibi. vnde dicit. de confess. &, quòd ita in casu suo iudicatum fuerit contra opin. Innocentij, testatur Guid. Pap. decis. 131. sub num. 2.

433 Confirmatur ista conclusio, quia etiam confessio, deliberatè facta, reuocatur, si doceatur de errore secundum Bal. in l. error facti. sub num. 12. vers. tertij dicunt. ibi. credo mediam opinionem. C. de iur. & fact. ignor. quem referunt, & sequuntur Rom. cons. 391. vt proposita consultatio. vers. hæc tamen sententia, nu. 3. Socc. cons. 97. in præsenti consultatione. vers. & ad dicta, num. 17. lib 4. & hanc confirmationem refert, & sequitur Ias. in dicta l. error facti. sub num. 28. vers. tene in prædictis. &, quòd ista confirmatio sit vera opinio, testatur idem Ias. in l. 1. num. 7. in fine. & num. 8. vers. veritas est. & ibidem num. 9. videtur testari de communi * C. de error. calc. & de communi * testatur ibidem Dec. nu. 7. versus finem, & de cōmuni * testantur etiam alij, quos refert, & sequitur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de confess.

concluf. 5. in fine. & post eum Mascard. tract. de probat. concluf. 378. num. 2. lib. 1. & hanc denique esse magis communem, * & æquiorem opinionem testatur idem Gabr. vbi supra, quem refert, & sequitur etiam Mascar. eod. tract. de probat. lib. 1. concl. 368. in fine. & sequuti sumus etiam nos supra cap. 7. extens. 5. num. 615. & rationem huius opinionis post Bal. bene addicit Rom. viden. vbi supra.

434 Contra istam conclusionem sentiunt Innoc. in cap. cum olim. in fine. num. 6. de censib. dicens, quòd quis non admittitur ad probandum contra instrumentum, quod produxit, quamuis admittatur ad probandum contra suam confessionem; nec mirum, inquit, quia plus est instrumentorum probatio, quàm confessio: item quia plus est habere probationem instrumenti, & confessionem tacitam, quàm habere confessionem tantum. & Anch. cons. 223. ad euidentiam præmitto. num. 1. in fine. licet ipse dicat simpliciter, non posse reuocari confessionem, resultantem ex productione instrumenti, nullum verbum faciens, si probaretur error.

435 Confirmatur ista opinio; quia in oppositum confirmationis adductæ pro conclusione dicimus, quòd qui emisit confessionem deliberatam non potest probare errorem Arch. in cap. fin. num. 2. ibi. sed ex deliberatione. de iureiur. & in cap. 1. sub num. 1. ibi. potest dici quod si confessus. de accusat. in 6. Rom. cons. 345. in hac causa. nu. 10 & alij citati per Gabr. in concluf. lib. 1. tit. de confess. concluf. 5. num. 1.

436 RETENTA conclusione, quæ est vera, & practicanda, quia veritas non debet gestorum erroribus vitiari l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. quod notant Innocen. in cap. cum venerabilis. vers. item licet. de except. & Bal. in d. cons. 307. sub num. 1. lib. 5. & debet semper præualere opinioni & errori.

437 AMPLIA I. eam, vt procedat quando is, qui produxit instrumentum, vellet dare alium intellectum instrumento, quia posset, vt scribit Ant. de Butr. in cap. fin. sub num. 23. ibi. puto quod si velit quis. de confess. allegans cap. dilecti. de accusat.

438 EXTENDE hanc ampliationem, vt sit vera, siue nos possimus considerare ipsam tacitam confessionē separatam à probatione instrumenti, siue consideremus probationem instrumenti de per se, siue consideremus coniunctim tacitam confessionem, & probationem instrumenti. Quantum enim ad reuocandam, seu infringendam confessionem non est necessarium, quòd interpretatio, seu intellectus contra confessionem sit clarus, sed sufficit, quòd reddat eam

439 obscurā, & dubiam: † quia confessio dubia interpretatur in fauorem confitentis, vt scribunt Dec. in cap. cum venerabilis. num. 105. de except. Maran. in suo spec. par. 6. actu. 5. num. 32. Crauet. cons. 9. sub nu. 34. Rot. diuers. decis. 409. num. 3. & decis. 806. num. 1. & 5. in fine. par. 1. & Caputaqu. decis. 189. par. 1.

440 dicens, sic fuisse seruatum in Rota. & ratio est ea, quam considerat Maran. vbi supra, videlicet; quia probatio dubia interpretatur contra producentem: sed confessio producitur ab aduersario confitentis: ergo interpretatur contra aduersarium: & sic tollitur obiectio, quæ sumi posset ex l. veteribus. ff. de pact. vbi lex dicit, quòd pactio obscura debet intelligi contra venditorem, in cuius potestate fuerat legem apertius conscribere, licet aliter respondeat Dec. vbi supra, & num. 6. dicens, quòd l. veteribus. procedit in contractibus, sed non in iudicijs; quæ responsio adhuc posset impugnari, quia in iudicio quasi contra-

441 hitur: & ideo adhæreas responsioni nostræ. † Quantum verò ad probationem instrumenti separatam, & de per se, vel coniunctam cum tacita confessione concludo idem; quia probatio debet esse clara, alias, si sit obscura, is, qui se fundat in ea, non potest obtinere Gl. in cap. in præsentia. in verbo. verbū dubiū. de probat. quia paria sunt non probare, & probare obscurè.

442 Et si tu isto casu, opponendo contra ampliationē, diceres, quòd non sufficit producenti dare intellectum, qui reddat dubium instrumentum eo, quia interpretatio in dubio debet fieri contra producentem, sicut, loquendo de dubijs dictis testium, quòd debeant interpretari contra producentem, scribunt Gloss. in d. verbo. verbum dubium. Rot. decis. 6. alias. 695. de testib. in antiqu. Alex. cons. 122. viso processu. num. 5. lib. 2. & Crot. tract. de testib. par. 7. num. 91. fol. 220. & quòd verba in dubio sint interpretanda contra eum, qui se fundat in verbis, scribit Alex. cons. 194. perspectis his. num. 2. lib. 6.

443 Respondetur debere intelligi contra producentem non, vt ipse condemnetur; sed vt absoluatur is, contra quem fuit facta productio, tanquam si nihil productum esset, quia, vt doctè explicat Gloss. loco citato, qui probat, clarè, & apertè debet probare, quod si non faciat, non prodest talis obscura probatio: vnde reus absoluitur: quòd si is, contra quem fuit facta productio, intendat contra producentem vti scriptura producta non ad effectum consequendi absolutionem, sed ad effectum, vt producens condemnetur tanquam reus; retorquetur tunc eadem oppositio contra ipsum; quia ipse in effectu, agendo, reproducit illam scripturam; & consequenter contra ipsum, qui agit, & se fundat in ea scriptura, est facienda interpretatio iuxta ea, quæ generaliter scribit Alex. d. cons. 194. num. 2. lib. 6.

Sed quando confessio, seu probatio dicatur dubia non est hic locus.

444 AMPLIA II. vt procedat etiam si vellet docere de errore per modum falsitatis, probando, quòd scriptura, seu instrumentum productum est falsum, & productum ignoranter, sine dolo, & non agnita falsitate; quia admitteretur; &, docendo de falsitate instrumenti, reuocaretur confessio, & probatio, vt scribunt Bar. in l. post legatum. num. 3. vers. quæro si produxi. ff. de his quib. vt indig. Ant. de Butr. in cap. fin. sub num. 23. ibi. imò fortè posset dici. & ibi. si vult improbare propter falsitatem. de confess. & Abb. in cap. cum venerabilis. num. 32. de except.

445 † imò isto casu reuocaretur, & tolleretur confessio, etiam si fuisset expressa, vtputa, quia producens instrumentum expressè confessus esset omnia contenta in instrumento producto esse vera, sicut scribit Abb. eod. cap. cum venerabilis. num. 23. & hanc ibidem * pro communi opinione refert, & sequitur, præmissa disputatione, Dec. num. 102. vers. secunda conclusio. & sub num. 103. vers. prædictis tamen.

446 Sed si fuisset scienter productum, tunc ipse producens, qui vellet ostendere falsitatem, veniret accusandus de falso, & ideo non admitteretur ad accusandum alium de illa falsitate, Bar. qui sic benè declarat, in d. l. post legatum. num. 3. & ita procedat, quod scribunt Innoc. in d. cap. cum venerabilis. vers. item licet. num. 4. de except. & Spec. tit. de instrum. edit. §. postremo. in fine. num. 33. dum asserunt, quòd producens instrumentum non potest contra illud dicere de falso, & dato etiam quòd non puniretur, tamen nō debet ei suffragari probatio erroris, dolo malo commissi iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 7. sub num. 656. vers. respon.

447 Imò isto casu, quo scienter productum est, tenetur stare ad sui detrimentum illi instrumento, etiam si à parte aduersaria esset reprobatū, seu impugnatum, sicut benè declarant Fely. d c. cum venerabilis. limit. 3. nu. 27. & Dec. concluf. 6. nu. 121. & 122. de except. Crauet. tract. de antiq. tēp. sub scriptura priuata. vers. viso de verbis enūtiatiuis. nu. 52. in fine. fol. 130. & licet Fely. titubet, tamen postea sic residet. & ad Fely. se remittit, sequendo eum Gabr. in suis concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concluf. 1. num. 19. & ratio differentiæ inter vtrunque casum est; quia priori casu, quando fuit, ignorata falsitate, productum, falsitas non debet nocere producenti, secus est in secundo casu, quando fuit productum, agnita falsitate iuxta ea, quæ scripsi infra concluf. 11. num. 487. & seqq. ad eum. sed tu, qui versaris in Regno Neap. es expeditus vnico verbo per pragmaticam, quæ incipit testem falsum. qua prouisum est, vt producens scienter falsas scripturas, seu falsos testes causam ipso iure amittat, prout retulit etiam Capic. decis. 67. num. 1. & ideo non est

eſt opus diſputare de aliquo alio pro obtinendo in cauſa.

449 Sed quomodo probetur, quòd produxerit ſcienter, vel ignoranter, vide quæ ſcripſi infra ſub num. 491. ibi. ſecunda ratio eſt. & num. 522.

450 DECLARA modo iſtam ſextam concluſionem, poſitam ſupra num. 432. vt is, qui vellet docere de errore tacitæ, ſeu expreſſæ confeſſionis, & nollet impugnare inſtrumentum, non admittatur, quia, ſtante inſtrumento, non poteſt conſtare de errore Ant. de Butr. d. cap. fin. ſub num. 23. ibi. ſi autem vult reprobare. de confeſſ.

451 LIMITA I. eandem ſextam concluſionem in eo, quod diximus poſſe reuocari tacitam confeſſionem, ortã ex productione, dummodo doceatur de errore, vt non habeat locum, ſi ſcriptura ſit producta à procuratore; quia poteſt illam reuocare, non aliter docto de errore, ſicut ex Rot. Ant. de Butr. Fely. & Veſtr. retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 7. num. 598. 600. & 601. vbi videas. & ex hac limitatione ortus forſan fuit in Romana Curia ille mos producendi ſcripturas non per ſe ipſos, ſed per vnum ex notarijs, præuia cõpulſione, de quo more dixi infra concluſ. 9. num. 485.

452 LIMITA II. vt non habeat locum quando ſcriptura producta eſſet nulla ex defectu ſolemnitatis; quia tunc illa confeſſio reuocaretur, non aliter docto de errore, quàm per oſtenſionem nullitatis ſcripturæ productæ ſecundum Bar. in l. poſt legatum. num. 2. in fine. ff de his quib. vt indig. vbi ait, quòd, ſi quis allegat errorem, & vult ad probationem erroris inducere inſtrumenti nullitatem, tunc ſufficeret, & videtur erronea confeſſio.

Sed quia iſta limitatio pendet ab illa difficultate: an confeſſio tacita, reſultans ex productione inſtrumenti nulli, noceat ipſi producenti: de qua egimus infra concl. ſeq. ampl. 3. nu. 457. ideo hic non aliter inſiſto.

453 LIMITA III. vt non habeat locum, quando ſcriptura producta eſſet impugnata ab aduerſario, quia tũc tacita cõfeſſio, quæ reſultauerat ex productione, eſſet vulnerata ab impugnatione aduerſarij, & conſequẽter non eſt neceſſarium, quòd tollatur, ſeu vulneretur per probationem erroris: illa enim tacita confeſſio nõ poteſt amplius prodeſſe aduerſario, qui impugnauit ſcripturam per regulam, de qua in cap. non ex eo. de reg. iur. in 6. ſed quia iſta regula habet multas declarationes, & iſta limitatio habet connexitatem cum illo articulo; an tacita confeſſio iuuet eum, qui eam impugnauit, ideo vide quæ ſcripſi infra nu. 469. & ſeqq. ad eum.

CONCLVSIO VII.

454 Septima ſit concluſio: quòd confeſſio tacita, reſultans ex productione ſcripturæ, nocet producenti, ſicut noceret confeſſio expreſſa, facta in iudicio viua voce, & redacta in actis, quia ꝓbat, & fundat intẽtionem aduerſarij, quoad ea, quæ cõtinentur in ſcriptura producta: hæc concluſio probatur dupliciter, & primo ex ſequentibus ampliationibus, ſeu limitationibus: ſecundo probatur ex præcedenti concluſione, in qua fruſtra doctores diſputarent, an tacita confeſſio poſſet reuocari, docendo de errore confeſſionis: nam ſi non noceret, non eſſet neceſſarium, quòd aduerſus eam doceretur de errore.

455 AMPLIA I. iſtam concluſionem, vt procedat quando inſtrumentum productum eſſet validum, & probaret: nam tunc in tantum noceret tacita confeſſio, vt aduerſus eam error probari non poſſet ſecundum opinionem Innocentij, contra quam tamen in hoc nos tenuimus ſupra num. 434. verſ. contra. & nu. 436. verſ. retenta.

456 AMPLIA II. vt procedat etiam quoad verba enuntiatiua, quia tacita confeſſio enuntiatorum, quæ reſultaret ex productione ſcripturæ, in qua continentur enuntiata per verba enuntiatiua iuxta ea, quæ firmaui ſupra ampliat. 4. num. 422. & num. 426. noceret ipſi confitenti: nam ſicut illa verba poſſent nocere, ſi eſſent probata, ſeu ſi probarent, ita etiam debent nocere, ſi ſunt acceptata & confeſſata; quia dicuntur probata per confeſſionem, quæ eſt maxima probatio.

Nec dicatur, quòd intelliguntur acceptata & confeſſata pro veris, quatenus probant, prout, loquendo de productione ſcripturę non ſolemnis, ſcribunt Rom. Imol. Alex. & Bar. quos citaui ſupra num. 413. verſ. contra.

Quia reſpondetur dupliciter: & primo, nos iam tenuiſſe contra eos ſupra nu. 415.

Secundo reſpondetur, quòd ipſi loquuntur, quando inſtrumentum eſt nullum: at in caſu huius ampliationis inſtrumentum non eſt nullum, & ideo facilius poteſt admitti, vt ſuper eo inducatur confeſſio.

457 AMPLIA III. vt procedat etiam ſi inſtrumentum productum non eſſet ſolemne, & conſequenter eſſet nullum: quia adhuc tacita confeſſio, quæ reſultaret contra producentem iuxta ea, quę firmaui ſupra num. 414. & 317. noceret producenti, vt apertè tenent Dec. in cap. cum venerabilis. concluſ. 5. num. 118. in fine. & num. 119. de except. dicens, quòd confeſſio purgat defectum inſtrumenti ad effectum probationis. Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. num. 18. & Crauet. tract. de antiq. temp. rub. ſcriptura priuata. verſ. viſo de verbis enuntiatiuis. num. 36. fol. 130. qui teſtatur hanc eſſe magis communem ✲ & num. 38. vbi, limitando, ponit caſum, in quo eiuſmodi confeſſio, vti erronea, non noceret, & ſic vides, quòd in d. num. 36. loquitur de confeſſione, quæ nocet.

458 Comprobatur iſta ampliatio, quia atteſtationes, nulliter receptæ, poſſunt partium conſenſu approbari, vt ex Spec. Bar. Bal. Fely. & Rot. retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 8. num. 589. & poſſunt approbari etiam tacito conſenſu; dummodo interueniat aliquis actus poſitiuus, qui operatur, vt tacens habeatur pro conſentiente; vt puta ſi interueniat earum vſus iuxta ea, quæ ſcripſi d. cap. 8. num. 593. Item quia iuramentum in depoſitione teſtis vel eſt de ſubſtantia, vel eſt ſaltem de ſolemnitate ſubſtantiali iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra d. cap. 8. num. 442. & 455. & in tantum eſt neceſſarium, vt teſtis examinatus ſine eo nullam fidem faciat, nec plenam, nec ſemiplenam, etiamſi eſſent multi teſtes, quia tota vis depoſitionis teſtium conſiſtit in iuramento l. iuriſiurandi. C. de teſtib. cum ſimilibus, Bal. Fely. & Veſtr. quos retuli, & ſeſequutus ſum ſupra cap. 8. num. 400. & 421. & tamen partes poſſunt remittere iuramentum teſtium cap. tuis quæſtionibus. in fine. de teſtib. & ibi Gloſ. Abb. & Fely. Rom. Iaſ. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum d. cap. 8. num. 561. & ſufficit, quòd ſit remiſſum ab ea parte, contra quam teſtes ſunt producti, vt ex Iaſ. in l. admonendi in 2. repetitione ſub num. 196. ibi. an autem. ff. de iureiur. retuli, & ſequutus ſum ſupra d. cap. 8. num. 567. Item ſcriptura priuata licet fidem non faciat iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 1070. & ſeqq. tamen poteſt à partibus approbari, vt contra Innocentium firmat, & defendit Crauet. de antiq. temp. rub. ſcriptura priuata. verſ. viſo de verbis enunciatiuis. num. 25. 26. & ſeqq. vſque ad num. 32. excluſiue fol. 130. Sed atteſtationes ſic validatæ, & depoſitiones teſtium receptæ ſine iuramento ex partium remiſſione, & ſcriptura priuata, & approbata à partibus probant, &, probando, nocent, ſicut nocerent ſi ab initio fuiſſent formiter, & validè receptæ: Item teſtis inhabilis, qui patitur exceptiones, licet non probet, tamen, ſi ſit productus à parte, probat, & intelliguntur remotæ illæ exceptiones, vt remiſſiuè dixi ſupra num. 410. in fine, & talis probatio non eſt dubium, quòd nocet. Ergo debet etiã nocere probatio inſtrumenti, carentis aliqua ſolemnitate, ſi per productionem factam in iudicio ſit approbatum, & tacitè confeſſatum pro vero.

459 Comprobatur secundo; quia, si quis confitetur, se credere esse vera ea, quæ continentur in scriptura, talis confessio ei præiudicat, quamuis illa scriptura non sit authentica, nec solemnis secundum Innoc. in cap. cum venerabilis. sub num. 5. ibi. respondeo licet. in illis verbis. *secus si confitetur se credere*. de except. & sic interpretando dictum Innocentij, quando solemnitas deficiens respicit instrumentum, & non negotium principale, scribit Bal. in l. alia causa. sub num. 4. C. de his quib. vt indig. dicens, quòd si confiteor, esse verum instrumentum, quod caret die, & consule, mihi præiudico. & sic ex Bal. refert, & sequitur Dec. d. cap. cum venerabilis. num. 119. rursus Bal. in l. 2. in fine. C. de fideicom. libert.

Sed is, qui producit scripturam, tacitè confitetur, vera esse omnia contenta in scriptura producta, vt apertè scribunt Bar. Bal. Abb. Dec. Fely. Rom. Socc. Ias. Par. de Put. Mandos. Vestr. Grauat. Gabr. Luc. Pæt. Mascar. & Oldr. quos retuli, & sequutus sum supra num. 408.

Ratio huius ampliationis est; quia solemnitas scripturæ requiritur, vt scriptura fidem faciat: sed confessio potest fidem facere, sicut scriptura solemnis: ergo confessio sanat defectum solemnitatis circa scripturam.

460 Contra istam ampliationem tenent Innoc. in d. cap. cum venerabilis. sub num. 5. de excep. Bar. in l. post legatum. sub num. 2. ff. de his quib. vt indign. & apertè Rom. Imol. & Alex. quos omnes citaui supra num. 413. & multa, vacillando, & inconstanter scribit in isto articulo Fely. in dicto cap. cum venerabilis. sub nu. 26. ibi. intellige secundo. vsque ad finé. de except.

461 Recedendum non est ab ampliatione propter rationes, in ea adductas.

462 LIMITA I. nunc istam septimam conclusionem, vt non procedat, quando instrumentum, seu alia scriptura producta esset confecta super contractu inualido, seu aliter carente solemnitatibus requisitis ad illum contractum; quia tunc confessio tacita, resultans ex productione illius scripturæ, non nocet producenti secundum Bal. in l. alia causa. vers. attende hic. num. 4. C. de his quib. vt indign. vbi in fine ait, quòd si ego confiteor testamentum non solemne esse verum, mihi non præiudico, quia ad essentiam rei non sufficit veritas sine solemnitate. idem tenent Dec. in cap. cum venerabilis. sub num. 119. & 120. de except. dicens, quòd confessio non purgat defectum solemnitatis actus, contenti in instrumento. & Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. vers. viso de verbis. num. 40. fol. 130. & eandem limitationem tenent Corn. cons. 18. principale dubium. num. 9. lib. 2. & Affl. decis. 25. num. 4. versus finem. num. 5. & 6. qui loquuntur in casibus, quos retuli infra num. 464 & seq. & ratio huius limitationis est, quia confessio potest sanare defectus circa probationem actus, vt scripsi supra in proxime præcedenti ampliatione num. 457. & hoc quia ipsa confessio de per se est sufficiens probatio, sicut ipsa scriptura solemnis: sed non potest sanare defectus contractus, seu rei gestæ; quia confessio, seu probatio ostendit veritatem, & non mutat veritatem.

463 EXEMPLIFICA I. istam limitationé in contractu alienationis rerum stabilium minoris, facto sine decreto iudicis: licet enim minor, maior effectus, produceret instrumentum illius contractus; imò licet expressè assereret, contractum fuisse factum, vt cantat instrumentum, & confiteretur omnia in eo contenta esse vera, tamen eiusmodi confessio ei non præiudicaret quoad defectum alienationis ob non interpositum decretum.

464 EXEMPLIFICA II. quando quis produceret instrumentum testamenti, carentis numero septem testium; quia licet per productionem fateatur illud testamentum esse verum; tamen confessio sibi non præiudicat; exquò testamentum non fuit ritè, & rectè gestum: numerus enim septem testium requiritur non pro solemnitate instrumenti super testamento, sed pro solemnitate ipsius actus testandi; imò ipsa expressa confessio non noceret, vt puta, si diceret: confiteor hoc testamentum non solemne esse verum Bal. in dicta l. alia causa. num. 4. in fine. ibi. si autem confiteor. C. de his quib. vt indign. & Affl. dicta decis. 25. num. 5. & 6. quem refert, & sequitur Crauet. vbi supra.

465 EXEMPLIFICA III. quando quis fateretur codicillos fuisse factos cum quatuor testibus solis, quia confessio non præiudicaret Corn. dicto cons. 18. num. 9. lib. 2.

Ratio huius secundi, & tertij exempli est; quia numerus testium non est præfixus scripturæ, super eo faciendæ, vt probet; sed est præfixus actui, vt aliter per aliud genus probationis probari non possit adeo, quòd hæc probatio sic specifica euadit etiam solemnitas ipsius actus.

466 Contra istam limitationem Crauetta dicto vers. viso de verbis. num. 39. fol. 131. adducit Innoc. & Abb. in dicto cap. cum venerabilis. casu 4. num. 38. in fine. de except. Bal. in l. 2. in fine. C. de fideicom. libert. & Rom. cons. 294. qui tamen meo iudicio non possunt ita allegari.

Recedendum igitur non est à limitatione.

467 INFERO ex hac limitatione, quòd productio non impedit, quominus ipsemet producens possit oppugnare illud instrumentum de nullitate contractus iuxta ea, quæ scribit Bar. in l. post legatum. in principio. ff. de his quib. vt indign. dicens, quòd licet quis acceperit legatum ex testamento falso, vel non solemni, tamen potest dicere illud esse falsum, seu nullum.

468 RESTRINGE istam limitationem, vt non habeat locum, quando sanatio illius defectus pendet à solo facto, & potestate producentis; quia tunc productio inducit non solum tacitam confessionem, sed etiam approbationem illius actus secundum Bar. in dicta l. post legatum. sub num. 2. ibi. quare dic. ff. de his quibus vt indign. dum scribit, quòd, si meus procurator nomine procuratorio mei vendiderit aliquid, & ego produxero instrumentum venditionis, non possum illud amplius impugnare ex defectu consensus mei, quia producendo approbaui.

469 LIMITA II. vt non procedat, quando instrumentum, seu scriptura producta impugnaretur ab eo, contra quem fuit producta: quia tunc, cum ab eius aduersario esset vulnerata, non haberet amplius vim nocendi ipsi producenti iuxta ea, quæ scribunt Fely. in cap. cum venerabilis. sub num. 27. vers. contrarium alias tenui. & Dec. sub num. 121. & 122. de except. & Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. vers. viso de verbis enunciatiuis. num. 54. in fine. & num. 55. fol. 131. & videtur sentire Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. sub num. 18. dicens, quòd is, contra quem fuerunt producta instrumenta non solemnia, eaque non impugnauit, potest se iuuare contra producentem.

Et licet ipsi Fely. & Dec. ita dicant per modum argumenti, & postea respondeant argumento in casu, de quo loquuntur; & licet similiter Bal. in l. si quis testibus. num. 2. vers. sed nunquid producens. C. de testib. per eosdem in eodé argumento citatus, loquatur in casu, quo aduersarius non solum impugnat, sed etiam probat impugnationem; quo casu dicit, confessionem emanatam ex productione esse eneruatam: tamen limitatio est verissima; quia, si ista tacita confessio noceret, esset; quia aduersarius posset eam reproducere, & in ea se fundare.

470 Sed non potest aliquo modo se in ea fundare, quia nemo potest fundamentum facere super actu, quem ipse impugnauit cap. ex eo. de reg. iur. in 6. & ibi Dyn. & alij. Anch. cons. 141. super prædicto puncto. sub num. 1. Crauet. dicto num. 55. & late Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 1. num. 1. & seqq.

471 Hinc videmus, quòd si respondens positionibus, eas negauerit, non potest ex eis suá intentionem fundare, licet, si eas non negasset, potuisset, Spec. tit. de posit. §. octauo loco. num. 1. vers. sed secundum præmissa.

missa. Bar in l. post legatum. num. 11. vers. quæro aduersarius. ff. de his quib. vt indign. & in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 7. versus finem. ibi. pro hoc facit. ff. de acquir. possess. Arch. in cap. 1. sub nu. 3. ibi. nunquid ergo. de confess. in 6. & ibi Additionator. & Io. And. eod. cap. sub num. 2. ibi. item tangit hic io. mon. Rot. decis. 42. alias 311. nota quòd. de testib. in antiq. Papien. in pract. in forma excipiendi contra positiones. in glos. primo quòd num. 4. fol. mihi 260. Alex. cons. 185. in causa appellationis. num. ✲ 7. lib. 5. & hanc esse communem * scribit Guid. Pap. decis. 182. quam referunt, & sequuntur. Gabr. in conclus. d. tit. de reg. iur. conclus. 1. num. 2. & Mascar. tract. de probat. concl. 348. num. 49. lib. 1. & concl. 1176. num. 30. lib. 3.

472 Et in specie, quòd negans instrumentum, productũ ab aduersario, non possit deinde ex eo se iuuare, scribunt Spec. & Arch. vbi supra. &, quòd reus impugnans instrumentum non possit amplius ex eo se fundare, notauit Ant. de Butr. in cap. cum olim. not. 7. num. 8. de censib. subdens, rationem esse, quia impugnando instrumẽtum videtur renuntiare omni fauori sibi prouenienti ex illo instrumento. &, quòd impugnans instrumenta, & scripturas, seu iura contra se producta, nõ possit postea ex eis se fundare, scribunt Alex. cons. 136. in causa & lite. num. 24. lib. 2. & Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. num. 10. admonens hinc causæ patronum, contra quem iura producuntur, vt iura producta diligenter inspiciat, & postea acceptet in partè, & partibus pro principali suo &c.

473 Hinc secundo infertur, vt appellatus non possit se fundare in appellatione, quam negauit: quare non posset eam prosequi Spec. tit. de appellat. §. nunc breuiter. num. 20. vers. sed pone appellatus. quem referunt, & sequuntur Gabr. dicta conclus. 1. num. 3. & Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 41. num. 1. & seqq. fol. 375. concludens, quòd, si quis impugnauit diu appellationem, non potest postea petere, vt reuocentur attentata.

474 DECLARA limitando istam secundam illationem, vt non procedat, quando citatus ad dicendum contra commissionem appellationis daret exceptiones generales contra illam; sed in eis non persisteret: quia adhuc poterit vti illa commissione appellationis iuxta ea, quæ scribunt Rot. decis. 47. alias 507. nota quòd si appellatus. num. 1. de appellat. in antiq. & Vestr. in pract. lib. 7. cap. vlt. sub num. 7. sed de hac declaratione dicemus forsan latius lib. seq. fauente Deo.

Alias illationes vide apud Gabr. d. conclus. 1.

475 RESTRINGE I. nunc eandem limitationem, positã supra nu. 469. vt non habeat locũ, quando instrumentũ, seu scriptura producta esset falsa, & scienter producta; quia tunc licet pars aduersa eam impugnaret de falso, & probaret falsitatem, tamen posset adhuc adhærere tacitæ confessioni aduersarij iuxta ea, quæ ex Fely. Dec. Crauet. & Gabr. retuli, & sequutus sum supra nu. 447. vers. imò isto casu. secus si fuisset producta ignoranter, quia tunc aduersarius non posset se fundare in illa tacita confessione, & consequenter ipsi producenti non noceret iuxta ea, quæ ex Bar. Ant. de Butr. & Abb. retuli, & sequutus sum supra num. 444.

476 RESTRINGE II. vt non habeat locum, quando actus impugnatus non habet connexitatem cum actu producto; quia tunc tacita confessio remaneret in suo robore, & noceret producenti, & sic non obstaret illa regula, quòd non possit quis se fundare in actu impugnato iuxta ea, quæ, limitando prædictam regulam, refert, & sequitur Gabr. in conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 1. num. 35.

477 EXTENDE istam restrictionem, vt habeat locum etiam si fuerit impugnata qualitas facti, quia nihilominus remaneret confessio super facto; & consequenter impugnans qualitatem facti, & non factum, potest se fundare super facto secundum Dec. cons. 317. visis quæ in fine & Gabr. d. conclus. 1. num. 36. sed cogita tu super ista extensione.

478 RESTRINGE III. vt non habeat locum, quando ignoranter impugnasset, quia tunc posset adhuc ex eo se fundare secundum Ant. de Butr. in cap. cum olim. sub num. 8. vers. nota quòd eo quod. de censib.

479 Reliquas restrictiones collige ex his, quæ limitando prædictam regulam, sumptam ex cap. non ex eo. de reg. iur. in 6. scribunt Innoc. in d. cap. cum olim. num. 2. & seqq. & latius & ordinatius Ant. de Butr. num. 11. vers. oppono quod quis. & num. 12. & 13. de censib. & latissimè Gabr. d. concl. 1. num. 37. & seqq. non enim possum diutius immorari.

CONCLVSIO VIII.

480 Octaua sit conclusio: quòd reus non potest cogi regulariter ad exhibendum, producendumque instrumentum ad fundandam intentionem actoris: quia nimis graue est, vt actor sumat arma de domo rei l. nimis graue. C. de testib. & l. qui accusare. C. de eden. Spec. tit. de instrum. edit. §. videndum restat. num. 11. vers. verumtamen. Bar. in l. 1. §. editiones. num. 7. vers. tertio casu. ff. de eden. Dec. in l. 1. num. 7. & 8. ✲ C. de eden. & hanc esse communẽ * opin. scribit Lanfran. de Ariad. tract. de fid. instrum. vers. sed quid de istrumentis. num. 52. fol. 32. & hanc esse communem regulam annotauit etiam Rain. Cors. lib. 3. indagat. iur. cap. 16. num. 1. fol. 288. de qua nos quoque testati sumus supra cap. 7. num. 80.

481 AMPLIA I. istam conclusionem, vt habeat præcipuè locum in delictis iuxta textum in dicta l. qui accusare. C. de eden. & tenuit Rot. de qua per Caputaq. decis. 293. seu 1. par. 1.

482 AMPLIA II. vt procedat etiam quoad actorem, quia non tenetur edere reo: conclusio enim est, quòd quis non tenetur edere instrumenta ad fundandam intentionem aduersarij, vt per Caputaq. vbi supra.

483 Contrarium est verum, vide Lanfr. de Ariad. tract. de fid. instrum. vers. sed quid de instrumentis. sub num. 52. fol. 32. Non obstat Caputaq. ex aduerso allegatus: quia respondeo, illam decisionem esse restringendam ad reum, qui non tenetur edere, hæcque restrictio colligitur ex l. per eum citata.

484 Limitationes ad hanc VIII. conclusionem poteris colligere ex Bar. Lanfr. de Ariad. & Dec. in locis supra proximè citatis.

Limitanda generaliter tamen videtur de æquitate canonica, secundum quam Domini de Rota voluerunt edi libros ad fundandam intentionem actoris, non obstante transactione, vt habemus in Rot. diuers. decis. 157. par. 1. &, quòd secundum communem obseruantiam Rotæ quis cogatur edere etiam proprium instrumentum, quod confessus est habere, scribit Caputaq. decis. 294. seu 2. par. 1. dicens, fuisse tentum in vna Spoletana bonorum coram Accorambono, quòd communitas Asprelli teneretur edere instrumentum, quod confessata fuerat habere, licet postea reuocasset huiusmodi confessionem. sed quomodo quis cogatur edere, & multa alia super ista conclusione, quæ essent necessaria, omitto, quia non intendo hic eam examinare.

CONCLVSIO IX.

485 Nona conclusio sit: quòd in Romana Curia inoleuit mos circa productionem scripturarum, vt hi, qui litigant, non ipsi immediatè propria comparitione producant, sed per alium, qui semper est vnus ex connotarijs actuarijs causæ; eundemque per censuras ecclesiasticas ad illas producendum obtinent ab Auditore compelli, sicut enarrat Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 6. & accuratius Mandos. tract. de commiss. in commiss. 20. compulsorialis. circa principium. fol. 115. & 116. dicens, quòd passim notarij præsertim Rotæ ex inueterato stylo, quando quis apud eos producit instrumentum emptionis, vel quoduis aliud instrumentum per compulsum; notarius inquam, apud quem producitur, ex seipso

scribit apud acta, quòd præcedenti audientia N. principalis, seu illius procurator obtinuit ab Auditore causæ sub censuris ecclesiasticis &c. compelli connotarium ad exhibendum, seu producendum ad primam diem nonnulla iura, ad causam facientia, videlicet illud idem instrumentum, quod principalis, seu eius procurator produxit: scribit postea idem notarius causæ, quòd d. cōnotarius metu censurarum & parere volens mandato R. D. Auditoris obtulit, & promisit dicta iura notario causæ realiter, & cum effectu cōsignare: in illa proxima futura audientia scribitur, quòd dictus connotarius, sic compulsus cōsignauit dicta iura, seu præfatum instrumentum: postea quòd dictus N. principalis, vel eius procurator illa, seu illud repetijt in parte, & partibus pro se, seu suo principali facientibus, & nōn alias, aliter, nec alio modo, prout totum hunc modum producendi per compulsum, & decretum cōpulsionis per extensum ponit Formularium terminorū Rotę sub rub. de productione iurium per compulsum. fol. mihi 87. & licet notarius sic scribens multas videatur committere falsitates, tamen excusatur à stylo, & consuetudine, vt scribit Mandos. vbi supra, & diximus nos supra. cap. 8. num. 10. 11. & 12. vbi alia congessi.

Ratio huius productionis per compulsum potest esse duplex: Prima (& hæc accommodatur productioni scripturarum clausarum,) vt tollatur suspitio, quam pars aduersa, vel iudex posset concipere aduersus iura producta, si producerentur à parte; &, hac ratione attenta, vidi, & approbarē stylum, vt in causis criminalibus iudex appellationis non recipiat copiā processus, seu extractum de manibus partis, sed de manibus notarij primæ causæ: nā, si produceretur à parte, non careret suspitione falsitatis: Secunda ratio potest esse, ne per illam productionem, quam faceret ipse principalis, vel eius procurator, videretur fateri, & acceptare omnia contenta in scriptura producta, vt aduertit Mandos. d. commiss. 20. compulsorialis. circa principium: vel, vt facilius possit agere de reuocatione tacitæ confessionis, quæ solet oriri ex productione iuxta ea, quæ scripsi supra num. 451. vers. limita eandem. seu, vt facilius possit impugnare iura producta, sicut videtur loquutus Luc. Pæt. in pract. capitol. lib. 2. cap. 8. num. 5. quamuis idem postea num. 6. in fine inferat, morem hunc, seu cautelam producendi per compulsum esse potius aptam ad nocendum: quod omnino negamus.

CONCLVSIO X.

486 Decima cōclusio sit: quòd si quis producat tardè instrumētum solutionis, vel quid aliud ad protelandam litem, & defatigandum aduersarium, talis productio non debet admitti, exquò omisit producere per calūniam, nisi prius reficiat expensas, vt refert, & sequitur Mars. in pract. crim. §. opportune. sub num. 90. & 91. & aliqua facientia ad propositum scripsi lib. præced. cap. 73. sub nu. 2. vers. minus obstat. & vers. seq.

CONCLVSIO XI.

487 Vndecima conclusio sit: quòd, volens vti productione instrumenti sine metu incidendi in poenam falsi instrumenti, producat instrumentum cum hac protestatione: *Ego protestor instrumentum tale, quo vtor, verax esse, sed si apparuerit esse falsum, tunc nolo esse vsus, & proinde esse volo, ac si vsus non fuerim*; sicut docent Spec. tit. de instrum. editione. §. videndum restat. num. 3. vers. quod si velis. & Gandin. tract. de malef. rub. de falsarijs. num. 6. vers. item nota quod ille solummodo. & benè Affl. decis. 189. facta publicatione. num.
488 3. ✝ nam licet in pœnam falsi incidat non solum is, qui fabricat falsum instrumentum, seu dicit falsum testimonium, sed etiam is, qui vtitur falso instrumento, seu falsa depositione l. maiorem. & l. si falsos. C. ad l. corn. de fals. & l. falsi nominis. §. ordine. ff. eod. & notant Bar. in l. diuus. la 2. num. 1. & 2. vtrobique in fine ff. ad l. corn. de fals. Papien. in pract. in forma libelli quo agitur vt annulletur sententia lata prætextu falsi instrumenli. in glos. dolose. num. 1. & 3. fol. 448. Abb. in cap. pręsentium. sub num. 10. ibi. si tamen non desistit. Ang. tract. de malef. in verbo. falsario. num. 42. Boss. tract. crim. tit. de fals. sub num. 115. vers. scias etiam. Clar. lib. 5. recept. sent. §. falsum. vers. vtens falso instrumēto. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas.
489 315. in principio. ✝ tamen hęc protestatio præseruat, & excusat producentem à d. pœna falsi, vt ex Spec. vbi supra. & ex Cy. in d. l. si falsos. notat Papien. in pract. in forma productionis instrumentorum. in glos. appareant. nu. 1. fol. 333. & sentit Bal. in l. si aduersarius. in fine. C. de fid. instrum.

490 DECLARA I. istam conclusionem, vt si cōtra protestantem fuerit instatum, vt respondeat simpliciter iuxta terminos sequentis declarationis, isque, dimissa præfata protestatione, respōderit simpliciter, se nolle vti, tunc productio redditur nulla: & proinde licet instrumentum non appareat falsum; tamen eo nulla via vti potest secundum eundem Spec. vbi supra.

491 DECLARA II. vt ista protestatio reddatur elusoria, quando aduersarius opponit & instat, declarari simpliciter, an velit vti, vel non vti, quia tunc tenetur respondere simpliciter, nec admitteretur, si responderet: intendo vti quatenus appareat verū, sed pręfigeretur ei terminus à iudice ad deliberandū, & respondendū præcise secundū Bar. in d. l. diuus. la 2. sub n. 1. & 2. ff. ad l. corn. de fals. quē referunt, & sequuntur Fely. in c. pręsentiū. nu. 12. vers. tertia conclusio. de testib. & Affl. d. decis. 189. facta publicatione. nu. 2. & ex Affl. referunt, & sequuntur Maran. in suo spec. par. 6. actu. 8. num. 38. & Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 6. cap. 1. num. 22. & plenè hanc opinionem sequuti sunt Lap. alleg. 119. quæro pone. vbi, disputando, ita concludit. & Frāc. Aret. d. cap. præsentium. de testib. & sic, concordando opiniones, tenuit Fulgos. cons. 177. publicato processu. quem sequutum est & approbauit Cons. Neap. vt refert Affl. d. decis. 189. in fine. & ex Fulg. & Affl. refert, & sequitur Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 315. sub num. 22. & hanc Bartoli & Lapi opinionem veriorem affirmarunt Moderni, & Io. Bapt. Ferret. cons. 88. super puncto. ad finem. sicuti ex his refert Mandos. tract. de monitor. q. 48. sub num. 2. fol. 68. & hanc esse communem * opinionem, vt post statutum terminū debeat clare, & precisè respondere, testatur Boss. tract. crim. tit. de fals. sub num. 155. ibi. & est cōmunis. quā refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. §. falsum. vers. vtens falso instrumento. &, quòd ista opinio Bartoli videatur seruari in practica, scribit Natt. cons. 635. videtur prima. num. 3. in fine lib. 3. &, quòd ita seruetur de consuetudine, & in practica, testatur Clar. d. §. falsum. vers. vtens dicto falsi testis. in fine, & vers. vtens falso instrumento.

Ratio huius opinionis, & praxis potest esse triplex: Prima, quia iudex non debet ædificare sententiam super probationibus suspectis de falso; sed debet tunc adhibere omnem licitum modum ad inueniendam veritatem: at probatio satis redditur suspecta de falso, quando producens dubitat de illius veritate: nec enim necesse est, quòd producens certò sciat scripturam, seu instrumentum, quod producit, esse falsum, sed sufficit ad tollendam fidem illius scripturæ, quòd credat verisimiliter esse falsam: & verisimiliter credere videtur, si dubitat, & in summa redditur saltem suspecta per ea, quæ ex Lap. alleg. 119. refert, & sequitur Fely. vbi supra: ergo debet iudex adhibere istum modum cogendi producentem ad respondendū præcisè: inhonesta enim videtur cautela, quæ inseruiret ad falsitates tegendas, & inhonestas cautelas repellendas esse diximus lib. præced. cap. 86. sub num. 35. Secunda ratio est, quia vtens falsis documentis scienter punitur, secus, si vtatur ignoranter, & quia difficile esset probare scientiam, ideo inuenta fuit praxis interrogandi cum præfixione termini; quia tunc dicetur vsus scienter, & consequēter poterit puniri, vt scribit Clar. d. vers. vtens dicto falsi. & vers. vtens falso instrumento. Tertia ratio est, quia producens falsam scri-

scripturam, seu falsos testes potest abstinere ab vsu quãdocunquè vsquè ad sententiam, & abstinendo, non incurrit poenam: quare vt tollatur ista facultas abstinendi vsque ad sententiam fuit inuenta ista praxis interrogandi secundum Boss.d.tit.de fals.num. 116.

492 Contrariam opinionem tenuit Spec.tit.de instrum. edit.§. videndum restat. sub num. 3. vers. quod si velis.dicens, quòd si aduersarius dicat, certifica me, an velis vti, vel non, tenetur; sed potest, inquit, sic protestari.& hanc opinionem Speculatoris & contra Bar. sequitur Papien.in pract.in forma productionis instrumentorum.in gl.appareant esse iusta.nu. 1. versus finẽ fol.333.& comprobatam fuisse à Rota coram Capizucca in causa Portuen. Castri Riani pro filijs Alovsij de Gaddis contra fratres S.Pauli. refert Mandos. in d. q.48.num. 2.fol.68 qui alios congerit sub num. 1. qui tamen non benè probant:sed hanc opinionem Speculatoris repræhendit Alex.in addit. ad Bar.in d.l.diuus. la 2.litera b.in verbo.resp.iudex.& decisio Rotæ citata à Mandos. quam vidi inter manuscriptas Veralli, loquitur conditionaliter, vt non possit cogi ad respondẽdum simpliciter, nisi detur odor falsitatis. Sed tu vide in hoc quæ scripsi infra nu.498.

493 RETENTA ergo prima opinione, seu declaratione. INFERO reijciendas esse omnes illas cautelas, quas ex Bal.in l.fin.sub num.19.vers.pone ergo.C.si ex falsis.& ab alijs excogitatas recenset Menoch. d. cas. 315.num.21.& 22.ad excusandum eum, qui produceret, & vteretur falsis scripturis.

494 AMPLIA I. istam declarationem, vt tunc prçcipuè habeat locum, quando ad instantiam aduersarij esset producenti præfixus terminus ad deliberandũ, & præcisè respondendum, vel ipse petijsset, vel iudex suo motu præfixisset, prout cum præfixione termini loquitur Bar.vbi supra, & conciliando opiniones exprimit Mandos.d.q.48 sub num.2.

495 INFERO ex hac ampliatione, quod præfixio termini non est necessaria, nisi producens, & interrogatus petierit, sibi præfigi terminum; & ita sentiunt Affl. d. decis.189.num.4.& Maran.& Grauat.qui eum sequuntur, & à nobis sunt citati supra num. 491. & ratio est, quia; si interrogatus est certus, vt puta quia instrumentum, de quo interrogatur, sit recens, & super facto proprio, responsio ferenda non indiget aliqua dilatione; imò calumniosè peteretur, cum tunc posset expedite respondere, & ideo Ang. tract. de malef. in verbo. falsario.sub nu.42.& Boss.tract.crim.tit.de fals. sub nu. 155. malè meo iudicio sentiunt, terminũ hunc statui debere ad instantiam partis interrogantis.

Fateor tamen, quòd praxis præfigendi terminum est vtilis ad constituendum producentem in maiori dolo, quia, si responderit cum præfixione termini, eò minus poterit allegare ignorantiam falsitatis iuxta ea, quæ scripsi supra sub num.491. ibi. secunda ratio. Velim hic obiter admonitos esse iudices, vt si quandoque ab eis fuerit monitus aliquis pauperculus rusticus, isque terminum non petierit, & verisimiliter possit ignorare veritatem, aut esse oblitus, tunc præfigant ei terminum ex officio, quia boni rustici adeo colunt, & magnifaciunt iudicem, vt ei nihil omnino replicandum censeant, & appellare nesciant, quod ego ius dicens sæpè notaui, & sic miseri, cum non solũ non cognoscant, an iustè cogantur, sed nesciant, quòd liceat petere terminum, respondent casu, & sine delectu, & iudices perderent animam, quia illaquearent pauperes: & petitus terminus in proposito satis diceretur, si interrogatus diceret, se dubitare, & propterea non auderet respondere, sicut loquitur Affl. d. decis.189.nu.4.

496 AMPLIA II. vt procedat etiam si semel tantum fuerit ad instantiam aduersarij interrogatus, an velit vti, & ipse responderit conditionaliter, prout cõditionaliter produxerat cum protestatione; & aduersarius vlterius nõ instet: quia adhuc tenetur præcisè respondere; quicquid in cõtrariũ forsan senserit Mandos. vbi supra: nam cum produxisset conditionaliter, & nihilominus fuerit ab aduersario instatum, vt cogeretur respondere, seu exprimere, an velit vti, habemus oppositionem partis, quæ non vult acquiescere illi productioni generali, & obscuræ, licet nõ apertius expressserit, eũ cogi ad respondendum præcisè, & simpliciter.

497 RESTRINGE istam ampliationem, vt non procedat, quando produxisset instrumentum simpliciter, & postea aduersarius interrogaret, an vellet vti, & ipse responderet conditionaliter vt supra, & aduersarius acquiesceret, quia sufficeret illa responsio, parte non opponente; & ita procedat, quod scribit Mandos. d.q.48.sub num.2.secus crederem quando aduersarius interrogasset cum instantia, vt responderet præcisè, & simpliciter.

498 AMPLIA III. vt procedat etiam si non fuerit interrogatus in specie, an velit vti tali parte instrumenti, quam ipse interrogans intendit redarguere de falso, sed fuerit solum interrogatus simpliciter, an velit vti: quia adhuc tenetur precisè, & simpliciter respondere iuxta ea, quę dixi in præcedentibus ampliationibus num. 494.& 496. quicquid in contrarium sentiat Mandos.d. tract.de monitor.q.48. sub num. 2. fol. 68.dicens, quòd, si non sit interrogatus in specie, an velit vti tali parte scripturę, quam interrogans intendit redarguere de falso, non tenetur præcisè, & simpliciter responeere, & quicquid post Franc. de Aret. in cap.præsentium. num.20. sentiant Fely. ibidem num. 12.vers.tertia conclusio.in fine.de testib. Vrsil. in annot.ad Affl.decis.189. num.3.& Natt.cons. 635. videtur.num.6.lib.3. dum scribunt, quòd ad hoc, vt ille, qui vtitur falso instrumento, vel falso teste, possit condemnari de falso, non sufficeret, quòd pars aduersa interrogasset, vtrum velit vti instrumento, sed erit, aiunt, necessarium, quòd adiungat causam interrogationis: nam aduersus Mandos. dico, quòd Archid. in cap. in memoriam.dist. 19. & Aret. in §. appellantur. vers.sed pone.num.11.Instit. de except. per eum citati, hoc non dicũt, præsertim Arch.qui loquitur in materia num. 3.& 4.versus finem.& num.7.licet Aret. videatur hoc tacite sentire.fateor tamen, quòd si fuerit interrogatus eo modo, & fuerit apertũ ei in qua parte interrogans vult redarguere instrumentum de falso, erit benè arctatus ad respondendum simpliciter, & præcise, sicuti ex Card. in d.cap.in memoriam. refert, & sequitur Natt. d.cons. 635 videtur. sub num. 4. & sentit Aret. in dicto §. appellantur num. 11. dicens, quòd, si ego assigno falsitatem instrumenti contra eum, qui vtitur instrumento, isquè non desistit ab vsu, non excusatur protestatione, quam faceret, quòd non intendit vti, si falsum reperiatur. Et aduersus Franc. Aret. & Vrsil. vbi supra, qui se fundant in doctrina Bartoli in l.diuus.la 2.sub num. 1.ibi. ideo est practica.ff.ad l.corn.de fals.dicentis, practicam esse, vt tu aduersarius, contra quem producitur instrumentum, protestes ei, quòd si ipse vtitur tali instrumento, quòd eum accusabis de falso; dico, quòd fundamentum est debile, tum quia idem Bar.alibi, videlicet in l.si falsos.num. 1.C.ad l.corn.de fals.tradendo eandẽ practicam, non exprimit causam interrogationis, tum quia multa obseruantur in practica, quæ sunt vtilia aliquo respectu, sed non sunt necessaria; imò dico, quòd licet practica exprimendi causam sit vtilis fisco ad magis conuincendum ipsum vtentem de dolo malo, & de scientia falsitatis ita, vt ei non possit superesse aliqua excusatio coloratæ ignorãtiæ, exquò fuit certificatus: & licet etiam possit esse vtilis aduersario ad deterrendum producentem, vt desistat ab vsu instrumenti, sicq. vt citius expediatur lis; tamẽ potest esse etiam damnosa, quia producens, agnita intentione aduersarij, facilius obsistet, ne falsitas cõperiatur: & si tu diceres, quòd is, qui interrogatur, absq. ista expressione intelligit, intentionem aduersarij tendere ad hunc finẽ procedendi super falsitate: ego resp. propterea non esse necessariam expressionem.

499 AMPLIA IIII vt habeat locum etiam si principalis, qui produxisset, seu cuius nomine producerentur scripturæ per procuratorem, esset absens, quia adhuc eius procurator non admitteretur ad respondendum conditionaliter; imò nec ad respondendum simpliciter, seu præcisè, nisi haberet specialissimum mandatum in indiuiduo ad respondendum sic, & sic, quia, si admitteretur responsio per procuratorem, eluderetur iudi-

iudicium, & posset principalis per hanc viam impune vti falsis documentis: quoniam procurator non potest ex suo facto facere incidere principalē in aliquod delictū, & in mandato generali non venit licentia committendi falsum, seu vtendi falsis documentis iuxta eā, quæ scribunt Capic. decis. 67. in causa magnifici annibalis pignatelli. num. 3. & Menoch. de arbitr. iud.
500 lib. 2. cent. 4. cas. 315. nu. 23. & seqq. ✝ & adde pro ista ratione quæ scribit Paul. de Castr. in l. si quis iniquum. §. si procurator. num. 4. & 5. ff. quod quisquè iuris. dicens, quòd, si procurator produxerit falsos testes, tenebitur dominus, si ratum habuerit quod fecit procurator vigore mandati generalis, secus si non habuerit ratum, quia tenebitur procurator, & sic euanescit consilium, quod tradit Bal. in l. fin. sub num. 19. vers. pone ergo. versus finem. C. si ex fals. instrum. consulens, quòd interrogatus respondeat per procuratorem generalē cum libera potius quàm per seipsum.

501 AMPLIA V. vt habeat locum etiam si fuerit interrogatus ante factam publicationem processus; quia cogitur respondere, an velit vti instrumento, seu scri-
502 pturis: ✝ secus est in depositionibus testium, quia non cogitur, nisi facta publicatione processus; & ideo Bar. in l. diuus. la 2. sub nu. 2. ibi. quod dixi de instrumento. ff. ad l. corn. de fals. & in l. si falsos. sub nu. 1. C. eod. Affl. decis. 189. facta publicatione. in principio. & sub num. 3. Boss. tract. crim. tit. de fals. sub num. 116. & Maran. in suo spec. par. 6. actu. 12. num. 3. & communiter * omnes, quando agunt de interrogatione facienda, an quis velit vti depositionibus testium, loquuntur semper, facta publicatione: & ratio est quia tunc, cum potuerit discere testificata, poterit deliberare & respondere, si velit vti vel non; sed ante publicationem, cum ignoret quid deposuerint, non potest cogi.

503 AMPLIA VI. vt in tantum cogatur respondere, vt si omiserit respondere intra terminum sine rationabili causa, hoc est, rationabili excusatione, illud instrumentum vti suspectum de falso nō probet, & ipse, qui produxit, amplius non admittatur ad desistendum, & se excusandum à poena vtētis falso instrumento iuxta ea, quæ scripsi infra nu. . . .

504 LIMITA nunc secundam declarationem, in qua supra num. 491. diximus, producentem instrumentum posse cogi ad declarandum præcisè, & simpliciter, an velit vti instrumento, vt non habeat locum, quando potest habere probabilem ignorantiam; quia tunc non potest cogi simpliciter, sed debet admitti ad respondendum conditionaliter, & cum protestatione quatenus verum sit, sicut scribunt Franc. de Aret. in cap. testium. num. 18. ibi. sed hoc non videtur. de testib. Boss. tract. crim. tit. de fals. sub num. 155. & Natt. qui sic benè consuluit. cons. 635. videtur. num. 4. & seqq. lib. 3. & ratio est, quia si quis interrogatur de facto alieno potest respondere per verba dubitatiua, & non cogitur respondere simpliciter, teste Bar. in authen. in isto iuramē to. §. quod obseruari. sub num. 23. ibi. si verò positio continet factum alienum. C. de iureiur. prop. calum. & certè aliter dicere esset iniquum, quia sic posset incurrere poenam falsi ignorāter, & sine dolo, & ita Card. Alex. in cap. in memoriā. dist. 19. intelligit procedere opinionem Speculatoris, quam retuli supra num. 492. vers. contrariam. asserentis, quòd producens instrumentum potest respondere, quòd vult vti quatenus appareat verum, alias non.

505 EXTENDE istam limitationem, vt habeat locum etiam si fuerit ei præfixus terminus, quia nihilominus, si verisimiliter non potuerit se informare de veritate, debet admitti postea ad respondendum sub conditione, quatenus verum sit, vt post argumenta concludit Franc. de Aret. in d. cap. præsentium. num. 18. & 19. quem refert, & sequitur Natt. d. cons. 635. num. 5. & licet Boss. d. tit. de fals. sub num. 155. loquens more suo obscurè instar antiquorum videatur sentire contrariū quando est præfixus terminus, dicens, hanc esse communem, * & magis communem opinionem, & quòd solus Aret. tenuit istam extensionē, hancq. communem contra istam extensionem apertè firmat Clar. lib. 5. recept. sent. §. falsum. vers. vtens falso. dicens vlterius, quòd ita vsu obseruatur: tamen ego nō recedo à præfata extensione, præsupposito, quòd verisimiliter adhuc non fuerit informatus de veritate; secus si verisimiliter potuerit intra illum terminū esse informatus; & sic tota ista controuersia poterit dirimi arbitrio iudicis: finge enim, quòd interrogatus reddat causam, quare non potuerit aliquo modo se informare, certè non esset cogendus ad respondendum simpliciter.

506 EXEMPLIFICA I. istam conclusionem in casu, super quo consuluit Natt. vbi supra num. 4. videlicet quando instrumentum continet factum suorum maiorum.

507 EXEMPLIFICA II. quando interrogaretur tutor, an velit vti instrumento, per eū producto pro vero, & bono; quia poterit respondere cū dicta protestatione; exquò gerit aliena negotia, & interrogatur de facto alieno, quod præsumitur ignorare, vt scribit Natt. d. cons. 635. sub nu. 8. motus ex his, quæ scribit Corn. cōs. 223. videtur prima facie. sub nu. 9. vers. & ideo doctores. lib. 2.

508 DIFFICVLTAS oritur, an ista vndecima conclusio interrogandi producentem scripturas, si velit vti eis, habeat locum in producente positiones, articulos, & capitula.

509 Resp. Videtur prima facie quòd sic, quia etiam positiones, articuli, & capitula possunt continere falsum, & consequenter qui eis vtitur debet puniri, imò etiam si vsus non fuerit, dummodo fabricauerit iuxta ea, quæ de producente scienter testem falsum, & de eo, qui fecit falsum articulum, & testem super eo induxit, scribunt Bar. in l. si aduersarius. in fine C. de fid. instrum. & l. si falsos. sub nu. 1. C. ad l. corn. de fals. Bal. in l. fin. sub num. 18. in fine. ibi. si autem testis falsus. C. si ex fals. instrum. Fely. in cap. præsentium. num. 11. vers. secunda conclusio. de testib. Ang. tract. de malef. in verbo. falsario. sub num. 43. & Boss. tract. crim. tit. de fals. num. 154. qui omnes sentiunt, quòd faciens falsum capitulum, inducensquè super eo testes incidit in poenam falsi, etiam si abstineat ab vsu; quia fuit falsi machinator.

510 Contraria sententia est vera; quòd scilicet producens positiones, articulos, seu capitula, aut libellum non interrogatur, an velit eis vti; & ideo in in praxi nunquam videmus, producētem positiones interrogari, & cogi ad respondendum, si velit eis vti, quia sic posset interrogari etiam is, qui producit libellum, seu petitionem: & ratio huius sententiæ est, quia nulla falsitas committi potest ex solo vsu prædictorum, quia scriptura prædictorum non est ordinata ad faciendam fidem in iudicio, nec vllam potest habere vim ad probandum, seu faciendum inditium; & ideo sint falsa quantumuis, tamen sunt impunibilia, exquò neque actu, neque potentia de per se valent quicquam ad nocendum iuxta ea, quæ latius scripsi, & firmaui supra cap. 8. num. 524. vers. secundus. & nu. seqq. ad eum.

Non obstat, quod scribunt Doctores supra citati, quia loquuntur de eo, qui fecit falsum capitulum, & super eo induxit testem; quo casu falsitas est consumata, & habet perfectam formam, & potentiam ad lædendum.

511 DIFFICVLTAS II. oritur: nunquid producens falsa documenta in iudicio, euitet poenam falsi, si desistat ab eorum vsu.

Resp. distinguendo duos casus principales.

Primus est, quando ipse met, qui producit, fabricauit eadem documenta falsa.

Secundus est, quando ipse non fabricauit, neque interuenit.

Si sumus in primo casu: concludo, quòd non euitat poenam falsi, quamuis desistat ab vsu Bar. in l. diuus. la 2. num. 3. ibi. istud quod dixi. ff. ad l. corn. de fals. & in l. si falsos. in princ. & sub num. 1. C. eod. & in l. si aduersarius. sub num. 3. ibi. quærit glos. C. de fid. instrum. Abb. in cap. præsentium. sub num. 10. ibi. in hoc autem. de testib. & ibidem Fely. num. 11. vers. secunda conclusio. Ang. tract. de malef. in verbo. falsario. sub num. 42. Boss. tract. crim. tit. de fals. sub num. 154. Ruin. cons. 86. num. 3. lib. 4. Mandos. tract. de monitor. q. 49. sub n. 3. fol. 68. & Monoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 351.

315. num. 30. verſ. ſecundo vero caſu. & ita tenent com muniter * omnes in d. l. ſi falſos. C. ad l. corn. de falſ. aſſerentes propterea, quòd ſi quis produxerit teſtem ſuper falſo capitulo à ſe fabricato incurrit pœnam fal ſi, quamuis deſiſtat ab vſu illius teſtis: hæcquè concluſio ſatis probatur ex textu in d. l. ſi falſos. & cũ iſta cõcluſione concordat, quod ex Goffr. refert, & ſequitur Archid. in cap. in memoriam. num. 7. diſtinc. 19. dicens, quòd ſi quis per ſe ipſum impetret falſas literas, vel cõſcius fuit falſi, vel eſſe debuit, non excuſatur quamuis deſiſtat ab earum vſu.

512 LIMITA iſtam concluſionem, vt non habeat locum, quando adeſſet probabilis ignorantia falſitatis, vt puta, quia feciſſet falſos articulos ſuper facto alieno, vel etiam ſuper facto proprio, quod veriſimiliter, & ſecundum præſumptionem iuris poterat opinari ita ſe habere, prout illud articulauit, quia eo caſu, abſtinendo ab vſu, euitaret pœnam falſi, cum falſum non committatur ſine dolo Aret. in d. cap. præſentiũ. ſub n. 13. & Fely. ſub num. 11. verſ. ſecunda concluſio. de teſtib. Boſſ. tract. crim. tit. de falſ. num. 154. Capic. deciſ. 67. num. 7. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 315. ſub num. 30.

513 EXTENDE iſtam limitationem ſecundum Aret. in d. cap. præſentium. ſub num. 13. ibi. aliquando ſumus. de teſtib. quem referunt, & ſequuntur Capic. d. deciſ. 67. ſub num. 7. ibi. quinimo tenet. & clarius Boſſ. tract. crim. tit. de falſ. ſub nu. 154. vt habeat locum etiam in facto proprio, quoties poteſt eſſe, & non eſſe, quòd producens ſciuerit illud capitulum, ſeu articulum eſſe falſum, quia in dubio præſumetur, quòd errauerit, crediderítque eſſe verum.

DECLARA ſecundum eundem Aret. in d. c. præſentium. ſub nu. 15. & Boſſ. vbi ſupra veram eſſe iſtã extenſioné, concurrentibus iſtis: videlicet primo, quòd non fuerit vſus vſquè ad finem cauſæ; ſecundo, quòd ſtatim atque aduerſarius proteſtatus fuit, ſeu eum interrogauit, renuntiauerit vſui teſtium, allegando quòd errauit in confectione capitulorum, ſeu articulorum; alias; ſi errorem non allegauerit, vel vſus fuerit vſquè ad finem cauſæ; vel non ſtatim renunciauerit vſui quamprimũ fuit interrogatus; vel ſi dixerit ſe nolle vti abſq. quòd fuerit interrogatus; extenſio non procedet, ſed de hoc vltimo, quando renunciauit abſque, quòd fuerit interrogatus, dubio, ſicut dubitauit Aret. qui loquutus fuit per verbum fortè, quod aduertit Boſſ. vbi ſupra; quamuis Capic. d. deciſ. 67. in fine. & Foller. in pract. crim. in verbo. quòd commiſit falſitatem. ſub nu. 24. hoc referant, & ſequantur ex Aret. ſine aliqua dubitatione. &, quòd debeat renũtians vſui productionis allegare errorẽ, ſcribunt etiam Fely, eod. cap. præſentium. ſub num. 11. verſ. ſecunda concluſio. de teſtib. & Menoch. d. caſ. 315. ſub num. 28.

514 SI SVMVS in II. caſu: quando is, qui produxit, non fabricauit: concludo, quòd, deſiſtendo ab vſu, euadit pœnam falſi, vt ſcribũt Bar. Ang. Mandoſ. & Arch. in locis à me citatis ſupra nu. 511. verſ. ſi ſumus in primo. Boſſ. tract. crim. tit. de falſ. num. 116. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 315. num. 27. & 28. & proprobatur apertè ex textu in l. ſi falſos. C ad l. corn. de falſ. & ratio eſt, quia, deſiſtendo ab vſu, præſumitur quòd produxerit, ignorata falſitate, & ſine dolo; alias ſi appareret, quòd produxiſſet ſcienter, & doloſè, dico, quòd nõ euitaret pœnã: & ratio eſt duplex: prima quia diceretur vſus falſo inſtrumento ſcienter: nã qui producit inſtrumentum iudici & parti ſuo tempore dicitur vti illo inſtrumento, vt declarat Bal. in l. & quæ à diuo. verſ. quarto præmitte. num. 4. C. de eden. ſecunda ratio eſt; quia illa productio doloſè facta habuit iam aptitudinem ad lædendum, & conſe-

515 quenter remanet punibilis: * nec enim magis punitur poſt interrogationem, quàm antea, dummodo conſtet, quòd ſcienter produxerit: ſed ſit interrogatio, vt per eam probetur ſciẽtia, & dolus in eo, qui produxit & vſus eſt, vt ex Clar. lib. 5. recept. ſent. §. falſum. verſ. vtens dicto falſi. & verſ. vtens falſo inſtrumento. retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub num. 491. ibi. & quia difficile.

516 DECLARANDO nunc iſtam concluſionem, aduertè circa tempus deſiſtentiæ, quòd iſta deſiſtentia, vt euitetur pœna falſi debet fieri ante quodlibet iſtorum trium temporum, alias poſteà non ſuffragaretur. Primo ſtatim, atquè fuerit interrogatus, ſeu ſaltem antequam labatur terminus, ſibi præfixus ad declarandũ, an velit vti, necne iuxta ea, quæ ſcribunt Aret. in cap. præſentium. ſub num. 15. & Fely. ſub num. 11. ibi. quia certioratus. de teſtib. & Menoch. d. caſ. 315. num. 28. & ratio eſt ea, quam aſſignat Fely. vbi ſupra, videlicet, quia ſi certioratus ſtatim non deſiſtit, non caret dolo. addit Menoch. quòd debet exprimere cauſam deſiſtentiæ, allegando errorem, quod nos ſupra ſub nu. 513. verſ. declara. diximus, quãdo quis fabricauit falſum capitulum in facto proprio. Secundo debet fieri antequam habita ſit diſputatio ſuper veritate, & falſitate ſcripturæ productæ, ſeu teſtium examinatorum; quia poſt habitã aliquã diſputationem non eſſet in tempore ad renuntiandum ad effectum euitandi pœnam falſi ſecundum ſententiam Menoch. j d. caſ. 315. nu. 29. verſus finem, qui ad hoc citat Papien. vti apertè loquentem in pract. in forma libelli quo agitur vt annulletur ſententia lata prætextu falſi inſtrumenti. in gloſ. doloſè. num. 4. fol. 449. Capic. deciſ. 67. in fine. & Foller. in pract. crim. in verbo. item quod commiſit falſitatem. num. 24. Verum hæc ſententia Menochij mihi non probatur, & Papiens. Capic. & Foller. per eum citati hoc non dicunt: nam Papien. ex ſententia Cyni in d. l. ſi falſos. C. ad l. corn. de falſ. refert, & ſequitur, quòd, ſi vires inſtrumenti fuerint reuocatæ in dubio per eum, contra quẽ fuit productum, vt puta quia oppoſuerit inſtrumentum eſſe falſum, tunc, inquit, inſtrumentum redditur ſuſpectum de falſo, & ideo producens habebit interponere fidem ipſi inſtrumento tanquam ſuſpecto, ſecus, inquit, ſi non fuerit oppoſitum: ex quibus verbis non poteſt colligi id, ad quod eſt citatus à Menoch. & Capic. & Foller. nihil dicunt, quod poſſit realiter ad hoc allegari: Terio debet fieri antequam deueniatur ad finem cauſæ, ſeu ad diffinitiuam ſententiam, vt ſcribunt Papiens. in d. glo. doloſè. ſub num. 1. ibi. ſecũdo quòd. fol. 448. Alex. conſ. 108. viſo proceſſu. nu. 7. lib. 6. Boſſ. tract. crim. tit. de falſ. n. 116. & Menoch. d. caſ. 315. ſub nu. 29.

517 Sed quid dicendum, ſi à ſententia diffinitiua eſſet appellatum; nunquid poſtea cedendo vſui inſtrumenti in 2. inſtantia, euitaretur poena falſi?

Reſp. quòd ſic ſecundum Alex. d. conſ. 108. ſub num. 7. ibi. & ſicut potuiſſet ante ſententiam. Crauet. conſ. 46. de ſtylo. num. 11. & Menoch. d. caſ. 315. ſub num. 29. ibi. imò etiam. & mouentur ex eo, quòd Bal. in l. alia. num. 7. verſ. extra quæro. C. de his quibus vt indign. dicit, quòd appellatio reſcindit pronuntiatum. & conſequẽter iſto caſu dicetur ſecundum eos vſui ceſſum eſſe ante ſententiam, ex quò per appellationem eſt reſciſſa.

518 Verum quia iſta ratio, ſeu dictum Baldi, in quo ſe fundant, eſt infirmum, & non verum ſecundum opin. quam tenuimus lib. præced. cap. 97. ſub num. 109. verſ. ad primum. ideo, niſi meliori nitãtur ratione, non acquieſco, & dubito valdè de eorum ſententia.

519 Nec ſuffragatur alia ratio, quam adducit Alex. eod. conſ. 108. num. 8. dicens, quòd in caſibus, in quibus mora poteſt purgeri vſque ad ſententiam, ita poterit purgari in cauſa appellationis poſt primam ſententiam, ſicut poterat in cauſa principali ad not. per Bal. in l. 1. ff. de act. empt.

520 Nam reſp. contrariam opinionem eſſe communem, * vt teſtatur Nig. in l. ſi inſulam. num. 331. ff. de verb. oblig. quam refrt, & ſequitut Becc. conſ. 11. extat. num. 4. lib. 1. & ex eo Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. ſub num. 160. & nos lib. præced. cap. 97. ſub num. 109. vers. ad ſecundum.

Ratio prædictæ declarationis eſt; quia, deſiſtendo ab vſu ante quodlibet præfatorum temporum, præſumeretur ignorantia, & poſtea præſumeretur ſcientia, & dolus.

Aduerte tamen, quòd iſtæ ſunt præſumptiones iuris & non iuris & de iure.

521 Reliquas difficultates: nunquid ſcilicet producens inter-

interrogatus, si velit vti instrumento, quod produxit, possit respõdere, velle vti in tali parte, vide Boss. tract. crim. tit. de fals. num. 125. & an si dicat, quòd non vult vti, Fiscus ipse possit vti, vide apud eundem eod. tit. de fals. num. 127.

Pro complemento istorum omnium, quæ dixi in ista vndecima conclusione, & pro resolutione eorum omnium, quæ dici potuissent, firmo duas necessarias regulas, quæ erunt veluti duo cardines totius præsentis materiæ, versantis circa istam vndecimam conclusionem, & ex dictis in ipsa 11. conclusione apertè colliguntur.

Prima regula est: quòd quotiescunquè aliquis producit scienter, & dolosè falsa documenta, seu illis sciẽter vtitur incurrit pœnam falsi: & ista regula non habet difficultatem per ea, quæ dixi supra num. 511. in 2. difficultate.

522 Secunda regula est: quòd difficile potest probari, quando quis scienter, vel ignoranter produxerit, seu vsus fuerit falsis documentis, vt dixi supra sub nu. 491. ibi. & quia difficile. & ideo recurrendum est ad coniecturas, quas Doctores arbitrati sunt sufficientes esse ad probandam scientiam, seu ignorantiam, quales sunt illæ: quando quis intra terminum, sibi præfixum ad declarandum si velit vti, affirmauerit, se velle vti: item quando perseuerauerit vsquè ad finem causæ: & similes: & vbi casus euenerit, in quo non adsit coniectura determinata à Doctoribus, vel, si adest, habet aliam contrariam coniecturam, debet recurri ad iudicis arbitrium, quod multum valebit in tota ista materia, exquò agitur de modo probandi per coniecturas: & tota difficultas huius vndecimæ conclusionis reducitur ad cognoscendum modum probandi scientiam, & ignorantiam in eo, qui produxit, seu vsus est falso documento: nam constito quòd quis sciẽter vsus sit falsis documentis, claræ sunt iuris conclusiones: quòd pœnitentia, seu desistentia ab vsu ei non suffragaretur, & quòd puniretur pœna falsi, quamuis

523 non fuisset interrogatus, an vellet vti; † & ideo verè scripsit Fely. in cap. præsentium. num. 13. vers. item nota. de testib. dicens, quòd, si ex dictis testium patet eorum falsitas, pars, vtendo illis, incidit in falsum; quamuis pars aduersa non fuerit protestata aliquid; nam, inquit, cum de falsitate constaret ei ex actis, nõ potest allegari ignorantia, sed debebat ipse à principio, cum legit eorum depositiones, protestari, se nolle vti, seu stare eorum depositionibus, licet mitiori pœna sit puniendus, quàm si fabricasset: & hæc sufficiant circa primam partem præsentis capitis.

PARS II.

De transumptatione scripturarum.

524 AGGREDIOR secundam partem capitis in qua venit agendumde transumptandis scripturis ex earum matrice, imbreuiatura, notula, originali, exemplari, seu prothocollo: & quò distinctius, ac certo ordine procedamus, considero duos casus principales.

CASVS PRINCIPALIS I.

Primus est: quando scriptura, hoc est, copia transumptatur, seu exemplatur ab eomet, qui fecit originalẽ, seu exemplar: Et isto primo casu cõstituo regula, quòd ipse potest facere illius exemplum sua propria auctoritate, & sine alia solemnitate Abb. in cap. albericus. sub num. 5. ibi. & in hoc casu. de testib. & ibidem Fely. num. 3. vers. item in quantum. qui alios cogerit, &. quòd notarius possit in isto casu propria auctoritate dare

525 exemplum, scribit Spec. infra citatus. † &, quòd non requiratur aliqua auctoritas iudicis, necc citatio, scribunt Ias. in auth. si quis in aliquo. sub num. 5. vers. additio item. C. de eden. & Mascar. tract. de probat. conclus. 711. sub num. 21. vers. tertio velim. & num. 22. lib. 2. vbi sequendo Curtium contra Rotam, & Ant. de Butr. tenet, non requiri auctoritatem iudicis, sicut nec requiritur, inquit, citatio. &, quòd auctoritas iudicis non sit necessaria, notat Fely. in cap. vlt. num. 5. vers. fallit secundo. de fid. instrum. quamuis forsan contrariæ sententiæ videatur adhærere, & malè Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. num. 8. & quòd non sit necessaria citatio partis, notant Bal. in d. auth. si quis in aliquo. vers. sed ponamus. nu. 4. in fine. dicens, non esse necessariam præsentiam partis. & Dec. sub num. 15. & similiter Fely. eod. cap. vlt. num. 7. vers. istud autem. Asin. in

526 prax. d. §. 7. cap. 5. limit. 96. num. 8. † & sentit Rot. decis. 1. alias 10. fuit dubitatum. sub num. 1. de fid. instr. in nou. dicens, quòd, si instrumenta fuerint extracta in partibus vigore compulsoriæ ab eodem notario, qui fecit originalia, non fuit necessaria citatio, & apertius decis. 4. alias 390. nota instrumenta. de fid. instrum. in antiq. quas decis. referunt, & sequuntur Caputaq. decis. 170. in principio. par. 1. dicens, quòd processus compulsorialis publicatus per notarium actuarium, qui de illo fuerat rogatus, probat, quamuis in eius publicatione, & extractione non fuerint legitimè executæ citationes, nec fuerit expectatus dies termini, & Mascar. tract. de probat. conclus. 1388. transumptum. num. 6. lib. 3.

527 Et poterit notarius exemplare toties, quoties fuerit requisitus, aduertendo, quòd debet scribere illam copiam, seu exemplum per ordinem, sicut exemplar sine aliqua additione, vel diminutione in substantia, & quòd illud non debet dare alteri personæ, quàm ei, cuius interest, & ad quem spectat, sicut benè declarat Spec. tit. de instrum. edit. §. postquam de instrumentorum publicatione. num. 1.

528 COPIA hæc, quæ extrahitur ab eodem, qui fecit originale, probat, vt originale, Bar. in d. auth. si quis in aliquo. nu. 3. vers. dico ergo. C. de eden. & ibidem Ias. sub num. 3. vers. 2. fallit. & Dec. sub nu. 15. Ang. Aret. Instit. de testam. ordin. §. nihil autem. sub num. 4. ibi. primo quando. Ant. de Butr. in cap. 1. sub num. 15. vers.

✻ fallit quarto. de fid. instrum. & est opinio communis, vt testatur Alex. in d. auth. si quis in aliquo. sub num. 5. vers. teneo communem. & Mascar. tract. de probat. conclus. 711. sub num. 35. lib. 2. qui alios citat. &, quòd sit etiam verior, testatur postea sub nu. 36. vers. & licet. in fine. & ita seruatur vbique in praxi sine vllo scrupulo difficultatis: & ratio est, quia etiam eiusmodi exemplum dicitur, originale, vt dixi infra nu. 537. vers. de-

529 clara. † & propterea pro acquirenda possessione ex l. fin. C. de edic. diu. adr. tollen. satis est hæredi ꝓducere exemplum, extractum ab eodem notario ab originali ipsiusmet notarij rogati ad relata per Mascar. tract. de probat. cõcl. 711. exemplum. sub n. 7. vers. istud tamen. lib. 2. & sic seruari in Rota testatur Caputaq. decis. 351. alibi 354. seu 24. num. 1. par. 2.

530 Contra istam communem opinionem & practicam videntur tenuisse Paul. de Castr. in ead. auth. si quis in aliquo. num. 4. in fine. & num. 5. secundum Alex. sub num. 5. vers. sed paul. de castr. & Rom. secundum Mascar. infra citatum. & Socc. sub nu. 15. vers. tertio præfati. ibi. aliquando & secundo. dicens, quòd scriptura sumit nomen secundum voluntatem conficientis, & quòd propterea, si notarius rogatus voluerit scripturam à se factam esse exemplum, non probat.

531 RETENTA priori communi opinione, quando exemplum est solemne, & publicum.

AMPLIA I. eam, vt procedat etiam si notarius diceret. *hæc est copia cuiusdam instrumenti confecti manu mei notarij infrascripti, cuius tenor de verbo ad verbum infra describitur*, quia adhuc diceretur originale, vt scribit apertè Ant. de Butr. in cap. 1. num. 15. versus finem. fallent. 4. de fid. instrum. & ratio huius ampliationis est; quia sicut ad agnoscendum contractum non inspicitur contractus nomen, quo contrahentes illum vocarunt, sed inspiciuntur conuentiones. & qualitates illius contractus iuxta ea, quæ ex Bar. Bal. Dec. Paris. Crauet. & Natt. retuli, & sequutus sum supra cap. 9. num. 1352. vers. his non obstantibus. sic etiam ad cognoscendum, an scriptura habita à notario rogato dicatur originalis, vel exemplum non debemus inspicere

cere, quomodo eam ipſe vocet; ſed quomodo eam tradat.

Non obſtant quæ contra iſtam ampliationem ſentiunt Paul.de Caſtr.& Socc.ſupra citati: quia ad Paul. de Caſtr. reſp.quòd eius dictum poteſt habere locum quando illud exemplum non eſſet publicum & authenticum: &, eo aliter ſentiente, dico, quòd eſſet ſibimet contrarius in l.publicati.ſub nu.4.C.de teſtam. ordin. dũ ait, quòd eiuſmodi exemplo datur fides, & ſi aliter diceret, dico, quòd eius dictum cõmuniter reprobatur per ea, quæ refert, & ſequitur Ang.Aret.Inſtit.de teſtam.ordin.§ nihil autem.ſub nu.4.Ad Rom.reſpondet Maſcar.tract.de probat. concl.711.exemplum.ſub nu.36. verſ. & licet.lib.2.Ad Socc.reſp. quòd ipſe etiã ſentit, quòd exemplum ſolemne probet, quamuis ſit nominatũ exemplum, dum ait. *nam ſi voluit eſſe exemplum non potuit tabellio facere, quòd probaret, quando non eſſet ſumptum ſolemniter.*

532 AMPLIA II. vt procedat etiam ſi eſſemus in contractu, in quo ſcriptura eſſet de ſubſtantia, quia adhuc exemplũ probaret, ſicut contra Bal.in rub.ſub nu. 20.verſ.ſecundo quæro.C.de fid. inſtrum. & contra Rom.eius ſequacem conſ.174.ampliſſime doctor. ſub num.7.firmant Alex. in auth.ſi quis in aliquo. ſub nu. 5.verſ.hanc tertiam. Iaſ.ſub num. 5. verſ. iſtam fallentiam.& Dec.ſub num.19.C.de eden.& adductis in cõtrarium per Bal.reſpondet Alex.vbi ſupra, quem poteris videre.

533 Contrarium tamen tenuerunt Bal.& Rom.vbi ſupra dicens, quòd Bal.in hoc non habet contradicentem, eandemque opin.ſequuti ſunt Fely.in cap. vlt.num.5. verſus finẽ.de fid.inſtrum.Dec.in cap.quoniam cõtra. num.125.verſ.tertio prædicta concluſio.de probat. & Maſcar.tract.de probat.concluſ.711.exemplum.num. 75.& latius num.48. 49.& 50.lib.2. qui dicunt, quòd exemplum iſto caſu non probat, niſi probetur amiſſio originalis.& hanc opinionem videtur ſequutus Alex. ſibimet contrarius conſ.175.viſis narratis. ſub num.4. ibi.niſi celebratus eſſet.lib.7.

534 RETENTA ampliatione, quæ eſt vera propter rationem adductam à Dec.in d.auth.ſi quis in aliquo.ſub num.19.videlicet, quia illud exemplum dicitur originalis, & cenſetur illa ſcriptura, quæ fuit lecta partibus, & à partibus approbata, & quia alias pars nunquam poſſet habere inſtrumentum authenticum.

LIMITA eam vna cum Dec.ibidem, vt procedat ſolum in exemplo, ſumendo ab eodem notario, qui fecit primum originale, ſecus in exemplo, ſumendo ab alio notario authoritate iudicis: quia iſto caſu illud exemplũ non probaret, & ſic Dec.declarat dictum Baldi: de qua tamẽ limitatione ego multum dubio: tu cogitabis.

535 AMPLIA III. notabiliter, vt habeat locum etiam ſi exemplaret inſtrumentum, in quo adeſſent ſubſcriptiones partium, vel teſtium, quia nihilominus notarius, qui ſcripſiſſet originale, poſſet inde ſumere exemplum, & exemplare etiam illas ſubſcriptiones; & illud exẽplum authenticatum probaret, ſicut originale, quamuis illæ ſubſcriptiones, aliena manu factæ in originali, eſſent exemplatæ ſine auctoritate iudicis, & ſine citatione partis; quæ duo ſolent requiri, quando notarius ſumit exemplum ex ſcriptura alterius iuxta ea, quæ ſcripſi infra in 2. & 8. requiſ. num. . .

536 EXEMPLIFICA tu, Quirite, ampliationem iſtam in inſtrumento donationis faciendæ ſecundum formam ſtatutorum Vrbis lib.1.cap. 149.quo cauetur, vt donator in ipſa prima ſcriptura (quam etiam matricem, ſeu imbreuiaturam appellant) coram notario & teſtibus manu propria ſe ſubſcribat in ipſius actus celebratione, & eo ſcribere neſciente, ſeu non valente, quòd ſe ſubſcribat alius de mandato, & nomine ipſius donatoris, & quòd etiam ſe ſubſcribant duo teſtes, qui ſint præſentes ipſi contractui donationis, in qua, ſi ſit cauſa mortis, mandat adhiberi etiam alios tres teſtes: & loquitur ſtatutum etiam ſi donatio fieret inter virum & vxorem.

Concludo ergo, quòd iſta prima ſcriptura originalis remanet tanquam prothocollum apud notarium, qui poteſt dare illius exemplum, & exemplando illas ſubſcriptiones, non eſt neceſſaria aliqua ſolemnitas; imò ſi pars, opponendo contra iſtud exẽplum, peteret exhiberi originale, non audiretur præterquam in cauſa falſitatis.

Difficultas poſſet oriri, quando eſſet perditum originale, & eſſent mortui teſtes: an illud exemplum probaret.

537 DECLARA I. nunc regulam firmatam ſupra ſub num.524. in eo, quod diximus, eundem notarium poſſe ſumere exemplum ſeu copiam, quia ſi notarius authenticat illud exemplum, ſeu copiam non dicitur amplius exemplum ſeu copia, ſed dicitur originale, &, dando plura exempla authentica eiuſdem inſtrumenti, omnia dicuntur originalia eo, quòd idem originarius tabellio illa conficit ſecundum Bal.in auth.ſi quis in aliquo.verſ.ſed ponamus.num.4.C.de eden. & ibidem Dec.ſub num.15. &, quòd iſtud exemplum authenticatũ ab eodem notario dicatur originale, ſentiunt idem Bal.in rub. ſub num. 20. C. de fid. inſtrum. & apertius Ant. de Butr. in cap. 1. num. 15. fallen.5. verſus finem.de fid.inſtr.Rot.deciſ.1. alias 10.nu.1. in fine.de fid.inſtrum. in nou.& Maſcar.d.cõcl.711. exẽplum.ſub nu.7.verſ.iſtud tamen.& ſub num.36.lib.2.

538 DECLARA II. eandem regulam in eo, quod diximus, toties, quoties fuerit requiſitus, vt ſit vera, quando notarius eſt certus, quòd, dando eidem plura exẽpla, non poteſt alteri præiudicare, quia iſto caſu procedit concluſio; ſecus eſſet, quando, dando aliud exemplum, poſſet alteri præiudicare; quia tunc, cum ſemel dederit, non debet iterum dare, niſi intercedente authoritate iudicis, qui, cauſa ſummariè cognita, mandet iterum dari exemplum.

539 Finge ſuper iſta declaratione caſum: creditor exegit debitum à ſuo debitore, & conſequenter laceratum fuit inſtrumentum debiti; quia non aliter ſine laceratione debitor ſoluiſſet: nunc creditor accedit ad notarium, petendo ab eo aliam copiam inſtrumenti, narrando, quòd priorem perdidit: iſto caſu notarius non debet eam dare, niſi prius probata amiſſione prioris copiæ coram iudice, qui, vt dixi, cauſa ſummariè cognita, mandet dari aliam copiam, ſicut docet Spec. tit. de inſtrum. edit. §. poſtquam de inſtrumentorum publicatione.num. 2. 3.& 11. & ratio eſt, quia alias creditor poſſet iterum exigere. Et notarius qui, contraueniendo, daret copiam, qua debitor, qui iam ſoluerat virtute primæ copiæ, moleſtaretur, poſſet forſan ab eo debitore cõueniri pro omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, etiam principali non excuſſo.

Notarius poteſt committere alteri ſcripturam inſtrumenti, de quo ipſe rogatur, & dummodo ſe ſubſcribat, & qualis ſit ſtylus notariorum vrbis.

540 DECLARA III. vt poſsit non ſolum per ſeipſum tranſcribere, & facere copiam, ſeu leuare inſtrumentum ex prothocollo, & originali ſuo, vt dixi, ſed etiam per alium; dummodo ipſe ſubſcribat: quia notarius, rogatus de aliquo inſtrumento, poteſt committere alteri, quòd reaſſumat illud inſtrumentum, dummodo ipſe notarius rogatus illud ſubſcribat, & publicet, vt patet ex ſeqq. ampliationibus.

Verum tamen eſt, quòd Doctores loquuntur multum intricatè, & confusè: nam quandoque loquuntur ſimpliciter de ſcriptura inſtrumenti, nulla facta mentione, an exempletur ab originali, vel non: quandoque loquuntur de ſcriptura prothocolli: & quandoque promiſcuè: & qui loquuntur in caſu noſtro de ſcriptura inſtrumenti exemplandi ab originali, aut loquuntur cum præſuppoſito, quòd notarius, qui fuit rogatus, ſit impeditus, aut obſcurè videntur ſentire, quòd per alium non poſſit ſcribi; & quamus Fely. in cap. inter dilectos. num. 25. & ſeqq. de fid. inſtrum. conatus ſit huius declarationis materiam reſtringere ſub tribus opinionibus, tamen adhuc mutilè, & imperfecte reſtrinxit.

AM-

541 AMPLIA I. istam tertiam declarationem, vt procedat etiam in scriptura prothocolli; quia notarius rogatus potest scribere prothocollum manu alterius notarij, dummodo ipse subscribat, vt tradunt Petr. de Anch. cons. 242. prius de viribus. sub num. 3. ibi. item aduertendum. Alex. cons. 14. visis & consideratis. arg. 5. num. 17. in fine. num. 18. ibi. quinto probatur. & sub num. 30. ibi. & hoc expressè tenuit. lib. 6. Affl. in constitutione. baiulos omnes. num. 66. vers. sextum requisitum. lib. 1. loquens tàm de iure communi, quàm in terminis illius constitutionis. Paris. qui latè consuluit pro ista opinione, cons. 28. visis omnibus. vers. tertio cessat obiectio. num. 28. & seqq. lib. 2. & Becc. cons. 91. illud. num. 1. in fine. & num. 2. lib. 1. asserens, quòd de hoc non dubitatur. & in isto casu, quando instrumentum in prothocollo est scriptum per alium, & à notario rogato est subscriptum, quòd valeat, consuluit Dec. cons. 447. in donatione. num. 10. 11. & 12. ibi. nec obstat. & ita videtur residere Paul. de Castr. cons. 125. dubitatur primo an comes palatinus. vers. nono dubitatur. num. 6. in fine. lib. 2. & hanc sententiam tenet etiam Menoch. de arbitr. iud lib. 2. cent. 2. cas. 187. num 5. dum refert, ✻ hanc esse magis receptam * opinionem, quòd prothocolla debeant esse scripta, aut saltem subscripta manu ipsiusmet notarij rogati; & ratio huius ampliationis redditur à nobis infra num. 545. & 546.

542 Contra istam ampliationem; nimirum, quòd scriptura prothocolli non possit fieri manu alterius notarij; tenuerunt Bal. in rubr. num. 23. vers. sed hic dubitatur. & num. 24. vers. tria ergo. C. de fid. instrum. Paul. de Castr. cons. 209. viso quondam. sub num. 1. ibi. quinto videtur. lib. 1. dum aiunt, quòd notarius potest omnia committere præter tria, scilicet audientiam, prothocollum, & subscriptionem. Ang. in Auth. de tabell. Fely. in cap. inter dilectos. num. 28. vers. & ita non intelligas. de fid. instrum. dicens, quòd prothocollum semper debet esse de manu notarij rogati. Gramm. in addit. ad Affl. decis. 6. Crauet. cons. 72. dubitatur. vers. secundo non probat. num. 3. Mascar. tract. de probat. conclus. 921. instrumentum manu notarij. sub num. 2. lib. 2. & eandem opinionem videtur rursus tenuisse idem Paul. de Castr. in l. quædam. §. nihil interest. num. 4. versus finem. ff. de eden. dicens, quòd ipse debet per prius ponere totum in suo prothocollo ita, quòd alius notarius nihil aliud habeat agere, nisi scribere.

543 Et procedit ista opinio contra ampliationem etiã si notarius esset impeditus, vt expressè dicit Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 36. & sic intelliguntur doctores pro hac opinione citati.

544 HIS non obstantibus, non recedas ab ampliatione; quia ad ea, in quibus fundatur hæc opinio contra ampliationem, respondent Abb. in d. cap. inter dilectos. sub num. 7. de fid. instrum. dicens, quòd textus in §. nos autem. Auth. de tabell. emanauit eo, quòd ille, qui rogabatur, non audiebat verba contrahentium, sed committebat alij, vt audiret; & non emanauit, vt ipse per se audiens non posset scribere per alium, & se subscribere. & Pet. de Anch. d. cons. 242. prius de viribus. sub num. 3. ibi. item aduertendum. & Alex. d. cons. 14. sub nu. 18. lib. 6. qui dicunt, quòd iura, quæ prouident, vt tabellio manu sua scribat, loquuntur de instrumento, seu documento, non autem de prothocollo, seu imbreuiatura: nam Ang. cons. 242. col. 1. in fine. quem refert, & sequi videtur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 37. tenet, quòd facilius committatur scriptura prothocolli, quàm instrumenti; quod tamen Doct. communiter negant, & benè; quia prothocollum est maioris importantiæ, cum, orta difficultate super scriptura instrumenti, recurratur adscripturam prothocolli, tanquam ad fontem.

545 INTELLIGE tamen istam ampliationem, vt procedat, retentis terminis, in quibus loquuti sumus, videlicet dummodo notarius rogatus se subscribat; quia sic loquuntur doctores in ea citati; qua intelligentia stante, ratio huius ampliationis est multiplex: Prima, quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed, vt det fidem gestis, quam satis præstat in se subscribendo, sicut ex Card. referunt, & sequuntur Abb. in d. cap. inter dilectos. sub num. 7. ibi. idem sentit gl. de fid. instrum. Alex. d. cons. 14. sub num. 30. Dec. cons. 447. in donatione. sub num. 9. &
546 10. & Paris. d. cons. 28. num. 30. lib. 2. Secunda, quia paria sunt scribere totam scripturam manu propria, vel alterius manu scriptam subscribere: tota enim subscribenti præiudicat, vt notando scribit Paul. de Castr. d. cons. 209. viso quondam. num. 1. lib. 1. & latè comprobant Alex. cons. 147. ponderatis his. sub num. 3. & 4. lib. 2. Fely. in cap. 2. declarat. 8. num. 6. in fine. & num. 7. de fid. instrum. & Addition. ad Abb. in cap. quoniam contra. num. 32. in verbo. sed quæro. de probat. & in d. cap. inter dilectos. sub num. 7. in verbo. notarius. litera b. de fid. instrum. nam subscriptio trahit ad se totum actum, & totam primæuam scripturam, vt in subscriptione epistolarum, quæ mittuntur, refert, & sequitur ex Io. de Plat. Ang. Aret.
547 in proœmio Instit. vers. sexto nota. num. 11. Tertia, quia auctoritas, & fides scripturæ tota pendet à subscriptione, vt scribunt Paul de Castr. vbi supra. Pet. de Anch. d. cons. 242. sub. num. 2. ibi. in contrarium. & Becc. cons. 91. illud. num. 3. lib. 1. etenim omnia nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatem. l. 1. §. sed si quid ex his. ibi. omnia enim. C. de vet. iur. enucl. quare statuta Spoletana, si sint confirmata in specie à Papa, non dicuntur Spoletana, sed Papalia iuxta ea, quæ eleganter scribit Bal. in l. ex placito. num. 6. versus finem. C. de rerum permut. quem, & alios retuli, & sequutus sum supra cap. 2. num. 206. & facit etiam regula. qui per alium facit per seipsum facere videtur. de reg. iur. in 6. vnde leges Codicis, & Institutiones dicuntur esse Imperatoris, qui mandauit, & fecit illas componi per selectos Iureconsultos, & non dicuntur esse illorum Iureconsultorum.

548 Hæcque subscriptio sufficit, quòd fiat per hæc verba, vel æquipollentia: *nota est, & rogatio mei Titij notarij, &c.* vt scribit Alex. cons. 153. videtur prima consideratione. vers. item requiritur subscriptio. sub num. 8. & num. 11. lib. 2. dicens, quòd ita faciunt cauti notarij.

549 EXEMPLIFICA istam ampliationem, eiusq; intelligentiam ad vsum praxis dupliciter. & primo in instrumentis, quæ fiunt Narbonæ, & Florentiæ, vbi magister stationis mandat confici instrumenta per suos discipulos, qui audiunt contractum, & magister stationis apponit ibi suum signum, & se subscribit propter maiorem auctoritatem, quia quantò plura signa in chartis, tantò sunt cautiora instrumenta, sicut hæc omnia scribunt Gl. in Auth. de tabell. in §. nos autem. in verbo. ipsis per se. & Spec. tit. de instrum. edit. §. instrumentum ergo. vers. item opponitur. sub num. 15. & 16. &, quòd magister stationis, habens sub se plures discipulos, possit per aliquem ex suis discipulis scribere instrumentum, & ipse subscribere, refert, & sequitur ex prædictis, & ex alijs Gabr. in concl. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 38. & 40.

550 ADVERTE circa istud exemplum; quia Ant. de Butr. in d. cap. inter dilectos. sub num. 27. de fid. instrum. præsupponit, quòd ambo, magister scilicet, & discipulus scribant, & subscribant; hancque existimat esse conclusionem Ioannis And. in addit. ad Spec. Item aduerte, quòd & discipulus, & magister stationis debent audire contractum, & vterque intelligitur rogatus secundum Abb. in eod. cap. inter dilectos. sub. num. 7. ibi. si autem in statione.

551 EXEMPLIFICA II. in instrumentis, de quibus essent duo, vel plures notarij simul rogati, & non insolidum, quia sufficeret, quòd vnus scriberet, & quilibet se subscriberet, vt tradunt Ant. de Butr. in d. cap. inter dilectos. sub num. 27. paulò ante finem. & Abb. sub num. 7. ibi. d. ant. de fid. instr. Paul. de Castr. in l. si quis ex argentarijs. num. 4. ff. de eden. Alex. cons. 124. viso processu. vers. alia ratione etiam. num. 4. lib. 7. & Becc. cons. 91. illud. num. 4. lib. 1. &,

quòd

quòd ita seruetur Bononiæ, sitquè instrumentum tolerabile de iure, & sit fortius, scribit Ant. de Butr. vbi supra, & in hanc sententiam censeo posse allegari Guid. Pap. decis. 122. an instrũm. sub nu. 2. ibi. sic etiam vbi partes. & Boer. qui eum citat, & sequitur decis. 21. sub num. 7. dum sentiunt, instrumentum debere esse signatũ ab vtroquè: etenim sub nomine signi intelligo etiã subscriptionem; & pro eadem potest allegari Menoch. tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 287. sub nu. 8. ibi. si verò notariorum fides. & nu. 9. in fine. licet enim is non se aperiat, tamẽ fundat suam doctrinam in decisionibus Guid. Pap. & Boer. supra citatis, & licet similiter Boer. confusè loquatur de notarijs insolidum rogatis, tamen sic venit declarandus ex ijsmet, quæ ipse eo loci loquitur.

552 INTELLIGE I. in tantum esse necessarium, vt instrumentum ab vtroquè signetur, & publicetur, vt, si ab vno tamen fuerit signatum, fidem non faciat per ea, quæ scribunt Guid. Pap. & Boer. supra citati, & apertius Becc. cons. 91. illud est. sub num. 4. lib. 1.

553 INTELLIGE II. vt satis sit, quòd vnus ex ipsis scribat contractũ; imò secundũ Abb. in cap. inter dilectos. sub nu. 7. de fid. instr. impossibile est, quòd ambo scribant; & ita intelligo Host. Io. And. Ant. de Butr. & Ab. quos citaui, & sequutus sum infra num. seq. dum scribunt, satis esse, quòd vnus eorum scribat, & alter subscribat: sed aduerte, quòd dictum Abb. non est verum, quia potest vterquè notarius scribere originale, & vterquè subscribere vtrumquè originale, vt sentit Bec. d. cons. 91. nu. 4.

554 INTELLIGE III. vt non sit necessaria subscriptio eius notarij, qui scribit contractum, & facit totam scripturam, attestando sic coram se actum fuisse, sed est necessaria sola subscriptio alterius, vt sentiunt Host. in cap. quoniã contra. n.... Io. And. sub nu. 13. Ant. de Butr. nu. 22. vers. quæro an sufficiat. & Abb. nu. 32. vers. sed quæro nunquid. de probat. dum in casu illius decretalis firmant, quòd, si duo sint electi ad scribendum, sufficit, quòd vnus scribat, & alter subscribat.

555 Confirmatur ista intelligentia, quia sic dicimus in scriptura priuata alicuius de aliquo debito, quòd fidem facit contra scribentem, licet is non subscripserit secundum Bar. in l. cum tabernam. §. idem quæsijt. sub num. 1. ibi. item fortè. ff. de pign. Bal. in l. cum antiquitas. num. 6. vers. vltimo nota. C. de testam. & quemad. testam. ordin. dicens, quòd in scriptura priuata testatoris non requiritur subscriptio, etiam si ipse esset tabellio. & ibidem Paul. de Castr. num. 7. qui apertius declarauit, & distinxit. & Ant. de Butr. in cap. 2. col. 2. sub num. 4. vers. sed dubium. versus finem d. versiculi. & ibidem Fely. vers. octaua declaratio. num. 7. de fid. instrum. Rom. consil. 303. hæc scriptura. num. 2. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 114. sub num. 4. & 5. Mascar. tract. de probat. concl. 110. nu. 7. & 8. lib. 1. quia, vt Bar. & Ant. de Butr. supra citati, aiunt, satis est, quòd afferat, sua manu esse scriptam, seu quòd constet, sua manu esse scriptam. &, quòd in casu l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. in quo requiritur subscriptio vtriusquè partis, non sit necessaria subscriptio partis, quæ tenorem apochæ scripsit, vide Socc. cons. 274. in causa dominæ lisæ. sub num. 8. lib. 2. Crauet. tract. de antiqu. tempor. rubr. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. num. 42. vers. tertio quæro. fol. 133. Mascar. tract. de probat. conclus. 1294. scripturam priuatam. sub num. 24. vers. scito etiam. & num. 25 lib. 3.

556 Contraria opinio, videlicet, quòd requiratur subscriptio vtriusquè probatur dupliciter, Primo ex his, quæ scripsi supra nu. 550. & 551. Secundo, quia in instrumento notarij requiritur formaliter subscriptio, sicut scribit Paul. de Castr. vbi supra, & admonet Fely. in d. cap. 2. vers. octaua declaratio. sub nu. 7. de fid. instrum. quem refert, & sequitur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. num. 15. & ab ista contraria opinione non videtur discedere Fossan. decis. 145. sub num. 2. vers. in contrarium. & ita censeo, & sic etiam videmus de cõsuetudine in consilio Doctoris, quod, nisi habeat eiusdem subscriptionem, non dicitur authenticum, teste Paul. de Castr. d. l. cum antiquitas. in fine.

557 Media, seu tertia opinio potest sumi ex distinctione, quam facit Menoch. de arbitr. iud. cas. 187. num. 10. & 11. dicens, quòd si ex conuentione partium, seu dispositione legis constitutum est, vt de actu gerendo debeant rogari duo notarij, tunc vnus sine altero non potest facere rogitum, & scribere contractum, sed postquam est factus rogitus, & perfectè stipulatus, & scriptus contractus ab vtroquè potest vnus sine altero redigere illud in publicam formam instrumenti.

Hæc distinctio Menochij non placet, quia in primo membro non tollit difficultatem, & in secundo forsan est falsa.

558 LIMITA I. istam exemplificationem, & eius intelligentias, in quibus diximus, requiri vtriusquè notarij subscriptionem, vel saltem, vt ab vno scribatur, & ab alio subscribatur, vt non procedant, quando notarij sunt rogati simpliciter, & non expressè simul; quia tunc censentur rogati insolidum secundum ea, quæ scribit Dec. cons. 36. pro tenui facultate. sub nu. 4. ibi. præterea dato. & hanc Decij opinionem esse de iure veriorem arbitratus est Senat. Pedemon. relatus à Fossan. d. decis. 145. sub nu. 2. vers. cum iste casus. & hanc esse regulam iuris opinatus est Menoch. d. cas. 187. num. 7. in fine. & num. 8. hancquè limitationem tenuit Rota coràm D. Hieronymo Verallo in congestis per Put. decis. 6. fuit dubitatum. vers. quandoquè dubitatur. num. 3. & seqq. lib. 1. quam decisionem esse mancam in impressis testatur Fossan. d. decis. 145. num. 1. Et cum censeantur rogati insolidum sufficit, quòd alter eorum subscribat, & publicet, vt dixi infra num. 560.

559 Contraria opinio, quòd non censeantur rogati insolidum est communis, & vera, vt pluribus probant Gabr. cons. 39. per totum, & Becc. d. cons. 91. sub nu. 4. & Fossan. d. decis. 145. num. 2. dicens, eam esse tenendam: intelliguntur enim rogati simul, & non potest vnus sine altero recipere instrumentum, nequè redigere in publicam formam; & in isto casu, quando notarij sunt simpliciter rogati loquuntur Guid. Pap. & Boer. quos citaui supra sub nu. 551. ibi. & in hanc. imò Guid. Pap. in d. decis. 122. sub nu. 2. ibi. nam si dictum, asserit, quòd vnus notarius sine altero nihil facere potest, nisi sit dictum, quòd quilibet habeat potestatem insolidum.

Neque est verum, quod scribit Menoch. d. cas. 187. sub nu. 8. dicens, quòd Guid. Pap. decis. 122. sub nu. 2. vers. verum tamen. sentit, quòd sit probandum, quòd notarij fuerint rogati vna simul.

Cæterum ad tollendas istas difficultates laudo, quòd apponantur illæ clausulæ, quas refert Fossan. d. decis. 145. versus finem.

560 LIMITA II. vt non procedat, quando notarij sunt expressè rogati insolidum, quia tunc non est dubium, quòd sufficit instrumentum publicari, & subscribi ab vno eorũ, vt testatur Guid. Pap. decis. 122. versus finem. nu. 3. & certè ista est communis opinio, * à qua non recedo, quia & si Becc. d. cons. 91. sub nu. 6. dicat esse periculosam, & contra eam alleget Dec. in cap. cum super. nu. mihi 48. de offic. & potest. iud. deleg. tamen non video istud periculum, nec Dec. loquitur in casu nostro.

561 RESTRINGE nunc primam ampliationem, positam supra. nu. 541. eiusquè intelligentiam, & primum exemplum, posita supra num. 545. & 549. vt non sint necessaria in instrumentis, quæ conficiunt notarij Auditoris Cameræ, & notarij Curiæ Capitolinæ: quia isti non solum non scribunt manu propria prothocolla, sed neque subscribunt; & (quod magis repugnat iuri) non audiunt contractus, quorum instrumenta edunt postea sub suis proprijs rogitu, & subscriptione.

562 SCIRE enim debitis, quòd præfati notarij Auditoris Cameræ, vti multis tabellionatus negotijs occupati, & ad eorum similitudinem etiam notarij Curiæ Ca-

riæ Capitolinæ, non faciunt aliud prothocollum, seu originalem scripturam, quàm illos multos libros instrumentorum, scriptos manu diuersorum notariorum, & iuuenum non notariorum, seruientium in eorum officio; neque illi notarij, seu iuuenes, & discipuli, qui verè rogati sunt, & scripserunt, faciunt prothocollum aliquod suo nomine illorum rogituum adeo, quòd non reperitur alia scriptura originalis, quàm illa, quę non est facta manu notarij, qui est dominus officij, & sub cuius rogitu veniunt publicanda: & illa instrumenta carent non solum subscriptione notarij, qui est dominus officij, & sub cuius rogitu veniunt edenda, sed carent etiam subscriptione, & nomine illius, qui scripsit: stylus enim arbitratus est, quòd subscriptio sit superflua, cum libri illi reperiantur solemniter in officio, & nomen notarij appareat descriptũ magnis characteribus in filzis, & in exteriori, & euidenti parte ipsorum librorum: Et demum [quod magis repugnat] in publicatione illorum instrumentorum falsò asserunt, contenta in instrumento fuisse coram se, & testibus gesta, & fuisse rogatos; cum tamen ipsi, vt dixi, sint eorum penitus ignari: Et, quòd ille liber, in quo consuta sunt folia instrumentorum, dicatur prothocollum; præsertim si loquamur de notarijs capitolinis; colligo etiam ex stat. Vrbis lib. 1. cap. 33. quo disponitur, vt singuli notarij singulis annis conficiant prothocollum, quod consistat ex chartis numeratis, benè compactis, & ligatis, in quo instrumenta redigant, &c. & tamen ipsi notarij non faciunt alium librum; ergo ille dicitur prothocollum.

563 Contra istam restrictionem, & stylum præfatorum notariorum fortiter militat textus in Auth. de tabell. §. nos autem. coll. 4. vbi Imperator præcipit, vt tabellio per seipsum audiat, & intersit vsque ad finem, & instrumentum scribat, & non per alium, & reprobat similem stylum, secundum quem contrahentes accedebant ad eum, qui præerat stationi, & ille remittebat eos ad tabularium, vt eos audiret, & is, qui forte scribere nesciebat, audito contractu, committebat tabellioni, vt scriberet; sicut stylum hunc ex eo textu referunt Gl. ibi in verbo. ipsis per se. & in verbo. à tabellione, dicens etiam, quòd tabellio erat minor, tabularius maior, & magister stationis maior vtroque, & Spec. tit. de instrum. edit. §. instrumentum ergo. sub num. 15. ibi. vnde olim. subdens postea sub num. 16. ibi. ex quo patet. extirpandum esse abusum, qui in plerisque locis diocesis, & prouinciæ Narbonæ inoleuit: ibi enim, inquit, tabelliones mandant in singulis villulis, & castris sacerdotibus, vel clericis, & quandoque etiam laicis, vt eorum vice audiant testamenta, & contractus matrimonij, & alios, & in scriptis cum testibus redigant; ex qua scriptura ipsi postmodum conficiunt instrumenta, vel se subscribunt scripturæ, per illos factæ, & malè, inquit, vt patet ex præmissis, & talis scriptura non faceret fidem, si opponeretur; vnde, si nos benè consideremus sententiam Speculatoris, iste stylus notariorum Auditoris Cameræ, & Curiæ Capitolinæ non solum est malus, sed etiam scriptura, sic ab eis confecta, non probaret, parte opponente.

564 Contra rursus eundem stylum adduco rationem, quam considerat Imperator in dicta Auth. de tabell. versus finem principij. dum, reprobando similem stylum, inquit, quòd si iudex eo casu non valuisset agnoscere causam per testes, mulier illa patiebatur periculum: etenim satis durum videtur, quòd isti notarij admittantur ad perhibendum testimonium per sensum proprium de contractu, cui non interfuerunt, & quòd eis credatur.

Contra eundem stylum oppono 3. quia, cum originalis scriptura non fiat manu notarij, sub cuius rogitu editur, & publicatur, neque sit ab eo subscripta; repugnat admodum iuri, volenti, vt scriptura originalis debeat esse scripta, aut saltem subscripta manu notarij rogati iuxta ea, quæ scribit Franc. Becc. cons. 91. illud. in principio. lib. 1.

565 HIS non obstantibus, tolerabilis est stylus iste, relatus supra in ista restrictione num. 561. & 562. & ratio est, quia, considerato effectu, est, ac si illa instrumenta essent audita, & scripta, & subscripta ab ipsomet notario, qui est dominus officij; quia manus, persona, nomen, & patria eorum, qui scribunt illa instrumenta, debent esse cognita à notario domino officij priusquam ipse illa instrumenta reponat, & recipiat in libris; & postquam receperit, & casus eueniret, vt esset habenda notitia personæ, nominis, & cognominis, & patriæ alicuius ex illis seruientibus in officio propter aliquam suspitionem falsitatis, vel aliud interesse ratione officij; debet notarius dominus officij notitiam præfatam dare; alias esset in culpa, & non euaderet saltem condemnationem ad interesse ciuile, quod aliquis ex his, qui contraxerunt in eius officio, posset pati: vnde; stante ista cognitione; contrahentibus ita consultum est, ac si ipse notarius dominus officij scripsisset, subscripsisset, & præsens fuisset contractui; quia si alter ex contrahentibus esset læsus propter aliquam falsitatem, vel quid simile commissum in officio, dicerem, quòd, inspecto interesse ciuili, notarius dominus officij teneretur

566 ei saltem in subsidium: quia sicut potestas etiam in criminalibus tenetur ad interesse parti læsæ pro delicto suæ familiæ, commisso ratione officij, vt scribit Bal. de Perus. tract. de syndic. offic. num. 12. fol. 225. & alius quilibet dominus tenetur pro commissis à sua familia ad congesta per Felv. in cap. petrus. de homicid. volun. Afflic. decis. 82. dubitatur. nu. 2. in fine. num. 3. & seqq. ita etiam debet teneri dominus officij: & inspecta criminalitate posset procedi contra illum, qui scripsit, remoto dolo notarij domini officij.

567 Ad ea, quæ sunt adducta in contrarium.

Resp. quòd in his, quę versantur circa modum conficiendi instrumenta, & circa fidem illorum multum attenditur, & operatur consuetudo loci, sicut scribit Spec. tit. de instrum. edit. §. instrumentum ergo. vers. nam quanto plura. ibi. in his autem. sub num. 16. &, quòd attendatur consuetudo, sentiunt etiam Abb. in cap. inter dilectos. sub num. 7. ibi. nisi subsit consuetudo. de fid. instrum. Paul. de Castr. cons. 209. viso quondam. sub num. 1. ibi. tertius est. lib. 1. dicens, quòd notarius potest facere scribi per alium, quando sic est statutum; vel consuetudo. Par. de Put. tract. de reassumpt. instrum. rubr. 20. num. 21. fol. 44. dicens, quòd in istis solemnitatibus instrumentorum, & prothocollorum attenditur consuetudo. & Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 41. dum limitando scribit, quòd notarius potest per alium scribere instrumentum, & deinde se subscribere, si sic extaret consuetudo. & in proprijs terminis nostris ita sentit Ant. de Butr. d. cap. inter dilectos. sub num. 27. dicens, quòd is, qui non fuit præsens instrumento, non potest scribere illud, seu se subscribere, nisi aliud haberet consuetudo, vel statutum. Et, quòd iste stylus excuset à falsitate, quæ posset contra notarium considerari, patet ex his, quæ scribunt Bal. Brun. & alij, quos retuli, & sequutus sum supra cap. 8. nu. 5. 6. 7. 8. & 9.

568 AMPLIA II. vt possit per alium scribere copiam, seu exemplum ex suo prothocollo, si ipse sit impeditus, quia subscribendo, & publicando est, ac si ipsemet integrè scripsisset omnia Bar. in l. quædam. §. nihil interest. num. 4. & Paul. de Castr. etiam num. 4. ff. de eden. rursus Bar. in l. diuus. la 1. §. item senatus. num. 3. vers. item notarius. ff. ad l. corn. de fals. Bal. in auth. si quis in aliquo. vers. vlterius ponamus. sub num. 10. C. de eden. & in rubr. sub num. 23. vers. sed hic dubitatur. C. de fid. instrum. quem refert, & sequitur Paul. de Castr. d. consil. 209. sub nu. 1. ibi. adde quartum. Anch. cons. 242. prius de viribus. num. 2. ibi. secundo hoc probatur. Papien. in pract. in forma productionis instrumentorum. in gl. exhibens, num. 6. fol. 327. Alex. cons. 129. ponderatis his. nu. 3. in fine. & nu. 4. lib. 1. Ias. in d. auth. si quis in aliquo. nu. 3. versus finẽ vers. sed caue. & nu. 4. Dec. in l. 1. nu. 34. ff. de offic. eius. Affl. decis. 6. quidam notarius. num. 2. & Gabr. in concl. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 35. &, quòd ita fieri videamus quotidie, testatur Paul. de Castr. in d. l. quædam. §. nihil in-

hil interest. num.4. ff. de eden. & hæc ampliatio seruatur de consuetudine, vt scribit Bal. in d. auth. si quis in aliquo. sub num.10. &, quòd hæc consuetudo sit seruanda, scribit Abb. in cap. inter dilectos. sub num.7. ibi. nisi subsit consuetudo: de fid. instrum. vbi videtur loqui in difficilioribus terminis; & denique ista ampliatio est communiter * recepta; quia contradictio est solum, quando notarius non est impeditus, vt patet ex secunda, & tertia opinione, quas refert Fely. in d.cap. inter dilectos. num.26.& 27. de fid.instrum. & ex seq.3.ampl.

569 EXTENDE istam ampliationem, vt in tantum sit vera, vt Doctores conueniant etiam, & communiter,* quòd isto casu propter impedimentum non requiratur auctoritas, seu decretum superioris, & tamen, dempto impedimento, res habet difficultatem propter eorum auctoritatem, qui tenent, requiri auctoritatem iudicis, vt retuli infra in 7.requis. nu.758.

570 AMPLIA III. vt habeat locum etiam si notarius non sit impeditus, quia adhuc potest alteri committere, vt scribat instrumentum, & ipse postea se

571 subscribet, & publicabit; & ad tenendam istam ampliationem moueor ex his, quæ scribunt Doctores infra citati, qui, nulla facta mentione de impedimento, seu distinctione, an notarius sit impeditus, vel non, scribunt, quòd is potest alteri committere, quòd scribat, dummodo ipse subscribat; quia totam vim probationis constituunt in subscriptione, quæ ad se trahit totam scripturam. Card. in cap. cum p.tabellio. de fid. instrum. dicens, se ita consuluisse, quem refert, & sequitur Abb. in cap. inter dilectos. sub num. 7. versus finem. eod.tit. & vtrumque Dec.cons.447. in donatione. sub num.9.& 10. Anch.cons.242. prius de viribus; sub num. 2. ibi. in contrarium. Dec.in auth.si quis in aliquo.sub num.16. & 17.C.de eden.qui testatur hanc esse communem * opin.& ex eo Mascar.tract.de probat.conclus.1388.nu.7. & 8. lib.3. pro qua communi faciunt iura, & exempla, quæ pro ista parte considerat, sed non figit Io. And. in addit.ad Spec.tit.de instr. edit.§.instrumentum ergo. sub nu.15. in verbo. ibidem no. vbi adducit primo textum in l.seruus.ff.de testam. & quemad. testam. ordin. vbi seruus alterius potest iussu testatoris scribere testamentum, quod postea potest publicari.l.2. C. eod. vt notat Gl. vnica in d. l. seruus. Secundo adducit textum in l. ex hac.C.de donat. vbi donatio ab vno scripta, ab alio, qui sit defensor ciuitatis, vel sit in magistratu publicatur: Tertio adducit textum in Auth.de fid.instru. §. in his verò. vbi apparet, quòd tabellio potest scribere instrumentum per suum discipulum. & cum hac ampliatione transit expresse Fely. qui loquitur apertè etiam si notarius non sit impeditus in d. cap. inter dilectos. vers. tertia opinio. sub nu.27. de fid.instr. quem etiam referunt, & sequuntur Dec.d.cons.447. sub nu. 10. & Carauit. super ritu 34.nu.3. & 4.

Et licet aliqui Doctores etiam ex citatis supra non videantur aperire, an loquantur de committenda scriptura exempli, vel de committenda scriptura originali; tamen dico, quòd Doctores, citati in ista ampliatione, loquuntur de scriptura exempli, idest, de instrumento leuando ex prothocollo, quòd notarius possit committere alteri, vt illud sumat ex prothocollo, sicut apertè loquuntur Abb. ibi. nisi subsit consuetudo. vbi loquitur de instrumēto, sumendo ex prothocollo. & Fely. qui alias esset illico sibimet contrarius, cum postea num.28. dicat, quòd notarius debet per seipsum scribere prothocollum. & in exemplo loquitur etiam Dec. in d.auth. si quis in aliquo. num. 16. & de exemplo, seu transumpto loquitur etiam Mascar. d. conclus.1388. num. 6.& 7. & licet Dec. d. cons. 447. sub num.12. aperiat, quòd ipse loquitur ibi de scriptura originali, videlicet, de prothocollo; tamen allegando Fely. potest intelligi, vt idem sentiat in scriptura instrumenti, sumendi ex prothocollo; quia Doctor est intelligendus secundum legem, & doctores, quos allegat, vt dixi supra cap. . . nu. . .

Et, quòd ista opinio, seu ampliatio seruetur de consuetudine, testantur apertè Abb. Fely. Dec. & Carauit. in locis supra proximè citatis: &, quòd ita faciant multi tabelliones, scribunt Spec. tit. de instru. edit. §. restat videre. num.36. Io. And. in cap. inter dilectos. sub num. 15. in verbo. manu propria. & Ant.de Butr. sub num.27. de fid.instrum. quamuis isti, & præsertim Spec. videantur loqui in prima scriptura originali, sed quouis modo loquantur parui refert, quia si hoc procedit in scriptura prima originali, à fortiori debet procedere in exemplo; quia semper maius periculum videtur versari circa scripturam originalem, quàm circa exemplum, vt in alijs terminis dixi infra n.668. vers. ratio. & ratio huius ampliationis est, quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed vt det fidem gestis, quam satis præstat se subscribendo, vt ex Card. Abb. Dec. & Paris. retuli, & sequutus sum supra nu.545. vers. intellige.

572 Contra istam tertiam ampliationem sentiunt Bar. in l. 1. num.4. ff. de offic.consul. & in l. quædam. §. nihil interest. nu.4. & Paul. de Castr. similiter nu. 4. ff. de eden. rursus idem Bar. in l. diuus. la 1. §. item senatus. nu.3. vers. item notarius. ff. ad l. corn. de fals. Bal. in rub. sub nu.23. vers. sed hic dubitatur. C. de fid.instru. Alex.cons.129. ponderatis his. nu.3. in fine. & num.4. lib.1. Dec. in l.1. nu.34. ff. de offic.eius. & Affl.decis.6. nu.2. & fusius in constitut. baiulos omnes. q.9. nu.37. & 38. lib.1. qui omnes, dum admittunt, quòd notarius possit scribere instrumentum per alium, seu manu alterius, loquuntur cum isto præsupposito, quòd notarius sit impeditus; & contra istam ampliationem sentit clarè Ias. in auth. si quis in aliquo. sub nu. 5. vers. additio adde C. de eden. quem ex integro retulit, & sequutus est Mascar. tract. de probat. conclus.711. nu. 41. lib.2. & militat apertè secunda illa opinio, quam refert Fely. in cap. inter dilectos. nu.26. vers. secunda opinio. de fid. instrum. & in terminis huius opinionis contra ampliationem intelligo Gloss. in l. generali. in verbo. seruituti. ibi. item no. C. de tabul. lib. 10. & in cap. cum p.tabellio. in verbo. perpetuam firmitatem. de fid. instrum. Spec. tit. de instrum. edit. §. ostenso qualiter. vers. illud quoquè. num. 15. & Ant. de Butr. in d. cap. cum p.tabellio. nu. 10. vers. quærò an notarius. de fid.instr. dum sequens ibi Gloss. scribit, quòd notarius non potest committere alteri completionem instrumenti, sed, quòd debet ipsemet complere, prout continetur in prothocollo, nihil addendo, vel diminuendo. &, quòd hæc opinio contra ampliationem sit communis, * refert, & sequi videtur Gabr. in concl. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 3. sub nu.34. quia licet referat postea contrariam opin. tamen procedit sublimitando istam communem opin. & sic in ea videtur fixisse clauum. &, quòd hæc opinio contra ampliationem seruetur de consuetudine, refert, & sequitur Ias. vbi supra. Confirmatur hæc opinio ex his, quæ scribunt Io. And. Ant. de Butr. Socc. & Io. de Grass. quos citaui infra nu.578. dum aiunt requiri auctoritatem iudicis.

Requiritur I. ergo contra istam ampliationem, quòd notarius sit impeditus; ad effectum vt possit alteri committere, quòd extrahat copiam; imò Bar. in d. l. quædam. §. nihil interest. num.4. ff. de eden. videtur requirere, quòd impedimentum sit longo tempore duraturum.

573 Requiritur II. etiam, vt notarius, qui commisit attestetur in subscriptione de commissione, quia alias, apparente diuersitate scripturæ, instrumentum redderetur suspectum iuxta ea, quę consuluit Socc.cons.24. visis diligenter. nu. 25. versus finem. lib.2. & annotauit etiam Gram. infra citatus, & confirmatur ex seq. 3. requisito: quia fides de impedimento ordinatur tanquam causa ad commissionem faciendam.

574 Requiritur III. quòd in subscriptione fidem faciat de impedimento, vt scribunt Alex.cons.129. ponderatis his. sub nu.4. lib.1. Socc. d.cons. 24. sub nu.25. ponens ferè formam subscriptionis. Ias. in auth. si quis in aliquo. sub nu.5. vers. adde additio. C. de eden. Affl. in constitutione. baiulos omnes. q. 9. vers. item quia. sub nu.38. lib.1. Gram. in addit. ad Affl. decis.6. & Mascar. tract. de probat. concl.711. nu.42. lib. 2.

575 Requiritur IIII. quòd exprimat personam, cui commisit scripturam instrumēti, vt refert, & sequitur

Paul. de Caſtr. conſ.209. viſo quondam. ſub. num.2. ibi. preterea etiam. lib. 1.

576 Requiritur V. quòd faciat mentionem de notula, ſeu originali ſcriptura, à ſe facta, & quòd inſtrumentum cum ea diligenter collationauerit, & concordare reperierit, vt ſcribunt Iaſ. Gram. & Maſcar. ſupra num.43.

577 Requiritur VI. quòd ſubſcriptio ſit ſpecialis, aſſerẽdo ipſe notarius, qui ſe ſubſcripſit, quòd ipſe interfuit omnibus, quæ ſupra ſcripta ſunt inter talem, & talem, de quibus ipſe extitit rogatus, vt admonet Bar. in l. diuus. la 1. §. item ſenatus. ſub num. 3. ff. ad l. corn. de falſ.

578 Requiritur VII. quòd commiſſionem ſcribendi det, intercedente auctoritate iudicis, ſicut ſcribunt Io. Andr. in d. cap. inter dilectos. ſub num. 15. in verbo. manu publica. & Ant. de Butr. ſub num.27. de fid. inſtrum. Socc. d. conſ. 24. num. 24. verſus finem. lib. 1. Io. de Graſſ. tract. de ſubſtant. procur. in verbo. manu mea propria ſcripſi. fol. 375. & ſic etiam videtur ſentire Affl. in conſtitutione. baiulos & omnes. q. 9. num. 38. in fine. lib. 1. dicens, quòd decretum ſuperioris non requiritur, quando notarius eſt impeditus, & hanc teſtatur eſſe opin. omnium, & ſeruari in practica: vnde à contrario ſenſu infero, quòd ſentit, decretum, hoc eſt, auctoritatem requiri, quando non adeſt impedimentum, vt in caſu huius 3. ampliationis.

Declara hoc requiſitum, vt ſi notarius fecerit ſcribi per alium ſine auctoritate iudicis, faciet quidem fidem inter ipſas partes, ſed notarius priuabitur officio notariatus, Gl. in §. vt tamen. in verbo. ipſis tamen documentis. Auth. de tabell. & ibidem Bar. num. 1. & Io. de Graſſ. vbi ſupra, hæcquè declaratio habet locum non ſolum in Ciuitate Conſtantinopolitana, vt videtur ſentire Bar. ſed etiam in alijs, vt ſentit Gloſſ. ſuperius citata.

579 His non obſtantibus; tenenda eſt tertia ampliatio; quæ eſt vera, & ſeruatur in practica.

Et quòd pręfata requiſita non ſint neceſſaria, ſed ſuperflua, oſtendo: Quantum enim ad primum requiſitum, videlicet, quòd requiratur impedimentum, & longum; dico, quod habet locum, quando alius notarius non ſolũ ſcribet, ſed etiã publicabit, & in his terminis loquuntur Bar. allegatus, & alij, à nobis citati infra nu.614. verſ. declara. vbi vide. Quantum ad tertium requiſitum de facienda mentione impedimenti, quòd non ſit neceſſariũ, etiã ſi ambularemus cum illa opinione, quòd notarius non poſſit alteri committere, quòd extrahat inſtrumentum ex ſuo prothocollo, niſi ipſe ſit impeditus; ſentit Papienſ. in pract. in forma productionis inſtrumentorum. in gl. exhibens. ſub nu.6. fol.327. dicens, ſufficere generalem ſubſcriptionem, per quã conſtet, quòd inſtrumentum per eum ſit leuatum. Quantum ad ſecundum, & quintum non ſunt neceſſaria; quia præſumuntur abſquè alia expreſſione: Quantum ad quartum non eſt neceſſarium; primo, quia tota fides ſcripturæ pendet à ſubſcriptione ſeu perſona ſubſcribente, & non à perſona ſcribente iuxta illas rationes, quas adduxi ſupra num.545. 546. & 547. ſecundo, quia Paul. de Caſtr. qui ponit illud requiſitum, allegat Bartolum in l. diuus. la 1. §. item ſenatus. ſub num.3. ff. ad l. corn. de falſ. qui tamen hoc non dicit apertè: & dato, quòd ex dictis Bartoli colligeretur; dico, quòd Bal. in auth. ſi quis in aliquo. verſ. ad ſecundum. ſub num. 10. C. de eden. benè confutat opinionem Bartoli, reſpondendo etiam ad contraria; rurſus dico, quòd Paul. de Caſtr. mouetur ex eo, quòd notarius non poteſt committere inſtrumentum, ſumendum ex ſuo prothocollo, perſonæ non publicæ; ſed hæc opinio eſt falſa, vt dixi infra ampliatione ſeq. ergo. Quantum ad ſextum non eſt neceſſarium, teſtibus Baldo ſupra citato, & Fely. in d. cap. inter dilectos. ſub num.27. verſus finem, de fid. inſtrum. qui ſic firmant contra Bar. &, quòd contra Bar. ſit communis * opinio, ſcribit Dec. conſ. 447. in donatione. nu.12. in fine. &, quòd ita obſeruet inueterata conſuetudo contra Bar. teſtatur Papien. in pract. in forma productionis inſtrumentorum. in gl. exhibens. ſub nu. 6. & 7. fol.327. Quantum ad ſeptimum, dico, eſſe falſum, & vno ſolo caſu extra caſum noſtrum eſſe verum, videlicet, quando ille, qui facit tranſumptum, facit, & publicat; vtputa quia notarius, qui extitit rogatus, eſt abſens apud Turcas, vel quia, ſi ſit præſens, intendit committere etiam publicationem, ſeu ſubſcriptionem: quia iſto caſu non poteſt, niſi interueniat auctoritas iudicis, vt colligitur ex traditis per Bal. in d. auth. ſi quis in aliquo. verſ. nunc de exemplatione. ſub num. 14. C. de eden. &, quòd notarius non poſſit committere ſubſcriptionem, tradunt Bal. & Paul. de Caſtr. quos citaui ſupra num. 542. verſ. contra iſtam. Gabr. in concl. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 3. in fine. num.44. & Becc. conſ.91. illud. ſub num. 1. ibi. tertium ſubſcribere. lib. 1.

580 RETENTA tamen illa opinione, de qua ſupra num. 572. videlicet, quòd notarius poſſit committere ſcripturam alteri, ſi ipſe ſit impeditus, & non alias.

LIMITA eam, quando notarij in eorum priuilegijs habent clauſulam, quòd poſſint per alios ſcribi facere inſtrumentum, dummodo in fine ſe ſubſcribant, & in illo contractu interuenerit eorum rogitus: quia tunc vigore huius clauſulæ poſſent committere; quãuis non eſſent impediti; & conſequenter non eſſet neceſſarium, quòd atteſtarentur in ſubſcriptione de impedimento Affl. in conſtitutione. baiulos omnes. q.9. ſub num.38. lib. 1.

581 AMPLIA IIII. vt inſtrumentum, ſumendum ex ſuo prothocollo, poſſit committere etiam ei, qui non eſt notarius, ſicut tenent, & benè Fely. in cap. inter dilectos. verſ. tertia opinio. ſub num. 27. de fid. inſtru. Affl. in conſtitutione. baiulos omnes. q.9. ſub num.37. lib. 1. & Gabr. in concluſ. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 3. num.43. & ita ſeruatur, & hic in Vrbe nullam haberet difficultatem, quia ſi notarius facit prothocollum manu iuuenum, qui non ſunt notarij, & ſeruiunt in eius officio, vt dixi ſupra num. 562. verſ. ſcire. à fortiori poterit facere exemplum; cum Doctores communiter difficilius admittant, poſſe ſcribi manu alterius prothocollum, quàm exemplum iuxta ea, quæ retuli ſupra. num. 542. verſ. contra iſtam. iunctis his, quæ dixi etiam ſupra; num.568. ampliat 2. & rationes huius ampliationis ſunt illæ eædem, quas adduxi ſupra num. 545. 546. & 547. ad oſtendendum, quòd notarius poteſt manu alterius ſcribere prothocollum.

582 Contra iſtam ampliationem tenent Io. Andr. in cap. inter dilectos. num. 15. in verbo. manu publica. & Ant. de Butr. ſub num. 27. de fid. inſtrum. & apertius Paul. de Caſtr. conſ.209. viſo quondam. ſub num.2. ibi. præterea non conſtat. lib. 1. & ſic videtur ſentire Affl. deciſ.6. num.2. dicens, quòd notarius, ſi eſt impeditus, poteſt committere alteri notario.

583 Sed recedendum non eſt à præmiſſa quarta ampliatione; & quod ſcribunt Io. And. Butr. & Paul. de Caſtr. procederet in tranſumpto, publicando etiam manu alterius, vt dixi infra num.661. in 3. requiſ.

584 AMPLIA vltimo, vt habeat locum etiam in prima illa imbreuiatura rogitus; quia poteſt notarius rogatus facere, vt aliquis ſcribat illam primam imbreuiaturam, & poſtea ipſe, conſideratis diligenter ſingulis verbis, & emendato eo, quod ſibi videbitur, ſtipulabitur, & ſcribet rogitum coram teſtibus iuxta illam imbreuiaturam, quamuis aliena manu ſcriptam; quia cum ſubſcribatur manu notarij rogati eſt, ac ſi tota eſſet ſcripta ab ipſo, vt in his terminis reſpondendo ſcribit Paul. de Caſtr. conſ. 125. dubitatur primo. verſ. contrarium. num.6. in fine. lib.2. & hic meo iudicio eſt caſus, cui poſſunt applicari ea, quæ ſcribit Spec. tit. de inſtrum. edit. §. reſtat videre. num. 36. verſ. quid de hoc. quem refert, & ſequitur Abb. in cap. cum p. tabellio. num. 10. de fid. inſtrum. dicens, quòd notarij quotidie faciunt formam inſtrumenti per aliquem contrahentium ordinari, & ipſi poſtea ſcribunt, & in publicam formam redigunt, conſiderantes prius diligenter ſingula verba: Dico nunc, quòd, ſtipulato contractu inter partes coram teſtibus iuxta tenorem dictæ imbreuiaturæ, notarius poſtea, cum ſibi commodum erit, ex illa imbreuiatura extendit inſtrumen-

strumentum ad longum in prothocollo; & deinde ex prothocollo sumit instrumentum ad instantiam partium, seu partis, quod dicitur mundum.

Notarij quot scripturas faciant, & seruent de contractu, de quo rogantur.

585 Pro intelligentia huius vltimæ ampliationis, & scripturarum, in ea mentionatarum scire debes, quòd & si notarius secundum dispositionem. §. illud. Auth. de tabell. deberet de quolibet instrumento facere duas tantum scripturas, prothocollarem scilicet, quæ dicitur prima, & exemplatam, quæ dicitur mundum, seu instrumentum publicum, tradendum partibus petentibus, tamen hodie, vt referunt Gloss. in d. §. illud. in verbo. prothocollum. versus finem, & apertius Ioan. de Grass. nulla facta mentione d. glossæ, in tract. de substant. procur. in verbo. & notatum scripsi. num. 3. fol. 375. col. 2. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 187. num. 1. & 3. notarius facit tres scripturas, quarum prima est illa imbreuiatura, quæ fit in alia charta, bastardello, seu paruulo notulario, quod notarius semper defert secum cum pugillari: secunda est prothocollum, in quo ex illa imbreuiatura transcribitur instrumentum ad longum: tertia est illa, quæ dicitur mundum, seu publicum instrumentum, quod datur ipsis
586 partibus: Et est sciendum, quòd notarij solent, & possunt lacerare illas imbreuiaturas postquàm ex eis ad longum extenderunt instrumentum in prothocollo, sicut scribit Paris. consil. 28. visis omnibus. num. 21. lib. 2. quem in hoc retulit, & sequuta est
587 Rot. diuers. decis. 610. num. 6. part. 1. &, vbi eam lacerauerint, remanet prothocollum loco scripturæ originalis, ad quod recurritur in casu dubitationis ortæ circa scripturam, & tenorem instrumenti,
588 sicut declarat Paris. vbi supra, & illam primã scripturam, quæ fit in notulario, Par. de Put. in tract. de reassum. instrum. rub. 1. num. 1. fol. 36. & rub. 25. num. 1. fol. 45. vocat bastardellum.

589 Et si tu aduersus hæc vltimo scripta opponendo diceres, quòd instrumentum, sumendum ex prothocollo, non potest facere fidem eo, quòd non fuit lecta scriptura prothocolli partibus præsentibus tempore contractus, & rogitus, sed solum fuit lecta scriptura imbreuiaturæ, seu bastardelli per ea, quæ apertè scribunt Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de instrument. edit. §. ostenso qualiter. num. 15. in fine. in verbo. verior est. ibi. per hunc finem. Ant. de Butr. in cap. cum p. tabellio. num. 7. in fine. ibi. vnum scias. & Abb. num. 4. ibi. in fero etiam. de fid. instrum.

590 Ego resp. dupliciter; & primo vna cum Abb. vbi supra, quòd ista obiectio procedit solum in contractu, in quo de sui natura, vel ex intentione contrahentium scriptura debet esse de substantia ipsius contractus, secus vbi scriptura fieret solum ad effectum probandi.

Secundo resp. quòd scriptura prothocolli habetur pro lecta partibus præsentibus; exquò subintrat in locum illius imbreuiaturæ, quæ fuit lecta partibus præsentibus; quam subintrationem consuetudo potest facere.

591 Dixi supra num. 586. quòd notarij solent, & possunt lacerare illas primas notulas, & imbreuiaturas: hic te monitum esse volo, quòd si eas non lacerauerint, & reperiretur aliqua dubitatio in instrumento publicato, esset recurrendum potiùs ad illam primam imbreuiaturam, quàm ad prothocollum extensum: & ratio est, quia illa prima imbreuiatura est magis propriè, & verè prothocollum, vt refert, & sequitur Menoch. tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 187. sub nu. 20. 21. & 22.

Copia, seu exemplum non probat.

592 Regula, quam firmaui supra num. 524. vers. primus. & num. 528. est, quòd notarius, rogatus de aliquo contractu, potest sine auctoritate iudicis, sine citatione partis, & sine alia solemnitate dare exemplum authenticum, quod fidem faciet; quam regulam pluribus ibidem ampliationibus, & exemplis prosequuti sumus.

RESTRINGE nunc, seu; melius loquendo; declara istam regulam, vt procedat [prout loquuti sumus] solum in exemplis authenticis, sumendis à notario, secus autem in exemplis, sumendis ab alijs personis, quæ non sunt notarij; quia hi, qui non sunt notarij, quamuis tradant exemplum scripturarum originalium, quas ipsi fecerunt, tamen illud exemplum non probat: & ratio diuersitatis est, quia iure, vt in Auth. de tabellion. cautum est, quòd notarij scribant contractum in prothocollo, & ex contractu, scripto in prothocollo, sumant instrumentum originale; quare illud instrumentum est à iure approbatum, vt originale, sicut ex Bal. Dec. Rot. & Mascar. retuli, & sequutus sum supra nu. 537. vers. declara. quod si remaneret, vt copia, non faceret fidem; quia regula est, quòd copia, seu exemplum non facit fidem iuxta ea, quæ scripsi supra num. 392. vers. ratio est. vnde cum iure non reperiatur cautum, quòd exempla, seu copiæ, sumptæ ab eisdem, qui scripserunt originalia, remaneant, vt originalia, sed considerentur in iure, vt copiæ; sequitur necessariò, quòd non faciant fidem: nam & in notario quoquè constitutum est, quòd, si tradat exemplum, vt exemplum, non probet iuxta ea, quæ respondendo ad Paul. de Castr. in auth. si quis in aliquo. num. 4. in fine. & num. 5. C. de eden. dixi supra num. 531. vers. non obstant.

593 INFERO I. ex ista restrictione, seu declaratione, quòd copia alicuius partitæ, seu postæ, extracta à mercatore ex suo proprio libro, sua manu scripto, non probat; quia est copia, & mercatoris fides est approbata solum in scriptura originali ipsius libri: & ita seruatur in iudicijs.

594 Contra istam illationem facere videtur, quod scribit Socc. in auth. si quis in aliquo. sub num. 8. C. de eden. dicens, quòd si libris mercatorum in eorum fauorem detur fides; & producatur vna particula libri, in qua appareat de certo debito, & certa causa, quæ referat se ad aliam scripturam alterius libri, probabit, licet illa alia non producatur: quia, inquit, posset de nouo conficere, & sic ait fuisse in quæstione de facto responsum in Ciuitate Senarum.

Huic obiectioni respondetur, quòd ideo scriptura, se referens ad aliam, probat; quia, cum sit facta præsentibus partibus, reputatur scriptura originalis de nouo facta, & non copia.

AMPLIA præmissam illationem, vt sit vera etiam si esset copia plurium partitarum.

AMPLIA denique, vt sit vera etiã si esset copia totius integri libri; quia adhuc illa copia non probaret; exquò esset copia: quia in iure cautum non reperitur, quòd copiæ, sumptæ à mercatoribus ex suis libris, habeantur, & sint scripturæ originales.

595 INFERO II. quòd copia alicuius partitæ, extractę à Gabellario, seu alio officiali publico, non probat eadem ratione; quia est copia, & in iure non reperitur cautum, quòd copiæ istorum sint originalia: id enim solum in notarijs constitutum est, vt dixi.

AMPLIA istam illationem dupliciter, sicut ampliaui præcedentem.

596 INFERO III. quòd si aliquis de commissione partium scripserit apocham cum sua, & testium subscriptione iuxta materiam. l. scripturas. C. qui pot. in pign. habean. cum alijs, citatis à Spec. tit. de instru. edit. §. nunc dicendum. sub nu. 2. ibi. quinto dicitur. & à Papien. in pract. in forma productionis instrumentorum. in gloss. exhibens. sub num. 12. ibi. quarto illa scriptura. fol. 328. eaquè apocha de earundem par-

tium consensu remanserit apud ipsum scriptorem, isquè postea copiam eius dederit, illa copia non probabit, quia est copia.

597 AMPLIA I. istam illationem, vt sit vera etiam si iste, qui eam scripsit, esset notarius; & ratio huius ampliationis est; quia notarius non scripsit eam, vt notarius, sed vt priuata persona.

598 AMPLIA II. notabiliter, vt sit vera etiam si in copia se subscriberent ijdem testes: quia adhuc non probaret; & ratio est, quia quamuis habeat easdem solemnitates, quæ sunt in originali, tamen est copia, quę retinet semper naturam cuiusdam depositionis, seu attestationis testium, factæ extraiudicialiter.

599 INFERO IIII. quòd si priuilegium exemplaretur ab eadem manu, & subscriberetur manu eiusdem Principis, qui se subscripsit in originali, & muniretur eodem sigillo; nihilominus non probaret, vt exemplum, seu copia, sed vt originale confirmationis, & innouationis; & ideo non est necessaria citatio partis, cum alias, si esset exemplum, seu transumptum, requireretur citatio partis, vt scribunt Abb. in cap. ex parte. num.3. de priuileg. Dec. in cap. cum dilecta. num.40. de confirmat. vtil. vel inutil. & Mascar. tract. de probat. conclus. 1388. transumptum. num.26. lib. 3. & sentit Arch. in cap. contra morem. sub num. 1. dist. 100.

600 EXTENDE notabiliter præfatam restrictionẽ, positam supra num. 592. & omnes illationes, & ampliationes, quas ex ea deduximus, vt procedant, etiam parte non opponente; quia adhuc præfata exempla, seu copiæ non probant.

Ratio huius extensionis est, quia ratio, cur exemplum quandoquè probet, est, quia tunc præsumuntur interuenisse ea omnia, quæ requiruntur in eo, vt faciat fidem; & ideo exemplum etiam recens probat, parte non opponente, quia citatio, quæ non apparet, & requiritur, præsumitur per ea, quæ ex Compostel. Mathes. Socc. Fely. Ias. & Crauet. retuli, & sequutus sum infra num.710. loquendo de exemplo, sumpto extra acta, prout ibi declaraui, cum eo casu citatio sit separata: secus ergo est, quando requisitum, quod deficit, non potest præsumi, quia tunc exemplum non probat, etiam parte non opponente, & ideo exemplum registratum in actis, parte non citata, non probat, etiam parte non opponente; quia, cum citatio sit de actis, & in actis non reperiatur, sumus in claris, eam non interuenisse, &, cum simus in claris, cessat præsumptio iuxta ea quæ scripsi infra sub num. 712. ibi secus autem. etenim si iudex videt, quòd scriptura non habet substantialia, requisita ad faciendam fidem, non debet illi fidem adhibere, quamuis pars taceat: quia probatio fit iudici.

At in exemplis, de quibus loquuti sumus in præmissis illationibus, deficiunt duo requisita: primum est, quòd exemplum non est scriptum manu notarij, vti notarij rogati iuxta ea, quæ scripsi infra n. 661. & 608. in 3. requis. secundum, quod deficit, est, quòd notarius, qui exemplat, non publicat rogitum suum:

601 nam & si notarius non debeat publicare scripturam priuatam, tamen debet facere instrumentum solemne, quòd talis constitutus coram se, & testibus infrascriptis dedit ei scripturam tenoris, infra registrandi, eumquè rogauit, vt illam exemplaret, quam postea debet exemplare, eaquè exemplata, debet dicere. *ego talis notarius hoc exemplum, siue transcriptum, vt in prædicta apocha, non viciata, &c. inueni, transcripsi; nihilo addito, vel diminuto, &c. & meum signum apposui*: & hanc formam sumimus ex ea, quam Spec. tit. de instr. edit. §. ostenso qualiter. ponit in subscribendis, & publicandis transumptis, sumptis ex publicis instrumentis: & hæc duo non possunt præsumi, quia ex lectura constat, quòd non interuenerunt.

602 INFERO ex his, quòd, si notarius exemplaret cum præfata subscriptione, & concurreret diuturnitas temporis, exemplum probaret, sicut probaret eius originale, sed non magis; & ratio, quare probaret, est, quia alię solemnitates, quæ requiruntur, sicut est auctoritas iudicis, & citatio partis, præsumerentur iuxta ea, quæ dixi infra num. 679. & 701. & hæc satis quoad primum casum, positum supra sub num. 524.

CASVS PRINCIPALIS II.

SPECIES I.

603 Secundus casus principalis est: quando scriptura est transumptanda, & publicanda ab alio notario, quàm ab eo, qui fecit originale: & in isto casu distinguo duas facti species.

Prima est: quando transumptum fit ex prothocollo, vtputa, quia notarius, qui fuit rogatus, est mortuus, vel longo impedimento detentus.

Secunda est: quando exemplum sumitur ex instrumento, & non ex prothocollo.

Capio primam speciem: & concludo, quòd non potest transumptari, hoc est, publicari, nisi interueniant infrascripta requisita.

PRIMO ergo requiritur, quòd transumptum fiat ad instantiam eorum, quorum interest, seu ad quos pertinet, vt dicit textus in cap. cum p. tabellio. de fid. instr. & ibi Gl. 1. Io. Andr. num.7. in fine. in verbo. ad petitionem. Ant. de Butr. sub nu. 2. vers. not. hic. in tertio requis. Abb. sub n. 1. ibi. primo vt hoc. & Fely. vers. tertio quæritur. nu.3. in fine. Affl. decis. 6. quidam notarius. nu. 3. & latè in constit. baiulos omnes. nu. 58. vers. & ex ista constitutione. lib. 1. Guid. Pap. decis. 2. nu. 2. & hoc requisitum non habet difficultatem; quia est necessarium etiamsi peteretur exemplum ab ipso notario, qui de exemplari fuit rogatus, vt ex Spec. retuli, & sequutus sum supra num. 527.

604 SECVNDO requiritur auctoritas iudicis, vt dicit idem textus in cap. cum p. tabellio. & ibi Gl. 1. Io. Andr. sub num. 8. in verbo. auctoritate ordinarij. Ant. de Butr. sub num. 2. in 4. requisito. Abb. sub. num. 1. ibi. secundo vt hoc. Spec. tit. de instrum. edit. §. ostenso qualiter. vers. illud quoquè. nu. 15. Affl. d. decis. 6. sub num. 3. & in d. constitutione. baiulos omnes. num. 59. vers. secundum requisitum. & Guid. Pap. d. decis. 2. sub num. 2. & decis. 404. nu. 1.

605 Sed an debeat esse iudex ordinarius, vt loquitur allegatus textus in cap. cum p. tabellio. vel sufficiat delegatus; vide Io. Andr. & Abb. vbi supra, & vide etiam Guid. Pap. d. decis. 2. in principio. & Affl. d. constitutione. baiulos omnes. d. num. 59. Mandos. tract. de monitor. q. 43. num. 3. fol. 67. & in defectum

606 iudicis quis debeat adiri, vt interponat auctoritatem, vide Paul. de Castr. cons. 202. in causa. num. 2. vers. & si dicatur. lib. 1.

607 Et de ista auctoritate, seu commissione transumptandi non crederetur notario, attestanti sibi commissum fuisse à iudice, sed debet aliter constare, parte opponente, vt scribit Guid. Pap. d. decis. 404. sub nu. 1. subdens, quòd non sufficeret, si pars opponeret in allegationibus iuris, quæ dantur iudici in manica.

Nec obstat, quòd de stylo credatur notario, attestanti de commissione, sibi facta ad examinandos testes, vt dixi supra cap. 8. num. 60.

Quia resp. vnam consuetudinem correctoriam iuris communis, qualis est relata, vt patet ex his, quæ dixi d. cap. 8. num. 59. non esse extendendam ad alios casus. Præterea illa consuetudo, seu stylus procedit solum in notarijs actuarijs Curiæ eo, quòd ad eos solet spectare hoc onus examinandi, & non ad alios: sed exemplare non magis potest spectare ad actuarios Curiæ, quàm ad alios, meritò debet apparere de commissione.

608 TERTIO requiritur, quòd is, cui committitur transumptum faciendum, sit notarius, vt apertè scribunt Abb. in d. cap. cum p. tabellio. sub nu. 1. ibi. tertio requiritur. de fid. instrum. Affl. d. decis. 6. sub num. 3. & latius in d. constitutione. baiulos omnes. vers. quartum requisitum. sub num. 62. lib. 1. vbi rationem adducit, & Guid. Pap. d. decis. 2. sub num. 2. &, quòd ita etiam sentiant Io. And. in eod. cap. cum p. tabellio. nu. 9. Ant. de Butr. sub nu. 8. & Spec. tit. de instrum. edit. §. ostenso qualiter. sub num. 15. patet apertè ex formula subscrip-

subscriptionis faciendæ per eum, qui faciet transumptum; quam sic inchoandam aiunt. ego talis notarius &c. &, quòd iudex debeat committere alicui tabellioni, expressè rursus aperiunt Spec. sub d. num. 15. & Io. And. in d. cap. cum p. tabellio. sub num. 8. in verbo. poteris.

609 QVARTO requiritur; quòd notarius, qui transumptat, nihil addat, vel minuat, sed omnia fideliter scribat, prout iacent in prothocollo, vt dicunt ijdem Io. Andr. in dicto cap. cum p. tabellio. sub num. 8. in verbo. fideliter. Ant. de Butr. sub num. 8. vers. quæro quæ requirantur. & Abb. sub num. 1. ibi. quarto requiritur. Bal. in rub. sub num. 22. in fine. vers. ex hoc apparet. C. de fid. instr. Affl. decis. 6. sub nu. 3. & latius in constitutione. baiulos omnes. vers. octauum requisitum est. num. 77. lib. 1. & Guid. Pap. decis. 2. sub num. 2.

610 Potest solum variare circa personam sui loquentis; quia non refert, an loquatur in prima, vel in tertia persona secundum Io. Andr. Abb. & Affl. qui eum refert, & sequitur in locis, supra proximè citatis: & aperte probatur ex textu in cap. dudum. ibi. sed ad

611 ista respondebatur. de conuers. coniug. † Sed an possit extendere illam clausulam (& cætera) quæ reperitur in prothocollo, vide Affl. in d. constitutione. baiulos omnes. num. 78. vers. an notarius.

612 QVINTO requiritur, quòd illud transumptum redigatur in publicam formam, vt in d. cap. cum p. tabellio. de fid. instr. scribunt Io. Andr. sub num. 8. in verbo. in publicam formam. Ant. de Butr. num. 2. in fine. ibi. quinto. & Abb. sub num. 1. ibidem. quinto. Affl. decis. 6. sub num. 3. & sæpè sæpius in constitutione. baiulos omnes. num. 58. 59. 67. 77. & sedulò num. 82. vers. duodecimum requisitum. lib. 1. & Guid. Pap. decis. 2. sub num. 2. & videtur probari ex dicto cap. cum p. tabellio.

613 SEXTO requiritur, quòd ille notarius, qui fuit rogatus, sit mortuus, sicut indicat textus in d. cap. cum p. tabellio. in principio. de fid. instr. & notat ibi Abb. num. 1. versus finem. ibi. item dicit quod. Affl. d. decis. 6. sub num. 3. & in constitutione. baiulos omnes. in pluribus locis obiter; videlicet sub nu. 58. sub num. 62. vers. quartum requisitum. sub num. 63. vers. quintum requisitum. sub num. 66. 67. 77. 78. 79. & sedulò num. 81. dicens, quòd iudici debet constare de morte illius notarij, qui scripsit prothocollum: & ratio huius requisiti est: quia regula est, quòd, viuente notario, qui fecit instrumentum, non potest alter notarius ex prothocollo ipsius notarij viuentis reassumere publicum instrumentum Affl. dicta decis. 6. num. 1.

614 DECLARA istud sextum requisitum, vt notarius longo impedimento detentus habeatur pro mortuo, quò ad istum effectum, sicut scribunt Abb. vbi supra. & Affl. qui eum sequitur sub d. num. 81. & dicta decis. 6. sub num. 3. & sic intelligo etiam Bar. in l. quædam. §. nihil interest. sub num. 4. ff. de eden. prout sic eundem induxi supra num. 579. & sic fuisse communi voto resolutum in cons. Neap. refert Affl. d. decis. 6. in fine.

Sed quod dicatur longum impedimentum credo quòd relinquetur arbitrio iudicis per ea, quæ dixi supra cap. 9. num. 1891.

615 SEPTIMO requiritur; quòd notarius mortuus reduxerit scripturam transumptandam in prothocollum, vt scribunt Abb. in d. cap. cum p. tabellio. nu. 1. in fine. de. fid. instr. & Affl. d. decis. 6. sub num. 3.

616 † & ideo, si extaret cedula non descripta in prothocollo, sed reperiretur in aliqua filcia ipsius notarij mortui, non posset notarius, cui est facta commissio generalis prothocollorum notarij defuncti, ex ea leuare instrumentum, & redigere in publicam formam, secus tamen si ei esset facta commissio specialis de leuando instrumento ex illa cedula, quam commissionem specialem non debet iudex facere, nisi præmissa diligenti inquisitione Menoch. latè tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 187. vers. quartus est casus. num. 24. & sub num. 26. & seqq. imò debet probari, & recognosci, quòd illud prothocollum fuerit scriptum per manum illius notarij mortui, vt declarat idem Affl. in constitut. baiulos omnes. num. 79. vers. nonum requisitum. lib. 1. & vbi non sit antiquum, requiritur, quòd habeat sigillum, vel subscriptionem notarij, vt refert, & sequitur Menoch. d. cas. 187. nu. 18. & sub num. 22. &, quòd in prothocollo, & rogitu notarij sit necessaria eius subscriptio, & non sufficiat scriptura, dixi supra num. 560. Sed quid intelligatur nomine prothocolli isto casu, & quòd intelligatur etiam illa prima imbreuiatura cæterata, & non extensa, vide Menoch. d. cas. 187. vers. tertius est casus. num. 20.

617 OCTAVO & vltimo requiritur, quòd antequàm fiat transumptum vocentur hi, quos res tangit, seu quorum interésse potest illa transumptatio, vt scribunt Io. Andr. in cap. cum p. tabellio. num. 8. versus finem. & Ant. de Butr. sub num. 8. vers. quæro quæ requirantur. de fid. instr. Affl. decis. 6. sub nu. 3. Guid. Pap. decis. 2. sub num. 2. & hanc esse communem * opin. testatur idem Affl. in constitutione. baiulos omnes. sub num. 59. vers. tertium requisitum. lib. 1. & omisi allegare Spec. in tit. de instrum. edit. §. ostenso qualiter. vers. fiat ergo. sub num. 26. & Bal. in auth. si quis in aliquo. num. 5. & latius sub num. 14. C. de eden. quia loquuntur in exemplo, sumendo ex instrumento mundo, & non ex prothocollo; & ideo citaui eos in suo loco infra nu. 667. in 7. requisito, quamuis à nonnullis malè citentur etiam in instrumento, leuando ex prothocollo. & huius requisiti ratio secundum Affl. vbi supra est: quia vbicumque pars potest

618 lædi requiritur citatio. † & de hac citatione est faciendum publicum instrumentum secundum Io. And. dicto num. 8. versus finem. quod & in exemplis, sumendis non ex prothocollo, sed ex alijs scripturis publicis retuli ex Spec. Host. & Paul. de Castr. infra nu. 678. vers. nota primo. sed pro intelligentia huius octaui requisiti vide sequentes ampliationes, & limitationes.

619 AMPLIA, vt istud requisitum citationis præmittendæ habeat locum in decreto, & auctoritate, seu commissione generali iudicis, interponenda, & facienda notario, vt transumptet scripturas talis notarij mortui; quia tunc est præmittenda vnica citatio generalis contra quoscumque sua interesse putantes ad dicendum contra, seu causam, quare dicta commissio fieri non debeat, Card. in dicto cap. cum p. tabellio. Abb. sub num. 1. ibi. requiritur secundum. & Felyn. sub num. 3. vers. contrarium. de fid. instr. & idem Card. cons. 74. titius nunc sum. in tertio dubio.

620 RESTRINGE istam ampliationem, vt non sit vera in loco, vbi extaret consuetudo, vel statutum, quòd non requiratur citatio; quia tunc posset interponi auctoritas, & fieri commissio transumptandi sine citatione partis Bal. in d. auth. si quis in aliquo. sub num. 14. vers. tu dic vt supra. C. de eden. quem ibidem refert, & sequitur Ias. sub num. 5. vers. additio item limita. & latius Affl. in d. constitut. baiulos omnes. num. 61. vers. tertio fallit. dicens hanc vetustissimam consuetudinem extare in magna Curia Vicariæ, vbi transumpta fiunt, partibus non vocatis, & tamen probant, sicut ipsa originalia. Afin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. num. 7. & Mascar. tract. de probat. concl. 711. num. 21. lib. 2. qui tamen loquuntur de exemplo, sumendo ex instrumento potiusquam de exemplo, sumendo ex prothocollo.

621 LIMITA I. nunc istud requisitum, vt non sit necessarium in authenticationibus singulorum instrumentorum illius prothocolli, cuius exemplatio, seu transumptatio fuerit iam generaliter commissa alicui notario, præuia generali citatione coram iudice ad dicendum contra, quare non deberet committi iuxta ea, quæ dixi in præcedenti ampliatione: quia tunc illa citatio fuit sufficiens, & alia citatio non requiritur in exemplatione, testibus Abb. in dicto cap. cum p. tabellio. sub num. 1. vers. requiritur secundum. & Felyn. sub num. 3. vers. contrarium. de fid. instr. & Addition. ad Guid. Pap. decis. 2. ibi. tu adde. nam, cum fiat ex prothocollo, semper potest ad illud recurri, & procedit ista limitatio, etiam si contradictor

esset

esset certus; licet secus sit, quando exemplum sumitur ex alia scriptura; & non ex prothocollo per ea, quæ dixi infra not.3.num 713.& seqq. ad eum.

622 LIMITA II. vt non sit necessarium in Delphinatu: quia ibi extat consuetudo curiæ parlamenti, & aliarum curiarum, vt grossationes, idest exemplationes fiant per notarios ad hoc deputatos absque partis citatione, teste Guid. Pap. decis. 2. num. 2. versus finem. quem refert Crauet. tract. de antiq. temp. post par. 3. rub. solemnitas extrinseca. in verbo. vidimus. sub num. 19. fol.149. dicens illic esse deputatum Commissarium generalem ad leuanda, aut grossanda instrumenta notarij defuncti. Sed aduerte, quia Guid. Pap. loquitur in illa decis. de exemplis, sumendis ex prothocollo notarij mortui, sed Crauet. loquitur in diuersis, videlicet in exemplis, sumendis non ex prothocollo, sed ex instrumento, de quibus modo sumus acturi. & quòd ista consuetudo sit seruanda, sentit Abb. in cap. inter dilectos. sub num. 7. ibi. nisi subsit consuetudo. de fid. instr.

623 LIMITA III. vt non habeat locum in notario, habente licentiam transumptandi scripturas, & instrumenta notarij rogati mortui; quia poterit transumptare sine aliqua citatione, vt refert, & sequitur Caputaq. decis. 351. alibi 354. seu 24. num.1.in fine, & num.4.par.2.& dixi infra num.737.

624 Formam subscriptionis, qua vti debet notarius, qui facit transumptum, ponunt Io. Andr. in cap. cum p. tabellio. num. 9. & ibidem Ant. de Butr. sub num. 8. ibi. ego talis. de fid. instr.

625 Et eiusmodi transumptum sufficiet hæredi in acquirenda possessione ex l. fin. C. de edict. diu. adr. toll. ac si esset instrumentum publicum, sumptum ex originali per eundem notarium, qui fuit rogatus, vt per eundem Caputaq. vbi supra.

SPECIES II.

MEMBRVM I.

626 Capio secundam speciem positam supra num. 603. quando exemplum sumitur ex instrumento, & non ex prothocollo: & in ea distinguo duo membra.

Primum est: quando exemplum, seu copia sumitur ex instrumento, vt conseruetur memoria, vt puta, quia instrumentum est adeo antiquum, vt, nisi exempletur, citò, & ita consumetur, vt deinde exemplari non posset, sicut loquitur Felyn. in d. cap. cum p. tabellio. sub num.3. vers. contrarium. de fid. instr. & de hoc primo membro habemus textum in terminis in cap. vlt. de fid. instr. Et in isto membro concludo, posse dupliciter fieri exemplationem: primo exemplando de verbo ad verbum, prout iacet, apposita deinde subscriptione ipsius notarij exemplantis; & iste modus seruari potest in exemplandis instrumendis non magni ponderis, teste Spec. viden. in tit. de
624 instr. edit. §. ostenso qualiter. num.1.& 2. † secundo potest exemplari cum aliqua maiori solemnitate; & est, vt notarius exemplans adiungat secum duos, vel tres tabelliones, cum quibus diligenter auscultabit ipsum exemplum cum authentico, &, vbi fuerint simul concordata, vnusquisque illorum notariorum, posito suo signo, se subscribet, vt enarrat Spec. d. §. ostenso qualiter. num. 3. & 4. vbi ponit formam prædictæ subscriptionis faciendæ. Cauendum tamen est, quòd nec in primo, nec in secundo modo exemplandi est apponendum signum notarij, qui scripsit exemplar: & formam vtriusque exemplationis ponit Spec. vbi supra.

628 Contra istum secundum modum exemplandi opponunt, & benè Io. Andr. in addit. ad ipsum Spec. eod. §. ostenso qualiter. sub num.7. litera. d. in verbo. tabellionibus. & Abb. qui eum citat, & sequitur in dicto cap. vlt. nu.4. de fid. instr. inquit enim Io. And. quòd frustra fatigantur tot notarij in eo, quod potest expediri per vnum solum, imò etiam per priuatum, cum illud exemplum fidem non faciat, sed solum teneat memoriam.

629 Nam, quòd istud exemplum non probet plenè, neque ex eo possit fieri exactio, scripsit Spec. d. §. ostenso qualiter. num. 4. versus finem. ibi. nota tamen, & , quòd instrumentum exemplatū per tres, vel quatuor notarios, asserentes etiam, se vidisse, & auscultasse instrumentum non abolitum, nec cancellatum, & se cognouisse manum, seu literam notarij, non faciat adhuc fidem; refert, & sequitur ex Spec. vbi supra Bar. in auth. si quis in aliquo. num. 7. & seq. vers. iuxta prædicta. C. de eden. & ex Bar. sequuntur ibidem Socc. num. 3. vers. ex quo infertur. Dec. sub num. 6. & 8. Paul. de Castr. sub num. 2. vers. in fine glos. qui dicit, hoc esse verum etiam si esset exemplatum per xx. notarios, qui omnes testarentur, vt supra, & Ias. sub num. 2. in secunda extensione. & sub num. 5. vers. additio successiuè, qui loquitur etiam si esset exemplatum per centum notarios, & omnes testarentur, vt supra; quod dictum retulit etiam, & sequutus est Mascar. tract. de probat. concl. 711. exemplum. sub num. 10. vers. secundo. & num. 11. lib. 2.
✻ vbi etiam refert, & sequitur hanc esse communem *
630 opinionem; † & fortius loquitur Paul. de Castr. vbi supra, dicens, quòd non facit fidem etiam si esset exēplatum auctoritate iudicis, quia, vt inquit, talis exem-
631 platio facta, parte non citata, non probat. † & multò fortius loquitur Ant. de Butr. in cap. 1. num. 15. vers. ad primum. de fid. instrum. dicens, quud exemplum non probat, etiam si, partibus consentientibus, sed
632 non expressè approbantibus, sit exemplatum: † imò secundum eundem ibidem hoc est verum; etiam si inter hos multos notarios, assistentes exemplationi, adesset ille, qui confecit instrumentum, dummodo ipse non sit principalis exemplans.

633 Sed an probet saltem semiplenè, vide Addit. ad Dec. in d. auth. si quis in aliquo. num. 6. in verbo.
634 exemplum. vbi allegat pro, & contra. † & an probet semiplenè, quando est exemplatum sine auctoritate iudicis; & quòd sic, maximè quando est amissum originale, vide Mascar. tract. de probat. concl. 711. exemplum. num. 26. lib. 2. vbi hanc esse communem
✻ * opin. refert, & sequitur ex Abb. Ias. & Purpur.

MEMBRVM II.

CASVS I.

635 Secundum membrum est: quando exemplum sumitur ad effectum probandi, vt scribit Spec. d. §. ostenso qualiter. num. 5. vers. secunda quoque ratione: & in isto distinguo duos casus.

Primus casus est, si exemplum sumitur ad effectū, vt probet in ea causa, in qua fuit productum originale cum protestatione illud rehabendi, dimissa copia collationata: Et isto casu concludo, quòd, si copia est extracta, & relicta in actis, parte citata, iuxta practicam, quam ex Maran. Vestr. & Carauit. retuli, & sequutus sum supra sub num. 34. dicitur solemniter extracta; & ideo fidem facit, sicut ipsa scriptura originalis: & ratio est; quia exemplum registratum in actis probat, vt scribunt Ant. de Butr. in cap. 1. sub num. 15. vers. fallit secundo. de fid. instr. & Ang. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. quem ibidem referunt, & sequuntur Alex. fallen. 7. num. 9. Ias. sub num. 5. fallen. 6. & Dec. fallen. 8. num. 25. & sentit apertè ibidem Bal. num. 3. in fine. ibi. iuxta hoc quæritur. dicens, quòd eiusmodi exemplationes, positæ in actis, dicuntur proprio nomine registrum, & habentur loco originalis; citans Innocen. in cap. 1. de procur. & hæc est opinio communis, * pro cuius vberiori intelligentia adde quæ scripsi infra num. 638. & seqq. ad eum. & quòd perpetuo probet, scribit Bar. in l. chirographis. num. 2. ff. de administr. & peric. tut.
✻

636 AMPLIA I. istam communem opin. vt habeat locum etiam si post registrum appareat, originale esse abolitum, vel rasum secundum Alex. d. fall. 7. sub num. 9. ibi. etiam si post. qui citat Bar. & Bal. quos poteris videre; eandemque ampliationem firmant Felyn. in cap. quoniam contra. sub nu. 50. vers. sexto quæro. ibi & amplia. de probat. & sub nu 82. in typis antiq. & Mascar. tract. de probat. concl. 711. sub num.

67. verſ. amplia. & num.68. lib.2. qui allegat etiam
Iacob.de S.Georg. & Curt.
637 AMPLIA II. vt procedat etiam ſi originale pro-
ductum poſtea perditum ſit, vt dicit Bar. loco ſupra
proximè citato.
638 DECLARA ſeu reſtringe iſtam concluſionem, ſeu
communem opinionē, vt procedat ſolum, quando iſta
copia, relicta in actis, fuit regiſtrata, aduerſario
præſente, vel citato; alias, aduerſario non citato,
non probat, Abb. in cap. cum in iure. ſub num.6. ver-
ſus finem. de offic. & poteſt. iud. deleg. Alex. in d.
auth. ſi quis in aliquo. fallen. 7. ſub num. 9. verſ. ſe-
cunda eſt reſtrictio. Fely. in cap. quoniam contra.
verſ. ſecundo limita. nu. 52. & in typis antiquis. ſub
nu.83.& ibidem Dec.num. 220. de probat. Maran. in
ſuo ſpec. par.6. actu 10. ſub num. 3. & apertè num. 4.
& Maſcar. tract. de probat. concluſ.711. exemplum.
639 nu.72. lib. 2. ✝ &,quòd probet ſolum contra eum,qui
fuiſſet præſens tali regiſtrationi, & nihil oppoſuiſſet,
ſcribit Alex. conſ.6. ponderatis ijs. ſub num. 8. lib.4.
&, quòd non ſatis ſit, partem fuiſſe citatam, ſed re-
quiratur etiam eiuſdem taciturnitas, ideſt, quòd ni-
hil oppoſuerit, referunt etiam, & ſequuntur Fely. in
dicto cap.quoniā contra. ſub nu.52.& in antiq.ſub.nu.
83. ibi. imò volunt. de probat. & Maſcar. vbi ſupra.
&, quòd non probet contra non citatum,nec præſen-
tem, ſcribit idem Alex. conſ. 108. viſo proceſſu. ſub
num.4. præſertim ibi.ex quibus. lib.5. Imò ſecundum
Abb. & Dec. vbi ſupra requiritur auctoritas iudicis;
hoc eſt,eius mandatum.
640 AMPLIA iſtam declarationem, vt multò magis
procedat in exemplo exempli; quia in eo caſu, in
quo non probat exemplum extractum ab originali,
multò minus probaret exemplum extractum ab exē-
plo; & ſic iſto caſu intelligo Bar. in auth. ſi quis in
aliquo. num. 9. in fine. C. de eden. Ant. de Butr. in
cap.1. num. 16. verſ. ex his apparet. de fid. inſtr. Ca-
putaq. deciſ. 113. ſeu 2. ſcriptura extracta. num.1. &
3. in fine. & deciſ. 234. ſumptum. num. 1. in fine.
par.3. & Affl. deciſ.282. orta lite. num. 6.& cæteros
Doctores, dum ſentiunt, & ſcribunt communiter,
✻ quòd exemplum exempli, ſeu ſcriptura ſumpta de
ſumpto non probat, prout de communi * opinione
Doctorum teſtantur Bar. vbi ſupra, & Maſcar. dicto
tract. de probat. concluſ.712.exemplum exempli.nu.
1. lib. 2. & ſic etiam intelligo Iaſ. qui in dicta auth. ſi
quis in aliquo. ſub num. 2. verſ. iſta regula. inquit,
quòd iſta regula, videlicet, quòd exemplum inſtru-
menti non probet,fortius procedit in exemplo exem-
pli.& quòd exemplum exempli non probet quantum-
cumque legitimè ſit extractum, refert, & ſequitur
Put. deciſ.152. die 5. octobris. num.3. lib. 3. ex Pur-
pur. in d. auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. &, quòd
exemplum exempli nunquam probet, refert, & ſe-
quitur ex Richar. Malum. & alijs Dec. in cap.1. num.
3. de fid. inſtr.
641 EXTENDE iſtam ampliationem etiam ſi primum
exemplum extractum ab originali eſſet extractum, &
relictum in actis, parte aduerſa, cum qua agebatur,
citata,ſeu præſente: quia nihilominus,ſi ex eo exem-
plo ſumeretur aliud exemplum contra aliam perſo-
nam, illud exemplum exempli; quamuis ſit ſumptum
ex exemplo in actis; non probat contra iſtam aliam
perſonam, quæ non fuit citata in productione inſtru-
menti originalis, teſtibus Alex. qui ſic benè conſul-
uit conſ. 108. viſo proceſſu. nu.4. lib. 5. & Affl.d. de-
ciſ. 282. ſub num. 6. verſ. ad hoc reſpondetur. & ſic
videtur declaraſſe Paul. de Caſtr. in l. publicati. num.
5. verſ. & per iſtam. C. de teſtam. ordin. & apertè
declarauit Corn. conſ. 24. licet in themate. num. 14.
✻ verſ. & ſic iſtud exemplum. lib. 4. & de communi *
opinione contra Bar. teſtatur Dec. in auth. ſi quis in
aliquo. ſub num. 30. verſ.vltimo C. de eden.
642 CONFIRMATVR iſta extenſio; quia ſi exem-
plum ipſum extractum ab originali, ſeu, vt loquitur
Alex. ſi regiſtrum originalis inſtrumenti, producti
apud acta, non probat, niſi contra illum, qui fuit ci-
tatus ad videndum produci ipſum inſtrumentum tē-
pore, quo fuit productum, & regiſtratum iuxta ea,
quæ ex ipſo Alex.retuli,& ſequutus ſū præced. decla-
ratione: ergo multò minus poterit probare exēplū il-
lius exēpli: & dato,quòd nec Alex.nec alij Doctores
hoc dicerent, probatur ratione euidenti: quia inſtru-
mētum originale productum, & regiſtratum in actis,
parte citata, reſpectu tertij non citati dicitur res in-
ter alios acta, quæ alijs non nocet tot. tit. C. res in-
ter alios acta. cum alijs iuribus, à nobis citatis ſu-
pra num. 206. verſ. in primo caſu. ergo, ſi exem-
plum originalis non probat contra non citatum, mul-
643 tò minus probat exemplum exempli. ✝ &,quòd ſcri-
pturis, & actis non ſit adhibenda fides, niſi inter eos,
inter quos ſunt actitata, ſcribit Azo in ſumma C. de
eden. verſus finem ſub num. 24. &, quòd inſtrumen-
ta, extracta ex proceſſu,facto in alia cauſa inter alias
perſonas, lite pendente, non faciant fidem; quia
res inter alios acta &c. quamuis dari ſoleat fides iu-
ribus in alia cauſa productis, dummodo illa iura ſint
extracta ante litem, & non lite pendente, fuit reſo-
lutum in Rota, vt ſcribit Caputaq. deciſ.101. ſeu 5.
inſtrumenta extracta. per totam. par.2.
644 Contra iſtam extenſionem videntur ſentire Guid.
Pap.qui tamen loquitur obſcurè deciſ.471. inſtrumen-
tum eſt in proceſſu. dicens, quòd copia inſtrumenti,
extracta à proceſſu, facit fidem, quamuis inſtrumen-
tum, quod fuit productum, ſit poſtea deperditum.
645 ✝ Maſcar. tract. de probat. concluſ. 712. exemplum
exempli. num.6. lib.2. referens ex Anchar. conſ. 41.
prima facie. ſub num.2.ibi. vlterius aduertendum eſt.
& Purpur. in auth. ſi quis in aliquo. num.34. C. de
eden.quod exemplum,ſumptum ab exemplo,reperto
646 inter acta,probat. ✝ & Caputaq. deciſ.351. alibi.354.
ſeu 24. in poſſeſſione. nu. 5. & 6. par.2. dicens, quòd
Domini de Rota tenent, quòd quando ſcriptura eſt
benè compulſata, & regiſtrata in alia cauſa etiam
in partibus, facit fidem in curia vigore bullæ Inno-
centianæ, ſubdenſque hanc dominorum obſeruantiā
coadiuuari ex illa iuris concluſione, quòd iura, re-
giſtrata in proceſſu valido inter alios, probant con-
tra eum, qui non interuenit in illo iudicio, ſi produ-
647 cantur. ✝ & Creſcen. deciſ. 1. alias 45. iura extracta.
de fid. inſtrum. dicens, Rotam tenuiſſe, quòd iura
extracta vigore compulſorialium decretarum inter
duos, faciant fidem etiam contra tertium, venientem
ad cauſam, licet etiam ſit reus neceſſarius, vtpote
vocatus vigore clauſulæ: & omnes ſua intereſſe pu-
tantes.
648 Confirmatur iſta opinio contra extenſionem: quia
exemplum, extractum ſolemniter, habet vim origi-
nalis, vt benè aduertit Maſcar. dicta concluſ.712. nu.
3.& pro regula ponitur à Fely.in cap.vltimo.verſ. no-
ta quinto. num.9. de fid. inſtr.& certè hoc eſt verum;
quia, niſi aſſumeret naturam originalis, non proba-
ret: Sed exemplum, ſumptum ex originali, & reli-
ctum in actis, parte citata, dicitur ſolemniter extra-
ctam, & habetur loco originalis ſecundum Bal. in
auth. ſi quis in aliquo nu.3. in fine. C. de eden.quem
retuli, & ſequutus ſum ſupra. ſub num.635. verſ. pri-
mus. ergo in effectu exemplum, ab eo ſumptum,non
dicitur amplius exemplum exempli, ſed exemplum
originalis; quod exemplum cum ſumatur ab eodem
notario actuario, qui regiſtrauit originale in actis,ſeu
ab eius ſucceſſore in offitio, dicetur ſumptum ab eo-
dem notario, qui confecit originale; & conſequen-
ter probabit, etiam ſi fuerit extractum ſine auctorita-
te iudicis, & parte non citata iuxta ea, quæ de exem-
plo authentico ſumpto ab eodem notario, qui verè
fecit originale, ſcripſi ſupra ſub num.524. verſ. pri-
649 mus eſt. & num. 528. ✝ & ideo videmus in praxi,
quòd pars producit inſtrumentum originale,illudque
ſecum reportat, dimiſſa copia in actis, parte citata;
& poſtea pars ipſa citata in ſecunda inſtantia, vel an-
tea ſumit copiam totius proceſſus, & ſic etiam co-
piam copiæ inſtrumenti, & ille proceſſus, dummodo
ſit publicatus ab actuario, probat; & ſic illa copia
copiæ probat, ſicut probaret originale: & aduerte
quòd dixi; dummodo ſit publicatus ab eodem actua-
rio; quia,ſi non eſſet publicatus ab eodem,vel ſaltem
à ſucceſſore in eius offitio,ille proceſsus non proba-

ret

ret; quia esset copia, extracta à notario non rogato de originali: & nota ista; quia sunt quotidiana; & scitu digna.

Retenta extesione, quam declarabis, vt infra num. 650. & seqq.

Resp. ad contraria, de quibus supra num. 648. & dico illa procedere, & habere locum in exemplo, sumpto auctoritate iudicis, citatis incertis habentibus interesse per ædictum generale contra quoscumque sua interesse putantes, & certis nominatim iuxta ea, quæ scripsi infra nu 713. & 714. vers. declara & adhibitis alijs requisitis, de quibus dixi infra num. 612. & 613. in 5. & 6. requisito; sed quantum ad exemplum, sumptum, & relictum in actis, potest dici solemniter sumptum solum respectu partis citatæ; & non respectu aliorum; & sic potest procedere, quod supra num. 644. vers. contra. & num. 645. retuli in contrarium ex Guid. Pap. & Mascar. videlicet quòd tàm copia, sumpta ex originali, citata parte, quàm postea copia copiæ, sumpta ab eodem notario actuario, qui extraxit primam copiam, probet inter eos, inter quos fuit illa copia extracta ab originali: quia eorum respectu potest dici solemniter extracta, vt dixi.

Nec obstat quòd Caputaq. & Crescen. ex aduerso allegati supra num. 646. & 647. scribant, quòd iura extracta probant contra eum, qui non interuenit in illo iudicio.

Quia respondeo, quòd de iure, circunducta obseruantia Rotæ, illud non procederet, nisi contra tertium venientem ad causam, vt loquitur Crescen. & dico, quòd Fely. in c. quoniam contra. n. 50. vers. sexto quæro. de probat. & in typis antiquis. n. 82. citatus per Caputaq. non dicit id, ad quod per Caputaq. citatur, sed ait simpliciter, quòd, producto instrumento apud acta, illa productio probat contenta in instrumento adeo, quòd non sit opus vlterius producere originale: quam probationem ego intelligo limitatè respectu eorum, qui fuerunt citati.

650 RESTRINGE istam extensionem, vt non habeat locum quoad semiplenam probationem, seu saltem aliquam præsumptionem: & ratio est, quia res inter alios acta facit aliqualem probationem, seu ad summum semiplenam, vt ex Bal. Aret. Ias. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 210. & 211. vers. hac tamen. & ex Bar. Ant. de Butr. Abb. & alijs supra num. 207. & 208. vers. contra conclusionem.

651 RESTRINGE etiam confirmationem huius extensionis, positam supra num. 642. & 643. vt non habeat locum quoad tertium venientem ad causam; quia tūc admitteretur in terminis, in quibus causa reperitur, & probatio iam sumpta æqualiter præiudicaret, & sic exemplum sumptum ex originali, & relictum in actis, parte citata, probaret etiam contra tertium, venientem ad causam; & sic intelligo Rotam, de qua Crescent. dicta decis. 1. alias 45. de fid. instrum.

652 SVBRESTRINGE istam restrictionem, vt sit vera; dummodo non probetur collusio inter eos, inter quos iura fuerunt extracta, vt declarat Crescent. ibidem in fine. quæ collusio probaretur per coniecturas, vt dicam alibi, fauente Deo.

CASVS II.

653 Secundus casus est: quando exemplum sumitur ad effectum, vt probet, deturque ei fides in alijs causis motis, vel mouendis ibi, vel in alio loco, vt puta quia originalia sunt transferenda ex causa ad locum remotum, & timetur de perditione in via, vel consumptione, vel fortè originalia sunt scripta in papiro, vel sunt communia inter cohæredes, & socios, quorum quilibet eget vno, vt ex Host. referunt, & sequuntur Io. Andr. in cap. vlt. num. 12. in verbo. in gloss. secunda. & ibidem Abb. circa principium ante num. 1. de fid. instrum. vel quia forsan originale incipit deleri, & is, qui habet interesse, non potest nunc agere, vel quia habet agere in diuersis locis, sicut considerat Abb. in cap. albericus. num. 5. de testib. & isto casu requiruntur multa.

REQVIRITVR I. enim vt exempletur ad instantiam partis iuxta ea, quæ de exemplatione facienda ex prothocollo dixi supra num. 603. in primo requisito, & in terminis istis notat Mascar. tract. de probat. conclus. 1388. transumptum. num. 27. lib. 3.

654 Imò non quælibet instantia sufficeret, sed debet esse iusta, vt innuit Ant. de Butr. in dicto cap. vlt. num. 1. de fid. instr. &, cessante iusta causa, iudex non debet concedere exemplationem, teste Abb. in eod. cap. vlt. in fine principij.

655 Et dicitur iusta causa concedendi, quando peteretur in aliquo casu, ex dictis supra num. 653. & petita ex iusta causa non potest denegari etiam si peteretur contra ipsummet iudicem, testibus Io. Andr. in d. cap. vlt. in fine. & Abb. ibidem in fine principij.

656 REQVIRITVR II. auctoritas iudicis, vt indicat textus in dicto cap. vlt. de fid. instrum. & ibi Ant. de Butr. sub num. 2. Abb. in principio, & num. 4. Spec. tit. de instrum. edit. §. ostenso qualiter. vers. sed nunquid. sub num. 9. & vers. fiat ergo. sub nu. 26. Paul. de Castr. cons. 202. in causa. sub num. 1. lib. 1. & hanc esse regulam scribit Fely. in dicto cap. vlt. sub num. 4. vers. regula autem. & ita concludere communiter

* Doctores testantur Affl. decis. 345. sunt anni. sub nu. 4. & Ruin. cons. 88. num. 10. lib. 4. quem refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. conclus. 711. sub nu. 25. lib. 2. & possunt applicari ea, quæ scripsi supra nu. 604. in 2. requisito, vbi vide alia contingentia istud requisitum: &, quòd requiratur decretum iudicis, refert, & sequitur Simoncell. tract. de decret. in præfatione. num. 121. fol. 290.

657 Et debet esse iudex competens; quia auctoritas iudicis incompetentis non diceretur auctoritas, teste Paul. de Castr. dicto cons. 202. sub num. 1. lib. 1.

658 Fallit tamen hoc, quando propter periculum non posset expectari, vel adiri iudex competens, vt dixi infra num. 672. vers. imò. sed qualis iudex tunc, & in defectum iudicis quis adiri debeat vide remissiue supra num. 605. & 606.

659 Fallentias ad istud requisitum ponit Fely. d. cap. vlt. sub num. 4. vsque ad num. 6.

660 Adhibita auctoritate iudicis, quòd exemplum probet, refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. d. conclus. 711. num. 17. lib. 2. quod tu intellige esse verum, concurrentibus alijs requisitis, de quibus supra, & infra.

661 REQVIRITVR III. quòd is, cui committitur exemplatio, sit notarius, vt indicat similiter textus in dicto cap. vlt. de fid. instrum. & aduertunt ibi Ant. de Butr. sub num. 2. ibi. quarto. Abb. nu. 4. & Fely. num. 12. vers. nota quarto.

662 LIMITA istud requisitum, vt non sit necessariū, quando non posset haberi notarius; quia tunc posset auctoritate iudicis exemplari per aliquam honestam personam, vt dicit Glo. in d. cap. vlt. in verbo. publicam personam. quam Gl. sub verbo fortè refert, & sequitur Fely. ibidem sub nu. 12. vers. nota quarto. ego tamen cōsulerem, vt isto casu adhiberentur duæ personæ, & non vna.

EX isto textu in cap. vlt. rectè Io. And. in addit. ad Spec. tit. de instrum. edit. §. ostenso qualiter. sub num. 7. in litera d. in verbo. tabellionibus. Abb. in d. cap. vlt. num. 4. vers. nota ibi. & Fely. num. 12. vers. nota quarto. concludunt, exemplationem de auctoritate iudicis factam per vnum notarium secundum formam dicti cap. vlt. fidem facere, reprehendendo in hoc Spec. qui in dicto §. ostenso qualiter. sub num. 7. requirit quinque, vel quatuor tabelliones, & consequenter repræhendi etiam possunt Alber. cæterique Doctores, quos refert, & sequitur Lanfr. de Arian. tract. de instrum. fid. & product. num. 12. in fine. fol. mihi 30. & potest etiam opponi contra Rotam apud Put. decis. 336. die 20. nouembris. sub num. 1. lib. 2. dum arbitrati sunt, esse necessariam subscriptionem quinque notariorum; licet Rota possit dicere, quòd ibi loquuta est secundum Saly. & Lanfr. quos citat, & non secundum suam sententiam: & hæc est bona excusatio.

Casum tamen, in quo commendatur ista cautela, adhi-

adhibendi plures tabelliones in exemplando inſtrumento, vide infra num. 672. verſ. imò iſto caſu. verſus finem.

663 REQVIRITVR IIII. vt notarius exemplans nihil addat, vel minuat iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 609. in 4. requiſito. & in terminis noſtris aduertit Ant. de Butr. in dicto cap. vltimo. ſub num. 6. paulò ante finem. ibi. requiritur vlterius. de fid. inſtr.

664 REQVIRITVR V. quòd illud exemplum redigatur in publicam formam: quia alias exemplum non probaret Abb. in d. cap. vlt. num. 1. de fid. inſtr. & probatur ex his, quæ dixi ſupra num. 612.

665 REQVIRITVR VI. quod iudex diligenter inſpiciat exemplar, an ſit vitiatum, quia, ſi eſſet vitiatum, non debet interponere ſuam auctoritatem; vide omnino Ant. de Butr. in cap. vlt. num. 6. verſ. venio ad quartum. & ibidem Abb. num. 3. de fid. inſtr. vbi diligenter enarrat quanta, & qualis debeat eſſe diligentia iudicis in videndo exemplari, an ſit exemplan-
666 dũ. * & ſimiliter, ſi ex quauis cauſa inſtrumentum nõ probet, non eſt publicandum Put. deciſ. 408. 3. martij 1546. num. 1. & 2. lib. 2. & hoc requiſitum ſatis probatur ex dicto cap. vlt. & ratio eſt, quia fruſtra fieret exemplum, ſi exemplar non eſſet ſolemne, & validum, cum poſſet opponi contra exemplum quidquid poterat opponi contra exemplar, vt ſcribit Bal. in auth. ſi quis in aliquo. ſub num. 14. verſ. nunc de exemplatione. C. de eden. dicens requiri in primis, quòd inſtrumentum exemplandum ſit ſolemne, & validum.

Nota ex iſto 6. requiſito, temerariam videri practicam notariorum, qui dicunt, ſe inſpexiſſe &c. cum inſpectio ſit commiſſa iudici, & non notario; laudabile tamen eſt, ſi ipſi etiam inſpiciant, & inquirant, Fely. dicto cap. vlt. not. 3. ſub nu. 11. de fid. inſtr. & in typis antiq. num. 8.

667 REQVIRITVR VII. & vltimo, quòd citentur habentes intereſſe in illo exemplari tranſumptando, vt ſcribunt Spec. tit. de inſtr. edit. §. oſtenſo qualiter. verſ. fiat ergo. ſub num. 26. Abb. in cap. cũ p. tabellio. ſub num. 1. ibi. ſed in qualibet. de fid. inſtr. vbi ſic declarat Speculatorem loco citato, & ibidem Fely. ſub num. 3. verſ. contrarium. & apertè in proprijs terminis ſcribunt Innoc. in d. cap. vlt. num. 3. verſus finem, ibi. ſed hic ſatis videtur. Ant. de Butr. ſub num. 6. ibi. requiritur quarto. eod. tit. de fid. inſtr. Rot. deciſ. 1. alias 10. fuit dubitatum. ſub num. 3. de fid. inſtr. in nou. Bal. in auth. ſi quis in aliquo. num. 5. & latius ſub num. 14. C. de eden. hancque eſſe communem * ſententiam teſtantur Bar. in dicta auth. ſi quis in aliquo. num. 4. verſ. & pro hac. Paul. de Caſtr. num. 2 in fine. & Iaſ. qui eum ſequitur ſub num. 5. verſ. additio ſucceſſiue. ibi. & ad ſecundam. C. de eden. Abb. in cap. albericus. ſub num. 5. de teſtib. Fely. in dicto cap. vltimo. num. 6. verſ. debet iudex. Aſin. in pract. §. 7. cap. 5. limit. 96. num. 1. & 5. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 711. exemplum. num. 19. & 25. lib. 2. & concluſ. 1388. ſub num. 4. verſ. verior tamen, lib. 3. &, quòd ita tentant omnes * legiſtæ in dicta auth. ſi quis in aliquo, ſcribit Paul. de Caſtr. conſ. 202. in cauſa confinium. ſub num. 2. verſ. ſuper ſecundo. lib. 1. & adeo requiritur citatio, vt, ea omiſſa, exemplum non probet teſtibus iiſdem Innoc. vbi ſupra num. 4. verſ. imò plus, & ibidem Ant. de Butr. & Abb. ſub num. 8. verſ. ſecundo quæritur, dum dicunt, quòd non præiudicat abſentibus. rurſus Abb. in dicto cap. albericus, ſub num. 5. qui dicit, quòd exemplum alias non valet, & Fely. vbi ſupra proximè citatus, qui ait ex ſententia Cardinalis, quòd alias nullam fidem facit, & idem dicunt Rot. dicta deciſ. 1. ſub num. 3. & Spec. ſub dicto num. 26.

668 Ratio huius communis ſententiæ eſt; quia in hac exemplatione ſubeſt magnum periculum, & non minus quàm, quando examinantur teſtes; imò maius, cum inſtrumentum, ſeu priuilegium poſſet eſſe falſum latenter; & iudex, & notarius non de facili depræhenderent, cum non ſint informati de materia, teſte Abb. in d. cap. albericus. ſub num. 5. de teſtib. ſeu ratio eſt; quia in iſto caſu non poteſt amplius recurri ad exemplar; nam ſtatur exemplato, ſicut ſtaretur exemplari, ſicque non poteſt detegi falſitas ex inſpectione exemplaris, ſicut poſſet detegi, quando ſumeretur ex prothocollo, cum poſſet recurri ad illud, vt conſiderant Abb. in dicto cap. cum p. tabellio. ſub nu. 1. & Fely. ſub nu. 3. verſ. contrariũ. de fid. inſtr.

669 FALLIT hoc requiſitum, ſeu limitatur in ſex, aut ſeptem caſibus, in quibus ſecundum Fely. in dicto cap. vlt. num. 7. & ſeqq. de fid. inſtrum. & vberius Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1388. tranſumptum. num. 6. & ſeqq. lib. 3. citatio non eſt neceſſaria; eoſquè tu apud eos poteris videre; quia ego vnum tantum, aut alterum hic recenſeo.

FALLIT I. ergo, quando aliquis citatur cum inſerto tenore literarum delegationis, quia ille tenor regiſtratus in citatione, parte non citata, ſufficienter probat, & arctat citatum, vt notat Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo. num. 3. C. de eden.

670 FALLIT II. quando pars eſſet abſens, & periculum immineret in expectando eam; quia tunc poſſet exemplari, & publicari, parte aliter non citata, teſtibus Innoc. in cap. vltimo. ſub num. 4. ibi. poſſet tamen dici. de fid. inſtr. & ibidem Ant. de Butr. ſub num. 4. ibi. fallit in aliquibus caſibus. Abb. ſub num. 4. ibi. nam vt dicit hic. & Fely. num. 10. verſ. fallit quinto. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo. ſub num. 5. verſ. additio adde, ibi. imò fortius. & Dec. num. 10. in fine. & num. 11. C. de eden. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 711. num. 20. lib. 2. & concluſ. 1388. num. 16. lib. 3. & Aſin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. num. 6.

671 Comprobatur iſta fallentia; quia inſtrumenta, & teſtes pari paſſu ambulant, vt dicunt domini de Rota deciſ. 1. alias 10. fuit dubitatum. num. 2. de fid. inſtr. in nou. & diximus nos ſupra num. 7. ſed teſtes poſſunt examinari, parte non citata, quando pars eſt abſens, & imminet periculum, vt latè firmauimus ſupra cap. 8. num. 83. limit. 4. ergo. & latius in hac comprobatione inſiſtit Dec. in cap. cum dilecta. num. 36. 37. 38. & 39. de confirmat. vtil. vel inut. & quòd valeat argumentum de periculo teſtium ad periculum inſtrumenti, notat Ant. de Butr. in eod. cap. cum dilecta. num. 13.

672 Imò iſto caſu poſſet exemplari etiam auctoritate iudicis incompetentis, ſi propter moræ periculum non poſſet adiri iudex competens; & moueor ratione eiuſdem comprobationis: videlicet, quia teſtes, & inſtrumenta pari paſſu ambulant: ſed teſtes poſſunt examinari etiam coram iudice incompetenti, quando propter periculum moræ, ſeu alias non poſſet adiri, ſeu expectari iudex competens, vt ex Spec. Dec. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra d. cap. 8. num. 103. & 109. ergo idem dicendum eſt in exemplatione inſtrumenti: in caſu tamen huius fallentiæ commendarem ſtylum adhibendi duos notarios iuxta doctrinam Speculatoris, quam de iure vna cum Io. Andr. Abb. & Fely. improbauimus ſupra ſub num. 662. verſ. ex iſto, prout & in iſto caſu commendant etiam Io. And. & Abb. citati ſub dicto num. 662.

673 Publicatio exempli in caſu huius ſecundæ fallentiæ fit ſaluo iure abſentium, vt dicit Hoſt. in dicto cap. vlt. de fid. inſtr. quem ibidem referunt, & ſequuntur Ant. de Butr. Abb. & Fely. & Maſcar. citati ſupra ſub num. 670. per quam clauſulam poterunt obijcere contra iſtam ſecundam ſcripturam, ſicut poterant contra primam; imò ſecundum Abb. & Felyn. qui eum refert, & ſequitur in locis proximè citatis, adueniente parte, quæ non potuit commodè citari, debet ei intimari publicatio facta, &, ea poſtulante, debet exhiberi originale propter vitia intrinſeca, & inuiſibilia; quia ei alias non eſſet conſultum: quæ ſententia Abbatis meo iudicio eſt multum æqua, & ſeruanda in praxi.

674 Et licet idem Abb. poſtea ſub num. 8. ſubdat, quòd tenetur exibere originale ad inſtantiam partis, quæ fuit abſens, niſi iuret, ſe non habere facultatem exhibendi ſine ſua malitia; tamen ego credo hoc eſſe verum in parte, quæ fuit contumaciter abſens; quia nihilominus poterit petere, vt exhibeatur originale, & debet exhiberi, niſi iuretur, vt ſupra; ſed ſi non fuit

fuit citata, credo, quòd non sufficeret ista probatio per simplex iuramentum.

675 ADDE aliam fallentiam; quæ erit tertia; omissam à Fely. & Mascar. in locis citatis supra num. 669. vers. hoc requisitum. vt non procedat quando aduersarius est nimis potens: quia tunc potest exemplari instrumentum, aduersario non citato, teste Host. in dicto cap. vlt. de fid. instr. quem refert, & sequitur Fely. in cap. quoniam frequenter. sub num. 7. vers. similiter dicit abb. vt lit. non contest. & in cap. in nomine. limit. 6. sub num. 13. de testib. dicens, quòd omnes sequuntur Host. hanc eandem fallentiam refert & sequitur ex Host. Capel. Tholos. in addit. decis. 476. an in receptione. nu. 2. in fine. & post Host. tenet etiam Abb. in cap. accepimus. num. 3. de fid. instrum.

Comprobatur ista ampliatio: quia hoc idem dicimus in receptione testium iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 8. num. 90.

676 ADDE quartam fallentiã, vt non procedat, quando consuetudo, seu statutum loci se haberet, vt posset exemplari sine citatione partis, vt ex Bal. retuli, & sequutus sum supra cap. 8. num. 390. limit. 14. qua limitatione comprobatur etiam ista fallentia.

677 Formam subscriptionis, qua vti debet notarius, qui exemplauit instrumentum, collige ex formula, quam ponit Spec. tit. de instrum. edit. §. ostenso. num. 12. vers. porrò. & num. 13.

678 Circa istud vltimum requisitum nota tria.

Nota primo, quòd de ista citatione debet fieri publicum instrumentum, per quod possit probari citatio, si negaretur, vt admonent Spec. tit. de instru. edit. §. ostenso qualiter. vers. fiat ergo. sub num. 26. ibi. cauendum est. Host. in summ. eod. tit. num. 12. ibi. & qualiter fiat. & sentit etiam Paul. de Castr. cons. 202. in causa. num. 3. in fine. lib. 1. & apertè Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. num. 3. in fine. & num. 4.

Citatio in exemplatione instrumenti, & solemnitas quomodo diuturnitate temporis præsumantur.

679 Nota secundo, quòd citatio diuturnitate temporis præsumitur, & ideo frustra eius defectus opponeretur post diu factam publicationem, seu exemplationem Spec. dicto §. ostenso qualiter. vers. sed quid si post publicationem. num. 27. recitando, sed non firmando opinionem aliquorum. Innoc. in cap. albericus. num. 2. in verbo. publicatio. de testib. & ibidem Io. Andr. num. 3. in verbo. redigi facientes. Ant. de Butr. n. 7. vers. ad tertium. Abb. num. 6. vers. sed quæro nunquid. Fely. sub num. 3. Socc. cons. 187. in controuersia. num. 9. lib. 2. Mascar. tract. de probat. concl. 711. limit. 12. num. 22. in fine. & num. 23. & num. 82. lib. 2. Ias. in auth. si quis in aliquo. sub num. 5. vers. additio item, & fall. 9. C. de eden. Aret. Corn. Dec. & Guid. Pap. quos refert, & sequitur Crauet. tract. de antiq. temp. rub. solemnitas extrinseca &c. in verbo. vidimus. nu. 22. fol. 149. & ita fuisse resolutũ in Rota testatur Put. decis. 336. die 20. nouembris. sub num. 3. lib. 2. & ita ✲ tenent communiter * omnes, prout de communi testantur Socc. vbi supra. Fely. in dicto cap. albericus. sub num. 4. paulò ante finem. ibi. si autem in instrumento. Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. sub num. 9. & 10. & Mascar. dicto num. 23.

680 Ratio est; quia solemnitas diuturnitate temporis præsumitur interuenisse iuxta ea, quæ referunt, & sequuntur Fely. qui plura adducit. in cap. illud. sub num. 5. vers. & pro istis. de præsumpt. Redoan. tract. de reb. eccles. non alien. rub. 28. cas. 15. num. 19. fol. 443. Paris. cons. 104. in præsenti causa. num. 45. lib. 1. dicens, quòd antiquitas temporis facit præsumi solemnitatem, & interuenisse omnia requisita. & cõs. 16. circa præsentem. num. 135. lib. 2. dicens ex com-✲ muni * opin. quòd vitium non seruatæ solemnitatis purgatur per longissimam præscriptionem, & Gabr. in concl. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 1. num. 1. qui, loquendo de solemnitate necessaria, multos citat, qui dixerunt per spatium 10. annorum præsumi eam in actu interuenisse. & quòd solemnitas extrinseca præsumatur diuturnitate temporis, latè scribunt Ias. in l. sciendum. num. 16. & seqq. limit. 4. ff. de verb. oblig. Crauet. tract. de antiq. temp. par. 3. sub num. 1. ibi. primus. num. 8. 10. 11. & 21. fol. 147. & Mascar. qui plures cumulat tract. de probat. conclus. 1316. num. 1. ✲ lib. 3. & de communi * testantur Ias. & Mascar. in locis supra proxime citatis.

681 Confirmatur primo ista ratio: quia propter diuturnitatem temporis præsumitur titulus in præscriptione longissimi temporis, vt referunt, & sequuntur Balb. tract. de præscript. in 1. par. 3. par. princip. sub num. 27. ibi. tertia conclusio. fol. 60. dicens, in præscriptione longissimi temporis 30. vel 40. annorum præsumi titulum. Mascar. tract. de probat. conclus. 1371. num. 91. & 92. & latius dicta concl. 1316. num. 16. & seqq. ✲ lib. 3. & hanc esse communem * opin. testatur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. num. 17. in fine.

682 Confirmatur secundo; quia alienatio, seu transactio de rebus ecclesiasticis post diuturnitatem temporis præsumitur facta cum consensu superioris, vt scribunt Mohed. decis. 2. alias 52. de transact. Rot. diuers. decis. 407. num. 3. & 4. par. 1. Crauet. dicto tract. de antiq. temp. post. 3. partem rub. solemnitas extrinseca &c. in verbo. vidimus. num. 25. fol. 149. Redoan. tract. de reb. eccles. non alien. rub. 28. cas. 11. nu. 19. & seqq. & signanter num. 22. fol. 443. Gabr. d. tit. de præsumpt. concl. 1. num. 3. 4. 7. 9. & seqq. & Mascar. qui multos citant dicta conclus. 1316. num. 13. & 15.

683 Confirmatur tertio; quia testes in antiquis præsumũtur iurati, licet non appareat de iuramento iuxta ea, quæ ex Ias. in l. admonẽdi. in 2. repetit. sub nu. 199. ibi. limita tamen. Crot. & Mascar. retuli, & sequutus sum supra cap. 8. num. 598. vnde si præsumitur iuramentum, quod est minus extrinsecum à teste, quàm sit citatio ab actu, vt dixi infra sub num. 686. ibi. & comprobatur. à fortiori debet præsumi citatio.

684 Rationem aliam adducunt Io. Andr. & Ant. de Butr. in locis supra proximè citatis, quos sub nomine *& alij*, refert, & sequitur Alex. cons. 106. visis & opportune. num. 15. lib. 5. videlicet; quia si tempus est adeo antiquum, vt probatio reddatur quasi impossibilis, tunc debent præsumi omnia solemniter acta, vt impossibilitati probationis parcatur; quæ ratio est aliquantulum obscura, & facilius potest impugnari: est obscura, quia non se restringit ad aliquod certum tempus: potest impugnari, quia multa possent adduci, in quibus potest considerari ista difficultas probationis, & tamen exigitur probatio.

685 Contrariam opinionem, videlicet, quòd citatio diuturnitate temporis non præsumatur, tenuerunt Card. in dicto cap. albericus. & ibidem Abb. sub num. 6. ibi. ego arbitror. moti ea ratione, quòd citatio sit solemnitas, quæ non præsumitur, maximè eo, quòd non potuerit interuenire tempore publicationis; & in eandem sententiam videtur iuisse cons. Neap. teste Affl. decis. 345. sunt anni. sub num. 5. vers. ad hoc. dum tenet, solemnitatem extrinsecam ex antiquitate temporis non præsumi, si altera pars neget eam interuenisse: nam nos vna cum ijs, quos citauimus supra, præsupponimus istam negationem.

686 Sed recedendum non est à priori communi opinione, tùm propter rationes in ea adductas, tùm quia citatio non est solemnitas intrinseca, vt falsò opinatus est Card. quem ita refert Fely. in d. cap. albericus. sub num. 4. vers. sed contra. de testib. & consequenter eius defectus non probatur per euidentiam scripturæ, factæ super ipso actu: sed est solemnitas extrinseca, vt asserunt ipsemet Abb. eod. cap. albericus. sub num. 6. & Paul. de Castr. cons. 202. in causa. num. 2. in fine. lib. 1. & sentiunt Spec. Host. & Paul. de Castr. à nobis citati supra num. 678. not. 1. dum aiunt, de citatione esse faciendum instrumentum: & comprobatur, quia sicut iuramentum testis dicitur solemnitas extrinseca, vt ex Ias. Crot. & Mascar. retuli, & sequutus sum supra. cap. 8. num. 599. eo, quòd testes possunt iurare separatim ante depositionem; ita quoque dicendum est de citatione; imò à fortiori, quia testes

teſtes ſolent iurare tempore depoſitionis, ſed citatio de neceſſitate præcedit actum, ſeu non interuenit tempore, quo actus celebratur, teſte Paul. de Caſtr. d. conſ. 202.nu.2.in fine. lib.1.

Solemnitas intrinſeca quando debeat interuenire, & quomodo probetur non interueniſſe.

Et aduerte: quia licet diuturnitate temporis æquè præſumantur ſolemnitas extrinſeca, & ſolemnitas intrinſeca, & forſan magis ſolemnitas intrinſeca, exquò ea, quæ materialis non eſt, præſumitur ſine diuturnitate temporis iuxta ea, quæ congerit Maſcar. tract. de probat. concluſ.1314. num.1. & ſeqq. & nu. 8.lib.3.tamen non æquè tollitur vtriuſq. præſumptio, quia longè facilius tollitur præſumptio ſolemnitatis intrinſecæ, vt ex ſequentibus regulis patebit.

687 I. REGVLA. Solemnitas intrinſeca debet interuenire, & adhiberi in actu tempore, quo celebratur actus, & non ſeparatim antea, aut poſtea; & ideo, quòd ea non fuerit adhibita, ſatis probatur ex inſpectione ſcripturæ confectæ ſuper actu; quia probatione per inſpectionem tollitur præſumptio, emanans ex diuturnitate temporis, vt referunt, & ſequuntur Alex. conſ.1. ponderatis his.nu.21.lib.4.Fely.in cap.ſicut. ſub num. 33.de re iudic. Rot. diuerſ.deciſ.84.num.7. & 8. par.2. latè Gabr. in concl.lib.1.tit. de præſumpt. concluſ.1. limit. 4.num.57.& Maſcar.tract.de probat. concluſ.1316. limit.6. num.32. in fine. & num.33. & ſeqq. lib.3. & in iſta ſolemnitate procedit communis opinio, quam refert, & ſequitur Redoan.tract. de reb. eccleſ.non alien.rub.28. caſ.11.ſub nu.29.fol.443.

688 Et pro iſta regula facit illa concluſio generalis; quòd per inſpectionem actorum, ſeu alterius ſcripturæ probatur negatiua, vt ſcribunt Bar. in l.fin.num.1. & ſeq.C.de reb.credit.& conſ.81. martinus. num.2. lib.1. Corn.conſ.191. licet in hac.num.2. lib.1. Dec. conſ.424. proponitur.num.19. conſ.483. pro reſolutione. num.4.lib.2. Afflict. deciſ.107.num.5. in fine.& 6. Franc. Becc. conſ.40.num.2.lib.1.Hercul.tract. de neg. proban. num.167.& ſeq. fol.21. & Rot. diuerſ. deciſ.64. nu.2. par.1.

689 AMPLIA iſtam primam regulam, vt procedat etiam in antiquitate tanti temporis, cuius memoria in contrarium non exiſtat Gabr. in concluſ.lib.1. tit. de præſumpt.concl.1.ſub nu.57.verſ.amplia vt hoc.

Solemnitas extrinſeca poteſt interuenire ante, vel poſt, eamquè non interueniſſe non probatur ex inſpectione actus; ſed malè interueniſſe probatur ex dicta inſpectione.

690 II. REGVLA: Solemnitas extrinſeca, de qua ſit inſtrumentum ſeparatum, interuenit ante, vel poſt actum; & ideo, quòd ea non fuerit adhibita, non probatur ex inſpectione ſcripturæ, factæ ſuper illo actu Dec.conſ.341. viſo puncto.ſub num.13.verſ.quia hoc non videtur verum. lib.2. Redoan. tract. de reb. eccleſ. non alien. d. caſ. 11. num. 30. & 31. fol.443. & Maſcar.tract.de probat.concluſ.1316.ſub num.35. verſ. declaranda & num.36.lib.3. & conſequenter ſi ex diuturnitate temporis præſumitur, quòd fuerit adhibita iuxta ea, quæ ex Iaſ. Crauet. Maſcar.& alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 680. non tollitur præſumptio ex eo, quòd d.ſolemnitas non appareat in ſcriptura facta ſuper actu, teſtibus Dec.& alijs hic ſupra citatis.

691 FALLIT iſta regula, quando oſtenderetur, quòd ſolemnitas fuerit adhibita, ſed appareret, quòd fuit adhibita imperfectè, ſeu nulliter; quia tunc ceſſaret præſumptio, oriens ex antiquitate temporis; quoniam præſumptio cedit veritati iuxta ea, quæ referunt, & ſequuntur Crauet.tract.de antiq.temp.par.3. nu.26.27. & ſeq. fol.148. Caputaq. deciſ.304.& 314. in fine par.3.& Maſcar.tract.de probat.concluſ.1371. titulus. num. 63. 75.78. & 79.lib.3. dum concludunt quòd præſumptio tituli, emanans ex diuturnitate temporis, non ſuffragatur, ſed ceſſat, quando apparet de ineptitudine, ſeu inualiditate tituli; quia in claris non egemus coniecturis l.continuus.§.cum ita. ff. de verb. oblig.

692 INFERO I. obiter ex hac fallẽtia; quòd in antiquis melius eſt non habere titulum, quàm oſtendere titulum inualidum: quæ illatio procedit in quauis alia ſolemnitate extrinſeca.

Diuturnitate temporis non præſumitur validitas citationis, ſi per inſpectionem appareat inualiditas, & quid in dubio, & quid ſi in tranſumpto nulla ſit facta mentio de citatione.

693 INFERO II. ſpecialiter declarando ſecundum notandum, poſitum ſupra num.679. de præſumenda citatione propter diuturnitatem temporis, vt non procedat, ſi citatio, enutiata in exemplo, vel redacta in publicum inſtrumentum iuxta practicam Speculatoris, à nobis relatam ſupra num.678. not.1. appareret inepta, aut aliter inualida; quia tunc ceſſaret præſumptio, orta ex diuturnitate temporis, etiamſi eſſet tempus antiquiſſimum; quia intraret ampliatio, quam ex Gabr.retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 689.

694 DECLARA iſtam II. illationem, vt non ſit vera, quando non appareret clarè de ineptitudine, ſeu inualiditate citationis, ſed de hoc eſſet dubitatio, & ſolum certò appareret de citatione; quia tunc in dubio præſumeretur valida, & ſolemnis: primo quia in dubio eſt præſumendum pro validitate actus: ſecundo, quia ſi propter diuturnitatem temporis præſumitur ipſa citatio, vt dixi ſupra num. 679. in 2. not. à fortiori poterit præſumi ſolemnitas citationis, quòd ſcilicet fuerit ſolemnis, & valida; dummodo non con-
695 ſtet de inualiditate: nam ſicut facilius præſumnitur ſolemnitas actus, quàm ipſe actus, vt ex pluribus deducit Crauet.tract.de antiq.temp.par.3.num.21.verſ. quarto limitatur. fol.148. ſic etiam facilius poteſt præſumi ſolemnitas citationis, quàm citatio: & ratio eſt naturalis; quia ſicut verè agens facilius facit partem, ſeu minus, quàm perficiat totum, ſeu maius; ita etiã præſumptio, quæ imitatur veritaté, facilius præſumit partem, ſeu minus, quàm præſumat totum, ſeu
696 maius; & hinc arbitrari poſſumus, quòd facilius præſumatur illud, quod eſt enuntiatum, quàm id, quod non eſt enuntiatum iuxta ea, quæ diſtinguendo ſcribunt Hoſt.in cap.albericus. de teſtib. & ibidem Ioan. Andr. ſub num.3.verſ.vel poteſt. & Ant. de Butr. ſub num.7.ibi.hoſt.dicit. qui referunt ex eo, quòd, ſi tempus eſt recens, vtenti publicatione incumbit onus probandi ſolemnitatem, niſi in publicatione fuerit expreſſum, quòd ſolemnitas fuit ſeruata, & iuxta ea, quæ adducunt Dec. in auth. ſi quis in aliquo. ſub num.24. verſ. non obſtat.C.de eden.dicens, quòd tunc exemplum præſumitur propter diuturnitatem temporis ſumptum auctoritate iudicis, quando hoc eſſet expreſſum in ſcriptura, & non alias: quamuis eius ſententiam nos infra num.699.non ſequamur. Crauet. tract.de antiq. temp.par. 2.num.9.& apertius. nu.16. fol.144. referens ex Alex. conſ.80. lib.5. quòd tutius præſumitur id, quod eſt expreſſum. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1315. num.10. & apertius concl. 1316.ſolemnitas. num.22. lib.3. referens diſtinguendo, quòd ſolemnitas præſumitur, ſi fuerit enunciata, ſecus ſi non fuerit enunciata, & Guid.Pap. deciſ.118. ſub nu.1.vbi facit magnum fundamentum in aſſertione notarij, qui in exemplo antiquo enuntiauerat cõmiſſionem, ſibi factam à iudice de faciendo illud exemplum: ratio enim eſt, quia ſi eſt enuntiatum præſumitur magis, quàm ſi non eſſet enuntiatum.

697 AMPLIA I. nunc istud secundum notandum, positum supra num. 679. vt procedat etiam si de citatione nulla sit facta mentio in exemplo seu transumpto; quia adhuc diuturnitate temporis præsumitur, vt sentiunt, & benè Aret. cons. 36. col. fin. Ias. in l. sciendum. limit. 4. num. 16. versus finem. ff. de verb. oblig. Felyn. in cap. sicut. sub num. 33. vers. 7. & vltimo. de re iud. Dec. cons. 341. viso puncto. sub num. 13. ibi. & hoc ratione aperta suadetur. lib. 2. Crauet. tract. de antiq. temp. par. 3. num. 10. vers. tertio quæro. fol. 147. & sub num. 26. vers. septimo limitatur. fol. 148. dum tenent, quòd solemnitas extrinseca præsumitur, quamuis non sit enunciata in scriptura, hoc est, in actu, in quo requiritur.

698 Contra istam ampliationem, & in casu proprio sentiunt Spec. tit. de instrum. edit. §. ostenso. sub nu. 27. ibi. alij dicunt. nam censetur approbasse opin. quam vltimo loco refert. Paul. de Castr. cons. 202. in causa confinium. sub num. 3. versus finem. ibi. aliud est adminiculum. & sub num. 4. ibi. in casu autem nostro deficiunt omnia. & apertius ibi. nos verò sumus. lib. 1. Dec. in auth. si quis in aliquo. sub nu. 24. vers. non obstat. C. de eden. & possunt allegari Guid. Pap. & Mascar. quos citauimus supra num. 696. in fine.

699 RETENTA ampliatione, quæ est vera, communiter tenetur, & seruatur in practica.

DECLARA eam, vt habeat locum in spatio triginta annorum, & interuenientibus scientia aduersarij, & possessione, vt benè isto casu scribit Crauet. tract. de antiqu. tempor. post 3. par. sub num. 18. vers. ego uto. fol. 149. & sic, loquendo de præsumptione consensus superioris in alienatione rei ecclesiasticæ, tenet apertè & copiosè Fely. in d. cap. sicut. sub num. 33. vers. benè fateor. & vers. & ex his. de sent. & re iud. & possunt adduci ea, quæ scribit Paul. de Castr. d. cons. 202. num. 3. & seq. lib. 1. alias enim, cessantibus scientia & possessione, censet Crauet. vbi supra, requiri spatium centum annorum.

Quanta debeat esse diuturnitas temporis, vt præsumatur solemnitas extrinseca, & an ex diuturnitate temporis præsumantur omnes solemnitates.

700 Sed quanta debeat esse ista diuturnitas temporis ad inducendam præsumptionem solemnitatis extrinsecæ non hic definiam; sed remitto vos interim ad Doctores supra in ista materia citatos, & præsertim ad Crauet. tract. de antiq. temp. par. 3. per totam fol. 147. & in specie post dictam par. 3. rub. solemnitas extrinseca. in verbo. vidimus. num. 14. & seqq. fol. 149. vbi peculiariter agit de diuturnitate temporis, requisita ad inducendam præsumptionem solemnitatum circa exemplationes, & ex Put. decis. 336. die 20. nouembris. num. 3. in fine, & num. 5. lib. 2. habes, quòd sufficiunt 30. vel 40. anni.

701 Item nunquid ex diuturnitate temporis præsumantur omnes solemnitates; videlicet non solum citatio, sed commissio iudicis; quòd exemplator fuerit notarius; & quòd exemplum fuerit diligenter collationatum cum exemplari: an verò præsumatur solum citatio; vide eundem Crauet. dicto tract. de antiq. temp. post 3. par. rub. solemnitas extrinseca &c. in verbo. vidimus. num. 20. & seqq. fol. 149. &, quòd præsumatur etiam commissio, seu auctoritas iudicis, si de ea non appareat, notant Ias. in auth. si quis in aliquo. sub num. 5. fall. 9. C. de eden. & Mascar. tract. de probat. conclus. 711. limit. 12. num. 81. lib. 2. &, quòd præsumantur interuenisse omnes solemnitates requisitæ, scribunt Corn. cons. 24. licet in themate. num. 5. lib. 4. & Socc. cons. 187. in controuersia. num. 9. vers. sed ad primum. lib. 2. licet ipsi loquantur in antiquitate temporis 100. annorum.

Citatio præsumitur diuturnitate temporis, etiam parte negante, & impugnante

702 AMPLIA II. idem notandum, vt procedat etiam si pars aduersa negaret citationem; quia adhuc, stante diuturnitate temporis, præsumeretur, vt tenet Crauet. tract. de antiq. temp. par. 3. sub num. 15. & 16. fol. 148. & licet nihil alleget, sed solum dicat, quòd doctores, asserentes præsumi solemnitatem extrinsecā, præsupponunt oppositionem, seu negationem solēnitatis fieri à parte aduersa, tamen potuisset allegare Spec. qui sic tenet in terminis in tit. de instrum. edit. §. ostenso. num. 27. Io. And. in cap. albericus. nu. 3. in verbo. redigi facientes. de testib. & ibidem Ant. de Butr. sub num. 7. & in istis terminis disputant eam Doctores, & disputauimus nos supra num. 679. not. 2. & num. 685.

703 Contra istam ampliationem secundum Crauet. tract. de antiq. temp. par. 3. sub num. 15. & 16. fol. 148. ausi sunt tenere Alex. cons. 9. viso themate. sub nu. 6. vers. non obstat. lib. 3. & Cons. Neap. de quo Affl. decis. 345. sunt anni. sub num. 5. vers. ad hoc. qui tenuerunt, quòd, si canonici negarent interuenisse consensum capituli in alienatione rei ecclesiasticæ, consensus non præsumeretur ex diuturnitate temporis; & Crauet. miratur in primis de Alexandro, qui hoc tenuerit, & multò magis miratur de Senatu Neapolitano, qui illum sequutus est.

Sed certè Alexan. indebitè patitur supercilium Crauettæ: nam Alex. loquitur in spatio decem annorum; quo casu verum est, quòd, parte opponente, non præsumitur solemnitas, sicut per oppositum præsumitur, parte non opponente, vt dixi infra num. 709. vers. limita. & Senatum Neap. defendit Vrsill. in annot. ad illam decis. dicens, Senatum fuisse motum alijs rationibus: Verum non est integra defensio: quia non bene nitebatur consilio Alexandri, loquentis in spatio decem annorum.

704 Firma ergo remanet ampliatio.

Citatio, & solemnitas extrinseca non præsumuntur cessante, diuturnitate temporis.

INFERO ex isto secundo not. de quo supra num. 679. quòd cessante diuturnitate temporis, citatio non præsumitur; quia citatio est solemnitas extrinseca, vt dixi supra sub num. 686. † & solemnitas extrinseca non præsumitur l. quæcumq. §. fin. ff. de public. in rem act. Ias. in 2. repetitione l. admonendi. sub n. 199. vers. vltimo in hac. ff. de iureiur. Affl. d. decis. 345. sunt anni. num. 4. versus finem. Redoan. tract. de reb. eccles. non alienan. rub. 28. cas. 11. num. 2. fol. 442. & Mascar. tract. de probat. conclus. 1315. num. 1. lib. 3. 705

Et pro hac illatione faciunt ea, quæ scripsi supra cap. 8. num. 597. vbi ex communi opinione dixi, iuramentum testis non præsumi, si de eo non appareat.

706 AMPLIA istam illationem, vt habeat locum etiam si in publicatione transumpti dicatur, quòd pars fuit citata, quia non statur assertioni iudicis, seu notarij in eo, quod tempore confecti instrumenti non potuit interuenire iuxta limitationem, quam ex dictis per Paul. de Castr. Alex. Socc. & alios refert Crauet. tract. de antiq. temp. par. 2. num. 29. vers. tertio limitatur. fol. 145. iuncta prima limitatione, quam posuit ibidē nu. 11. fol. 144. & iuxta ea, quæ in casu nostro scribit Abb. in cap. albericus. sub nu. 6. de testib. & hanc esse communē * theoricam scribit idē Paul. de Castr. cons. 202. in causa. nu. 4. ibi. relationi enim notarij. lib. 1.

707 Imò siue potuerit interuenire, siue non; ei non creditur, si deponat contra probationem, quæ fit per inspectionem actorum cap. quoniam contra. de probat. & ibi Innoc. num. 5. in fine, & sub num. 6. Ant. de Butr. sub num. 58. Abb. num. 26. Fely. nu. 34. vers. quinta conclusio. & communiter * omnes. Hercul. tract. de negat. proban. nu. 178. & Mascar. tract. de probat.

probat. concl. 949. num. 16. lib. 2. qui ſcribunt, quòd non creditur iudici, aſſerenti in ſententia, *viſo libello, viſa litis conteſtatione &c.* &, quòd non credatur iudici, aſſerenti in inquiſitione, famam præceſſiſſe, refert, & ſequitur Dec. conſ. 256. in cauſa inquiſitionis. num. 11. & quòd iudici, omittenti ſcribere vacillationes teſtium, non credatur, ſi poſtea faceret eas ſcribi, notant Innoc. in dicto cap. quoniam contra. num. 5. in fine. & Ant. de Butr. ſub num. 26. ibi. dicunt autem.

708 Ratio, quare ei non credatur, poteſt eſſe; quia, cum probatio per inſpectionem actorum ſit probatio per euidentiam rei, qua nulla reperitur maior probatio ſecundum Affl. deciſ. 107. num. 5. in fine. & nu. 6. probatio, quæ fieret in contrarium, debet eſſe legitima per duos idoneos teſtes, vt declarat Ant. de Butr. in dicto cap. quoniam contra. num. 56. verſ. venio ad illam. & tamen notarius, ſeu iudex in caſu, quo admitteretur in teſtem, non probaret, niſi vt vnicus teſtis, ſicut ſcribunt communiter Doctores.

709 LIMITA præmiſſam illationem, de qua ſupra ſub num. 704. vt non ſit vera, quando pars, contra quam producitur exemplum, non opponit; quia, parte non opponente, citatio præſumitur, etiam ſi exemplum ſit recens; & ratio eſt, quia citatio in exemplo, ſumpto extra acta, eſt ſolemnitas extrinſeca, vt ex Abb. Paul. de Caſtr. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra

710 num. 686. verſ. ſed recedendum. † & ſolemnitas extrinſeca præſumitur, parte non opponente, vt ſcribunt Compoſtel. in cap. cum dilectus. de conſuet. Matheſ. not. 12. nota quòd illa regula. Socc. conſ. 270. conſideratis his, ſub num. 3. verſ. comprobo. ibi. & hoc maxime quia longiſſimo tempore. lib. 2. Felyn. in cap. ſicut. fall. 2. ſub num. 28. de ſent. & re iud. Iaſ. in l. ſciendum. num. 15. verſus finem. in 3. limit. verſ. vltra eum tertio. ff. de verb. oblig. & ibi Addition. in litera b. & Crauet. tract. de antiq. temp. poſt par. 3. rub. ſolemnitas extrinſeca. in verbo. vidimus. ſub num. 15. ibi. ſed valdè dubito. fol. 148.

711 DECLARA iſtam limitationem, vt procedat in exemplo tranſumptato extra acta, & ſine proceſſu: quia tunc citatio poteſt præſumi; & in iſto exemplo, ſeu copia poteſt procedere opinio eorum, qui ſentiunt, exemplum probare, parte non opponente, prout fuiſſe deciſum in Rota refert Put. deciſ. 415. in vna toletana. lib. 1. & tenet apertè Maſcar. tract. de probat. concluſ. 711. exemplum. num. 79. lib. 2. & videtur ſentire Caputaq. deciſ. 234. ſumptum bullæ. num. 7. par. 3. Dec. ſed concordando in auth. ſi quis in aliquo. fall. 10. num. 27. C. de eden. & Crauet. conſ. 150. in cauſa beneficij. ſub num. 2. dicens, quòd copia inſtrumenti, minus ſolemniter extracta, probat, parte non opponente. & in iſto exemplo procedit diſputatio, de qua per Socc. in d. auth. ſi quis in aliquo. nu. 17. verſ. poſtremo. & iſtorum opinio confirmatur ex his, quæ ſcribit Bar. ibidem in fine, dicens, quòd ſi fuit lata ſententia, præſentibus partibus, & non contradicentibus, probat, præceſſiſſe acta conteſtationis litis, & iuramenti calumniæ, enunciata in ſententia, ſicut ex Bar. refert, & ſequitur ibidem Socc. nu. 10. verſ. circa iſtam.

712 Secus autem in exemplo ſumpto ex originali, regiſtrato in actis; quia in illo non præſumitur citatio; ex quo probatur eius defectus per inſpectionem actorũ; & ideo illud exemplum non probat, etiam parte non opponente; quia in eo requiruntur neceſſario duo, primum, vt pars fuerit citata, ſeu fuerit præſens, ſecundum, quòd nihil oppoſuerit iuxta ea, quæ ex Abb. Alex. Fely. Dec. Maran. & Maſcar. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 638. quare non ſufficit alterum ſolum, videlicet; quòd non oppoſuerit: & nota iſtam declarationem.

Citatio in exemplatione inſtrumenti quomodo debeat fieri & exequi.

713 Nota III. quòd iſta citatio debet fieri nominatim, & de perſona, ſi poteſt inueniri, alias ſatis eſt, quòd fiat domi ſecundum Spec. tit. de inſtrum. edit. §. oſtenſo qualiter. verſ. fiat ergo. num. 26. in fine. quòd ſi in loco faciendæ exemplationis non reperiatur (nam diligentia de reperiendo eum non debet eſſe in alio loco) nec ibi habeat domum ſolitæ habitationis, tunc debet citari per edictum ſecundum DD. de Rota deciſ. 1. alias 10. fuit dubitatum. ſub num. 4. de fid. inſtrum. in nou. & iſte modus inchoandi à diligentia de inueniẽdo perſonam comprobatur ex his, quæ dixi ſupra cap. 8. num. 188. & 193. de citando futurum actorem ad videndum examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam: dixi enim ibi, quòd debet citari perſonaliter; quia illi teſtes recipiuntur, & publicantur ad fundandam probationem; & ſic etiam inſtrumentum in caſu, de quo agimus, exemplatur ad effectum probandi.

714 DECLARA iſtud notandum eſſe verum, quando contradictor eſt certus, hoc eſt, quando eſt certus is, qui habet intereſſe; quia tunc eſt neceſſaria citatio nominatim, & ſpecialis contra eum, ſicut declarant Alex. conſ. 106. viſis & opportunè. num. 14. ibi. item licet ſecundum. lib. 5. Affl. in conſtitutione. baiulos omnes. ſub num. 60. ibi. & an ſufficiat citatio per edictum. lib. 1. Dec. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 10. C. de eden. Additionator ad Rot. deciſ. 1. alias 10. fuit dubitatum. nu. 5. de fid. inſtr. in nou. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1388. tranſumptum. num. 24. lib. 3. & confirmatur ex his, quæ de citandis nominatim, & non per edictum creditoribus certis in confectione inuentarij diximus lib. præced. cap. 34.

715 verſ. tertio quæro. num. 23. † ſecus autem ſi habens intereſſe ſit incertus; quia tunc ſufficeret citatio generalis contra quoſcumque ſua intereſſe putantes, teſtibus iiſdem Alex. Affl. Dec. & Addition. ad Rot. in locis ſupra proximè citatis. Aſin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. ſub num. 3. & Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 1. in

716 fine. † Certus dicitur non ſolum is, qui ſcitur aduerſarius, ſed etiã is, qui poterat de facilè ſciri, vt refert, & ſequitur Alex. d. conſ. 106. viſis & opportunè. ſub nu. 17. & diximus lib. præceden. d. cap. 34. ſub num.

717 23. † Incertus verò dicetur, quando exemplaretur aliqua indulgentia, ſeu priuilegium, quod non tangeret certam perſonam, teſtibus Bal. in auth. ſi quis in aliquo. verſ. iuxta hoc quæritur. num. 5. verſus finem. C. de eden. Alex. dicto conſ. 106. num. 14. & Addition. ad Rot. Aſin. & Veſtr. vbi ſupra.

718 RESTRINGE iſtam declarationem in caſu, quo appareret, citationem generalem perueniſſe ad notitiam eius, qui debebat citari nominatim; quia tunc illa citatio generalis adhuc ſufficeret, vt refert, & ſequitur Maſcar. dicta concluſ. 1388. tranſumptum. nu. 25. lib. 3.

Inſtrumentum publicum & authenticum an vitietur, ſi non inueniatur prothocollum, ſeu in prothocollo, & quòd periculum immineat notario.

Pro confirmatione omnium, quæ ſcripſi ſupra à num. 626. verſ. capio ſecundam. vſque huc excitanda; & diſſoluenda eſt præſens difficultas.

719 Nunquid inſtrumentum, datum partibus, vitietur, ſi non reperiatur prothocollum, ſeu originalis imbreuiatura: nam, ſi vitiatur, fruſtra tractauimus, quæ requirantur in exemplo, vt probet: quia, ſi non probaret exẽplar, tantò minus poteſt probare exemplum; quia quicquid poteſt obijci exemplari, poteſt etiam obijci exemplo, vt ſcribit Bal. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 14. verſ. nunc de exemplatione. C. de eden. dicens, quòd in primis requiritur, vt exemplar ſit ſolemne, & validum. & quòd nota, quæ non probat, non ſit publicanda, refert, & ſequitur Put. deciſ. 408. tertia martij 1546. num. 2. lib. 2.

Et quidem prima facie videtur dicendum, quòd vitietur, & non probet per textum in §. illud. Auth. de tabell. vbi textus diſponit, quòd inſtrumenta, ſeu charta, quæ non habent prothocollum, habeantur pro ſuſpectis de falſitate, & non probent.

720 Contrarium est verum: quòd scilicet probet, & nõ vitietur, quamuis non reperiatur prothocollum, seu alia scriptura originalis, testibus Bal. in rub. sub nu. 20. vers. secundo quæro, & sub num. 28. vers. quæro dixi. C. de fid. instrum. Paul. de Castr. cons. 125. dubitatur primo an comes palatinus. vers. nono dubitatur. sub num. 6. ibi. contrarium. lib. 2. Alex. cons. 175. visis narratis. sub num. 4. lib. 7. Lanfr. ab Arian. tract. de fid. instrum. sub num. 18. vers. attendite tamen. fol. 30. & Fely. in cap. cum p. tabellio. num. 2. vers. secundo quæritur. de fid. instr. qui omnes referunt, & sequuntur Bal. vbi supra adeo, quòd ista est opinio communis; * quos Doctores Mascar. forsan non aduertit, dum in tract. de probat. conclus. 711. exemplum. num. 37. lib. 2. videtur titubare, an exemplum sumptum, & authenticatum ab eodẽ notario probet, si originale nõ reperiatur, dicens, quòd Purp. in auth. si quis in aliquo. num. 25. C. de eden. tenendo, quòd probet, allegat Franc. de Aret. qui tamen Aret. inquit Mascar. non loquitur in hac specie, sed simpliciter in instrumenti exemplo authenticato.

721 Non obstat textus allegatus exaduerso in §. illud. quia respondent ijdem Bal. & alij supra adducti post Nic. de Mat. quem citat Bal. quòd ille textus habet locum solum in Ciuitate Constantinopolitana, in qua est speciale, vt instrumentum, seu charta, cui deficit originalis, non probet, quia propter multitudinem chartarum oriebatur de facili suspitio falsitatis, secus est, inquit Bal. de iure communi; quia standum est instrumento publico, licet non appareat de prothocollo; quia ipsum instrumentum publicum, & mundum dicitur originale. &, quòd sit speciale in Ciuitate Constantinopolitana, vt de eadem charta fiat prothocollum, sentit etiam Glos. in l. generali. in verbo. seruituti. C. de tabul. lib. 10.

722 Benè verum est, quòd de iure communi imminet periculum notario non curanti de prothocollo, ad cuius conseruationem adeo ex consuetudine tenetur, quòd potest puniri pœna arbitraria; &, si de instrumento dubitatur, potest ipse torqueri, prout admo-
723 net Bal. in d. rub. sub num. 28. * imò incurrit periurium; quia contrauenit vni ex capitulis iuratis in creatione, prout hæc omnia refert, & sequitur Felin. in dicto cap. cum p. tabellio. sub num. 2. vers. secundo quæritur. de fid. instrum. vide etiam Affl. in constitutione. baiulos omnes. sub num. 91. & 92. lib. 1. vbi recenset etiam quomodo puniri debeat in Regno Neap.

724 DECLARA præfatam communem opin. positam supra num. 720. vt procedat, quando nullo modo reperitur liber prothocollorum, quo casu; quia potuit casualiter perdi; potius hoc præsumitur, quàm quòd non fuerit confectum; & ita loquuntur Paul. de Castr. dicto cons. 125. sub num. 6. lib. 2. & Alex. cons. 175. sub num. 4. lib. 7.

725 EXTENDEREM istam declarationem, vt procedat etiam si reperiretur liber prothocollorum fine isto instrumento; & moueor, quia cum potuerit notarius obliuisci illud ponere in libro prothocollorũ, potius hoc præsumitur, quàm quòd non fuerit confectum; tamen cogita.

RESTRINGE istã declarationem, vt non procedat, quando reperiretur scriptura originalis vitiosa, & inualida; quia tunc cessat præsumptio; testibus ijsdem Paul. de Castr. & Alex. vbi supra, & faciunt, quæ dixi supra num. 691. vers. fallit ista regula. vbi, loquendo de solemnitate, & de titulo, diximus, cessare præsumptionem, si appareat, quomodo solemnitas, seu titulus interuenerit.

Notabilia quædam super antedicta.

726 NOTA obiter ex relatis requisitis in sumendo instrumẽto ex prothocollo, & in sumendo instrumento (quod proprie dicitur transumptum) ex alio instrumento publico, siue habeat prothocollum, siue non: nota, inquam, istam differentiam: quòd ex prothocollo non potest sumi per alium notarium, si illud potest haberi à notario ipso, qui fecit prothocollum; secus est in transumpto, sumendo ex instrumento, quia potest fieri etiam si posset haberi illud instrumentum ab eodem notario rogato.

727 NOTA obiter etiam hic, quòd prothocollũ dicitur à prothos, quod est primum, sicut etiam Adam dicitur prothoplasma; quasi primo plasmatus à Deo; item Stephanus prothomartyr, idest, primus martyr post natiuitatem Christi; vt referunt hæc omnia Azo in summ. in Auth. de tabell. sub num. 2. & ibidem Glos. in §. illud. in verbo. prothocollum. dicitur collum à collatione literarum; sicque dicitur prothocollum, quasi prima collatio literarum in charta Azo. & Glos. vbi supra.

728 ADVERTE penultimo loco pro intelligentia, & vsu recti sermonis, quòd aliud est exemplare, & aliud est publicare: nam exemplare spectat ad id, quod in se est publicum, & publica auctoritate nititur, vt testamentum & instrumentum, quæ sunt publica; & ideo dicuntur exemplari: publicare autem respicit id, quod est priuatum, puta testimonia, seu depositiones testium; prout, notando istam differentiam, referunt, & sequuntur Abb. in cap. vltimo. num. 1. ibi. not. 3. de fid. instr. & Additionator ad Rot. decis. 1. alias 10. fuit dubitatum. in fine. de fid. instrum. in nou.

729 ADVERTE vltimo, quòd illud periculum amittendi priuilegium in itinere faciendo, propter quod periculum conceditur fieri transumptum, vt scribit Abb. in cap. cum dilecta. not. 1. num. 2. de confirmat. vtil. vel inut. & iuxta ea, quæ nos ex Host. Io. Andr. & Abb. generalius retulimus, & sequuti sumus supra num. 653. vbi diximus, propter istud periculum, & alias causas ibi enumeratas posse fieri transumptum instrumentorum originalium: aduertendum inquam hic est, quòd, loquendo de priuilegijs, quæ conceduntur hic in Curia, videtur cessare illud periculum amittendi originale: quia licet olim forsan non seruaretur copia istorum priuilegiorum, aliarumque expeditionum, quæ fiebant hic in Curia; hac tamen nostra ætate omnia originalia cuiusuis rei exemplantur in registro, ex quo veluti ex originali potest quandocunque, occurrente casu, sumi copia, quæ probat, vt originale, & potest ex eo renouari.

Nemo potest sumere instrumentum ex prothocollo notarij defuncti sine debitis requisitis etiam si sit hæres, vel legatarius imbreuiaturarum & prothocolli.

730 Supra sub num. 603. vers. capio primam. conclusimus, quòd nemo potest sumere instrumentum ex prothocollo notarij mortui, nisi concurrentibus illis requisitis, de quibus egimus ibidem & num. 604. & seqq. vsque ad num. 626. vers. capio secundam. & pariter conclusimus postea, quòd nemo potest exemplare instrumentum publicum, nisi interueniant requisita, de quibus egimus etiam supra sub num. 653. vers. requiritur enim 1. & seqq. ad eum.

AMPLIA modo vtramque conclusionem, vt procedant etiam si is, qui exemplaret, esset hæres illius notarij, qui confecit scripturam: nam, quòd hæres notarij mortui non possit ex eius prothocollo leuare instrumentum, scribunt Bar. in Auth. de tabell. num. 9. coll. 4. & sentit idem Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. num. 3. vers. vltimo scias. ff. de eden. dum se videtur restringere in hęrede notario, qui possit exemplare sine auctoritate iudicis: & clarius tenet ibidem Alex. col. 2. post medium vers. item nota, num. 4. in fine. & num. 5. quem refert, & sequi videtur Addition. ad Guid. Pap. decis. 2. in verbo. an hæres. & probatur fortius ex seq. ampliatione. &, quòd ita seruetur de stylo curiarum, scribit Guid. Pap. d. decis. 2. num. 3. in fine.

731 Contra istam ampliationem tenent in effectu Abb. in cap. cum p. tabellio. su bnu. 2. ibi. quinimo adduco iura. de fid. instrum. & Rom. in quodam suo consilio, vt dicit Guid. Pap. vbi supra.

RE-

731 RETENTA ampliatione in hærede, qui non ſit notarius; ratio erit, quia ſi non eſt notarius, non poteſt publicare; item, ſi non eſt publica perſona, non poteſt leuare inſtrumentum ex prothocollo, teſtibus Abb. Affl. Guid. Pap. Io. Andr. Ant. de Butr. & Spec. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num.608. in 3. requiſ. &, loquendo in exemplo, ſumendo ex inſtrumento, probatur argumento textus in cap. vlt. de fid. inſtr. & teſtes ſunt in eo Ant. de Butr. Abb. & Fely. quos citaui, & ſequutus ſum ſupra num.661. etenim hæres non eſt hæres notariatus, qui eſt perſonalis, & extinguitur cum perſona defuncti.

EXTENDE præfatam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi hæres eſſet notarius; quia adhuc non poſſet leuare inſtrumentum ſine commiſſione, ſeu auctoritate iudicis Paul. de Caſtr. in d.l. ſi quis ex argentarijs. num.1. ff. de eden. & ibidem Alex. ſub nu. 5. verſus finem. & benè probatur ex ſeq. ampliatione.

733 Contra iſtam extenſionem ſentiunt apertè Bar. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. num. 3. verſ. vltimo ſcias. ff. de eden. dicens, quòd per illum textum videtur commiſſum notario ſucceſſori, vt ex prothocollo eius, cui ſuccedit, ſumat inſtrumentum.

734 RETENTA iſta extenſione, quæ eſt vera, vt patet ex infradicendis.

AMPLIA eam, vt habeat locum etiam in legatario notario, cui à teſtatore ſint legatæ imbreuiaturæ, quia is non poterit ex eis ſumere, & publicare inſtrumentum ſine auctoritate iudicis, teſtibus Spec. tit. de inſtrum. edit. §. oſtenſo qualiter, num.16. verſ. quid ſi aliquis tabellio. vbi allegat Rolandin. in eius ſumma, quem ſepè vocat dominum ſuum. Hoſtien. in ſumma eod. tit. verſ. de publicatione. num. 10. in fine. ibi. quid ſi tabellio. Io. Andr. Ant. de Butr. & Imol. in cap. cum p. tabellio. omnes in principio. de fid. inſtrum. & Alex. in d.l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. ſub num. 5. ibi. certè quicquid. ff. de eden. &, quòd iſta ſit melior opinio, affirmat Fely. in eod. cap. cum p. tabellio. ſub nu.4. verſ. contrarium & melius.

735 Contra iſtam extenſionem adducuntur Bar. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. in fine. & ibidem Ang. & Ab. in d. cap. cum p. tabellio. ſub num. 2.

736 Sed recedendum non eſt à præcedenti ampliatione; quia, vt dicit Fely. loco citato, iura adducta in contrarium loquuntur in caſu diuerſo, videlicet in editione rationum, quæ poteſt fieri per quemcumque, non autem in publicatione inſtrumenti.

737 Praxis tamen eſt, vt hæres, ſeu legatarius notarius petant licentiam à iudice redigendi notas defuncti in publicam formam, qua licentia habita, poſſunt inde leuare inſtrumenta ad inſtantiam eorum, quorum intereſt, vt ex Imo. refert, & ſequitur Fely. vbi ſupra, & dixi ſupra num.623. & infra num. 739. Ego tamen dicerem, quòd in conceſſione dictæ licentiæ deberet fieri citatio generalis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 715.

Quando ex originali ſcriptura notarij, officialis, ſeu miniſtri mortui poſſit ſumi exemplum authenticum ſine debibitis requiſitis.

738 Limita primo nunc concluſionem illam, poſitã ſupra num. 603. verſ. capio primam. in qua diximus, quòd nemo poteſt ſumere inſtrumentum ex prothocollo alterius, niſi adhibitis illis requiſitis, de quibus egimus ibidem num.603. & ſeqq. vt non procedat in notario ſucceſſore in officio, quia is poteſt leuare inſtrumentum ex ſcriptura originali illius, in cuius officio ſucceſſit, ſicut poſſet ipſemet, qui fecit illam ſcripturam originalem, præter publicationem, quam debet facere ſuo proprio nomine, & ſigno; faciendo mentionem qualiter illud inſtrumentum eſt ſumptum ex nota, ſeu rogitu talis notarij ſui prædeceſſoris; & hoc idem deberet facere, quando daret copiam publicam actorum, factorum coram notario ſuo prædeceſſore: & iſte ſucceſſor poteſt eſſe ſucceſſor, etiam viuente eo, in cuius officio ſuccedit; quia poteſt ſuccedere titulo emptionis, vel alio titulo ſingulari inter viuos; † & propter hanc ſucceſſionem in officio cenſetur ei data licentia tranſumptandi, & leuandi inſtrumenta, & copias publicas rogitorum, & actorũ ſuorum prædeceſſorum ſine citatione partis, & ſine alia ſolemnitate; quia cenſetur ſubrogatus in locum illius notarij rogati mortui, vt ex Dec. infra citato refert, & ſequitur Caputaq. deciſ.351. alibi 354. ſeu 24. n.2. in fine. & num.3. & 4. par. 2. & ita leuata probant ſecundum Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo. ſub num.5. verſus finem. fall.10. & Dec. num. 26. fall.9. C. de eden. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 711. limit. 8. num. 75. in fine. & num.76. lib. 2. qui limitando ſcribunt, quòd exemplum ſumptum à notario, cui eſt commiſſum officiũ alterius notarij mortui, probat, & mouetur Dec. ex his, quæ ſcribit Alex. conſ.106. viſis & opportune. num.18. verſ. nec ad hoc obſtat. lib. 5. qui refert ex Bal. in dicta auth. ſi quis in aliquo. quòd ſi cuidam tabellioni per reformationem municipalem eſt data poteſtas tranſcribendi inſtrumenta paterna, ſicut eſt data Peruſij officialibus armarij; inſtrumenta ab eo ſumpta, etiam parte non citata, probant. & hæc limitatio ſeruatur vbique de conſuetudine: nam videmus hic in Vrbe vendi offitia notariorum Auditoris Cameræ, & notariorum Capitolinorum, & extra Vrbem videmus vendi cancellarias, ſeu banchas, & officium magiſtri actorum; & emptores dant copias authenticas, & publicas tàm eorum, quæ geruntur tempore ſuo in officio, quàm eorum, quæ geſta ſunt tempore ſuorum prædeceſſorum, dummodo ſint ſcripturæ factæ in illo officio.

740 LIMITA II. vt non habeat locum in exemplo, ſeu ſumpto ex expeditione emanata hic in Curia à Papa, ſeu per viam Datariæ, ſiue per viam Cancellariæ, ſeu alia via, vt puta in tranſumpto ex aliqua diſpenſatione, facultate, legitimatione, aut alio priuilegio; quia nunquam requiritur aliqua citatio partis, aut auctoritas iudicis; & ita ſemper ſeruatur ſine

741 vlla controuerſia; † & ratio eſt, quia omnium priuilegiorum, ſeu expeditionum, emanatarum à Cu-

742 ria, remanet copia in regiſtris, † quæ regiſtra præſertim bullarum, licet ſint copia originalium, tamen, loquendo de regiſtris bullarum, retinent vim, & naturam originalium, ſeu prothocolli, vt ſcribit Caputaq. deciſ.74. bullæ ſumptum. num.1. & ſeqq. par. 1. quem refert, & ſequitur Maſcar. concluſ. 1260. regi-

743 ſtratio. num.1. lib.3. † & habent perpetuos miniſtros, & ideo in tranſumptis, ſumendis ex regiſtro, non requiritur citatio partis, aut alia ſolemnitas; quia videntur ſumi ab eorum originalibus, & ab eiſdem, qui ſcripſerunt proprium originale, quia ſi non ſunt ijdem, ſunt ſaltem ſucceſſores in eorum officio, quorum ſucceſſorum auctoritas circa fidem ſcripturarũ habetur pro eadem, vt dixi in præcedenti limitatio-

744 ne: † &, quòd in innouatione priuilegij, ſeu indulti in Curia Romana non requiratur citatio, ſcribũt Abb. in cap. cum dilecta. ſub nu.25. ibi. dicit tamen hoſt. de confirm. vtil. vel inut. Socc. in auth. ſi quis in aliquo. num. 1[illegible]. verſus finem. verſ. primo quando. C. de eden. Fely. in cap. vlt. fall.3. ſub num. 7. de fid. inſtrum. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1388. tranſumptum. num.20. lib. 3. & ratio non eſt ea, quam ipſi referunt, & ſequuntur; videlicet, quia iſta innouatio priuilegij habet trãſire per manus plurium, qui ſunt benè edocti, ſed eſt meo iudicio, quia ſumitur ex regiſtro, quod, vt dixi, ſtat loco prothocolli, ſeu ori-

745 ginalis, & ſumitur per miniſtros deputatos; † fateor tamen, quòd ſi bulla plumbata tranſumptaretur in partibus, & ſic non ex regiſtro per miniſtros deputatos, quòd eo caſu requireretur citatio, & aliæ ſolemnitates requiſitæ.

746 DECLARANDA eſt adhuc iſta ſecunda limitatio; quia ſumptũ ex regiſtro ſupplicationũ differt à ſumpto ex regiſtro bullarum; & bulla plumbata differt ab vtroque quoad vim probandi, vt modo declaro.

Sciendum ergo eſt, quòd ſumptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarum Domini Papæ olim non faciebat fidem in iudicio Rot. deciſ. 28. alias 621. nota ſum-

ta sumptum, de probat. & decis. 10. alias 681. nota quod sumptum seu transumptum, de fid. instrum. in antiq. Mascar. d. conclus. 1388. num. 23. Cæterum hodie non est ita; quia facit fidem, vt testantur Bellenc. tract. de charit. subsid. q. 113. in fine. Addit, ad Rot. dicta decis. 28. de probat. in antiq. & Crescent. decis. 2. alias 50. de fid. instrum. qui omnes testantur, quòd hodie Curia obseruat, vt ita faciat fidem sumptum ex registro supplicationum, sicut sumptum ex registro bullarum.

747 SVMPTVM de registro bullarum facit fidem in iudicio hodie, & faciebat etiam olim, vt testantur omnes allegati num. præcedenti; & sic habemus solidam conclusionem; quòd tàm sumptum ex registro supplicationum, quàm sumptum ex registro bullarum facit plenam fidem in iudicio.

748 DECLARA I. istam conclusionem, vt procedat dummodo manus officialis, & sigilla recognoscantur, vt scribit Bellenc. dicta q. 113. num. 7. & 9. in fine. fol. 167. quem refert, & sequitur Mascar. d. conclus. 1388. num. 23. in fine.

749 DECLARA II. vt procedat solum hic in Curia, secus extra Curiam; quia extra Curiam non faceret fidem, teste Bellencio, d. q. 113. num. 7. in fine. & nu. 8. vbi ait, requiri bullam plumbatam; & ratio, quare sumptum ex registro probet in Curia, est, quia, si dubitari contingat de viribus sumpti, facilè poterit haberi recursus ad Papam, vt scribit Bellenc. d. q. 113. num. 8. fol. 167. quem refert, & sequitur Mascar. dicta conclus. 1388. sub num. 22. lib. 3. addens, posse etiam recurri facilè ad originale.

750 BVLLA plumbata probat etiam extra Curiam secundum Bellenc. d. q. 113. num. 8. & non habet dubium; quia bulla plumbata dicitur originale, quod vbique probat.

Archiuista potest sumere exemplum scripturarum archiuij, & an scriptura reperta in archiuio probet indistinctè.

751 LIMITA III. vt non habeat locum in archiuista, quia is potest sumere exemplũ ex prothocollo, alijsque scripturis, alterius manu confectis, & repositis sub custodia publici archiuij, seu chartophilacij, & illud exemplum potest sumere sine citatione partis, vt scribit Felyn. in cap. ad audientiam. vers. sexta conclusio, num. 18. de præscript. & ex alijs refert, & sequitur Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 97. num. 1. propria auctoritate, sine decreto iudicis, & sine alia solemnitate præter subscriptionem, quam esse necessariam diximus infra num. .

752 EXTENDE istam limitationem, vt habeat locum præcipuè in archiuistis, qui sunt hodie in statu ecclesiastico post erectionem archiuiorum, institutã à fæl. record. Sixto V. per eius constitutionem, editam calẽdis augusti anno Domini 1588. quia hi archiuistæ in vim banni postea editi super obseruatione ordinationum archiuij die 12. septembris anni Domini 1588. num. 19. in illis verbis: *item, che à tutti gl'instromenti, polize, & altre scritture di detti archiuij, che saranno transuntate, ouero estratte, sottoscritte, & segnate, & publicate di mano di detto archiuista, se li dia piena fede tanto in giuditio, quanto fuori di giuditio, quanto se fusse l'istesso instromento originale sottoscritto, segnato, & publicato dall'istesso notaro rogato, & respettiuamente quanto all'istessa poliza originale senza alcuna eccettione*: possunt liberè sumere exemplum sine aliqua solemnitate ex scripturis aliorum, repositis in archiuio: & intellectum istorum bannorum habes infra sub num. 780. & 781.

753 DIFFICVLTAS solum oritur; an scriptura, reperta in archiuio, probet: nam, si non probat scriptura, reperta in archiuio, quæ est exemplar, seu loco exemplaris, multò minus probabit exemplum, sumptum ex ea: & è contra, si probat illa scriptura, poterit probare exemplum.

Et quidem prima facie videtur dicendum simpliciter, quòd probet, & plenè probet; quia sic videntur apertè sentire Host. in cap. cum causam. & Io. Andr. num. 10. vers. & in fin. & Abb. sub num. 1. vers. quandoque agitur. de probat. Rom. cons. 105. viso themate. in fine. & cons. 165. liber registri. in principio. Io. à Graff. in arbor. iudic. in 5. principali, in verbo. probationem. fol. 25. & Mascar. tract. de probat. conclus. 111. de apocha. num. 10. lib. 1. & videtur probari ex textu in auth. ad hæc. C. de fid. instr.

754 Tu distingue plures species scripturarum.

Prima species est scriptura, quæ est solemnis, & authentica de iure, vt puta instrumentum publicum, & authenticum, factum per manus notarij.

Secunda species est scriptura, quæ etiam de iure habetur pro solemni, & authentica; quia habet effectum scripturæ solemnis, & authenticæ; vt puta scriptura priuata, quæ est subscripta à partibus, vel ab eo, contra quem facit, vel est trino teste munita.

Tertia species est scriptura, quæ licet non sit solemnis, tamen propter loci qualitatem, videlicet propter archiuium tenetur communiter pro publica, & authentica, vt sunt liber estimi, registri, censuum, & similes, repositi in archiuio.

Quarta species est scriptura, quæ nec est solemnis, seu authentica, nec pro tali habetur, quamuis reperta sit in publico archiuio: & de hac scribo infra nu. 779.

755 In prima, & secunda specie concludo, quòd scriptura plenè probat eo, quòd est solemnis, & authentica, circumducto etiam archiuio; prout latè ostendimus infra num. .

Scriptura non solemnis, vt auctoritate archiuij habeatur pro solemni, & authentica, & probet, quæ requirantur.

755 In tertia specie; quando scilicet ratione archiuij habetur pro publica, & authentica; concludo similiter, quòd probat plenè, sed ratione archiuij publici: &

756 ratio est duplex: prima, quia ✝ archiuium, seu cancellaria communis, vel rationaria communis, vt in communi vsu appellari testatur Papien. infra citatus, est locus publicus, in quo solent reponi scripturæ publicæ, & authenticæ, sicut declarat Abb. in dicto cap. cum causam. sub num. 1. ibi. secundo quod. de probat. & in cap. ad audientiam. sub nu. 11. de præscript. & est locus deputatus auctoritate publica, vt scribũt Io. Andr. in addit. magna ad Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum restat. in verbo. si economus. vers. quintum supplementum. & Bal. in rub. num. 43. vers. quintum supplementum. C. de fid. instrum. qui, enumerando septem supplementa, quæ scripturæ priuatæ tribuunt effectum publici instrumenti, & sequendo dicta Nicolai de Mat. adeo conueniunt, vt credam omnino, illam esse additionem Baldi, alias posterior videretur furtim trãscripsisse verba prioris; quod & obiter notauimus supra num. 124. vers. confirma-

757 tur. ✝ & ideo ista qualitas loci supplet fidem scripturæ priuatæ, illique tribuit effectum instrumenti publici, vt scribunt Io. Andr. & Bal. vbi supra, & sentit Papien. in pract. in forma productionis instrumentorum. in glos. exhibens, sub num. 12. vers. quinto illa scriptura. fol. 328. & quòd exemplum sumptum ex archiuio propter loci auctoritatem probet, scribit etiam Dec. in auth. si quis in aliquo. num. 23. fallen.

758 6. C. de eden. ✝ secunda ratio est, quia scriniarius, seu commentariensis est iuratus, vt dicit textus in d. cap. ad audientiam. de præscript. & ratione iuramenti præsumitur pro eo, vt ibi dicit Glos. in verbo. iuratus. vnde concurrente auctoritate loci, & fidelitate custodiæ facilè præsumi potest, quòd scripturæ repertæ in archiuio sint fide dignæ.

759 DECLARA istam conclusionem, vt habeat locum in archiuio publico, & sic loquuti sumus in conclusione, secus est, si esset archiuium priuatum; quia in archiuio priuato solet cõcurrere interesse eorum, qui habent illud archiuium iuxta decisionem Putei 186. die 3. decembris. sub num. 1. lib. 3. quo casu auctoritas archiuij non suffragatur per ea, quæ dixi infra sub num. 761. & 778.

RE-

760 RESTRINGE istam conclusionem, sic declaratam, vt sit vera, si interueniant ista requisita, & non alias.

I. REQVISITVM est, quòd archiuio præsit officialis publicè deputatus, vt scribunt Bal. in l. exẽplo. num. 1. versus finem. ibi. per publicos officiales. C. de probat. Franc. de Aret. in cap. cum causam. sub nu. 4. vers. tu autẽ aduerte. de probat. & ibidem Fely. nu. 7. & Dec. sub nu. 22. idem Fely. in cap. ad audientiam. nu. 11. ibi. prima conclusio. de præscript. Socc. cons. 258. in causa vicariæ. num. 6. vers. primum quod. lib. 2. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. in verbo. quarto limitatur. nu. 1. fol. 135. & Franc. Marc. decis. 298. sub num. 2. & decis. 439. sub num. 4. & de isto primo requisito nemo est, qui dubitet, & maximè in archiuistis, qui hodie præsunt archiuijs, erectis ex constitutione Sixti Papæ V. quam citauimus supra nu. 752.

761 DECLARA istud requisitum, vt custos, seu inquam officialis deputatus non sit suspectus, seu aliter non habeat interesse; quia custodia debet esse fidelis, alias posset committi fraus, cum vnus posset ibi recondere aliquam scripturam non solemnem, vt postea ex auctoritate archiuij probaret; quare si sit suspectus non probat iuxta ea, quæ ex Corn. cons. 142. videtur prima facie. sub num 6. ibi. potuisset enim. & ex Socc. cons. 258. in causa vicariæ. sub num. 6. versus finem. ibi. & maximè ista conclusio. lib. 2. refert, & sequitur Rot. diuers. decis. 183. domini resoluerunt. num. 4. & 5. par. 2. & faciunt, quæ scripsi infra num. 778. vers. limita præfatam. vbi ex Put. & Caputaq. retuli, & sequutus sum, quòd scripturæ, repertæ in archiuio eorum, qui habent interesse, non probant.

SVBDECLARA istud requisitum, vt archiuista non ex eo dicatur suspectus, quia est deputatus à communitate, cuius interesse concernit scriptura, reperta in archiuio, seu quia concernit interesse Baronis, cuius ipse archiuista est subditus, & in cuius iurisdictione, & dominio exercet officium archiuistæ: nam illud est certum, quòd communitates possunt habere publicum archiuium, in quo reponant scripturas pertinentes ad ipsas communitates; quarum scripturarum fidei non propterea derogatur, quia archiuista sit præpositus ab vniuersitate: requiritur ergo, quòd agatur propriè de interesse archiuistæ adhoc, vt possit haberi suspectus.

762 II. REQVISITVM est, quòd illa scriptura, de cuius fide agitur, sit posita inter scripturas authenticas, vt sentiunt Bal. Franc. de Aret. Fely. Socc. & Crauet. in locis supra proximè citatis, & Put. decis. 440. in causa britonorien. sub nu. 2. lib. 2. dicens, quòd eo casu fuisset probandum, quòd omnes scripturæ, ibi existentes, fidem facerent; imò, vt melius aperiunt Abb. in cap. cum causam. sub num. 1. ibi. quandoquè agitur. de probat. & ibidem Franc. de Aret. sub num. 5. ibi. tu autem considera. Fely. in d. cap. ad audientiam. vers. quinta conclusio. num. 15. de præscript. & Dec. cons. 458. visis allegationibus. num. 5. lib. 2. non debent ibi reperiri aliæ scripturæ, quæ non sint authenticæ; quia, vt ex Franc. de Aret. deducit Dec. vbi supra, probatio debet esse concludens, qualis non esset, quando in archiuio reponerentur etiam scripturæ non authenticæ.

763 Adde secundũ Put. d. decis. 440. in causa britonorien. sub num. 2. lib. 2. & decis. 245. in fine. quòd debet constare, scripturam fuisse ibi longo tempore
764 reseruatam; imò secundum Caputaq. decis. 41. nu. 4. part. 1. deberet etiam constare, quo tempore fuerit posita in archiuio, cum potuerit ibi esse dimissa tempore litis pendentis.

Verum ego censeo contrarium, & parti, contra quam talis scriptura produceretur, imcumbere onus probandi, quòd esset ibi dimissa tempore litis pendentis: nam satis esse censeo, quòd Archiuista attestetur, illam esse scripturam archiuij; quia, nisi attestetur de tempore repositionis, præsumitur ibi fuisse reposita ante quàm esset archiuista. Nec Corn. quem Caputaq. citat, dicit, quòd debeat constare de tempore repositionis, sed dicit solum, quòd commentariensis debet attestari illam esse scripturam archiuij.

765 DECLARA I. nunc hoc secundum requisitum, vt scriptura authentica dicatur in proposito non solum ea, quæ de iure dicitur authentica, etiamsi non esset reposita in archiuio; sed etiam ea, quæ dicitur authentica secundum consuetudinem iudiciorum eo, quòd est reposita sub custodia publici archiuij; licet alias non haberetur pro authentica, quales sunt liber pontificalis, liber breuiarij, & alij libri, quibus vtitur ecclesia in cerimonijs, vt scribit Mohed. decis. 5. alias. 309. de fid. instrum. dicens, fuisse tentum in Rota, quòd præfati libri dicerentur authentici, exquò ecclesia romana detinet eos in publico archiuio, & quales sunt libri censuales, æstimorum, & statutorum, & sic intelligo Io. Andr. ad Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum. in addit. magna in verbo, si economus. vers. quintum suplementum. Bal. in rub. num. 43. vers. quintum suplementum. C. de fid. instrum. & in l. exemplo. sub num. 1. versus finem. C. de probat. & alios, dum sentiunt in effectu, suppleri fidem scripturæ ratione loci archiuij publici, vbi reponuntur scripturæ publicæ, & communiter habentur pro publicis, & vt tales seruantur per iudices; licet re vera Doctores loquantur diuersis verbis, & obscuris; secus ergo si in archiuio essent repositæ etiam scripturæ, quæ neque inspecto iure, neque inspecta consuetudine, seu stylo circa scripturas, custoditas in archiuio, haberentur pro authenticis; quia tunc illa scriptura non probaret, quamuis esset ex illis scripturis, quibus propter auctoritatem archiuij solet præstari fides; & ratio est, quia illa auctoritas archiuij videretur confusa, & debilitata propter mixturam aliarum scripturarum, quæ quantumuis sint repositæ in archiuio non acceptantur per iudices in iudicijs, & sic signa sunt æquiuoca, & consequenter probatio remanet incerta, & non concludit, teste Franc. de Aret. in d. cap. cum causam. sub num. 5. ibi. quia exquo &
766 aliæ. de probat. & sic isto casu attendimus potius causam, quæ nocet, quàm causam, quæ prodest iuxta regulam brochardicam, de qua Bar. in l. si vir. num. 3. ff. pro donat. & in l. si quis in graui. §. elegãter. sub nu. 4. ff. ad senatuscõs. syllan. Alc. tract. de præsumpt. par. 3. reg. 1. præsumpt. 30. num. 3. & 6. fol. 313. vt puta si in archiuio essent repositæ litteræ missiuæ, aut aliæ similes scripturæ, quas vniuersitas non habet pro publicis, & hanc declarationem aduertit etiam Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. in verbo. quarto limitatur. num. 2. versus finem. ibi. sed pro solutione. fol. 135. vbi ex hac declaratione soluit oppositionem, quam ibidem facit aduersus istud secundum requisitum.

767 DECLARA II. vt scriptura, reperta in archiuio, quæ propter auctoritatem archiuij solet reputari communiter pro publica, & authentica, habeatur pro reperta inter alias scripturas authenticas quoad effectum, de quo agimus, videlicet faciendi plenam probationem, quamuis sit reperta in archiuio sola, sine alijs scripturis, vt declarant, & firmant Franc. de Aret. d. cap. cum causam. num. 5. versus finem. de probat. & Fely. qui eum sequitur in cap. ad audientiam. vers. quinta conclusio. ibi. casus magis. sub nu. 15. de præscript.

EXTENDE istud secundum requisitum, positum supra num. 762. vt procedat etiam in archiuijs erectis per constitutionem Sixti V. & moueor, quia nec dicta constitutio, nec banna, & declarationes capitulorum archiuij disponunt quicquam in casu huius secundi requisiti: ergo censetur iste casus relictus præfatę dispositioni iuris communis.

768 III. REQVISITVM est, quòd ex consuetudine fides præstetur illis scripturis, vt sentiunt Ioan. Andr. & Bal. in locis citatis supra sub num. 765. & dicunt apertè Fely. in cap. ad audientiam. sub num. 11. ibi. tertio quòd. de præscript. & Socc. in cons. 258. in causa vicariæ. num. 6. lib. 2.

769 Contra istud requisitum opponunt Franc. de Aret. in d. cap. cum causam. sub num. 4. versus finem. ibi. sed hoc vltimum. & nu. 5. de probat. & Crauet. d. rub.

quarta

quarta limitatio, num.3. vers. similiter aduertendum est. fol. 135. & eorum oppositio est fundata in duplici ratione: prima est, quia textus in auth. ad hæc. C. de fid. instrum.& in cap. ad audientiam. de præscript. & similes approbant fidem scripturæ, existentis in archiuio, & consequenter consuetudo non est necessaria; & hoc in effectu videtur sensisse Franc. de Aret. d. num.4. in fine. secunda ratio est, quia consuetudo sola per se ipsam posset tribuere fidem scripturis, & tunc fides non diceretur oriri ex archiuio, sed ex consuetudine: quare secundum Crauet. sub num.4. & 5. consuetudo isto casu requiritur solum priuatiuè; videlicet, vt consuetudo non sit in contrarium, quòd fides non detur huiusmodi scripturis non solemnibus, repertis in archiuio publico.

770 Verum ego arbitror, istud requisitum esse necessarium, & consequenter Io. Andr. Bal. Fely. & Socc. rectè dixisse, & oppositionem Francisci de Aret. & Crauet. benè sublatam esse per responsionem Felyni sub d.num.11.asserentis,consuetudinem in casu, de quo loquimur, non validare simpliciter scripturam, sed concurrentibus duobus, videlicet loco archiuij, & auctoritate officialis deputati ad custodiam: adde tu, concurrente etiam,quòd scriptura non sit reperta inter scripturas non authenticas.

Nec obstat replicatio, quam facit Crauet. num. 4. dicens, quòd; attenta ista solutione;producens scripturam ex archiuio teneretur probare consuetudinem, & consequenter, inquit, probatio non ex auctoritate archiuij, sed ex consuetudine oriretur.

Quia resp. tripliciter: & primo, quòd adhuc posset dici, quòd oriretur ex archiuio eo, quòd causa huius consuetudinis est auctoritas archiuij, & quicquid est causa causæ est causa causati.

Secundo respondeo,verum non esse, quòd producens teneatur probare istam consuetudinem;& ratio est,quia ista consuetudo est notoria in iudicijs, sicut præsupponere videntur etiam Io. Andr. & Bal. supra citati, dum aiunt, quòd eiusmodi scripturæ habentur communiter pro publicis, & vt tales seruantur per iudices: dico nunc, quòd, cum sit stylus, seu consuetudo notoria in iudicijs, iudex potest se de ea informare ex officio etiam si sit consuetudo, quæ respiciat decisionem causæ secundum Bal. Gabr. Mascar. Gozad.& Rocc.Curt. quos citaui supra cap.8.num.337. imò isto casu,quando est notoria,non indigere aliqua probatione scripserunt Bal.Ant.de Butr.Curt. Iun.& Gail.quos retuli d. cap.8.nu.338.

Tertio resp. quòd in dubio scripturæ, repertæ in publico archiuio de consuetudine habentur pro authenticis;nisi probetur contrarium iuxta ea, quæ dixi num.seq. sicquè secundum istam solutionem sufficit, quòd istud requisitum concurrat præsumptiuè,seu inquam sit probatum præsumptiuè.

771 DECLARA istud tertium requisitum, vt si dubitetur, an scripturæ, repertæ in archiuio publico sub publico custode,sint approbatæ pro authenticis,præsumantur in dubio approbatæ pro authenticis argumento textus. in l.2.§. ijsdem temporibus. iuncto. §. præced. postea cum appius. in fine. ff. de orig. iur. quem textum Franc. de Aret. in cap.cum causam. sub num. 7. vers. & aduerte. de probat. subtiliter sic inducit: dicitur ibi in §. ijsdem temporibus. quòd populus constituit duos ædiles, qui præessent custodiæ domus, in qua reponebant omnes suas leges; & in §. postea cum appius. dicitur, quòd cum de istis plebiscitis quæstio oriretur,an essent seruanda, idest, an haberent vim legis, lex lata est, vt haberentur pro legibus; ex his infert Franc. de Aret. quòd, orta dubitatione super validitate dictorum plebiscitorũ, fuit lata lex pro eorum validitate;& ratio secundum Aret. fuit,quia locus ille publicatus dabat illis auctoritatem; sed licet ista inductio sit violenta, tamen declaratio huius requisiti est vera.

772 IIII. REQVISITVM est, quòd constet, illam scripturam esse scripturam archiuij; vt addendo scribit Crauet. d. tract. de antiq.temp.rubr. quarta limitatio. in verbo. quarto limitatur. sub num. 1. fol. 135.

773 Diceturquè satis constare; si sic attestetur magistratus, qui confiteatur esse scripturam archiuij, vt scribunt Gl.in auth.ad hæc.in verbo.testimonium.C. de fid.instr.& in cap.ad audientiam.in verbo.censualem.de præscript.& ibidẽ Abb.sub n.11.aut si sic attestetur cõmentariensis, idest, archiuista,vt aduertit etiã Moder. tract.de process. execut.par.3.cap.1.num.78. cuius commentariensis testimonium potest apparere dupliciter: & primo si in scriptura sunt eius manu apposita signa solita,& consueta, vt scribunt ijdem Gl. & Abb. vbi supra, seu si attestetur, illam esse scripturam archiuij, vt scribunt Corn.cons.142.videtur prima facie.num.6.ibi. est enim priuata scriptura. lib 3. & Crauet.d. verbo. quarto limitatur. sub num.1.fol. 135. seu si sit appositum nomen ipsius, qui præponitur ad signandum, vt scribit Azo in summa Auth. de fid. instrum.num.12. seu si sit ab eo subscripta,vt scribunt Fely.in d.cap.ad audientiam.num.3.de præscri. & Caputaq. decis. 41.num.4. par.1. &, quòd requiratur, vt sit sumptum auctoritate iudicis, vel manu commentariensis, notat etiam Mascar.tract. de prob. concl.711. exemplum.sub num.64.vers. secundo. & num.65.lib.2. secundo, si ipse sit rogatus de illa scriptura, eamquè ipse scripserit, vt explicat Crauet.d. num.1. in fine.& qualis esset ista scriptura, quam facere solebant commentarienses, refert Corn. vbi supra dicens,quòd commentariensis solebat scribere tempora,quibus extrahebantur officiales principales locorum, & illa scriptura, inquit, dicebatur scriptura archiuij.

774 NOTA circa formam huius attestationis, quòd oportet,attestari esse scripturam archiuij,vt diximus, & non,quòd est scriptura,inuenta in archiuio; quia sic attestando essemus in dubio; an aliquis priuatus eam illuc detulisset, vt illam authenticam redderet, sicut aduertit Corn. d. cons. 142. sub nu.6.lib.3.quem in hoc refert, & sequitur Dec. in auth. si quis in aliquo. sub nu.23. C.de eden.

775 NOTA II. satis esse, quòd commentariensis faciat istam attestationem, seu fidem tempore extractionis, licet antea se non subscripserit Caputaq. d. decis.41. num.4. in fine. & num.5. par.1. Et hodie quomodo archiuistæ subscriptio sit necessaria adhoc, vt scriptura extracta ex scriptura archiuij probet habes in banno super obseruatione ordinationum archiuij edito anno Domini 1588. die 12. Septembris. num. 19.

776 NOTA III. & obiter,quòd licet iste commentariensis soleat esse tabellio,tamen secundum Abb.in d. cap. ad audientiam. sub num. 11. de præscript. & Lanfr. de Ariand. tract.de fid.instr.sub nu.4.ibi. item scriptura. fol. 29. potest quis esse commentariensis, seu archiuista etiamsi non sit notarius; dummodo sit publicè deputatus, quod credo verissimum etiam in archiuistis, qui hodie præsunt archiuijs, erectis per constitutionem Sixti V. & ratio est, quia scripturæ officialium, publica auctoritate electorum, plenè probant, licet non sint notarij, sicut aduertit Becc. cons. 5. in libro. sub num. 1. lib.1. dicens, quòd liber officialis, publica auctoritate deputati,facit fidem, siue is sit notarius, siue non sit notarius,quod nos vid第 demus in scripturis Gabellarij,Thesaurarij,& similiũ iuxta ea,quæ scripsi supra num.111. vers. restringe secundo. verum tamen est,quòd hodie in statu ecclesiastico non vidimus archiuistam, qui nõ sit notarius.

CONCLVDO ergo;quòd scriptura archiuij,quãuis non sit solemnis,tamẽ plenè probat,si concurrant relata requisita, & sic intelligo Host. Io. Andr. Abb. Rom. & Io.à Grass. quos citaui supra num.753. vers. & quidem. dum scribunt, quòd scriptura archiuij plenè probat.

777 AMPLIA istam conclusionem,vt habeat locum non solum in scriptura originali, custodita in archiuio, sed etiam in exemplo, sumpto ex ea per archiuistam; quia similiter probabit plenè, sicut, loquendo in exemplo, scribunt Fely.in cap.ad audientiam.vers. quarta conclusio.num.14. de præscript. & Rom.cons. 105. viso themate. in fine. quem refert, & sequitur Dec. in auth. si quis in aliquo. sub num.23.vers.sexto

fallit.

fallit. C.de eden. &, quòd extractum,& copiatum ex originali,exiſtenti in publico archiuio faciat fidé, tenuit Rota, vt per Mohed.deciſ. 5. alias.309. de fid. inſtrum. in quo exemplo requiritur, quòd archiuiſta atteſtetur, eſſe ſumptum ex ſcriptura archiuij, vt dixi ſupra nu.774.

778 LIMITA præfatam concluſionem, vt non habeat locum in ſcripturis, quæ habuerunt initium ab habentibus intereſſe; quia tunc non poſſet ſumi ab illis probatio, quamuis eſſent repoſitæ in publico archiuio Put. deciſ. 186. die 3. decembris ſub num. 1. lib. 3.Caputaq. deciſ. 41. archiuium.num.5. verſus finem.& num.6.par. 1.& Maſcar.tract.de probat. concluſ. 711. exemplum. num. 64. lib.2. vide pro iſta limitatione ea, quæ ſcribit de libris antiquis Franc. de Aret. in cap.cum cauſam.num.13. verſ.circa tertium articulum. de probat. quem refert,& ſequitur Caputaq. vbi ſupra.

Scriptura, quæ non eſt authentica, nec habetur pro authentica, quamuis reperta ſit in archiuio, non probat, quævè ſit iſta ſcriptura diſcutitur in exemplificationibus.

779 In quarta ſpecie: quando ſcilicet ſcriptura non eſt authentica, nec habetur pro authentica: concludo, quòd non probat, quamuis ſit ſumpta ex ſcripturis archiuij per manus archiuiſtæ, & reperta inter ſcripturas autheticas Dec.in d.auth. ſi quis in aliquo. fall.6. ſub num.23. verſ. ſed tamen. C. de eden. Fely. in cap.ad audientiam.verſ.prima concluſio.ibi.tertio quod.ſub num.12.de præſcript.Caputaq.d. deciſ. 41. num.2.& 3.par.1. & Put.deciſ.440. in cauſa britonorien. lib.2. quia iſto caſu auctoritas archiuij nihil ſuffragatur, teſte Fely. vbi ſupra, quem refert, & ſequitur Caputaq. d. num.3.

780 EXEMPLIFICA I. iſtam concluſionem, quando ſcriptura, reperta in archiuio, eſſet exemplũ, vtputa ſi ipſa ſcriptura dicat, illud eſſe exemplum; quia tunc non probat, quamuis ſit ſumpta ex publico archiuio, teſte Dec.qui ſic firmat in. d. auth. ſi quis in aliquo.ſub num.23.verſ.ſed tamen in hoc.C.de eden. & ſentiunt Caputaq. d.deciſ. 41. num. 2. in fine. & 3. par. 1. & Put.deciſ.440. in cauſa britonorien. ſub n. 1. & deciſ.451.ſub nu.1.lib.2.

781 Contra iſtam exemplificationem videntur tenere Innoc. in cap.1.de procur. Alex. in d. auth. ſi quis in aliquo. fall.6.num.8. & Iaſ.ſub num.5. fall. 5. verſ. vltra bar.& latè Maſcar. tract. de probat. concluſ. 711. exemplum. verſ. ſexto limita. num.61.lib.2. qui plures congerunt, & teſtatur de communi. *tu tamen vide Dec. vbi ſupra, & cogita. item contra iſtam exemplificationem faciunt ea, quæ ſcribit Franciſc. Marc. deciſ. 439. attenta præſertim conſuetudine, de qua ipſe loquitur concludens, contra iſtam exemplificationem, quòd ſcriptura, extracta ex copia exiſtenti in archiuio, facit fidem de conſuetudine illius loci.

RETENTA tamen (ſi placet) exemplificatione.

EXTENDE eam, vt procedat etiam in archiuijs erectis à Sixto V. cal. auguſti. 1588. quia licet in banno ſuper obſeruatione ordinationum archiuij, edito anno 1558. die.12. ſeptembris ſub num. 1. verſus finem. ibi. *& tal inſtromento, ò copia authentica.* diſponatur, quòd copia debeat remanere apud archiuiſtam,& apertius in declarationibus, & ordinibus ſuper erectione archiuiorum ſub die 5. decembris.1588.num.1.& poſtea in d.banno edito, vt dixi, die 12. ſeptembris. num. 19. diſponatur, quòd ſcripturis manſumptis, ſeu extractis per archiuiſtam ex ſcripturis exiſtentibus in archiuio præſtetur fides, ſicut eorum originalibus, prout diſpoſitionem dicti capi.ſub num.19. retuli formaliter ſupra ſub nu. 752. tamen eſt aduertendum, quòd copia relinquenda in archiuio debet eſſe authentica, prout loquitur bannum ſub d. num. 1.& cum ſit authentica habetur loco originalis, vt dixi ſupra num. 537. & ſatis eſt, quòd ſumatur ex ſcriptura probanti, qualis non eſſet ſcriptura exempli.

Ratio huius exemplificationis, & extenſionis eſt, quia alias facilis aperiretur via ad committendas falſitates: poſſet enim quiſque ſcribere ad ſui fauorem ſub nomine alterius: vtputa; Titius poſſet ſcribere contra Seium. *Ego Seius per has præſentes literas teſtor, me eſſe debitorem Titij in ſcut. 100. ex cauſa mutui; ideoquè ſcripſi, & ſubſcripſi manu propria, &c.* & deinde poſſet Titius portare iſtam apodiſſam ad archiuiſtam, qui, ſumpto exemplo, poſſet eam ſubſcriptam, & de more ſigillo munitam Titio reſtituere: deinde Titius, ſimulata amiſſione originalis, poſſet ex exemplo ab archiuiſta ſumpto, relictoquè in archiuio ſumere aliud exemplum, eoquè experiri in iudicio contra Seium, & conſequi ſcut. 100. quod eſſet valdè iniquum, ideoquè nulla lege diſponibile.

INFERO ex hac ratione reſtrictionem ad ampliamem, poſitam ſupra num. 777. & declarationem ad banna edita ſuper archiuijs, de quibus ſupra nu. 752. dum diſponunt, vt exemplum ſumptum ab archiuiſtis probet ſicut originale: debes enim hoc intelligere, vt non procedat, parte opponente, quia tunc debet exhiberi exemplar, maximè ſi ſit ſcriptura priuata, & de negotio recenti: quia fides ſcripturæ priuatæ multum pendet à recognitione manus, quæ, cum de negotio recenti facilè fieri poſſit, erit ſubſtantialiter neceſſaria.

782 EXEMPLIFICA II. in ſcriptura, quæ careret ſubſcriptione notarij, ſeu alijs requiſitis publici inſtrumenti; quia non probaret, quamuis eſſet extracta ex publico archiuio, teſte Caputaqu. d. deciſ. 41. num. 1. vbi allegat Bar. in auth. ad hæc. C. de fid. inſtrumen.

783 Contra tamen iſtud totum exemplum, videntur ſentire Petr. de Bellapert. in l. comparationes. ſub num.11. ibi. priuatum inſtrumentum. & ſub num. 18. ibi. verbi gratia. C. de fid. inſtrum. dicens, quòd inſtrumentum priuatum repoſitum in archiuio publico probat, quamuis non habeat teſtes. & ipſemet Bar. in eadem auth. ad hæc. circa principium, & verſus finem. & in auth. at ſi contractus.num.2. verſ. ex hoc ſequitur.C. de fid. inſtrum. dicens, quòd quamuis inſtrumentum, quod producitur ex archiuio, non ſit manu notarij publicatum, & ſubſcriptum, tamen ei adhibetur fides, ſi habeat teſtimonium eius, qui præeſt archiuio publico; & quòd inſtrumentum, carens ſolemnitatibus publici inſtrumenti, videlicet, die, conſule, vel indictione, non vitiatur, ſed probat, quamuis iſta requirantur, inquit, in inſtrumento. ſicquè Caputaq. videtur malè intellexiſſe Bartolum: tũ quia Bar.in vltimis verbis in d.auth.ad hæc.ait non eſſe neceſſariam notarij publicationem, & ſubſcriptionem, ſi tamen apparet aliter manu publica factum: tum quia diem, conſulem, & indictionem ait requiri in inſtrumento, & tamen tenet, illud non vitiari ſi deficiant, & ita in dubitabilioribus terminis firmat Maſcar.tract.de probat.concluſ. 111. de apocha. num.9. lib. 1.dicens, quòd apocha, reperta in publico archiuio ſine ſubſcriptione, vel teſtibus, plenè probat.

784 Quid dicendum? Ego non recedo à dictis per Bar. & ideo concludo contra Caputaq. quòd ſubſcriptio notarij non eſt neceſſaria, dummodo appareat aliter manu publica fuiſſe ſcriptam, vel ſaltem manu duorum priuatorum, vt dicit Bar. in d.auth.ad hæc.& moueor; quia auctoritas publici archiuij, & atteſtatio officialis publicè deputati, ſupplent iuxta ea, quæ ex Io. Andr. & Bal. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 757. & ſub num.765. nam ſi eſſet ſubſcripta à notario ſatis per ſe probaret ſine auxilio archiuij: præterea ſi notarius poteſt de commiſſione iudicis leuare inſtrumentum ex prothocollo notarij rogati mortui, & illud ſubſcribere, & publicare iuxta ea, quæ latè ſcripſi declarando ſupra num.603. & ſeqq. ad eum, & leuatum probat, quia non requiritur, quòd illa notula originalis ſit ſubſcripta, dummodo ſit redacta in prothocollum, & recognoſcatur, quòd illud prothocollum fuit ſcriptum manu illius notarij mortui iuxta

ea,

ea, quæ scripsi supra num.615. & 616. ergo idem debent operari auctoritas publici archiuij, & subscriptio archiuistæ.

785 CONCLVDO similiter, quòd sumptum ex archiuio publico probat, quãuis careat requisitis instrumenti publici; quia, si dies, vel consul deficiat in instrumento, Doctores communiter * concludunt, quòd instrumentum non valet, teste Spec. tit. de instr. edit. §. instrumentum ergo. vers. quid ergo si dies. num. 4. licet ipse sequatur opinionem eorũ, qui distinguunt: ergo infero, diem, & consulem esse requisita necessaria: sed scripturæ archiuij, seu armarij probant, licet ista deficiant, vt scribit Bar. vbi supra. Igitur.

786 DECLARA istam conclusionem, vt habeat locum solum in istis requisitis, denotantibus tempus, secus in alijs requisitis substantialibus probationis, vtputa, quia scriptura, reperta in archiuio, sit cancellata, vel sit abrasa, seu aliter suspecta, vel sit scripta manu vnius priuati, quia tunc non probaret, quamuis esset reperta in archiuio per ea, quæ scribit Put. decis.440. in causa britonorien. num. 2. lib. 2. dicens, quòd illa scriptura, reperta in archiuio, non faciebat fidem; quia non erat scriptura publica, sed priuata, ex quò in fine instrumenti dicebatur. Ego Franciscus Candatellus: & tamen non dicit rogatus; & quia non erat additum signum notarij.

787 LIMITA modo istam conclusionem, & exempla in ea adducta, num. 779. 780. & 782. dum firmauimus, scripturam, quæ non sit authentica, nec teneatur communiter pro authentica, non facere fidem, vt non sit vera in loco, in quo consuetudo extaret in contrarium; quia probaret, vt tenet Fely. in cap. ad audientiam. vers. quinta conclusio. versus finem. sub num. 15. de præscript. quem refert, & sequitur Put. decis.451. in causa britonorien. nu. 2. lib. 2. & ratio hu-

788 ius limitationis est; quia consuetudo loci potest supplere fidem scripturæ, sicut scribunt Io. And. in addit. magna ad Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum. in verbo si economus. vers. septimum supplementum. & Bal. in rub. nu. 45. vers. septimum supplementum. C. de fid. instrum. & Rom. cons. 204. pro discutienda.

789 num. 8. & hinc videmus, quòd statur scripturis secundum diuersas consuetudines locorum: nam Romæ speciali consuetudine obseruatur, vt in his, quæ sunt modici præiudicij, quamuis non constet, quòd sigilla sint eorum, qui scribunt, & quamuis illi, qui scribunt, sint homines modicæ auctoritatis, credatur nihilominus eis, vt scribit Innoc. in cap. 1. in fine. de

790 fid. instrum. & Venetijs, vt referunt ijdem Io. And. & Bal. vbi supra, & ex Io. And. refert Ias. in l. admonendi. in 2. repet. num. 116. in fine. vers. vltra bar. ff. de iureiur. statur instrumentis, scriptis per sacerdotes;

791 & in multis partibus facit fidem certum sigillum, certa subscriptio, certa stampa, vel formæ impressio, vt refert idem Io. Andr. vbi supra: & hinc videmus etiam, quòd de generali consuetudine totius Italiæ libri campsorũ, & mercatorum nostri temporis probant etiam pro ipsis mercatoribus, quamuis secus esset de iure iuxta ea, quæ ex Socc. Ias. & alijs retuli, & sequutus sum supra restrict. 3. num. 129. & ampl. 2. num. 134. & 135. vbi etiam ex Bal. Fed. de Sen. & Anch. retuli, & sequutus sum, quòd scriptura priuata ratione consuetudinis facit fidem, quę alias fidem

792 non faceret. Et, quòd in prouincijs, in quibus non est vsus tabellionum, multum operetur consuetudo, quoad hoc vtrum credatur alicui scripturæ, vel non, notat Spec. tit. de instrum. edit. d. §. nunc dicendum. in fine. num. 8. vers. hoc quoque. & quòd scriptura, licet non sit confecta per notarium, faciat plenam fidem, quando consuetudo extat, vt ei fides adhibeatur, notat etiam Lanfr. de Ariand. tract. de fid. instrum.

793 sub num. 4. ibi. cæteræ scripturæ. fol. 29. &, quòd valeat consuedo, vt credatur scripturæ priuatæ, refert, & sequitur ex communi * Mascar. tract. de probat. con-

794 clus. 1294. scripturam priuatam. num. 15. lib. 3. & quòd consuetudo possit inducere, vt credatur scripturæ priuatæ etiam non recognitæ, scribit Moder. tract. de process. execut. part. 3. cap. 1. num. 128. & quòd circa probationem scripturarum sit potissimè

795 attendenda consuetudo, refert, & sequitur Bar. in l. admonendi. num. 29. ff. de iureiur. ex Innoc. in d. cap. 1. de fid. instrum. & demum, quòd consuetudo possit inualidam probationem facere validam, notat Fely. per illum textum in cap. cum dilectus. vers. in secundo responso. nu. 23. de fid. instr.

Scriptura, quæ probat propter auctoritatem archiuij, non probat extra territorium archiuij, & contra non subditos. Et instrumentum repertum in archiuio in criminalibus indistinctè non probat.

796 LIMITA I. nunc conclusionem, in qua supra num. 776. vers. concludo ergo. firmauimus, quòd scriptura non solemnis, reperta tamen in archiuio, plenè probat, concurrentibus requisitis, de quibus egimus supra num. 760. 762. 768. & 772. vt habeat locum solum intra territorium illius, qui deputauit archiuium publicum, & non extra territorium archiuij, & contra non subditos; quia contra eos auctoritas archiuij non se extenderet, & consequenter contra eos scriptura aliter de per se inefficax non probat, testibus Bal. in rubr. sub num. 44. in fine, & num. 45. vers. septimum & vltimum. versus finem. C. de fid. instrum. qui ex Nic. de Mat. refert, & sequitur, quòd quintum supplementum de supplemento scripturæ propter archiuij auctoritatem probat solum quoad personas, quæ subsunt iurisdictioni illius, cuius auctoritate seruantur scripturę sub publica custodia & non quoad alias personas, Alex. cons. 138. opportunè consideratis. sub num. 4. 5. & 6. lib. 1. Socc. cons. 258. in causa vicariæ. sub num. 6. vers. præterea tunc scriptura. lib. 2. Fely. in cap. ad audientiam. vers. secunda conclusio. num. 12. de præscript. ad quę se remittit Dec. in auth. si quis in aliquo. vers. sexto fallit. num. 23. in fine. C. de eden. Franc. Marc. decis. 439. num. 4. & alijs, quos referunt, & sequuntur Crauet. infra citatus, & Mascar. tract. de probat. conclus. 711. sub num. 62. & 63. & conclus. 973. num. 51. lib. 2. & ita fuisse tentum in Rota refert, & sequitur Caputaq. decis. 42. par. 1.

797 Contrariam opinionem firmat Franc. de Aret. in cap. cum causam. num. 6. & seq. de probat. cuius rationes poteris videre etiam apud Fely. sub num. 12. vers. contra. & apud Crauet. tract. de antiq. temp. rub. quarta limitatio. in verbo. quarto limitatur. num. 6.

798 & seqq. fol. 135. & sunt rationes satis vrgentes.* Sed ego pro nunc non recedo à limitatione, quam Rota vbi supra approbauit contra Bal. in d. rubr. versus finẽ. sub num. 46. etiam si loca essent confœderata; & ha-

799 bet locũ ista limitatio etiam in consuetudine, quæ introduxisset, præstari fidem scripturis priuatis, quia illa cõsuetudo habet locum solum inter subditos Put. decis. 451. in causa britonorien. sub num. 2. lib. 2.

800 LIMITA II. vt non habeat locum; quando ageretur de crimine; quia scriptura quantumuis reperta in archiuio non probaret, testibus Ias. cons. 34. col. penult. lib. 1. Crauet. in d. verbo. quarto limitatur. num. 13. fol. 135. & Mascar. d. conclus. 973. num. 54. lib. 2. & ista limitatio non habet multum difficultatis, quia crimina non probantur per instrumenta, quantumuis solemnia iuxta ea, quæ declarando scripsi. lib. præced. cap. 63. sub num. 1. vers. quid dicemus, ibi. aut agitur de probando ipso delicto.

Quomodo transumptetur instrumentum in Regno Neap.

801 Ex his habemus quomodo exemplanda, & transumptanda sint iura, & instrumenta de iure communi, superesset solum, vt adderemus duo verba circa transumptum, seu reassumptionem instrumenti, faciendam in Regno Neap. secundum constitutionem. baiulos omnes. lib. 1. nam requiruntur duo alia. Primum, quòd ille iudex ad contractus, qui interuenit in rogitu, contento in prothocollo, si viuit, subscribat in instrumento publico, quod reassumitur per notarium: &, si non viuit, adhibeatur alius iudex ad contractus;

tractus; qui ſe ſubſcribat, & dicat, quòd loco,& vice talis iudicis, qui interuenit in contractu, & eſt mortuus, ſe ſubſcribit in præſenti contractu,non quòd ipſe interuenit,ſed iudicis auctoritate ſe ſubſcripſit loco prædicti iudicis mortui, vt notat Affl. in d. conſtitutione, baiulos omnes. in 10. requiſito.ſub num.80.

802 Secundum eſt,quòd notarius, aſſumptus ad faciendum inſtrumentum in formam publicam ex prothocollo notarij mortui, illud reaſſumat in publicam formam in charta de pergameno; & dicat,&c. vt notat Affl. vbi ſupra in 12.requiſito num.82.

Demum,ne longior ſim,in omnibus difficultatibus, quæ poſſent occurrere in reaſſumptione inſtrumenti, facienda ſecundum conſtitutiones Regni, remitto vos ad Affl. in d. conſtitutione. baiulos omnes. & ad Par. de Put.qui latè ſcripſit in tract. de reaſſumptione inſtr. per totum.

PARS III.

De literis compulſorialibus.

803 AGGREDIOR tertiam partẽ de literis compulſorialibus, quę magnam habent conformitatem cum literis remiſſorialibus iuxta ea,quæ ſcribit Mand. tract. de commiſſ. in commiſſ.20. compulſorialis. in principio. fol.115. de quibus remiſſorialibus egimus ſupra cap.8.num.275. & ſeqq.ad eum.

Et pro diſtincta intelligentia, & compendioſa reſolutione totius materiæ formo plures quæſtiones.

QVÆSTIO I.

804 QVAERO I. quæ dicantur literæ compulſoriales,& vnde dicantur.

Reſp. literas compulſorias dici facultatem, ſeu commiſſionem illam, qua quis deputatur iudex in partibus ad effectum, vt is eos, qui habent iura, & ſcripturas compellat ad exhibendum ea ad inſtantiam partis, poſtquàm,vti degentes aut in nimis remotis partibus, aut extra iuriſdictionem iudicis, non debent, vel non poſſunt compelli, vt veniant ad illa exhibendum in Curia, ſeu in loco cauſæ iuxta ea, quæ, loquendo de concedendis literis remiſſorialibus, ſcripſi ſupra cap.8.num.725.& cap.9. nu. 617. & ſeqq. ad eum, quæ benè applicantur literis compulſorialibus poſtquàm, vt dixi num. præced.habent

805 inter ſe multam conformitatem, * hincque dicuntur compulſoriæ, quia per eas compelluntur,vt dixi, ad exhibendum,vt innuit etiam Veſtr.in pract.lib.6.cap. 1.ſub nu. 11.verſ. quod ſi quis.in fine.

806 Neque huic ethimologiæ obſtant ea, quæ ſcribit Compilator deciſionum in deciſ.1.alias 10.fuit dubitatum.ſub num.4.de fid.inſtrum.in nou.& in deciſ.4. alias 390. nota inſtrum. eod.tit. in antiq. quem titubando refert Mandoſ.tract.de monitor.q.43.num. 2. fol.67.ſcribit Compilator,quòd domini de Rota non poſſunt dare extra Curiam facultatem citandi partem, &,quòd propterea compulſor non habet iſtam facultatem citandi; ſed habet ſolum requirere habentes,& tenentes inſtrumenta ad cauſam neceſſaria ad tradendum parti,id petenti, ſub pœnis, & cenſuris,per Auditores latis, & non per ipſum compulſorem fulminandis, & ſubdit apertè,quòd compulſor non deputatur ad compellendum,ſed dumtaxat ad requirendũ.

807 Quantum enim ad facultatem citandi partem reſp. quòd DD. de Rota tenuerunt contrarium, & iſtud contrarium ſeruatur; videlicet, quòd pars aduerſa ſit per compulſorem citanda in partibus, vt refert dictus Compilator d.deciſ.1.ſub num.4.& in fine. de fid.inſtrum.in nou.& d.deciſ.4.eod.tit.in antiqu.& referunt, & ſequuntur Mandoſ.tract. de commiſſ. in commiſſ.20.compulſorialis.verſ.quæro an citatio.fol. 117.Veſtr. in pract.d.lib.6.cap.1.ſub num.15.verſ.nec videatur. & Maſcar.tract.de probat.concl.1388.tranſumptum. ſub num. 9. lib.3. & hanc eſſe veram, & communem*concluſionem ſcribit Mandoſ.vbi ſupra.

808 Quantum verò ad coactionem,& compulſionem pro tranſumptione facienda illud certiſſimum eſt, quòd in vim reſcripti, ſeu commiſſionis ſummi Pontificis Compulſor poteſt contra contumaces, & renitentes procedere tàm via cenſurarum, quàm pœnarum,vt ſcribit Mandoſ.tract.de monit.q.43. ſub num. 1.fol.67.& aduertit Maſcar. d.concluſ. 1388. num.9 in fine.dicens,non obſtare, quòd Auditor non habeat poteſtatem extra Curiam, quia, inquit, poteſtatem hanc habet ex commiſſione apoſtolica,quæ eſt neceſſaria de ſtylo Curiæ in compulſoria, & ſic ſatis iuſtificatur ethimologia, quòd dicantur compulſoriales, quia emanant ad finem compellendi.

809 Et huius commiſſionis, ſeu libelli formulam pro impetrandis literis compulſorialibus ponit Mandoſ. in d.tract.de commiſſ.in commiſſ.20. compulſorialis. fol. 115.

810 Viſo quæ dicantur literæ compulſoriales, ſciendum ſecundo loco eſt, quòd ſunt in duplici differentia: quædam enim dicuntur compulſoriales generales: quædam verò dicuntur compulſoriales ſpeciales,vt ſcribunt ijdem Veſtr.in pract.lib.6.cap.1.n.11.in fine.& nu.12.&Mandoſ.d. commiſſ.20.compulſorialis.verſus finem principij. fol. 116. de vtriuſque differentis dicam infra num.826. 838.& 877.

QVAESTIO II.

811 QVAERO II. an literæ compulſoriales habeant alium finem, quàm compellendi eos, qui habent iura, & ſcripturas,ad ea exhibendum iuxta ea,quæ dixi ſupra num,804.in 1.quæſtione.

Reſp.quòd tendunt ad hunc aliũ finem,videlicet,vt tranſumptum,ſeu ſumptũ ſumendum ex ſcriptura originali,fidẽ faciat:nam licet quis velit ſpontè dare copiã,ſeu exemplũ ſcripturæ originalis,apud ſe exiſtentis;tamen illud exemplũ tranſumptum non facit fidẽ, niſi fuerit habitum in vim compulſoriæ, & ita ſeruatur Rot. deciſ.36. alias.689. dic quod tranſumptum. de probat. in antiq. quam refert, & ſequitur Veſtr. d. lib.6.cap.1.ſub num.11.verſ. quod ſi quis. & hæc eſt concluſio,& obſeruantia communis, * quæ tamen venit declaranda iuxta declarationem, & limitationes,de quibus infra nu. 813.

812 AMPLIA iſtam communem concluſionem, vt habeat locum etiam ſi illud tranſumptum tranſumptaretur cum cæteris omnibus ſolemnitatibus; quia nihilominus non probaret, niſi ſumeretur in vim compulſoriæ, teſtibus Barth. Belenci olim Auditore Rotæ in tract.de charit. ſubſid. q.113.nu.4.verſ.quod intelligo.fol.167.& Sarnen.ſimiliter Auditore Rotæ in cap. ſtatutum. num. 60. de reſcript. in 6. quos refert, & ſequitur Mondoſ. tract.de monit.quæſt.43. in fine. fol. 67.

813 DECLARA iſtam concluſionem,& ampliationem, vt habeant locum, quando lis iam ante tranſumptationem faciendam penderet coram Rotę Auditore,vel alio iudice Romano; quia tunc illud tranſumptum tranſumptatum ſine compulſoria iudicis, coram quo lis penderet,non probaret, & ita ſeruatur in Rota; & ratio ſecundum Barth.Belenc.d.q.113.ſub num.4. & 5.fol. 167.fortè eſt, quia poſtquàm per Papam cauſa eſt commiſſa in Curia, manus ordinariorum ſunt totaliter ligatæ, ſecus ſi nulla lis pendeat; quia tunc poſſet tranſumptari ſine compulſoria, vt per Bellenc.d. q.113. num.3. verſ. quod intelligo. & per Mandoſ. d. q. 43. verſus finem. requirerentur tamen auctoritas ordinarij, ſeu delegati iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.656. verſ.requiritur ſecundo.& alię ſolemnitates.

814 EXTENDE iſtam declarationem, vt habeat locum etiam ſi lis penderet extra Vrbem coram iudice non Romano,quia iura,extrahenda cum auctoritate iudicis,non extraherentur validè, niſi extraherentur auctoritate iudicis cauſæ; ſicquè, ſi extraherentur extra ipſius tribunal,deberent extrahi vigore ſuæ compulſoriæ: & ratio eſt; quia ſicut pari paſſu ambulant teſtes,& inſtrumenta,vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num.671.ita quoque pari paſſu debent ambulare literæ remiſſoriales, quæ concernunt teſtes,& literæ cõpulſoriales, quæ concernunt ſcripturas: nam, vt dixi

ſupra

ſupra num.803.habent magnam conformitatem; ſed teſtes non poſſunt examinari validè auctoritate alterius iudicis,quàm auctoritate iudicis cauſæ; & ideo, ſi examinentur extra tribunal ſuum,examinari debent eius literis remiſſorialibus: ergo idem dicendum eſt in exemplis, ſumendis auctoritate iudicis extra ſuum tribunal: & ratio rationis eſt, quia non debet diuidi cauſæ continentia.

Infero ex hac extenſione, ratione Bellenci, de qua ſupra,non eſſe omnino bonã, quia non eſt generalis.

815 EXEMPLIFICA nunc iſtam concluſionem, ſic ampliatam,& declaratam ſequentibus caſibus, in quibus tranſumptum,quamuis ſolemniter extractum, non faceret fidem ſine compulſoria.

I. Caſus eſt,quando tranſumptum, ſeu inquam copia eſſet ſumenda ex ſcriptura, facta manu publici notarij rogati, qui modo eſſet mortuus, vel ita impeditus, vt ab eo copia haberi non poſſet; quia iſto caſu eſſet neceſſaria compulſoria,ſicut aduertit Veſtr.in pract.lib.6.cap.1.ſub nu.11.verſ.quòd ſi quis.

816 Comprobatur iſte caſus; quia etiam ſi iſta copia eſſet extracta in vim compulſoriæ, & non fuiſſet citata pars in partibus per compulſorem, adhuc non faceret fidem Rot.deciſ.1.alias.10. fuit dubitatum.ſub num.1.& deciſ.2.alias.264.licet ſecundum. de fid. inſtrum. in nou. Put. deciſ.252. die 5. octobris num. 2. lib.3.Crauet.conſ.122.de anno.num.17. Aſin.in prax. §.7.cap.5.limit.96.nu.2. Mandoſ.& Veſtr. quos duos poſtremos retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.807. verſ. quantum enim. & ſic hi doctores ſentiunt non ſolum requiri compulſoriam, ſed etiam citationem.

817 II. Caſus eſt, quando exemplum eſſet ſumendum ex ſcriptura priuata, vtputa ex libro alicuius mercatoris, vt in caſu, in quo format commiſſionem Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſione. 20. compulſorialis.fol. 115.vel ex alio libro publico,vel priuato. etenim iſto caſu ad hoc, vt copia probet, ſicut probaret ipſa ſcriptura priuata originalis, debet eſſe ſumpta per perſonam publicam,& cum auctoritate iudicis,& citatione partis, vt colligere licet ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 661.656.& 667.alias non probaret, quamuis eſſet ſumpta ab eodem, qui ſcripſit originale iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.592.& 593. verſ. reſtringe. & verſ.infero.

818 III. Caſus eſt,quando quis indiget aliquo inſtrumento, quod eſt in archiuio alterius ciuitatis, quàm ciuitatis, in qua litigatur, quia iudex,coram quo cauſa vertitur, poteſt committere,vt originale illius documenti oſtendatur iudici illius ciuitatis,ibiquè fides imponatur, & quòd partes compareant ad illum locum: vel poteſt committere iudici illius ciuitatis,vt videat, ſi illud inſtrumentum eſt authenticum iuxta ea, quæ ſcribunt Bar. in l. iudices. in vtraquè lectura. C. de fid.inſtr. & Mandoſ. qui eum refert, & ſequitur in tract.de commiſſ.in commiſſ.20.compulſorialis. in fine principij. fol.116.

819 DECLARAREM hunc III. caſum eſſe verum, quando archiuio non eſt præpoſitus officialis publicus,qui atteſtaretur, illam ſcripturam,ſeu inſtrumentum eſſe ſcripturam archiuij, ſecus ſi adeſſet officialis, qui faceret iſtam fidem: quia tunc arbitror, quòd quamuis eſſet extracta ſine auctoritate, & commiſſione iudicis, & ſine citatione partis, nihilominus probaret, ſi probaret illius originalis;& moueor ex his, quæ ex Rom.Dec.& Mohed. retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.777. verſ. amplia iſtam.& ex his,quæ ſcripſi infra num. . . .

820 LIMITA modo iſtam communem concluſionem firmatam ſupra ſub num.811. vt non procedat,quando exemplum inſtrumenti,ſeu alterius documenti ſumeretur ab eodem notario,qui fuit rogatus de originali, quia poſſet ſumi ſine citatione partis, & ſine auctoritate iudicis, & notarius poſſet illud dare propria auctoritate, vt ex Abb. Fely. Spec. Bal. Maſcar. & Dec. retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.524.& 525. verſ. primus eſt.& ideo compulſoria non eſſet neceſſaria ſecundum Veſtr. in pract.lib.6. cap.1. ſub num. 11. verſ. quod ſi quis iura. & ita intelligo Rot. deciſ. 1.alias 10.fuit dubitatum. ſub num.1.& deciſ.2. alias 264. licet ſecundum. de fid.inſtrum. in nou. dum firmarunt, quòd inſtrumenta, exemplata in vim compulſoriæ, parte non citata, faciunt fidem, ſi fuerunt extracta per eundem notarium,qui ea alias recepit; ſic etiam intelligo Caputaqu. deciſ.70. num.1. par.1. dum refert, in Rota fuiſſe tentum, quòd proceſſus cõpulſorialis, qui fuerat publicatus à notario actuario, qui de illo rogatus fuerat, fidem faceret, quamuis in ipſo compulſoriali proceſſu citationes non eſſent legitimè exequutæ, nec eſſet expectatus dies termini. & ratio quare iſto caſu non ſit neceſſaria compulſorialis meo iudicio eſt;quia eiuſmodi inſtrumenta non dicuntur exempla, ſed dicuntur originalia, vt ſentiunt Rot.d.deciſ.1.alias.10. num.1. in fine. & Bal.in auth.ſi quis in aliquo.verſ.ſed ponamus. nu. 4.C. de eden. quos etiam retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.537.verſ.declara primo nunc.

Et exemplum ſic ſumptum à notario, qui de eo extitit rogatus, probat, ſicut probaret ipſum primum originale, vt ex Bar. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 528.

821 EXTENDE I. iſtam limitationem, vt paria ſint ſcribi totam ſcripturam,& publicari; vel ſubſcribi tantum,& publicari; quia tota vis, & fides ſcripturæ conſiſtit in ſubſcriptione, vt ex Card. Abb. Alex. Dec. Paris. & Paul. de Caſtr. retuli, & ſequutus ſum ſupra num.545. & 546.

822 EXTENDE II. iſtam limitationem, vt procedat etiamſi exemplum ſumatur à notario ſucceſſore in officio, quia inſtrumentum ab eo leuatum ex ſcriptura originali illius, in cuius officio ſucceſſit, probaret meo iudicio, quamuis eſſet leuatum, lite pendente, ſine citatione partis, & ſine compulſoria; & moueor ex his,quæ ſcripſi ſupra num.738. vers. limita primo.pro qua extẽſione facit deciſio Rotæ, de qua Caputaq.deciſ.351. alias.354. ſeu 24.nu.1. & 2. par. 2.quæ tenuit,ſumptum ex regiſtro notarij mortui per habentem licentiam tranſumptandi inſtrumenta illius ſufficere, & nullam facit mentionem de literis

823 compulſorialibus. & ratio huius extenſionis eſt, quia compulſoria non eſt neceſſaria, niſi ſit neceſſaria auctoritas iudicis,& valet iſta conſequentia: in iſta exemplatione non eſt neceſſaria auctoritas iudicis: ergo non eſt neceſſaria compulſoria: idquè patet in exemplo, ſumendo ab eodem notario, qui fuit rogatus de ſcriptura prima originali: etenim is cenſetur etiam ab vtraquè parte rogatus, vt extrahat vnum, ſeu plura exempla; & omnia cenſentur idem primum originale iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra nu. 537. verſ. declara. & propterea non requiritur auctoritas iudicis, cum cenſeatur approbatũ ab vtraquè parte per prædicta,& quando non eſt neceſſaria auctoritas iudicis, ceſſat illud inconueniens,quod conſiderat Barth.Bellenc.tract. de charit.ſubſid.q.113.nu.4. in fine. & nu. 5. fol. 167.dicens, quòd propterea tranſumptum ſine compulſoria Auditoris Rotæ non faceret fidem, quãuis eſſet extractum ſolemniter, quia poſtquàm per Papam eſt commiſſa cauſa in Curia, cenſentur ligatæ manus omnium ordinariorum: nam iſta ratio indicat, quòd loquitur de exemplo, ſumendo auctoritate iudicis, ſed hæc conſideratio ceſſat, quando auctoritas iudicis non eſt neceſſaria: ergo ceſſat etiam concluſio,quòd requiratur compulſoria.

RESTRINGE generaliter iuxta iſtam extenſionem,vt compulſoria nunquam ſit neceſſaria, quãdo in exemplatione inſtrumenti, ſeu alterius ſcripturæ tàm publicæ, quã priuatæ non eſt neceſſaria auctoritas iudicis.

824 DECLARA iſtam reſtrictionem generalem, dum diximus, iura, & ſcripturas poſſe validè extrahi ſine compulſoria, quoties non eſt neceſſaria auctoritas iudicis, vt procedat etiam ſi fuerit neceſſaria antea, & fuerit tunc iam adhibita, quia illo tunc, cum non penderet lis, non poterant eſſe ligatæ manus alterius iudicis; & conſequenter hodie poteſt tranſumptari ſine compulſoria, quia non requiritur alia auctoritas iudicis; cum iam fuerit data licentia tranſumptandi.

825 LIMITA II. vt non habeat locum in iuribus, & ſcrip-

& ſcripturis exemplandis, regiſtrandiſque in actis per notarium actuarium cauſæ; quia in illa exemplatione, ſeu regiſtratione non poteſt conſiderari compulſoria, cum ea, quæ fiunt in tribunali, & in actis, ſemper fieri dicantur auctorizate iudice, coram quo fiunt, & ſic proceſſus delegatus non poteſt adaptari, ſi datur proceſſus ordinarius; quia delegatus datur in defectum, & derogatiuè ad ordinarium; quare, non deficiente, & non derogato ordinario, non poteſt habere locum delegatus; & hæc limitatio eſt clara propter quotidianam practicam, & veterem vſum ipſius: quare ſi illa iura originalia, quæ ſunt exemplanda, & compulſanda in partibus, producerentur originaliter in actis, non requireretur compulſoria, quia illa eorum regiſtratio, quę fieret in actis, probaret, ſicut probarent ipſa originalia dimiſſa.

Ex hac ſecunda limitatione collige generalem limitationem, vt pro iuribus extrahendis in tribunali iudicis cauſæ nunquam requiratur compulſoria; quia ſicut pro examine teſtium in tribunali non requiruntur literæ remiſſoriales, ita neque pro iuribus extrahendis requiruntur compulſoriales.

QVAESTIO III.

CASVS I.

826 QVAERO an in literis compulſorialibus ſit neceſſaria citatio partis?

Reſp. diſtinguendo tres caſus.

Primus eſt: quando agitur de decernendis literis compulſorialibus generalibus.

Secundus eſt: quando agitur de literis compulſorialibus ſpecialibus.

Tertius eſt: quando agitur de executione literarum compulſorialium.

Capio primum caſum de decernendis literis generalibus: Et concludo, citationem non eſſe neceſſariam, teſtibus Formulario terminorum Rotæ rubr. de compulſorialibus generalibus. verſ. compulſorialium. fol. mihi 19. Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 12. verſ. harum literarum. & Mandoſ. in tract. de commiſſ. in commiſſ. 20. compulſorialis. verſus finem principij. ibi. aut enim vocamus. fol. 116. & ita omnes intelligunt Rot. deciſ. 42. alias. 47. nota quod compulſoria. de probat. in antiq. dum firmat, compulſoriam ad producendum inſtrumenta concedi per Auditorem, & poſſe procedi, parte non citata;

827 † & ratio huius concluſionis eſt, quia compulſoria generalis poteſt concedi, etiam parte inuita: ergo poteſt concedi, ea non vocata, vt dicit Rot. vbi

828 ſupra. † ſed ratio rationis eſt; quia in ea de nullo, aut modico præiudicio partis tractatur: nam non habet aliquam dilationem annexam, quæ retardet proceſſum, ſeu expeditionem cauſæ Formul. terminorum Rotæ, & Veſtr. vbi ſupra.

829 AMPLIA I. concluſionem iſtam, vt tunc maximè procedat; quando pars, contra quam fuerunt conceſſæ, erat præſens in Curia, vt dicit Rot. d. deciſ. 42. alias 47. de probat. in antiq.

830 AMPLIA II. vt procedat tàm ſi concedantur in principio litis, quàm ſi concedantur in quacumque alia parte iudicij: nam poſſunt quandocumque peti, & decerni, vt loquitur Mandoſ. loco ſupra proxime citato, referens, quòd Hiſpani aſſerunt, ſe accipere compulſorias generales, quando accipiunt citationem, exequendam in partibus.

831 EXTENDE iſtam ampliationem in eo, quod diximus, compulſoriam poſse peti, & decerni in quacumque parte iudicij, vt habeat locum etiam ſi petatur, pendente aliqua dilatione, ſicut deciſum fuiſse in Rota in vna Gerunden. coram D. Thoma 30. octobris 1542. refert Put. deciſ. 362. lib. 1. & firmat Mandoſ. d. commiſs. compulſorialis. verſ. ſecundo quæro. allegans etiam deciſ. Fabij Accoram. 30.

832 EXEMPLIFICA declarando iſtam extenſionem, vt ſit vera, quando conceſſio compulſorialium non faceret præiudicium dilationi pendenti, vt in caſu Putei, qui loquitur de compulſoria, conceſsa reo, pendente dilatione eidem conceſsa ad deliberandum, an vellet cedere, vel contendere: quia iſto caſu, vt ait Put. ex iuribus extractis vigore compulſorialium melius deliberare poterit: ſed ego addo forſan clariorem rationem; videlicet, quia non eſt vetitum iudici procedere, dilatione pendente, ſi procedat ad fauorem eius; cui dilationem conceſſit iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra cap. 3. limit. 2. num. 172. ſed dilatio ad deliberandum eſt ad fauorem rei: ergo poteſt iudex ad eiuſdem inſtantiam concedere compulſoriam, pendente illa dilatione.

833 EXEMPLIFICA II. quando, pendente dilatione, conceſſa reo ad probandas exceptiones dilatorias, concederet compulſoriam generalem actori: & ratio eſt; quia conceſſio literarum compulſorialium eſt ſpecies dilationis ad probandum, & quando iudex, pendente dilatione conceſſa vni, concedit dilationem alteri, intelligitur concedere, finita prima dilatione, vt declarat Paul. de Caſtr. in l. ſiue pars. nu. 5. C. de dilat. & conſequenter non facit præiudicium dilationi pendenti.

834 EXEMPLIFICA III. quando compulſoria decernitur tempore feriarum, quæ continent dilationem ſuſpenſiuam, quia poteſt decerni, non obſtante tempore feriarum Put. d. deciſ. 362. in fine. lib. 1. & Mandoſ. in d. commiſſ. compulſorialis. verſ. tertio quæro. fol. 117. reſtringens dummodo decernatur diebus iuridicis.

835 RESTRINGE iſtud ſecundum, & tertium exemplum, vt procedant quoad decernendas dictas literas compulſoriales; ſed non quoad executionem illarum, quia, pendente dilatione, ſeu tempore feriato, non debet fieri proceſſus coram compulſore.

Non obſtat, ſi aduerſus extenſionem, poſitam ſupra num. 831. obijceres, ſicut obijcit Mandoſ. vbi ſupra, quòd officium, & iuriſdictio iudicis conquieſcit, & remanet ſuſpenſum, pendente dilatione.

Quia reſp. iſtis caſibus non eſſe verum, & præſertim in caſu, de quo loquitur Put. quia ſuſpenſio eſt inducta in fauorem eius, cui conceſſa eſt dilatio; vnde, ſi ad eiuſdem fauorem non poſſet iudex procedere ad vlteriora, ſuſpenſio retorqueretur in illius odium; quod non eſt dicendum.

836 SVBEXTENDE extenſionem, poſitam ſupra d. nu. 831. eiuſque exemplificationes, vt procedant etiam ſi pars aduerſa proteſtaretur, quòd compulſoria non concederetur; quia adhuc poſſet concedi, vt in caſu, de quo loquitur Put. dicta deciſ. 362 lib. 1.

837 DECLARA nunc concluſionem, in qua ſupra ſub num. 826. verſ. capio primum. diximus, citationem non eſſe neceſſariam in decreto compulſoriæ generalis; quia ſi executio compulſorialium eſſet facienda alibi, quàm in loco domicilij partis aduerſæ, tunc pars aduerſa, quamuis non ſit citanda ad videndum decerni, & concedi literas compulſoriales, tamen erit neceſſariò admonenda, ſeu certioranda, vt ad locum exequẽdæ compulſoriæ poſſit accedere, vel procuratorem mittere ad notata per Paul. de Caſtr. in l. iudices. num. 6. C. de fid. inſtrum. & in terminis noſtris ſcribit Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 1. num. 13. ibi. & vbi. & propterea laudo, vt citetur etjam in conceſſione compulſoriæ generalis, quia abundare in cautela non nocet, & ideo non fruſtra Veſtr. vbi ſupra ſcribit formulam, & praxim citandi. & in lib. 5. cap. 8. ſcribendo terminos ſubſtantiales pro articulo compulſoriæ generalis, ponit in primis terminum ad videndum decerni literas compulſoriales in ciuitate & diœceſi Burgenſibus. & Formularium terminorum Rotæ d. rubr. de compulſorialibus generalibus. verſ. & partis. fol. mihi 19. notat praxim & formulam decreti in conceſſione compulſorialium generalium in contumaciam partis aduerſæ, & tu videre poteris in formula, à nobis relata infra num. 882.

CASVS II.

838 Capio ſecundum caſum de literis compulſorialibus ſpecialibus: Et concludo, citationem eſſe neceſſariam, ſicut ſcribunt ijdem Veſtr. d. lib. 6. cap. 1. ſub

 num. 12.

num.12. vers. harum literarum. Mandos. d. commiss. compulsorialis. versus finem principij. fol. 116. & Formularium terminorum Rotæ d. fol.19. vers. compulsorialiũ. ideoque idem Vestr. in ead. prax. lib.5. cap. 9. scribens qui sint termini substantiales in articulo cõpulsoriæ specialis ponit in primis terminum ad dicendum contra commissionem, si eius vigore petantur, ad primam diem, & deinde ad videndum decerni literas compulsoriales speciales.

839 Ratio potest esse duplex.

Prima, quia compulsoria specialis retardat processum, vt tentum fuisse in causa Toletana de Galapar. coram D. Vestano 16. nouembris 1552. testatur Caputaq. decis.171. compulsoriales speciales. par.1.&, quòd retardet processum, scribit Formularium terminorum Rotæ d. rub. de compulsorialibus specialibus. fol.20. in principio. &, quòd retardet processum saltem quoad decisionem causæ, notauit Vestr. d. lib. 6. cap.1. num.12. in fine.

840 Secunda, quia in eius concessione requiritur causæ cognitio: debet enim iudex priusquam illam concedat respicere, an scriptura, pro cuius extractione petitur compulsoria, sit profutura: item an adsit inditium, quòd scriptura, pro qua compulsoria petitur, sit in rerum natura: & denique debet aduertere, ne petatur calumniosè animo differendi negotium, & protelandi litem; † quia vbi iudex videret, subesse calumniam, aut calumniæ suspitionem, minimè illam concedere deberet, teste Caputaq. decis. 169. compulsoriales speciales. num.1. par.1. & probatur ex eo, quòd compulsoria, & remissoria habent magnam conformitatem, vt dixi supra num. 803. sed remissoria denegatur, quando iudex suspicatur, eam peti calumniosè, vt ex Rom. Fely. Vestr. & Stiat. retuli, & sequutus sum supra cap.8. nu. 823. ergo idem dicendum est in compulsoria: secus, cessante calumniæ suspitione, quia tunc esset concedenda, vt scribit Vestr. d. lib. 6. cap.1. sub num.12. & similiter probatur argumento remissoriæ, quam concedi debere, cessante calumniæ suspitione, retuli ex Vestr. Caputaq. & Seuer. supra eod. cap.8. d. num.823. versus finem.

841

842 Dò vnum casum, in quo suspitio calumniæ diceretur cessare; videlicet, quando de scriptura, quæ desideratur, produceretur exemplum transumptatum extraiudicialiter, vt aduertit Vestr. d. lib.6. cap. 1. sub num. 12. confirmatur iste casus ex alio simili in remissoria, quæ concederetur ei, qui produceret testes nulliter examinatos; quamuis remissoria alias esset neganda; & ratio est, quia illud examen nulliter receptum submouet calumniæ suspitionem, vt ex Cassad. & Pont. retuli, & sequutus sum supra cap. 8. restrict.2. num.770.

843 AMPLIA istam conclusionem, vt procedat etiam si compulsoria concederetur à Rota: quia adhuc censeo esse necessariam citationem: nec est verum, quod scribit Formularium terminorũ Rotæ rub. de compulsorialibus generalibus. paulò ante finem. fol. mihi 20. in principio. dicens, quòd iudex potest concedere compulsoriam, parte non vocata, in vim facultatum concessarum Auditoribus Rotæ per bullam Innocentij VIII. nam illa bulla in primis non loquitur de compulsoria, sed de remissoria, & in ea non dicitur, quòd possint concedere remissorias, parte non citata, sed, quòd possint eas concedere, & de intellectu dictæ bullæ poteris videre pro clariori intelligentia ea, quæ scripsi supra cap. 8. nu.831. 832. & 855. & infra num.853. 854. & 855.

Comprobatur ista ampliatio; quia, vt dixi, remissoria, & compulsoria pari passu ambulant: sed in concessione remissoriæ vsu obseruatur, vt etiam in tribunali Rotæ pars citetur, &, circunducto vsu, requiritur saltem citatio ad videndum admitti articulos ad probandum in Curia, & extra, vt ex Rot. & Seuer. retuli, & sequutus sum supra dicto cap. 8. q. 7. num. 855. quæ citatio ad probandum extra Curiam virtualiter includit remissoriam iuxta ea, quæ scripsi dicto cap.8. num.855. ibi. & ratio est, ergo requiritur etiam in concessione compulsoriæ.

844 Formula citationis in petitione compulsoriæ specialis quæ sit, vide Vestr. dicto lib. 6. cap.1. sub num. 13. vers. si vero specialis. & hæc quoad secundum casum.

CASVS III.

845 Capio tertium casum: quando agitur de exequutione compulsorialium coram Compulsore: Et concludo indistinctè requiri citationem partis, siue compulsoria sit specialis, siue generalis, vt benè concludit Mandos. tract. de commiss. in commiss. compulsorialis. vers. quæro an citatio. fol.117. dicens, hanc esse veram, & communem * conclusionem; hæcque citatio adeo est necessaria, vt, si iura fuerint extracta, parte non citata, extractio sit nulla, seu iura extracta fidem non faciant, testibus Rot. Put. Crauet. Asin. Mandos. & Vestr. quos retuli, & sequutus sum supra num. 816.

QVAESTIO IIII.

846 QVAERO; quando compulsoria dicatur petita calumniosè, & quando non calumniosè, postquam, si calumniosè sit petita, diximus non esse concedendam, & esse concedednam, si non sit petita calumniosè.

Respondeo, recurrendum esse ad coniecturas, & præsumptiones: Primo quia petitio calumniosa pendet à calumnia, & calumnia consistit in animo, & quæ consistunt in animo probantur coniecturis, inditijs, argumentis, & præsumptionibus, sicut; lòquendo de dolo, de fraude, & de simulatione; late scripsi supra cap.9. num.309. vers. dolus. & num.310. & ratio est, quia animus soli Deo est notus, vt ex Neuiz. & Sebast. Medic. retuli eod. cap.9. sub num. 10. quia solus Deus est scrutator cordiũ, sicut ex pluribus refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. cõcl. 94. animus. nu. 1. lib.1. Secundo quia infertur ex his, quòd animus directò probari non potest, & difficilis redditur illius probatio, vt refert, & sequitur Mascar. d. concl.94. nu. 1. & 2. sed quando probatio est difficilis, admittuntur probationes leues, & præsumptiones, vt ex Alex. Par. de Put. Dec. Hier. de Mont. Boss. Crauet. Hier. Gig. Redoan. Becc. & Mascar. retuli, & sequutus sum supra dicto cap. 9. nu. 108. & 313. Igitur calumnia tùm quia consistit in animo, tùm quia est difficilis probationis, probatur per indita, & præsumptiones.

847 Quæ autẽ præsumptiones in ista materia includant calumniã; & quæ eam excludant, seu non includant, secundum Doct. nõ sunt determinatæ in iure; & ideo committuntur arbitrio iudicis, sicut committi solent regulariter indita, & præsumptiones etiã in alia materia; & tantò magis committi debent in ista; quia compulsoria specialis continet dilationem & retardat processum, vt ex Caputaq. Formul. & Vestr. retuli, & sequutus sum supra num. 839. sed materia dilationis vt plurimum committitur arbitrio iudicis, vt in casu, de quo agimus, scribit Vestr. in pract. lib. 6. cap.1. num.13. versus finem.

INFERO conclusionem, quòd relinquitur arbitrio iudicis, quando compulsoria sit concedenda, & quando non.

Confirmo I. istam illationem, quia, vt dixi supra num. 803. compulsoria, & remissoria habent magnam conformitatem, & regulariter valet argumentum ab vna ad alteram, & præsertim in ista illatione, cum etiam in concedenda, vel neganda remissoria attendatur solum, an sit petita calumniosè, vt dixi supra cap.8. num.823.

Sed quando remissoria sit concedenda, vel neganda relinquitur arbitrio iudicis per ea, quæ ex Arch. Io. Andr. Paul. de Castr. Barbat. Seuerol. & Mandos. retuli, & sequutus sum supra cap. 8. num. 822. & loquendo in causis criminalibus retuli, & sequutus sum supra cap. 9. num. 624. vers. declara. Igitur, &c.

Quæ

Quæ tamen præſumptiones attendantur in remiſſoria poſſunt colligi ex limitationibus, quas firmauimus ſupra dicto cap. 8. num. 780. limit. 7. & ſeqq. ad eam vſque ad limit. 21. num. 821. & ex illis multa poſſunt applicari in caſu compulſoriæ.

Confirmo II. quia cum conceſſio, & non conceſſio compulſoriæ pendeat à probatione, & non probatione calumniæ, vt dixi, & omnis probatio ſit arbitraria, vt dixi ſupra cap. 9. q. 11. num. 530. & 531. ſequitur, quòd relinquatur arbitrio iudicis, an compulſoria ſit concedenda, ſeu non concedenda.

QVAESTIO V.

848 QVAERO: qui iudices poſſint concedere literas compulſoriales.

Reſp. Regula erit, quòd quilibet iudex, tàm ordinarius, quàm delegatus poſſit concedere literas compulſoriales: nam, vt ſæpe dixi, compulſoriales habent magnam conformitatem cum remiſſorialibus; ſed iudex tàm ordinarius, quàm delegatus poteſt concedere remiſſoriales, vt dixi ſupra cap. 8. num. 831. verſ. quæro qui. Igitur &c.

849 AMPLIA I. iſtam regulam, vt habeat locum præcipuè in compulſorialibus generalibus, quia poſſunt eas concedere tàm iudices ordinarij, quàm delegati, ſicut ſcribit etiam Mandoſ. loco infra citato.

850 EXTENDE iſtam ampliationem, vt etiam Palatium, hoc eſt, Rota poſſit illas concedere abſque ſpeciali reſcripto Papæ, vt teſtantur Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 12. & Mandoſ. tract. de commiſſ. commiſſione 20. compulſorialis. verſus finem principij. ibi. aut enim vocamus. fol. 116.

851 AMPLIA II. vt habeat locum etiam in literis compulſorialibus ſpecialibus: quia eas etiam concedere poſſunt ordinarij, & delegati: nam conformitas, ſeu analogia dicitur eſſe inter remiſſoriam, &
852 compulſoriam iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 803. † hæcquè conformitas reperitur magis in compulſoria ſpeciali, quàm in generali: nam iſtæ qualitates literarum remiſſorialium: videlicet, quòd, earum dilatione pendente, officium iudicis conquieſcat iuxta ea, quæ ſcribit Seuerol. tract. de remiſſ. cap. 27. quòd in earum conceſſione requiratur citatio partis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 8. q. 7. num. 855. & ſupra num. 843. verſ. comprobatur. & ſimiles, conueniunt compulſoriæ ſpeciali iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 838. verſ. capio ſecundum. & num. 839. & non generali: nam, conceſſa compulſoria generali, iudex poteſt nihilominus procedere, & in eius conceſſione citatio non eſt neceſſaria iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 826. verſ. capio primum. & proinde colligo, quòd benè ſentit Seuerol. dicto tract. de remiſſ. cap. 10. verſus finem. dum ait, quòd compulſoria ſpecialiter conceſſa remiſſionis penè vicem obtinet. Ergo ſicut iſti iudices poſſunt concedere remiſſorias, ita etiam poſſunt concedere compulſorias ſpeciales.

853 EXTENDE iſtam ampliationem, vt etiam Auditores Rotæ poſſint concedere compulſoriales ſpeciales, & ſine reſcripto Principis; dummodo in earum conceſſione adhibeatur commune votum Rotæ; hæcque extenſio nititur bullæ Innocentianæ, à nobis citatæ ſup. cap. 8, num. 835. licet enim illa bulla loquatur in literis remiſſorialibus; tamen debet habere locum etiam in compulſorialibus; tùm quia in eis militat eadem ratio; cum habeant inter ſe magnam conformitatem, vt dixi ſupra in multis locis; tùm etiam quia ſub iſto nomine literarum remiſſorialium poſſunt compræhendi literæ compulſoriales, cum litigator æquè remittatur per compulſoriales ad inſtruendam cauſam, ſicut remittitur per remiſſoriales: & hanc extenſionem ante nos tenuit etiam Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. ſub num. 13. verſ. ſi verò. motus eadem bulla Innocentiana.

854 DECLARA iſtam exenſionem, vt paſſim ſoleat obſeruari contrarium: quia ſolet nihilominus dari commiſſio in Signatura, quæ Auditori tribuat facultatem concedendi has literas; & hæc obſeruantia eſt introducta pro faciliori expeditione, cum alias habere commune votum Rotæ videretur nimis oneroſum iuxta ea, quæ loquendo de remiſſorialibus, ſcripſi ſupra cap. 8. num. 837. verſ. aduerte.

Non obſtat ergo, quòd Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. ſub num. 12. verſ. amplius. & Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 20. compulſorialis. verſus finem principij. fol. 116. dicant, compulſorialem ſpecialem non concedi in Rota, ſeu in Romana Curia ſine reſcripto Principis, ſeu ſpeciali commiſſione.

Quia reſpondeo, quòd Veſtr. ibidem. ſub num. 13. verſ. ſi vero. ſe declarat, vt retuli ſupra: & ſic etiam venit declarandus Mandoſius; videlicet, vt ſit verum, quando literæ peterentur ſine communi voto Rotæ: quia tunc non poſſet Auditor illas concedere ſine ſpeciali commiſſione.

855 Imò olim; vt arbitror; non poterant concedi compulſoriales ſpeciales, niſi fuiſſent ſignatæ ſigno plumbeo Pontificis per ea, quæ, loquendo de literis remiſſorialibus, ſcripſi ſupra dicto cap. 8. num. 832. & 834. vbi habes etiam rationem, quare ſic olim ſeruaretur in remiſſorialibus.

QVAESTIO VI,

856 QVAERO; an ſæcularis, ſeu alius non conſtitutus in dignitate poſſit eſſe Compulſor.

Reſp. Si iudex non venit deputandus à Sede Apoſtolica, non eſt dubium, quòd non eſt neceſſarium, quòd ſit conſtitutus in dignitate eccleſiaſtica; ſed ſi venit deputandus à Sede Apoſtolica, dico, regulam eſſe, quòd Sedes Apoſtolica non deleget cauſas, niſi perſonis, conſtitutis in aliqua dignitate eccleſiaſtica cap. ſtatutum. & ibi Gloſ. & Doct. de reſcript. in 6. & admonet Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 22. per breue. in verbo. aliquibus probis viris. fol. 121. &, ſubdens aliqua alia, concludit hæc om-
857 nia eſſe notiſſima Romæ; † & ideo hodie niſi in corpore commiſſionis poſt verba *probis viris*. additum fuerit *in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis*, Signatura ipſa addere conſueuit, vt aduertit idem Mandoſ. vbi ſupra.

858 Hæcque regula eſt adeo vera, vt, ſi cauſa fuerit commiſſa perſonæ non conſtitutæ in dignitate, proceſſus coram eo factus ſit ipſo iure nullus, etiam parte non opponente, vt innuit textus in dicto cap. ſtatutum. in fine, & ſentit Gloſſa ibidem in verbo. committantur. quam refert, & ſequitur Alex. conſ. 77. in cauſa & lite. num. 5. in fine. ibi. & non valet. lib. 2. & hæc eſt communis * ſententia, quamuis olim Bern. & omnes poſt eum tenerent, quòd pars poſſet tacitè, & expreſſe renuntiare huic iuri, vt refert Gloſ. in dicto verbo. committantur. in principio.

859 AMPLIA I. iſtam regulam, vt procedat etiam ſi partes renuntiarent diſpoſitioni dicti cap. ſtatutum. de reſcript. in 6. quia adhuc cauſa non poſſet committi perſonæ non conſtitutæ in dignitate, teſte Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de iudice deleg. §. excipi. num. 3. in fine litera h. in verbo. conſeri. quem refert, & ſequitur Alex. dicto conſ. 77. num. 5. in fine. & ſic etiam videtur ſentire Gloſ. in dicto verbo. committantur. & ratio eſt, quia diſpoſitio illius capituli fuit inducta non ſolum fauore partium, ſed etiam fauore Sedis Apoſtolicæ, ne vilipendatur in miniſtro ſine dignitate, vt dicit Gloſ. in dicto verbo. committantur. in fine. cui fauori prout reſpicit Sedem Apoſtolicam partes non poſſunt renunciare; & ideo non recedas ab iſta extenſione, quicquid in contrarium ſcripſerit Spec. dicto tit. de iudice deleg. §. excipi. num. 3. in fine. verſ. item quod non eſt.

860 AMPLIA II. vt habeat locum etiam ſi cauſa verteretur inter laicos; quia adhuc haberet locum diſpoſitio dicti cap. ſtatutum. vt latè conſuluit Alex. dicto conſ. 77. num. 6. lib. 2. quem refert, & ſequi-

tur Addition. in Io. Andr. ad Spec. vbi supra.

861 AMPLIA III. vt habeat locum non solum in delegato, sed etiam in subdelegato, quia non potest subdelegari personæ non cõstitutæ in dignitate Spec. dicto §. excipi. num. 6. vers. quid si delegatus. & ibi Io. Andr. in verbo. contra. Mandos. in tract. de commiss. in commiss. 22. per breue. in verbo. aliquibus probis viris. ibi. amplio. fol. 121. & idem videtur dicere Staph. de liter. grat. rubr. de octaua forma mandatorum de prouidendo. num. 9. ibi. idem procedit in subexecutore. fol. 77. & in terminis huius ampliationis latè consuluit Alex. dicto cons. 77. sub num. 4. vers. contingit. & num. 5. dicens, eo casu non valuisse sententiam, latam à primicerio, quia primicerius fuerat subdelegatus à quodam delegato particulari sedis apostolicæ; † & quia primiceriatus non

862 est dignitas, sed est officium. & satis ista ampliatio colligitur ex textu in dicto cap. statutum. §. in nullo. in fine de rescript. in 6.

863 AMPLIA denique, vt habeat locum in quolibet delegato, seu subdelegato, cui committitur causa cum facultate procedendi, vti verus iudex iuxta ea, quæ declarant Staph. vbi supra. & Rota decis. 30. alias. 370. ex hoc. de rescript. in nou. quæ loquitur in executoribus gratiarum, datis cum clausula *vocatis, vocandis &c.*

864 LIMITA I. præfatam regulam, vt non habeat locum in executoribus meris Rot. quæ loquitur de executoribus meris gratiarum, & sententiarum decis. 29. alias. 369. si in communi. ibi. his non obstantibus. de rescript. in nou. &, quòd nudum ministerium possit demandari simplici clerico, seu simplici præsbytero, aut curato, scribunt Rot. dicta decis. 29. alias 369. de rescript. in nou. & decis. 1. alias. 99. nota quòd. de off. deleg. in antiq. & Staph. de liter. grat. rubr. de octaua forma mandatorum de prouidendo. num. 10. ibi. nudum autem. fol. 77. qui istam limitationem exemplificat in executoribus, datis ad compellendum ordinarium; & etiam in executoribus, simpliciter datis ad prouidendum de beneficio

865 iam vacante, & per neminem occupato: † exemplifica etiam tu istam limitationem in examinatore testium, sicut sentit Rota dicta decis. 29. ibi. quemadmodum dicitur de examinatore testium. nam, vt ex Glos. Rot. Bar. Seuerol. Ias. & alijs retuli, & sequutus sum supra cap. 9. num. 688. extensione 5. examinator testium dicitur is, cui commissum est nudum ministerium examinationis.

866 LIMITA II. vt non habeat locum in compulsore; & sic soluo quæsitum; quia potest compulsio iurium subdelegari personæ, non constitutæ in dignitate; & sic fuisse obtentum in Rota, refert Addition. ad Rot. decis. 30. alias. 370. ex hoc. in prima addit. de rescript. in nou. & ita fuisse resolutum in vna Vlixbonen. de Turribus Vedras scribit Acchil. de Graff. decis. 3. alias. 54. tit. de off. deleg. fol. 28. & ista limitatio videtur communiter * teneri.

867 Ratio huius limitationis potest esse duplex.

Prima, quia licet compulsor citet testes, deferat iuramenta super recognitione, aliosque actus iuridicos exerceat, tamen forma compulsus habet contrarium, vt scribit Addition. ad Rot. vbi supra. & maximè vera est ista ratio, attenta opinione Collectoris in decis. 1. de fid. instrum. in nou. & in decis. 4. eod. in antiq. cum teneat, quòd compulsor subdelegatus à Dominis de Rota non habeat facultatem citandi &c. iuxta ea, quæ retuli supra num. 806. vers. neque.

868 Secunda ratio est, quia compulsio iurium est vnus articulus causæ, & non causa: sed vnus certus articulus causæ potest committi personæ non constitutæ in dignitate iuxta ea, quæ scripsi infra limit. & num. seq. ergo.

Contra istam limitationem sentire videntur, seu saltem titubant in ea Addition. ad Rot. d. decis. 30. de rescript. in nou. & Mandos. tract. de commiss. in commiss. 20. compulsorialis. in fine fol. 117. sed tu non recedas à præfata limitatione.

869 LIMITA III. vt non habeat locum in eo, cui committitur certus articulus causæ, quia non est necessarium, quòd sit constitutus in dignitate Spec. tit. de iudice deleg. §. excipi. num. 6. in fine. vers. quid si certus. loquens de examinatione testium, & de contestatione litis. Glos. in dicto cap. statutum. in verbo. causæ. de rescript. in 6. dicens, quòd non prohibetur quin audientia alicuius articuli committi possit cuilibet clerico. & in ista opinione residet ibidem Archid. num. 2. ibi. in glos. vlt. causæ. dum postea subdit. prius dictum plus placet. & comprobatur ista limitatio ex textu in dicto cap. statutum. in verbo. causæ. loquitur enim de causa, & non de articulo; & sic aduertunt etiam Spec. Glos. &

870 Arch. supra citati; † & ratio huius limitationis est; quia is, cui committitur certus articulus, non est iudex, sed potius auditor, vt ex Arch. loco supra proximè citato, & ex Spec. tit. de auditore. retuli, & sequutus sum lib. præced. cap. 14. num. 7.

871 Contra istam limitationem; quando in articulo requiritur causæ cognitio; tenent alij, vt refert Arch. vbi supra, & pro ista sententia contra limitationem militant ea, quæ scripsimus supra cap. 9. num. 690. vers. declara nunc. dum post Glos. Abb. & Seuer. conclusimus, Principis delegatum, cui est commissa receptio testium, hoc est, iuramenta testium cum facultate cognoscendi, & resecandi &c. posse alteri subdelegare, quia est iudex: militant pariter ea, quæ scripsimus supra eodem cap. 9. num. 684. vers. subextende. vbi ex communi opin. de qua testantur Alex. Ias. & Addit. ad Bar. retuli, & sequutus sum, quòd sicut delegatus non potest subdelegare totam causam; ita neque articulum causæ; & proinde eodem cap. 9. num. 696. vers. neque obstat. dixi, valere argumentum à tota causa ad articulum causæ: quare licet in praxi non auderem recedere ab ista limitatione propter auctoritatem eorum, qui eam tenuerunt; tamen de veritate illius multum potest dubitari.

872 LIMITA IIII. vt non habeat locum in causis, quæ committuntur ab ordinarijs, idest Episcopis, quia ordinarij non ligantur præfata constitutione, & ideo possunt causas committere etiam non constitutis in dignitate, vt scribunt Spec. d. tit. de iudice deleg. §. excipi. num. 7. vers. item illa constitutio. & apertius Arch. in d. cap. statutum, sub num. 2. ibi, item videtur quod hæc constitutio. vbi soluit etiam oppositionem.

873 EXTENDE istam limitationem, vt habeat locum etiam in causis, aut saltem articulis, qui committuntur à iudicibus ordinarijs Vrbis, vt puta ab Auditore Cameræ; quia is receptionem testium per literas remissoriales committit etiam iudicibus ordinarijs locorum, quamuis sint laici, vel alteri personæ ecclesiasticæ ad libitum, quando commissio est intra statum ecclesiasticum; alias extra statum ecclesiasticum committit semper personæ ecclesiasticæ, quia personæ ecclesiasticæ sunt subditæ etiam extra statum ecclesiasticum iuxta ea, quę scripsi supra cap. 9. num. 731.

874 DECLARA istas limitationes, quòd licet de iure possit in aliquibus casibus fieri commissio personæ, non constitutæ in dignitate, tamen in practica committi deberent saltem personæ ecclesiasticæ iuxta ea, quæ Abb. in cap. cum causam. num. 22. versus finem. de testib. refert ex Host. & quę nos scripsimus sup. dicto cap. 9. num. 731. & ratio huius practicæ est, quia personæ ecclesiasticæ sunt magis subditæ, vt ibidem dixi: nam persona, quæ non est subdita, non potest compelli Abb. in cap. quod sedem. sub num. 2. de offic. iudic. ordin. & cautela bona esset ad tollendum locum disputationis, vt committeretur etiam personæ constitutæ in dignitate.

875 LIMITA vltimo, vt non habeat locum, quando Papa ex certa scientia committeret causam personæ non constitutæ in dignitate.

QVAESTIO VII.

876 QVAERO an compulſoria poſſit peti, & obtineri poſt concluſionem in cauſa.

Reſp. quòd ſic, ſi concedatur ex cauſa, vt tenuit Rot. deciſ. 37. alias 772. dic quòd ſi in aliqua. de probat. in antiqu. dicens ad hanc compulſoriam eſſe citandam partem.

Confirmatur hæc ſententia, quia concluſio in cauſa poteſt reſcindi, ſubſiſtente iuſta cauſa, vt declaraui cap. ſeq. num. 31. ergo iudex poteſt concedere compulſoriam, quia poteſt remouere concluſionem, quæ impediebat.

RESTRINGE iſtam ſententiam, vt non procedat, ſi concluſio ſi facta à partibus, quia ſicut iudex non poteſt reſcindere hanc concluſionem iuxta ea, quæ ſcripſi eod. cap. ſeq. num. 35. ita multò minus poteſt concedere compulſoriam.

Termini ſubſtantiales in articulo compulſoriæ generalis, & in articulo compulſoriæ ſpecialis, quando petitur, qui ſint vide Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 8. & cap. 9.

QVAESTIO VIII.

877 QVAERO; quæ ſit forma literarum compulſorialium.

Reſp. quòd compulſorialium generalium tenorem
habes in Formul. inſtr. 19. & ſpecialium habes in eod.
Formul. 50. ad quod ſe remittit Formul. terminorum
Rotæ rubr. de compulſorialibus. fol. 19. & 20. & infra
878 nu. 882. † hæ tamen duæ differentiæ ſunt omnino no-
tandæ: Prima eſt, quòd compulſoriæ generales non
sũt directæ alicui certæ perſonæ, ſed generaliter vni-
uerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus &c. prout
eſt ſtylus Auditoris Cameræ in citationibus, inhibi-
879 tionibus, alijſque expeditionibus. † Secunda eſt, quòd
non conceduntur nominatim pro extractione talis, &
talis ſcripturæ, ſed generaliter.
880 At compulſoriæ ſpeciales diriguntur certæ perſo-
881 næ, & pro extractione certorũ iurium: † Et, cum com-
pulſoria generalis non ſit directa alicui certæ perſo-
næ, ſolet eius executio peti coram ordinario loci, hoc
882 eſt, illius Vicario: † & pro faciliori intelligentia ſu-
bijcio formulam compulſoriæ generalis, quæ ſerua-
tur hic in Curia Eccleſiaſtica. *Marcellus Lantes Prothonotarius Apoſtolicus &c. Vniuerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cãtoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Canonicis, Parochialium Eccleſiarũ Rectoribus, eorũ Locatenentibus, Plebanis, Viceplebanis Capellanis, Curatis, & nõ Curatis, cæteriſq; præsbyteris, clericis, notarijs, & tabellionibus publicis quibuſcunq; per ciuitatẽ, & diœceſim Tiburtinã, ac alias vbilibet conſtitutis, illiquè, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis.*

Noueritis quòd nuper coram nobis lite, & cauſa inter D.N. actorem ex vna, & D.N. reum exaduerſo principalẽ de, & ſuper domo, &c. rebuſq; alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & deducendis, & illorum occaſione partibus ex altera introducta, fueritquè inter eaſdem partes ad non nullos actus iudiciales citra tamen cauſæ concluſionem ritè, & legitimè proceſſum: conſequenter ad præfati D.N. actoris principalis inſtantiam diſcretum virum D.N. reum exaduerſo principalem ad videndum, & audiendum nonnullas literas compulſoriales generales extra Rom. Curiã, & ad partes in forma ſolita & conſueta decerni & concedi, vel dicendum cauſam, ſi quam habet rationabilem, quare præmiſſa minime fieri deberent allegandum per quemdam ex Sanctiſſimi D.N. Papæ curſoribus citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competẽtem, videlicet, ad diem, & horam infraſcriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio coram nobis D.N. principalis, & dicti D.N. citati non cõparentis contumaciã accuſauit, ipſumque contumacem reputari inſtetit, & in eius contumaciam nobis exponendo graui cum querela, quòd nonnulli DD. Prælati, Iudices, Officiales, & Commiſſarij, Delegati, Subdelegati, Conſeruatores, Subconſeruatores, Ordinarij, Extraordinarij, Collegia, Conuentus, & Capitula, ac Communitates, Clerici, Notarij, & tabelliones publici, aliaquè perſonæ eccleſiaſticæ, & ſeculares in dd. Ciuitate, & Diœceſi, ac alibi conſtituti penes ſe habent, detinent, ac ſciunt habentes, & detinentes in eorum ſcrinijs, archis, thecis, cuſtodijs, notis, prothocollis, regiſtris, ſiue manualibus nonnulla acta, actitata, literas, ſcripturas, proceſſus, inſtrumenta, priuilegia, iura, & munimenta, cauſam, & cauſas huiuſmodi tangentes, & tangentia, ac concernentes, & concernentia pro huiuſmodi cauſæ cognitione, ac iuris ſui defenſione neceſſarios, & neceſſaria, & ſine quibus de huiuſmodi cauſæ meritis ad plenum liquere non poteſt: noſquè debita cum inſtantia requirendo, quatenus ſibi de opportuno remedio prouidere, ac literas compulſoriales generales extra Rom. Curiam, & ad partes in forma ſolita, & conſueta decernere, & concedere dignaremur. Nos tunc Marcellus &c. dictum N. citatum exaduerſo principalem non comparentem, reputauimus, iuſtitia exigente, contumacem, & dicti N. actoris requiſitionem attendentes eſſe iuſtam, & rationi conſonam, ac, quòd iuſta petenti &c. literas compulſoriales præfatas ſupradicto D.N. inſtanti, & petenti decreuimus, & conceſſimus, ac decernimus & cõcedimus per præſentes: Quæ omnia &c. voſq; & veſtrum quemlibet inſolidum requirimus, & monemus primo, ſecundo, & tertio, & peremptorie, vobiſquè nihilominus, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptis ſententiarum pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium vobis, ſeu alteri veſtrum factas, & poſtquàm pro parte præfati D. N. principalis ſuper hoc vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, immediatè ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino ac canonica monitione aſſignamus ita tamen, quòd in his exequendis vnus veſtrum alterum non expectet, nec vnus pro alio ſe excuſet, præfatos DD. Iudices, Officiales, Delegatos, Conſeruatores, Subconſeruatores, ordinarios, extraordinarios Collegia, Capitula, Notarios, & Tabelliones publicos, aliaſquè perſonas eccleſiaſticas, & ſeculares, per exhibitionem præſentium vobis nominandos, nominandas, & nominanda perſonaliter accedatis, & quilibet veſtrum accedat, eoſque, & eorum quemlibet auctoritate noſtra moneatis & requiratis, quos nos etiam, & quemlibet eorum tenore præſentium requirimus, & monemus, eiſquè nihilominus, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub infraſcriptis pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra duodecim dierum ſpatium poſt monitionem, & requiſitionem veſtras huiuſmodi eis per vos, aut alterum veſtrum factas, immediate ſequẽtium, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro ſecundo, & reliquos quatuor dies ipſis, & eorum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignetis, quos nos etiã aſſignamus eiſdem, dicta iura, acta, literas, ſcripturas, priuilegia, inſtrumenta, & munimenta quæcunque cauſam, & cauſas huiuſmodi tãgentia in eorum formis originalibus, ſeu eorum vera tranſumpta, & ab eorum notis, regiſtris, & manualibus, vel originalibus huiuſmodi in publicam formam reductas, & redacta, ſigilliſquè authenticis ſigillatas, & ſigillata, aut alias ſub talibus modo, & forma, quòd in Rom. Curia, & alibi in iudicio & extra valeãt, & poſſit meritò fides plenaria adhiberi, nil addendo, minuendo, vel mutando, quod facti ſubſtantiam mutet, ſeu variet intellectum d. D.N. principali, ſeu eius legitimo procuratori, vel præſentium exhibitori ſine contradictione, & difficultate quibuslibet dent, & aſſignent, nobis ad Rom. Curiam deferendas, & deferenda, ſatiſfacto primitus illi, vel illis, cui, vel quibus fuerit ob præmiſſa ſatiſfactio impendenda de ſalario eorum competenti, ſi verò dicta iura, & munimenta per quoſcunquè in abſcondito, vel alias contra d. D. N principalis, aut procuratoris ſui voluntatem quomodolibet detineantur abſcondita,

ta, detentores ipsos ad tradendum, & habere scientes ad reuelandum huiusmodi iura, & munimenta per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis; quòd si fortè præmissa omnia, & singula, prout ad vos, & eos, ac vestrum, & eorum quemlibet communiter, vel diuisim pertinet, & spectat, non adimpleueritis, seu adimpleuerit, ac mandatis, & monitionibus nostris huiusmodi; imò verius apostolicis; non parueritis realiter, & cum effectu, aut aliud in contrarium feceritis, fecerint, seu fecerit quoquomodo publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, nos in vos ipsos, ac vestrum, & eorum quemlibet, nec non contradictores quoslibet, & rebelles tàm coniunctim, quàm diuisim ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc singulariter in singulos dicta canonica monitione præmissa excommunicationis: in Capitula verò, Conuentus, & Collegia quæcunquè in his delinquentia suspensionis a diuinis: in ipsorum autem delinquentium ecclesias, monasteria, & capellas interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus: Diem verò, seu dies requisitionis, & monitionis vestrarum huiusmodi, atque formam & quanta fides dictis iuribus, & monumentis fuerit adhibenda, & quicquid in præmissis feceritis, aut aliquis vestrum duxerit faciendum nobis fideliter intimare curetis; absolutionem verò omnium, et singulorum præmissorũ nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus. In quorum fidem &c.

883 Hæc omnia, quæ dixi, respiciunt processum coram iudice causæ, decernente compulsorias; remanet, vt agamus de processu coram Compulsore.

Illud tamen prius notandum est, quòd eadem theorica, quam tradidi supra ad cognoscendum, quomodo sit scribendum iudici literarum remissorialium, applicatur etiam ad sciendum quomodo sit scribendum iudici compulsorialium, ideo vide quæ dixi supra cap. 9. q. 3. num. 726. vbi egi de formula, qua vti potest iudex concedens remissoriam.

Quomodo procedatur coram iudice compulsorialium.

884 Modus procedendi coram Compulsore est, vt vbi compulsoria generalis, vel specialis fuerit decreta, & velis in partibus prosequi illius exequutionem, exibeas literas ipsas cõpulsoriales iudici compulsori coram notario, & testibus, & instes, vt velit ad ipsarum literarum exequutionem procedere iuxta tenorem illarum, & locum loci, vbi velit sedere ad hunc effectum, horam audientiæ, scribam actuarium, & nuncium deputare, eidemque committere, quòd citet; & Compulsor recipiet dictas literas, seque paratum offeret &c.

Deinde citabis partem aduersam coram R. D. N. compulsore ad dicendum contra literas compulsoriales, emanatas à Curia Romana, & exhibitas in actis infrascripti notarij, videndumque iurare testes super illarum recognitione, quatenus opus sit, nec non videndum per præfatum D. Compulsorem mandari procedi ad executionem dd. literarum.

Tertio loco, si iura compulsanda, & transumptanda sunt in tui potestate, vel sunt apud personam, seu tertium, qui dicta iura non recuset exhibere, citabis aduersarium ad videndum mandari extrahi, collationari, & auscultari iura, instrumenta, literas, partitas, scripturas, & alia quæcunquè iura, & munimenta in eisdem literis specificata, vel specificanda in termino citationis apud acta notarij infrascripti, videndumquè iurare, & examinari mandari testes super illorum recognitione, & illorum examen notario committi, dictæquè extractioni, collationi, & auscultationi interessendum, quatenus interesse velit pro die, & hora per Dominum assignandis, alias videndum ad hæc procedi sine eius interuentu: quòd si iura, & scripturæ transumptanda sint apud personam, seu tertium, qui recuset illa exhibere, obtinebis prius contra eundem tertium, recusantem, monitorium sub certis poenis ad illa exhibendum & ijs exhibitis, citabis aduersarium sub modo & forma, vt supra; cuius citationis termino adueniente, induces testes, qui recognoscant iura producta, & specificabis, quæ intendis extrahere, & iudex mandabit exinde exemplum extrahi, auscultari, & recognosci certis die, & hora in officio notarij cum intimatione, vel sine.

Demum postquam iura fuerint extracta, seu inquam transumptata facies aliam citationem ad videndum super omnibus interponi decretum, & auctoritatem iudicis, mandariq; includi omnia in rotulo, prout totam istam, seu similem praxim, & modum ostendit Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. vers. generaliter. num. 14. per totum.

Comprobatur iste modus procedendi: nam quantum ad citationem coram compulsore quòd sit necessaria, retuli, & sequutus sum supra num. 845. & 816. &, quòd citatio requiratur in transumptis, satis scripsimus supra requis. 8. & requis. 7. num. 617. & 667. & adeo est necessaria, vt, si iura fuerint exemplata ante, vel post horam intimatam, exemplum non faciat fidem, quia in effectu est, ac si esset exemplata, parte non citata, vt consuluit Crauet. cons. 122. de anno. num. 17. & sentiunt alij, quos retuli, & sequutus sum supra num. 816. & idem dico, si essent exemplata in alio loco: quantum verò ad decretum, & auctoritatem iudicis, quòd requiratur in transumptis, satis scripsimus supra num. 604. & 656. requis. 2.

885 Declara, quod dicimus de citatione, quia si pars citanda non habuerit domicilium in loco executionis compulsorialium, aut illic procuratorem non dimiserit, poterit citari per edictum iuxta ea, quæ scribit Vestr. d. lib. 6. cap. 1. sub num. 14.

QVAESTIO IX.

886 QVAERO an compulsor possit delegare, seu demandare examen testium.

Resp. quòd non: & si delegauerit, delegatus nihil potest facere, quod sit validum secundum Caputaq. decis. 167. compulsorialis iudex. num. 1. par. 1. & ita potest firmari pro regula, attentis his, quæ ex Bal. Paul. de Castr. Rot. & Ias. & in proprijs terminis ex Lanfran. de Orian. retuli, & sequutus sum supra cap. 9. num. 672. vers. restringe seu. & num. 673.

887 EXTENDE, declara, & limita, prout, loquendo de iudice literarum remissorialium, extendi, declaraui, & limitaui supra d. cap. 9. num. 675. 676. & seqq. ad eum, & num. 690.

QVAESTIO X.

888 QVAERO, an iudex compulsorialis possit allegari suspectus.

Resp. quòd sic Caputaqu. decis. 172. compulsorialis iudex. num. 1. par. 1. & est communis *sententia.

889 DECLARA I. istam communem sententiam, vt sit vera dummodo allegatio suspitionis fiat à principali, aut à procuratore, habente speciale mandatum ad allegandum ipsum compulsorem suspectum, quia causa suspitionis residet in animo, & quæ retinentur animo non possunt explicari per procuratorem, nisi habeat mandatum speciale Caputaqu. decis. 168. compulsorialium iudex. num. 1. & 2. par. 1.

890 DECLARA II. vt ad reddendum processum, qui fieret per compulsorem post allegationem suspitionis, nullum, non sufficiat sola allegatio suspitionis, sed requiratur etiam appellatio ab illo vlteriori processu Caputaq. decis. 172. compulsorialis iudex. num. 1. & 8. par. 1. satisquè hæc declaratio probatur ex his, quæ copiosus scripsi lib. præced. cap. 101. sub num. 16. vers. contrariam.

891 AMPLIA istam declarationem in eo, quod dicimus processum, factum post interpositam appellationem, reddi nullum, vt procedat etiam si appellatio effi-

efficeretur deſerta, quia nihilominus proceſſus poteſt reuocari per viam nullitatis; prout ſeruatum fuiſſe pluries in Rota teſtatur Caputaq. d. deciſ. 172.nu. 2. & ratio huius nullitatis eſt; quia iudex procedendo, ſpreta appellatione, fecit ſe aduerſarium, vt refert, & ſequitur Caputaq. ead.deciſ. 172. nu.9.par.1.

QVAESTIO XI.

892 QVAERO, an iura, compulſata per canonicum regularem, dicantur illegitimè extracta; & quid ſi pars,contra quam fuerunt extracta,fuerit præſens, & nihil oppoſuerit.

Reſp.quòd iura adhuc dicerentur nulliter compulſata, ſeu extracta, quia religioſus non poteſt ſe intromittere in iudicialibus ſine conſenſu ſuperioris Caputaq. deciſ.174. compulſorialis iudex. par.1. dicens, ſic fuiſſe tentum.

Contra tamen faciunt ea, quæ ſcribunt Rom. conſ. 409. quoad primum. num. 6. & multa pro, & contra ſumi poſſunt ex allegatis per Feder. de Sen. conſ. ſeu q. 104. primo quæritur. num.3. & 4.

QVAESTIO XII.

893 QVAERO, an iudex compulſorialis poſſit recipere teſtes.

Reſp.quòd non;quia eius iuriſdictio eſt limitata ad ſcripturas,& iudex nō debet excedere limites ſuæ iuriſdictionis, alias excedendo, nulliter procederet ex defectu iuriſdictionis, ſicut de iudice remiſſorialium, recipiente ſcripturas, notat Seuerol. tract. de remiſſ. cap.10. & hæc concluſio eſt veriſſima.

894 FALLIT iſta concluſio, quando iura compulſanda, ſeu tranſumptanda deberent pro validitate tranſumptationis recognoſci per teſtes, quia compulſor iſto caſu validè eos reciperet; & ratio eſt, quia, commiſſo principali, cenſetur commiſſum acceſſorium; ſeu,commiſſo vno aliquo,cenſentur commiſſa omnia, ſine quibus illud explicari non poteſt, vt ad aliud propoſitum retuli, & ſequutus ſum ex Gloſ.Ant. de Butr. Abb. Felyn. & alijs ſupra cap. 9. num. 763. verſ. ſecundo quia.

Sed quòd aliquando iſta recognitio ſit facienda, dixi ſupra num. 615. requiſ. 7. loquendo in tranſumpto ex prothocollo notarij mortui: imò in citatione coram compulſore ſemper citatur pars ad intereſſendum, ad videndum iurare teſtes, & videndum compulſionem iurium, vt patet ex proceſſu, de quo loquitur Rota coram Put. deciſ.152. die 5. octobris.ſub num.1. lib.3.

QVAESTIO XIII.

895 QVAERO, an poſſit concedi remiſſoria tàm pro teſtibus,quā pro ſcripturis ita, vt idem ſit iudex compulſorialium, & remiſſorialium.

Reſp. quòd ſic: quia nihil repugnat, & ita ſolet concedi, quando aliqui ex articulis datis venirent probandi per teſtes, & aliqui per ſcripturas, vt ex Rot. & Seuer. retuli, & ſequutus ſum ſupra cap.8.nu.816. verſ. reſtringe præfatam. inquit apertè Seuer. quòd iudici remiſſorialium poteſt concedi etiam facultas compellendi eos, penes quos inſtrumenta eſſe proponuntur: & ſub hac formula promiſcua recipiendi teſtes, & compellendi etiam eos,qui habent ſcripturas,ſolet concedere remiſſoriam Auditor Cameræ, dum in fine vtitur his, vel ſimilibus verbis: *vna cum inſtrumentis &c. in publicam formam redactis ad nos tranſmittas: teſtes ſe examini ſubijcere, ac ſcripturas exhibere nolentes per cenſuras, & pænas eccleſiaſticas, & pecuniarias, appellatione remota, compellendo. &c.*

PARS IIII.

De recognitione iurium, & ſcripturarum.

896 SVPRA ſæpè mentionem feci de recognitione ſcripturarū, & præſertim nu. 10. verſ. ſed rot. in citatione ad dicendum contra iura: occurrunt nunc circa præfatam recognitionem quatuor difficultates.

DIFFICVLTAS I.

CASVS I.

Prima difficultas eſt: nunquid recognitio ſcripturarum, quæ producuntur, ſit præcisè neceſſaria.

Reſp. quòd non eſt neceſſaria præcisè: quare conſiderandi ſunt duo caſus.

897 Primus eſt: quando pars, contra quam producuntur, opponit.

Secundus eſt: quando non opponit.

Capio primum: & concludo, recognitionem eſſe omnino neceſſariam ad tradita per Alex. conſ. 166. viſo puncto. num. 3. verſ. & de iure. lib. 2. & tenuit apertius Caputaq. deciſ.99. ſeu 3. inſtrumenta producta. num.3. par.2. & ſentit Innoc. in cap. 1.nu. 2. verſ. item publicam. verſus finem. de fid. inſtrum. dicens, quòd ſi negetur, illum, qui inſtrumentum confecit, fuiſſe notarium, oportet,inquit, quòd conſtet, eum fuiſſe notarium per teſtes, vel &c. quod idem ſcribunt ibidem Doctores, & præſertim Ant.de Butr. ſub num. 2. vel 3. ibi. contradicente parte. & Abb. ſub num. 3. ibi. duodecimo requiritur. & ſentiunt Spec. tit.de inſtr. edit. §. reſtat. verſ. ſed quid ſi producitur. num.6. verſus finem. ibi. ſi verò pars. & verſ. & ſcias. ſub num. 24. & verſ. illud autem. ſub num. 39. & Paul. de Caſtr. conſ. 394. videndum eſt vtrum fides. num. 1. in fine. lib. 1. Lanfr.de Ariand. tract. de fid. inſtr. verſ. vlterius quæro. num. 5. verſus finem. fol. 29. & Carauit. ſuper ritu 188. ſub num. 1. verſus finem. & ſub num. 5. & in iſto caſu; quando pars opponit; intelligo ea, quæ ſcribunt Oldr. conſ. 227. de toto themate. ſub num.6. & Pariſ. conſ. 115. ioannes.num.5. lib.4.dum aiunt, quòd ſcripturæ, ſeu iura non recognita non probant: iſto etiam caſu intelligo Corn. conſ. 142. videtur prima facie. ſub nu. 2. ibi. & hinc eſt. lib.3. dum ait,requiri probationem notariatus ad hoc, vt inſtrumentum probet: eſt enim verum,parte opponente, & hæc eſt concluſio communis, * & paſſim ſeruatur in praxi.

898 DECLARA ampliatiuè iſtam concluſionem, vt ſit vera non ſolum, quando oppoſitio eſt formalis circa recognitionem, ſed etiam quando non eſt formalis, ſeu ſpecifica circa recognitionem, ſed eſt generalis, & tacita contra ſcripturam,aut contra intentionem producentis ſcripturam; quia etiam generalis, & tacita oppoſitio percutit ſcripturam in recognitione; vtputa quia exaduerſo contra ſcripturam diceretur, petita, vel concluſa per partem fieri non debere, vel peteretur abſolutio à petitis, & concluſis, ſicut notat Maſcar. tract.de probat.concluſ. 1294. ſcripturam priuatam. num. 18. lib.3.& ratio eſt, quia paria ſunt in effectu, & non refert,quid ex æquipollentibus fiat in his, in quibus non eſt conſtituta certa forma faciendi.

899 RESTRINGE iſtam declarationem, vt ſit vera, quando oppoſitio percutit fidem ſcripturæ; ſecus ſi non percutit fidem ſcripturæ, vtputa, quia opponatur exceptio pacti de non petendo, vel quòd fuerit facta ſine cauſa, vel quid ſimile; quia tunc videretur acceptari, ſcripturam eſſe veram in ſe: & ideo non requireretur alia recognitio.

Exemplifica iſtam concluſionem, poſitam ſupra num.897. in caſibus illationum, quas poſui infra nu. 911. & ſeqq.ad eum.

900 AMPLIA nunc eandem concluſionem, vt ſit vera etiam in inſtrumento, quod pars portat de longinguis partibus; quia, parte opponente, quòd ille, qui illud confecit, non eſt notarius, requiritur probatio notariatus ſecundum Bal. in l. comparationes. verſ. cynus format. & ibidem Saly. num.17.verſ. iuxta vtilem. C. de fid. inſtrum. & hanc ſententiam ſub diſtinctione ſequūtur Spec.tit. de inſtru.edit. §. reſtat. verſ. ſed quid ſi producitur. num.6. verſus finem. ibi. ſi verò præſens ſit & neget. And. Barb. in additione

ad Bal.

ad Bal. vbi supra in verbo. notarius. sequens Spec. loco citato. Paul. de Castr. cons. 394. videndum est vtrum fides. sub num. 1. ibi. tertia est. lib. 1. Ant. de Butr. vbi supra. & Lanfran. de Ariand. tract. de fid. instrum: num. 5. vers. vlterius quæro. fol. 29. eandem sententiam sequitur Carauit. super ritu. 188. sub num. 1. & hanc esse certissimam sententiam testatur Lanfrãc. vbi supra. & ita video seruari in practica: nam sicut non credimus ignotis testibus, ita nec credimus ignotis tabellionibus Bal. in d. l. comparationes. num. 13. in fine. C. de fid. instrum.

901 Contraria opin. quòd probatio notariatus non sit necessaria; tenuerunt Azo in summa in Auth. de fid. instrum. & caut. vers. octauo. sub nu. 10. ibi. sed quid si proferatur. Paul. de Castr. sibi parum constans in auth. & si contractus. num. 5. C. de fid. instr. dicens, quòd sic vidit consultum per D. Fran. Tig. de Pisis, quẽ Paulum de Castr. refert, & sequitur Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. num. 8. versus finem. Papien. in pract. in forma opponendi contra instrumenta. in glos. non fuit nec est publicus. num. 3. fol. 342. dicens secundum istam sententiam esse melioris conditionis producentem instrumenta de partibus longinguis, quàm de proximis: poteris etiam videre Mascar. tract. de probat. concl. 1092. notarium. num. 12. & seqq. lib. 2. quem in ista controuersia omisi citare; quia non fideliter videtur allegasse.

902 Non recedas ab ampliatione; quia, vt dixi, seruatur in practica, & est vera: nam probatio fuisset facilius per viam literarũ testimonialium, vt dixi infra num. . . . . vnde producens instrumentum, sibi imputet, quòd non portauit illud cum legalitate.

903 EXTENDE I. istam ampliationem, vt habeat locum præcipuè; quando instrumentum est super re magni præiudicij; quia tunc quamuis portetur de longinguo requiritur probatio notariatus, parte opponente, illum non esse notarium, Fely. in cap. 1. nu. 24. vers. & adde. de fid. instr. & Mascar. tract. de probat. dicta conclus. 1092. num. 16.

904 EXTENDE II. vt habeat locum etiam si agatur de leui præiudicio; quicquid in contrarium videantur sentire Fely. & Mascar. vbi supra, & Ant. de Butr. d. cap. 1. num. 3. in fine. de fid. instr. & moueor, quia non est constituenda differentia; an producantur de longinguis, vel de proximis partibus, cum probatio notariatus per literas testimoniales sit facilior, quàm probatio per testes in loco proximo; & minus est constituenda differentia, an agatur de graui, vel de leui præiudicio; vnde non placet concordia Papiensis in pract. in forma opponendi contra instrumenta. in gl. non fuit nec est. num. 3. versus finem. fol. 342. & Additionatoris ad Capel. Tholos. decis. 331. num. 5. versus finem. ibi. fortasse non improbabiliter, qui eum refert, & sequitur, constituentium quoad istum effectum notariatus probandi differentiam inter instrumentum super re magni præiudicij, & instrumentum super re leuis præiudicij; licet non aperiant, an loquantur in casu, quo pars opponit, vel in alio: sed hoc non est considerabile.

905 LIMITA I. nunc firmatam conclusionem, vt non procedat, quando scriptura producta notoriè cognoscitur; quia tunc, etiam parte opponente, recognitio saltem formalis non est necessaria per ea, quæ scribit Spec. tit. de instrum. edit. §. restat. vers. & scias. sub num. 24. dicens non esse necessarium, quòd probetur, instrumentum productum esse confectum à publica persona, si id sit notorium. & ratio est; quia in notorijs rei permanentis non requiritur probatio iuxta ea, quæ scripsi lib. præcedenti. cap. 76. sub num. 8. vers. si loquimur. & sup. cap. 9. num. 24. vers. prima conclusio. aut saltem non requiritur formalis; quia iudex potest de eo se informare extraiudicialiter, vt, loquendo de consuetudine non decisoria, latè ex Ant. de Butr. Fely. Mars. Crot. Gabr. & alijs retuli, & sequutus sum supra cap. 8. limit. 7. num. 322. & 327.

906 Dicitur in proposito notoriè cognita, quando est scripta in loco, in quo producitur, & à personis, publica auctoritate deputatis ad exercendum officium scribendi, & conficiendi scripturas; vt ex sequentibus exemplis licet cognoscere.

907 EXEMPLIFICA I. istam limitationem in scriptura penes acta; quia, si ea producatur (si productio appellari potest) non est necessaria recognitio; vnde in executione obligationis, receptæ penes acta, non est necessaria recognitio.

908 EXEMPLIFICA II. tu, qui versaris Romæ, in instrumentis, factis à notarijs Auditoris Cameræ, quia, si coram eo agatur, seu excipiatur vigore dictorum instrumentorum, non est necessaria recognitio; quia habentur pro receptis penes acta: & ideo in casu huius primæ, & secundæ exemplificationis non citatur ad videndum iurare testes super illorum recognitione, de quo vide quæ scripsi lib. præced. cap. 96. num. 32.

909 EXEMPLIFICA III. in instrumento, confecto ab aliquo ex notarijs Capitolinis, & producto coram Auditore Cameræ, vel è contra in instrumento, confecto ab aliquo ex notarijs Auditoris Cameræ, & producto coram aliquo iudice Capitolino: quia cum sint confecta in eadem Ciuitate, in qua producuntur, & à publicis personis deputatis, exercentibusque publicum officium conficiendi scripturas, necesse est, quòd eorum scriptura sit cognita notoriè; quia ea, quæ publicè, & notoriè aguntur, necesse est vt notoriè etiã sint cognita: quare licet de stylo, quando agitur ad executionem dictorum instrumentorum, citemus etiã ad videndum iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, vt dixi dicto lib. præced. cap. 96. num. 32. tamen censeo non esse necessarium.

910 EXEMPLIFICA denique in scriptura alicuius priuilegij, seu indulti, vel similis, obtenti hic in Curia, & hic in Curia producta, quia si sit expedita, vt expediri solent, per publicos ministros deputatos, non est necessaria recognitio saltem formalis: & ita videbis seruari in praxi; quia si aduersus iura producta fuerit oppositum ad vlteriora non procedi, nisi recognitis iuribus, nihilominus iudex; si ipse cognoscat, scripturam productam esse scriptam manu illius notarij, qui testatur, se de ea fuisse rogatum; poterit, spreta oppositione, absque alia recognitione procedere ad vlteriora, vti procedens super notorio; quòd si ipse nõ cognoscat, poterit, vti super re notoria, se informare extraiudicialiter, &, habita informatione, procedere ad vlteriora.

Nec dicatur aduersus ista exempla, & præsertim aduersus tertium, quòd notorietas consistit solum in eo, quòd talis sit notarius, & exerceat notariatum, sed non quòd talis scriptura sit facta manu ipsius, & ideo quòd posset in ea esse commissum falsum.

Nam resp. necessarium esse, quòd etiam scriptura ipsius sit notoria, cum notoriè exerceatur, & sic dico, quòd in casu, quo iudex ipse non cognoscat illam, potest se informare extraiudicialiter; & hæc est veritas, quamuis notarijs, qui emunt officia, non placeat; quia student pinguedini processus, & numero chartarum: si tamen talis eueniret casus, vt iudex arbitraretur scripturam illius notarij non esse notoriè cognitam, quamuis esset facta in loco, in quo producitur & à notario, habente publicum officium, vt puta quia essemus in loco magno, & officium illius notarij esset paucorum negotiorum, tunc recognitio esset formiter facienda, quia quid sit notorium relinquitur arbitrio iudicis, vt dixi lib. præced. cap. 76. sub num. 5.

911 INFERO I. ex hac limitatione, exemplisquè in ea allatis, instrumentum confectum ab aliquo notario hic in Vrbe non habente publicam stationem, hoc est, officium in aliquo tribunali, & productum, debere recognosci; quia hic in Vrbe mos est, vt solum notarij, qui habent offitia notariatus Auditoris Cameræ, vel alterius tribunalis conficiant instrumenta; & certe non sine causa, quia, vt dixi, non erit tunc necessaria recognitio; quòd si alius notarius conficiat instrumentum, dico recognitionem esse necessariam, quamuis instrumentum produceretur hic in Vrbe; & notarius, qui illud confecisset, esset descri-

912 ptus in matricula; † quia matricula nõ probat, descriptum

ptum in ea esse notarium secundum Io. Andr. in addit.ad Spec.tit.de instrum. edit.§.restat. vers. & scias. sub num.24. in verbo.illud autem.quem refert, & sequitur Addition.ad Capell. Tolos.decis.331.n.3.quod dictum de matricula non firmo, quia contrarium tenet Ang.cons.140.quem referunt,& sequuntur Addit. ad Spec.sub nu.24.in fine.& Dec.in cap.1.num.51. de fid. instrum. & tu potes interim videre, quæ scribit Mascar. tract. de probat. conclus. 1093. num. 8. & seqq.lib.2.

913 INFERO II. à fortiori requiri istam recognitionem in qualibet scriptura priuata iuxta ea, quæ scripsi infra num. . . .

914 INFERO III. necessariam esse recognitionem in instrumentis,quæ producuntur alibi, quàm in loco, in quo confecta sunt: quare, si instrumentum sit confectum Tiburis, vel Bononiæ, aut in ciuitate Venetiarum, & producatur hic in Vrbe, recognitio est necessaria, quæ fiet per literas testimoniales, quas nos communiter vocamus legalitatem.

915 EXTENDE istas illationes, vt sint veræ etiam si iudex cognosceret illam scripturam, quia nihilominus, parte opponente, esset formiter recognoscenda; nec posset se de ea informare extraiudicialiter;quod nota.

916 LIMITA II. vt non procedat in instrumentis, & scripturis antiquissimus; quia in eis recognitio nō est necessaria Put. decis. 151. coram domino. lib. 1. Rot.
917 diuers.decis.52.& decis.54.conclusum. par.1.† & ratio huius limitationis est, quia in instrumentis antiquissimis non est necessarium probare, quòd ille, qui confecit instrumentum, fuerit notarius, aut in quasi possessione notariatus Bal. in auth. quas actiones.versus finē. vers.ego dico.nu.18.C.de sacrosanct. eccles. & in l. comparationes. vers. sed ista cautela. sub num.14. C. de fid. instrum. Socc. cons. 187. in controuersia. vers.ad secundum.num. 10. lib.2.Corn. cons.142.videtur prima facie.sub num. 2. ibi. & ideo consuetudo. lib.3.Dec.cons.42.pro facultate mea.sub num.2.versus finem.Guid.Pap. decis. 357. quomodo potest fieri. num. 2. Affl. decis. 251. determinatum fuit.num.6.Addit.ad Capell.Tolos.dicta decis.331.nu. 6.& Mascar.tract.de probat. conclus 1092.num. 6. & 8.lib.2.nam,vt ipse ibi loquitur, notariatus in antiquissimis præsumitur, quia impossibilis est alia pro-
✱ batio. & ita tenent communiter * omnes in diuersis locis.

Si non est necessariū probare,quòd ille fuerit notarius:ergo minus est necessarium probare, quòd illius manu fuerit scriptum.

Probatur consequentia: quia is, qui pro recognitione scripturæ cogitur probare aliquem esse notarium,tenetur probare scripturam esse factam manu illius notarij, & sic sunt connexa iuxta ea, quæ scripsi infra nu. . . . vbi videas, vt apertè intelligas istam consequentiam.

CASVS II.

918 Capio secundum casum:quando pars non opponit: & concludo recognitionem non esse necessariam, quia pars citata, tacendo, & non opponendo, videtur approbasse illam scripturam, vt scribunt Host. & Ant.de Butr.in cap.quoniam contra. vers. quæro an producto instrumento. sub num.23. ibi. vnde non habet.de probat. Abb. in cap. 1.sub num. 3. versus finem.ibi. vnum tamen nota. de fid. instrum. dicens, quòd statur instrumento producto, si nemo contradicit &c. quod refert,& sequitur Dec. ibidem. num. 52. Alex.cons.185. in causa & lite. in fine. num. 14. lib.6.Caputaq. decis.99.seu.3.instrumenta producta. sub nu.3.par.2. Bellam.decis.539. si pars non opponit. de fid. instrum. dicens, quòd, si pars non opponit contra instrumentum notarij imperialis, standum est ei,&, quòd iudex non debet requirere probationem notariatus, literæ, & signi postquam pars nō opponit, nec excipit. & Mascar. tract. de probat. conclus.1294.scripturam priuatam. num.4. lib. 3. & hæc

✱ conclusio,quæ communiter* est approbata ab omnibus,confirmatur ex sequentibus.

919 Confirmatur I. ista conclusio, quia licet probatio notariatus sit necessaria ad hoc, vt instrumentum probet, tamen, parte nonopponente, non est necessaria Crauet.con.150. in causa beneficij. num. 2. Carauit.super ritu. 188.num. 1.in fine. & num. 2. & Mascar.tract.de probat.conclus. 1092.num.5.lib.2.

Confirmatur II.quia copia instrumenti non solemniter sumpta non probat,& tamen, parte non opponente,probat,vt ex eod.Crauet.Put. Caputaq. & Mascar.retuli,& sequutus sum supra num.711.vers.declara istam.

Possem multa alia similia adducere, in quibus iudicium tenet,parte non opponente, sed omitto, quia est conclusio communis.

920 AMPLIA I. seu declara istam conclusionem, vt habeat locum etiam in scriptura priuata, quia, parte non opponente, non est necessaria recognitio, exquò,non opponendo,videtur eam approbare, &,cum sit approbata à parte, probat, quamuis sit scriptura priuata, vt probatur ex allegatis in conclusione.
921 † &, quòd probet scriptura priuata, approbata à parte, scribunt in specie Crauet. tract. de antiq.temp. rubr. scriptura priuata &c. in verbo. visoq; de verbis enuntiatiuis.sub.num.33.ibi.ex præmissis.fol. 130. & Mascar.tract.de probat.conclus.1294.scripturam priuatam.num.17.in fine. & num. 18.lib.3.

922 AMPLIA II. vt habeat locum non solum, si sit instrumentum,in quo vertatur leue præiudicium, sicut sentire videntur apertè Papien.in practica.in.forma opponendi contra instrumenta. in glos. non fuit nec est. num.3.versus finem.fol.342.Addit. ad Capel. Tolos.decis.331.sub num.5.ibi.fortasse non improba-
✱ biliter.& latius Dec. qui testatur de communi * in cap.1.vers.vnum tamen. num. 52. de fid. instrum. sed etiam si sit instrumentum, in quo vertatur graue præiudicium;quia adhuc,parte nō opponēte cēseo,nō esse necessariā probationē notariatus,vel aliā recognitionem;quicquid in contrariū sentenciant distinguendo Papien.Addit.ad Capell.Tolos.& Dec.vbi supra.

923 AMPLIA III. eandem conclusionem, vt habeat locum etiam si pars non opponat eo, quòd contumaciter est absens; quia adhuc recognitio non est necessaria; & ratio principalis est, quia qui tacet per contumaciam, videtur consentire,si cōsensus est sibi præiudicialis, quia in odium contumaciæ sit interpretatio in deteriorem partem, vt ex Bar.Vber. de Bob. Ias. & alijs retuli,& sequutus sum supra cap.7.num. 504. ibi.secus est.& num. 505. nam absurdum esset, quòd absens contumax esset melioris conditionis, quàm præsens, seu quòd ex contumacia reportaret commodum.

RESTRINGE istam ampliationem, vt habeat locum solum in contumace vero, secus in contumace ficto,quia in isto concludo recognitionem esse necessariam, prout sentit Lanfr.tract.de fid.instrum.sub nu. 5. vers.;vlterius quæro. in fine. fol. 29. & moueor, quia in contumace ficto cessat tàm ratio, quæ militat in præsente, quàm ratio, quæ militat in contumace vero.

Cessat ratio, quæ militat in præsente; quia præsens,non opponendo,videtur consentire, quòd illa scriptura sit de manu illius, qui testatur, se illam scripsisse.

924 Sed iste consensus non potest præsumi in contumace ficto,quia contumax fictus est absens sine dolo, & sine malitia, & cum sit absens ignorat productionem
925 scripturæ; † & ignorando nō consentit l.nec ignorās. C.de donat. Corn.cons.225.alias consului.num.6.lib. 2. Ant.de Canar.tract.de insinuat.q.10. n. 22.fol.275. & Sebast. Medic.tract. de fortuit.casib.q.3 nu.8. fol.
926 197† imò,vt refert, & sequitur Maur. Bolan. tract. de restit. in integr. cap.71.num.1.fol.131.ignorans præsumitur contradicere.

927 Et, quòd præsens,non opponendo, præsumatur consentire, probatur;quia licet præsens, & tacens non præsumatur consentire in onerosis, & præiudicialibus, vt in casu, de quo agimus, tamen excipiuntur

duo

duo casus, in quibus præsens, & tacens præsumitur cõsentire etiam in præiudicialibus, & quorum vterque applicari potest ei, qui est præsens productioni scripturarum: Primus est, quando potest impedire actum: quia tunc, tacendo, præsumitur consentire, vt scribunt Dyn. & Io. Andr. in cap. qui tacet. de reg. iur. in 6. & Ias. in l. quæ dotis. vers. quartus casus. num. 76. ff. sol. matr. & scripsi supra cap. 9 num. 266. de eo, qui est præsens, & tacet in processu, qui formatur per modum
928 notorij contra se: † Secundus est quando vocatur ad aliquem actum, vt illi consentiat, vel contradicat: quia tunc, si sit præsens, & taceat, videtur etiam consentire illi actui, sicut saluando Innoc. scribit Abb. in cap. vestra. sub num. 6. de locat. & conduct. & hunc casum pro notabili ad multa congessit etiam Ias. in d. l. quæ dotis. vers. decimus tertius. num. 87. qui duo casus, vt dixi, benè applicantur ei, qui fuit citatus in productione scripturæ, & non opposuit.

929 Cessat etiam ratio, quæ militat in contumace vero, quia contumax verus desinit esse præsens cum dolo, & cum malitia, & sicut is, qui dolo desijt posidere, habetur pro possessore cap. pro possessore. & ibi Dyn. Io. Andr. & alij. de reg. iur. in 6. ita etiam is, qui dolo desijt esse præsens, debet haberi pro præsente, & pro consentiente ad sui incommodum, vt remissiuè dixi supra num. 923. ampl. 3.

930 At contumax fictus abest sine dolo, & sine malitia: sic enim accipio contumacem fictum: & in isto contumace ficto intelligo Spec. tit. de instrum. edit. §. restat. vers. sed quid si producitur. num. 6. versus finem. ibi. consulo tamen. & Mars. & Barb. quos refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. conclus. 1092. notarium. num. 14. & 18. lib. 2. dum melioris conditionis videntur facere absentem, quàm præsentem, quod est verissimum, vt patet ex his, quæ scripsi supra cap. 9. nu. 268. licet eorum theorica mihi aliter non probetur.

931 EXTENDE istam restrictionem, vt procedat etiam si extaret statutum, quòd citatus domi possit reputari contumax, & banniri, & condemnari, vt disponunt statuta Vrbis lib. 2. cap. 2. & 6. & constitutiones Marchiæ lib. 4. cap. 10. de quibus mentionem fecimus lib. præced. cap. 97. num. 40. versus finem: & moueor, quia eiusmodi statuta respiciunt contumacem in non respondendo super negotio principali, vt puta, loquendo in ciuilibus, si nõ respõdeat positionibus, & in criminalibus, si nõ respõdeat inquisitioni, quo casu interest aduersarij, & Fisci, si non respondeat, & sunt statuta contra ius commune, quia contumax in non respondendo, non potest haberi pro confesso, nisi sit monitus personaliter à iudice iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 7. q. 11. nu. 486 & 490. & ideo non sunt extendenda vltra casum, in quo loquuntur, ad alios, in quibus non militat eadem ratio.

932 DECLARAREM conclusionem, eiusque ampliationes, quas posui supra num. 918. & 920. & seqq. ad eum. vers. capio secundum. & vers. amplia. vt quamuis recognitio non sit necessaria, parte non opponente, possit tamen iudex, si sibi videatur, illam requirere, quia probatio fit iudici, vt in simili dixi supra num. . . . hancque declarationem practicarem præsertim in casu præcedentis restrictionis, quando is, contra quem producitur, est absens.

DIFFICVLTAS II.

MODVS I.

933 Secunda difficultas est, quot modis fiat recognitio scripturarum, & iurium.

Resp. quòd potest fieri octo modis.

I. per confessionem aduersarij, contra quem facit scriptura.

II. per recognitionem eiusdemmet, qui illam scripsit.

III. per examen testium, qui habent notam manum eius, qui scripsit. de quo ago infra num. 952.

IIII. per examen testium, qui fuerunt præsentes scripturæ, & viderunt illam scribi. de quo agimus infra num. 973.

V. per examen testium, qui se subscripserunt illi scripturæ. de quo agimus infra nu. 979.

VI. per comparationem literarum. de quo agimus infra num. 999.

VII. per comparationem, & examen testium simul. de quo agimus infra num. 1031.

VIII. per contumaciam partis non recognoscentis. de quo agimus infra num. 1055.

Capio primum modum: & concludo, quòd si aduersarius, contra quem producitur scriptura, acceptet, seu confiteatur, vel aliter habeat illam scripturam pro scriptura, seu manu illius, à quo aduersarius producens dicit fuisse scriptã; dicitur plenè, & sufficienter recognita: & in hoc nulla est difficultas: quia nulla maior probatio, quàm oris proprij confessio; & cessat controuersia, & dissentio vbi est partium concordia, & consensus: imò sufficit, quod pars non opponat iuxta ea, quæ ex Host. Ant. de Butr. Abb. Dec. Caputaq. Bellam. & Mascar. retuli, & sequutus sum supra num. 918. Sed aduerte; quia in scriptura, scripta manu notarij, seu alterius tertij, aliud est recognosci esse scriptam manu illius tertij, & aliud est probari ea, quæ continentur in dicta scriptura: nam posset aduersarius acceptare, quòd illa scriptura sit de manu talis, & negare contenta in ea, secus est quando recognosceret manum suam, vt dixi infra num. 937. & 938.

AMPLIA istam conclusionem, vt procedat tàm in scriptura publica, quàm in scriptura priuata: quia non est reperire rationem diuersitatis.

MODVS II.

934 Capio secundum modum: & concludo, quòd, eo attestante, fuisse à se scriptam, dicitur sufficienter recognita: quare, opponente aduersario contra scripturam, debet examinari is, qui eam scripsit, vt illam recognoscat, si is non est mortuus, vel non est absens Glos. vltima in l. si quis decurio. C. ad l. cor. de fals. & Glos. magna in auth. at si contractus. quam refert, & sequitur ibidem Paul. de Castr. num. 3. in fine. vers. vltimo glos. C. de fid. instrum. dicens, quòd si extat notarius, qui dicat, se eam scripsisse, & pro ea testificatur, non est necessaria comparatio literarum. Bar. in l. in exercendis. num. 1. C. eod. dicens, quòd, si tabellio viuit, stabitur eius dicto, an sit manus sua, & faciet, inquit, plenam fidem. Alex. cons. 166. viso puncto. sub num. 3. lib. 2. & cons. 198. viso processu. sub num. 1. lib. 7. dicens, quòd, si negatur, oportet probari, instrumentum esse scriptum manu illius, qui est ibi scriptus, & de hoc, inquit, statur dicto illius, si viuit. quod idẽ dicit Glos. supra citata. Lanfran. ab Ariand. tract. de fid. instrum. sub nu. 4. fol. 29. & nu. 59. vers. de scriptura publica. fol. 33. dicẽs, quòd creditur tabellioni, asserenti se scripsisse. &, quòd dictum tabellionis sufficiat, scripsit rursus Paul. de Castr. in l. comparationes. num. 2. paulò ante finem. C. de fid. instrum. & Moder. tract. de process. execut. par. 3. cap. 1. num. 83. dicens, quòd, si negetur instrumentum esse scriptum à notario, est citandus notarius, vt deponat, vtrum confecerit illam scripturam, &, quòd stabitur eius dicto. & sic est communis * opinio, quòd credatur ei, qui in scriptura est notatus, quòd eam fecerit: quæ communis opinio probatur ex textu in d. l. si quis decurio. in fine. & ex textu in §. si quis igitur vult cautè. ibi. quia enim non professus est. & melius in §. si verò moriantur. & §. seq. in his verò. Auth. de instrum. caut. & fid. coll. 6.

935 Nota I. ex ista communi casum, in quo creditur testi super facto proprio, sed in causa aliena.

936 Nota II. casum, in quo vnicus testis facit plenam probationem, prout sentit Saly. in d. l. si quis decurio. in 4. oppositione. num. 4.

937 DECLARA istam conclusionem, & secundum notandum, & aduerte, ne decipiaris, quia creditur ei, qui scripsit, & facit plenam probationem quoad scripturam, sed non quoad contenta in ea quòd sint vera; aliud enim est probari scripturam esse de manu alicuius; & aliud esse vera ea, quæ in ea sunt scripta iuxta ea, quæ ex Crauet. in isto met proposito refero, & sequor infra num. 1080. ampl. 2.

938 LIMITA istam declarationem vt non sit vera, quã do

do debitor,ſeu pars ipſa,contra quam facit ſcriptura, recognoſceret eſſe ſua manu ſcriptam, quia tunc plenè probaret etiam contenta in ea,vt latè proſequutus ſum ſupra num.70.verſ.in primo. & num. 71.

939 CIRCA iſtam concluſionem,poſitam ſupra num. 934.poſſunt occurrere duæ controuerſiæ.

PRIMA controuerſia eſt: an ille ſcriptor poſſit cogi ad ſcribendum ad effectum faciendi comparationem literarum, vt puta quia neget,fuiſſe ſua manu ſcriptam.

Reſpondeo. Bar. in auth. at ſi contractus. num. 3. verſ.& ſic videtur.C.de fid.inſtrum.tenet, quòd non poſſit cogi;quod idem ſentit Ang.in l.comparationes. C.de fid.inſtrum.

940 Contrariam ſententiam, & melius,tenuerunt Bal. in d.l. comparationes. num.10.verſ. iuxta hoc. quem referunt, & ſequuntur ibidem Paul. de Caſtr. verſus finem. ſub num. 13. & Addit.ad Bar. vbi ſupra. hanc eandem ſententiam tenuerunt Socc. in l. qui agnitis. not.2.in fine.num.5.ff.de except.præſcript. & præiud. Marſ.in l.de minore.§.tormenta.nu. ff. de quæſt. Dec.in cap.2.verſ.circa comparationem.num. 56. de fid.inſtrum.Rip.in l.admonendi.num.110. ff. de iureiur. Affl. deciſ. 181. in quodam proceſſu. ſub num. 5. Lanfran.ab Ariand.tract.de fid. inſtrum.verſ.attendite circa.ſub num.54.fol.33.dicens,quòd iudex poteſt compellere debitorem propria manu ſcribere ,vt ex hac ſcriptura faciat comparationem, allegans Ang. idem tenentem in §. ſi quis igitur. Auth. de fid. inſtr. quem etiam ad hoc citat, & ſequitur Moder. tract. de proceſſ.execut. par. 3. cap. 1. num. 136. Gramm. deciſ. 34. num.16. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 114. num. 12. & 13. vbi reprobat Ang. in d.l. comparationes. & iſta contraria ſententia benè probatur ex d. §.ſi quis igitur vult cautè, in illis verbis. *& ſcribere alia coactus eſt.* Auth. de inſtrum. caut.& fid.& ratio huius opinionis eſt,quia licet comparatio non faceret plenam probationem, tamen facit aliquod inditium,aut ſemiplenā probationē,ſicq; 941 non eſt fruſtratoria. ✝ quòd ſi eſſemus in caſu, in quo eſſet fruſtratoria,vt puta, quia ſcriptura etiam probata, & recognita non releuat, tunc non eſt faciēda comparatio,quia fruſtra eſt probare, quod probatum non releuat,Bal.in d. l.comparationes. ſub nu. 15.& 16.& ibidem Paul.de Caſtr.nu.3.de fid.inſtrum.

942 SECVNDA controuerſia eſt: quando notarius, ſub cuius nomine reperitur ſcriptum inſtrumentum, examinatus negat, ſe illud ſcripſiſſe,&,facta comparatione literarum, reperitur magna ſimilitudo; nunquid iſto caſu ſit ſtandum eius dicto,vel potius comparationi literarum.

Reſpondeo,quòd eſt ſtandum eius dicto ſecundum Paul.de Caſtr. in auth. & ſi contractus. num. 4. verſ. ſed quærit.C.de fid.inſtr.vbi reprobat opinionem Gulielmi de Cun. qui ſentiebat contrarium: & in eandem opinionem videtur iuiſſe Gloſ. vltima in fine. in d.l. ſi quis decurio.C.ad l.corn.de falſ.dicens,quòd ſi diffiteatur, fuiſſe ſua manu ſcriptam, ſcriptura fit ſuſpecta: ergo infero, ſi remanet ſuſpecta, non probat.

Confirmatur iſta opinio ex his, quæ dixi infra nu. 1033. verſ. reſp. regulam. & ſignanter num. 1040. extenſ.2. vbi, loquendo de teſtibus ſubſcriptis in apocha, firmaui, magis credendum eſſe teſtibus, 943 quàm ſimilitudini literarum: ✝ & ratio quare ſit ſtandum eius dicto, & non comparationi literarum eſt, quia comparatio literarum eſt multum periculoſa, & fallax,vt aduertit etiam Maſcar.tract.de probat. concluſ.110.nu.20.lib.1.& ante eum benè Abb.in cap.2. ſub num.8.ibi.ſed certè. de fid.inſtrum. dicens, probationem per comparationem literarum eſſe fallacem propter ſimilitudinem literarum:nam aliqui ſine do- 944 lo,& ſine fictione habent ſimilem manū,&✝ multi ita alterius manum fingūt, vt vix diſcerni poſſit inter eas differentia,ſicut ex Mars.in rub.nu. 318.C.de probat. & ex Zaſ.lib.2.ſing.reſp. c. 25. refert Menoch. d. caſ. 114.num. 14.& 15.& ex Menoch. refert Moder.tract. de proceſſ. execut. par.3. cap. 1. num. 90.& ſicut notarunt Grauat. in annot. ad Veſtr. in pract. lib.6.cap.

945 1.num.26. verſus finem.✝ & Maſcar.vbi ſupra, dicens hoc amplius,quòd homines ſunt procliues,& propenſi ad falſitates;quod ante eum dixit Abb. vbi ſupra:huiuſquè procliuitatis rationem addimus nos,videlicet, quia propter primum peccatum noſtri primi parentis fuit corrupta natura, quæ ſolum ad bonum erat 946 propenſa ante peccatum. ✝ &, quòd circa comparationem literarum de facili erretur, & de facili circa eam decipi poſſint teſtes, qui recognoſcunt manum alicuius, ſcribunt Bar. in auth. at ſi contractus. ſub num.4.verſ.oppono & videtur. & ſub num. 6. C. de fid. inſtrum. & Abb. in cap. 2. ſub num. 2. ibi. ſed quod illa eſt ſcriptura conuenti. de fid.inſtrum.Corn. conſ. 58. in hac conſultatione. ſub num. 2. ibi. nam licet teſtis. lib.3. Iaſ. in l.admonendi.in 2.repetitione ſub num.85. ibi.ad iſtud reſpondet.ff. de iureiur.Dec. conſ.615. viſa inquiſitione. ſub num.3. ibi. nam licet teſtis.lib. 2. Pariſ. conſ. 19. conſideratis coniecturis. num.43. verſ. non obſtat. lib. 3. & Moder. vbi ſupra.

Cōprobatur etiā ex eo, quòd,diſcordante cōparatione literarum à dicto teſtium,eſt potius ſtandum teſtibus,quàm comparationi literarum, vt dicit textus in Auth.de inſtrum. caut.& fid. §.ſi vero tale aliquid. 947 coll. 6. ✝ vnde hæc probatio per comparationem dicitur ſubſidiaria in defectum probationis viuæ vocis, vt ex Bal.retuli,& ſequutus ſum infra num.1034.verſ. confirmatur.

948 SED quid è conuerſo:ſi aſſerat, ſcripturam eſſe ſua manu ſcriptam, & tamen, facta comparatione literarum, eius manus appareat omnino diſſimilis: nunquid adhuc erit ſtandum eius dicto, vel comparationi.

Reſpondeo: Supra nu.934.in diuerſo caſu concluſi, ſtandum eſſe dicto ipſius:ſed in iſto caſu concludo contrarium, videlicet,ſtandum eſſe potius comparationi, præſuppoſita tamen magna varietate, & 949 modica temporis intercapedine: ✝ nam licet quandoq; mutatio calami,atramēti,& chartæ inducant diuerſitatem ſcripturæ, vt ſcribit Bar.in l.ſcripturas.nu. 4.C.qui pot.in pign.hab.& forma ſcribendi mutetur ex tempore,vt aduertit Lanfran. ab Ariad.tract. de fid.inſtrum.verſ.attendite circa.ſub num. 54. fol. 33. & quotidie mutetur ex multis accidentibus, vt ſcribit Affl.deciſ.181.in quodam proceſſu.ſub nu. 5.licet etiā aliter quis ſcribat in iuuentute, quā ſcriberet in adoleſcentia, & aliter poſtea cū ſenio confectus erit, aliter ſanus, quàm ſi morbo laboraret, aut conualeſcere inciperet, aut ſi manus aliquo ex opere (vt contingere ſolet) prius defatigata fuiſſet:quinimò pleroſque diuerſis ſcribentes calamis diuerſas exarantes literas cernimus, prout hæc omnia aduertit Spec. tit.de probat.§.vltimo.ſub num. 25. ibi. verumtamen. & annotauit Grauat.ad pract.Veſtr.lib. 6. cap. 1. ſub num.26.& habentur in Auth.de inſtrum.caut.& fid. in principio.ibi.videmus tamen naturam. tamen ſemper remanet forma ſubſtantialis, quæ cuique eſt particularis, & quam quis etiam ſtudio vix poſſet variare, præſertim ſi ſcriberet currenti calamo,& variatio ſolū conſiſtit circa pulchriorem,ſeu deformiorem formulam accidentalem,quæ variatio ſolet euenire propter aliquam ex prædictis cauſis,& variatio etiam circa formam ſubſtantialem particularem poſſet euenire ſolum inter pueritiam, & adoleſcentiam, quibus ætatibus literarum formoſitati ſtudere ſolemus: at hic nos præſupponimus varietatem circa formam ſubſtantialem particularem ſine mutatione ætatis.

950 RESTRINGE ergo iſtam concluſionem, vt, ſi variatio non ſit tanta,ſed ſit talis, quæ poſſit conſiderari etiam in literis eiuſdem manus, vt puta quia potuerit euenire ex prędictis cauſis,tunc ſtandum ſit potius dicto, quàm comparationi literarū: qualis autem,& quanta ſit iſta variatio; & quę cauſæ poſſint cōſiderari,vt magis ſtandum ſit comparationi literarum, quàm dicto, vel è cōtra potius dicto,quàm comparationi,relinquitur prudenti iudicis arbitrio.

951 AMPLIA concluſionem, quā poſui ſupra nu.934. vt procedat tàm in ſcriptura publica, vt videntur loquuti Doctores in ea citati,quàm in ſcriptura priuata, quia non poteſt reperiri ratio diuerſitatis.

MO-

MODVS III.

SPECIES I.

952 Capio tertium modum recognitionis per testes, qui habent notam manum eius, qui scripsit: & pro resolutione distinguo duas species scripturarum.

Quædam enim dicitur scriptura publica: & ista sit prima species.

Quædam verò dicitur scriptura priuata: & ista sit secunda species, de qua scribam infra num. 966.

Si sumus in prima specie: videtur concludendum, istam recognitionem per testes, qui habeant notam manum notarij, sed non fuerint præsentes instrumento, seu scripturæ, non esse bonam: nam textus in §. si verò moriantur. & in §. in his verò. Auth. de instrum. caut. & fid. videtur non admittere eiusmodi recognitionem: nam, deficientibus notario, qui scripsit instrumentum, & testibus instrumentarijs, mandat deueniri ad comparationem literarum, nulla facta mentione de recognitione, facienda per eos, qui haberent notam manum; & sic videntur sentire Ang. in d. §. si verò moriantur. & Lanfran. ab Ariad. tract. de fid. instr. sub num. 59. fol. 33. dum iuxta citatum textum aiunt, recurrendum esse ad tabellionem, & ad testes, si viuant.

Comprobatur ista sententia: quia testes eiusmodi, qui non fuerunt præsentes scripturæ, nec semiplenè probant secundum ea, quæ ex Corn. retuli, & sequutus sum infra num. 1136.

953 AMPLIA istam sententiam vt in tantum non sit bona ista recognitio, quòd neque testes instrumentarij admittantur, nisi in subsidium; quando scilicet non posset examinari notarius, qui instrumentum scripserit, quia vel sit mortuus, vel absens, vel valdè infirmus: tunc enim recurrendum est ad testes, alias debet examinari notariusmet, qui scripsit, vt recognoscat manum suam, vt habetur in Auth. de instrum. caut. & fid. §. si verò moriantur. & §. seq. in his verò. & faciunt, quæ scripsi supra num. 934. vers. capio secundum.

954 Sed, quicquid sit de iure, aliter seruatur de consuetudine, quia sufficit, quòd testes recognoscant literas, quia habent notam manum.

955 Probatur I. ista consuetudo, quia hodie in instrumẽtis adhibentur testes indifferẽter siue sciãt scribere, siue non, & alij, qui sint literati, & assistant, vt videant scripturam absque quòd sint testes, adhiberi non solẽt: vnde vsus iste argumento nobis est, quòd non est necessarium, quòd ij, qui recognituri sunt manum notarij, fuerint præsentes scripturę: nam, si hoc esse necessariũ, adhiberentur solum testes literati, aut saltem vltra testes instrumentarios adhiberentur, vt dixi, alij literati.

Probatur II. quia vniuersitas, seu alius offitialis nunquam est præsens instrumento, quod facit notarius, & tamen, quia habet notam manum illius, testatur, scriptum esse ab illo notario, & eiusmodi testimonium sufficienter probat, vt declaraui infra num. 957. & 959.

Probatur III. quia si in instrumẽto fuissent adhibiti testes literati ad prædictum effectũ, videlicet, vt in casu faciendæ recognitionis possent scripturam validè recognoscere, & postea essent mortui antequam euenisset necessitas, seu casus faciendæ recognitionis, sequeretur, quòd recognitio amplius non posset fieri.

Et demum iste modus non videtur omnino alienus à iure, quia si in recognitione scripturæ priuatæ requiritur specialiter, quòd testes deponant, se fuisse præsentes, vt ex Corn. Alex. Fely. Affl. & alijs retuli, & sequutus sum infra num. 1134. vers. amplia ergo secus est in scripturis publicis.

956 Et iste modus recognoscendi non habet dubitationem hic in Vrbe tùm propter stylum, qui receptus est in sacro Palatio, vt aduersus iuris communis dispositionem super recognitione scripturarum etiam priuatarum plenè probent testes, qui non fuerint præsentes, dum scriberetur, & deponunt recognoscere manum scribentis; quia est sibi valdè nota, sicut scribunt Galles. ad form. camer. oblig par. 3. de præambulis ipsius processus sub num. 11. fol. 358. & Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. sub num. 8. vers. nihilominus vsu. tùm propter statuta Vrbis lib. 1. cap. 84. de recognitione instrumentorum & apocharum. quæ statuta canonizant istum vsum, disponendo omnino idem tàm in scripturis publicis, quàm in scripturis priuatis.

957 AMPLIA istum modum recognoscendi per testes, qui habeant notam manum notarij, vt instrumenta, quæ portantur de longinguo, sufficienter dicantur recognita per literas testimoniales Magistratus illius loci, quales sunt Priores, Conseruatores, & alij alijs nuncupati nominibus, qui repræsentant Populum; item iudex ordinarius loci ad tradita per Bal. Salyc. Lanfran. Dec. Fely. Carauit. Mascar. Papiens. & Addit. ad Capell. Tollos. citatos infra num. 959. sicquè non est necessarium, quòd eorum testimonium sit iuratum & iudicialiter receptum.

958 Contra istam ampliationem in puncto iuris, & quòd literæ testimoniales Potestatis, qui sit ordinarius loci, non probent notariatum eius, qui se vocat notarium in instrumento, tenuit Paul. de Castr. cons. 394. videndum est vtrum fides. num. 2. vers. sed nunc est videndum. lib. 1. quem refert, & sequitur Dec. in cap. 1. ibi. & licet ita obseruetur. num. 53. de fid. instrum.

959 Sed tu nõ recedas ab ista ampliatione, quia Doctores infra citati communiter tradunt cautelam ei, qui portat instrumentum de longinguis partibus, vt secum portet etiã literas testimoniales de notariatu illius, qui scripsit illud instrumentum Bal. in l. comparationes. num. 14. vers. cynus format. & Salyc. num. 17 C. de fid. instrum. Lanfran. de Ariad. tract. de fid. instrum. num. 6. in fine. ibi. videmus tamen. fol. 29. Dec. d. cap. 1. sub num. 52. ibi. & ideo cautela est. & ibidem Fely. sub num. 24. ibi. & adde quòd si opponeretur. de fid. instrum. Carauit. super ritu 188. sub num. 1. & Mascar. tract. de probat. conclus. 1093. num. 5. lib. 2. vbi alios allegat. &, quòd ita obseruet practica generalis, testatur Papien. in pract. in forma opponendi contra instrumenta. in glos. non fuit nec est. sub num. 2. fol. 342. quem formaliter refert, & sequitur Addition. ad Capell. Tolos. decis. 331. num. 4. ibi. subiungens sufficere. &, quòd in Regno Neap. sit iste mos, quòd offitialis publicus, habens iurisdictionem ordinariam illius ciuitatis extra regnum, vnde portatur instrumentum, scribat literas testimoniales, sigillatas authentico, & noto sigillo, in quibus ipse facit fidem, quòd ille, qui scripsit instrumentum, faciendo de eo sufficienter mentionem, est notarius publicus, & fidelis, testatur Affl. in constitut. instrumentorum robur. q. 9. in fine. sub num. 20. lib. 1. & quòd iste modus practicetur per totam Italiam, imò per totum orbem, scribit Mars. in l. si quis nec quæstio. num. 172. ff. de quæst. quem refert, & sequitur Mascar. vbi supra.

960 Ratio huius ampliationis est, quia creditur literis offitialis, vt refert, & sequitur Ias. in l. 1. sub num. 59. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.

Nec dicatur, quòd eius literis creditur solum in his, quæ spectant ad eius officium, seu in his, quæ possunt per ipsum expediri, sicut in diuersis terminis respondẽdo scribit Ias. in d. l. 1. sub n. 60. ibi. & per istud fundamentũ. & benè declarauit Innoc. in cap. 1. num. 10. vers. item creditur literis. de fid. instrum.

Quia respondeo dupliciter: & primo, quòd aliquando creditur etiam in his, quæ facit non ratione offitij, vt in Episcopis, qui dant literas testimoniales de ordinibus, vel moribus alicuius, vt aduertit Innoc. in d. cap. 1. num. 10. in fine. de fid. instrum. secundo respondeo, in materia probationis standum esse consuetudini iuxta, ea quæ, loquẽdo de fide scripturarum, retuli, & sequutus sum supra num. 787. & 788. vers. limita modo. sed consuetudo, & practica generalis, vt testantur Papiens. & Addit. ad Capell. Tolos. quos retuli supra num. præcedenti volũt, quòd

hæc

hæc atteſtatio ſpectet ad officialem, ſeu rectorem loci, ſub cuius iuriſdictione manet notarius: ergo eius atteſtationi eſt credendum.

961 Hæcque conſuetudo viget præſertim hic in Vrbe, vbi ſecundum Innoc. quem retuli & ſequutus ſum ſupra num. 789. ſpeciali conſuetudine receptum eſt, vt in caſibus, in quibus agitur de modico præiudicio, quamuis non conſtet eſſe ſigilla eorum, qui ſcribunt, vel quamuis illi, qui ſcribunt, ſint homines modicæ auctoritatis, nihilominus eis credatur.

962 DECLARA I. iſtam ampliationem, vt non ſufficiant literæ teſtimoniales de notariatu talis, puta Titij, ſed eſt neceſſe, vt ſint etiam teſtimoniales de ſcriptura, quòd ſit facta manu illiuſmet notarij, de cuius notariatu teſtantur; quia poſſet eſſe verũ, quòd talis eſſet tabellio, & tamen non ſcripſiſſet illud inſtrumentum Lanfr. de Ariad. tract. de fid. inſtr. verſ. attende tamen. num. 7. fol. 30. Oſaſc. deciſ. 117. quoniam in hac controuerſia. num. 5. Carauit. qui benè declarat, ritu 188. verſ. tertio quæro. num. 11. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1093. num. 2. lib. 2. & comprobatur ex his, quæ ſcribunt Andr. Barbat. in addit. ad Bal. in l. comparationes. ſub num. 14. litera. g. in verbo. notarius. C. de fid. inſtrum. dicenſ, quòd pars poteſt confiteri, illum eſſe notarium, ſed negare, quòd illud inſtrumentum ſit ſcriptum ab eo. & Alex. conſ. 198. viſo proceſſu. ſub num. 1. lib. 7.

963 ✝ vnde ad vſum praxis, & formulæ iſtarum literarum teſtimonialium aduerte; quia, ſi fiant ſeparatim à ſcriptura recognita, debent etiam facere mentionem de ſubſtantia illius ſcripturæ, & de principalibus in ea nominatis, vt puta; teſtamur, Titium eſſe notarium fidelem, & legalem, & inſtrumentum, confectum inter tales perſonas de tali pacto, eſſe eius manu ſcriptũ, vt ex Imol. refert, & ſequitur And. Barb. vbi ſupra, & notat Carauit. dicto ritu 188. ſub num. 2. quòd ſi præfatæ literæ apponantur in calce, ſeu dorſo ipſius ſcripturæ recognitæ, nõ eſt neceſſaria iſta mentio de ſubſtantia ſcripturæ, & de principalibus in ea contentis; ſed ſufficit, quòd teſtentur, ſupraſcriptum Titium, qui ſcripſit illud inſtrumentum, eſſe notarium, vt notat Carauit. vbi ſupra. imò iſto caſu, quando literæ teſtimoniales ponuntur in calce inſtrumenti, ſatis eſt, quòd teſtentur, ſupraſcriptum N. eſſe publicum notarium, eiuſque ſcripturis præſtari fidem; &c. ſub eiuſmodi enim atteſtatione, facta in calce inſtrumenti, compræhenditur etiam recognitio ſcripturæ; quare hi, qui faciunt has literas teſtimoniales, non debent illas facere, niſi ſciant, illam eſſe manum illius notarij, cuius eſſe teſtantur: quia iudices ſic credunt, quòd tales literæ non fierent: ſed ad tollendam omnem difficultatem optima formula eſt illa, in qua enunciatur, quòd ſcripſit, vt dixi ſupra.

964 DECLARA II. vt vltra literas requiratur etiam ſigillum publicum, & ſolitum ipſius Magiſtratus, qui facit literas teſtimoniales; & ſic video ſeruari vbi-

965 que, ✝ & credo, quòd iſta obſeruantia ſit fundata in doctrina, quam ex Nic. Mata. refert, & ſequitur Ant. de Butr. in cap. 2. ſub num. 4. verſ. ſeptimus caſus. de fid. inſtrum. & ex Ant. de Butr. Bal. & alijs refert, & ſequitur Iaſ. in l. admonendi. in ſecunda repetitione. ſub num. 88. ibi. ex prædictis omnibus. ff. de iureiur. dicens, quòd ſcriptura priuata, habens ſigillum publicum, & authenticum alicuius Regis, Principis, vel Communitatis, vel alicuius publici officialis, puta Poteſtatis, facit plenam fidem in his, quæ ſpectant ad eorum officium; ſecus tamen eſt in his, quæ non ſpectant ad eorum officium: quia ſigillum non operaretur, vt probaret; & ratio eſt, quia auctoritas, quæ competit ratione dignitatis, & offitij non debet operari vltra naturam dignitatis, & offitij iuxta ea, quæ remiſſiuè dixi infra num. . .

SPECIES II.

966 Si ſumus in ſecunda ſpecie (dico in ſcriptura priuata) præmitto, quòd ſecundum ea, quæ ſcribunt Bar. in l. admonendi. verſ. pro declaratione. num. 25. ff. de iureiur. in l. nuda ratio. num. 5. ff. de donat. & in auth. at ſi contractus. verſ. vt igitur liqueat. nu. 7. C. de fid. inſtr. Abb. in cap. 2. num. 1. in fine. ibi. ego clariori. de fid. inſtr. Lanfr. de Ariad. tract. de fid. inſtr. verſ. nunc de ſcriptura priuata. num. 54. fol. 32. Paul. de Caſtr. in dicta l. admonendi. num. 41. in fine, & nu. 42. & ibidẽ Iaſ. in ſecunda repetitione nu. 84. ibi. pro plena. & Rip. nu. 94. ibi. priuata ſcriptura. ff. de iureiur. & concordant quæ ſcribit Spec. tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. verſ. priuatum autem. num. 4. ſcriptura priuata diuiditur in tres ſpecies: quædam enim dicitur apodiſſa, quę datur à parte parti: quædam dicitur liber rationum; & quædam dicitur epiſtola, hoc eſt, literæ miſſiuæ: ſed ego tàm in iſto tertio modo, poſito ſupra nu. 952. quàm in ſequentibus omittam iſtam diſtinctionem, quoniam omnes has ſpecies proſequar opportunè per ampliationes, & limitationes.

967 Hoc præmiſſo, cõcludo generaliter idem, quod, loquendo de iure; concluſi in ſcriptura publica ſupra dicto num. 952. verſ. ſi ſumus in prima. videlicet, recognitionem per teſtes, qui non fuerint præſentes ſcripturæ, ſed afferant ſolum, ſe habere notam manum, & literam talis, non eſſe bonam iuxta ea, quæ ex Bar. Pariſ. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra num. 1134. verſ. amplia iſtam. dum concluſi, quòd apocha, ſic recognita, non probat.

968 AMPLIA iſtam concluſionem, vt neque ſit bona ad ſemiplenam probationem ſecundum ea, quæ dixi infra num. 1136. verſ. extende.

969 EXTENDE I. iſtam concluſionem, & ampliationem, vt habeant locum etiam in libro rationum, & in epiſtola: quia licet in his non ſoleant adhiberi teſtes, & propterea videretur admittenda recognitio iſta per teſtes, qui habent notam manum, & literam ſcriptoris; tamen dico, extenſionem eſſe veram; quia in recognitione iſtorum eſt recurrendum ad comparationem, quæ in eis eſt admiſſa pro idonea per ea, quæ dixi infra limit. 3. num. 1016. etenim licet recognitio per comparationem literarum inducat ſemiplenam probationem in apocha, vt ex Bar. Bal. Alex. Iaſ. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra in 6. modo num. 999. tamen recognitio per teſtes, qui habent ſolum notam manum, facit minorem probationem ſemiplena, vt dixi infra num. 1136. verſ. extende.

970 EXTENDE II. vt habeant locum etiam de conſuetudine; quia etiam ſecundum conſuetudinem recognitio eiuſmodi non eſt bona.

971 RESTRINGE iſtam ſecundam extenſionem, vt non habeat locum in Vrbe, & in foro Capitolino, vbi vltra ſtylum receptum in Sacro Palatio extat ſtatutum, diſponens, quòd eiuſmodi recognitio ſit bona, & ſufficiens, vt notaui etiam ſupra nu. 956. verſ. & iſte modus. & infra num. 1139. verſ. limita.

972 NOTA obiter, quòd iſte ſtylus, & ſtatutum habent bonam opinionem de Romanis, & de diſtrictualibus: nam ſicut de iure Authenticorum iſta recognitio nõ eſt bona eo, quòd propter multas falſitates, quæ in dies cõmittebantur, mala fuerat concepta opinio hominũ illius tẽporis, qui ſtudebant, ſeſequè exercebãt in adulteratione, & immutatione literarum Auth. de inſtr. caut. & fid. in principio. & notant Abb. in cap. 2. ſub nu. 8. ibi. ſed certè ſi bene. de fid. inſtr. & Socc. in l. ſi ita ſcripſero. ſub num. 3. ibi. quod autem talis via. ff. de cond. & demonſtr. ita per oppoſitum eſt bona hodie in Vrbe, quia homines non immutant, nec adulterant literas: cõſeruate rogo iſtam bonam opinionẽ.

MODVS IIII.

973 Capio quartum modum recognitionis per examen teſtium, qui fuerunt præſentes ſcripturæ: & in iſto ſimiliter diſtinguo eaſdem duas ſpecies ſcripturæ; publicæ ſcilicet, & priuatæ.

Si loquimur de ſcriptura publica: concludo, recognitionem fieri ſufficienter per teſtes inſtrumentarios, vt dixi ſupra num. 952. verſ. ſi ſumus. & num. 953.

974 DECLARA I. iſtam concluſionem, vt teſtes

debeant examinari in ſubſidium, quando veritas non poteſt haberi ab eo, qui ſcripſit, vt dixi ſupra dicto num. 953. verſ. amplia iſtam.

975 DECLARA II. vt debeant eſſe teſtes inſtrumentarij deſcripti in ipſo inſtrumento, alias, ſi non eſſent deſcripti, in ea ſum opinione, quòd non haberentur pro teſtibus, qui fuerint præſentes ſcripturæ; eaquè moueor ratione, vt teſtibus deſcriptis ſit credendum; quia quod ore proferunt circa præſentiam, ſcriptura confirmatur.

976 Si loquimur de ſcriptura priuata: concludo, recognitionem non eſſe ſufficientem, ſed ſolum ſemiplenam: eaquè moueor ratione, quòd ſcriptura priuata, ſic recognita, probat ſolum ſemiplenè, vt teſtantur Bar. Paul. de Caſtr. Corn. & alij, quos etiam citaui infra num. 1140. in ampliatione, quòd apocha, recognita per teſtes, qui fuerunt præſentes, & viderunt ſcribi, non probat plenè. & num. 1149. verſ. declara nunc. vbi videas.

977 LIMITA I. iſtam concluſionem, vt non habeat locum in recognitione epiſtolæ, ſeu, libri rationum; quia ſicut ſcriptura teſtium recognoſcitur ſufficienter per comparationem literarum, vt retuli, & ſequutus ſum infra num. . . . & tamen ſola comparatio ſolet facere ſemiplenam probationem vt retuli, & ſequutus ſum infra nu. 999. ita etiam à fortiori dicentur ſufficienter recognoſcere teſtes, quibus magis, quàm comparationi literarum ſolet credi, vt firmaui infra num. 1033. verſ. reſp. regulam.

978 LIMITA II. iſtam concluſionem, vt non habeat locum in Vrbe: quia ſi hic in Vrbe diceretur ſufficienter recognita, etiam ſi teſtes non fuerint præſentes, dummodo haberent notam manum, vt dixi remiſſiuè ſupra num. 956. & 971. quantò magis diceretur recognita ſufficienter, ſi recognoſcant manum, quia fuerunt præſentes?

MODVS V.

979 Capio quintum modum recognitionis faciendæ per teſtes ſubſcriptos: & concludo eiuſmodi recognitionem eſſe admodum bonam, & ſufficientem, vt patet ex ſequentibus ampliationibus.

980 AMPLIA I. iſtam concluſionem, vt in inſtrumentis publicis habeat locum indiſtinctè: quia ſi in eis ſufficit recognitio teſtium, qui fuerint ſolum præſentes abſque eo quòd fuerint ſubſcripti iuxta ea, quæ remiſſiuè dixi ſupra num. 973. verſ. ſi loquimur de ſcriptura publica. à fortiori ſufficit recognitio teſtium ſubſcriptorum.

981 AMPLIA II. vt habeat locum etiam in apocha priuata, ſi ſit ſubſcripta ab vtraque parte, & à teſtibus; quia tunc Bar. in l. nuda ratio. ſub num. 6. ibi. aut quis negat. ff. de donat. & in auth. at ſi contractus. ſub num. 8. ibi. aut negatur. C. de fid. inſtr. Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. ſub num. 5. verſ. tertius caſus. lib. 2. Alex. conſ. 181. in cauſa & lite. num. 4. verſ. ad hoc etiam. lib. 2. Crauet. tract. de antiq. temp. rubr. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. num. 63. fol. 134. Galleſ. ad form. cam. oblig. par. 3. de præambulis ipſius proceſſ. num. 11. fol. 358. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 114.
✻ num. 2. & communiter * omnes tenent, quòd ſola recognitio teſtium probet.

Contra iſtam ſecundam ampliationem tenuit Bal. in auth. vltima. ſed nouo iure. ſub num. 4. verſ. ſed ſi non habet. C. ſi cert. pet. dicens requiri adhuc vtrumque, ſcilicet comparationem, & depoſitionem ad plenam probationem, & ſic ait tenuiſſe Nic. de Mat. & teſtatur etiam, hoc eſſe verius.

Ego tamen non recedo à præcedenti ſecunda ampliatione.

982 AMPLIA III. contra Crauet. qui tract. de antiq. temp. rub. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. ſub num. 63. in fine. & num. 76 fol. 134. ſcripſit, quòd fides ſcripturæ non probatur ex recognitionibus teſtium ſubſcriptorum, licet dicant, ſe fuiſſe præſentes; niſi fides ſcripturæ iuuetur comparatione literarum, quando ſcriptura non habet ſubſcriptionem vtriuſque partis; ſed habet ſubſcriptionem vnius partis tantum: vnde nota caſum, in quo ſecũdũ Crauet. requiritur approbatio per teſtes, & per comparationẽ literarum: tu verò contra Crauet. amplia, vt habeat locum, etiam ſi non ſit ſubſcripta ab vtraque parte; ſed ſolum ab ea, contra quam facit iuxta deciſionem, quam fecit Conſil. Neap. vt refert Affl. deciſ. 104. dubium. quicquid aduerſus eam ſcribat Crauet. pro cuius opin. & contra eius opinionem vide quæ copioſus ſcripſi infra num. 1008. & ſeqq. ad eum, loquendo de ſola comparatione literarum.

983 AMPLIA IIII. denique contra omnes, vt habeat locum etiam ſi à neutra parte ſit ſubſcripta; dummodo teſtes teſtentur, fuiſſe ſcriptam à tertio de voluntate, & commiſſione partium iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 1015. ampliatione tertia. & ratio huius concluſionis ſic ampliatæ eſt; quia teſtes, recognoſcendo propriam ſubſcriptionem, probant neceſſariò identitatem ſcripturæ recognitæ, cum certior recognitio haberi non poſſit ea, quæ fit ab eomet, qui ſcripſit.

984 DECLARA I. iſtam concluſionem, ſic ampliatam in ſcriptura priuata, vt teſtes eam recognoſcentes debeant eſſe mares, & non fœminæ Bal. in l. ſcripturas. num. 5. in fine. ibi. iſto ergo caſu. C. qui pot. in pign. habean. Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. num. 9. in fine. verſ. poſtremo dico. lib. 2. & hanc eſſe com-
✻ munem; * & veriorem opin. ſcribit Dec. in cap. 2. num. 11. ibi. & not. eſt. & num. 12. de fid. inſtr. quem referunt, & ſequuntur Crauet. tract. de antiq. temp. rubr. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. num. 34. fol. 133. & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1294. ſcripturam priuatam. num. 23. lib. 3. & eam latè defendit Dec. vbi ſupra aduerſus Felynum, qui contrarium tenuit eod. cap. 2. verſ. ſecunda declaratio. ſub num. 3. & latius defendit Crauet. d. num. 34. & ſeqq. & probatur ex textu in dicta l. ſcripturas. in fine, dum requirit ſubſcriptionem trium virorum
985 probatæ, atque integræ opinionis: nam licet per illud ſolum verbum. *virorum*. non excluderentur fæminæ: quia maſculinum concipiat fæmininum, vt dicunt tenentes opin. contrariam; tamen excluduntur per illam qualitatem additam: *probatæ, atque inte-*
986 *græ opinionis*: † quia integritas non facilè reperitur in mulieribus: Probatur etiam ex textu in §. ſi quis igitur vult cautè. Auth. de inſtr. caut. & fid. coll. 6. in
987 illis verbis. *honeſtos, & fide dignos*. † etenim mulieres non ſunt fide dignæ.

988 RESTRINGE iſtam declarationem, vt procedat, accipiendo apocham, quæ poſſit præiudicare etiam tertio, habenti publicum inſtrumentum; ſecus ſi non agatur de apocha, quæ præiudicet tertio ſecundum Additionat. ad Bal. in dicta l. ſcripturas. ſub num. 5. litera f.

989 Ego tamen ſentio contrarium; quòd debeant eſſe mares, etiam ſi non eſſet agendum contra tertium.

990 DECLARA II. vt hi teſtes debeant eſſe ſaltem numero tres, vt loquuntur textus in dicta l. ſcripturas. verſus finem. & in d. §. ſi quis igitur vult cautè.

991 EXTENDE iſtam declarationem, vt in tantum ſit vera, quòd ſubſcriptio duorum ex ipſis tribus non ſufficeret per ea, quæ allego num. 993.

992 AMPLIA iſtam extenſionem, vt procedat non ſolum quando ageretur contra tertium tantum; ſed etiam quando ageretur contra ipſum debitorem principalem, ſicut declarat Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. nu. 7. verſ. tertio principaliter. lib. 2. quem refert, & ſequitur Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. verſ. octauo quæro. num. 58. fol. 134.

993 EXTENDE II. iſtam II. declarationem, vt non ſolum requiratur ſingulorum trium teſtium ſubſcriptio, ſed requiratur etiam ſingulorum eorundẽ recognitio in tãtum, vt recognitio duorũ non ſufficeret etiam ſi recognoſcerent ſubſcriptionem quoque tertij teſtis ſubſcripti, & defuncti, & deponerent, quòd etiam ille ſe ſubſcripſit in eorum præſentia, prout continetur in eius ſubſcriptione, quam ipſi benè recognoſcunt Aret. conſ. 64. col. 3. poſt medium. verſ. ſed dato ſine præiudicio. & Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ

minæ liſæ. ſub num. 7. verſus finem. ibi. quin imò fortius. & num. 7. verſ. tertio principaliter. lib. 2. & Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare conſiliũ. in verbo. quæritur etiam. num. 52. & 53. fol. 133. &, quòd requiratur ſubſcriptio teſtium viuentium, alias ſi ſint mortui non valeat, ſcribit Spec. tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. ſub num. 2. ibi. quinto dicitur publicum. & num. 5. verſ. regulariter. ibi. ſi tamen teſtes.

Nec contra iſtam extenſionem poteſt allegari Paul. de Caſtr. in conſ. 134. in cauſa ſer ludouici. ſub nu. 1. ibi. iſtud enim. lib. 1. dum ait, quòd ſcriptura priuata, ſubſcripta à teſtibus, probat etiam mortuis teſtibus: quia reſp. quòd Paul. de Caſtr. loquitur de ſcriptura ſcripta à parte, & recognita per confeſſionem partiſmet, quæ ſcripſit, ſeu per comparationem literarum, ſicut clarius loquitur in l. admonendi. ſub num. 42. ibi. ſed quando eſt ſubſcripta. ff. de iureiur. quo caſu, ſtante recognitione per comparationem literarum, ſcriptura probat etiam ſi nullus ex teſtibus recognoſcat, quia omnes ſint mortui: & ideo errant Socc. dicto conſ. 274. num. 7. in fine. & Crauet. qui eum refert, & ſequitur ſub dicto num. 53. dum aiunt, Paul. de Caſtro loquutum eſſe inaduertenter: nam quòd, mortuis teſtibus, probet ſcriptura iuuata comparatione literarum, & ſic procedere poſſit opinio Pauli de Caſtr. aduertit idem Crauet. dicto verbo. quæritur etiam. num. 54. & ſentit etiam Socc. conſ. 31. proſequendo ordinem. ſub num. 5. & conſ. 41. num. 9. verſus finem. & num. 10. lib. 1. quem retuli, & ſequutus ſum infra in 7. art. nu. 1163. verſ. in primo.

994 DECLARA III. vt in recognitione facienda debeant teſtari, quòd recognoſcunt ſuas ſubſcriptiones, & quòd ipſi ſe ſubſcripſerunt, & quòd debitor ſcripſit, ſeu ſe ſubſcripſit, ipſis præſentibus, & videntibus ad tradita per Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. ſub nu. 5. lib. 2. & apertius Rip. in l. admonendi. ſub nu. 104. ibi. ſexto exigitur. ff. de iureiur. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. nu. 59. fol. 134. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 110 num. 10. lib. 1. & concl. 1294. ſcripturam priuatam. num. 28. lib. 3. & Moder. tract. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. num. 132.

995 SVBDECLARA iſtam declarationem in eo, quod diximus debere teſtes teſtari, quòd viderunt, ſcribi, ſeu ſubſcribi ab ipſo debitore, vt non ſit neceſſarium quando debitor dixiſſet teſtibus, quòd ſe ſubſcriberent apochæ à ſe ipſo ſcriptæ, ſeu ſubſcriptæ; quia iſto caſu ſatis eſt, quòd teſtes deponerent, debitorem in eorum præſentia faſſum fuiſſe, apocham eſſe à ſe ipſo ſcriptam Affl. deciſ. 104. dubium. & ibi Vrſill. in annotat.

Et licet contra iſtam deciſ. Afflicti ſentiat Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. ſub num 76. fol. 134. impugnando eam in duobus, & primo in hoc, quòd teſtes non fuerunt præſentes ſcripturæ. ſecundo in hoc, quòd non eſt ſubſcripta ab vtraque parte; tamen Afflictum tuetur, & benè Vrſill. in annot. ad Affl. ibidem. & nos contra eundem Crauet. tenuimus ſupra num. 982. ampliat. 3. & infra num.

996 Sed quando apocha eſſet ſcripta à tertio, deberent deponere, & teſtari, quòd fuit ab eo ſcripta de voluntate, & commiſſione partium, ſeu partis, vt ex Rom. & Felyn. retuli, & ſequutus ſum infra num. 1102.

997 Debent inſuper teſtari, quòd nouerunt contrahentes, vt ſcribunt Gloſ. in §. ſi quis igitur vult cautè. in verbo. & hunc nouerunt. Auth. de inſtr. caut. & fid. & Rip. in l. admonendi. ſub nu. 104. ibi. quinto requiritur. ff. de iureiur. quia teſtes debent cognoſcere contrahentes Gloſ. vbi ſupra, Io. à Graſ. & Campeg. quos citaui ſupra cap. 8. num. 483. & iſta cognitio eſt neceſſaria ad excludendas fraudes, & falſitates per ea, quæ dixi infra num. 1035.

998 Nec eſt neceſſe, quòd deponant, contenta in ipſa ſcriptura eſſe vera, & quòd debitor ſe obligauerit, prout in ea continetur, quia tunc dicerentur deponere de veritate actus, & non ſuas ſubſcriptiones ſimpliciter recognoſcere, teſte Crauet. d. num. 59. fol. 134.

MODVS VI.

999 Capio ſextum modum recognitionis faciendæ per comparationem literarum: & firmo regulam, quòd hæc recognitio non eſt bona, ſeu ſufficiens ad hoc, vt ſcriptura ſic recognita probet plenè, ſed ſolum ſemiplenè iuxta ea, quæ ſcribunt Bar. in l. admonendi. ſub nu. 25. ibi. vel per comparationem literarum tantum. ff. de iureiur. in l. nuda ratio. num. 6. verſus finem. ibi. vel comparationem tantum. ff. de donat. & in auth. at ſi contractus. ſub num. 8. ibi. ſi verò non habet. C. de fid. inſtr. Bal. in l. comparationes. ſub num. 19. C. de fid. inſtr. Imol. & Socc. in l. ſi ita ſcripſero. ſub num. 3. in duplici loco ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. in ead. l. admonendi. in 2. repetit. num. 86. ibi. eſt bene verum. Alex. conſ. 181. in cauſa & lite. num. 3. verſus finem. ibi. vnde concludunt. lib. 2. & conſ. 58. in cauſa mota. ſub num. 1. ibi. vbi dicunt. lib. 7. Abb. in cap. 2. ſub num. 2. ibi. dicerem tamen quod. & ibidem Felyn. limit. 7. ſub num. 13. de fid. inſtr. Affl. deciſ. 181. in quodam proceſſu. ſub nu. 7. ibi. quia ſola comparatio. Grauat. in annotat. ad pract. Veſtr. lib 6. cap. . num. 27. & videtur probari ex textu in §. ſed & ſi quis. in fine. Auth. de inſtrum. caut. & fid.

1000 Contra iſtam regulam tenet Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 114. num. 7. dicens, ſe opinari, hoc eſſe poſitum in arbitrio iudicis; & videtur etiam tenuiſſe infraſcripti per ipſum citati, Bar. in d. l. admonendi. ſub num. 25. ibi. dico tamen. dicens, quòd tanta poſſet eſſe vis comparationis literarum, quòd ei daretur plena fides. Bal. in l. comparationes. num. 19. verſ. item comparatio. ibi. adminiculatiua eſt. C. de fid. inſtr. dicens, quòd ſi ſcriptura priuata, & negata iuuetur per legitimam comparationem, augetur fides in tantum, vt licet non ſit probatio plena, tamen committatur arbitrio iudicis delatio iuramenti; quia à lege, inquit, non eſt cautum quanta fides ſit adhibenda. Alex. conſ. 181. in cauſa & lite. num. 4. verſus finem. lib. 2. & conſ. 58. in cauſa mota. num. 1. in fine. verſ. plus etiam. lib. 7. qui ſequitur Bar. vbi ſupra. Curt. Sen. in d. l. admonendi. num. 18. verſ. ſecundo. & ibidem Purpur. nu. 171. & 172. & Zaſ. lib. 2. ſing. reſponſ. cap. 25. & ab hac opinione non videtur diſceſſiſſe Rip. in d. l. admonendi. nu. 112. & 113. ſentiens, quòd ſi tàm reſpectu apochę, quàm reſpectu ſubſcriptionum reperiatur omnimoda ſimilitudo, comparatio faciet plenam probationem, alias ſine omnimoda ſimilitudine ſentit pro communi quòd faciat ſemiplenam.

Ratio huius contrarię opinionis ſecundum Bar. vbi ſupra ſumitur ex §. ſi verò tale aliquid. Auth. de inſtrum. caut. & fid. coll. 6. nam ſi eſt in arbitrio iudicis adhibere fidem teſtibus, vel comparationi literarum ſecundum quod ſibi videbitur, quando teſtes contradicunt comparationi literarum, vt habetur in dicto §. ſi verò tale aliquid. ergo, inferunt Doctores, multò magis eſt poſitum in eius arbitrio adhibere fidem comparationi, quando non adeſt contradictio teſtium.

Rationem aliam excogitauit Menoch. dicto caſ. 114. ſub num. 7. ſumpſitq. eam ex eod. §. ſed & ſi quis. in quo nos fundauimus regulam in contrarium; dicens, quòd comparatio literarum ſecundum diſpoſitionem illius §. non facit ſemiplenam, vel plenam, vel minus quàm ſemiplenam probationem, ſubdens id pendere ex futuro euentu, ſicque ex arbitrio iudicis.

Comprobatur iſta opinio; quia omnes probationes ſunt arbitrariæ, vt dixi ſupra cap. 9. num. 530. & num. 531.

1001 Quicquid ſentiant Menoch. & alij; vera eſt regula in contrarium, quòd ſola comparatio literarum in apocha non eſt ſufficiens, quia non facit plenam probationem; & iudicis arbitrium in hoc ceſſat; ſicut

& benè contra Bar. tenuerunt Imol. Salyc. & Alex. quos refert, & ſequi videtur Iaſ. infra citatus, quicquid contra eos ſenſerit Menoch. dicto caſ. 114. ſub num. 8.

Non obſtat adducta in contrarium.

Nam ad Bar. reſp. quòd textus in §. ſi vero tale aliquid. in quo ſe fundat, non probat id, quod ipſe dicit: nam ille textus dicit, quòd, contradicentibus dictis teſtium comparationi literarum, iudex poteſt non credere teſtibus, quibus prius dixerat eſſe credendum, ſed non per hoc dicit, quòd debeat credere comparationi literarum, vt malè intelligit Bar. teſte Iaſ. qui ſic reſpondet poſt Io. de Imol. & Alex. quos citat in dicta l. admonendi. in 2. repetitione. ſub num. 86. ibi. item in quantum. ff. de iureiur. eſt ergo intellectus citati §. quòd ſi diſſimilitudo literarum non ſit omnimoda, aut magna, iudex debeat credere teſtibus; ſecus ſi diſſimilitudo ſit magna; quia tunc non debet credere teſtibus: ſed quando diſſimilitudo ſit omnimoda, ſeu magna, committitur prudentiæ iudicis.

Et, quòd allegatus §. in quo ſe fundat Bar. non probet, admittit ipſe Menoch. d. caſ. 114. ſub num. 8. ibi. & licet Bartoli ſententiam.

Ad Menoch. reſp. quòd textus in d. §. ſed & ſi quis. dicit clarè, & apertè, quòd ſola comparatio non ſufficit. &, quòd ita ſtatutum ſit per illum textum propter multas falſitates, quæ committebantur in contrafactione manus, ſcribit Socc. in d. l. ſi ita ſcripſero. ſub num. 3. ibi. nam textus. ff. de condit. & demonſtr. & admittunt omnes: ergo in hoc, quod à lege eſt clarè deciſum, quòd ſola comparatio non ſufficiat, ceſſat omnino arbitrium iudicis per ea, quæ in alio propoſito retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub num. 379. verſ. regula.

1002 Quare licet arbitrium iudicis poſſit verſari contra comparationem, vt nullam fidem faciat, ſi appareat omnimoda, ſeu magna diſſimilitudo; tamen non poteſt verſari pro comparatione quoad plenam probationem faciendam, ſed ſolum quoad ſemiplenam, & infra eam, vt dixi.

Et dum idem Menoch. allegat Bal. reſp. quòd Bal. tenet potius regulã, prout eum citaui in firmata regula, & apparet ex relato eius dicto: nam ſi committitur arbitrio iudicis delatio iuramenti: ergo deficit probatio plena.

Ad comprobationem reſpondeo, quòd, ea attenta, ceſſaret omnis diſputatio in materia probationis; quia omnis caſus eſſet arbitrarius, & tamen non eſt ita; quia in quolibet caſu intrant quædam propoſitiones, in quibus ceſſat arbitrium iudicis.

1003 AMPLIA iſtam regulam, in qua dicimus, quòd comparatio literarum non probat plenè, vt tunc maxime procedat, quando ageretur de probanda falſitate Spec. tit. de probat. §. vlt. ſub num. 25.

1004 LIMITA I. iſtam regulam, vt non habeat locum in inſtrumentis publicis; quia recognitio per cõparationem literarum in eis eſt ſufficiens, vt colligitur ex textu in §. ſi verò moriantur. & in §. in his verò. Auth. de inſtr. caut. & fid. coll. 6. & aduertit Bal. in auth. vltima. ſed nouo iure. verſ. deinde quæro.

1005 ſub num. 5. C. ſi cer. pet. ✝ & ratio eſt in inſtrumentis publicis, quia inſtrumenta publica plenè probant contractum in eis deſcriptum abſque alio adminiculo viuæ vocis cap. 2. & ibi Innoc. num. 1. de fid. inſtr. quare licet teſtes mortui ſint, tamen inſtrumentum plene probat, vt colligitur ex dicto cap. 2. & in dictis §. ſi verò moriantur. & §. in his verò. & notauit Modern. tract. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. ſub num. 83.

1006 DECLARA iſtam limitationem vt ſit vera, quando recognoſci non poteſt per notarium, qui ſcripſit, neque per teſtes inſtrumentarios; quo caſu deueniendum eſt in ſubſidium ad comparationem literarum, vt indicaſſe videtur textus in §§. citatis num. præcedenti, & ſcribit Bal. in auth. vltima. ſed nouo iure. ſub num. 3. & 5. C. ſi cert. pet.

1007 LIMITA II. vt non habeat locum in apocha ſubſcripta à partibus, & à tribus teſtibus, quia tunc recognitio per ſolam comparationem literarum eſt ſufficiens ſecundum Bar. in auth. at ſi contractus. ſub num. 8. ibi. aut negatur. C. de fid. inſtrum. quem referunt, & ſequuntur Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. ſub num. 5. verſ. tertius caſus. lib. 2. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. num. 63. verſ. ſed aduerte. fol. 134. &, quòd iſto caſu ſit ſufficiens recognitio per comparationem literarum etiam ſi omnes teſtes ſubſcripti ſint mortui, ſentiunt Paul. de Caſtr. Socc. & Crauet. quos retuli, & ſequutus ſum infra num. 1163. verſ. in primo caſu. & tenet, ſed cum diſtinctione Rip. quem citaui ſupra ſub num. 1006. verſ. contra iſtam. ibi. & ab hac.

1008 DECLARA reſtringendo iſtam limitationem, vt non habeat locum quando apocha eſſet ſubſcripta ab vna parte tantum, videlicet ab ea, contra quam facit apocha; puta à debitore, & non à creditore: quia iſto caſu ſecundum Bar. in auth. at ſi contractus. num. 8. ibi. ſi verò non habet tot ſubſcriptiones. C. de fid. inſtrum. Aret. conſ. 64. col. 4. verſ. quinimo etiam ſi ſcripta. Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. ſub num. 5. verſ. tertius caſus. ibi. ſecus dicit. & apertius num. 7. verſus finem. verſ. circa tertium. & num. 8. lib. 2. & Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. ſub nu. 63. fol. 134. ſola comparatio literarum non inducit plenam recognitionem, ſed requiritur etiam recognitio per teſtes.

Comprobatur iſta declaratio, quia alias textus in l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab. videretur otioſè, & fruſtra requiſiuiſſe ſubſcriptionem vtriuſque partis, ſi ſufficiens fuiſſet ſubſcriptio vnius.

Nota ex hac declaratione vnum caſum, in quo requiritur approbatio per comparationem, & per teſtes ad hoc, vt apocha probet; quando ſcilicet eſt ſubſcripta ab vna parte tantum, & à teſtibus; & ſubſcriptio illius partis negatur vel ab ipſamet parte, vel ab alia.

1009 Contra iſtam declarationem multa reſtringendo adducit Crauet. vbi ſupra num. 64. 65. & 69. q. 11. dicens, declarationem iſtam procedere ſolum in tribus caſibus: primo in apocha, ſed non in alijs ſcripturis priuatis, in quibus ſufficit comparatio literarum: ſecundo etiam in apocha, quando ageretur cum tertio, & non inter debitorem, & creditorem: tertio etiam in apocha inter creditorem, & debitorem, quando creditor eſſet mortuus, & eius hæredes agerent virtute illius apochæ contra debitorem.

1010 Contra eandem declarationem facit quod ſcribit Alex. conſ. 181. in cauſa & lite. ſub num. 4. verſ. ad hoc etiam. ibi. & dicit. lib. 2. dum ex Lud. Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. refert, & ſequitur ſimpliciter, quòd, ſicut ſcriptura habens ſubſcriptionem vtriuſque partis, & teſtium probat plenè, quando teſtes recognoſcunt eorum ſubſcriptiones ſine comparatione literarum, ita etiam plenè probat, & ſine comparatione literarum, quando recognoſcunt eorum ſubſcriptiones in ſcriptura priuata ſubſcripta ab illa ſola parte, quæ ſe principaliter obligat.

1011 Tenendo iſtam vltimam opinionem contra declarationem, & concludendo ſatis eſſe, quòd ſit ſubſcripta ab ea parte, contra quam facit etiam ad iſtum effectum, vt, recognita ſubſcriptione partis per comparationem literarum, vel ſubſcriptione teſtium ab ipſiſmet teſtibus ſubſcriptis, ſcriptura plenè probet; non obſtant adducta in contrarium, quia ſunt ſomnia, & chimeræ.

Nam ad Bar. in auth. at ſi contractus. ſub num. 8. & eius ſequaces reſp. quòd Bar. hoc non aperit: dicit enim ſolum, quòd, ſi non ſit ſubſcripta à teſtibus, & à partibus, non facit plenam fidem, ſi approbetur ſolum per comparationem, ſicque eius verba concordant cum l. ſcripturas. & ideo ad eum reſpondemus, prout modo reſpondebimus ad l. ſcripturas.

Ad textum ergo in l. ſcripturas. qui videtur exigere vtriuſque partis ſubſcriptionem, reſp. quòd ille

textus vel breuitatis causa, vel præsupponendo, quòd in scriptura priuata agatur de vtriusque partis præiudicio, vsus est ratione plurali, dicendo. *ipsorum tamen habeant subscriptiones.* sed nos, suadẽte ratione, debemus verba applicare occurrenti casui ita, vt oratio pluralis restringatur ad singularem, si singularis occurrat casus; quod in iure non est nouum; quia passim verba generalia restringuntur secundum subiectam materiam.

1012 Ad Crauet. restringentem, vt ista declaratio habeat locum solum in apocha, resp. quòd ratio, ne sit necessaria subscriptio illius partis, contra quam non facit scriptura, ita militat in alijs scripturis, sicut in apocha: nam subscriptio contrahentium in qualibet scriptura est inuenta ad fauorem eius, cuius interest, contẽta in scriptura adimpleri, & ad fauorem vtriusque, si vtriusque interesse possit, vt puta quia fit de contractu vltro citroque obligatorio: sed nullus est fauor in suamet subscriptione, quia tàm probatio, quàm obligatio sumitur non ex scriptura propria, neque ex propria voce, seu testimonio, sed ex scriptura, & confessione aduersarij: item subscriptio partium est inuenta, ne contenta in scriptura possint negari, & vt adimpleantur; sed quis dubitat, quòd creditor non negabit, aut non repugnabit, ne debitor soluat ei debitum? Igitur vana omnino est creditoris subscriptio.

1013 AMPLIA I. istam vltimam opinionem contra Crauet. vt procedat etiam si agatur cum tertio, quia tertius non debet sumere argumentum contra apochã eo, quòd caret subscriptione creditoris: nam respondetur ipsi tertio, quòd ideo non adest subscriptio creditoris, quia in apocha requiritur subscriptio, quæ probet & inducat obligationem ad fauorem creditoris, & quæ probet voluntatem, & contractum contra subscribentem: sed subscriptio creditoris non potest probare, & inducere obligationem ad fauorem proprium; quia multi se subscriberent, neque debet ipse creditor probare propriam suam voluntatem; quia eius voluntas præsumitur exquò retinet apochã, sibi traditam à debitore, & probatur apertè, exquò producit illam in iudicio.

1014 AMPLIA II. contra eundem Crauet. vt procedat etiam si creditor esset mortuus, & eius hæredes agerent; quia sicut probaret propter suam subscriptioné eo, quòd non præsumitur, quòd voluisset decedere in peccato falsæ subscriptionis secundum Crauet. vbi supra sub num. 66. fol. 139. ita etiam debet probare sine subscriptione; quia non præsumitur, quòd voluisset retinere, & relinquere apocam falsam, qua sui hæredes possent indebitum consequi.

1015 AMPLIA III. vt in tantum non sit necessaria vtriusque partis subscriptio, vt neque sit necessaria subscriptio vnius, dummodo testes subscripti testentur, eam fuisse scriptam à tali tertio de partium commissione; quia sufficit recognitio istorum testium cum præfata attestatione, vt ex Glos. Rom. Felyn. Socc. Affl. & alijs retuli, & sequutus sum infra num. 1102. & ideo teneo, quòd isto casu sola comparatio literarum, facta cum subscriptione testium, qui essent mortui, vel absentes, plenè probaret, sicut probaret sola comparatio, facta cum subscriptione partis; quando adesset eius subscriptio, quicquid in contrarium sentire videatur Abb. in cap. 2. vers. tertius casus. num. 4. de fid. instr. dicens, quòd si apocha est subscripta à testibus tantum, & eam recognoscant, non sufficiunt ad probationem complendam, quia possent de facili errare propter similitudinem literarum: dico enim contra Abb. quòd si isto casu attenderetur suspitio falsitatis in similitudine literarum, nulla posset fieri recognitio; quia si non sufficiunt testes, qui fuerunt præsentes, & sunt subscripti, nulla potest dari certitudo in recognitione literarum.

Redeo ad limitandum.

1016 LIMITA III. vt non procedat in recognitione epistolæ, hoc est, literæ missiuæ; quia in ea comparatio sola est sufficiens recognitio, & sic recognita plenè probat, vt scribunt Bar. in l. admonendi. vers. de tertio genere. num. 30. ff. de iureiur. in l. nuda ratio. sub num. 10. vers. circa librum rationum. ibi. aut non habet sigillum. ff. de donat. dicens, quòd, si non habet sigillum, debet probari per comparationem literarum, sicut liber rationum. Ant. de Butr. in cap. 2. num. 6. vers. ad tertium genus. de fid. instrum. Paul. de Castr. in dicta l. admonendi. sub num. 42. ibi. idem si facta esset. ff. de iureiur. Socc. in l. si ita scripsero. sub num. 3. ibi. io. de imo. hic transit. & ibi. quod autem talis via. ff. de condit. & demonstr. & cons. 41. viso indulto. sub num. 2. lib. 3. Alex. cons. 58. in causa mota. sub num. 1. & cons. 114. visa scriptura. num. 4. vers. præterea hoc. lib. 7. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. sub num. 65. ibi. sed quod non sit correcta. & num. 68. fol. 134. Gramm. decis. 34. num. 16. Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 6. cap. 1. num. 27. &, quòd hæc opinio contra Card. & Abb. sit communis, * scribit Fely. in d. cap. 2. vers. tangunt etiam hic doct. num. 19. &, quòd sit communior, * scribit Dec. ibidem vers. secundo abb. concludit. num. 33. de fid. instrum. & quòd l. comparationes. sit solum correcta in apodissis, & apochis, & in reliquis scripturis priuatis sufficiat sola comparatio, & ita obseruet consuetudo, scribit Bal. in auth. vltima. sed nouo iure. vers. sed si non habet. num. 4. in fine. C. si cer. pet. quem referunt, & sequuntur Fely. vbi supra, & Dec. cons. 219. viso puncto. versus finem. lib. 1. addens posse in hoc multum arbitrium iudicis eo, quòd omnes probationes sunt arbitrariæ. & ratio huius opinionis est, quia in literis missiuis non potest imputari parti, cui mittuntur, quare non curauerit, earum scripturam fieri solemniter cum interuentu, & subscriptione testium, sicut potest imputari ei, ad cuius fauorem fit apocha, vt scribunt Bar. Ant. de Butr. Socc. & Felyn. supra citati.

1017 Contrariam opinionem: quòd neque in epistola sufficiat sola comprobatio literarum ad probandum plenè, & consequenter quòd etiam in ea sit correcta l. comparationes. C. de fid. instrum. quæ volebat, ex sola comparatione literarum induci plenam probationem: tenuerunt Card. & Abb. in d. cap. 2. sub num. 8. ibi. sed certè si benè ponderetur. Alex. sibimet contrarius cons. 76. ponderatis his. num. 8. & 9. lib. 3. citans etiam Iac. de Belu. & Ias. qui alios conatus est adducere in l. admonendi. in 2. repetit. vers. tertio & vltimo. sub num. 135. ff. de iureiur. & post eum Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 114. vers. decimus est casus. num. 24. versus finem.

Ratio huius contrariæ opin. secundum Abb. Ias. & alios sequaces est, quia causa, qua Imperator motus est in Auth. de instr. caut. & fid. ad disponendum, quòd sola comparatio non sufficiat, fuit suspitio falsitatis, quæ potest committi in contrafactione, & similitudine literarum: sed ista causa ita militat in apocha, sicut in epistola: eadem enim facilitate potest contrafieri manus in epistola, qua potest contrafieri in apocha.

1018 Non recedas à limitatione tùm quia tenetur communiter, & seruatur de consuetudine, vt dixi, tùm quia in apocha consideratur alia ratio, adducta supra in fine limitationis; quæ alia ratio non potest applicari epistolæ, testibus Felyn. vbi supra. & Crauet. dicto verbo. quæritur etiam. sub nu. 67. ibi. sed non puto istud. fol. 134. & Dec. in dicto cap. 2. sub num. 33. qui confutant rationem huius opinionis contra limitationem.

1019 RESTRINGE I. istam limitationem, vt non habeat locum in epistola, quæ daretur præsenti, quia tunc non sufficeret sola comparatio literarum, testibus ijsdem Bar. in dicta l. nuda ratio. in fine. ff. de donat. Ant. de Butr. dicto cap. 2. sub num. 6. de fid. instrum. & ratio secundum eos est; quia in epistola, quam præsens dat præsenti, militat eadem ratio, quæ militat in apocha; videlicet quia sibi, cui datur, imputatur cur non fecerit adhiberi testes.

1020 RESTRINGE II. vt non habeat locum quando ageretur criminaliter, vt puta de falsitate epistolæ, seu alterius scripturæ, in qua sola comparatio faceret

ceret plenam fidem; quia tunc comparatio non induceret plenam recognitionem, seu probationem Rip. in l. admonendi. col. 20. num. mihi 100. ff. de iureiur. quem notabiliter refert, & sequitur Crauet. dicto tract. de antiq. temp. rub. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. num. 72. vers. non omitto. fol. 134. & ratio est, quia in criminalibus requiritur probatio certa, & concludens, qualis non est illa, quæ fit per comparationem literarum per ea, quæ consuluit Dec. cons. 615. visa inquisitione. num. 1. & seq

1021 DECLARA istam restrictionem, vt quamuis non inducat plenam probationem, tamen inducat semiplenam, quia faciet inditium ad torturam saltem contra personam malè famatam, sicut ex Purp. in d. l. admonendi. col. 30. in principio. refert, & sequitur Crauet. dicto num. 72. in fine.

1022 LIMITA IIII. vt non habeat locum in libro rationum, quia sola comparatio literarum est sufficiens ad inducendam plenam probationem Bar. in l. nuda ratio. num. 9. vers. si verò dubitetur. ff. de donat. dicens quòd comparatio literarum facit fidem, ac si esset confessatus per eum, cuius manu est scriptus, seu per partem, & in auth. at si contractus. num. 9. in fine. ibi. si vero dictus liber. C. de fid. instrum. Bal. in auth. vltima. sed nouo iure. sub num. 4. ibi. item dicit. C. si cert. pet. Paul. de Castr. in l. admonendi. sub num. 42. ibi. idem si facta esset. ff. de iureiur. in l. comparationes. num. 7. C. de fid. instrum. & in cons. 312. ad primum respondetur. num. 4. lib. 2. Alex. cons. 58. in causa mota. sub num. 1. lib. 7. Socc. cons. 41. viso indulto. num. 2. lib. 3. Gram. decis. 34. num. 16. Grauat. in annotat. ad pract. Vestr. lib. 6. cap. 1. num. 27. & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 114. vers. nonus est casus. num. 23. qui alios nonnullos adducit. & quòd cum ista opin. Bartoli transeant magis communiter * alij, & in specie Fulgos. testatur Ias. in l. admonendi. in secunda repetitione. sub num. 108. ibi. subdit vltimo. & sub num. 131. vers. vltimo in quantum. ibi. per hoc tamen. ff. de iureiur. vbi, relata alia contraria opinione, ait se non recedere ab ista communi, * & quòd hæc opinio seruetur de consuetudine testatur Bal. sub dicto num. 4. in fine.

1023 Ratio huius communis opinionis est duplex: prima quia liber solet confici, & scribi, parte absente, vt innuit Bar. in d. l. nuda ratio. num. 9. in fine. dum dicit, rationem, quæ militat in apocha, cessare in libro rationum, quem quis sua voluntate componit. & apertè Ias. dicto nu. 131. secunda ratio, & melior, est, quia facilius est falsificare vnam apocham, quàm vnũ librum rationum, vt scribunt Bar. in ead. l. nuda ratio. sub num. 9. Ias. sub dicto num. 131. Crauet. tract. de antiq. temp. rubr. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. sub num. 68. ibi. iam ex alio. fol. 134. & Menoch. sub dicto num. 23. dicens, quòd omnes mouentur ista ratione. adde, si placet, aliam rationem, quam considerat Neguf. tract. de pign. 2. memb. 5. par. num. 48. fol. 230. dicens, quòd in libris rationum nõ potest ita de facili committi fraus per appositionem temporis præteriti, quia singulis diebus & continuatè in illis scribũtur data, & accepta ita, quòd est quasi impossibile murare veritatem temporis, quin peritus mutationem non cognoscat.

1024 Contra limitationem tenuit Abb. in cap. 2. sub num. 8. ibi. item in quantum loquitur de contrahentibus. de fid. instrum. dicens, quòd hoc dictum suum habet æquitatem, licet iure non probetur; quia debuit esse cautus à principio, quando contraxit cum illo, & sibi prouidere iuxta consilium Auth. de instr. caut. & fid. & non se ponere fortunæ. sed aduerte, quia Ias. intelligit Abbatem, vt loquatur de dicto Bartoli, dum scribit, quòd habet æquitatem; ego tamen intelligo, vt loquatur de dicto suo.

1025 *Quicquid* teneat Abb. non recedas à limitatione, quæ est approbata à consuetudine, ad quam esse recurrendum scribit Bal. vbi supra.

1026 RESTRINGE istam quartam limitationem, vt non habeat locum in libro, qui est alterius, quàm scribentis: puta liber est Titij, & in eo Caius scribit aliquid contra se ad fauorem Titij, quia si Titius velit vti isto libro in illa particula scripta à Caio, non sufficit sola comparatio, quia militat isto casu illa ratio, quæ militat in apocha: nam facilè potuit esse Titio contrafacere manum Caij, Menoch. dicto cas. 114. num. 23. in fine.

1027 RESTRINGE rursus easdem tertiam, & quartam limitationem, vt sint veræ in quantum agatur de præiudicio scribentis; secus si agatur de præiudicio tertij, quia tunc recognitio ista per comparationem literarum non est sufficiens; quod aduertisse videtur etiam Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. num. 63. in fine. ibi. secus in alia. fol. 134.

1028 LIMITA V. regulam, vt non habeat locum, quando vltra recognitionem per comparationem literarum adesset vnus testis, qui deponeret se vidisse apocham scribi, vel deferretur iuramentum in supplementum plenæ probationis, quia apocha sic recognita diceretur sufficienter recognita, & faceret plenam probationem secundum Abb. in cap. 2. sub num. 2. ibi. diceremus tamen. & Fely. ibidem sub num. 14. vers. octauo limita. de fid. instr.

1029 LIMITA VI. regulam, vt non procedat quoad semiplenam probationem; quia recognitio facta per solam comparationem literarum inducit semiplenam probationem, vt ex Bar. Bal. Imol. Socc. & alijs retuli, & sequutus sum supra in constitutione regulæ num. 999.

1030 DECLARA restringendo istam limitationem, vt procedat in comparatione literarum scriptarum ab ipsa parte, sed non in comparatione literarum scriptarum à tertio; quia recognitio apochæ scriptæ à tertio per comparationem aliarum literarum, scriptarum ab ipso tertio, non inducit semiplenam probationem apochæ, sed solum posset inducere semiplenam probationem, quòd illa apocha sit scripta ab ipso tertio.

MODVS VII.

1031 Capio septimum modum recognitionis faciendæ per comparationem, & per testes: & quia supra egimus separatim de vtroque modo, & nihil magis, aut minus considerari potest in isto mixto, quàm in simplicibus, ideo, quomodo fiat recognitio per istum modum, ex antedictis liquere potest: & si videre libeat aliquos casus, in quibus iste modus secundum quàmplures Doctores est necessarius ad faciendam plenam probationem, vide quæ scripsi supra num. 982. ampl. 3. & num. 1008. & infra num. 1150. in quibus locis obiter notaui aliquos casus, licet duos priores non probarim.

1032 Duo nunc dubia possunt occurrere circa istum modum.

PRIMVM: an recognitio isto modo facta sit indistinctè sufficiens ad inducendam plenam recognitionem apochæ.

Resp. quòd non indistinctè, sed cum distinctione: nam aut per istum modum fit duplex semiplena recognitio; & concludo, quòd est sufficiens, & quòd inducit plenam recognitionem: casus huius primi membri distinctionis est; quando recognitio per testes inducit semiplenam probationem, & similiter recognitio per comparationem inducit aliam semiplenam: aut non fit duplex semiplena: & in isto concludo, quòd non est sufficiens: casus est; quando apocha est scripta, seu subscripta à debitore, & testes, qui non fuerunt præsentes scripturæ, recognoscunt illam scripturam, tanquam habentes notam manum debitoris; quia non facient semiplenam probationem, seu recognitionem iuxta ea, quæ scripsi supra num. 967. & 968. & infra num. 1136. & comparatio literarum faciet solum semiplenam probationem, vt dixi supra num. 999. vers. capio sextum.

Igitur, rectè calculando, cum non sint duæ semiple-

næ, non facient vnam plenam: fateor tamen, quòd isto casu posset deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis.

1033 SECVNDVM dubium est: data repugnantia inter dicta testium, & comparationem limitarum, cui sit magis credendum comparationi, an dictis testium?

Resp. regulam fore, quòd magis credatur testibus, (loquor de subscriptis) quia facilius potest dari deceptio in comparatione literarum, quàm in depositione viuæ vocis testium, qui fuerint præsentes, seque subscripserint Auth. de instrum. caut. & fid. in principio. ibi. oblato namque libello. & in §. si vero tale aliquid. & notauit Ias. nulla etiam facta mentione, quòd testes sint subscripti, in l. admonendi. in 2. repet. num. 85. versus finem. ff. de iureiur. & faciunt, quæ dixi supra num. 934. & apertius num. 942. vers. resp. quòd est standum. dum scripsi, standum esse dicto notarij attestantis se non scripsisse instrumentum.

1034 Confirmatur ista regula; quia probatio per testes est probatio per viuam vocem, & probatio per comparationem literarum est probatio coniecturalis, ad quā non est recurrendum, nisi in subsidium, quando deficit probatio per viuam vocem Bal. in auth. vltima. sed nouo iure. sub num. 3. C. si cer. pet. & in l. comparationes. vers. redeo ad primum. nu. 6. & num. 16. vers. ex his etiam. C. de fid. instrum. & ibidem Paul. de Castr. sub nu. 12. & ratio quare ad comparationem non sit recurrendum nisi in subsidium est, quia est coniecturalis, vt dixi, & propterea periculosa, & fallax, vt ex Mascar. Abb. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 943. ibi. & ratio quare. nam, vt ibidem dixi, multi ita sciunt alienas manus contrafacere, vt recognosci non possint.

1035 DECLARA istam regulam, quòd ad hoc, vt tollatur deceptio in recognitione facienda per testes, debent ijdem testes cognoscere contrahentes iuxta id, quod retuli, & sequutus sum supra num. 997. vers. debent insuper. nam alioquin possent plures vocari eodē nomine, & cognomine, quo vocatur debitor, qui scripsisset, vel subscripsisset apochā, & deinde hæredes creditoris possent ignorāter agere cōtra vnū ex ipsis habētibus idē nomē, & cognomē, qui tamē nō esset ille debitor, qui scripsit, & tamen testes possent recognoscere suas subscriptiones, & conuentus posset ostendere per comparationem literarum, illam non esse manum suam, & quòd reperiuntur alij eiusdem nominis & cognominis in illo eodem loco: Item posset euenire, quòd Titius in apochæ scriptura se vocauerit Seium, seque isto nomine Seij constituerit debitorem Caio, & quòd in ea apocha se subscripserint testes, qui etiam recognoscerent suas subscriptiones contra Seium, qui tamen esset omnium inscius, & tamen testes verè recognoscerent suas subscriptiones; & dissimilitudo literarum, facta comparatione, verè probaret, illam non esse manum Seij: quare ad tollendam æquiuocationē, & errorem in primo casu, & falsitatem in secundo necesse est, vt testes cognoscant cōtrahentes, scribentes, seu subscribentes.

1036 EXEMPLIFICA I. repugnantiam, de qua supra num 1033. in 2. dubio, inter dicta testium, & comparationem literarum; quando creditor inducit testes, qui deponunt pro scriptura, quòd recognoscunt esse illam, cui se subscripserunt, & recognoscunt suas subscriptiones; & debitor negans scripturam corroborat negationem comparatione literarum, ostendendo dissimilitudinem tàm in scriptura principali, quàm in subscriptionibus testium, cōparatis similiter alijs scripturis eorundem testium.

1037 EXTENDE præmissam regulam sic exemplificatam vt sit indistinctè vera, quando dissimilitudo literarum apochæ sumeretur ex scriptura, quam negans apocham esse sua manu scriptam exararet de mandato iudicis post ortam controuersiam: quia ex ea cōparatione debile nimis sumi posset argumentū contra dicta testium: & ratio est, quia facile esset reo turpiores, aut pulchriores formare characteres, seu aliter dissimiles, & potuisset etiam in ipsa apocha facere non manum suam, vt postea, negando esse sua manu scriptam, vinceret per cōparationem literarū.

1038 RESTRINGE eandem regulam sic exemplificatam vt non procedat quando appareret dissimilitudo in literis ipsorum testium, quas exararent de mandato iudicis post ortam controuersiam, & tàm magna esset dissimilitudo, vt iudex verisimiliter posset credere illas subscriptiones non esse de manu testium iuxta ea, quæ de notario afferente instrumentum fuisse sua manu scriptū dixi supra nu. 948. vers. resp. supra. vbi videas pro intelligentia istius restrictionis; secus autem si dissimilitudo esset parua, vt ibidem dixi uum. 950.

1039 EXEMPLIFICA II. per oppositum; quando testes deponunt contra scripturam, negando esse illam, cui se subscripserunt, & consequenter negando etiam illas esse suas subscriptiones; & ab alia parte, facta comparatione literarum, apparet similitudo tàm in scriptura principali, quàm in subscriptionibus testium, comparatis cum alijs scripturis eorundem testium, vel exemplifica aliter, quando testes negant se vllo modo subscripsisse; & istud secundum exemplum occurreret, quando actor contra reum, negantem suam manū, vteretur comparatione literarum, & reus contra actorem faceret examinari testes, qui apparent subscripti.

1040 EXTENDE regulā sic secūdo exēplificatā, vt procedat etiam si scriptura, ex qua vti ex sua sumeretur comparatio, esset omnino similis scripturæ, cui testes negant se subscripsisse, illasque dicunt non esse suas subscriptiones, quia adhuc concludendum est, debere potius credi testibus, sicut benè videtur sensisse Paul. de Castr. in auth. & si contractus. num. 4. vers. sed quærit. C. de fid. instr. dum contra Gul. de Cun. firmat, quòd magis credendum est notario neganti se scripsisse, quàm comparationi literarum similium.

Confirmatur ista extensio; quia comparatio literarū, vt dixi in regula est periculosa, & fallax, & postponenda viuæ voci, quia esset locus suspitioni, ne subscriptiones essent contrafactæ.

1041 Contra istam extensionem sentit Menoch. tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 114. vers. quartus est. nu. 18. dicens, esse positum in arbitrio iudicis, citans ad hoc Bartolum in l. admonendi. sub num. 25. ibi. quod apparet. ff. de iureiur. Curt. Sen. & Purp. & potuisset etiam citare Abb. in cap. 2. sub num. 4. vers. tertius casus. de fid. instrum. dum concludunt, relinqui arbitrio iudicis, cui velit magis credere testibus, vel comparationi literarum; & mouentur Bar. & alij ex textu in §. si verò tale aliquid. Auth. de instrum. caut. & fid.

1042 Non recedo ab extensione, & ad text. in d. §. si vero tale aliquid. resp. dupliciter, & primo quòd ille textus nō loquitur in casu huius extensionis, quando adducitur similitudo literarum, sed loquitur in casu primi exempli positi supra num. 1036. quando adducitur dissimilitudo literarum. secundo resp. quòd etiam in casu dicti primi exempli; ille textus, remittendo istā probationem ad arbitrium iudicis, non se fundat in sola dissimilitudine, sed in qualitate testium, an videantur iudici veraces, vt declaraui infra num. 1044.

1043 Neque obstat omnimoda similitudo, quia resp. quòd tantò magis posset oriri suspitio falsi; cum tanta omnimoda similitudo non reperiatur in scriptura eiusdem manus.

1044 LIMITA nunc regulam, retento eius I. exemplo, posito supra num. 1036. vt non procedat quando vltra diuersitatem literarum comparatarum ipsius principalis concurrerent aliæ qualitates in persona testiū, quæ iudici similiter suaderent, eos non esse veraces; quia tunc posset iudex eis non credere argumento textus in d. §. si vero tale aliquid. ibi. *veruntamen sit hoc indicantis.* Auth. de instrum. caut. etiam fid. & l. 3. §. 1. ibi. *tu magis.* ff. de testib. & ex hac limitatione habes verum intellectum ad dictum §. si verò tale quid.

1045 Nota ex ista limitatione, quòd non sufficit sola dissimilitudo literarum ad hoc, vt iudex non credat testibus, quicquid in contrarium sentiant communiter * Bar. in d. l. admonendi. num. 25. ff. de iureiur. Menoch. & alij per ipsum citati d. cas. 114. num. 15. vers. ter-

tertius est casus. & nu. 16.

1046 RESTRINGE istam notationem, vt non procedat, quando dissimilitudo literarum est talis, vt non possit aliqua verisimili via, seu ratione concordari, & saluari, quin videantur scriptæ à diuersis, & non ab eodem, quia isto casu opinari possumus vna cum Ias. in d.l. admonendi. in 2. repetit. sub num. 86. ibi. adde quod textus. ff. de iureiur. quem retuli, & sequutus sum supra num. 1001. vers. nam ad bar. positum esse in arbitrio iudicis credere, vel nō credere dictis testium: & ratio huius restrictionis est, quia testes ex ista dissimilitudine videntur reddi suspecti, & non veraces, teste etiam Glos. in d. §. si verò tale aliquid, in verbo. prudentiæ.

1047 EXEMPLIFICA istam repugnantiā non concordabilē, quando nec ætatis differentia, nec infirmitas, nec manus defatigatæ alteratio, nec atramenti, aut calami varietas deducuntur, quæ solent aliquā dissimilitudinem literarum causare, vt ex Bar. Lanfran. & Affl. retuli, & sequutus sum supra num. 949. & insuper dissimilitudo est magna, quia isto casu iudex non deberet credere testibus, secus est si dissimilitudo non esset magna, & aliqua varietas ætatis, aut alterius ex prædictis probaretur, quia tunc talis dissimilitudo non faceret contradictionem.

1048 DECLARA restringendo præfatam limitationem, & restrictionem, vt licet iudex in earum casibus non debeat, seu possit non credere testibus, tamen non propterea debet credere comparationi contra dicta testium; & sic intelligo Menoch. Bar. & alios citatos supra num. 1041. vers. contra. dum scribunt, relinqui arbitrio iudicis; cui velit magis credere: quare reus, contra quem fuisset producta appocha, iuuata testibus, sed impugnata comparatione literarum, venit absoluendus eo; quòd actor non probauit, apocham fuisse scriptam à reo, seu ab alio eius nomine, & non eo, quòd reus probauerit, apocham non fuisse à se scriptam, & consequenter esse falsam; & ratio huius declarationis est, quia, cū cōparatio literarū habeatur in iure pro periculosa, & fallaci, vt ex Mascar. Abb. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 943. ibi. & ratio quare. sequitur necessariò, ei fidem præstandā nō esse, loquendo de fide, quę plenam facit probationem.

1049 INFERO ex hac declaratione conclusionem; quòd, data ista contrarietate, seu repugnantia, & præsupposito, quòd in ista causa posset esse locus inquisitioni super falsitate; aperiretur via iudici non ad condemnandum, quia deficit probatio plena, sed ad inquirendam falsitatem iuxta ea, quæ contra testes inuicem contrarios scribit Boss. tract. crim. tit. de fals. num. 23. in fine. & num. 24. & tit. de opposit. cont. test. num. 16.

1500 DVBIVM potest oriri in casu huius illationis: an posset deueniri ad torturā, sicut posset deueniri in causa ciuili contra testes inuicem contrarios iuxta ea, quæ firmaui supra cap. 9. num. 836. vers. contraria opinio.

Resp. Prima facie videtur dicendum, quòd non: Si loquimur enim de torquendo reo, qui nititur dissimilitudini literarum: is non videtur posse torqueri, quia si consideremus scripturam, quam negat esse suam, negatio non inducit falsitatem punibilem, quia reus in foro fori impunè dicit mendacium iuxta ea, quæ scripsi d. cap. 9. num. 827. vers. secundo. & num. 835. vers. ad secundum. si consideremus scripturam, quam adducit pro comparatione, minus falsitatem committit, maximè, quia præsupponimus, eam haberi pro scriptura suæ manus, alias ex ea nō fieret comparatio, & quia non producitur ad alium finem, sicque in ea nullam præsupponimus mutationem veritatis, sine qua mutatione non committitur falsitas iuxta ea, quæ scripsi supra cap. . . . num. . . .

Si loquimur de torquendis testibus: idem à fortiori est dicendum, quia comparatio literarum licet soleat facere semiplenam probationem, vt ex Bar. Bal. Alex. Ias. Abb. Fely. Affl. & Grauat. retuli, & sequutus sum supra num. 999. vers. capio sextum. Et semiplena probatio faciat inditium ad torturam iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 9. num. 368. tamen testes subscripti solent facere maiorem probationem argumento textus in Auth. de instrum. caut. & fid. circa principiū. ibi. oblato namque libello. & apertè firmaui supra nu. 1033. & 1034. Igitur remanet elisum inditium comparationis.

1051 Contraria sententia: quòd in casu prædicto possit deueniri ad torturam: suadetur, quia licet parti sit concessum dicere mendacium impunè in foro fori, vt dictum est in præcedenti contraria opinione, tamen nō impunè licet ei instruere mendacium, quia, instruendo, committit delictum falsitatis punibilis, vt ex Bal. Barb. & Fely. retuli, & sequutus sum supra cap. 9. nu. 849. vers. restringe. sed is, qui negat suam manum, & adducit scripturam pro comparatione, instruit falsitatem, quia eiusmodi negatio non consideratur amplius vt simplex negatio, sed cōsideratur, vt mutatio manus, commissa, & instructa ad fraudandum, quæ mutatio

1052 est punibilis pæna falsi, † sicut punitur mutatio nominis, facta in fraudem, vt de mutatione nominis scribit Alex. cons. 90. in causa & lite. num. 19. vers. accedit quia. lib. 6. & apertius Boss. tract. crim. tit. de mutat. nomin. & consequenter aut pars ipsa, aut testes essent torquendi.

1053 Quid dicendum? Resp. in praxi seruari primam opinionem, quia nunquam vidi isto casu procedi criminaliter contra reum negantem, neque contra testes, nisi contra eos alia falsæ depositionis adducerentur

1054 inditia: † Verum quia illa mutatio manus videtur criminosa per ea, quæ dixi in proxima præcedenti 2. opinione; quinimo ipsa negatio non videtur sine delicto, ideo laudo statutum Vrbis. lib. 1. cap. 83. puniens eiusmodi negationem pæna decem ducatorum pro quolibet centenario, contentó in apocha negata.

MODVS VIII.

1055 Capio octauum, & vltimum modum per contumaciam partis non recognoscentis: & dico, quòd in odiū suæ contumaciæ habetur pro sufficienter recognita: quare cautela est, quòd, debitore citato ad recognoscendam apocham sua manu scriptam, eoquè non comparente ad recognoscendum, creditor petat à iudice pronuntiari, scripturam illam productam haberi pro recognita, vt aduertit Moder. tract. de process. execut. par. 3. cap. 1. num. 95. & 138. & sentit Corn. cons. 296. in præsenti consultatione. sub nu. 10. lib. 3. & scribit, loquendo de recognitione sigilli, Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 80. num. 6. & de hoc nos habemus statutum Vrbis lib. 1. cap. 84. quod, loquendo generaliter de recognitione instrumentorum & apocharum, mandat, citatis parte & procuratore legitimè, scripturas haberi pro recognitis in eorum comtumaciam.

DIFFICVLTAS III.

Redeundo ad ordinem procedendi per difficultates, intermissum supra sub num. 933.

Tertia difficultas est; quomodo fiat comparatio literarum, de qua scripsi in præcedenti difficultate in pluribus locis, & præsertim in sexto modo num.

1056 999. † & quia materia comparationis literarum est intricata, vt exordiuntur Bal. & Paul. de Castr. in l. comparationes. C. de fid. instrum. ideo ordinate procedam, assignando quatuor requisita.

1057 I. REQVIRITVR, quòd sit petita à parte, vt sentiunt Bal. in d.l. comparationes. sub num. 5. vers. tertio oppono. & Paul. de Castr. sub num. 12. ibi. adde quòd. C. de fid. instrum. & Menoch. tract. de arbitr. iud. cas. 114. num. 34. & communiter * omnes, dum scribūt, quòd is, qui petit fieri comparationem literarum, debet præstare iuramentum, quòd ipse non habet aliam probationem, quàm probationem comparationis; & dum scribunt ijdem Bal. & Paul. de Castr. quos retuli, & sequutus sum supra num. 1034. vers. confirmatur. quòd hæc probatio est subsidiaria in defectum aliarum: ex hoc enim sic deduco: si non conceditur, nisi in

ſi in ſubſidium,& niſi præſtito præfato iuramento: ergo debet prius iudici conſtare,quòd ipſi litigatori deficiant aliæ probationes: ſed hoc non poteſt ei conſtare, niſi litigator id dicat, & dicendo quærat admitti ad iſtum modum.

1058 Imò, vt dixi,requiritur, quòd iuret §.ſi verò nihil. Auth. de inſtrum. caut. & fid. & ſic non ſufficit ſimplex petitio:& in tantum eſt neceſſarium iſtud iuramentum, vt, ſi fuerit omiſſum,comparatio non valeat ipſo iure, quia datur pro forma Bal.& Paul.de Caſtr. in d.l.comparationes.alter ſub num.5.& alter ſub nu.

1059 12.† cenſeo tamen eſſe neceſſarium, ſi ſit à parte petitum, & non alias, prout diximus de iuramento calumniæ.

1060 II. REQVIRITVR, quòd ſit conceſſa à iudice, quia ad eam deueniri non debet ſine cauſæ cognitione, quæ quantum ad hoc requiſitum conſiſtit in duobus:debet enim prius inſpici an poſſit aliunde haberi certior probatio,quia,ſi poteſt haberi certiorprobatio, nō debet concedi iſta iuxta ea,quæ ex Bal.retuli,& ſequutus sū infra num.1148.& ideo ſi tertius, vel notarius,qui ſcripſit inſtrumentū ſeu apochā, eſt viuus, & nō eſt abſens, nō debet concedi comparatio literarū, ſed debet examinari, vt ex Gloſ. Paul. de Caſtr. Bar. Alex.& alijs retuli,& ſequutus ſum ſupra num. 934. & ſimiliter,ſi ſunt viui teſtes ſubſcripti,non eſt deueniendum ad comparationem literarum iuxta ea, quæ ex Bal.& Paul.de Caſtr.retuli, & ſequutus ſum ſupra num.1034.verſ.confirmatur.debet ſecundo inſpicere, ne ſit fruſtratoria, quia ſi eſſet fruſtratoria,vt puta quia non releuaret, non eſſet concedenda iuxta ea,quæ ex Bal.& Paul.de Caſtr.retuli,& ſequutus ſum ſupra nu. 941.ſi ergo requiritur cauſæ cognitio, debet concedi à iudice.

1061 III. REQVIRITVR, quòd hanc literarum comparationem faciat ipſemet iudex, vel ſaltem ſit præſens;ſi eam faciendam peritis committat, vt ſentiunt Glo.in §.ſi verò nihil aliud.in verbo. abſcōdere.Auth. de inſtrum.caut.& fid.& Ang. quos refert, & ſequitur Paul. de Caſtr. in l. comparationes. ſub num. 10. verſ.in tertia vero parte.C.de fid.inſtrum. & eandem ſententiā tenuerūt ibidem Cyn. verſ.quarto quæritur. num. 10. & Bal.num.17. verſ. venio ad ſextam.quem refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. caſ. 114. nu.26.ſicque in arbitrio iudicis eſt facere eam ſine peritis,vel cum peritis.

1062 Sed controuerſia remanet:an ſufficiat vnicus peritus,vel requirantur non pauciores duobus.

Et quidem Glo.vbi ſupra in fine ſentit, ſatis eſſe quòd adhibeatur vnus ſcriptor peritus.

Sed Bal. Paul. de Caſtr. & Menoch. qui alios citat vbi ſupra,& Bar.in d.l.comparationes.not. 2. num.3. ſentiunt, duos ſaltem peritos eſſe eligendos: & hæc ſententia eſt communis,* & ſeruanda in practica, quia eſt tutior,& tollitur occaſio litigandi.

1063 Verum poſſunt diſtinguendo conciliari: nam aut comparatio editur,hoc eſt,fit ſub nomine iudicis,quia ipſe non ſolum eſt præſens, ſed adhibet cognitionem; & eſt vera opinio Gloſſæ, quia, ſi poteſt iudex ſolus, vt dixi ſupra num.1061.abſurdum eſt dicere,quòd debeat adhibere ſecum duos peritos, & non vnum: nam vbi actus non eſt neceſſarius, ſi ineptè ſit adhibitus, nō vitiat:quare libellus ineptus,& citatio inepta non vitiant proceſſum, quando non erant neceſſarij Abb. Maran.Gail.Rot.diuerſ.Rom.& Bar.quos retuli,& ſequutus ſum lib.præced.cap.50.num.16. aut comparatio venit edenda ſub nomine peritorū,qui habent referre in actis;& eſt vera opinio Baldi, & aliorum per ea,quæ ſcribit Menoch.vbi ſupra.

1064 Et nota,quòd vbi comparatio ſit facienda ſub nomine peritorum referentium debent ijdem iuraſſe, ſicut alij periti, videlicet de credulitate ſecundum naturam rei,ſuper qua iurant Bal.in d.l.comparationes. not.6.num.3.& Paul.de Caſtr.verſ.item nota. nu. 11. C.de fid.inſtrum.iurando etiam, quòd comparationem facient ſine vllo intereſſe lucri,aut paſſione amicitiæ, vel odij, teſtibus Bal.vbi ſupra not.7.& in fine principij dictæ l.comparationes.& ibidē ante eū Petr. de Bellapert. num. 30. in fine & Menoch. d. caſ. 114. num. 28 & habetur apertè in d.l.comparationes.

1065 IIII. REQVIRITVR, quòd literæ,ad quas recurritur pro recognitione ſcripturæ productæ, & negatæ, ſint certò exaratæ, ſeu habitæ pro exaratis manu eiuſdem, & ſic ſcriptura, ex qua debet ſumi certitudo ſuper ſcriptura controuerſa, & ideo incerta, debet eſſe clara, & certa ad tradita per Bal. in d.l.comparationes.ſub num.4.verſ.oppono & videtur.dum inquit, & benè, quòd probatio debet eſſe validior, quàm probatum, quia probatum eſt dubium, probatio clara: vnde inquit, ſcripturam, quæ ſe habet per modum probantis, ſicut eſt ſcriptura ex qua, debere eſſe certiorem, quàm ſcripturam, quæ eſt probanda ſecundum Odoffr. & omnes:quod etiam benè aduertit Menoch. d. caſ. 114.num.29.oculatus enim ducit cæcum,non cęcus cæcum, quia ambo in foueam caderent.

1066 Hæc literarum certitudo, ex qua, mediante comparatione,clareſcit manus,& litera ſcripturæ controuerſę,debet innoteſcere iudicialiter iudici ordinario cauſæ,& non peritis electis,Menoch.d.caſ.114. num. 29.verſus finem.

1067 Remanet controuerſia:quæ ſint iſtæ literæ,quæ certò dicantur exaratæ, ſeu habentur pro exaratis manu eiuſdem.

Huic difficultati ſatisfacit textus in d. l. comparationes.& auth.ad hæc.C. de fid. inſtr. vt notat Paul. de Caſtr.in d.l. comparationes. nu.1.& 2. & pro vberiori intelligētia poteris videre,quæ in d.l.comparationes.ſcribūt Petr.de Bellapert.Cyn.Bar.Bal.Saly. & Paul.de Caſtr.& Gloſ.in §.ſi quis igitur vult cautè. in verbo.non minus tribus. Auth.de inſtr.caut.& fid. & Menoch.d.caſ.114.num.29. hic enim pluribus non inſiſto.

Vidimus quot,& quibus modis fieri poſſit recognitio ſcripturarum,& iurium, & in eis connexitate materiæ multa diximus de probatione ſcripturarum recognitarum:

1068 † verum quia hæc materia probationis ſcripturarum priuatarum eſt quotidiana, vt admonet etiam Abb.in cap.2.ſub num.1.ibi.nunc vero principaliter. de fid.inſtrum. & habet multas ſpinas, varioſquè nodos adeo,quòd Doctores in ea videtur multum variare, & Bar.ſecundum multos videtur vario modo loquutus, vt refert Socc.conſ. 274 in.cauſa dominæ liſæ. num.5.verſ.circa ſecundum punctum. lib. 2.licet ipſe neget in Bartolo iſtam varietatem. & Io. Andr.poſt Nic.de Matt.poſuit intricatam additionem ad Spec.& Ant.de Butr.d.cap.2.ſub num. 4 verſ. procedam per caſus.de fid.inſtrum.confundit intelligentiam ſecundum Abb.in eod.cap.2.ſub num.1.& Alex. in pluribus conſilijs variauit in illo articulo: an apocha probet ſine comparatione literarum, quando eſt ſcripta à tertio, & recognita à teſtibus, atteſtantibus, quòd eam recognoſcunt, quia fuerunt præſentes,& viderunt illam ſcribi; licet non ſint ſubſcripti ſecundum quod ſcribit Crauet. tract. de antiqu. temp. rub. reuocare conſilium.in verbo.quæritur etiam.num.55.

1069 in fine.& num.56.fol.134.† cuius intricationis,& varietatis ratio ea eſt, quòd in iſta materia cadit facilè æquiuocatio,& à Doctoribus non ſunt diligenter diſtincti, & ſeparati caſus: ideo particulariter ſubijcio ſequentem quartam difficultatem.

DIFFICVLTAS IIII.

ARTICVLVS I.

1070 Quarta difficultas:an ſcriptura,ſufficienter recognita,probet: & præſuppoſito,quòd probet:an probet tā cōtra partē,quàm contra tertium:nā non valent indiſtinctè iſtæ conſequentię:ſcriptura eſt plenè recognita:ergo plenè probat:item non valet iſta:ſcriptura recognita probat contra partem in ea obligatam: ergo probat etiam contra tertium.

Solutio.Sequendo ordinem diſtinguendi, conſidero ſeptem articulos principales;quorum primum ponam hic:ſecundum infra num.1099.tertium nu. 1120. quar-

quartum num. 1152. quintum num. 1158. sextum num. 1159. & septimum nu. 1163.

Primus articulus est: quando apocha est scripta à tertio sine subscriptione partiũ, & sine subscriptione testium: & in isto concludo, quòd apocha quantumuis sit certò recognita minus semiplenè probat, teste Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. quem referunt, & sequuntur Rip. ibidem sub num. 102. vers. ampliatur. ibi. item secus. & Fely. in cap. 2. sub num. 6. declaratione 6. de fid. instrum. & hæc conclusio non habet difficultatem primò, quia eiusmodi apocha recognita repræsentat in effectu dictum vnius testis non iurati, sicut considerat idem Rom. cons. 204. pro discutienda. sub num. 4 vers. tertio ad idem. & probatur ex textu in l. in exercẽdis. C. de fid. instru. & dictũ vnius testis non iurati nihil probat vulg. iur. & locis, à me citatis supra cap. 8. num. 400. vers. dubitatur

1071 tertio. † & facit vulgatum illud: vox vnius, vox nullius: de quo meminerunt Spec. tit. de iuramenti delatione. sub num. 2. Cyn. in l. ne in arbitris. num. 3. C. de recep. arb. Franc. Curt. tract. de fœud. q. 1. num. 7. fol. 44. & Tiraqu. tract. de iudic. in reb. exigu. circa principium. vers. secunda ratio est. fol. mihi 85. tom. 5. secundo, quia in eius testimonio deficit citatio partis, & est prolatum per scripturam, & consequenter non valet, Rot. diuers. decis. 77. quoniam pro parte. num. 1.

1072 & 2. par. 2. † & quòd non maior adhibeatur fides scripturæ, quàm viuæ voci, & consequenter, si alicuius dicto non staretur, minus stari debeat illius scripturæ priuatæ, scribit argumentando Anch. cons. 28. rationes inductæ num. 5. vers. non maior. Rot. diuers. decis. 781. dubitaui particulariter. num. 12. par. 1. &, loquendo de libro mercatoris, scripserunt Bar. in l. admonendi. num. 28. in fine. ff. de iureiur. & Abb. in d. cap. 2. sub num. 9. ibi. non enim potest. de fid. instr.

1073 Neque obstat, quòd Bar. in l. scripturas. in fine. C. qui pot. in pign. habean. dixerit, quòd scriptura priuata, non habens subscriptionem partium, nec testium, facit probationem semiplenam.

Quia resp. quòd loquitur in apodissa, quæ enuntiatur scripta de manu partis in ea obligatæ; quo casu potest recognita facere non solum semiplenam probationem, sed etiam plenam secundum qualitatem recognitionis de ea factæ iuxta ea, quæ latè scripsi de ista apocha infra in quarto articulo. num. 1132. &.

1074 num. . . . † sed si supponamus non esse recognitam, dico, quòd idem Bar. tenuit contrarium, scilicet, quòd faciat solum aliqualem præsumptionem in l. admonendi. sub num. 25. ibi. si vero apodissa. ff. de iureiur. dicens, quòd, si nullo modo approbatur, nec testibus, nec comparatione literarum, non facit semiplenam probationem; hancque contrariam opinionem sequitur Additionatores ad eum in d. l. scripturas. in vlt. addit. & in d. l. admonendi. sub num. 25. in verbo. apodissa. vbi, quòd hæc est verior. &, quòd Bar. melius senserit in d. l. admonendi. scribunt ibidem Alex. & Ias. sub num. 85. ibi. quintus & vltimus. quos refert, & sequitur Mascar. tract. de probat. conclus. 111. de apocha. num. 2. in fine. lib. 1. & hæc opinio plus etiam placuit Abbati in cap. 2. sub num. 2. ibi. sed reperio. de fid. instrum. quam tenendam esse admonet Additionator ad eum ibidem in litera. b. & hanc tenet Fely. ibidem vers. octauo limita. num. 14. &, quòd hæc sit communis * opinio, refert, & sequitur Rol. à Vall. cons. 26. in præsenti casu. num. 14. lib. 1. imò Ang. in d. l. admonendi. relatus per Addit. ad Abb. in d. cap. 2. litera. b. de fid. instrum. tenuit, quòd neque aliqualem faceret præsumptionem, motus ex d. cap. 2. quod tamen non placet, quia facit aliqualem præsumptionem, vt dixi.

1075 AMPLIA I. istam conclusionem, positam supra num. 1070. vers. primus. vt habeat locum etiam si ista apocha esset scripta per manum notarij: adhuc enim nihil probaret, quia officium notarij operatur circa validitatem, & probationem scripturarum, quas facit solemniter vti notarius.

1076 Ratio rationis, qua moueor pro ista ampliatione, est, quia, quando notarius facit scripturã, vt notarius, & solemniter, consideratur in eo iuramentum, quod præstitit initio suscepti notariatus: iurant namque notarij exercere fideliter eorum offitium cap. ad audientiam. de præscript. & scribunt Spec. tit. de instrum. edit. §. restat videre. sub num. 37. vers. item iurat. Fely. in cap. quoniam contra. sub num. 42. vers. tertiò quæro. de probat. Crot. tract. de testib. par. 7. sub nu. 14. versus finem. vers. secunda sit conclusio. Bec. cons. 6. reuocatur in dubium. num. 1. lib. 1. & Mascar.

1077 tract. de probat. conclus. 1093. sub num. 1. lib. 2. † cuius iuramẽti formulam ponit Spec. d. §. restat videre. sub nu. 38. vers. porro sunt. ibi. qui p. ipsi domino &c. consideratur secundo omnes solemnitates, quæ requiruntur in scripturis publicis.

1078 At, quando facit scripturas priuatas, non maiorem habent fidem illæ scripturæ, quàm scripturæ alterius personæ priuatæ argumento textus in l. scripturas. & ibi Glos. in verbo. notarij. C. qui pot. in pign. habean. & sentit Bal. in d. l. scripturas. vers. & hæc. l. sub nu. 6.

1079 in fine. † & faciunt quæ ex eod. Bal. in cap. 2. refert, & sequitur ibidem Fely. vers. quarta declaratio. num. 5. de fid. instrum. dicens, quòd non plus operatur subscriptio tabellionis in apocha, quàm subscriptio alterius simplicis testis, & scribunt Crauet. tract. de antiq. temp. rub. scriptura priuata. in verbo. viso de verbis. num. 13. fol. 129. & Mascar. tract. de probat. conclus. 1294. scripturam priuatam. num. 9. lib. 3. & ratio est, quia sicut auctoritas, quæ competit ratione offitij, seu exercitij, non debet operari vltra naturam offitij, vt ex Bal. Dec. & Rol. à Vall. retuli, & sequutus sum supra num. 149. sic etiam fides, quæ præstatur scripturis notariorum, non debet præstari scripturis, quas ipsi faciunt vti personæ priuatæ, & non vt notarij; & sic meritò possũt reprahẽdi notarij huiusmodi, exquò abutuntur offitio suo, vt notat Fely. vbi supra.

1080 AMPLIA II. respectu personarum recognoscentium, vt sit vera etiam si manus, & litera esset recognita ab aduesario, contra quem facit apodissa; quia nihilominus non probaret: nam aliud est acceptare, scripturam esse scriptam manu alicuius; & aliud est acceptare contenta in ea: quare potest pars confiteri, & acceptare, seu recognoscere illam scripturam esse scriptam de manu eius, qui eam scripsit, sed negare contenta in ea scriptura, quia, vt scribit Crauet. tract. de antiqu. temp. rub. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. sub num. 82. fol. 135. stant simul, quòd tertius scripserit, me esse debitorem alterius, & tamen debitor non sim, quia potuit falso scribere.

1081 EXTENDE istam II. ampliationem, vt procedat etiam in casu extẽsionis ad seq. III. ampliationem, positæ infra num. 1086.

1082 FALLIT ista I I. ampliatio, & multò magis eius extensio, quando pars recognosceret cum assertione, quòd illamet fuerit scripta de sua voluntate Petr. de Bellapert. in l. comparationes. sub num. 3. vers. responde. C. de fid. instrum. & Rip. in l. admonendi. num. 102. vers. ampliatur ff. de iureiur. & ratio est, quia paria sunt, apocham esse scriptam à tertio de voluntate partium, vel esse scriptam ab ipsis partibus iuxta ea, quæ ex Rom. & Affl. retuli, & sequutus sum infra num. 1102. vers. ratio huius. nam qui per alium facit pe se ipsum facere videtur, & non est de substantia, seu de forma: quòd apocha sit scripta seu subscripta de manu partis.

1083 EXTENDE istam fallentiam, vt procedat etiam si negaret contenta in apocha, quia adhuc plenè probaret, vt in apocha, scripta propria manu, & ab ipsa parte in ea obligata recognita, retuli, & sequutus sum ex Bal. Iac. Butr. Bar. Paul. de Castr. & Mascar. supra num. 83. ampl. 5.

1084 RESTRINGE istam fallentiam, vt procedat quoad actionem contra ipsum recognoscentem, sed non quo ad præiudicium tertij.

1085 AMPLIA III. vt procedat etiam si esset recognita ab eomet, qui illam scripsit; quia licet stetur eius dictio quoad recognitionem scripturæ, vt ex Glos. Paul. de Castr. Bar. Alex. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 934. tamen non statur quoad contenta in ea, quia in effectu eius scriptura non potest plus valere, quàm valeret simplex eius depositio per ea,

quæ

quæ ex Anch.Rot.diuerf. Bar.& Abb. retuli, & fequutus fum fupra num.1072.

1086 EXTENDE iftam tertiam ampliationem, vt procedat etiam fi in eiufmodi apocha recognita effet annotata præfentia trium teftium inftar inftrumenti publici fine eorum fubfcriptione, qui teftarentur illam fcripturam fuiffe fcriptam à dicto tertio de commiffione,& voluntate partium,feque recognofcere illam, quia fuerunt præfentes, & viderunt, illam fcribi, & quando partes mandarunt tertio, vt illam fcriberet; quia adhuc non probat;& fic intelligo Rom.conf.204. pro difcutienda. verf.poffumus tamen. dum ait, quòd fcriptura nec à partibus,nec à teftibus fubfcripta nullam probationem inducit,fiue fit confecta à mercatore,fiue ab alio.quem Romanum fic quoque intellexit Rip.in l.admonendi.fallen.4.fub num. 106. ibi. fed fi fit fcripta à tertio.ff.de iureiur.dicens, quòd mandatum partis de conficienda apocha à tertio debet effe enuntiatum in fubfcriptionibus teftiũ,feu in fcriptura fubfcripta à teftibus, alias,inquit,non erit apocha, quæ probat,fed erunt teftes,qui propterea erunt formiter examinandi de contentis in ipfa fcriptura.

Ratio huius ampliationis eft: quia adhoc vt apocha,recognita per teftes tantum, vel per folam comparationem,probet,requiritur fubfcriptio partiũ,& fubfcriptio teftiũ,vt ex Bar.Socc.Alex.Crauet.& Menoch.retuli,& fequutus fum fupra num.981. ampliat. 2. & fi deficiat fcriptura,feu fubfcriptio partis, & fit fcripta à tertio, & fubfcripta à teftibus, requiritur, quòd teftes deponant,fuiffe ab eo fcriptam de partiũ

1087 commiffione: † & ratio rationis eft, quia, quando apocha eft fcripta à tertio,& eft fubfcripta à partibus, aut faltem à teftibus, non fic facilè poteft committi falfitas,ficut poteft committi, deficiente fubfcriptione partiũ,& teftiũ:nã, vt ex Salyc.in l. cõparationes. num.5.in fine.C.de fid.inftrum.confiderauit etiã Affl. decif.181.in quodam proceffu.fub num.6.verf.& fubdebam.facilius contrafit fcriptura vnius, quàm fcripturã,vbi funt plures fubfcriptiones:quare, cum in cafu iftius 3.ampliationis,& etiã in cafu fecundæ facilè is,qui apochã fcripfit, poffet à parte corruptus fcribere aliam apocham, & addere ;vel diminuere à prima,non erit fufficienter probatum, quòd fit illa fcriptura in indiuiduo:aliud enim eft conftare, fcripturam effe fcriptam de manu talis;& ad hoc fufficit atteftatio fcriptoris, vt ex Paul.de Caftr.Bar. Alex.Lanfran.de Ariand.& Moder.retuli, & fequutus fum fupra nu.934.& aliud eft conftare,quòd fit illa eadem, quæ fuit confecta inter talem,& talem;& ad hoc non fufficit ipfius fcriptoris atteftatio, nec teftium recognofcentium effe illam fcripturam: quia & fi ipfi recordari poffent,quòd fuerunt pręfentes, tamen difficilè effet,quòd recordarẽtur de toto tenore apochæ, ficut confiderauit etiam Corn.conf.58.in hac confultatione.fub num.2.ibi.nam licet teftis viderit.lib.3.& de facili poffent decipi in recognitione ipfius fcripturæ iuxta ea, quæ retuli, & fequutus fum fupra num. 946.ibi. &, quòd circa.vnde fequitur,quòd eiufmodi apocha remanet fufpecta;& ita teneo, quicquid in contrarium tenuerit doctiffimus Iaf.in l. admonendi. fub num.85.paulò ante finem.in 2.repetit.ff. de iureiur.dicens contra Bar. quòd fi tres teftes deponunt, quòd fuerunt præfentes, & viderunt, vel audierunt partes mandãtes tertio,quòd fcriberet illã apocham, & quòd is eam fcripfit,præfentibus partibus, & ipfis teftibus, & quòd de hoc benè recordantur, & recognofcunt ipfam apocham: tenet, inquam,ifto cafu, quòd plenè probent, abfquè alio adminiculo comparationis literarum, prout latius hanc eius opinionem retuli infra num. 1141. verf. contra iftam fecundam. & nu. 1143.

1088 Neque huic rationi obftat,fi dicatur,quòd ifta facilitas committendi falfitatem æquè confiderari poteft in inftrumẽto publico, ficut in fcriptura priuata, adducendo, quòd non ob aliam caufam folent quandoquè rogari duo, aut plures notarij fimul de eodem inftrumento iuxta ea, quæ fcripfi fupra num. 551.

1089 verf.exemplifica fecundo. † & tamen in inftrumento non eft neceffaria fubfcriptio teftium de iure communi,argumento textus in Auth.de inftrum.caut. & fid.§. fed & fi inftrumenta. collat. 6. & fcripferunt Glof.in Auth. de hæred. & falc.in §. fi vero abfunt. in verbo.quantum ad hoc.Paul.de Caftr.in l.contractus. num.6.C.de fid.inftrum.Abb.in cap. 1.fub num.3. ibi. nono teftes. de fid. inftrum. Alex. in l. iurifgentium. §. quod ferè. ff. de pact. & Affl. in conftitutione inftrumentorum.nu.1.lib.1.& fic feruatur de confuetudine.

Quia refpondeo,id effe in inftrumentis tùm quia notarius,qui ea conficit,fufcepit iuramentum initio notariatus,vt dixi fupra num. 1076.tùm quia de inftrumento folent fieri faltem duæ fcripturæ iuxta ea, quæ fcripfi fupra, num. 585. ampliatione vltima. & in eo apponuntur multæ folemnitates, & confequenter periculum committendæ falfitatis videtur ceffare, aut faltem non imminere, ficut imminet in fcriptu-

1090 ra priuata:† Addo,quòd grauius puniretur notarius, quàm alia perfona priuata, quia notarius ratione fufcepti officij cum iuramẽto debet magis cauere à falfitate;quæ grauior pœna magis arcet delictum iuxta ea, quæ, loquendo in apodiffa, fcribunt Bar.in l.admonendi. fub num.25.verfus finem.ibi.nam non de facili.ff.de iureiur.& Abb.in cap.2.fub.num.2. ibi.fed reperio eundem. de fid. inftr. & iuxta illud. *oderunt peccare mali formidine pana.*

1091 DECLARA iftam extenfionem,pofitam fupra. nu. 1086.vt licet eiufmodi recognitio non inducat plenam probationem in apocha,tamen inducit maiorem probationem,quàm femiplenam, quia fola recognitio teftium inducit femiplenam, vt dixi infra num. 1140. ampl.2.& deinde habemus depofitionem fcriptoris.

1092 AVGE eandem extenfionem, vt procedat etiam fi teftes deponerent de veritate obligationis,& contentorum in apocha,feu de integro tenore apochæ; afferendo,quòd ipfi recognofcunt manum illius,quia fuerunt præfentes quando fuit fcripta,& quia,prout in ea legitur, & dicitur, fuit tractatum, & conuentum inter partes in ea mentionatas: nam adhuc apocha non probaret.

1093 DECLARA iftam auctionem,vt licet non probet apocha, tamen probat depofitio iftorum teftium, ficut bene aduertit ante nos Moder. à nobis poftea vifus tract.de proceff.execut. par. 3.cap.1.num.133. in fine:fed quando teftes dicantur deponere de veritate,& de contentis in fcriptura,& quando de fcriptura; vide omnino Socc.conf.274.in caufa dominæ lifæ. fub num.2.verf.circa primum.lib.2.

Ratio huius declarationis eft, quia vitiato, annullatoque inftrumento,non vitiatur,annullaturque contractus;fi modo de eò alias appareat Tiraqu. qui alios citat,de retraict. lignag. §.2.glof. 1. num. 2. verf. & vt magis.fol.192.& faciunt quæ fcripfi fupra cap. 5. fub. num.163.verf.corroboratur fecundo.vbi dixi,quòd licet fit renuntiatum inftrumento; tamen poteft peti debitum contentum in inftrumento, probandum aliter,quàm per inftrumentum.

1094 INFERO eft ifta auctione fic declarata quatuor conclufiones.

Prima conclufio eft:quòd ftatutum difponens,quòd apochæ,recognitæ, habeant executione paratam, vt difponũt ftatuta Vrbis lib.1.cap.183.de executione apocharũ.& fimiliter confuetudo,quæ admittit,vt apocha cum obligatione in forma Cameræ habeat executionem paratã, non habent locum in cafu dictæ auctionis,pofitæ fupra num.1092. & 1093. quia non eft apocha, quæ probat, fed eft depofitio teftium, & confequenter effet procedendum, ac fi non adeffet apocha.

1095 Secunda conclufio eft: quòd propterea contra iftos teftes poffet opponi; ficut contra alios non inftrumentarios.

1096 Tertia erit conclufio: quòd ifto cafu non funt neceffarij tres teftes, fed fufficiunt duo, vt videtur fentire Bar. in l.fcripturas.fub num.4.C.qui pot. in pign. habean.dum ait,quòd teftes, qui fe fubfcribunt in iftis fcripturis priuatis,non deponunt de veritate rei, vtrũ fuerit verũ id, quod in fcriptura deductum eft, quia, inquit,

inquit, sufficerent duo testes, sed deponunt &c. & apertius Fely.in cap.2.num. 4. vers. tertia declaratio. & ibidem Abb.sub num.2.ibi. nam si deponerent. & ibi.mihi tamen hoc dictum non placet.de fid.instrum. dicens, quòd si testes deponerent de contractu, hoc est, de contentis in scriptura, sufficerent duo, & sine comparatione literarum. Crauet.tract.de antiq.temp. rub.reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam.nu. 59.in fine.vers.nono quæro.fol.134.& Mascar. tract. de probat.conclus.1294.scripturam priuatam.sub nu. 28. lib. 3.

1097 Quarta conclusio est, quòd isto casu creditor anterior præferretur in hypotheca creditori posteriori, habenti publicum instrumentum iuxta ea, quæ scribunt Bal.cons.198.ad intelligentiam. sub num.5.vers. item in causis.lib.1. Socc. cons.274. in causæ dominæ lisæ. num.2.vers.circa primum.lib.2.Gail.in pract.obseru. lib.2.obseru.25.sub num. 10. & Gabr.in conclus.lib.1. tit.de probat.conclus. 10.num.9. vers. primo limita. quia licet apocha priuata, & recognita non probet in hypotheca contra instrumentum publicum, nisi sit trino teste subscripta iuxta ea, quæ scripsi infra num. 1124.vers. declara 2.tamen testes probant, vt dixi.

Ratio istarum conclusionum est, quia testes, sic recognoscentes apocham, & deponētes, probant plenè, & perfectè absque apocha: sed apocha sine eiusmodi recognitione, & depositione non probat: ergo depositioni testium, & non apochæ est attribuenda, & referenda probatio; † quia quod magis præualet est attendendum, & ab eo sumenda est denominatio l.quæritur.ff.de stat.homin. & ibi Bar. quare hermaphrodito nomen masculi imponendum esse, si eius sexus magis in virilem præualeat, & nomen fœminæ, si magis in fœmineum, scripserunt Bal.& Ang.quos refert, & sequitur Gig.tract.de crim.les.maiest.lib.3. q. 16. num. 3.fol.77.

1098

Nec dicatur, quòd etiam apocha, scripta, seu subscripta à parte, non probat sine recognitione, & tamen recognita dicitur ipsa probare, eique attribuitur virtus,

Quia resp. quòd in eiusmodi recognitione non est necessarium, quòd probetur tenor, & substantia contentorum in apocha, sed solum, quòd recognoscatur litera apochæ, & ideo apochæ attribuitur virtus probatiua, quod non est in casu præcedenti.

ARTICVLVS. II.

1099 Secundus articulus est: quando in ista apocha, scripta manu tertij, se subscripserunt tres testes, cum attestatione, quòd fuerunt præsentes confessioni ipsius apochæ: & in isto articulo concludo, quòd eiusmodi apocha probat, quamuis scripta sit à tertia persona, & careat subscriptione partis, seu partium secundum Glos. in cap. 2. in verbo. authentica. de fid. instrum. dum asserit, quòd instrumenta priuata à quocunque scripta, dummodo partium, vel testium subscriptione fulcita sint, obtinent robur firmitatis in actione personali; hancque eādem conclusionem, sequendo Glos.citatam, posuit Modern.tract.de process. execut.par.3.cap.1.fallen.5. num. 134.

1100 EXTENDE I. istam conclusionem, vt habeat locum non solum in actione personali, sed etiam in actione reali exercenda contra partem, de cuius commissione apparet fuisse scriptam apocham.

1101 EXTENDE II. vt procedat etiam contra tertium, habentem publicum instrumentum, quamuis Glos. in d.cap.2.videatur sentire contrarium, dicēs, quòd probat in actione personali, sed non in actione reali contra publicum instrumentum.

Nam Glossæ respondeo, quòd non magis contra extensionem, quàm pro extensione potest allegari; cum postea dicat, quòd instrumentum publicum præponitur priuato; nisi priuatum habeat subscriptionem trium testium; &, dum videtur loqui contra istam extensionem, potest intelligi, vt loquatur, quando testes essent solum duo.

1102 DECLARA limitando præfatam conclusionem, vt sit vera, dummodo testes in eorum subscriptione testētur etiam, apocham illam fuisse scriptam, & subscriptam de voluntate partium, quæ sic mandarunt, prout, saluando Glos. supra citatam, scribit Rom. cons.204.pro discutienda.sub num. 2. vers.possumus. quem refert, & sequitur Fely.d.cap.2. vers.sexta declaratio.sub num.6.de fid.instrum. & ex Fely. Rip. in l.admonendi.fallen. 3.sub num.105.in fine.ff.de iureiur.dicens sibi videri rationabile.& quòd Host.Io.Andr.& Io. de Imol. ita intelligant illam Glos.refert, & sequitur Socc. cons. 274. in causa dominæ lisæ. num. 5. versus finem. ibi. secundo confirmatur. lib. 2. hanc eandem conclusionem sic declaratam refert, & videtur sequi ex eod. Rom. in l. admonendi. Affl. decis.104.dubium contingit.sub num. 2. nam sine ista attestatione apocha adhuc non probaret secundum Fely.vbi supra, citantem Imol. latè declarantem in eodem cap. 2. & Rom. in l. admonendi.col.15.ff. de iureiur. & in terminis huius declarationis loquitur etiam Moder.d.par.3.cap.1. num. 134. dicens, quòd ista apocha sic recognita facit plenam fidem, quamuis non sit subscripta à partibus, dummodo sit subscripta à testibus, testantibus fuisse scriptam de commissione partium, &, quòd debeant deponere, quòd ille tertius scripsit de voluntate partium, aduertit etiam Crauet.tract. de antiqu.temp. rub. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. q. 9. num. 59. fol.134.

Ratio huius declarationis est, quia, vt dicit Rom. d.cons.204. num. 2. in fine, & ex eo in l.admonendi. refert, & videtur sequi Affl. vbi supra num. 3. paria sunt, apparere apocham esse scriptam à tertio de voluntate partium per ipsarū partium subscriptionem, vel per testium depositione in eorum subscriptione, quicquid in contrarium sentiat doctissimus Crauet. tract.de antiqu. temp. rub. reuocare consilium. in verbo.quæritur etiam. sub num. 77.& 78.fol. 134.dicens, se putare hoc non esse verum, quando scriptura facta à tertio caret subscriptione partium; nam dico contra Crauet.quòd, si adesset subscriptio partium, frustra daretur ista declaratio.

1103 EXTENDE istam declarationem, vt procedat etiā si testes hoc non testarentur in eorum subscriptione, dummodo ille tertius scripsisset in apocha, quòd ipse rogatus, seu de mandato talis, & cum eius præsentia, & voluntate, & etiam in præsentia testium infrascriptorum, & subscriptorum scripsit &c. quia isto casu testes, asserendo in eorum subscriptione quòd fuerunt præsentes confessioni ipsius apochæ, videtur asserere omnia, in apocha contenta; & ita videmus in praxi.

1104 Et licet textus. in l. scripturas. C, qui pot.in pign. habean.videatur pro forma requirere subscriptionem partium, vt dicit Rom. d. cons. 204. sub num. 2. & videtur apertè sentire Socc. cons. 15. visis prædictis.vers. ad quintum.num.49. in fine. & num. 50. lib. 1.dicens, tunc esse necessariam subscriptionem contrahentium, quando fit scriptura priuata super contractu de manu tertij. & Crauet. de antiqu.temp.rub. reuocare consilium. in verbo.quæritur etiam. nu. 42. & sub num.43.fol.133. dum ait, subscriptionem partium non videri necessariam, nisi, quando scriptura esset facta manu alterius.

Tamen istis potest responderi, quòd eorum dictum procedit, quando non probaretur, quòd fuerit scripta à tertio de commissione partium, quia tunc, si sit scripta à tertio, requiritur subscriptio partis ad effectum, vt videatur fuisse scripta totaliter à parte.

1105 DECLARA II. ex opinione Ripæ in l. admonendi.fallen.3.num.105.ff.de iureiur.& Moderni in tract. de process. execut. par. 3. cap. 1. num. 135. vt non sit vera, nisi vltra depositionem testium subscriptorum accedat etiam adminiculum comparationis literarum eius, qui scripsit apocham: quare secundum eos in apocha scripta manu tertij requiruntur duo copulatiue: primum quòd sit subscripta à testibus recognoscētibus scripturā & subscriptiones, attestantibusquè fuisse scriptam de partium commissione, vt dixi supra in prima declaratione: secundum, quòd

quòd recognoſcatur ſcriptura iſtius tertij per com-
1106 parationem literarum; * hæcque ſecunda declaratio ſatis videtur colligi ex his, quæ ſcribunt Bar. in l. nuda ratio. ſub num. 6. ibi. ſi verò non habet ſcripturam. ff. de donat. & in auth. at ſi contractus. ſub num. 8. verſ. item non facit fidem plenam. C. de fid. inſtrum. & apertius in l. ſcripturas. ſub num. 6. ibi. ſi verò talis ſcriptura. C. qui pot. in pign. habeam. dum ait, quòd, ſi apocha negetur à parte, & habeat ſubſcriptionem trium teſtium, qui eam recognoſcant, probabit, coadiuuante tamen comparatione literarum. Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. num.5. ibi. tertius caſus. & in fine. ibi. ſecundo principaliter. & num. 6. lib. 2. dicens, quòd ad hoc, vt ex ſola teſtium atteſtatione ſine comparatione ſcriptura plenè probet, eſt neceſſe, quòd ſcriptura ſit ab ambabus partibus ſubſcripta vltra trium teſtium ſubſcriptionem, alias &c. clarè Calcan.conſ. 29. & prius per me. col. fin. num. . . . quem citat Crauet. in dicto verbo.quæritur etiam. ſub num. 54. fol.133. dicens, quòd, ſi ſcriptura habeat ſolam ſubſcriptionem teſtium, ſunt neceſſaria duo copulatiue; recognitio teſtium, & comparatio literarum; & ita tenet etiam ipſe Crauet. ibidem ſub num. 58. verſus finem. ibi. rurſus intellige. dicens, quòd ſola recognitio omnium trium teſtium ſubſcriptorum non ſufficeret contra debitorem, aut habentes cauſam ab eo, niſi concurrat comparatio literarum, quando non interuenit ſubſcriptio ambarum partium num. 63. & 78. fol. 134. & ſic videtur tenuiſſe Galleſ. ad form. cam. oblig. par. 3. de præambulis ipſius proceſſus. num. 11. fol. 358. ibi. & ſi approbatur per teſtes. &, quòd ita teneat Bar. in locis citis,aduertit etiã Crauet.vbi ſupra ſub nu.55. fol. 133. &, quòd ſic Bar. teneat communiter, teſtatur etiam Abb. in cap.2. num.4. verſ. tertius caſus. de fid.inſtr.

1107 Hæc declaratio meo iudicio non eſt vera etiam ſi eam Doctores omnes communi conſenſu reciperent: quare concluſio ſecundi articuli, poſita ſupra num. 1099. procedit ſine iſta ſecunda declaratione.

Ratio,quare non ſit vera,eſt, quia paria ſunt, ſcribi à parte, ſeu ſcribi ab alio de voluntate partis, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 1102. verſ. ratio huius.

Sed ſi teſtes ſubſcripti recognoſcant ſcripturam partis, probatio eſt plena ſine alia comparatione literarum: ergo idẽ dicendum eſt; quando recognoſcunt ſcripturam, ſcriptam de voluntate partis; quia ſicut non requiritur comparatio literarum in ſcriptura partis,ita neque in ſcriptura tertij, qui ſcripſit de voluntate partis.

1108 Non obſtant adducta ex Bar. & eius ſequacibus: quia reſp. quòd illa poſſunt procedere in recognitione apochæ, quæ licet foret ſcripta à parte, contra quam facit, ſeu ab alio tertio, tamen in ea non legeretur quòd pars, vel quis alius ſcripſerit;quo caſu mirum non eſt, quòd requiratur etiam comparatio literarum, quia eſt defectiua in exordio, cum non habeat atteſtationem, à quo fuerit ſcripta: & ex hac ſolutione nota obiter caſum, in qua requiritur recognitio ſcripturæ per teſtes, & per comparationem literarum.

Comprobatur iſta ſolutio; quia ſi in caſu, in quo ex tenore apochæ legeretur, quòd pars eam ſcripſit, diceremus requiri adhuc comparationem literarum vltra teſtium depoſitionem; ſequeretur, quòd ſcribere apocham ſine ſubſcriptione non operaretur idem, quod ſubſcribere; quod eſt falſum per ea, quæ ex Paul. de Caſtr. Alex. & Felyn. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 546. ibi. ſecunda quia. & ex Bar. Bal. & alijs num. 555. Probatur ſequela; quia in caſu, in quo apocha eſt ſcripta à parte ſine ſubſcriptione, & eſt ſubſubſcripta à teſtibus, requirerentur recognitio, & comparatio literarum; & in caſu,quo apocha eſt ſubſcripta à parte, & à teſtibus ſufficeret ſola recognitio, vel ſola comparatio literarum, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1153.limit.2.Item ſi in caſu, quo legeretur quis tertius eam ſcripſiſſet, diceremus requiri comparationem cum alijs ſcripturis, ſcriptis ab illo tertio, malè videremur omittere recognitionem faciendam per ipſummet, qui ſcripſit, cum ſit certior iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num.934.verſ. capio ſecundum, & num. 1033. verſ. reſp. regulam. & ideo ab ea inchoandum: nec enim Bar. & alij ſupponunt, illum eſſe mortuum,ſeu aliter abſentem ita, vt non poſſit examinari: item, ſi doctores iſti intelligerentur de comparatione in ſubſcriptionibus ipſorum teſtium, malè loquerentur; quia non requiritur comparatio, ſtante recognitione per viuam vocem iuxta ea, quæ ex Bal. Paul. de Caſtr. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1034. verſ.confirmatur.

1109 PRAESVPPOSITA tamen dicta ſecunda declaratione pro vera.

RESTRINGE eam, vt non procedat quando pars, contra quam eſt ſcripta apocha, non negaret illam eſſe manum illius, qui dicitur eam ſcripſiſſe; ſed negaret ſolum contenta in ea: quia iſto caſu probaret, ſtante recognitione teſtium, ſine alia comparatione, vt ſcribit Crauet. dicto tract. de antiq.temp. rub.reuocare cõſilium. in verbo.quæritur etiam.verſ. decimoſexto quæro.num.80.& 81.fol.134.

ARTICVLVS III.

1110 Tertius articulus eſt: quando apocha eſt ſubſcripta à partibus, ſeu ab ea parte, contra quam facit illa apocha: & in iſto articulo diſtinguo duos caſus principales.

Primus eſt, quando pars negat apocham, & ſuam ſubſcriptionem, nec aliud præſupponimus; & in iſto vide regulam, ampliationes, & limitationes ad eam, quas firmaui infra num.1133.

1111 Secundus eſt, quando præſupponimus, apocham vel confeſſione partis, vel alio legitimo modo eſſe recognitam, vt puta per depoſitionem teſtium; & per comparationem literarum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.1031. verſ. capio ſeptimum. & infra num. 1140.& 1150. declar. 2. & in iſto concludo, quòd probat contra ſubſcribentem, quamuis careret teſtium ſubſcriptione. l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. habean. & notat Gl. in cap. 2. in verbo.authentica.de fid.inſtr.

Confirmatur iſta concluſio: quia ſubſcriptio trahit ad ſe totam ſcripturam, cum paria ſint ſcribere totam ſcripturam manu propria, vel alterius manu ſcriptam ſubſcribere, vt latè ex Paul. de Caſtr. Alex. Fely. Addition. ad Abb. & ex alijs retuli, & ſequutus ſum, loquendo de ſubſcriptione notarij in inſtrumento ſupra num. 546. ibi. ſecunda quia. & num.555. verſ. confirmatur. & num.571.in 3.ampl.

Sed apocha, ſcripta a parte, probat contra ipſam partem, quæ ſcripſit, dummodo ſit recognita, & ita procedunt, quæ ſcribunt Doctores, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra num.70. verſ. in primo.

1112 EXTENDE iſtam concluſionem, vt habeat locum contra ſubſcribentem non ſolum in actione perſonali, ſicut loquuntur Bal. in l. ſcripturas. ſub num. 4. verſ. quid ſit dictum priuatum. verſus finem. ibi. perſonalis quæ non competit. C. qui pot. in pign. habean. & apertius in conſ. 149. proponitur quod. ſub num.3. ibi. item non dico. & conſ.198. ad intelligentiam. num. 1. lib. 1. quod eſt duplicatum in conſ. 453. lib.5. & Gabr. in concluſ. lib. 1. tit. de probat. concl.9. num.1. & habetur in d. l.ſcripturas, ſed etiam in actione reali; quia etiam in actione reali probat contra ſubſcribentem, ſicut poſt Odofr. ſentit Bal. in hypothecaria in dicta l. ſcripturas. ſub num. 4. verſus finem. ibi. idem in hypothecaria: nam contra ſubſcribentem probat in omnibus, & per omnia præterquam in præiudicium tertij.

1113 AMPLIA I. iſtam extenſionem,vt ſicut habet lo-

 cum

cum in actione reali contra subscribentem, ita etiam habeat locum contra eius hæredem, vt ex Cyn. Alber. Io. Fab. & Fulg. refert, & sequitur Gabr. d. concl. 9. nu. 2. vers. primo amplia.

1114 AMPLIA II. vt eiusmodi apocha, seu scriptura priuata noceat etiam fisco, quando bona debitoris veniunt publicanda, si credimus Baldo cons. 198. ad intelligentiam. sub num. 4. versus finem ibi. vnde dicit. lib. 1. & cons. 453. num. 2. in fine. lib. 5. vbi est duplicatum, & eidem Gabr. d. conclus. 9. num. 3. citantibus Iacob. Butr. in d. l. scripturas. in fine. vers. & idem vidi. nam ego hic nihil firmo.

1115 DECLARA I. restringendo præfatam conclusionem, vt apocha, concernens vtriusque partis præiudicium, & subscripta ab vna parte tantum, non probet, Rom. cons. 204. pro discutienda. num. 1. in fine. ibi. mihi vero. Imol. in cap. 2. & ibidem Fely. vers. nona declaratio. num. 8. de fid. instrum. dum scribunt, quòd si apocha cõcernat præiudicium vtriusquè partis, vtriusq; partis etiã requiritur subscriptio. & in his terminis procedit l. scripturas. C. qui pot in pign. habean.

1116 EXTENDE istam declarationem, vt procedat etiam respectu partis, quæ se subscripsit, quia neque contra eam probabit: & ratio est duplex.

Prima ratio est, quia illa apocha requirit vtriusque partis subscriptionem pro vnica forma iuxta textum

1117 in d. l. scripturas, † & omissio formæ etiam in qualibet minima parte, seu qualitate reddit actum, & processum nullum secundum Ant. de Butr. in cap. vltimo. not. 7. num. 9. in fine. & ibidem Abb. vers. nota gesta. num. 5. de rest. spol. vbi ait, quòd gesta corruunt ex defectu formæ mandati non solum quando expressè fit contra mandatum, sed etiam quando ad plenum non impletur mandatum Dec. in cap. prudentiam. not. 4. num. 23. de offic. & potest. iud. deleg. Alphons. Hoied. tract. de bene fic. compatib. par. 2. cap. 1. num. 27. fol. 165. Troyl. Malu. tract. de canoniz. sanct. dub. 4. & vltimo sub num. 39. fol. 103, & latè Fely. in cap. cum dilecta. ampl. 1. ibi. & ideo dicit. num. 42. & seqq. de rescript. nam formæ nihil addi, vel detrahi potest, teste Bal. in l. vlt. vers. ex hoc elicitur. sub num. 4. C. de suis & legit. quem referunt, & sequuntur Dec. in d. cap. prudentiam. sub 4. not. num. 22. & Alph. Hoied. vbi supra, sed debet seruari ad vnguem, vt scribunt Bal. in l. ordo. vers. nota tamen. num. 8. C. de execut. rei iudic. Fely. in d. cap. cum dilecta. ampl. 10. num. 56. de rescript. & Troyl. Malu. d. dub. 4. sub num. 39. fol. 103. hæcquè maximè vera sunt in casu nostro: quia forma, quæ deficit, est substantialis, & non deficit in minima parte, sed in magna parte: etenim in apocha scripta à tertia persona sine subscriptione testium adeo, & præcisè est necessaria subscriptio partium, quarum interesse concernit, vt sine ea sit nulla, & nihil probet iuxta ea, quæ scripsi supra num. . . .

1118 Neque est considerandum, quòd apocha sit diuidua respectu essentiæ, quia nihilominus, cum sit indiuidua respectu formæ, vtile per inutile vitiatur, vt ex doctrina Baldi in l. græcè, §. illud. ff. de fideiuss. & mandat. refert, & sequitur Rom. cons. 66. viso eximie. sub num. 2. & ex Rom. refert, & sequitur Bou. tract. de statut. vrb. præscript. glos. 19. contra omnes debitores. num. 285. fol. 191. quam doctrinam ante eos firmauit etiam Bar. in eod. §. illud. sub num. 3.

1119 Secunda ratio est, quia etiam si bina subscriptio vtriusque partis posset considerari, vt duplex forma, tamen adhuc non probaret contra partem, quæ se subscripsit, nisi diceremus, quòd probaret etiam contra partem, quæ se non subscripsit; & ratio est, quia illa apocha habet in se correspectiuitatem ad

1120 vtramque partem, † ex qua correspectiuitate resultat connexitas, & ex connexitate resultant indiuiduitas, inseparabilitas, & vnitas, vt ex Menoch. Alber. Brun. & Iacob. Nouel. retuli, & sequutus sum supra num. 346. vers. prima ratio est, & stante ista indiuiduitate, non potest dici, quòd apocha probet contra subscribentem, & non contra non

1121 subscribentem: † & ratio rationis est; quia in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, vt scribunt Dyn. in cap. vtile. vers. alij dicunt. de reg. iur. in 6. Bar. in d. l. græcè. §. illud. vers. ad contraria. sub num. 3. ff. de fideiuss. Bal. in l. certi condictio. sub nu. 3. vers. decimus est, ff. si cert. pet. Rom. cons. 454. in præsenti. num. 12. versus finem. ibi. & huius ratio est. Vant. tract. null. rub. de nullit. ex defect. iurisdict.

1122 & c. sub num. 35. fol. 387. † Simoncel. tract. de decret. tit. 6. inspect. 5. num. 59. & 60. fol. 311. firmans, quòd decretum interpositum super alienatione partim ex causa falsa, & partim ex causa vera vitiatur in totum eò, quòd est indiuiduum.

1123 † Foller. tract. de contract. censuar. super pragm. Regis Alphonsi primi. vers. vt vides. num. 4. fol. 158. disputando, an contractus census, in quo sit promissum aliquid vltra debitum, annulletur in totum, vel in ea parte, in qua promissio excedit debitum. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. vers. secundo. num 5. vbi disputat, an locatio rerum ecclesiæ vltra triennium remanet valida pro triennio, vsquè ad quod permittebatur locatio: & firmat non remanere validam, sed esse nullam in toto: & idem firmat in emphyteosi vltra generationes permissas; & mouetur primo, quia in his, quę pendent à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, si actus non valet, vt fit, nec valebit, vt fieri potuisset: secundo, quia, cum agatur de vnica tantum locatione, & de vnica tantum emphytheosi non potest commodè fieri separatio. & faciunt quæ scripsi supra cap. 7. num. 706. vers. ad tertium.

1124 DECLARA II. vt quamuis esset subscripta ab vtraque parte, tamen non probaret contra tertium, seu alias personas Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum. vers. regulariter ergo. num. 5. Bar. in l. scripturas. vers. secundo no. nu. 4. & ibidem Bald. vers. quid sit dictum priuatum. sub num. 4. C. qui pot. in pign. habean. Ant. de Butr. in cap. 2. sub num. 4. vers. venio ad secundum. & ibidem Abb. num. 2. vers. circa primum. Fely. limit. 5. sub num. 12. ibi. item intellige quod dicta confessio. & Dec. num. 10. vers. secundo. de fid. instrum. Bal. cons. 198. ad intelligentiam. num. 4. lib. 1. & cons. 453. in fine principij. lib. 5. vbi est duplicatum. Anch. cons. 28. rationes inductæ. sub num. 4. vers. sed priuata scriptura. & ibidem Franc. de Ramponibus in subscriptione cons. 29. ego franc. num. 1. Paul. de Castr. cons. 134. in causa ser ludouici. sub num. 1. lib. 1. & in l. comparationes. sub num. 3. ibi. & iste est casus secundum verum intellectum. C. de fid. instrum. Socc. cons. 274. in causa dominæ lisæ. num. 1. lib. 2. Tiraqu. tract. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. sub num. 43. vers. nunc autem. fol. 454. in fine. & nu. 44. vers. quæ quidẽ. & nu. 45. vers. ex quibus. fol. 455. Couar. pract. qq. cap. 22. vers. hæc vero nu. 5. fol. mihi 515. Mascar. tract. de probat. conclus. 109. apocha. nu. 4. & 5. lib. 1. Modern. tract. de process. execut. par. 3. cap. 1. num. 115. Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseru. 25. sub num. 9. & latè Gabr. in concl. lib. 1. tit. de probat. conclus. 10. num. 1. & seq. & ita communiter omnes * in diuersis locis, concludentes prout tenet etiam Petr. de Bellapert. in d. l. comparationes. in principio. vers. pone aliquis, & num. 2. vers. nota secundo, quòd scriptura priuata, subscripta à parte, seu à partibus, & ab eadem, seu eisdem recognita, & confessata, non præiudicat creditori, habenti publicum instrumentum, in actione reali, quamuis data scripturæ priuatæ appareat anterior; quæ conclusio apertè probatur ex dicta l. scripturas. C. qui potior. in pign. habean.

Ratio secũdum Bar. Bal. aliosque supra citatos est, quia, si cõcluderetur aliter, posset debitor ad libitum fraudare primum creditorem, constituendo per suas literas priuatas alium anteriorem, quod esset absurdum, sicque apocha vti suspecta de antedatione non probat in præiudicium creditoris habentis hypothecam

the cam ex publico instrumento, teste Gabr. vbi supra. num.2.

1125 EXTENDE istam declarationem, vt habeat locum etiam quando ista scriptura priuata vltra subscriptionem partium haberet etiam subscriptionem vnius testis, cuius, & partium subscriptio probaretur etiam per comparationem literarum; quia adhuc non faceret semiplenam probationem contra tertium, teste Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de probat. conclus. 10. num. 8.

EXTENDE II. istam declarationem, vt procedat etiam si scriptura priuata esset facta à procuratore, qui haberet anterius publicum instrumentum mandati ad conficiendam illam scripturam, vt refert & sequitur Tiraq. de retraict. conuent. §. 1. glos. 7. sub num. 43. fol. 455.

1126 RESTRINGE I. eandem declarationem, vt non habeat locum, quando scriptuta priuata haberet etiam subscriptionem trium testium; quia tunc praeiudicaret etiam tertio, habenti publicum instrumentum posterius; sicquè in concursu habens scripturam priuatam cum data anteriori praeferretur in hypotheca habenti instrumentum publicum cum data posteriori, vt aperit idem textus in dicta l. scripturas. versus finem, & declarant ijdem Spec. Bar. Bal. Ant. de Butr. Abb. Petr. de Bellapert. & alij supra citati. & Glos. in dicto cap. 2. in verbo. authentica. num. 4. de fid. instrum. rursus Gabr. dicto tit. de probat. concl. 11. num. 1. & Moder. d. par. 3. cap. 1. num. 117. quia aequiparatur instrumento publico; vnde Glos. in d. l. scripturas. in verbo. ijsdem ydiochiris. C. qui pot. in pign. habean. Petr. de Bellapert. in dicta l. comparationes. sub num. 2. & Paul. de Castr. num. 3. in fine. C. de fid. instrum. ponunt hos duos versus.

Cautio priuata cum trino teste notata.
Hoc ius est nacta, quod cautio publicè facta.

& ratio est, quia isto casu cessat suspitio fraudis.

1127 EXTENDE istam restrictionem, vt procedat etiam si illi testes non examinentur; quia, stante recognitione scripturae, facta per partem, illa apocha praeiudicaret etiam tertio habenti publicum instrumentum posterius, vt scribit Paul. de Castr. in l. comparationes. num. 3. versus finem. C. de fid. instrum.

1128 RESTRINGE II. eandem declarationem, vt non habeat locum, quando ita constat de prioritate apochae per testes idoneos, vt cesset illa suspitio fraudis in antedatione; quia tunc, quamuis non habeat subscriptionem trium testium, tamen probat contra tertium, habentem publicum instrumentum, vt consuluit Bal. cons. 198. ad intelligentiam. num. 5. ibi. & ex hoc pono. lib. 1. quod est duplicatum in cons. 453. sub num. 4. & 5. lib. 5. quem refert, & sequitur Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de probat. conclus. 10. num. 11. ampl. 2. concludens, quòd scriptura priuata subscripta manu partium probaret etiam contra tertium, habentem publicum instrumentum, quando tres testes literati, & intelligentes recognoscerent eam, & assererent, se vidisse dictam scripturam antequàm conficeretur publicum instrumentum.

Verum ego concurro in restrictione, sed non in conclusione, quam deducit Gabr. quia eiusmodi recognitio per testes non subscriptos non est bona etiam si agatur contra principalem in apocha obligatum per ea, quae scripsi infra num. 1140. ampl. 2.

Ratio huius restrictionis est; quia l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. est fundata in praesumpta fraude in praeiudicium tertij circa tempus ipsius scripturae priuatae, quae praesumptio cessat vbi constat de veritate ad tradita per Bal. vbi supra.

Confirmatur ista restrictio; quia, si duo testes deponant de contentis in scriptura priuata, & sic de veritate negotij redacti in scripturam priuatam, probant etiam contra tertium habentem publicum instrumentum, vt ex Bal. Socc. Gabr. & Gail. retuli, & sequutus sum supra num. 1097. vers. quarta. ergo non est de forma, quòd testes sint subscripti, & quòd sint numero tres, quando potest aliter apparere de veritate rei.

1129 RESTRINGE III. vt non habeat locum, quando vnus testis deponeret de veritate negotij contenti in scriptura, & duo alij deponerent, se vidisse scribi cedulam, vel concurreret comparatio literarum secundum ea, quae scribit Corn. cons. 58. in hac consultatione. sub num. 1. ibi. ad probationem autem secundi. lib. 3. dicens, quòd si scriptura priuata, scripta manu partis, sit adiuuata adminiculo testium, videtur facere probationem semiplenam, & si alius testis deponat super facto principali, resultat alia semiplena probatio, quae duae semiplenae probationes coniunguntur ad faciendam plenam probationem secundum eundem Corn. vbi supra, qui etsi loquatur contra principalem, tamen censeo habere locum etiam contra tertium.

1130 RESTRINGE IIII. vt non procedat in casu magis dubio; quando vnus testis deponeret de veritate, & alius deponeret se vidisse scribi cedulam secundum Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de probat. concl. 10. nu. 12. ampl. 3. qui citat Corn. vbi supra. & Ruin. viden. cons. 46. num. 14. lib. 4. sed Corn. loquitur in terminis praecedentis secundae restrictionis.

1131 RESTRINGE V. in casu, quem habeo prae manibus, quando apocha priuata esset scripta manu tertij cum praesentia duorum testium, & subscriptione debitoris; quia; cum debitor recognoscat suam subscriptionem, & fateatur vera esse contenta in apocha, & vnus ex testibus, in quorum praesentia fuit scripta, deponat de veritate contentorum in apocha, & alius testis sit mortuus, & manus eius, qui scripsit apocham, recognoscatur, cum etiam ipse sit mortuus; sum in sententia, quòd probet plenè contra tertium habentem publicum instrumentum.

ARTICVLVS IIII.

1132 Quartus articulus est: quando apocha est scripta à parte, contra quam facit apocha; & in isto articulo distinguo duos casus.

PRIMVS est; quando illa pars acceptat, & confitetur, apocham illam esse scriptam sua manu: & isto casu concludo, apocham non egere alia recognitione, quia satis dicitur recognita per ea, quae scripsi supra num. 933. vers. capio. & num. 934. & probat, vt ex Spec. Bar. Vber. de Lampugn. Bal. Paul. de Castr. Lanfr. Crauet. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 71. vers. declara. & plenè probat, vt ex Alex. Paul. de Castr. Lanfr. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 77. vers. amplia. 2.

EXTENDE I. istam conclusionem, vt habeat locum etiam si careat subscriptione: quia satis est, quod sit scripta iuxta ea, quae scripsi infra num. 1155. vers. extende secundo.

EXTENDE II. vt habeat locum etiam si non sit scripta à parte, sed sit solum subscripta; & ratio est quia subscriptio trahit ad se totum effectum scripturae, vt dixi supra num. 546. ibi. secunda quia paria. & benè probatur ex l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab.

DECLARA tamen istam conclusionem, vt non propterea probet contra tertium habentem publicum instrumentum iuxta ea, quae scripsi supra nu. 1124. vers. declara 2.

1133 SECVNDVS casus est; quando pars negat illam apocham esse sua manu scriptam; vel illius successor negat, eam esse scriptam manu illius: & isto casu constituo regulam, quòd apocha non probat, & consequenter quòd frustra videretur agi de illius recognitione; & quòd non probet suadent textus in cap. 2. de fid. instrum. in l. instrumenta domestica. C. de probat. & in Auth. de instrum. caut. & fid. circa finem principij. §. si tamen quisquã. coll. 6. in illis primis verbis. *si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut aliter contrahens contentus sit scriptura*

sola eius, cum quo contrahit in ipso erit, vt sciat: quia in illius fide totum ipse suspendit: & quidem quantum ex scriptura non sufficiens videbitur fides, nisi &c. & notat Petr. de Bellapert. in l. comparationes. num. 4. vers. nota priuata. C. de fid. instrum. & sic dicebant domini de Consilio, vt refert Affl. decis. 181. in quodam processu. num. 3. vers. tertij dicebant. & ita dicunt communiter * omnes, quòd scriptura priuata non probat; & hanc pro regula supponit Rip. in l. admonendi. num. 96. vers. priuata scriptura. ff. de iureiur. & pro cōclusione regulariter vera constituit etiam Moder. tract. de processf. execut. par. 3. cap. 1. num. 87. & supponit Rot. diuers. decis. vlt. 813. in præsenti dubio. num. 1. par. 1. & decis. 77. quoniam pro parte. num. 1. & 2. par. 2.

1134 AMPLIA I. istam regulam, vt procedat etiam si examinarentur testes, qui deponerent se cognoscere, quòd illa apocha est scripta manu illius; quia habent notam eius manum: adhuc enim non probaret secundum Bar. in l. admonendi. sub num. 25. vers. pro declaratione. ibi. si verò approbatur. ff. de iureiur. in l. nuda ratio. num. 6. versus finem. ibi. si verò approbatur. ff. de donat. & in auth. at si contractus. num. 8. versus finem. ibi. item non facit. C. de fid. instrum. latè Paris. cons. 19. consideratis coniecturis. num. 44. ibi. & licet deponant. lib. 3. Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 114. vers. octauus. num. 22. & Moder. tract. de processf. execut. par. 3. cap. 1. sub num. 132.

Ratio prima est, quia, vt ex Bar. Abb. & alijs retuli, & sequutus sum supra num. 946. ibi. & quod circa. testes facilè possunt decipi in recognitione manus, seu literarum.

1135 Ratio secunda est, & est potius declaratio primæ; quia isti testes in effectu sunt testes de iudicio, & non de veritate, & testes ad hoc, vt probent, debent deponere per sensum corporis, & non per iudicium intellectus Corn. cons. 58. in hac consultatione. num. 1. in fine. ibi. sed certè hæc procedunt. lib. 3. quia deponendo per iudicium intellectus non concludunt Paris. vbi supra: quare requiritur, quòd testes, qui volunt recognoscere scripturam priuatam alicuius, deponant, se illam recognoscere, quia fuerunt præsentes ibi, quando ille scripsit, & viderunt illum scribere, vt habetur in Auth. de instrum. caut. & fid. §. si quis igitur vult cautè. coll. 6. & apertè dicunt Corn. dicto cons. 58. in hac consultatione. sub num. 1. lib. 3. qui latè prosequitur. Socc. cons. 274. in causa dominæ lisæ. sub num. 3. ibi. vnde bar. lib. 2. Alex. cons. 123. discussis hæsitationibus. nu. 5. ibi. quia in casibus. lib. 1. cons. 181. in causa & lite. sub nu. 3. ibi. & probatum est. lib. 2. cons. 76. ponderatis his. nu. 4. ibi. constat autē. lib. 3. cons. 80. viso processu. nu. 3. in fine, & nu. 4. lib. 4. Fely. in cap. 2. limit. 7. sub nu. 14. de fid. instrum. Affl. decis. 181. in quodam processu. num. 8. & 9. pulchrè Dec. cons. 615. visa inquisitione. sub num. 3. Paris. cons. 19. num. 43. vers. non obstat. in fine. lib. 3. & Rot. diuers. decis. 570. domini pro maiori parte. num. 1. par. 1. & decis. 527. quærebam an ex dictis. num. 2. & 3. par. 3. lib. 3. dicens esse certum de iure communi, quòd in recognitione apochæ priuatæ sunt necessarij testes, qui fuerint præsentes tempore, quo apocha fuit scripta. & ratio, quare eiusmodi recognitio sit efficacior, est; quia magis complectitur identitatem ipsius apochæ: & ex his habes quomodo fiat recognitio apochæ priuatæ per testes; sed aduerte, quòd ista recognitio adhuc non plenè probaret, si deficeret subscriptio eorum testium iuxta ea, quæ scripsi infra num. 1140. ampl. 2.

1136 EXTENDE istam ampliationem, dum diximus, quòd apocha sic recognita per testimonium de iudicio super cognitione manus, seu literæ non probat, vt sit vera non solum quoad plenam probationem, sed etiam quoad semiplenam; quia nec semiplenè probaret secundum ea, quæ scribunt Corn. dicto cons. 58. sub num. 2. ibi. tamen nullus dicit. lib. 3. dicens, quòd nullus dicit, quòd scriptura faciat semiplenam probationem, quando deponunt testes qui non fuerunt præsentes scripturæ, & Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 114. vers. octauus est casus. num. 22. scribens, quòd apocha sic recognita nihil probat.

Comprobatur ista extensio; quia nos sequimur illam opin. quòd scriptura priuata probat solum semiplenè; quamuis testes, qui illam recognoscunt, dicerent, se fuisse præsentes illi scripturæ quando fuit scripta iuxta declarationem, quam posui infra num. 1149. vers. declara nuuc. sed non est dubium, quòd maior est probatio testium, qui fuerunt præsentes: ergo si eorum depositio probat solum semiplenè; dicendum est, quòd probatio eorum, qui non fuerunt præsentes, non faciat tantam probationem.

1137 RESTRINGE istam extensionem, vt non sit vera quoad aliqualem probationem; quia eam facit, vt ex Bar. Alex. Ias. Mascar. Abb. Felyn. & Rol. à Val. retuli, & sequutus sum supra num. 1074. ibi. sed si supponamus.

1138 LIMITA I. eandem ampliationem, vt non habeat locum in Sacro Palatio, & in tota Curia Rom. quia contra iuris communis dispositionem de stylo, & vsu receptum est, vt testes plenè probent recognitionem scripturæ & manus, quamuis non fuerint præsentes, dum scriberetur, dummodo deponant, se recognoscere manum; quia est sibi valde nota, vt testatur Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. sub num. 8. ibi. nihilominus vsu. vbi huius styli verisimilem reddit rationem.

1139 LIMITA II. vt non habeat locum secundum statuta Vrbis lib. 1. cap. 84. de recognitione instrumentorum & apocharum. quæ disponunt, vt instrumenta, aliæque scripturæ publica manu scriptæ, aut subscriptæ dicantur sufficienter recognitæ per duos testes, qui recognouerint scripturam, & manum scribentis, licet non fuerint præsentes: & apochæ, seu aliæ scripturæ priuatæ per tres testes deponentes, vt supra, & ita seruatur hic in Vrbe.

Et ex his habes etiam modum recognitionis faciendæ hic in Vrbe.

1140 AMPLIA II. (loquendo de iure communi) eandem regulam, vt habeat locum etiam si testes deponerent, quòd ipsi recognoscunt manum, & literam; quia fuerunt præsentes illi apochæ, & viderunt eam scribi; quia adhuc non probarent plenè, nisi in eadem apocha adesset ipsorum testium subscriptio secundum Bar. in l. admonendi. sub num. 25. ibi. vel non habet sed testes interfuerunt. ff. de iureiur. in l. nuda ratio. sub num. 6. vers. de primo. ff. de donat. & in auth. at si contractus. num. 8. versus finem. C. de fid. instrum. qui in istis locis tenet, quòd si apocha non habeat subscriptiones testium, & approbetur testibus tantum, faciat semiplenam probationem, secus si approbetur etiam comparatione literarum; quia isto casu tenet, quòd probatio sit plena. & hanc opinionem sequuntur Paul. de Castr. in dicta l. admonendi. sub nnm. 42. ibi. idem si non esset subscripta. ff. de iureiur. & Saly. & Raph. quos citat, & sequitur Corn. cons. 58. in hac consultatione. num. 2. ibi. & licet videatur. lib. 3. eandem opinionem videtur tenuisse Bal. in auth. sed nouo iure. sub num. 3. ibi. si autem aduersarius. C. si cert. pet. quem refert, & sequitur Corn. cons. 169. licet in hac consultatione. sub num. 6. ibi. item bal. lib. 1. dicens, quòd si testes non possunt testari actum numerationis, sed possunt testari solum actum scribendi, non probat, nisi cum eorum depositione adijciatur etiam comparatio literarum. & hanc opinionem in effectu videntur sequi Dec. in cap. 2. vers. tertia conclusio. ibi. vide corn. sub num. 13. de fid. instrum. Crauet. tract. de antiq. temp. rub. reuocare consilium. in verbo. quæritur etiam. sub num. 55. & 56. sub q. 6. fol. 133. & Gabr. in conclus. lib. 1. tit. de probat. conclus. 9. sub num. 4. vers. contrarium. dum concludit, non satis esse, quòd testes dicant, se vidisse scribi cedulam, sed requiri, vt concurrat etiam compa-

comparatio literarum, quem poteris videre, quia cumulat alios. & de communi opinione, videlicet, quòd, concurrente comparatione literarũ, probet plenè, quamuis deficiat partium, & teſtium ſubſcriptio, teſtatur Rip. in dicta l. admonendi. fallen.4. nu.106. ff. de iureiur.

1141 Contra iſtam ſecundam ampliationem tenet Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. quem refert Corn. vbi ſupra, & tenent etiam Io. de Imo. in cap. 2. col. 3. de fid. inſtrum. & Iaſ. qui eos citat in ead. l. admonendi. in ſecunda repetitione. ſub num.85. verſ. circa primam. ibi. tu attende diligenter. & apertius ibi. item mirum videtur. & ſub num.86. ff. de iureiur. & videtur amplexus Felyn. in dicto cap. 2. verſ. ſeptimo limita. num. 14. de fid. inſtrum. dum contra Bar. adducit Imo. & Rom. & ratio ſecundum Iaſ. vbi ſupra eſt; quia teſtes recognoſcentes ſcripturam eò, quòd fuerint præſentes dum ſcriberetur, deponunt per ſenſum appropriatum tali actui, & conſequenter, vt ait, debent plenè probare abſque alio adminiculo comparationis literarum.

1142 Conciliatio iſtarum opinionum contrariarum, [& ſit tertia opinio] quæ colligitur ex ſcriptis per Bal. vbi ſupra. & Abb. in cap. 2. ſub nu. 2. ibi. & intellige quòd teſtes deponant. de fid. inſtrum. conſiderat duos caſus: primus eſt, quando teſtes deponunt, quòd recognoſcunt ſcripturam, quia fuerunt præſentes dictæ ſcripturæ: & iſto caſu procedit opinio Bartoli, & ſequacium, tenentium quòd apocha non probet plenè, niſi intercedat etiam comparatio literarum: ſecundus eſt, quando teſtes deponunt, quòd recognoſcunt ſcripturam, quia fuerunt præſentes dictæ ſcripturæ, & omnibus contentis in ea: & iſto caſu procedit opinio contraria, quòd apocha plenè probet, quamuis teſtes non ſint ſubſcripti: hæcque eadem tertia opinio, ſeu conciliatio colligitur ſecundum Iaſ. vbi ſupra ex Bar. in dicta auth. at ſi contractus. in ſecunda oppoſitione. & ante eum ex Iacob. de Butr.

1143 Contra hanc conciliationem inſurgit in effectu Iaſ. in dicta l. admonendi. ſub num. 85. verſ. circa primam. ibi. ſed iſta reſponſio. ff. de iureiur. dum confutat reſponſionem Baldi, & Abb. in locis citatis in hac tertia opinione, concludendo, ita eſſe tenendum per fundamenta à ſe adducta, & quia ll. allegatæ per Bar. non probant, teſtanſque poſtremo loco, hanc opinionem contra Bar. eſſe veram, & communem. *

1144 Quarta opinio eſt: quòd relinquatur arbitrio iudicis, vt ex Curt. Sen. in dicta l. admonendi. refert, & videtur ſequi Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 114. verſ. ſextus eſt caſus. num. 20. verſus finem.

1145 Quid dicendum? Reſp. ego etiam ſi vellem non poſſum recedere ab opinione Bartoli, & ſequacium, qui tenuerunt, quòd apocha non probet plenè, & cogor reprobare opinionem Iaſonis, & aliorum, tenentium contrarium; quia eius doctrinam iam reprobaui ſupra num.1087. ibi. & ita teneo.

Comprobatur iſta opinio Bartoli ex alia opinione eiuſdem Bartoli, & ſequacium, quos adduxi ſupra num.1105. & 1106. dum tenent, quòd apocha, ſcripta à tertio ſine ſubſcriptione partium, non probet ſine comparatione literarum, quamuis teſtes in ea ſubſcripti recognoſcerent manum, & teſtarentur fuiſſe ſcriptã de commiſſione partium: nam ſi non probat, quando adeſt ſubſcriptio ipſorum teſtium ſecundum Bar. & alios, quos ibi adduxi; quantò minus probabit, ſi teſtes non ſint ſubſcripti? quo argumento per oppoſitum vtitur Crauet. in dicto verbo. quæritur etiam. ſub q. 6. ſub num. 55. fol. 134. dum, referendo oppoſitam opinionem Iaſonis contra Bar. deducit ex ea argumentum in alio articulo; quando ſcilicet teſtes ſunt ſubſcripti, &, inquit, ſi inducitur plena probatio ex ſola depoſitione teſtium, qui fuerunt præſentes etiam non ſubſcripti, quantò fortius vbi teſtes ſunt ſubſcripti?

Hæcquè comprobatio eſſet inconuincibilis, ſi loqueretur, ſeu procederet in apocha ſubſcripta à partibus; & niſi etiam in apocha, ſcripta à tertio ſine ſubſcriptione partium, eſſet à nobis tentum contrarium ſupra num. 1107. verſ. hæc declaratio. & num. 1108. verſ. comprobatur. videlicet, quòd depoſitio teſtium ſubſcriptorum ſufficiat ſine comparatione literarum.

1146 Ratio, qua moueor ad tenendum vna cum Bar. iſtam ampliationem, poſitam ſupra num. 1140. videlicet, quòd non plenè probet, eſt, quia vbi à iure, vel vſu inuentus eſt certus modus, vti ſecurior alijs ad probandum, ſi alius non æquè ſecurus adhibeatur, probatio non erit plena; & ideo ſi teſtes in recognitione ſcripturæ deponant, ſe cognoſcere illam ſcripturam, quia habent notam manum, & literam, non probat plenè eò, quia ſecurior modus eſt, ſi ipſi fuerint præſentes, & viderint illam ſcribi iuxta ea, quæ ex Bar. Pariſ. Corn. Alex. Felyn. Affl. Dec. & Rot. diuerſ. retuli, & ſequutus ſum ſupra num.1134. verſ. amplia iſtam. & num. 1135. ſed ſic eſt, quòd recognitio ſcripturæ, facienda per teſtes, eſt ſecurior, ſi teſtes iam ſe ſubſcripſerint in ſcriptura, quando conficiebatur, & poſtea recognoſcant ſuam ſubſcriptionem: ergo, facta recognitione ſine eiuſmodi ſubſcriptione teſtium, probatio ipſius recognitionis non eſt

1147 plena: * quòd ſit ſecurior, quando teſtes fuerunt ſubſcripti, ſentiunt Bar. in auth. at ſi contractus. ſub nu. 8. & verſ. circa primum. ibi. nam propter. C. de fid. inſtrum. Abb. in cap. 2. verſ. quartus caſus. ſub num. 5. de fid. inſtrum. Socc. conſ. 274. in cauſa dominæ liſæ. ſub num. 5. verſ. circa ſecundum. lib. 2. & communiter * omnes, dum aiunt, quòd propter tot ſubſcriptiones non poteſt errari de facili. & comprobatur ex textu in l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. habean. vbi ſubſcriptio trium teſtium eſt reputata ſufficiens in ſcriptura priuata ad remouendas fraudes adeo, quòd probatio per ſcripturam priuatam, trino teſte munitam, æquiparatur probationi per inſtrumentum publicum non ſolum in actione perſonali, ſed etiam in actione reali, & hypotheca, vt ex Bar. Bal. Ant. de Butr. Abb. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num.1126. verſ. reſtringe eandem.

1148 Non obſtat ratio, in qua ſe fundauit Iaſ. dicens, quòd deponunt per ſenſum appropriatum.

Primo enim reſpondeo, hoc non ſatis eſſe quando deponunt ſuper re, in qua ſenſus poteſt veriſimiliter de facili errare, vt in caſu, de quo loquimur; quia tunc debet adhiberi modus, qui eſt ſecurior, vt ſcribit, & benè in propoſito comparationis Bal. in l. cõparationes. num. 16. verſ. ex his. in fine. C. de fid. inſtrum. dicens hoc amplius, quòd comparatio reputatur impoſſibilis de iure, quando poteſt haberi certitudo per viuam vocem.

Secundo reſpondeo, prout reſpondet, & bene Socc. dicto conſ.274. ſub num. 6. lib. 2. ad Io. de Imol. verum eſſe, quòd teſtes, qui fuerunt præſentes, non poſſunt decipi in hoc, quòd debitor, ſeu inquam pars non fecerit vnam ſcripturam, eis præſentibus; ſed, quia non ſunt informati de contentis in ſcriptura, dico vna cum Socc. quòd poſſunt decipi in ſimilitudine literarum, & poteſt eſſe alia ſcriptura diuerſi tenoris ab illa, quam ſcribi viderunt: nam exquò teſtificãtur de ſola ſcriptura poſſunt de facili decipi per ſimilitudinem literarum iuxta ea, quæ ex Bar. Abb. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 946. quia poteſt quis de facili literas alterius contrafacere, vt admonui etiam ſupra ſub num. 1087. vnde, quòd ſcriptura fuerit facta, teſtes non poſſunt decipi; quia de hoc deponunt ſenſu corporeo viſus non fallibili, ſed, quòd iſta ſit illa, benè poſſunt decipi, quia, vt dixi, poteſt eſſe alia contrafacta.

Minus obſtat, quòd idem Iaſ. teſtetur, opinionem contra Bar. eſſe communiorem.

Nam contra hanc Iaſonis atteſtationem ſcribit Crauet. de antiq. temp. rub. reuocare conſilium. in verbo. quæritur etiam. ſub num. 55. ibi. ego non video. ſol. 134. & in ſpecie ibidem ſub num. 56. aduertit, verum non eſſe, quòd Franc. de Aret. in conſ. 64. di-

64. diligenter & maturè. tenuerit contra Bar. ſicut male eum contra Bar. adducit Iaſ. &, quòd Franc. de Aret. ſequatur finaliter iſtam opinionem, ſcribit Dec. in cap. 2. ſub num. 13. verſus finem. de fid. inſtrum.

RETENTA ergo ampliatione.

EXTENDE eam contra tertiam opinionem, poſitam ſupra num. 1142. vt procedat etiam ſi teſtes deponerent vlterius, quòd fuerunt præſentes non ſolum ſcripturæ, ſed etiam contentis in ea, quia adhuc ſcriptura non probaret, ſed eſſet depoſitio teſtium, quæ probaret, vt declaraui ſupra num. 1092. 1093. verſ. ratio iſtarum. 1094. & 1097. ſicque confutatur illa conciliatio, ſumpta ex doctrina Baldi, & Abb.

1149 DECLARA nunc reſtringendo eandem ſecundam ampliationem, vt licet non probet plenè, tamen probat ſemiplenè, ſicut loquuntur Bar. & Corn. in ea citati, & dixi ſupra num. 976. & ſic intelligo Bar. citatum ſupra in hac ſecunda ampliatione, dum dicit, quòd, ſi approbetur teſtibus, facit ſemiplenam probationem: nam, inſpecta diuiſione, quam facit, venit intelligendus de teſtibus, qui fuerunt præſentes; ſicque teneo, quòd faciat ſemiplenam probationem, prout, teſtando de communi * opinione, ſcribit etiam Rip. in l. admonendi. fallen. 5. ſub num. 107. ff. de iureiur. & ab ea non recedas, quicquid in contrarium ſentiat Menoch. tract. de arbitr. iud. caſ. 114. verſ. ſextus eſt caſus. nu. 20. poſt Curt. Sen. quem citat, dicens relinqui arbitrio iudicis.

1150 DECLARA II. vt non procedat quando vltra hanc recognitionem teſtium, quæ facit ſemiplenam probationem, adiungeretur etiam recognitio manus ipſius partis per comparationem literarum, quia iſto caſu eſſent duæ ſemiplenæ probationes, quæ facerent vnam plenam, vt clarè ſentiunt Paul. de Caſtr. & Rip. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra. ſub num. 1140. & probatur apertè: nam teſtes, qui fuerunt præſentes, probant ſemiplenè, vt dixi ſupra ampl. 2. dicto num. 1140. & num. 976. verſ. ſi loquimur. & recognitio per comparationem literarum inducit aliam ſemiplenam probationem, vt dixi ſupra num. 999. verſ. capio ſextum.

Et ita teneas, quicquid ſentiat Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 114. ſub num. 19. dicens, relinqui arbitrio iudicis, an ſit plena probatio.

NOTA obiter ex hac ſecunda declaratione caſum, in quo requiritur approbatio per teſtes, & per comparationem literarum ad effectum, vt habeatur plena probatio.

1151 RESTRINGE iſtam declarationem, vt probet ſolum contra partem, in ea obligatam, ſed non contra tertium, habentem publicum inſtrumentum: quia remanet ſuſpitio in antedatione apochæ; quæ ſuſpitio ſicut non tollitur etiam ſi à parte eſſet confeſſata, ita & multò minus tollitur per recognitionem teſtium non ſubſcriptorum, niſi teſtes deponerent etiam de tempore, quo apocha fuit ſcripta.

1152 LIMITA I. nunc eandem regulam, quam firmaui ſupra num. 1133. verſ. ſecundus. vt non procedat quando apocha, quæ fertur ſcripta à parte, eſt ſubſcripta à tribus teſtibus, quia tunc, recognita manu ab ijſdem teſtibus, & per comparationem literarum, plenè probat ſecundum Bar. in l. admonendi. ſub num. 25. ibi. aut habet ſubſcriptionem teſtium tantum. ff. de iureiur. & in l. nuda ratio. ſub num. 6. ibi. ſi vero non habet. ff. de donat. dicens, quòd, ſi non habet ſubſcriptionem vtriuſque partis, facit plenam fidem, dummodo approbetur teſtibus, & comparatione literarum. & in auth. at ſi contractus. num. 8. in fine. C. de fid. inſtrum. & Galleſ. ad form. cam. oblig. par. 3. de præambulis ipſius proceſſus. num. 11. fol. 358. & de communi opinione teſtatur Rip. in dicta l. admonendi. fallen. 3. num. 105. ff. de iureiur. & faciunt quæ ſcripſi ſupra num. 1032. verſ. reſp. dum firmaui, quòd ſi ex recognitione per teſtes, & per comparationem literarum fiat duplex ſemiplena probatio, reſultat vna plena; & tenui clarè ſupra ampl. 2. num. 1140.

Confirmatur hæc limitatio ex extenſione, poſita infra num. 1155. vbi firmaui, quòd plenè probet etiam ſine comparatione literarum.

1153 LIMITA II. vt multò minus procedat, quando eſſet ſubſcripta non ſolum à teſtibus, ſed etiam ab ipſis partibus; quia tunc, facta recognitione ex ſola approbatione teſtium, facit plenam fidem, ſicut ſcribit Bar. in l. nuda ratio. ſub num. 6. ibi. aut quis negat. ff. de donat. & ſimiliter ex ſola comparatione, ſeu ſola approbatione, vt ſcribit idem in auth. at ſi contractus. ſub num. 8. ibi. aut negatur. C. de fid. inſtrum. & ſicut ego; loquendo de ſola comparatione literarum, quòd inducat plenam recognitionem; retuli, & ſequutus ſum ex Bar. Socc. & Crauet. ſupra num. 107. limit. 2. & loquendo de ſola approbatione teſtium, quòd inducat plenam recognitionē, retuli, & ſequutus ſum ex Bar. vbi ſupra, ex Socc. Alex. & alijs ſupra num. 981. ampl. 2.

1154 EXTENDE I. iſtam limitationem, vt procedat etiam ſi deficiat ſubſcriptio partis, ad cuius fauorem facta eſt apocha, puta creditoris; quia adhuc ſecundum noſtram opinionem, quàm firmaui ſupra num. 1009. verſ. contra. & num. 1011. recognitio per ſolam comparationem, vel per ſolam approbationem teſtium ſufficeret ad effectum, vt apocha plenè probaret.

1155 EXTENDE II. vt procedat etiam ſi neutra pars ſubſcripſerit, quia dummodo apocha ſit ſubſcripta à teſtibus, & ſcripta ab ea parte, contra quam facit, & ſit recognita ab eiſdem teſtibus ſubſcriptis, faciet plenam fidem.

Probatur iſta extenſio, quia tantum operatur ſcribere, quantum ſubſcribere, vt dixi ſupra in pluribus locis, de quibus remiſſiuè ſupra num. 1121. verſ. confirmatur.

Sed ſubſcriptio partis, contra quam facit apocha, ſufficit, & alterius partis non eſt neceſſaria iuxta ea, quæ ex Alex. & Lud. Rom. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1010. verſ. contra. & quæ contra Crauet. ſcripſi ſupra num. 1012. verſ. ad Crauet. Igitur.

Contra iſtam extenſionem ſentire videntur Bar. Socc. Calc. & Crauet. quos citaui ſupra num. 1106. declar. 2. dum tenent, eſſe neceſſariam ſubſcriptionem partium, & teſtium; ſi volumus, quòd ſola teſtium approbatio, vel comparatio ſufficiat.

Sed non recedas ab extenſione, quia opinio iſtorum poteſt procedere, quando non legeretur in apocha, quòd fuerit ſcripta à parte, prout latius reſpondidi ſupra num. 1108. verſ. non obſtant. vbi videas.

1156 SVBEXTENDE iſtam extenſionem, vt procedat etiamſi neque ſcripta, neque ſubſcripta ſit à parte, dummodo ſit ſcripta à tertio de commiſſione partis, & ita teſtentur teſtes, qui ſint ſubſcripti; quia adhuc plenè probabit, facta ſola recognitione per eos teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, ſicut ex Gloſ. Rom. Felyn. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1102. verſ. declara limitando.

1157 AMPLIA iſtas limitationes, & extenſiones, vt ſint veræ etiam contra tertium, habentem publicum inſtrumentum, quia apocha facta, & recognita, vt in dictis limitationibus, & extenſionibus, probabit plenè etiam contra tertium; & moueor, quia vis probationis apochæ contra tertium conſiſtit in remotione præſumptæ fraudis, quæ committi poſſet contra tertium anteriorem, & non conſiſtit in obſeruatione alicuius certæ formæ ſecundum ea, quæ ex Bal. Gabr. & Corn. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1128. & 1129. reſtrictione 2. & 3. vbi firmaui aliquos caſus, in quibus non apparet ſeruata diſpoſitio l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. habean. & & tamen, quia ceſſat in eis præſumptio fraudis, apocha probat etiam contra tertium.

Sed in caſibus prædictarum extenſionum ceſſat illa facilitas faciendi antedationem, & conſequenter fraudandi creditores anteriores; quia ſunt plures ſubſcriptiones, & ſcripturæ, quæ non de facili poſſunt cō

tra

traſieri, & non de facili tot perſonæ moriuntur. Igitur.&c.

ARTICVLVS V.

1158 Quintus articulus eſt: quando apocha eſt ſubſcripta à parte, ſeu partibus, & à teſtibus: vel eſt integrè ſcripta à parte, ſeu partibus, & eſt ſubſcripta à teſtibus.

Et in iſto articulo vide quæ ſcripſi ſupra in 3. articulo num.1110.& nu.1126.verſ. reſtringe 1. eandem. & in 4.articulo num.1132.& num.1152.& 1153.

ARTICVLVS VI.

1159 Sextus articulus eſt: quando apocha eſt munita ſigillo partium, ſeu partis, contra quam facit, ſed eſt ſine earum ſubſcriptione.

In iſto articulo loquar pauca; quia ero contentus in eo pauca videre vltra alphabeta & repertoria.

Concludo ergo, quòd ſigillum videtur habere vim ſubſcriptionis ſecundum Rom.conſ.303.hæc ſcriptura.num.2.& latius Crauet.viden.tract.de antiq.temp. rub.reuocare conſilium.in verbo.quæritur etiam. nu. 44.verſ.quæro quarto.fol.133.&, quòd vbi conſtat de veritate ſigilli idem operetur, quod ſubſcriptio, ſcribit etiã Menoch.tract. de arbitr.iud.lib.2.cent.2.caſ.

1160 113.num.10.† & ratio eſt, quia qui apponit ſigillum videtur approbare, & conſentire, vt ſcribit Dec. in cap.2.num. 31.& 64.de fid.inſtrum.& propterea, quæ dixi ſupra in 3.articulo num.1110.& ſeqq.ad eum, loquendo de apocha ſubſcripta, dico etiam in apocha

1161 ſigillata:† quæ tamen requirantur in ſigillo vide apud Abb. & alios infra citatos.

1162 LIMITA hanc concluſionem in caſu, quo ſubſcriptio requireretur pro forma; vide Crauet.in d.verbo. quæritur etiam.num 45.fol.133.& Dec.d.cap.2. in fine.num.65.& hæc breuiter dixiſſe ſufficiat: cætera enim pertinentia ad materiam ſigilli tàm in ſto caſu, quàm in alijs, quæ ſunt plura, vide apud Spec.tit. de probat.§.vlt.num.13.verſ.decimo per literas.& num. ſeqq.vſquè ad num.18.incluſiuè.Innoc.in d.cap.2.nu. 2.& ibidem Abb. num. 14.verſ.nunc venio ad ſecundum.& num.15.& ſeqq.de fid.inſtrum. Guid.Pap. deciſ.175.literæ.Craueti.conſ.46.de ſtylo ciuitatis.num. 6. Menoch. d. caſ. 113. per totum. Rot. diuerſ.deciſ. 535. per totam par.1.& latiſſimè Franc. Marc. deciſ. 990.num.4.& ſeqq.& deciſ. 991.992.993. & 994.

ARTICVLVS VII.

1163 Septimus, & vltimus articulus eſt: quando teſtes ſubſcripti ſunt mortui.

In iſto articulo diſtinguo duos caſus.

Primus eſt; quando apocha eſt ſcripta, ſeu ſubſcripta à parte, ſeu partibus, vt in quinto articulo, de quo ſupra num.1158.

Secundus eſt; quando eſt ſcripta à tertio ſine ſubſcriptione partium.

In I. caſu concludo ſatis eſſe, quòd recognoſcatur manus partis, ſeu partiũ per comparationẽ literarum, vt ex Bar.Socc.& Crauet.retuli; & ſequutus ſum ſupra num.1007.limit.2. nihil enim iſto caſu intereſt, quòd teſtes ſint mortui. Paul.de Caſtr.in l.admonendi. ſub num.42.ibi.ſed quando eſt ſubſcripta. ff. de iureiur.& conſ.134. in cauſa ſer.Ludouici. ſub num. 1. ibi. iſtud enim procedit.lib.1.quod ſenſiſſe arbitror etiam Socc.conſ.53.proſequendo ordinem.ſub num. 5. ibi. licet enim ſcriptura præfata.& conſ. 41. antequam ad quæſtionem. num. 9. verſus finem. ibi. non obſtat quintum argum.& num.10.lib.1.dum ſentit, quòd ſcriptura priuata non probet, mortuis teſtibus, & non facta comparatione. & apertius Crauet.qui ipſum declarat, tract.de antiq.temp.rub.reuocare conſilium.in verbo.quæritur etiam.ſub num.54.fol.134.& ſic idem Crauet.eſt intelligendus in conſ.158. viſis actis.num. 7.verſus finem, dum citando Paul.de Caſtr.in d.conſ. 134. ſcribit, quòd non requiritur alia recognitio teſtium ſubſcriptorum, ſi ſint mortui; licet loquatur nimis generaliter, & propterea male, dum dicit ſimpliciter, quòd mors teſtium habet vim recognitionis.

1164 IN II. caſu videtur concludendũ contrariũ, videlicet, non ſatis eſſe recognoſci per comparationem literarum manum tertij, qui ſcripſit; imò concludo, non ſatis eſſe etiam ſi recognoſceretur ab eo met viuo, qui ſcripſit; & ratio eſt, quia non magis creditur eius ſcripturæ, quàm crederetur eius voci viuæ iuxta ea, quæ ex Anch.Rot.diuerſ. Bar. & Abb. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 1072. ſed eius viuæ voci non crederetur, quia eſt vnicus iuxta ea, quæ ſcripſi ibidem num.1070.verſ.primus.& num.1071.Igitur.

1165 EXTENDE iſtam concluſionem, vt ſit vera etiam ſi ſubſcriptiones teſtium recognoſcerentur per comparationem literarum, quia adhuc apocha non probaret; & moueor, quia teſtes debent eſſe viui ſecundum opinionem Speculatoris in tit. de inſtrum.edit. §.nunc dicendum.ſub num.2.ibi.quinto dicitur publicum.& num.5.verſ.regulariter. ibi. ſi tamen teſtes. & apertius Corn. conſ. 169. licet in hac conſultatione. ſub num.6.lib. 1. ibi. *itaque ſi teſtes non viuunt, talis ſcriptura priuata non poteſt comparatione iuuari.* & Crauet.tract.de antiqu.temp.rub.reuocare conſilium. in verbo.quæritur etiam.ſub num.54.fol.133.

Comprobatur iſta extenſio, quia quando deficit ſubſcriptio partium requiruntur duo copulatiuè: primum quòd teſtes recognoſcãt ſuas ſubſcriptiones: ſecundũ quòd ſcriptura iuuetur comparatione literarum ſecundum Bar.Socc. Calcan. Crauet. Abb. & Moder. quos citaui ſupra num. 1106. ibi. hæcque declaratio. qui nullum faciunt verbum, quòd recognitio, facienda per teſtes ſubſcriptos, poſſit fieri per comparationem literarum; imò eo ipſo, quòd omnes teſtes ſubſcripti ſunt mortui, videtur ſuſpecta de falſo.

1166 Contraria opinio, quòd apocha, ſic recognita, plenè probet, mihi videtur magis æqua; quia propter tot ſubſcriptiones videtur ceſſare omnis mala ſuſpitio, & videtur adhibita ſolemnis diligentia, vt parti quicquam imputari non poſſit: tota enim difficultas oritur ex morte teſtium, quæ partibus nocere non debet, quia illi occurri non poteſt, exquò prouenit ex iuſto Dei iudicio, & inuentum eſt remedium comparationis literarum in ſubſidium iuxta ea, quæ ſcribit Alex.conſ.76.ponderatis his.ſub num. 10. ibi. quinimo poſito.lib.3.& conſ.114.viſa ſcriptura. num. 6.ibi.& aduertatur. lib.7.dum inquit, quòd ſi teſtes illi ſubſcripti haberi non poſſunt, debet probari, quòd illæ ſubſcriptiones triũ teſtiũ ſunt de manu ipſorũ teſtiũ, probando hoc per comparationẽ aliarum ſcripturarum dictorum teſtium; & hanc contrariam opinionẽ videtur tenere Moder.tract.de proceſſ.execut.par. 3. cap. 1. num. 137. verſ. ſexto fallit. dicens, quòd, negata ſcriptura per debitorem, quæ propter mortem, vel abſentiam teſtium ſubſcriptorum recognoſci nequeat, tunc, inquit, facta cõparatione literarum tàm ad ſcripturam, quàm ad teſtium ſubſcriptiones, ſi inueniatur ſimilitudo literarum, ſola comparatio facit plenam fidem contra negantem; & debet intelligi, vt loquatur in iſto caſu; quo deficit ſubſcriptio partium; quia, ſi adeſſet ſubſcriptio partium, ſufficeret comparatio ad ſubſcriptionem, ſeu ſcripturam partium.

1167 EXTENDEREM iſtam contrariam opinionem, vt procedat etiam ſi agatur contra tertium.

PARS V.

De ſcripturis validis.

Quotuplex ſit ſcriptura.

1168 SCRIPTVRA ſecundũ Spec.tit.de inſtr.edit.§.nunc dicendũ.in principio. & Papien.in pract.in forma productionis inſtrumentorum. in gl. exhibens. nu.12. fol.327. eſt in duplici differentia: quædam enim dicitur

tur ſcriptura publica, ſeu authentica: quædam verò dicitur ſcriptura priuata: & ſic iſti ſumunt publicum, & authenticum tanquam ſynonima, ſeu multiuoca, prout ſumpſimus nos ſæpè ſupra, dum egimus de transſumptis:

1169 ✝ ſed ſecundum Canoniſtas in cap. 1. & 2. de fid. inſtr. eſt in triplici differentia, quia ſecundũ eos ſcriptura publica differt à ſcriptura authentica; verum Doctores admodum inutiliter videntur loqui, dum conantur aſſignare differentiam inter ſcripturam publicam, & authenticam: nam Gloſ. 1. in cap. 1. & 2. de fid. inſtr. dat quædam exempla in ſcriptura authentica, ſed non declarat, & ex ea inſtrui non potes ſecundum Abb. in eod. cap. 1. num. 2. ibi. quæro igitur. & Innoc. in eod. cap. 1. & 2. in principio. varia ſcribit, & non benè declarat, ſed intricat materiam, vt aduertit Abb. vbi ſupra, & hoc idem poſſumus dicere de Io. Andr. in eod. cap. 2. nu. 1. & de Ant. de Butr. ibidem num. 3. verſ. quæro primo. citantibus Innocentium.

Ego ſcribo vnam differentiam, ſequendo Abbatem vbi ſupra, & non conabor eam tueri, quia ipſimet Doctores, qui in ea ſcribunt, nullam deducunt ex ea vtilitatem, & ideo, ſi tibi placebit, benè, ſin minus habeas pro non ſcripta:

1170 ✝ publicam voco eam, quæ eſt confecta à publica perſona, videlicet, à notario cum debitis, & requiſitis ſolemnitatibus, & ideo probat: authenticam verò voco eam, quæ probat ſimiliter, & auctoritatem habet ſicut publica, ſed non eſt confecta à publica perſona, vt puta ſcripturam, cuius probatio, & auctoritas pendet ab appoſitione ſigilli, & non à qualitate perſonæ, quia non eſt facta à notario cum requiſitis publici inſtrumenti.

Aliter diuidit Petr. de Bellapert. in l. comparationes. nu. 10. verſ. primo. & nu. 11. C. de fid. inſtr. dicens, dari tria genera inſtrumentorum, quorum primum vocat inſtrumentum publicum, quod conficitur à tabellione: ſecundum vocat inſtrumentum forenſe, quod fit ex his quæ in foro aguntur, rediguntur q. in actis per iudicem, qui poſtea ſignat: tertium vocat inſtrumentum priuatum, quod priuata manu conficitur.

Scriptura publica dicitur ſeptem modis.

1171 Sed, retenta prima diuiſione, quæ magis placet, videlicet, vt quædam ſcriptura dicatur publica, ſeu authentica; & quædam priuata: dico publicam ſcripturam, ſeu publicum inſtrumentum verificari, & conſiderari ſeptem modis, ſequendo Papien. in pract. in forma productionis inſtrumentorum. in gl. exhibens. num. 12. fol. 327. & ordinatius Spec. tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. num. 1. 2. & 3. ad quem ſe remittit Io. Andr. in cap. 2. in fine. de fid. inſtr.

Inſtrumentum publicum primo dicitur, quod eſt ſcriptum per manum publicam, ideſt, per notarium, qui eſt publica perſona, & eſt in publicam formam redactum: nam ſicut miſſa celebratur à ſolo presbytero, ita & inſtrumentum fit a ſolo tabellione, vt ſcribit Papienſ. in pract. in forma productionis inſtrumentorum. in gl. exhibens. nu. 5. fol. 327.

Et inſtrumentum hoc modo dicitur publicum, ſiue ſit ſcriptum in iudicio, ſiue extra, ſecundum Papien. in dicta gl. exhibens. ſub nu. 12. fol. 328.

Secundo dicitur publicum inſtrumentum, quod eſt ſigillo authentico ſigillatum, ſed tunc dicitur potius authenticum, quàm publicum, ſecundum Spec. tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. ſub num. 2. ibi. item dicitur. ſed ego eiuſmodi inſtrumentum vocarem inſtrumentum in publica, & authentica forma: in publica ſi eſſet factum à notario; & in authentica, ſi eſſet munitum ſigillo authentico: & ideo ea inſtrumenta, quæ portantur de longinguis partibus cum legalitate notarij, vocamus communiter publica, & authentica: publica inquam, quia ſunt facta manu notarij; & authentica, quia ſunt roborata ſigillo vniuerſitatis, ſeu magiſtratus [ad quem ſpectaret] teſtantis de legalitate notarij; vnde authenticum videtur id, quod vltimo loco additur ad perfectionem.

Tertio dicitur publicum, quod eſt iudicis auctoritate exemplatum, de quo exemplato, ſeu tranſumpto multa ſcripſimus ſupra nu. 603. & 604. in ſecundo requiſito.

Quarto dicitur publicum, quod ſcribitur apud acta publica in iudicio.

Quinto dicitur publicum, quod habet ſubſcriptionem partium & trium teſtium: & de hoc ſcripſimus ſupra nu. 1126. verſ. reſtringe 1.

Sexto dicitur publicum, quod producitur ex publico archiuio: de quo multa ſcripſimus ſupra num. 751. limitatione 3.

Septimo, & vltimo dicitur publicum omnis ſcriptura, cui de iure, vel de conſuetudine generali, ſeu ſpeciali creditur. vide Spec. & Papien. vbi ſupra.

Scriptura priuata quæ dicatur, & quot ſpecies habeat.

1172 Priuatum inſtrumentum ſecundum Spec. in dicto §. nunc dicendum. num. 4. verſ. priuatum autem. eſt omne aliud inſtrumentum à quocumque ſit ſcriptum, niſi aliquo prædictorum modorum ſit corroboratum: vel ſecundum Papien. in d. gl. exhibens. num. 12. verſus finem. fol. 328. eſt illa ſcriptura, quam vnuſquiſque à ſeipſo ſcribit, quæ in iure appellatur quandoque chirographum, & quandoque epiſtola.

Ego verò, aliter deſcribendo, dico, inſtrumentum priuatum dici ſcripturam, quam quis facit nomine priuato ſine auctoritate publica: ſed quia omnis definitio in iure eſt periculoſa. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. ideo excipe ab iſta definitione, ſeu deſcriptione ſcripturam, ſcriptam, ſeu ſubſcriptam a parte, & a tribus teſtibus, quia eam Spec. & Papien. vocant publicum inſtrumentum, vt nos ſequendo eoſdem diximus ſupra num. præced. verſ. quinto dicitur. & ratio eſt, quia æquiualet inſtrumento publico iuxta ea, quæ in materia. l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. habean. retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 1126.

1173 Huius inſtrumenti priuati habemus tres ſpecies.

Prima dicitur apodiſſa.

Secunda dicitur liber rationum.

Tertia dicitur epiſtola, vt ex Bar. Abb. Lanfr. de Ariad. Paul. de Caſtr. Iaſ. Rip. & Spec. retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 966. de quibus ſcripturis plura etiam diximus ſupra iſto eod. cap. in diuerſis locis.

Quot, & quæ requirantur ad validitatem ſcripturæ publicæ.

REQVISITVM I.

His præmiſſis generaliter, videamus quæ requirantur ad validitatem inſtrumenti tã publici, quã priuati.

Sed, ne æquiuocemus, facio tres inſpectiones: Primo enim inſpicio factum, ſeu contractum, ſuper quo venit celebrandum inſtrumentum: Secundo inſpicio formam particularem inſtrumenti: Tertio, & vltimo inſpicio formam genericam cuiuslibet inſtrumenti: &, omiſſis prima & ſecunda inſpectione; quia in eis certa doctrina vix dari poſſet ſine magna reuolutione ſupellectilis legalis; aggredior vltimam tantum inſpectionem; &, loquendo primo de inſtrumento publico; concludo pro eius generica forma requiri ea omnia, quæ enumerat Spec. tit. de inſtr. edit. §. breuiter. num. 1. & ſeqq. determinans eſſe nouem.

1175 Primum eſt inuocatio nominis Domini.

Secundum eſt annus currens ab eius Natiuitate, ſeu Incarnatione ſecundum conſuetudinem loci, in quo fit inſtrumentum.

Tertium eſt indictio.

Quartum eſt dies, quo celebratur inſtrumentum.

Quintum eſt nomen Papæ, ſeu Imperatoris, vel Regis.

Sextum eſt locus, in quo fit inſtrumentum.

Septimum ſunt teſtes.

Octauum eſt nomen tabellionis.

Nonum, & vltimum eſt eiuſdem ſignum.

QVANTVM ad primum de inuocatione nominis Domini nostri Iesu Christi quòd debeat apponi, scribunt Glos. in Auth. vt præpon.nom.imper. in §. non enim auferimus. in verbo. auctore. Spec. tit. de instrum. edit. d. §. breuiter. num. 1. & 2. Ioann. de Grass. tract. de substan. procur. &c. in princ. nu. 1. & 2. fol. 367. Io. Fab. in princ. Instit. Domin. in cap. in nomine domini. dist. 23. Rom. in rub. ff. de nou. oper. nunt. & Fulg. in proem. C. & hãc opin. in effectu tenet Aret. in proem. Instit. nu. 4. versus finem. ibi. quinimo plus dico. &, quòd ista opinio sit vera etiam de iure, scribunt idem Aret. ibidem. & Io. de Grass. vbi supra.

1176 Probatur ista sententia ex d. §. nõ enim auferimus. Auth. vt præpon. nom. imper. in illis verbis. *& inchoetur mox auctore Deo.* & faciunt textus in d. cap. in nomine domini. dist. 23. cap. in nomine. de testib. rub. Instit. in princ. & in princ. C. rub. ff. de oper. nou. nunt. & rub. C. de offic. præfec. præfet. aphricæ &c. quæ omnia iura inuocant initio nomen Domini; &, quod omnia sint faciẽda in nomine Domini, admonet nos textus in cap. non liceat. 26. q. 5. dicens. *scriptum est enim: omnia, quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.* & in cap. obseruetis. in fine ead. caus. 26. q. 7. dicens ex sententia Apostoli. *siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis: in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & sumus.* & sic nos initio huius tractatus obseruauimus, & faciunt notata per Doctores in rub. ff. de oper. nou. nunt.

1177 Ratio peculiaris, quare requiratur in instrumento iurato, est; quia tunc Deus videtur esse auctor contractus, & etiam testis, sicut ex traditis per Bal. in l. si quis maior. not. 3. nu. 2. in fine. C. de transact. deducit Io. de Grass. vbi supra.

1178 Contrariam sententiam; quòd inuocatio nominis Domini in instrumento non sit de substantia; tenuerunt Paul. de Castr. in l. iurisgentium. §. quod ferè nouissima. num. 6. citans ibidem Baldum. ff. de pact. Abb. in cap. 1. sub num. 3. ibi. & primo secundum. de fid. instrum. Alex. in rub. sub num. 10. ibi. teneo conclusiuè. ff. de oper. nou. nunt. & alij citati per Fely. in eod. cap. 1. sub num. 4. vers. sed quod non.

1179 Quid dicendum? Distinguo. Si loquimur de iure: ista sententia contraria, quòd non sit de substantia: est ✠ communis, * vt scribit Ruin. in d. rub. ff. de oper. nou. nunt. col. 2. vers. vnde aliter. quem refert, & sequitur Marq. de Sus. tract. de iudæis. cap. 10. nu. 1. in fine. vers. præcedens. & num. 2. fol. 36.

Si loquimur de consuetudine: vera, & communis ✠ * est prima opinio, quòd sit de substantia: quia ita videmus seruari in quolibet instrumento; & ita, loquendo de consuetudine, tenent Abb. & Fely. d. cap. 1. alter sub d. num. 3. & alter d. num. 4. in fine. & quòd quasi vbiquè seruetur ista consuetudo, sed non Pistorij, scribit Paul. de Castr. vbi supra. &, quod hodie in omnibus instrumentis ita obseruetur, sentit etiam Marq. de Sus. vbi supra. bis sub nu. 1. & nemo contradicit.

1180 DIFFICVLTAS posset oriri, an ex eius omissione vitietur instrumentum.

Resp. Paul. de Castr. in d. §. quod ferè nouissima. nu. 6. sentit, quòd non vitietur, ex quò est solemnitas leuis, cuius defectus, inquit, non vitiat, sicut signum crucis in inuentario.

1181 Contrariam sententiam: quòd eius omisso vitiaret: tenent Abb. in d. cap. 1. sub num. 3. & Fely. num. 4. in fine. de fid. instrum. Marq. de Sus. d. cap. 10. num. 2. fol. 36. & in hanc sententiam in effectu dicemus iuisse Aret. in proem. Instit. sub nu. 2. & 4. quia licet is multa dicat pro, & contra, tamen concludit, quòd ista in-

1182 uocatio est de substantia instrumenti. † & ratio est, quia omissio solemnitatis, introductę à consuetudine, vitiat, & reddit actum nullum, vt referunt, & sequuntur Fely. & Marq. vbi supra. &, quòd instrumentum, in quo non interueniunt solemnitates requisitæ de consuetudine, nõ valeat, scribit Bal. in rub. in fine. de pac. constant. dicens, consuetudinem formalem debere seruari, alias, inquit, instrumentum non valet. & ex Bal. refert, & sequitur Addit. ad Abb. vbi supra in verbo. publicum. litera. d. & quòd instrumentum, in quo deficit vna solemnitas ex his, quæ debent interuenire, vitietur, licet omnes aliæ interuenerint, scribit idem Bal. eod. tit. de pac. constan. in verbo. pacta. nu. 2. & faciunt, quæ dixi infra in 2. requis. num. 1189. & in 3. requis. num. 1197. & ita teneo, reiecta futili distinctione, quam excogitat Io. de Grass. tract. de substant. procur. in principio num. 4. fol. 367. dicens, quòd ante factum teneret, quòd vitiaret, sed post factum teneret aliam opinionem, quia opus est remedio.

1183 EXTENDE vt hæc omnia, quæ diximus de inuocatione nominis Domini facienda, habeant locum non solum in arduis, perpetuisque instrumentis, vt sentit Spec. tit. de instr. edit. §. breuiter. sub num. 2. sed etiam in instrumentis non arduis, & quibuscunque.

1184 DECLARA I. vt ista inuocatio possit apponi diuersimode; quia aliqui dicũt: *in nomine Domini amen.* aliqui. *in nomine Domini nostri Iesu Christi.* aliqui: *in nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.* vt aduertit Io. de Grass. tract. de substant. procur. in princ. sub num. 1. fol. 36. dicens, in hoc non esse vim, dummodo fiat inuocatio sancti nominis. aliqui dicunt. *in nomine patris, et filij, et spiritus sancti. amen.* vt ex cap. in nomine patris. dist. 73. notat Spec. tit. de instrum. edit. §. breuiter. sub num. 2 & alij dicunt. *in Dei nomine. amen.* & ita video seruari.

1185 DECLARA II. vt notarius, qui omisit apponere inuocationem Domini, possit illam postea apponere, per ea, quæ dixi de indictione infra nu. 1202. & 1203.

SVBDECARA tamen restringendo, vt procedat antequàm dederit copiam publicam parti, prout declaraui infra nu. 1215. & seqq. ad eum. sed cogita.

REQVISITVM II.

1186 Quoad secundum de anno domini currenti tempore, quo celebratur instrumentum, quòd sit apponendus, notant similiter Spec. in tit. de instrum. edit. §. breuiter. num. 4. vers. subsequenter. Glos. in cap. inter dilectos. in verbo. indictionis. de fid. instrum. Glos. 1. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. & in Auth. vt præpon. nom. imperat. §. nõ enim auferimus. in verbo. auctore. Ant. de Butr. in cap. 1. num. 11. vers. exigitur primo. Abb. sub num. 3. vers. secundo exigitur. & ibidem Felyn. num. 7. ibi. item requiruntur. de fid. instrum. & Io. de Grass. tract. de substant. procur. in verbo. anno à natiuitate. num. 1. & seq. fol. 367. & probatur ex textu in c. in nomine domini. dist. 23. &, quòd annus currens Domini nostri sit apponendus de consuetudine, scribunt omnes citati Doctores, & alij communiter; &, quòd in Italia in instrumentis anteponantur anni Domini, scribit Glos. 1. in fine. in l. 3. generali. C. de tabular. scrib. &c. lib. 10. quam refert, & sequitur Mandos. in annal. casib. sub num. 22. fol. 210. Verum, si requiratur de iure, Doctores non sunt concordes: nam Glos. in citato. §. non enim auferimus. ✠ Spec. Abb. & Fely. & sic communiter * sentiunt so-

1187 lum de consuetudine deberi apponi. † &, quòd de iure non sit necessarius annus Domini, ostendit Glos. in d. §. non enim auferimus. per illum textum, vbi nulla fit mentio de anno Domini. & quòd non reperiatur l. quæ hoc dicat, scribunt eadem Glos. & Fely. vbi supra. & ita interpretabimur d. Glos. 1. in l. 3. generali. C. de tabul. scrib. &c. lib. 10. vbi, colligendo requisita necessaria de iure ad instrumentum publicum, non enumerat annnm Domini, quam Glos. in isto proposito aduertit etiam Fely. dicto nu. 7. versus finẽ.

1188 Verum licet requiratur solum de consuetudine, tamen ista consuetudo est approbata à iure per dictum cap. in nomine domini. dist. 23. vt scribit Abb. vbi supra, & est consuetudo generalis adeo, quòd etiam si lex diceret contra, tamen consuetudo deuinceret eã, vt dicit Glos. in d. §. non enim auferimus. in verbo. auctore. Auth. vt præpon. nom. imper.

1189 EXTENDE istud requisitum de consuetudine, vt, si omitteretur, instrumentum non valeret Glos. in d. §. non enim auferimus. in verbo. auctore. Spec. d. num. 4. in fine. Abb. sub d. num. 3. Io. de Gras. in d. verbo. anno à natiuitate. num. 3. fol. 367. Bal. tract. de tabell. num.

nu.43.& 48.fol.365.& Aret.in proem. Instit. nu.3.& 5.

1190 DECLARA I. istud requisitum, vt iste annus debeat sumere initium ab Incarnatione & sic die xxv. martij in festo annuntiationis Beatæ Virginis Mariæ, vt sentit Glos. in d.§.non enim auferimus.in verbo.auctore.& ita seruatur in regno Frãciæ, Alemaniæ,& Angliæ, vt refert Rot. decis.4.alias.108.secũdum cursum. de iudic. in nou. decis.17. alias 638. sciendum est. eod. in antiqu. &, quòd ita obseruent Genuenses, refert Io.de Grass.tract.de substant. procur. in verbo. anno à natiuitate.num.1.fol.367.& ita etiam seruatur Florentiæ; & istorum obseruantia videtur approbata per textum in d.cap. in nomine domini. dist.23.

1191 Curia tamen Romana, Italia, Hispania, Aragonia, & Catalonia, Dacia, & Vasconia, computant annum domini à natiuitate domini, & sic à die 25. decembris, Rot.decis.3.alias 50.à natiuitate. de iud.in nou. & d. decis.17. eod. in antiqu. & decis. 2.alias 809.de verb.sign.in antiqu. Mandos. in annal. casib. sub num. 22.fol.210.in fine.&, quòd communis obseruantia Christianorum incipiat annos à natiuitate domini,& sit fundata meliori ratione, scribit Io. de Grass. in d. verbo.anno à natiuitate.num.2.

Et vtriusque obseruantiæ rationem enarrat Io. de Grass.vbi supra.

1192 Alij sint, qui annum incipiunt à circuncisione Domini nostri, & sic calendis Ianuarij; & hic erat mos Romanorum, vt recenset idem Io.de Grass.& quando apud Romanos incæperit annus in calendis Ianuarij enarrat Aym. Riual.de hist.iur.ciuil.lib.1.num.7.fol. 3. & hũc morem seruamus etiam hodie in cæteris negotijs,& actibus; quia incipimus annum calendis Ianuarij, qui est veluti ianua totius anni; & dicitur annus vsualis, vt dixi supra cap.3. num.361. quare sicut olim, ita etiam hodie illa prima die Ianuarij strena boni ominis gratia dari solet, vt recenset etiam Riual.vbi supra, licet ista obseruatio circa strenæ dationem boni ominis gratia sit superstitiosa, & propterea improbata in cap.non obseruetis.26.q.7.

1193 Sed sine consideratione religionis Christianæ annus inciperet 8. cal. octobris, quia sic incipiebat ante aduentum Christi, vt referunt Spec. tit. de instr. edit. §.breuiter.vers.est igitur.sub num.6.allegans versum.

Incipit octobris octauis ille calendis.

& Io.Andr.post cap.vlt.in.datum Romæ.nu.4.de reg.

1194 iur. in 6.& ex eo Glos.in verbo.põtificatus.in fine.† & apud Astrologos annus incipit prima, seu alia die mensis martij, qui erat primus mẽsis totius anni; vnde mẽsis augusti vocabatur sextilis, quia erat sextus mẽsis,& mẽsis iulij vocabatur aliter, sed fuit postea vocatus iulius à morte Iulij,& augustus à morte Augusti.&, quòd mẽsis martij secundum latinorum computationem antiquam sit primus, aduertit Io. Andr. post vltim.cap.de reg.iur.in 6. dat. Romæ. num.1.& quòd primus mensis anni fuerit martius, dixi supra cap.3.num.324. sed secundum aliã latinorum computationem non antiquam incipit à ianuario, vt ex Arch.& Thom.de Marin.retuli,& sequutus sũ supra d.cap.3.nu.388.vide de ratione anni, quę scribit Alc.in l. cum bisextus.ff. de verb.sign.& nonnulla, quæ nos diximus supra d. cap. 3.num. 323.324.& seqq.ad eum.& nu. 388.

1195 DECLARA II. vt nos, qui inchoamus annum à natiuitate, seu circuncisione, numeremus annum principiantem,& non completum: sed ij, qui inchoãt annum ab incarnatione, numerãt annum completum; & propterea quamuis annus incarnationis præcedat nouem mensibus annum natiuitatis, tamen ij, qui numerant annos ab incarnatione, numerant illum tres menses post nos, qui numeramus a natiuitate, & sic nos hodie dicimus annum millesimum sexcentesimum tertium, & ipsi adhuc, & vsquè ad diem 25. martij proximè futuri dicent millesimum sexcentesimum secundum, & cum peruenerint ad diem 25. martij concurrent sub eodem numero, & dicent vna cum nobis 1603. & sic intelligo Rotam decis. 4. alias 108. secundum cursum. de iud. in nou. dum inquit. *sed post mensem martij concurrunt sub eodem numero tàm annus à natiuitate præcedens, quàm annus incarnationis subsequens.*

REQVISITVM III.

1196 Quantum ad tertium de indictione; quòd sit necessaria notant Glos.in cap. inter dilectos.in verbo.indictionis.de fid.instrum.Spec.tit.de instrum.edit.§. breuiter.vers. post annos.num.5.Io. Andr.post. cap. vltimum.datum romæ.num. 4. versus finem. vers. sed redeundo, & num.5. & 6. de reg.iur. in 6. Io. de Grass. tract. de substant. procur. in verbo. indictione sexta. num.1.fol.367.& hæc est communis * sententia.

Probatur ista communis sententia ex textu in Auth. vt præpon. nom. imper. in principio. & in §. nos enim auferimus.l.vnica. in fine. C. de iustin. cod. confirm. cap.inter dilectos. ibi. primo quia. de fid. instr.& ex cap.in nomine Domini.dist.23.

1197 EXTENDE istud requisitum, vt eius omissio vitiet instrumentum secundum opinionem Dyni cons. 33. seu 36.quem referunt,& sequuntur Bar.in l. si nominatim.num.1.ff.de condit.& demonstr.& in l.si librarius.num.3.ff.de reg.iur. Bal.in d.l.vnica.sub num. 4. vers.nota duo.C.de iustin.cod.confirm.Rom.con.235. quoad primum.in fine. ibi. quoad vltimum. & Dec.in d. l. si librarius.sub num.5.vers.& ista prima conclusio. & sentiunt apertè Bar. in l. admonendi. vers. quæro quid si in instrumento. num. 34. & Rip. vers. quarto quæritur. num.158. ff. de iureiur. & Bal. in tract.de tabell.num.43.fol.365.dicens, quòd defectus indictionis vitiat instrumentum.& ita, sequendo Dynum, tenet etiam Vital.tract.de claus. in verbo. de errore notarij.sub num.10.& 11.fol.408.& est sententia communis,* in quam videtur iuisse etiam Io. Andr. in dicto.datum romæ.num.5.& 11.de reg.iur.in 6. licet postea sub d.nu.11.aliud videatur sentire ex mente eiusdem Dyni.

1198 Contra istam extensionem, & communem sententiam facit, quòd lex ipsa corrigit defectum, & errorem indictionis, quando apparet ex ipso instrumento, videlicet, quia sunt in eo appositi anni Domini, quo casu iurispræsũptione suppleri potest, vt ex Bal. & alijs in alio proposito retuli,& sequutus sum infra num.1205.

Igitur indictio habetur pro non omissa.

Argumentum istud sicut non est à Doctoribus excitatum, ita neque ei responsum.cogita.

1199 RESTRINGE I. istam extensionem, vt non procedat, si extaret consuetudo non apponendi indictionẽ, quia tunc ex eius omissione non vitiaretur instrumentum, Rip.respon.seq.ad respons.4.sub nu.27.& 28.tit. de probat.fol.34.vol.2.

1200 RESTRINGE II. vt non sit vera quando indictio est numero erroneo apposita, vt puta, si currebat indictio prima,& notarius scripsit, indictione secunda, quia nihilominus instrumentum valeret secundum opinionem Dyni vbi supra, quem referunt,& sequuntur Bar.in d.l.si nominatim.in fine. & d. l. si librarius. num.6. in fine.vers. quandoque est erratum. ff. de reg. iur.Bal.in d.l.vnica.sub num.4.& in l.imperator. la 1.in fine.vers.quæro vnum.ff. de stat. homin. latè Io. Andr.post cap.vltimum.datum romæ.num.9. vers. at contrarium.& num.11.de reg.iur.in 6. Rom.& Dec. in locis supra proximè citatis. & hæc est communis * opinio, vt scribit etiam Bal.tract.de tabell. num. 48.

1201 in fine.fol.365.† quare concludunt etiã communiter, esse maiorem defectum nullo modo apponere, quàm apponere erroneè.&, quòd ista opinio Dyni sit verior, scribit Vital.tract.de clausul. in verbo. restat videndum an notarius. num.9. & 10.fol. 409. & quòd instrumentum non vitietur, si indictio sit apposita in genere hoc modo *indictione etc.* tenet contra Ias. Rip. in l.admonendi.q. 4. sub num.159. ff.de iureiur.

Notarius an possit corrigere errorem.

CASVS I.

1202 Difficultas superest, nunquid notarius possit corrigere errorem commissum in indictione.

Huic difficultati priusquam satisfaciam quæro in gene-

genere, an notarius poſſit corrigere errorem inſtrumenti.

Reſp. In iſto quæſito poſſet diuerſimodè, & multipliciter formari diſtinctio, vt patet præſertim ex his, quæ recenſet Bal. in l. imperator. la 1. ff. de ſtat. hom. tamen ego, ſequendo diſtinctionem, quæ videtur magis nota, diſtinguo duos caſus principales.

Primus eſt in pertinentibus ad notarium.

Secundus eſt in pertinentibus ad partes.

Et hæc diſtinctio eſt Bartoli in l. ſi librarius. ſub num. 1. verſ. ſed vos. & Decij ibidem num. 5. ff. de reg. iur. Bal. in l. vnica. ſub nu. 5. verſ. ſed an tabellio. C. de iuſtin. cod. confirm. & in d. l. imperarator. la 1. in additione. Fely. in c. ex literis. de fid. inſtr. & aliorum communiter.

In primo caſu eſſent diſtinguendi alij caſus, ſed pro maiori facilitate firmo regulam, & declarationes.

REGVLA igitur erit, quòd notarius poteſt corrigere errorem, & quandoquè propria auctoritate, & quandoquè cum auctoritate iudicis: item quandoque antequam dederit copiam publicā parti, & quandoque etiam poſtea; vt patebit in ſeqq. ampliat. extenſ. limit. & reſtrictionibus.

1203 AMPLIA I. iſtā regulam, vt tunc præcipue procedat, quando error eſt in omiſſione indictionis, quia tunc poterit illam addere, & apponere, & ſic incipio ſatisfacere difficultati propoſitæ; & ratio huius ampliationis eſt, quia quando notarius per errorem non appoſuit indictionem non dicitur adhuc functus offitio ſuo Bal. tract. de tabell. num. 47. fol. 365. & ita videtur ſentire etiam Bar. in d. l. ſi librarius. ſub num. 3. dicens, quòd iſto caſu, quando ſcilicet eſt omiſſa indictio, notarius poteſt corrigere iſtum errorem, ne ſcribentis error noceat partibus, totamque Bartoli theoricam in d. l. ſi librarius. de verbo ad verbum formaliter ponit Vital. tract. de clauſ. in verbo. de errore notarij. num. 10. fol. 408. hancque ampliationem ſequitur etiam Dec. in d. l. ſi librarius. ſub num. 5. verſ. & iſta prima concluſio.

1204 EXTENDE I. iſtam ampliationem in exemplo indictionis, vt procedat etiam ſi indictio ſit erroneè appoſita, quia licet iſto caſu notarius videatur functus offitio ſuo; tamen poterit adhuc errorem corrigere: & ratio eſt, quia permiſſa eſt illa correctio, quæ eſt patens, & corrigit ſecundum ius, ſeu præſumptionem iuris, vt benè declarando ſcribunt Bal. in l. vnica. verſ. ſed an tabellio. num. 5. C. de iuſtin. cod. confirm. Vital. tract. de clauſul. in verbo. reſtat videndum an notarius. num. 3. fol. 408. & Fely. in cap. ex literis. verſ. quartus caſus. ſub num. 10. de fid. inſtr. & ratio rationis eſt, quia pars iſto caſu non habet cauſam contradicendi Bal. in l. imperator. la 1. in additione. ibi. aut erravit tabellio. ff. de ſtat. hom.

1205 EXTENDE II. tam ampliationem, quàm iſtā extenſionem, loquendo de indictione, vt habeant locum etiam ſi notarius reſtituiſſet inſtrumentum parti, hoc eſt, dediſſet copiam publicam, quia nihilominus poterit addere indictionem, vel eam corrigere, ſi erraſſet in numero, vt bene declarat Vital. in d. verbo. reſtat videndum an notarius. nu. 2. ibi. aut conſtat. & ibi. idem dico. fol. 408. & ſentit Bal. in d. l. vnica. num. 5. verſ. ſed an tabellio C. de iuſtin. cod. confirm. dicens, quòd ſi notarius vult corrigere eo modo, quo corrigit lex, poteſt corrigere. & ita teneas, quamuis idem Bal. in l. imperator. la 1. in additione. ibi. aut poſt & tunc. ff. de ſtat. hom. referat, Doctores tenere contrarium, & concludat iſtam extenſionem non eſſe veram, quando ſubſtantia quæſtionis eſſet in tempore, vt in hypothecaria, quo caſu negat, notarium poſſe corrigere, niſi probato errore; ſed tu nō recedas ab iſta extenſione etiam illo caſu, quia præſumitur error in indictione, vt dixi infra num. 1208.

1206 EXTENDE III. eaſdem ampliationem, & extenſionem, loquendo ſimiliter de indictione, vt poſſit notarius corrigere propria auctoritate ſine auctoritate iudicis Bal. vbi ſupra, Felyn. in cap. ex literis. verſ. quartus caſus eſt. ſub num. 10. de fid. inſtr. & Vital. tract. de clauſ. in verbo, reſtat videndum an notarius. num. 3. fol. 408.

1207 Contra iſtam extenſionem in caſu, quo notarius tradidiſſet authēticum parti, idest, copiam publicam, tenet Io. Andr. poſt cap. vltimum. datum romæ. ſub num. 12. verſ. ſcias. de reg. iur. in 6. dicens, quòd iſto caſu ſiue indictio ſit omiſſa, ſiue ſit error, ſeu falſitas in ea, nō corrigit ſine auctoritate iudicis, vel offitialis ad hoc conſtituti; quia, inquit, alias poſſet ſibi impingi falſum.

1208 Sed ego non recedo ab extenſione, quia iſta correctio nullum infert, ſeu inferre poteſt præiudicium parti.

RESTRINGE, & declara iſtam extenſionem, vt habeat locum ſolum quando conſtat de certo tempore inſtrumenti etiam ſine indictione, vt puta, ſi ſunt appoſiti anni Domini, quia tunc, calculatis annis Domini, apparet iuris præſumptione tàm error, quàm emendatio indictionis: & ratio eſt, quia error præſumitur in indictione, & nō in annis Domini, & ratio rationis eſt, quia, cū omnes ſciant annos Domini, ſed nō indictionē, error præſumitur potius in indictione, quàm in annis Domini, vt ex Dyno referunt, & ſequūtur Bar. in l. ſi librarius. verſ. ſed dubitatur. num. 7. ff. de reg. iur. Bal. in l. vnica. verſ. nota duo. ſub num. 4. C. de iuſtin. cod. confirm. & in l. imperator. la 1. in fine. ff. de ſtat. hom. & Vital. tract. de clauſ. in verbo. de errore notarij. ſub num. 11. & 12. fol. 408. ſecus autem quando non conſtaret de anno confecti inſtrumenti, niſi per indictionem; quia tunc notarius non poſſet propria auctoritate corrigere errorem commiſſum in illius computatione Fely. in d. cap. ex literis. verſ. quartus caſus eſt. ſub num. 10. de fid. inſtr.

1209 Sed nunquid iſta habebunt locum, quando notarius eſſet mortuus: nunquid alius notarius de auctoritate iudicis poterit addere, & corrigere indictionem: cogita, & vide Io. Andr. poſt cap. vltimum. datum romæ. ſub num. 12. de reg. iur. in. 6. qui, loquendo de contrarietate inter annos Domini, & indictionem, arbitratur illam contrarietatem obſtare in caſu, quo tolli non poſſet per inſpectionem prothocolli; & his ſit ſatisfactum difficultati ſuper errore indictionis.

1210 AMPLIA II. eandem regulam, vt habeat locum etiā in omiſſione diei, quia notarius poterit illum addere, ſeu inquā apponere Bar. in l. imperator. la 1. nu. 3. ff. de ſtat. hom. Bal. in rub. nu. 25. verſ. ſed pone. C. de fid. inſtr. & Bal. de Peruſio tract. de tabellion. nu. 43. & 47. fol. 365. & Fely. in cap. ex literis. nu. 2. verſ. prima concluſio. de fid. inſtrum. & ſic ſentit Bar. in l. ſi librarius. ſub. num. 4. quem ibi refert, & ſequitur Dec. verſ. ſecundo bar. num. 6. ff. de reg. iur. & Vital. tract. de cluſ. in verbo. de errore notarij. ſub num. 10. fol. 408. dum inquit, quòd eſt credendum notario, dicenti ſe recordari de die omiſſa in inſtrumento, exquò offitiali creditur in officio ſibi cōmiſſo maximè in eo, quod eſt minimum.

1211 EXTENDE iſtam ampliationem, vt procedat non ſolum quando notarius non dum tradidiſſet copiam authenticam parti, quo caſu res eſt clara, & ita procedunt adducta in iſta 2. ampliatione; ſed etiam quando illam tradidiſſet, quia adhuc poſſet diem apponere Bal. in l. vnica. in fine. C. de iuſtin. cod. confirm. licet ipſe loquatur dubitatiuè, dicens: *addere forte poſſet, quæ per errorem omiſiſſet, ſicut teſtis*. & ratio huius extenſionis eſt, quia in omiſſis, & ſpectantibus ad ſuū officium non dicitur functus officio ſuo, & eſt ei credendum, vt dixi ſupra num. præced. quamuis ediderit inſtrumentum, ſicut loquitur Dec. ex mente Bartoli in d. l. ſi librarius. ſub num. 6. verſ. & iſta concluſio. dicens, quòd notarius non dicitur functus offitio ſuo, edendo inſtrumentum abſquè die.

Contra iſtam extenſionem inclinat Bar. in l. imperator. la 1. ſub num. 3. ibi. alij quod nullo modo. ff. de ſtat. homi. dicens ſecundum ſententiam aliorum, quòd notarius non poteſt etiam incontineti corrigere er-

rorem

rorem postquàm dedit copiam parti; quia est functus offitio suo, & sibi non creditur; sicq; consulit Bar. quòd non corrigat, nisi de licentia iudicis, & loquitur in themate quæstionis, quando tabellio fecit instrumentum sine die.

Ego non recederem ab extensione, quia, si non est tradita copia, notarius potest corrigere etiam errorem commissum in numero dierum, vt dixi infra num. 1220. restrict. 1. sed facilius potest corrigi error omissionis.

1212 RESTRINGE istam extensionem secundum Dec. in eadem l. si librarius. sub num. 6. vers. in quo, aduertendum. vt non procedat in actione hypothecaria, seu alio simili casu, in quo vis, & substantia consisteret in tempore, quia tunc non posset notarius apponere diem; & in hanc restrictionem Dec. adducit Bal. in l. imperator. la 1. in additione. ff. de stat. hom. dum tenet, notarium non posse corrigere errorem indictionis postquàm restituit instrumentum parti, nisi docto de errore, quando agitur hypothecaria, vel alia quæstione, cuius substantia consistat in tempore, & in cap. de pac. constant. in verbo. pacta. sub num. 2. dum inquit, quòd, si est quæstio super die, & notarius errauit in die, non potest errorem corrigere: verum Bal. non loquitur de errore in omissione, sed de errore in positione, quia sit erroneè posita indictio, vel dies; tamen cēseo veram esse istam restrictionem, pro qua adduco etiam Io. Andr. post cap. vltimum. dat. romæ. sub num. 12. vers. scias. de reg. iur. in 6. dum tenet, quòd notarius non possit omissa corrigere postquàm restituit instrumentum parti: hæc enim eius sententia licet à nobis supra num. 1208. vers. sed ego. tenta non sit in casu omissæ indictionis; tamen in casu isto, quo dies esset de substantia negotij, censeo esse verā.

1213 EXTENDEREM istam restrictionem, vt procedat etiam si copia non esset data parti: & moueor, quia dies isto casu adeo nocet parti, vt non veniat considerandus, vt solemnitas, sed vt quid de negotio.

Contra istam extensionem, quandō non dum esset orta lis inter partes, facit, quod ex Bal. loquente de errore consistente in facto, retuli infra num. 1220. cuius tamen dictum non sequor, quia tenendum censeo, etiam lite non mota, non posse corrigi.

1214 LIMITA istam II. ampliationem, quam posui supra num. 1210. vt non procedat, quando dies non esset omissus, sed esset erroneè appositus, vt puta erat dies quinta Ianuarij, & notarius scripsit, die septima, quia isto casu non potest corrigere, nisi probato errore, Bar. in l. si librarius. num. 5. ibi. sed quando esset erratum in ponendo. ff. de reg. iur. quem refert, & sequitur Vital. tract. de clausul. in verbo. de errore notarij. sub nu. 10. ibi, sed quando esset erratum ponendo. fol. 408. & firmat rursus in verbo. restat videndum an notarius. sub num. 2. ibi. aut error non est patens. eod. fol. 408. & ratio istius limitationis est, quia isto casu notarius videtur functus offitio suo, & ista mutatio, seu correctio potest nocere parti, & iuris præsumptione non potest corrigi, hæcque limitatio fundata in istis rationibus bene colligitur ex traditis per Bal. in l. vnica. sub num. 5. vers. sed an tabellio. C. de iustin. cod. confirm.

1215 DECLARA istam limitationem, vt procedat, quando est data copia publica parti, quia tunc non potest notarius corrigere secundum ea, quę scribunt Bar. in l. imperator. la 1. sub num. 2. ibi. in contrarium. & ibi. tu dic. ff. de stat. hom. Bal. & alij, quos refert, & sequitur Dec. in d. l. si librarius. sub num. 6. versus finem. ibi. secus si fuit data. ff. de reg. iur. & pro hac eadem extensione facit, quod scribunt Bal. in l. vnica. sub num. 5. C. de iustin. cod. confirm. & Vital. tract. de clausul. in verbo. restat videndum an notarius. sub nu. 3. fol. 408. dum concludunt, quòd notarius non potest corrigere errorem instrumenti, si non habet præsumptionem iuris, & instrumentum restituit parti in publica forma. & idem Bal. & Fely. qui eum citat, & sequitur in cap. ex literis. vers. secundus casus est. sub num. 9. de fid. instr. dum ait, quòd, restituto instrumento, tabellio est adeo functus offitio suo, quòd nec punctum, nec sillabam intellectualiter mutare posset, nisi iudicis mandato.

1216 EXTENDE eandem limitationem, vt procedat etiam si non fieret vis in tempore, quia adhuc non posset corrigere errorem: & ratio est, quia satis est, quòd notarius dicatur functus offitio suo, & quòd, mutando diem, possit lædere partem.

Nec obstat, quòd contrarium sentiat Dec. in d. l. si librarius. sub num. 6. vers. & ista limitatio, dicens, quòd, si dies nō est de substantia, potest corrigi, quia, inquit, si correctio est permissa, quādo dies est omissa; a fortiori debet esse permissa, quādo nō fuit omissa, sed fuit erroneè apposita, quia, vt, loquendo de nullitate instrumenti propter defectum indictionis, dixi supra num. 1200. & 1201. & sentit Dec. vbi supra maior est defectus omittere, quàm erronee apponere.

Nam huic rationi, quam considerat Dec. resp. eam non procedere in die: & ratio est, quia error commissus in numero indictionis corrigitur iuris præsumptione, vt dixi supra num. 1204. vers. extende. & ideo extimatur leuis: non sic est in errore commisso in numero diei, qui non potest corrigi iuris præsumptione, quia est latens, & ideo reputatur grauis.

1217 Nota obiter ex ista solutione, quòd licet magis delinquatur committendo, quàm omittendo, vt ex Glo. in l. si mora. in verbo. ne facto. ff. solut. matr. notant Ias. in l. præscriptione. num. 9. vers. item ex prædictis. C. si cont. ius vel vtil. publ. Dec. in l. quod te. sub num. 14. & 15. ff. si cert. pet. & Clar. lib. 5. recept. sent. §. 1. vers. est etiam communis. quæ Glos. secundum Ias. & Clar. vbi supra est communiter * approbata, † licet

1218 etiam esset verum, deterius esse edere vitiose, quàm nullo modo edere, vt scribit Bal. cons. 252. querulæ præces. sub num. 1. lib. 1. quem impugnat Menoch. de arbitr. iud. cas. 201. num. 19. seu licet maior sit culpa ineptè agentis, quàm omittentis, vt scribit Crauet. cons. 8. aymo. num. 28. & ideo notarius magis inficit instrumentum, apponendo diem erroneè, quàm

1219 omittendo, vt dixi; † tamen contrarium est verum in indictione, quia in ea maior est defectus omittere, quā erroneè apponere: & ratio est, quia cū legis præsumptione corrigatur error indictionis, satis est, quòd lex inueniat existentiam rei corrigendæ, sed quando non inuenit, quia sit penitus omissa, nihil potest corrigere; quia nullius entis nullæ sunt qualitates.

1220 RESTRINGE I. istam limitationem, eiusque extensionem, vt nō habeat locum, quando notarius non dedisset copiam publicam parti, quia eo casu posset corrigere errorem commissum in numero dierum secundum ea, quæ scribunt Io. Andr. post cap. vltimum, datum romæ. sub num. 12. vers. scias. quòd. de reg. iur. in 6. dicens, quòd notarius, videns antequam tradat authenticum parti se errasse, potest corrigere errorem sine authoritate iudicis, & quòd ita seruatur. Bal. in rub. sub num. 25. vers. sed pone quod tabellio. C. de fid. instrum. dicens, quòd, si notarius non reddidit instrumentum parti, & non dum orta est quæstio inter partes, potest corrigere etiam errorem, qui consistit in facto. Fely. qui eum citat, & sequitur in cap. ex literis. vers. secundus casus. sub nu. 9. de fid. instr. & Dec. in l. si librarius. sub num. 6. vers. & hoc de plano. ff. de reg. iur. & faciunt ea, quæ consulendo scribit Socc. cons. 94. pręstantissimi. nu. 6. vers. quod autem potuerit corrigere. lib. 1.

1221 LIMITA istam restrictionem, vt non procedat quando dies esset de substantia iuxta terminos, de quibus scripsi supra num. 1213. & aduertit Dec. in d. l. si librarius. sub num. 6. vers. & ista limitatio.

Comprobatur ista limitatio, quia maius vitium est apponere erroneum diem, quàm omittere diem: quare si notarius omittit diem potest illum addere etiam si copiam publicam instrumenti dederit parti secundum extensionem, quam tenui supra num. 1211. sed si erronee apposuit, & dederit copiam parti non potest corrigere iuxta ea, quæ scripsi supra nu. 1215. vers. declara.

Sed quando dies est de substantia, seu super eo ver-

vertitur quæſtio, tunc ſiue fuerit data copia parti ſiue non fuerit data non poteſt addi etiam ſi fuerit omiſſus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 1212. ergo multò minus debet poſſe corrigi, ſi fuerit erroneè appoſitus.

1222 Addo hic aliam rationem, videlicet, quia error, qui poteſt nocere parti, non poteſt emendari ſine iuſſu iudicis, teſte Bal. in cap. de pac. conſtan. in verbo. pacta. verſus finem, qui, relicta iſta conſideratione dationis copiæ, ſeu publicationis inſtrumenti, & reductionis in mundum, conſiderat ſolum, an ille error, ſeu mutatio noceat parti; & eſt conſideratio, quæ tangit medullam æquitatis.

1223 RESTRINGE II. vt non habeat locum, quando error diei poſſet corrigi iuris præſumptione; quia tunc notarius poſſet illum corrigere tàm ante traditam copiam parti, quàm poſtea; & moueor ex doctrina, quam in errore indictionis retuli, & ſequutus ſum ex Bal. Vital. & Felyn. ſupra num. 1204. & nu. 1205. verſ. extende.

1224 EXEMPLIFICA iſtã reſtrictionem in inſtrumento, in quo notarius diceret, die vigeſima ſeptima in die feſtiuitatis ſancti Stephani prothomartyris: nam error eſſet patens ex inſtrumento, & ideo iuris præſumptione poſſet corrigi, & pars non haberet cauſam contradicendi: & quia facilius eſt errare in numero dierum, quàm in feſtiuitate diei, ideo præſumeretur error in numero dierum iuxta ea, quæ in ſimili de indictione, & anno Domini dixi ſupra ſub n. 1208. verſ. reſtringe. ibi. & ratio eſt.

1225 RESTRINGE III. vt non habeat locum accedente auctoritate iudicis, quia tunc poſſet ſimiliter corrigi tàm ante datam copiam parti, quàm poſtea, ſecundum ea, quæ ſcribunt Bal. in l. vnica. verſ. ſed an tabellio. ſub num. 5. ibi. ſed debet corrigere. C. de iuſtin cod. confirm. Io. Andr. poſt cap. vltimum. datum Romæ. ſub num. 12. verſ. ſcias quod. de reg. iur. in 6. Vital. in tract. de clauſ. in verbo. reſtat videndum an notarius. ſub num. 2. fol. 408. & Felyn. in cap. ex literis. verſ. quarta concluſio. num. 8. de fid. inſtr. dicens teneri communiter* iſtam concluſionem, quòd notarius non poteſt corrigere proprium errorem, niſi interueniat auctoritas iudicis; & faciunt, quæ ſcribit Bar. in l. imperator. la 1. ſub num. 3. ff. de ſtat. hom.

1226 DECLARA iſtam reſtrictionem, vt procedat in terminis, in quibus loquitur, videlicet, in errore: nam, ſi inſtrumentum ſit falſum, corrigi non poteſt falſitas etiam accedente iudicis auctoritate, teſtibus Bal. in rub. num. 26. verſ. vnum ſcias. C. de fid. inſtrum. Felyn. in cap. ex literis. verſ. ſecunda declaratio. num. 12. eod. tit.

1227 AMPLIA III. eandem regulam, poſitam ſupra ſub num. 1202. verſ. regula. vt habeat locum etiam in falſa latinitate, ſeu grammatica, quia notarius poteſt illam corrigere, vt refert, & ſequitur Dec. in l. ſi librarius. ſub num. 5. verſ. prima eſt. ff. de reg. iur. & ſcribit Bal. ſecundum quorundam diſtinctionem in l. imperator. la 1. ibi. alij diſtinguunt. ff. de ſtat. hom. & firmat Fely. in cap. ex literis. verſ. primus caſus. num. 9. de fid. inſtr.

1228 INTELLIGE iſtam ampliationem extenſiuè, vt poſſit quandocunque, dummodo illa correctio non poſſit habere vim mutandi ſubſtantiam inſtrumenti, quamuis Bal. in dicto cap. ex literis. quem ibidem verſ. ſecundus caſus. num. 9. in fine refert Fely. dixerit, quòd, reſtituto inſtrumento, tabellio eſt adeo functus officio ſuo, quòd nec punctum, nec ſillabam intellectualiter mutare poſſet ſine mandato iudicis; vnde ſubdit Fely. ſe dubitare de iſta tertia ampliatione, ne ſub prætextu latinitatis fieret fraus: & hæc de primo caſu, poſito ſupra ſub num. 1202.

CASVS II.

1229 In ſecundo caſu, quando error eſt commiſſus in pertinentibus ad partes, ideſt, quando partes errarunt in facto, ſeu negotio, Bal. in l. vnica. in fine. C. de iuſtin. cod. confirm. tenet, quòd tabellio non poſſit corrigere errorem; ſed tu diſtingue cum Bar. in l. ſi librarius. verſ. quandoque eſt erratum in eo. num. 8. ff. de reg. iur. & ibidem Dec. verſ. ſecundus caſus. num. 7. Felyn. in cap. ex literis. verſ. ſecunda concluſio. num. 3. de fid. inſtrum. & Vital. tract. de clauſ. in verbo. de errore notarij. ſub num. 13. verſ. quandoque eſt erratum. fol. 408. quòd poteſt corrigere incontinenti, ſed non ex interuallo, niſi probato errore; quia notarius æquiparatur teſti, qui poteſt dictum ſuũ incontinenti corrigere, ſed non ex interuallo.

Et hæc ſufficiant circa iſtam quæſtionem obiter excitatam: an notarius poſſit corrigere errorem inſtrumenti: reliqua enim, quæ ad iſtam quæſtionem pertinere poſſunt, vt puta quomodo probetur error inſtrumenti: & quando præſumatur: & ſimilia, tractant Bar. in d. l. ſi librarius. verſ. ſed qualiter. num. 9. & ſeqq. ff. de reg. iur. Vital. tract. de clauſul. in verbo. reſtat videndum qualiter error notarij. fol. 409. & latè Felyn. in cap. ex literis. de fid. inſtr. ad quos recurre.

Indictio vnde dicatur, & quomodo computetur.

1230 Illud ſolum, redeundo ad indictionem, admoneo quòd indictio dicitur ab indicendo, & præcipiendo; vnde indictio eſt iuſſio, ſeu præceptum, quia Cæſar Auguſtus tribus annis ante aduentum Chriſti propoſuit edictum, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, ideſt, vt extimarentur bona cuiuslibet, & deſcriberentur ſingulæ perſonæ, & quilibet tributum Imperio Romano ſolueret, vt ſcribunt Spec. tit. de inſtrum. edit. §. breuiter. verſ. poſt annos. ſub num. 5. & Io. de Graſſ. tract. de ſubſtant. procur. in verbo. indictione ſexta. num. 1. fol. 367. vnde indictio dicitur etiam genus tributi, quod ex præfato Auguſti edicto ſoluebatur ſingulis quindecim annis diuiſis per tria luſtra: nam primo luſtro ideſt quinquennio ſoluebatur imperio romano ferrum, vt inde fierent arma militibus romanis. ſecundo luſtro ſoluebatur argentum, vt inde darentur ſtipendia militibus: tertio luſtro aurum, quod in erario ponebatur, vt neceſſitatis tempore pro Reipub. defenſione expenderetur, licet Io. de Graſſ. vbi ſupra inaduertenter, & per errorem, vt credendum eſt, dixerit, quòd primo luſtro ſoluebatur aurum, ſecundo argentum, & tertio in ære, quibus quindecim annis exactis, vlterius non protendebatur, ſed rurſus à capite reincipiebatur; Couar. quoque var. reſolut. lib 1. cap. 12. num. 5. arbitratur, dici indictionem à ſolutione cenſus, ſed, diſcedendo à Spec. arbitratur, eſſe commentitium quòd ſcribitur de ferro, ar-
1231 gento, & auro: † hodie retinemus adhuc idem nomen indictionis non in ſignificando ipſo tributo, ſed in ſignificando ipſo tempore quindecim annorũ, quibus ſoluebatur, vt dixi, tributum; & ſicut indictio expletur ſpatio quindecim annorum; ita etiam hodie indictio non excedit iſtum numerum decimum quintum: dicimus enim indictionem primam, ſecundam, tertiam, & vlteriorem vſque ad decimamquintam incluſiuè, & deinde reincipimus primam, ſecundam &c. & modus, quem tenemus in dinumeratione indictionis, eſt, vt, anno Domini currente, numeremus ſingulos quindecim annos per quindenas à natiuitate Domini, & quot ſuperſunt; &, additis annis tribus, eo numero vocemus indictionem; vt puta: anno Domini noſtri xviij. vltra quindecim annos ſuperſunt tres anni, & alij tres ſunt addendi, quia tot præceſſerant de indictione ante aduentum Chriſti, ideo dicemus, indictione ſexta, ideſt, anno ſexto indictionis, vt explicant Gloſ. in Auth. vt præpon. nom. imper. in verbo. indictionis. & fuſius, & clarius Spec. dicto §. breuiter. num. 5. & 6. verſ. cæterum ſi velis. ponens etiam iſtud exemplum ad inueniendam indictionem: hodie ſunt anni Domini 1059. ecce 1050. anni ſunt rectè diuiſi per quindenas ſuperſunt 9. anni, quibus adde tres, & ſic ſunt 12. ergo erit indictio duodecima. item in anno Domini 1273. ſuperſunt anni 13. quibus adde tres, qui præcedebant de indictione ante aduentum Chriſti, & ſunt anni ſexdecim. ergo indictio erit prima: quia adeſt numerus annorum quindecim, & ſupereſt vnus: vndehabemus verſus, quos etiam citat

Spec. tit. de instr. edit. §. breuiter. vers. est igitur. sub num. 6.

Si per quindenas Domini diuiseris annos.

His tribus adiunctis indictio certa notatur.

Quòd si mutares indictionem alio tempore, quàm in natiuitate Domini nostri, & velis indictionem inuenire, videto eundem Spec. vbi supra: pluribus namquè non insistam.

REQVISITVM IIII. V. VI. VII. VIII. ET IX.

Quantum ad quartum de die. & quantum ad reliqua vide Spec. in d. §. breuiter. & Ioan. de Graff. dict. tract. de subst. procur. in verbo. die. & seqq. fol. 367. & Rip. in l. admonendi. vers. quarto quæritur. nu. 158. & seqq. ff. de iureiur.

Hæc solum notabo, quòd ad sciendum quot dies habeat quilibet mensis docent hi versus, quos ponunt Glos. I. post cap. vltimum. datum romæ. de reg. iur. in 6. & Spec. in tit. de instrum. edit. §. breuiter. sub num. 7. vers. vt autem scias.

Iunius, Aprilis, Septemquè, Nouemquè tricenos.

Vnum plus reliqui: Februs habet octo vicenos.

Cui (si bissextus fuerit) superadditur vnus.

Et ad sciendum nonas, & idus cuiuslibet mensis ponunt ijdem Glos. & Spec. vbi sup. hos duos alios versus.

Sex Maius nonas, October, Iulius, & Mars.

Quatuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.

& de calendis vide apud eosdē Glos. & Spec. vbi sup.

1232 Si tu, Regnicola, vis scire, quæ requirantur in instrumentis, quæ conficiuntur in Regno, vltra præfata requisita iuris communis, vide constitutionem. instrumentorum. & ibi. Affl. lib. 1. hæc sufficiat de requisitis instrumenti publici.

Quæ requirantur in scriptura priuata.

1233 Loquendo nunc de scriptura priuata, præmitto quòd ea regulariter non facit aliquam probationem iuxta ea, quæ scripsi supra num. 1133. & notat Rip. in l. admonendi. num. 96. vers. priuata scriptura. ff. de iureiur. vbi ponit ampliationes, quas tu poteris videre.

Fallit ista regula, si habeat infrascripta requisita: videlicet, si sit scripta, vel subscripta manu eius, contra quem facit illa scriptura, vt late scripsi supra num. 70. vers. in primo. item si sit scripta à partibus, & subscripta à testibus, vel scripta à tertio, & subscripta à testibus iuxta terminos l. scripturas. C. qui pot. in pign. habean. de quibus scripturis ita confectis sufficienter loquuti sumus supra eod. cap. in diuersis & pluribus locis.

De iuramento necessario, & de conclusione in causa.

SVMMARIVM.

Iuramentum suppletorium vt possit deferri, quæ sint necessaria, remissiuè nu. 1. potestque hoc iuramentum deferri in causa appellationis. num. 2. & ibidem quòd non possit peti post conclusum in causa.

Conclusio causæ, facta in causa principali, non se extēdit ad causam appellationis, nisi sit dictum nu. 3.

Publicatio processus solet quandoque omitti in 1. & 2. instantia, & quare num. 4.

Conclusio in causa non est de substantia num. 5. & seq. Contraria opinio nu. 7. Distinguitur 1. vt sit de substantia in causis ordinarijs, secus in summarijs num. 8. Distinguitur 2. vt in foro ecclesiastico sit necessaria in causis prophanis ordinarijs, secus in sūmarijs. Sed in foro seculari indistinctè non est necessaria nu. 9. Vltima opinio est quòd attendatur stylus fori nu. 10. Resoluitur pro prima opinione quòd non sit de substantia num. 11. Ampliatur hæc opinio vt in causis summarijs procedat sine difficultate nu. 12. Restringitur 1. hæc ampliatio vt nō procedat in loco, vbi de stylo sit cōclusio in singulis processibus num. 13. Restringitur 2. vt de stylo sacri palatij, parte inuita, conclusio non possit omitti num. 14. Declaratur eadem prima opinio vt licet conclusio non sit necessaria, tamen facta operatur suum effectum num. 15.

Substantialia non sunt omnia, quæ requiruntur in iudicijs num. 6.

Conclusio in causa est renuntiatio omnibus probationibus nu. 16. Ampliatur ista regula remissiuè nu. 17. Limitatur 1. vt non sit vera quoad allegationes num. 18. Contra limitationem num. 19. Retinetur limitatio num. 20. Declaratur limitatio vt procedat in simplicibus allegationibus, quæ dantur ad merā instructionem iudicis, secus si præsententur in actis num. 21. Infertur ineptitudo styli, qui recipit allegationes cum productione num. 22. Limitatur 2. vt non procedat in multis casibus, de quibus remissiuè num. 24.

Conclusio quibus clausulis fieri soleat nu. 25. Quando dicatur conclusum & quot modis concludatur nu. 27.

Causæ, in quibus nunquā concluditur, quæ sint remissiuè num. 26.

Conclusio est sententia interlocutoria num. 29.

Iudex potest reuocare conclusionem à se factam num. 28. & seq. Ampliatur hæc assertio, vt possit etiam tacitè reuocare & c. num. 30. Declaratur vt licet possit reuocare, tamen non debeat sine iusta causa num. 31. Extenditur ista declaratio vt iudex non debeat reuocare etiam si sibi reseruasset facultatē reuocandi num. 32. Declaratur rursus ampliatio vt iudex dicatur reuocare conclusionem, si, sciens illam, admiserit articulos, secus si ignorās. nu. 33. Et in dubio præsumitur quòd sciuerit nu. 34. & vbi reuocauerit denuo requiritur alia conclusio num. 37.

Iudex non potest rescindere conclusionem factam à partibus num. 35. quia ea fit à partibus sine iudicis consensu num. 36.

Aduocatus quomodo debeat se gerere in allegationibus, & disputatione causæ, remissiuè num. 23.

CAPVT XII.

1 VT deueniri possit ad delationem iuramenti necessarij, quod alio nomine vocatur iuramentum suppletorium, seu in defectum plenæ probationis, sunt necessaria sex secundum Maran. in suo spec. par. 6. actu 9. nu. 4. quem in hoc sequitur Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 20. num. 31. vel secundum Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 190. per totum requiruntur quinque; sed quia de eo nobis commodior se offeret agendi locus in sequenti libro; ideo hic pluribus non insistam: interim tamen si quid circa id occurrat videndum, poteris videre Bar. Ias. Rip. & alios in l. admonēdi. ff. de iureiur. Io. à Graf. in arbor. iudic. in quarto principali. vers. quartusdecimus. num. 17. fol. 24. Maran. & Menoch. vbi supra, & Alex. Stiat. d. cap. 20. num. 1. & seqq. vsque ad num. 43. & aliqua apud Spec. tit. de iuramenti delatione: habet enim istud iuramentum materiam amplam, quam nos, fauente Deo, copiosè prosequemur lib. seq.

2 Reseruaui de eo agere libro sequenti, quia in eo agam etiam de appellatione, & hoc iuramentum suppletorium potest deferri etiam in causa appellationis; quia in ea possunt purgari omnes errores, qui causas causarum concernunt; & ideo licet iuramentum hoc peti non possit post conclusionem in causa, tamē, si sit lata sententia, & ab ea sit appellatum, potest suppleri omissum, vt scribit Bal. in cap. 1. §. item si vasallus. num. 8. vers. quæro vtrum post conclusum. tit. de controuers. inuestit. quem referunt, & sequuntur Capic. decis. 35. num. 4. & Foller. in addit. ad specul. Maran. par. 6. actu 9. num. 20. & aduerte quia in causa appellationis potest deferri etiam si in prima instantia fuerit conclusum, & nunquā fuerit petitum; & ratio est,

eſt, quia concluſio, facta in cauſa principali,non extenditur ad cauſam appellationis, Abb. in cap. cum dilectus.verſus finem.ſub num.8. de fid.inſtrum.Io. de Graſſ.tract.de ſubſtant.procur. verſ.iſtud venit etiam. num.3.fol.372.& Bal.Peruſ.tract. de ſtatut. in verbo. concluſio.num.4. fol. 99. niſi fuiſſet dictum Abb. vbi ſupra:& ideo in cauſa appellationis poterit iuramentum peti,& deferri.

4 Hacq. eadem ratione reſeruaui agere eod. lib. ſeq. de publicatione proceſſus, à qua cauti litigatores abſtinere ſolent in prima,& quandoque etiam in 2. inſtantia,ne ſibi ob teſtificatorum ſcientiā præcludatur via vlterius articulandi, & probandi in ſequenti inſtantia; & non diſſimili ratione reſeruaui agere de nonnullis alijs, de quibus ſecundum ſtylum aliorum fuiſſet agendum in iſto 2.libro.

De concluſione.

QVAESTIO I.

5 QVAERO an concluſio ſit de ſubſtantia iudicij. Reſpondeo,quòd in hac re Doctores ſunt variè loquuti,ſicut aduertit etiam Aſin. in prax.§. 23. cap. 7. ſub num.1. nam Abb.in cap.cum dilectus.ſub num.1. ibi.de concluſione vero.de fid.inſtrum.& in cap.cum 1.& a num.12.verſ.ſed quæro quid de renuntiatione. de ſent.& re iudic.& Maran.in ſuo ſpec. par. 6. actu. 15.num.9.quos,loquendo de iure,referunt,& ſequuntur Carauit,ſuper ritu 75.ſub num.2.& Gail.in pract. obſeru.lib. 1. obſeru.107.de concluſione cauſæ. num. 1.tenent ſimpliciter,quòd nō ſit de ſubſtantia, & Abb. allegat Io.Andr.in addit.ad Spec. in tit. de renunt. & concluſ.quem etiam poſt Abb. citat Maran. vbi ſupra & apertius Vant.tract.de nullit.rub.de null.ex defect. proceſſ.ſub num. 45. fol. 415. citans eum in verbo.§. fin.& Maran.citat etiam Fely.in d.cap.cum 1 & 2. ſed ego bis percurri Io.And.& Fely.in locis, per eos citatis,& id in eis minimè inuenire potui.

6 Comprobatur iſta opinio; quia non omnia, quæ debent interuenire in iudicio,ſunt de ſubſtantia: quædam enim ſunt de ſolemnitate, vt ſcribit Abb. d. cap. cum 1 & 2. num.11. verſ.& ideo concluditur. quare licet concluſio debeat interuenire, tamen eſt de ſolemnitate; vide pro iſta comprobatione Spec. in proem. 2. partis, vbi enumerat multa membra iudicij, quæ tamen, inquit, non ſunt de ſubſtantia ipſius iudicij.

7 Contrariam opinionem de directo tenuit Bal.in repertorio ad Innoc.in verbo.renuntiatio & concluſio.in fine.dicens.veritas eſt,quòd de ſubſtātia eſt renuntiare & concludere,alias nihil valet proceſſus ſecundum doctores; pro qua opinione allegat textum in cap. quoniam contra falſam. de probat. & in cap. cum dilectus.de fid.inſtrum.& auth. iubemus. C. de iudic.& in hanc ſententiam videntur fuiſſe Roman. conſil.176.iſtæ ſunt reſponſiones. verſ. oſtenditur hic. num. 11. & apertius Guid. Pap. deciſ. 587. quæſitum fuit. dum ſcribunt concluſionem eſſe de ordine iudiciario.

8 Tertia opinio eſt illa, quæ diſtinguit inter cauſas ordinarias,quæ requirunt figuram iudicij,& inter cauſas ſummarias, ſeu beneficiales, quæ non requirunt figuram iudicij;nam in cauſis ordinarijs tenet, concluſionem eſſe neceſſariam, ſicut probari videtur ex textu in clem.ſæpè.paulò ante finem.& ibi notat Glo. in verbo.concluſione.de verb.ſignific. ſecus. in cauſis ſummarijs, vt probatur in ead.clem. ſæpè. vbi ſupra. & cum hac diſtinctione concordant in effectu, quæ ſcribunt Bellam.deciſ.55.ſub num.2.& 3.Rot.deciſ.1. alias.5.ſi poſt concluſionem.& ibi Addition. in fine. de teſtib.in nou.dicens,in beneficialibus non eſſe neceſſariam,ſecus in prophanis.& deciſ.12.alias 468. in fine.de reſtit. in antiq.Fely.in cap.cum dilectus. verſ. quarto ſcias.num.22.de fid.inſtrum. Vant. tract. null. rub.de null.ex defect.proceſſ.num.45.fol.415. Capic. deciſ. 1.num.33.& 34.& Aſin. in prax.§.3.cap. 11.in fine.& §.23.cap.7.ſub num. 1.& 2.vbi refert, hanc diſtinctionem communiter teneri. & benè conferunt huic diſtinctioni, quæ ſcribit Alex. conſ. 84. conſideratis his.num. 12. & ſeqq. verſ. quarto principaliter. lib.4.

9 Quarta opinio eſt paululò plenior, quia diſtinguit non ſolum inter cauſas, ſed etiam inter foros:nam in foro eccleſiaſtico, & in cauſis prophanis, & ordinarijs tenet, quòd ſit neceſſaria, ſecus in cauſis beneficialibus, & ſummarijs: in foro verò ſæculari tenet indiſtinctè non eſſe neceſſariam Vant. & Aſin. vbi ſupra. & Grauat. in annot. ad prax. Veſtr.lib.7. cap. 1. num.30.

10 Quinta opinio meo iudicio colligi poteſt, quòd in hoc attendatur ſtylus fori: nam Gloſ.in d. clem. ſæpè. in verbo.concluſione.inquit, communiter in ſæcularibus foris apud nos non fit concluſio: in eccleſiaſticis fit per partes,& Card.ibidem q.19.quem etiam citant Maran.in ſuo ſpec. par.4. diſt.9.num. 24. & Aſin. vbi ſupra, inquit,concluſionem fuiſſe conſuetudine introductam, & ideo ob ipſam conſuetudinem iudicem illam facere oportere,at in ſummarijs,inquit,poſitū eſt in arbitrio iudicis.hancq.opinionem forſan ſequutus eſt Moncad.in addit.ad Crot.trac.de teſtib.par. 7.nu.196.fol.224.dū nihil firmans, remittit ſe ſimpliciter ad præfatos Gloſ.Card.& Imol.item Alex.Stiat. in pract.iudic.cap.22.ſub nu. 32. loquens de ſtylo bononienſi,ait, fere nunquam fieri concluſionem in cauſa.Gail.in pract.obſeru.lib. 1.obſeru. 107.de concluſione cauſæ.ait,in Camera nullā ſententiam publicari,ne interloquutoriam quidem, niſi in cauſa legitime concluſum ſit.Carauit.ſuper ritu 75.nu.1.in vltimis verbis ſcribit, quòd ex communi obſeruantia, conſuetudine, & ſtylo fiunt concluſiones in cauſis: apud nos ſeruatur, vt in eadem citatione, qua citamus ad ſententiam,dicamus etiam ad concludendum, vt ſcribit etiam Veſtr.in pract. lib.7.cap.1.ſub num.11.

11 Quid concludimus in iſta concluſione.

Reſpond.[Circunducto ſtylo particulari, qui ſine dubio eſt attendendus,vt dicam infra num. 13.] concludo de iure, veram eſſe primam opinionem, videlicet,concluſionem non eſſe de ſubſtantialibus iudicij,& conſequēter iudicium,ſeu proceſſum valere ſine concluſione.Quòd non ſit de ſubſtantialibus iudicij ſentiunt Gloſ. vnica in l. prolatam. C. de ſent. & interloc.omn.iudic.Bonaguid.& Egid.quos refert, & ſequitur Io. Andr.in addit.ad Spec.tit.de ſenten.& de his quæ ipſam ſequuntur.§. iuxta. in 1.addit.in verbo. impugnatione litera. a. idem Spec. in proem. ſecundæ partis.num.1.Bal.in rub.num.5.verſ.amplius.C.de vindic. liber.&c. Hoſt.in ſumm.tit.de ſent. §. qualiter proferri debeat. ſub num. 5. ibi.is eſt ordo. dum colligentes ſubſtātialia iudicij nullū verbū faciunt de cōcluſione; quos antiquos patres refert,& ſequitur Vāt. tract.de null.rub.de nullit.ex defect.proceſſ.&c.n.16.

12 AMPLIA eandem primam opinionem, vt in cauſis ſummarijs, & beneficialibus procedat ſine difficultate per textum apertum in dicta clemen. ſæpe. verſus finem. de verb. ſignif. & ſcribunt Affl. deciſ. 272.deinde.ſub num.4. Carauit.d.ritu 75. num.1.Gloſ. Bellam. Rot. Fely. Vant. Capic.& Aſin. quos citaui in 3. opinione.

13 RESTRINGE I. eandem primam opinionem, vt non procedat in loco; in quo de ſtylo fieret concluſio in ſingulis proceſſibus, quia tunc eo in loco eſſet neceſſaria,& de ſubſtantia adeo,quòd,ea omiſſa, vitiaretur proceſſus, ſeu iudiciū iuxta ea, quæ, loquendo de omiſſa inuocatione Dñi noſtri in inſtrumentis,ſcripſi ſupra cap.præced.num.1181.& 1182.& ex hac reſtrictione confuto opinionem Aſinij in d.§.23. cap.7. in fine. dum,ſentiendo contrarium, tenet,quòd proceſſus non vitiaretur, cuius opinio ſicut non eſt vera, ita neque probatur ex his, quæ citat.

14 RESTRINGE II. vt de ſtylo ſacri palatij non procedat,parte inuita;quia tunc licet de iure concluſio non ſit neceſſaria, tamen terminus, parte,inuita,ad concludendum non debet omitti, teſte Bellam.deciſ. 57.ſecundum dominum. num.1.in fine.& num.2.

15 DECLARA rurſus tàm primam opin. quàm ampliationem, vt licet concluſio non ſit neceſſaria, ta-

men facta operatur suum effectum, teste eod. Bellam. d. decis. 57. nu. 3. in fine, & quis sit eius effectus habes infra q. seq.

QVAESTIO II.

16 QVAERO quid sit conclusio in causa.

Resp. quòd est renuntiatio omnibus probationibus & productionibus actorum adeo, quòd, facta conclusione, nihil aliud produci potest, & nõ expectatur nisi sententia ad tradita per Glos. in cap. cum dilectus. in verbo. conclusum. & per Io. Andr. Butr. Abb. Felyn. & alios de fid. instr. Spec. tit. de renunt. & conclus. num. 3. vers. & scias. Maran. in suo spec. par. 6. actu 15. sub num. 1. Andr. ab Exea de pact. num. 441. fol. 17. Rip. in l. admonendi. vers. tertio aduertendum. num. 48. & versus finem. ibi. sed vnum vltra alios. ff. de iureiur. dum ait, paria esse conclusum esse in causa, & esse latam sententiam, quia conclusio in causa fit renuntiando probationibus & allegationibus iuris. & latius Asin. in prax. §. 23. cap. 1. num. 1. & colligitur ista descriptio ex textu in cap. auditis. de procur. cap. pastoralis. de caus. possess. & cap. cum dilectus. de fid. instr. ex qua descriptione possumus dicere vna cum Mascar. tract. de probat. q. 17. num. 43. in fine. & 44. lib. 1. & Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 108. sub num. 2. quòd, facta conclusione, est clausum os partibus; & sic habes regulam, quòd post conclusum in causa partes nihil facere possunt ad instruendam causam.

17 AMPLIATIONES ad istam regulam vide apud Asin. d. §. 23. cap. 6. ampl. 1. & seqq. vbi enumerat quinque ampliationes, quarum veritatem non examino.

18 LIMITA I. eandem regulam, vt non procedat quoad allegationes iuris; quia licet, sit conclusum in causa, tamen potest allegari in iure, vt referunt, & sequuntur Ias. in l. 2. sub num. 6. C. de eden. Maran. in suo spec. par. 6. actu 15. num. 2. Carauit. super ritu 75. sub num. 5. & Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 107. de conclusione causæ. vers. sexto fallit. num. 13. huiusque limitationis rationes adducit, & confutat Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 175. num. 10. & ita seruatur hic in Vrbe, & vidi seruari in alijs locis; &, quòd seruetur Papiæ, scribit Menoch. d. cas. 175. num. 15.

19 Contra istam limitationem sentire videntur Gl. in cap. cum dilectus. in verbo. conclusum. de fid. instrum. Spec. tit. de renunt. & conclus. & Rip. citatus supra sub num. 16. dum sentiunt, quòd conclusio sit renuntiatio etiam allegationibus, & apertè Innoc. in cap. pastoralis. ibi. conclusum. de caus. poss. & propriet. qui clarè dicit, quòd, facta conclusione, nec in facto, nec de iure aliquid dici potest, & Innocentiũ refert, & sequi videtur Abb. in d. cap. cũ dilectus. sub nu. 8. Asin. in prax. §. 23. cap. 2. sub num. 1. & cap. 6. num. 2. hancque esse magis receptam* opinionem testatur Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 175. num. 1. in fine, adducendo, & confutando vsque ad num. 9. omnes rationes huius opinionis, in quibus recensendis non immoror.

20 Non recedas à præfata limitatione, quæ est vera, tenetur communiter; * & seruatur in praxi, & ad Gl. & Spec. responde, quòd sunt intelligendi de allegationibus facti, sicut apertè loquitur Spec. d. tit. de renunt. & conclus. num. 3. & declarat Bellam. decis. 551. de testib. quicquid aliud videatur forsan sentire Innoc. vbi supra.

21 DECLARA istam limitationem, vt procedat quoad allegationes, & informationes iurium simpliciter quoad iudicem; secus quoad allegationes, quæ præsentarentur, vt transirent in acta iudiciaria, Carauit. vbi supra, & latius ante eum Fely. in cap. cum dilectus. vers. vlt. limitat. num. 18. de fid. instrum. qui mouentur ex doctrina Baldi per eos citati: adde huic declarationi, quod scribit Menoch. dicto casu. 175. num. 13.

22 INFERO ex hac declaratione, ineptum esse stylum quorundam locorum, in quibus recipiuntur istæ allegationes & consilia cum productione post conclusum in causa; siquidem conclusio præcludit viam productioni, & licet quo ad iura, quæ allegantur, illa productio sit superflua, cum iura non transeant in acta, & ideo nullum inferat præiudicium conclusioni, tamen quoad factum, quod deduci solet in allegationibus, videtur fieri præiudicium conclusioni, quia posset in eo declarari aliqua cõfessio obscura, vel deduci aliquod nouum ius.

23 DE disputationibus, & allegationibus faciendis qualis in eis sit seruandus ordo, & quæ sint partes Aduocatorum in allegationibus vide Spec. tit. de disputationibus. §. allegare, §. nunc breuiter. & §. nunc videndum. & seqq. & Carauit. super ritu 75. num. 11. & seqq. & quæ sint partes Iudicis vide eund. Spec. eod. tit. de disputat. §. satis clarè.

24 LIMITA II. vt non procedat in multis alijs casibus, quos enumerant Abb. in dicto cap. cum dilectus. num. 3. ibi. & 1. de fid. instrum. Aufr. in addit. ad Capell. Tolos. decis. 14. sub num. 1. & seq. Maran. dicto act. 15. num. 3. & seqq. Gail. dicta obseru. 107. num. 5. & seqq. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 1. sub num. 3. & latius Asin. dicto §. 23. cap. 6. limit. 1. & seqq. vbi enumerat 21. limitationes. & Mascar. tract. de probat. q. 17. nu. 44. in fine & nu. 45. & seqq. lib. 1. in quibus recensendis laborandum non censeo, siquidem potest iudex conclusionem rescindere, vt dixi infra sub num. 28. & 30.

Quibus clausulis procuratores & Aduocati soleant concludere vide ex Affl. decis. 272. in principio, & sub num. 1. & Gail. dicta obseru. 107. num. 9. & 15.

26 Causæ, in quibus nunquam concluditur, quæ sint, vide apud eundem Gail. ead. obseru. 107. fall. 4. num. 10. in fine. & seqq.

27 Quibus modis concludatur, & quando dicatur conclusum in causa vide Felyn. in cap. cum dilectus. vers. in glos. num. 19. & 20. de fid. instrum. Asin. in prax. §. 23. cap. 3. 4. & 5. & Carau. super ritu. 239. num. 4. qui referunt multos modos.

QVAESTIO III.

CASVS I.

28 QVAERO (& impono finem huic secundo libro) an iudex possit rescindere conclusionem factam.

Resp. distinguendo duos casus principales.

Primus est, quando conclusio est facta à iudice, vt puta quia pluries monuerit partes ad sententiam, vel aliter.

Secundus est, quando est facta à partibus.

In primo casu assero, quòd potest illam reuocare Rot. decis. 8. alias. 758. de iudic. in antiq. Crauet. cons. 144. magnificus quondam. num. 20. & latius Asin. in prax. §. 23. cap. 6. limit. 21. num. 1. in fine. & num. 2. * & ratio est euidens; quia conclusio est interloquutoria, quam iudex potest reuocare, vt dicit idem Crauet. vbi supra, & cons. 23. titius detentus. nu. 7. hæcque conclusio fortius probatur ex seq. ampl. & facilius reuocat quando conclusit, saluo iure reuocandi, quæ praxis concludendi laudatur à Io. de Grass. in a1b. iud. in quarto princip. vers. decimus quintus. num. 18. fol. 25.

29 (see above)

30 AMPLIA istam assertionem, vt possit eam tacitè reuocare, & ista tacita reuocatio sufficiat; & dicitur iudex tacitè reuocare quando post conclusioné admitteret articulos Rot. decis. 1. alias 5. si post conclusionem. de testib. in nou. & decis. 12. alias 468. de restitut. in antiq. Abb. in cap. cum dilectus. num. 3. versus finem. ibi. quinto si de facto. de fid. instrum. & ibi Addition. Dec. in cap. quoniam contra falsam. num. 115. de probat. Aufr. in addit. ad Capell. Tolos. decis. 14. num. 1. Affl. decis. 115. in causa. num. 2. Asin. dicto §. 23. cap. 6. limit. 21. num. 5. & communiter * omnes.

31 DECLARA restringendo præcedentem assertionem, & ampliationem, vt licet iudex possit expressè & tacitè reuocare, & rescindere conclusionem, tamen non debet eam rescindere sine subsistente iusta causa

cauſa Bellamer. deciſ. 55. concluſio. per totam, & deciſ.57. ſecundum dominum. num. 1. verſus finem. & Aſin. dicto cap. 6. limit. 21. & num. 2. & 3. quare Auditor, ſeu iudex parti petenti reuocari concluſionem, debet dicere, quòd producat illa iura, quæ intendit producere, & ſi videt, quòd illa iura faciunt benè ad iuſtitiam cauſæ, reuocabit concluſionem, alias non; & ita ſeruãt domini Rotæ Auditores Rot. deciſ.8. alias. 758. de iudic. in antiq. quã refert, & ſequitur Aufrer. in addit. ad Capell. Toloſ. deciſ. 14. in fine. & reuocando ſine iuſta cauſa, grauat partem, quæ propterea poſſet appellare de iure, licet tales appellationes non recipiantur, teſte eod. Bellam. dicta deciſ. 57. num. 1. in fine. & hoc, quòd non recipiantur, non patitur controuerſiam, quia reuocatio concluſionis eſt ſententia interlocutoria, vt dixi: & iuſta cauſa præſumitur præſumptione iuris, & de iure; parte tamen præſente, & non contradicente, quando iudex admittit articulos, intelligeretur reuocata, conſentiente parte.

Confirmatur iſta declaratio, dum requirit iuſtam cauſam, quia iudex poſt concluſum non poteſt concedere compulſoriam, niſi ex iuſta cauſa, teſte Rot. quam citaui cap. præced. num. 876.

32 EXTENDE iſtam declarationem, vt habeat locum etiam ſi iudex concluſiſſet cum poteſtate reuocandi; quia nihilominus non deberet reuocare ſine iuſta cauſa; & in his terminis loquitur Bellam. dictis deciſ. 55. & 57.

33 DECLARA rurſus reſtringendo præcedentem ampliationem, poſitam ſupra num. 30. vt ſit vera quando iudex ſciuerit concluſum eſſe in cauſa, quia tunc, admittendo articulos poſt concluſionem, cenſetur illam reuocare, ſecus, ſi ignorauerit, teſte Rot. deciſ. 1. alias 5. ſi poſt concluſionem. ſub num. 1. de teſtib. in nou. quam referunt, & ſequuntur Iſern. in pragm. concluſione facta. rub. de proceſſ. ordinan. per magiſtros &c. fol. mihi 419. & Aſin. in prax. §. 23. cap. 6. limit. 6. num. 6.

34 Præſumitur tamen, quòd ſciuerit, ſi eſt ille idem Auditor, ſeu iudex, qui concluſerat, ſed ſi ſit alius, puta ſucceſſor, res habet difficultatem; vide Rot. Iſer. & Aſin. vbi ſupra. & hæc de primo caſu.

CASVS II.

35 In ſecũdo caſu reperio, quòd Iſern. in dicta prag. concluſione facta. in principio. rub. de proceſſ. ordin. per magiſtr. & Aſin. dicto cap. 6. limit. 21. num. 2. referunt, & ſequuntur ex Bal. quòd iudex non poteſt reuocare concluſionem, quia illa concluſio non eſt interlocutio iudicis, ſed eſt actus partium;
36 † quod confirmari poteſt ex eo, quod refert, & ſequitur Fely. in cap. cum dilectus. verſ. ſecundo ſcias. num. 21. de fid. inſtrum. dicens, quòd in concluſione cauſæ non requiritur de neceſſitate conſenſus iudicis, quia ſufficit conſenſus partium, & ideo bene Io. à Graſſ. in arbor. iud. in quarto principali. verſ. decimus quintus. num. 18. fol. 24. vocat concluſionem eam, quam faciunt partes.

37 Aduerte circa prædicta, quòd licet iudex poſſet expreſſe, & tacite reuocare concluſionem in caſu, de quo dixi, tamen poſtquam illam reuocauit, erit denuo aſſignandus terminus ad concludendum, & denuo erit facienda concluſio, vt ſcribit Bellam. deciſ. 57. ſecundum dominum. ſub num. 2. Sufficiant hæc pauca circa hoc vltimum cap. quia vt dicit Cyn. in l. 1. ſub num. 1. verſ. vltimo quæro. C. de ſum. trin. &c. ſi illa l. 1. fuiſſet vltima in libro inceſſiſſet ad nuptias cum modica dote.

LAVS DEO.

INDEX RERVM ORDINE ALPHABETICO DISPOSITVS.

A

ABBAS, Prior, seu Prælatus } ecclesiæ respondent positionibus cum iuramento vna cum Capitulo siue maiori parte cap.7.num.748. eorumque confessioni potius statur, quam contrariæ confessioni syndici. num.751. & quando confessio prælati præiudicet eod. num.751. vers. declara. fol.213.
Rector, seu Abbas } iurat de calumnia pro ecclesia cap. 1. num.252. 24
Abdicatio est iuris quærendi. cap.2. num. 292. in fine. fol. 61
Abscondens, seu Occultans } scripturas inualidas non punitur. cap.8. nu. 471. fol. 260
Absens generaliter qui dicatur. cap. 8. num. 299. sed qui dicatur in casibus particularibus non potest dari certa doctrina. num. 300. & quomodo accipiatur absens in iudicijs, causisque peragendis. num. 301. fol. 248
Absens, seu Contumax. } est quandoquè melioris conditionis quam præsens, & quare. cap.9. nu.269. 329
Absentia citati potest probari solo iuramento eius, qui eam allegat. cap.9.num. 1914. 463
Absentia breuis militiæ dicitur necessaria, &c. ideoquè excusat citatum non comparentem. cap.9. num.1907. fol. 462.
Absolutio à iuramento debet esse specialiter à singulis iuramentis, si plura iuramenta sint apposita in contractu, alias non valet. cap. 2.num.162. 51
Àbsolutio à iuramento etiam si sit appositum in contractu simulato est necessaria. cap.2.num.116. 48
Absolutio à iuramento contractus quando non sit concedenda. cap. 2. num.125. fol.48. & 130. & quando sit concedenda. num.126. & 127. 49
Absolutio à iuramento apposito super obligatione camerali non retardat executionem. cap. 2. num. 130. fol. 49. vers. secundus, & vers. extende hoc. Temperatur, vt procedat in tribunali A.C. secus in alijs sub eodem num. 130. vers. tempera. 49
Absolutio à iuramento quando non sit necessaria. cap. 2. num.128. 129.131.132. fol.49. & 136. 50
Citatio ad videndum iurare testes est necessaria. cap. 8. num. 19. & 63. Ampliatur 1. etiam si testes examinarentur ad probandum inditium contra reum eodem num. 63. vers. amplia. Ampliatur 2. etiamsi causa agatur summarie &c. num. 64. Ampliatur 3. etiamsi causa agatur coram principe. num. 65. Ampliatur 4. etiamsi procedatur per viam inquisitionis. num. 66. Limitatur 1. quoad validitatem sententiæ, quia remanet valida, quamuis testes fuerint examinati parte non citata. num. 68 Declaratur limitatio, vt non procedat quando iudex in sententia se refert expresse ad acta, seu probationes. num. 69. Limitatur 2. quando testes recipiuntur ad instructionem iudicis. num. 70. Exemplificatur limitatio in informatione, quam iudex assumit de absentia Rei. num. 71. Exemplificatur 2. quando iudex se informat de habilitate alicuius personæ &c. num. 72. fol. 232. Contrarium. num 73. Retinetur exemplificatio, prout retinemus. num. 77. Restringitur, vt non procedat quando informat se iudicialiter. num. 74. Sed, retinendo contra exemplificationem, declaratur vt sit necessaria citatio eius, de quo sumitur informatio. num. 76. Exemplificatur 3. quando iudex se informat de fama. num. 78. Declaratur ista exemplificatio in notorio. num. 79. remissiue. Extenditur dicta secunda limitatio, vt habeat locum etiam in productione instrumenti ad informationem iudicis. nu. 80. Exemplificatur extensio, quando clericus captus à iudice sæculari vult informare ipsum iudicem de clericatu. num. 81. Limitatur 3. quando testes examinantur super inquisitione generali. num. 82. Limitatur 4. in singulis casibus, in quibus mora periculum affert. num. 83. & seqq. Exemplificatur in testibus examinandis contra debitorem suspectum de fuga. num. 86. Exemplificatur 2. quando testis examinandus est in discrimine vitæ. num. 87. Exemplificatur 3. quando testes examinandi sunt senes, vel valetudinarij, aut absfuturi &c. & aduersarius est absens in remotis partibus. num. 88. Exemplificatur 4. quando testes sunt senes, vel &c. & aduersarius est malitiosus tyrannus. num. 89. fol. 233. Extenditur hæc exemplificatio, vt sit vera etiam si testes non sint senes, vel &c. num. 90. & seqq. Contra istam extensionem. num. 94. & 95. Retinetur extensio cum seq. declaratione, videlicet, vt propter solam tyrannidem, & terribilitatem aduersarij possint indistinctè examinari ipso non citato. num. 96. & 97. Sed, si agatur de examine ante contestationẽ litis, concedatur examen futuro reo ex regula generali, sed ante contestationẽ litis non concedatur, nisi testes sint senes, vel &c. ita vt possent præmori ante cõtestationẽ litis. nu. 98. & 99. Et quando dicatur aduersarius tyranni non posse deuenire ad contestationem litis. num. 100. Et quòd relinquatur arbitrio iudicis. num. 101. Extenditur eadem quarta limitatio, vt procedat etiamsi testes examinentur ad perpetuam rei memoriam. num. 102. fol. 234. Limitatur 5. quando quis passus est iacturam ex naufragio, vel &c. num. 111. Exemplificatur quando equus conductus moritur in itinere. num. 112. Exemplificatur 2. quando quis passus est robbarias in syluis. num. 113. Extenditur ista limitatio, vt habeat locum in quolibet casu contingente in loco remoto. num. 115. fol. 235. Declaratur hæc quinta limitatio, vt procedat quando locus, in quo casus contingit, est adeo remotus, vt ad eum pars citari commodè non possit, secus &c. num. 119. Limitatur 6. quando testibus defertur iuramentum vltima die termini dati ad probandum. num. 321. Limitatur 7. in probanda consuetudine. nu. 322. & 323. & seqq. Declaratur ista limitatio, vt procedat in consuetudine, & stylo circa ordinem litis. num. 327. Restringitur ista declaratio, vt nõ habeat locum in foro Capitolino in probatione styli. num. 328. fol. 250. Extenditur eadem limitatio, vt procedat etiam in probatione consuetudinis, & styli non notorij. num. 331. Extenditur 2. vt habeat locum etiam in consuetudine, quæ non habet permanentiam euidentem. num. 333. Sublimitatur hæc septima limitatio, vt non procedat in probanda consuetudine, quæ respicit decisionem causæ. num. 335. & 340. & seqq. fol. 251. & seq. Restringitur hæc sublimitatio, vt non procedat in consuetudine notoria. num. 337. Comprobatur restrictio. num. 338. & 339. Contra. num. 340. & seqq. Restrictio remanet indefensa ab impugnationibus. num.

346. Sed eſt vera, ſi pro conſuetudine notoria intelligatur ea, quæ habet permanentiam euidentem. num. 347. & 349. Reſtringitur 2. vt non habeat locum in conſuetudine generali. num. 351. fol. 252. Limitatur reſtrictio prima, vt non procedat quando conſuetudo, de qua agitur, eſt alibi, quàm in loco iudicij. num. 355. Limitatur 2. quando conſuetudo eſſet controuerſa. num. 359. Limitatur 8. quando poteſt procedi naturali æquitate inſpecta, quia poſſunt examinari parte non citata. num. 360. & 362. Limitatur 9. quando teſtes ſunt examinandi coram arbitratore. num. 361. & 362. Limitatur 10. in examine teſtis, cuius dicto ſtandum eſt ex diſpoſitione teſtatoris. num. 363. & ſeq. Contra iſtam limitationem. num. 366. & ſeqq. fol. 253. & ſeq. Tolluntur ea, quæ faciunt aduerſus iſtam contrariam ſententiam. num. 369. & ſeqq. Retinetur demum limitatio, & declaratur, vt ſit vera, quando teſtis debet ſolum referre voluntatem eius, qui iuſſit ſtari dicto teſtis. num. 375. fol. 254. Impugnatur iſta declaratio. num. 376. Limitatur 11. quando defertur iuramentum actori ſuper damnis &c. num. 377. Limitatur 12. in examine mulieris. num. 378. Contrarium. num. 379. & 380. Retinetur limitatio, & reſpondetur contrario. num. 381. Declaratur, vt limitatio ſit vera in muliere valdè pulchra, & honeſta, &c. num. 382. Datur cautela. num. 383. Impugnatur cautela. num. 384. Reſtringitur eadem limitatio, vt non ſit vera in muliere vetula. num. 385. Limitatur 13. quando teſtis repetitur pro declaratione ſuæ depoſitionis. num. 386. & ſeqq. Limitatur 14. quando poteſt procedi ſine cauſæ cognitione. num. 389. Limitatur 15. quando ſtylus eſt, vt examinetur parte non citata. num. 390. & 391. Limitatur 16. quando teſtes examinantur cum interrogatorijs partis aduerſæ, &c. num. 392. fol. 255. Limitatur 17. quando examinantur ſuper poſſeſſorio ſummariſſimo. num. 393. Limitatur vltimo, quando examinantur in caſu, qui poteſt probari argumentis, & inditijs. num. 394. Contrarium. num. 395. & 396. Retinetur hoc contrarium, & declatatur quando ſufficeret aliqualis probatio. num. 397. & 398. 256

Citatio partis qu ire requiratur quando defertur iuramentum teſtibus. cap. 8. num. 366. & 367. 253

Citatio partis in examine teſtium poteſt tolli per ſtatutum. cap. 8. num. 391. 255

Citatio in quibus caſibus non ſit neceſſaria. cap. 8. num. 399. fol. 256. remiſsiuè.

Citatio, ſeu præſentia partis eſt neceſſaria quando committitur peritis, vt videant &c. cap. 8. ſub num. 373. fol. 254.

Citatio quamuis ſit iuris diuini, & quamuis ſit de ſubſtantia iudicij, tamen poteſt à parte remitti. cap. 8. num. 439. & 446. in fine. 258

Citatio non eſt ſolemnitas intrinſeca. cap. 11. num. 686. Sed eſt extrinſeca. nu. 704. & 709. 552. & 554

Citatio ad videndum iurare teſtes non eſt neceſſaria. cap. 8. num. 17. Contrarium, num. 19. Et quomodo hoc ſeruetur in Regno. num. 20. & ratio redditur. num. 21. & ſeqq. & quando fiat hæc citatio. num. 24. Hæc ſententia, quòd citatio ſit neceſſaria, ampliatur multipliciter. num. 66. & ſeqq. ad eum. 232

Citatio partis ſi omittatur in examine teſtium, examen eſt nullum. cap. 3. num. 23. 229

Citatio ad ſententiam requiritur, etiam in notorijs. cap. 9. num. 241. 327

Citari an debeat principalis, vel procurator, vel vterq. vide infra in verbo, principalis.

Citatio diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe in exemplatione inſtrumenti. cap. 11. nu. 679. & ſeqq. Contraria opinio, quòd non præſumatur. num. 685. Retinetur prima opinio. num. 686. Declaratur, vt ſi citatio appareat inepta, ceſſet præſumptio. num. 693. Subdeclaratur, vt non ſit verum, quando non apparet clarè ineptitudo, quia præſumeretur valida. num. 694. Ampliatur 1. eadem prima opinio ſic declarata, vt citatio præſumatur, quamuis de ea nulla ſit facta mentio in tranſumpto. num. 697. Contra iſtam ampliationem. num. 698. Retinetur, & declaratur ampliatio, vt procedat in ſpatio 30. annorum. num. 699. Et an ex diuturnitate temporis præſumantur omnes ſolemnitates. num. 701. Ampliatur 2. vt procedat etiam ſi pars negaret citationem. num. 702. Contra iſtam ampliationem. num. 703. Retinetur ampliatio, num. 704. 552. & 554

Citatio in productione articulorum an requiratur vide infra in verbo, citatio requiritur in productione poſitionum.

Citatio partis non eſt neceſſaria, quando recipitur probatio vltima die termini dati ad probandum. cap. 3. num. 362. hoc eſt verum in quauis hora vltimi diei recipiatur. num. 363. 130

Citatio ad dicendum contra iura producta non ſupplet terminum ad producendum omnia. cap. 3. num. 257. Supplet tamen terminum ad dicendum contra producta. num. 258. Supplet ſimiliter terminum ad dicendum contra articulos. num. 259. 122

Citatio in exemplatione inſtrumenti debet fieri nominatim, & de perſona &c. cap. 11. nnm. 713. Declaratur, hæc concluſio, vt ſit vera quando contradictor eſt certus. num. 714. Secus ſi ſit incertus. num. 715. Reſtringitur eadem concluſio, vt citatio generalis habeatur pro facta nominatim, ſi appareat, eius notitiam perueniſſe ad citandum. num. 718. 555

Citatio requiritur in admiſſione articulorum ſaltem, quando index pronunciat expreſſe eſſe admittendos. cap. 7. num. 67. Contrarium. num. 68. In praxi præmittitur citatio. num. 69. Et quomodo in Vrbe. num. 70. Et præſertim requiritur, quando producuntur, vt ſuper eis examinentur teſtes, & quæ ſit forma huius citationis. ſub num. 70. 161. & 162

Citatio an ſit neceſſaria in aſsignanda dilatione. cap. 3. num. 116. 111

Citatio ad ſententiam efficitur communis vtrique parti. cap. 3. num. 229. 121

Citatus tenetur comparere ſolum de die. cap. 3. num. 334. fol. 126.

Citatus, qui ob iuſtum impedimentum non poteſt comparere, reſtituitur in integrum, quamuis non miſerit excuſatorem. cap. 9. num. 1908. Sed ſi miſerit excuſatorem, non eget reſtitutione, quia geſta ſunt nulla. num. 1909. Idem quando impedimentum venit ex improuiſo. num. 1910. 463

Ciratio partis non eſt neceſſaria in conceſſione remiſſorialium, ſi fuerit citata in admiſſione articulorum &c. cap. 8. num. 855. Secus ſi non fuerit tunc citata. num. 856. De ſtilo tamen ſolet ſempercitari. num. 857. fol. 285. & ſeq.

Citatio non eſt neceſſaria in notorio facti permanentis. cap. 9. num. 24. in fin. & num. 25. & ſub num. 38. verſ. prima. & num. 39. & 40. verſus finem. Contrarium, quod ſit neceſſaria. num. 41. & ſeqq. Diſtinguitur, & concordantur. num 43. & ſeqq. & quid in notorio iuris. num. 570. & ſeq. 311. & 354

Citatio contra reum inquiſitum non decernitur ante qua ſit inuentus, vti reus. cap. 9. num. 19. 310

Citatio continens impoſſibile non valet. cap. 9. num. 960. fol. 384.

Citatio eius, qui actum faciendum non poteſt impedire, non eſt neceſſaria. cap. 8. ſub num. 17. 229

Citatio requiritur in productione ſcripturarum. cap. 11. num. 6. quæ ſit ratio. num. 8. Quæ ſit formula huius citationis. num. 10. 20. & 21. vbi redditur ratio quorundam verborum, & citatione omiſſa, productio ſcripturæ non tenet. num. 9. Et quando citatio non ſit neceſſaria. num. 11. & ſeqq. 486

Citatio teſtis examinandi ſufficit vnica ſine peremptorio. cap. 8. num. 699. Secus, quando agitur de mulctanda contumacia ipſius teſtis. num. 700. 275

Citatio ſit ad videndum iurare teſtes, & non ad videndum eos examinari. cap. 3. num. 184. 112

Citatio ad videndum iurare teſtes infra ſex dies non valet, quia eſt nimis generalis, & ideo citatus non tenetur comparere, niſi vltima die. cap. 8. num. 29. & præſertim citato opponente de nimia generalitate. num. 31. Reſtringeretur tamen, vt eſſet valida per duos dies. num. 30. 230

Citatio ad videndum iurare testes pro die, quæ non est iuridica, circumducitur, & ideo non possent recipi ad iuramenta die iuridica immediatè seq. cap. 8. num. 32. Contrarium seruatur in Curia Delphin. num. 33. fol. 230

Citatio ad videndum examinari testes ad perpetuam memoriam an sit facienda personaliter, vel domi referuntur sex opiniones, & I. cap. 8. nu. 187. II. nu. 188. III. num. 189. IV. num. 190. V. num. 191. & VI. nu. 192. Et demum retinetur secunda opinio, vt in examine ad instantiam actoris sufficiat citatio domi; in examine verò ad instantiam rei requiratur citatio personalis. num. 193. Declaratur ista secunda opinio, vt in examine ad instantiam actoris sufficiat citatio domi, si citandus non fuerit inuentus de persona per ciuitatem. num. 193. Restringitur ista declaratio, vt in multis casibus sufficiat citatio domi, etiam nulla præmissa diligentia de reperienda persona. num. 194. Declaratur rursus, vt in examine ad instantiam rei requiratur citatio personalis etiam si actor esset in remotissimis partibus. num. 195. Subdeclaratur vt non procedat si malitiose se absentasset aut latitaret. num. 196. Subdeclaratur 2. vt non procedat quando periculum esset in mora. num. 197. Verum in ista subdeclaratione testes publicari non possunt, nisi prius eorum receptio fuerit futuro actori notificata. num. 198. 241. & 242

Citatio non præsumitur interuenisse in exemplatione instrumenti, cessante diuturnitate temporis. cap. 11. num. 704 vers. infero, & num. 705. Et procedit etiam si iudex, seu notarius assereret interuenisse. num. 706. & 707. Fallit hæc conclusio, quando pars non opponit, quia tunc præsumitur. num. 709. Declaratur hæc fallentia, vt procedat in exemplo sumpto extra acta. num. 711. Secus in exemplo sumpto ex originali registrato in actis. num. 712. 554

Citatio partis est necessaria coram compulsore in extractione copię. cap. 11. num. 816. & 845. 564

Citationis formula in petitione compulsoriæ specialis remissiue. num. 844. 566

Citatio quòd fuerit adhibita in exemplatione instrumenti, debet probari per publicum instrumentum. cap. 11. num. 678. 552

Citatio requiritur in productione positionum. cap. 7. nu. 58. In Curia Capitolina requiritur ex dispositione statutorum. num. 59. Contrarium quòd citatio non sit necessaria. num. 60. & seq. Concluditur praxim esse, vt requiratur, eiusque formula ponitur. num. 63. Et an requiratur etiam in productione articulorum. num. 64. & seqq. & quæ sit eius formula. num. 70. 161

Citatio tolli potest per statutum. cap. 8. nu. 583. vers. confirmatur. Declaratur. num. 586. 266

Citatio ad sententiam respicit fauorem vtriusque partis, concernendo ordinem iudicij. cap. 2. nu. 399. 68

Citatio eius, quo inuito potest actus expediri, non est necessaria. cap. 7. num. 63. 161

Citatio non est necessaria, quando agitur de modico præiudicio. cap. 7. num. 61. 161

Citatio in productione scripturarum potest committi sequentibus casibus. Primus est quando producuntur vltima die termini, &c. cap. 11. num. 11. Secundus est quando producuntur infra terminum datum ad producendum, vel &c. num. 12. Contrarium. num. 13. Sed in Regno Neap. est verus iste secundus casus. num. 14. Tertius est quãdo scriptura producitur ad informationem iudicis. num. 15. Quartus est in simplici productione. num. 16. Quintus est quando scriptura producta remanet in actis, sciente aduersario. num. 17. Contra. num. 18. Sextus est quando post productam scripturam est seruatus terminus ad dicendum contra. num. 19. 487

Citatio, neque / Auctoritas iudicis } requiritur in exemplatione instrumenti, facienda ab eodem notario, qui fecit originale. cap. 11. num. 525. Etiamsi veniat exemplandum vigore compulsoriæ. num. 526. fol. 538.

Citatio ad videndum admitti articulos non supplet defectum termini ad articulandam. cap. 3. num. 256. fol. 122.

Citatio partis non est necessaria in recipiendis probationibus, quando fuit antea monita, vt assisteret singulis diebus, & horis. cap. 3. num. 363. Restringitur vt ista monitio non se extendat vltra duos dies. num. 365. Et quid si pars habitaret in longinguo. num. 366. 130

Clara, seu / Certa } res dicitur post latam sententiam. cap. 2. num. 664. 29

Claudicans est vitiosum. cap. 7. num. 456. 190

Claudicatio permittitur contrahendo, vel litigando cũ minore. cap. 2. num. 321. & 322. fol. 63. & num. 395. in fine. 67

Clausula (& cui dederit) æquiparatur clausulæ (quibuscunque hæredibus) cap. 9. num. 1528. & est maioris importantiæ. num. 1529. 428

Clausula (rato manente compromisso) quid operetur. cap. 2. sub num. 417. 69

Clausula (rato manente pacto) censetur apposita in fauorem adimplentis, & in odium non seruantis contractum. cap. 2. num. 728. 97

Clausula (rato manente pacto) posita in contractu, quando non operetur. cap. 2. num. 386. fol. 67. & nu. 727. fol. 97. Et quid operetur. num. 387. & 388. fol. 67. Et quid operetur in compromisso. num. 416. & seqq. fol. 69.

Clausula (& cætera) reperta in prothocollo notarij mortui, an possit extendi in transumpto. remissiue. cap. 11. num. 611. 547

Clem. sæpe. de verb. signif. mandans, in causis summarijs abbreuiari dilationes, non habet locum in causis criminalibus summarijs. cap. 4. num. 41. 134

Clericus non cogitur abiurare concubinam, quam dimittit, ne incidat in periurium. cap. 1. sub num. 124. 15

Clericis prohibitum est iurare de calumnia sine licentia proprij Diæcesani, si tamen iurauerint, non irritatur iudicium. cap. 1. num. 203. 21

Clericus an possit cogi ad testificandum. cap. 10. nu. 101. fol. 472.

Clericus, litigans coram iudice seculari, non potest appellare ante latam sententiam, nisi &c. cap. 2. nu. 456. fol. 72.

Clericus auctor laudatus tenetur defendere emptorem coram iudice seculari, coram quo emptor vexatur. cap. 2. num. 735. 98

Cœcitas, aut alius defectus non inducit infirmitatem, propter quam conceditur examen ad perpetuam rei memoriam. cap. 7. num. 291. 248

Coerctio est species imperij, & est species iurisdictionis. cap. 9. num. 773. 371

Coerctio modica corporis est in quinto gradu imperij. cap. 9. num. 774. 370

Cognatus, seu / Consanguineus } dicitur de cippo paterno, ideoque succedit in fideicommisso relicto cippo, &c. cap. 9. num. 1206. & seqq. Sed resoluitur contrarium. 405

Collaterales iudices Capitolini, concedendo literas remissoriales extra districtum, non præcipiunt, sed rogant. cap. 9. num. 728. 367

Collectæ extraordinariæ sunt soluendæ ab ijsdem, à quibus soluuntur ordinariæ. cap. 9. num. 757. 269

Collusio licet sit prohibita, tamen non sunt prohibiti articuli. cap. 9. num. 910. 380

Collusio in causa ciuili non consideratur. cap. 9. nu. 902. Non est verum respectu tertij non interuenientis tunc in causa. num. 904. 380

Commessationes / Conuiuia, & / Festa } quæ in quibusdam locis fiunt in festiuitate aliquorum Sanctorum, vsque ad quem modum tolerari debeant. cap. 5. sub num. 2. & sunt abrogandæ. num. 3. fol. 136.

Commissio, seu / Rescriptum } quo committitur causa appellationis efficitur communis vtrique parti. cap. 3. num. 214. vers. extende istum. & num. 216. versus finem. efficiturque communis statim, atque est præsentata. num. 220. 120

Commissio super contractu omnino reprobato datur sine clausula [non obstante iuramento] cap. 2. nn. 113. 47

Commissio facta notario, quòd examinet, debet apparere per rogitum alterius notarij. cap. 8. num. 59. Contrarium in praxi. num. 60. Et circumducta praxi, crederetur

deretur iudici, attestanti de commissione. num. 61. Extenduntur hæc omnia, vt habeant locum in deputatione notarij ad totam causam. num. 62. 232
Commissio super contractu omnino reprobato datur sine clausula (non obstante iuramento) cap. 2. nu. 133. 49
Commissa censentur ea omnia, sine quibus commissio expediri non potest. cap. 9. num. 763. 369
Commodum, & Incommodum idem sentire debet. cap. 9. nu. 828. fol. 374.
Communio possessionis solet esse damnosa. cap. 9. num. 1199. 404
Comparatio, seu Similitudo literarum est periculosa, & fallax. cap. 11. num. 943. quia multi sciunt fingere manum, num. 944. & de facili propterea erratur in comparatione. num. 946. 575
Comparatio, seu Similitudo literarum cedit contrariæ depositioni testis scriptoris. c. 11. nu. 942. 575
Dissimilitudo, & Similitudo literarum cedit cōtrariæ depositioni testis in recognitione scripturæ c. 11. nu. 1033. & seqq. Exemplificatur 1. ista contrarietas, quādo testes recognoscūt suas subscriptiones, & scripturā apochæ, cui recognitioni repugnat dissimilitudo literarū. nu. 1036. Extenditur hæc regula exemplificata, vt sit indistinctè vera, quādo dissimilitudo probatur ex scriptura, quam negans facit post ortam litem. num. 1037. Restringitur eadem regula sic exemplificata, vt non procedat si dissimilitudo appareat in subscriptione testium, sitque magna dissimilitudo, &c. quia tunc magis staretur dissimilitudini, quàm depositioni testiū deponentium esse suas subscriptiones. num. 1038. & 948. & 949. Subrestringitur hæc restrictio, vt non sit vera, si dissimilitudo sit ita modica, vt possit considerari etiam in literis eiusdem manus. nu. 950. Exemplificatur 2. contrarietas quādo testes negant subscriptiones esse suas, & tamen sunt similes eorum literis. num. 1039. Extenditur regula sic exemplificata, quia creditur testibus. nu 1040. Contra istam extensionem. nu. 1041. Retinetur extensio. num. 1042. & 1043. Limitatur regula in primo exemplo, vt non procedat quando vltra dissimilitudinem literarum concurrerent aliæ coniecturæ contra depositionem testium. num. 1044. Declaratur ista limitatio, vt licet iudex in ista contrarietate possit non credere testibus, tamen non propterea debet credere comparationi literarum, vt scriptura producta sit falsa. num. 1048. 583
Comparatio literarum in recognitione scripturæ vt possit fieri requiritur 1. quod sit perita, & cum iuramento. cap. 11. num. 1057. Alias, omisso iuramento, comparatio non valet. num. 1058. sed si iuramentum non sit petitum non est necessarium. num. 1059. Requiritur 2. quod sit concessa à iudice. num. 1060. Requiritur 3. quod ipsemet iudex faciat comparationem. num. 1062. Et an requirantur duo periti, vel sufficiat vnus, si iudex velit adhiberi peritos. nu. 1062. & 1063. Et an periti debeant iurasse. num. 1064. Requiritur 4. quod literæ, ad quas recurritur pro recognitione scripturæ, sint certò scriptæ ab eo, de cuius manus recognitione dubitatur. num. 1065. debentque istæ literæ iudicialiter innotescere iudici. num. 1066. Et quando dicātur certo scriptæ manu, &c. nu. 1067. 584. & 585
Comparationis literarum materia est intricata. cap. 11. num. 1056. 584
Comparatio literatum fieri non debet, quando scriptura etiam plenè recognita non probat. cap. 11. num. 941.
Comparationis literarum probatio quare dicatur subsidiaria. cap. 11 num. 947. & quare coniecturalis. num. 1034. 575. & 583
Compromissum in amicabilem compositorem est transactio. cap. 9. num. 888 fol. 379. non tamen compromissum, & transactio sunt idē: nam in causa criminali potest quandoque transigi, sed non compromitti. nu. 909. 380
Compromissum petere est exceptio declinatoria fori. cap. 2. num. 35. Est declinatoria iurisdictionis. nu. 36. Debetq. præcedere omnes alias exceptiones. num. 39. fol. 42.
Compromissum expiratum an debeat renouari in persona eorundem, vel aliorum arbitrorum. cap. 2. num. 669. vbi concluditur esse renouandum in personam aliorum si illi sint effecti inhabiles, & num. 670. fol. 92. vbi concluditur similiter esse eligendos alios, si eorum culpa & negligentia non fuit prolata sententia, & num. 971. vbi concludetur contrarium, si non fuit terminata propter negligentiam partium. 93
Compromissum, seu Arbitrorum Iurisdictio durat, quamuis sit expirata instantia compromissi, & durat per 30. annos. cap. 2. num. 672. fol. 93. & num. 715. & 716. 96
Compromissum semper reputatur damnosum pupillo, & quare. cap. 2. num. 326 & 330. fol. 63. & etiam minori compromittenti de iure, & de facto, seu cum pœna, aut cum renuntiatione appellationis. num. 482. 75
Compromissum factum à minore cum auctoritate tutoris seu curatoris, vel ab ipso tutore, seu curatore cum decreto iudicis sine consensu duorum consanguineorum valet, licet statutum Vrbis disponat minorē non posse contrahere sine consensu duorum consanguineorum. cap. 2. num. 493. vers. oritur. & num. 494. Contrarium quod non valeat. num. 496. fol. 76. Limitatur. num. 503. 77
Compromissum, seu Contractus alius factus à maiore cum consensu cōsanguineorum, sed sine tutore seu curatore non valet. num. 506. Declaratur. num. 508. & seqq. 77
Compromissum durat vsque ad 30. annos, quando à statuto, vel à partibus non est breuius tempus præfixum. cap. 2. num. 717. 96
Compromitti debet articulus: an causa debeat compromitti. cap. 2. num. 199. fol. 54. & num. 732. 98
Compromissi ethymologia. cap. 2. num. 1. & 2. 40
Compromissum fit occurrēte articulo, in quo arbitri sunt eligendi. cap. 2. num. 32. 42
Compromissum potest peti si instrumentum sit dubium, & offuscatum. cap. 2. num 96 46
Compromissum factum à minore super re immobili sine iusta causa non tenet quamuis sit factum cum decreto iudicis, & auctoritate curatoris. cap. 2. num. 279. 59
Compromissum quid sit. cap. 2. num. 3. & 9. 40
Compromissum factum, iudice cogente, est ipso iure nullum. cap 2. num. 13. 41
Compromissum Alienatio Contractusue alius factum à minore sine solemnitatibus potest annullari minore volente, secus eo nolente. cap. 2. nu. 382. fol. 67. seu si ei vtile sit. num. 320. Contrarium loquendo in sententia, & compromisso. num. 323. Firmatur primum. num. 324. 63
Compromissum factum à minore sine auctoritate curatoris remanet firmum, si minori vtile sit. cap. 2. num. 381. 66
Compromissum est contractus læsiuus. cap. 2. num. 285. in fine. fol. 59. num. 326. 330. fol. 63. & 482. fol. 75.
Compromissum annullatur si arbiter efficiatur inhabilis & pars opponat. cap. 2. num. 669. 92
Compromisso voluntario expirato, pars inuita non cogitur recompromittere. cap. 2. num. 637. fol. 89. Contrarium. num. 642. Tenetur primum. num. 645. 90
Compromissum in Regno Neap. potest peti tam ante, quàm post litem contestatam. cap. 2. num. 48. fol. 43 idem in Abb. Sublacensi. num. 51. Sed in Regno potest peti solum vsque ad dationem termini ad probandum. num. 61. 44
Compromissum in foro Capitolino potest peti solū ante contestatam litem, seu habitam pro contestata. cap. 2. num. 49. 43
Compromissum ex dispositione statuti mandantis compromitti causas consanguineorum potest peti solum ante litis contestationem. cap. 2. num. 34 Ampliationes huius opinionis. num. 38. & 39. fol. 42. & 43. Contraria opinio, quod possit peti post litis contestationem ante publicatas attestationes. num. 37. fol. 42. Declaratur hæc opinio iuxta verba statutorum. nu. 43. & seqq. fol. 43. Saluatur prima opinio num. 57. 44
Compromissum potest peti solum vsque ad publicationē processus cap. 2. num. 58. vers. restringe. Et non post conclusum in causa. num. 59. & 665. fol. 92. Multoque minus post latam sententiam. num. 60. & 662. 92
Compromissum voluntarium potest fieri in quacunque parte iudicij. cap. 2. num. 31. 42

Com-

Compromissum potest peti solum post contestatam litem, si statutum loquatur de lite compromittenda. cap. 2. sub num. 43. & 44. Idem si loquatur de quæstione. num. 45. Secus si loquatur de causa. num. 46. Aut de controuersia. num. 50. fol. 43. Aut de differentia. num. 52. Aut de discordia. num. 53. Aut de singulis prædictis simul. num. 54. quia potest peti ante, & post litis contestationem. 44

Compromisso necessario expirato pars cogitur denuo recompromittere. cap. 2. nu. 646. & 647. & non solum denuo, sed toties donec causa sit sententiata. nu. 648. Restringitur vt secundum statuta Vrbis possit cogi solum per tres vices. num. 649. Declaratur, vt procedat solum in his qui subijciuntur foro Capitolino. num. 650. fol. 90. Restringitur etiam in regno Neapolitano vbi cogi non potest vltra duas vices. num. 659. Reprobatur ista restrictio. num. 660. 91

Compromittens facit actum per quem sequi potest alienatio. cap. 2. num. 285. fol. 59. Non videtur verum si compromittat ex necessitate statuti. num. 527. vers. aliter. 79

☞ Causæ, quæ non veniunt in statuto de compromittendis causis, sunt infrascriptæ. vsque ad seq. manum.

Quæstio seu articulus iuris. cap. 2. num. 62. vers. limita. Restringitur vt non procedat in articulo iuris probabiliter dubio. num. 63. 44

Spolium incalescens criminalitati. num. 77. & seqq.

Causa mixti imperij. nu. 81. Exēplificatur. nu. 82. & 83.

Aeducationis pupilli, num. 82.

Tutelæ quæstio, num. 83. & sub num. 519.

Causa quælibet quando compromissum petitur calumniose, num. 84.

Causa criminalis, cap. 2. num. 66. Ratio redditur. num. 67. 69. 70. & 71. fol. 44. Extenditur etiam si ageretur de delicto priuato. num. 72. Extenditur in causis mixtis. num. 73. Ratio redditur. num. 74. Declaratur extensio, vt sit vera quando lex imponit pœnam coniunctim. nu. 75. Contra declarationem. num. 76. fol. 45. Restringitur eadem extensio, vt non procedat in Regno Neap. num. 76. vers. restringe. Extenditur etiamsi agatur de pœna pecuniaria. num. 68. Extenditur etiam in spolio incalescente criminalitati. num. 77. 78. & 79. vbi redditur ratio. Declaratur hæc limitatio, de qua supra. num. 66. vt non sit vera quando ageretur ciuiliter, quia compromitteretur. num. 80. 45

Causa / Obligatio / Instrumentum } quæ habet executionem paratam. cap. 2. num. 86. Extenditur in foro Capitolino. num. 87. Extenditur in Regno Neapolit. num. 88. Declaratur. num. 89. Exemplificatur. num. 90. 91. 92. & 93. fol. 45. Restringitur. nu. 96. Exemplificatur restrictio. num. 97. fol. 40. Restringitur etiam. num. 99. 40

Legatorum causa quando petitur executio, c. 2. n. 93. 45

Causa, cui obstat exceptio, quæ impedit litis contestationem perimendo. cap. 2. num. 192. fol. 52. Declaratur esse verum quando exceptio potest probari incontinenti. num. 193. 54

Causa appellationis. num. 195. 661. vers. contraria. & 662. & seqq. & apertè. num. 667. & seq.

Causa mixti imperij. cap. 2. num. 81. fol. 45. Exemplificatur. num. 82. & 83. 45

Causa fæudalis in Regno Neap. cap. 2. num. 191. 53

Causa liberalis. sub num. 519.

Quæ aliæ causæ non comprehendantur n. 198. remissiue.

☞ Compromittere nō coguntur consanguinei infrascripti vsque ad alteram manum, quamuis statutum mandet compromitti causas consanguineorum.

Hæretici / Infideles / Apostatæ } cap. 2. num. 200. vers. limita. 54

Scismatici / Saraceni } num. 201. Restringitur, &c. num. 202.

Clerici. num. 203. Contraria opinio est vera. nu. 204.

Extenditur, &c. num. 205. 206.

Affines post dissolutam affinitatem. num. 208. & seq. Etiam si seruaretur viduitas. nu. 210. Etiamsi ex coniuge præmortuo supersint filij. num. 211.

Priuignus, & / Nouerca } post mortem patris. num. 212.

Nurus, & / Socer } post mortem mariti. num. 213.

Spurius. num. 214. 217. 218. & 224. Restringitur, &c. num. 227. & 231.

Consanguinei contra spurium. cap. 2. num. 221. Contrarium quod possint petere compromissum. num. 222. Primum magis placet in consanguineis ex parte patris. num. 223. Sed non in consanguineis ex parte matris. num. 227. 55

Affinis per fornicationem. num. 562.

Spurius contra spurium. num. 224. & 223. non est verum in spurietate ex parte matris. num. 229. nisi sit ex coitu damnabili. num. 231.

Naturalis num. 234. Contrarium. num. 233. & 236.

Auctor laudatus / Vxor / Sponsa / Vir / Emancipatus / Amicus, & similes } an comprehendantur in præfato statuto remissiue. cap. 2. num. 566. 82

☞ Compulsoria specialis calumniose petita non conceditur. cap. 11. num. 841. & seq. 566

Compulsoriales litteræ possunt regulariter concedi tam ab ordinario, quàm à delegato ceterisque iudicibus. cap. 11. nu. 848. Ampliatur 1. ista regula, vt procedat in cōpulsorialibus generalibus nu. 849. Extenditur hęc ampliatio, vt possunt concedi etiam ab Auditoribus Rotæ. num. 850. Ampliatur 2. vt procedat etiam in compulsorialibus specialibus. num. 851. Extenditur hæc ampliatio, vt possint concedi ab Auditore Rotæ, dummodo interueniat commune votum Rotę. nu. 853. Praxis tamen obseruat dare commisionem, qua detur Auditori facultas concedendi compulsoriam. nu. 854.

Compulsoriales conceduntur, vt validè extrahantur copiæ ex scripturis extra curiam. cap. 11. num. 811. Ampliatur ista conclusio, vt alias extractæ non probent quamuis in eis seruarentur omnes solemnitates. num. 812. Declarantur ista, vt habeant locum quādo extractio copiæ est facienda post litem motam in Curia, & quare. num. 813. Extenditur hæc declaratio, vt habeat locum etiā si lis sit mota extra Curiam Romanā. num. 814. Exemplificantur. nu. 815. 817. & 818. in quibus habes quæ scripturæ sint extrahendæ per compulsoriales. & num. 820. & seqq. In quibus habes per limitationes quæ scripturæ possint extrahi sine compulsoria. 564. & seqq.

Compulsoriales generales, & / Compulsoriales speciales } differunt. cap. 11. nu. 810. 563

Compulsoriales speciales diriguntur certæ personæ. cap. 11. nu. 880. & pro extractione certorum iurium. n. 881.

Compulsoria non est necessaria, si copia sumatur ab eodem notario qui extitit rogatus de originali. cap. 11. num. 820. vel à successore in eius officio. num. 822. & seqq. Item non est necessaria pro scripturis, & iuribus registrandis in actis causæ. num. 825. 564

Compulsoria specialis olim cōcedebatur solum sub signo plumbeo Pontificis. cap. 11. num. 855. 567

Compulsoria est necessaria, si copia sit extrahenda ex archiuio extra locū iudicij. c. 11. n. 818. Declaratur. n. 819

Compulsorialium generalium formula remissiuè. cap. 11 num. 877. & per extensum num. 882. 569

Compulsoria specialis magis, quàm generalis habet conformitatem cum litteris remissorialibus. c. 11. nu. 852.

Compulsoriales generales non diriguntur alicui certæ personæ. cap. 11. nu. 878. Ideoq. earū executio solet peti coram ordinario loci. n. 882. Nec conceduntur nominatim pro extractione talis, & talis scripturæ n. 879.

Compulsoria generalis potest cōcedi etiam inuita parte, contra quam conceditur. cap. 11. num. 827. 565

Compulsoria generalis non retardat processum, seu expeditionem causæ. cap. 11. num. 828. 565

Compulsoria specialis non conceditur sine citatione. cap. 11. num. 838. quia in eius concessione requiritur causæ cognitio. num. 840. Ampliatur hæc conclusio etiam si concederetur à Rota. num. 843. 565

Compulsoria generalis potest decerni etiam pendente dilatione. cap. 11. nu. 831. 832. & 833. Et potest decerni etiam tempore feriatum dummodo decernatur diebus iuridicis. num. 834. 565

Compulſoria ſpecialis quandoque datur, &c. cap. 8. num. 760. 286

Compulſoria nunquam eſt neceſſaria, ſi non eſt neceſſaria auctoritas iudicis. cap. 11. num. 823. 564

Compulſoria poteſt peti, & obtineri etiam poſt concluſum in cauſa. cap. 11. num. 876. 569

Compulſoria, & Remiſſoria } poſſunt vni ſimul delegari. cap. 11. num. 895. 571

Compulſoria generalis poteſt concedi ſine citatione. cap. 11. num. 826. & ſeq. Ampliatur 1. iſta concluſio, vt procedat præcipuè ſi pars, contra quam conceditur, eſt præſens in Curia. num. 829. Ampliatur 2. tam ſi concedatur in principio litis, quam ſi poſtea. num. 830. Extenditur hæc ampliatio, vt ſit vera etiam ſi concedatur pendente aliqua dilatione. nu. 831. Declaratur hæc extenſio, vt ſit vera dummodo non fiat præiudicium dilationi pendenti, num. 832. Exemplificatur iſta declaratio quando non fiat præiudiciũ eod. num. 832. 833. & 834. Subextenditur extenſio, vt procedat etiam parte opponente. num. 836. Limitatur concluſio quando executio compulſoriæ eſt facienda alibi, quàm in loco domicilij partis, contra quam conceditur, quia tunc eſt ſaltem certioranda de loco exequendæ compulſoriæ. num. 837. 565. & ſeqq.

Compulſoria non eſt neceſſaria ſi copia ſumatur a notario rogato de originali. cap. 11. num. 820. vel à ſucceſſore in eius officio. num. 822. & ſeq. fol. 564.

Compulſor poteſt allegari ſuſpectus. cap. 11. num. 888. Declaratur 1. iſta concluſio dummodo allegetur ſuſpectus à principali, aut à procuratore habente mandatum ſpeciale. num. 889. Declaratur 2. vt ad reddendum proceſſum nullum requiratur etiam appellatio. nu 890. Ampliatur concluſio declarata, vt nullitas maneat etiã ſi appellatio efficeretur deſerta. nu 891. 570

Compulſor non poteſt recipere teſtes. cap. 11. num. 893. Fallit iſta concluſio ſi ſcripturæ eſſent recognoſcendæ, quia teſtes poſſent examinari pro recognitione. num. 894. 571

Compulſor non poteſt delegare examen teſtium. cap. 11. nu. 866. Extenditur, & limitatur remiſſiuè. n. 887. 570

Compulſor habet facultatem citandi, & cogendi contumaces. cap. 11. num. 807. & 808. 563

Compulſata, ſeu Extracta } per religioſum regularem ſunt nulla. num. 892. 571

Compulſor etiãſi deputetur à Sede Apoſtolica poteſt deputari non conſtitutus in dignitate eccleſiaſtica. cap. 11 num. 856. & 866. 567

Compulſori delegato quomodo ſcribat delegans, &c. cap. 11. num. 883. 570

Conceſſa cenſentur omnia quæ ſunt de natura rei conceſſæ. cap. 9. num. 769. 370

Conceſſionis, ſeu Inueſtituræ } tenor eſt diligenter inſpiciendus ad cognoſcendum, an bona ſint fæudalia. cap. 9. num. 1337. & 1338. 417

Concluſio eſt ſententia interloquutoria. c. 12. nu. 29. 604

Concluſio quibus clauſulis fieri ſoleat. cap. 12. num. 25. & quando dicatur concluſum, & quot modis concludatur. num. 27. 604

Concluſio cauſæ facta in cauſa principali non ſe extendit ad cauſam appellationis, niſi ſit dictũ. cap. 12. n. 3. 602

Concluſio in cauſa non eſt de ſubſtantia. cap. 12. num. 5. & ſeq. Contraria opinio. num. 7. Diſtinguitur 1. vt ſit de ſubſtantia in cauſis ordinarijs, ſecus in ſummarijs. num. 8. Diſtinguitur 2. vt in foro eccleſiaſtico ſit neceſſaria in cauſis prophanis ordinarijs, ſecus in ſummarijs: ſed in foro ſæculari indiſtinctè non eſt neceſſaria. num. 9. Vltima opinio eſt quòd attendatur ſtylus fori. num. 10. Reſoluitur pro prima opinione, quòd non ſit de ſubſtantia. num. 11. Ampliatur hæc opinio, vt in cauſis ſummarijs procedat ſine difficultate. num. 12. Reſtringitur 1. hæc ampliatio, vt non procedat in loco, vbi de ſtylo ſit concluſio in ſingulis proceſſibus. num. 13. Reſtringitur 2. vt de ſtylo Sacri Palatij, parte inuita, concluſio non poſſit omitti. num. 14. Declaratur eadẽ prima opinio, vt licèt concluſio non ſit neceſſaria, tamen facta operatur ſuũ effectum. n. 15. 603

Concluſio in cauſa eſt renunciatio omnibus probationibus. cap. 12. num. 16. Ampliatur iſta regula remiſſiuè. num. 17. Limitatur 1. vt non ſit vera quoad allegationes, num. 18. Contra limitationem. num. 19. Retinetur limitatio. num. 20. Declaratur limitatio, vt procedat in ſimplicibus allegationibus, quæ dantur ad meram inſtructionem iudicis, ſecus ſi præſententur in actis. num. 21. Infertur ineptitudo ſtyli, qui recipit allegationes cum productione. num. 22. Limitatur 2. vt non procedat in multis caſibus, de quibus remiſſiuè. num. 24. 604

Concubina quæ dicatur. cap. 2. num. 235. 56

Condemnatus ad mortem efficitur ſeruus pœnæ. cap. 9. num. 1788. & 1820. ſed ſi ſit abſens non efficitur ſeruus pœnæ, niſi deuenerit in fortijs curiæ. num. 1789. etiam ſi ſit condemnatus vigore ſtatutorum in contumaciam. num. 1790. 453. & 455

Conditio iurandi non tranſit ad hæredem. c. 2. n. 107. 47

Conditio cum fuerit purificata habetur, ac ſi non adeſſet cap. 9. num. 1218. 406

Confeſſio cui præſumptio iuris non repugnat, & continet capitula ſeparata, poteſt in vno acceptari, & in alio nõ acceptari. cap. 11. num. 99. & 100. verſi. capio. Ampliatur iſta concluſio, vt habeat locum tàm in confeſſione facta in iudicio, quàm in ea, quæ eſt facta in ſcriptura propria. num. 101. & 102. Reſtringitur hæc ampliatio, vt non procedat in libro rationum, quia non poteſt in parte acceptari, & in parte non acceptari. num. 103. Et in libro argentarij. num. 105. 106. Contra reſtrictionem. num. 107. Retinetur reſtrictio. num. 108. & ſeqq. Reſtringitur 2. vt non procedat in libro Gabellarij, & Theſaurarij. num. 111. & 112. Ampliatur 1. hæc ſecunda reſtrictio, vt habeat locum etiam in libro Maſſarij communitatis. nu. 113. & 114. Ampliatur 2. vt ſit credendum illis etiam pro ſcribente. num. 115. Ampliatur 3. vt probet, & plenè etiam pro tertio contra tertium. num. 116. Declaratur hæc ampliatio, vt procedat in re geſta interueniente tertio &c. num. 117. ſecus ſi tertius non interuenerit. num. 118. & 119. Ampliatur 4. vt procedat etiamſi ex forma ſtatuti requireretur probatio per publica inſtrumenta. num. 122. Limitatur eadem ſecunda reſtrictio, vt liber officialium probet ſolum in re ſpectante ad eorum officium. num. 123. & 124. Declaratur iſta limitatio, vt habeat locum etiam in re annexa eorum officio, & geſta partibus præſentibus. num. 125. Limitatur 2. vt non habeat locum in cauſa criminali. num. 127. Limitatur 3. vt non habeat locum contra non ſubditum. num. 128. Reſtringitur 3. ampliatio principalis, vt procedat in libris mercatorũ. nu. 129. & 130. Contra nu. 132. Ampliatur 1. reſtrictio præcipue in loco vbi extat ſtatutũ, quòd credatur libris mercatorũ. nu. 133. Ampliatur 2. vbi extat cõſuetudo. n. 134. Ampliatur 3. vt habeat locũ indiſtinctè in his, quæ pendent à mera voluntate ſcribentis. num 139. Exemplificatur hæc ampliatio. num. 140. & 141. Reſtringitur eadem ampliatio, vt non ſit vera, ſi habeat præſumptionem iuris contra ſe. num. 142. Ampliatur 4. quando ſunt verificatæ aliquæ partitæ ipſius libri. num. 143. & 184. Extenditur hæc ampliatio vt habeat locum in quolibet libro rationum. num. 144. etiam ſi partitæ controuerſæ eſſent maximi momenti. num. 145. Contra extenſionem. num. 146. Limitatur 1. eadem tertia reſtrictio, vt de iure communi liber mercatoris non probet ſi aduerſarius neget negotiationem. num. 147. Limitatur 2. etiam attenta conſuetudine, vt non probet in re extra mercaturam, & negotiationem. num 148. & ſeqq. Limitatur tertio quando liber mercatoris non eſt tentus more mercantili. num. 152. Limitatur 4. quando liber non continet veriſimilia. num. 156. & ſeqq. & 162. & in dubio præſumitur continere veriſimilia. num. 175. Limitatur 5. quando liber continet magnam ſummam. num. 177. Contra. num. 178. Retinetur limitatio. num. 179. & ſeqq. Extenditur iſta limitatio etiam ſi ſtatutum, ſeu conſuetudo diſponat, vt libro mercatoris credatur indiſtinctè. num. 196. & 197. Declaratur iſta extenſio, vt ſit poſitum in arbitrio iudicis credere, & non credere. num. 198. Reſtringitur eadem limitatio, vt non ſit vera in libro ſociorum, quia non attenditur an ſumma ſit magna, vel parua. num. 182. Limitatur 6. in libro reprobato in aliqua partita. num. 183. & ſeqq. Limitatur

tatur

tatur 7. quando mercator esset infamis. num. 186. Restringitur ista limitatio, & declaratur per distinctionem. num. 187. & seqq. Et concluditur in secunda inspectione, quòd limitatio procedit inter tertium, & tertium, quia liber mercatoris infamis non probat pro tertio contra tertium. num. 193. Ampliatur ista septima limitatio, vt sit vera, etiam si extet statutum de credendo libris mercatoris. num. 194. Extenduntur istæ omnes limitationes, vt sint veræ etiam si extet statutum, seu consuetudo credendi libris mercatoris. num. 195. Limitatur 8. quando liber mercatoris continet rationes illiquidas. num. 200. Limitatur 9. quando rationes sunt obscuræ. num. 201. Limitatur 10. vt non probet plenè pro tertio contra tertium, sed solum semiplenè. num. 120. & 202. & ita seruatur de consuetudine num. 204. quamuis de iure aliter esset dicendum quando res, quæ est scripta in libro, non est mercantilis. nu. 203. Item nec semiplenè probat contra tertium, qui fuit absens tempore scripturæ, quamuis res scripta sit mercantilis. num. 205. & 206. Sed contrarium quod semiplenè probet. num. 207. & seqq. Retinetur primum, quòd non probet. num. 210. & 214. Sed si tertius erat præsens, liber contra eum plenè probat. num. 224. & seqq. & 229. Hocquè procedit etiam si iste tertius esset mortuus. num. 230. Et etiam si esset viuus, & opponeret aliter fuisse scriptum, quàm actū. num. 231. & seq. & probaret isto casu etiam pro scribente. num. 234. Quòd si tertius neget se fuisse præsentem, tunc liber non solum non probat pro tertio contra tertium, sed neque pro ipso mercatore in re mercantili. num. 235. & seqq. De consuetudine tamen probat, dummodo agatur de re mercantili, & de non magna quantitate. nu. 238. quo casu probat etiam pro mercatore contra extraneum, & non subditum. num. 239. Etiam si agatur extra forum mercatoris. num. 240. sed nec de consuetudine probat si mercator sit infamis non notorius. num. 245. Item probat plenè pro tertio contra tertium malam fidem, seu scientiam ipsius tertij. num. 246. 496. & 511

Confessio cui repugnat præsumptio iuris potest in ea parte non acceptari, cap. 11. num. 351. Ampliatur 1. hæc conclusio, vt procedat tàm in causa criminali, quàm ciuili eod. num. 351. Exemplificatur. num. 352. Ampliatur 2. vt etiam ab ipsomet confitente possit non acceptari. num. 354. Ampliatur 3. in criminalibus, vt &c. num. 354. Declaratur eadem conclusio, vt quamuis præsumptio iuris diuidat confessionem, tamen is, contra quem diuidit, potest in se sumere onus probandi. num. 357. & 358. 522

Confessio non potest pro parte acceptari, & pro parte nō acceptari. cap. 11. num. 88. Contraria opinio, quòd possit pro parte acceptari, & pro parte non. num. 80. Recitatur distinctio continens tres casus. num. 91. & seqq. Confutatur distinctio. num. 95. & seqq. Proceditur cum duabus difficultatibus: In prima concluditur, quòd acceptans confessionem in parte, habet intentionem fundatam in parte acceptata. In secunda concluditur distinguendo an præsumptio iuris repugnet, vel non repugnet confessionis parti, quæ non acceptatur. num. 99. & seqq. 496

Confessio, orta ex productione scripturæ, etiam non præmissa protestatione, potest reuocari, si doceatur de errore. cap. 11. num. 432. & 433. Contra istam conclusionem. num. 434. & 435. Retinetur conclusio. num. 436. Ampliatur 1. vt satis sit si scripturæ productæ detur intellectus, qui tollat confessionem. num. 437. & sufficit, quod intellectus reddat confessionem obscuram, &c. num. 438. & seqq. Ampliatur 2. etiamsi doceatur de errore per modum falsitatis, &c. num. 444. & 445. Declaratur hæc 2. ampliatio, vt non procedat, quando scriptura falsa fuisset scienter producta. num. 446. Declaratur eadem conclusio, vt non possit doceri de errore confessionis, sine impugnatione scripturæ productæ. num. 450. Limitatur 1. eadem conclusio in eo, quod dictum est, reuocari, docto de errore, vt non procedat, si scriptura est producta à procuratore, quia potest reuocari, non aliter docto de errore. cau. 451. Limitatur 2. quando scriptura est nulla ex defectu nullitatis. num. 452. Limitatur 3. quando scriptura producta est impugnata ab aduersario. num. 453. 529

Confessio an possit diuidi, hoc est, pro parte acceptari, & pro parte non. cap. 11. num. 88. & seq. & num. 315. vbi quod non præsertim quando est qualificata, & nu. 316. vbi declaratur esse verum, si habeat capitula connexa, & non habeat præsumptionem in contrarium, & num. 332. & seqq. in quibus affatim declarantur omnia, & num. 339. & seq. & num. 342. & seqq. & num. 345. vbi habetur 2. opinio. & num. 359. vers. sume vbi habetur eius declaratio. num. 349. vbi habetur 3. opinio, & num. 350. & seqq. vbi habetur resolutio, & num. 382. vbi quod multum in hoc valet arbitrium iudicis. 495. & 524

Confessio vsurarum facta in iudicio probat vsurarium manifestum. cap. 9. num. 169. fol. 321. Ampliatur hæc sententia etiamsi sit confessio simplex. num. 170. Contra istam ampliationem adducuntur argumenta. num. 173. & seqq. Soluuntur argumenta. num. 176. & seqq. Ampliatur 2. etiam in simpliciori confessione, vt puta, &c. num. 178. Limitatur eadem sententia, vt non sit vera si in confessione non sint expressæ vsuræ, &c. num. 186. 322

Confessio testis, dicentis se esse criminosum, præiudicat depositioni. cap. 8. num. 901. sibi vero non præiudicat plenè, sed aliqualiter. num. 902. 289

Confessio tacita, orta ex productione scripturæ, nocet producenti sicut confessio expressa. cap. 11. num. 454. Ampliatur 1. ista conclusio, quando scriptura producta est valida. num. 455. Ampliatur 2. etiam quoad verba enunciatiua. num. 456. Ampliatur 3. etiam si scriptura producta esset inualida. num. 457. & seqq. Contra istam ampliationem. num. 460. Retinetur ampliatio. num. 461. Limitatur 1. eadem conclusio, quando quis producit scripturam factam de contractu inualido. nu. 462. Exemplificatur 1. hæc limitatio, quando quis producit scripturam alienationis rerum stabilium minoris, factam sine decreto iudicis. num. 463. Exemplificatur 2. quando producitur testamentum sine numero septem testium. num. 464. Exemplificatur 3. in codicillis, &c. num. 465. Contra limitationem, quæ tamen retinetur. nu. 466. Restringitur limitatio, vt non procedat quando sanatio contractus dependet à sola voluntate producentis. num. 468. Limitatur 2. quando scriptura producta impugnatur ab aduersario. nu. 469. & seqq. Restringitur 1. hæc limitatio, vt non sit vera, quando scriptura est falsa, & scienter producta, quia aduersarius, qui eam impugnat de falsitate, potest adhærere nihilominus confessioni ortæ ex productione, num. 475. Restringitur 2. quando actus impugnatus non habet connexitatem cum actu producto. num. 476. Extenditur hæc restrictio, vt possit impugnari qualitas facti, & nihilominus remaneat confessio facti. nu. 477. Restringitur 3. quando fuisset ignoranter impugnata, quia tunc, &c. num. 478. Restrictiones aliæ vnde colligantur. num. 479. 530. & 533

Confessio iudiciaria solius prælati non præiudicat ecclesiæ. cap. 1. num. 294. Fallit quando prelatus haberet legitimum mandatum à capitulo. num. 295. 28

Confessio homicidij cum qualitate ad sui defensionem diuiditur. c. 11. nu. 334. & quare. nu. 355. & seqq. 520

Confessio potest pro parte acceptari, & pro parte, cui repugnat præsumptio iuris, non acceptari. cap. 11. num. 99. vers. in primo. 496

Confessio, quæ potest importare bonum, & malum, si sumus in prohibitis, interpretatur contra confitentem. cap. 11. num. 336. 520

Confessio an ita contineatur in capitulis, & in articulis, sicut continetur in positionibus. cap. 7. num. 685. & seqq. 208

Confessio contenta in precibus, & in libello an & quando possit reuocari. cap. 7. num. 688. remisiue. 209

